CODEX
THEODOSIANVS
IACOBI GOTHOFREDI
TOMI SEXTI
PARS II.

CODICIS THEODOSIANI TOMI SEXTI PARS ALTERA

CONTINENS

NOTITIAM DIGNITATVM CIVILIVM ET MILIT
VTRIVSQVE IMP. PROSOPOGRAPHIAM TOPOGRA
PHIAM HISTORIAE GALLICANAE ANNALES CENTVM
ANNORVM GLOSSARIVM NOMICVM

ET

NOVELLAS CONSTITVTIONES AVGG
THEODOSII VALENTINIANI MARCIANI MAIORIANI
SEVERI LEONIS ET ANTHEMII
IN VNVM CORPVS COLLECTAS

COLLATAS CVM

CODD. MSS. WVRCEBVRGENSI OTTOBONIANO
GOTHANO LIBRISQVE EDITIS
ET PERPETVO COMMENTARIO ILLVSTRATAS

A

IO. DANIELE RITTERO
S. R. M. POL. ET ELECT. SAX. A CONSIL. AVL. ET PROF. HIST. IN ACAD. VITEMBERGENSI

ACCEDIT

APPENDIX CODICIS THEODOSIANI
CVM EPISTOLIS ALIQVOT VETERVM CONCILIORVM
ET PONTIFICVM ROMANORVM
CONGESTA

A

IAC. SIRMONDO





LIPSIAE

SVMTIBVS MAVR. GEORGII WEIDMANNI
MDCCXLV.



LECTORI BENEVOLO

SALVTEM

IOAN. DAN. RITTER

S. R. M. a Cons. Avl. et in Academ. Witteberg. Hist. P. P.



Efunctus ergo sum longo ac molesto labore, immortalisque Dei beneficio contigit mihi, vt summam tandem Codicis Theodosiani emendationi manum imponere potuerim. Credo equidem, quosdam impatientius expectasse extremam magni operis partem, sed ii velim sibi persuadeant, me nullum intermisisse temporis momentum, quo a munere, cui praepositus sum, cuique secundum fidem religionemque boni viri satisfaciendum est, vacuus essem, quod non totum dicauerim consecrauerimque iis rebus, quas illustrandis legibus prodesse putaui. Sed requirebant fere omnia, quae hoc volumine continentur, magnam attentionem animi, singularem curam, ac multam denique diligentiam, cum ex iis, tanquam ex quodam totius operis indice, haurienda repetendaque cuncta sint, quae ad intelligentiam faciunt, & legum & obseruationum, quas volumina, quae lucem annis superioribus adspexerunt, comprehendunt. Igitur ego, qui optime perspectum habebam, ea, quae ad Theodosianum Codicem disputata sunt, hoc volumine ad quaedam reuocanda capita, communicandamque cum orbe erudito summam esse rerum omnium, non maturandum ratus sum, sed ita iudicabam, bene politas, non cito, breuique tempore, in lucem publicam posteriores ad Theodosianum Codicem curas emittendas esse. Et certe in eam adducor opinionem, ut putem, eorum satis me fecisse desideriis, qui in eo versantur literarum studio, in quo, non sine maxima animi mei voluptate, tempus aetatemque contriui, & quo ardent in primis doctissimi Belgae, gloriamque sibi ac immortalem nominis parant famam.

Habes autem, Lector Beneuole, primo loco *Notitiam Dignitatum vtriusque imperii*, ex Codicis Theodosiani legibus a *Gothofredo* descriptam, innumeris purgatam, quibus ea foedabatur, mendis, & ita adornatam, vt maximam possit affundere lucem Notitiæ, quam adcurauit magni nominis Iureconsultus *Pancirollus*. Quantum vero afferat illa vtilitatis ad accuratiorem legum intelligentiam, operose non disputo; satis enim id habent cognitum ii, qui circa elegantiorem occupati sunt iuris scientiam, suasque opiniones sententiasque a vulgo pragmaticorum seiungunt, & a crudis abhorrent studiis, quibus profana tantum capiuntur pectora. Is sane,

qui

qui cognitas sibi reddiderit Orientis, Illyrici, Italiae, Galliarum, Romae veteris nouaeque, Praefecturas, aliasque dignitates, facillime sese extricabit ex summis difficultatibus, in quas incurrunt, qui haec omnia supina spernunt negligentia, & in verbis legum, quasi defixi, tantum haerere solent. In primis vero commendanda venit Notitia Comitum sacrarum Largitionum & Rei priuatae, cum absque ea plurimae leges vtriusque Codicis non possint non esse obscurissimae, neminemque putem de petitionibus aut petitoribus, de quibus sunt tituli integri, bene pronunciaturum esse, nisi facto inter priuatas sacrasque Principum res accurato discrimine. Addidi ad Notitiam Praefectorum Vrbis Romanae, *Anonymum de Praefectis Vrbi* ex temporibus Gallieni, quem auctorem primus in lucem protraxit *Cuspinianus*, & postea Thesauro Antiquitatum Romanarum inseruit *Graeuius*. Cum enim in Constitutionibus, Praefectis Vrbi inscriptis, multa inueniantur ambigua, dubiis inuoluta & caliginosa, quibus explanationes adhiberi non possunt, nisi temporum habita ratione, quibus Praefecti ad vrbis gubernacula resederunt, huius potissimum auctoris ope multa feliciter enodauit, certisque adsignauit annis *Gothofredus*, vt obseruabunt passim lectores. Ex eo etiam recta sapere poterunt, qui cum vulgo eruditorum existimant, Consules & Praefectos post Gallieni Augusti tempora, non nisi Kalendis Ianuarii iniisse magistratum, quorum errorem confutaui in obseruationibus ad Nouellas.

Secundum occupat locum *Prosopographia* Codicis Theodosiani, siue notitia accuratior personarum omnium, quarum est in legibus, tanquam publicis monumentis, conseruata memoria. Induit illa nouam faciem, eoque exsplendescit habitu, quo forte comparuisset, si diutius licuisset *Gothofredo* interesse mortalibus. *Marvillius* certe is non erat, a quo aut expectare aut postulare elegans hoc opusculum poterat res literaria, cuius viri supinam negligentiam deprehendi per integrum Codicem Theodosianum. Ita enim male omnia in Prosopographia cohaerebant, confusasque erat videre personas, ac transposita loca, ut profecto, qui priore vtitur editione, fidem iis adhibere omnino nullam possit. Quanta fuerit opus emendatione, accuratione, cura, ii demum satis intelligent poteruntque sibi persuadere, quibus non displicuerit nouam hanc Prosopographiam conferre cum illa, quam e schedis *Gothofredi* publici iuris fecit *Maruillius*. Rarius, & summa tantum postulante necessitate, adieci notas, ne opusculum in nimiam excresceret molem, sed emendavi, contextuique ea inserui, quae ad personarum, de quibus agitur, vitam, facta, honoresque pertinere visa sunt. Neque id feci ita timide atque dubitanter, vt in primis Codicis Theodosiani voluminibus, in quibus cum essent multa, quae aut sensum commodum, aut plane nullum admitterent, persuaderemque mihi, habuisse forte Gothofredum, virum oculatissimum, quandam rationem, qua ductus, ita scriberet, aut loca ab eo male corrupteque excitata fugisse diligentiam meam, nolebam ob nimiam verecundiam ea mutare, ne viderer iniurius aduersus pios tanti viri fuisse manes. Quam timiditatem meam, posteaquam animaduertissem, *Gothofredum* multa obiter notasse tantum ad Codicem, & saepenumero memoria lapsum fuisse, id quod doctissimis viris non raro accidit, nimiam verecundiam illam & religionem damnaui, cum facillime fieri possit, vt censores iniqui, id, quod ego timido animo diffidenterque feci, tribuant aut ignauiae, aut ignorantiæ meæ. Certe si ita obtemperare potuissem vbique voluntati meae, vt feci in posterioribus voluminibus, supersederem *Opere Obseruationum & Emendationum* in vniuersum Codicem, de quo quotidie magis & magis cogito, cum insperatum lugeam *Weidmanni* obitum, qui vir natura ita factus videbatur, vt iuuaret bonas literas, longissimeque superabat vulgus bibliopolarum, cum Gryphiis Stephanisque doctrina scientiaque omnino comparandus. Agitabat is animo, absoluto integro Theodosiano opere, Tomum eius primum, quem paullo festinanter, minoribusque impensis, vt emptorum commodo consuleret, curauerat adornari, denuo recudendum dare, quo non ab eius, sed mea potissimum voluntate, omnia pependisse, docti iudicare possent viri. Sed turbauit mors hæc eius consilia.

Sequitur Prosopographiam, *Topographia*, sive, orbis Romanus e Codice Theodosiano depromptus, cuius pars prima generalia de imperio Romano eiusque divisione & partibus continet. Adornauit eam *Gothofredus* ad exemplum Indicis

Topo-

Topographici, quem addidit ad *veterem orbis descriptionem*, fuitque ipsi animus, vt obseruaui in Commentariis ad varias leges, grandius quoddam *de statu imperii Romani* edendi opus, quam quidem in schedis reliquit, & quod se sua tantum commendat mediocritate. Sed eo hodie tanto facilius carere possumus, quanto maior fuit *Gronouii*, *Holstenii*, *Caroli a S. Paullo*, *Almeloueenii*, *Wesselingii*, & *Cellarii* nostri, doctissimorum virorum industria, in illustrandis omnibus, quae ad veteris orbis, inprimisque Romani, cognitionem pertinent. Cum autem lucubrationes horum virorum doctissimae, & legantur ab omnibus, & sint in plerorumque manibus, eorum nolui compilare scrinia, atque additamentis, quibus nil opus esse videbatur, augere Prouinciarum, vrbium, fluminum, insularumque notitiam a *Gothofredo* adcuratam. *Gallicanae historiae Annales centum annorum* ex Constitutionibus Codicis Theodosiani eleganter concinnati sunt, vt mirari satis non possim, fere neminem ad eos attendisse. Contexere *Gothofredus Annales* quoque *Britannicos* voluit, eosque in Commentariis non raro promisit, verum impeditus, aut forte morte praeoccupatus, animum in eos intendere non potuit. At enim vero, qui in his rebus versati sunt, intelliguntque, quanta sit fides antiquis legibus, in probandis difficillimis veteris aeui rebus, adscribenda, facili poterunt ii negotio, exemplo Annalium Galliae, diuersarum quoque gentium, ad quas variae Theodosiani Codicis leges pertinent, annales historiamque conficere. Felicissime certe vsus est *Pagius* in enodandis difficultatibus Chronologicis, vtroque Codice, quem imitari debent, quibus tantum, quae accurata sunt, placent.

Venio ad *Glossarium Nomicum*, quod verba dicendique rationes, huic potissimum aeuo, quo leges Codicis promulgatae sunt, proprias, continet. Hoc opus affectum, rude & impolitum erat, neque ad id curam intendit *Maruillius*, sed ita edidit, vt in schedas, nulla vocum compositione, aptis & accommodatis locis facta, coniecerat *Gothofredus*. Id vero mea opera ita est immutatum, vt plane nouum videri possit. Quantum quamque improbum superauerim laborem, puto neminem inter Germanos melius *Gesnero*, Viro Clarissimo, aestimaturum esse. Id tamen mihi non tribuo, vt affirmare audeam, ita omnia in Glossario expolita, perfecta atque e tantis tenebris, in quibus versandum fuit, in clarissimam lucem esse prolata, vt non possint alia a doctis viris superaddi. Vix enim homo tanta potest vti circumspectione, & accurata consideratione vocum singularum, quanta quidem ad perfectionem absolutionemque Glossarii requiritur. Accedit typothetarum incuria, qui numerales notas, circa quas a me summa fuit adhibita sollicitudo, non raro solent commutare, quorum tamen mihi culpam esse neminem paullo humaniorem imputaturum, facile confido. Sanctissime enim affirmare possum, diligentissime me ipsos consuluisse fontes, euoluisse loca, atque de iis ita iudicasse, vti quidem per ingenii licuit mediocritatem. Habeo sane persuasum, ex Glossario Theodosiano, corrigi posse innumeros errores *Brissoniani Lexici*, quos doctissimi viri reliquêre, qui operam ei corrigendo emendandoque accommodauerint.

Nouellae Constitutiones Impp. Iustiniano anteriorum, primum prodeunt emendatae, & obseruationibus auctae. Expressae eae sunt ad Editionem Codicis Theodosiani elegantem & accuratam, quae in Parisina ciuitate A. D. cIↃ IↃ XXCVI. apud *Sebastianum Niuellium* curante *Iacobo Cuiacio* prodiit, & repetita est A. D. cIↃ IↃcVII. Sichardina enim Editio, vt & MSS. Wurceburgensis & Gothanus, eas tantum seruant, quas Gothi in Compendio Legum Romanarum legi voluerunt. Neque integrae extant in Editione Lugdunensi, quae A. D. cIↃ IↃ LXVI. apud *Guilielmum Rouillium* impressa est. Editio Lugdunensis altera, quam *Franciscus Faber* bibliopola procurauit A. D. cIↃ IↃ XCIII. Nouellas quidem omnes continet, sed lacunis plenas, & mendosas; secutus tamen eam est editionem *Maruillius*. Vulgauit Nouellas quoque *Cunradus Rittershusius*, ICtus Altorfinus, A. D. cIↃ IↃc IX. Hanouiae, sed non emendate satis, & perturbato ordine. Quas enim *Petrus Pithoeus* Lutetiae Parisiorum cIↃ IↃ LXVI. primus in lucem protraxit, ab aliis is, dudum editis, separauit. Miror sane, doctissimum virum in praefatione scribere potuisse, a nemine ante eum, nouellas in vnum collectas fuisse corpus, cum tamen, vti modo dictum est, posteriores Codicis Theodosiani editiones a *Cuiacio* adornatae, eas non tantum comprehendant omnes, sed & longe accuratius ibi dispositae atque collocatae sint.

 Nemo

Nemo vero sibi persuadere debet, Nouellas leges, quae *Theodosii Augusti* nomine prostant, hunc etiam Imperatorem habere auctorem; est enim pars earum maxima *Valentiniano III.* tribuenda, Occidentis Imperatori, quod ad inscriptiones subscriptionesque monui, & in eorum quoque commodum, qui artem interpretandi non satis accurate norunt, nomina Imperatorum, qui constitutiones promulgarunt, maiusculis designari curaui literis, ne quis facile possit decipi. Melius sane fecissent Nouellarum collectores, si, aut Valentiniani Nouellas seiunxissent a Theodosianis, aut eas, quae Valentiniani nomine insignitae prodierunt, coniunxissent cum Theodosianis; ita enim nemo facile in errorem potuisset induci. Disputauit iam de nouellarum confusione *Gothofredus in Prolegomenis ad Codicem Theodosianum*, neque dubium est, si licuisset ei, ad eas intendere animum, quin alio plane, & concinniore quidem ordine in lucem editurus fuerit. Has igitur, quas memoraui editiones, consului, coniunxique cum *Manuscriptis Wurceburgensi & Gothano*, de quorum pretio satis me dixisse memini in praefationibus ad Tomos Codicis Theodosiani duo priores. Accessit *MS. Otobonianus*, quem cum Romae haereret *Brenckmannus* inspexit, ex eoque non infeliciter emendauit Consulatus nonnullos in Appendice Fastorum Relandi. Hunc satis antiquum Codicem, *Ioannes Christianus Goetzius*, Potentissimo Regi Poloniarum a sacris, Vir humanissimus & politioris literaturae amantissimus, cum ante annos aliquot Romam inuisisset inuestigandarum antiquitatum caussa, iterum consuluit, mecumque benignissime varias communicauit lectiones. Horum itaque librorum ope vulnera, quae antiquorum scriptorum negligentia & imperitia erant nouellis inflicta, sanare potui. Quam feliciter id fecerim, iudicabunt lectores. Restant tamen nonnulla, quae medicinam nullam videbantur admittere, quaedam vero coniectura emendaui, sed suspensa quasi manu. Cum etiam ex Nouellis multae leges a *Triboniano* excerptae, & in Codicem Iustinianeum relatae sint, eas non modo omnes diligenter indicaui, sed emendaui quoque Nouellarum ope, & occulta hactenus varia, (ita quidem mihi blandior) in quandam lucem protuli. Sed vti nemo feliciter, & Codicem, & Nouellas interpretabitur, nisi coniunxerit, cum summa diligentia, historiam, ita & ego, ne quid falsi proponerem, aut cum vulgo mihi caecutiendum esset, consultis prius rerum veterum monumentis, ad interpretationem ipsam applicui animum. Eam ob caussam etiam fui sollicitus, vt illae lectoribus innotescerent personae, ad quas Nouellae datae sunt, cum ex earum notitia, non leue ad interpretationem accedat pondus. Ne vero multa scribendo lectoribus crearem taedium, ea omnia, quae nota, peruagata, & in libris plerisque Iuris sunt obvia, studio praetermisi. Animus erat addere ad Nouellas *Chronologiam*, quod illa, quam repraesentant Editiones Cuiacianae nouissimae Codicis Theodosiani, & confusa & manca est; verum deposui consulto eam conficiendi studium, cum in Nouellis ipsis accuratissimam temporis rationem obseruauerim. Poterit igitur quisque vel mediocriter doctus, me duce, & tabulas chronologicas conficere, & fastos *Relandi* noua augere accessione.

Claudit agmen *Appendix Codicis Theodosiani*, quam ex Codice Lugdunensi & Anitiensi *Sirmondus S. I.* edidit. In eam animaduersiones scripturum se esse alicubi professus est Gothofredus, sed fidem non liberauit. Arguit tamen illam imposturae, in Commentario ad subdititiam legem primam de episcopali iudicio. Opusculum vero suppostititium, & a clerico rudi, medio aeuo, ex variis Codicis Theodosiani legibus, Conciliorum decretis, Patrumque locis, esse collectum, quilibet emunctioris naris intelliget facile, & notae quoque subiectae abunde testabuntur. Erat tamen ideo cum lectoribus communicandum, quod *Gothofredus* in Obseruationibus ad Codicem ad id saepenumero prouocauit. Ita vale, Lector beneuole, & mihi porro faue. Dabam Witteberg. Saxon. A. D. cIɔ Iɔcc XXXXV. d. 5. Maii.



NOTITIA

NOTITIA
DIGNITATVM,
SEV
ADMINISTRATIONVM
TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM,

IN PARTIBVS ORIENTIS ET OCCIDENTIS:

CONFECTA

E CODICE THEODOSIANO,

Ab Anno Domini 312. *ad Annum D.* 439. *&* *conferenda cum* NOTITIA IMPERII.



MONITIO AD LECTOREM.



TSI Notitia Dignitatum libro ſexto huius Codicis contineatur; attamen, quia in aliis variiſque extra librum illum Conſtitutionibus multa eo pertinentia ſparſim occurrunt, neque de ſingulis Dignitatibus & Officiis ibi agitur; malui, omiſſis ibi Paratitlis, omnem hanc de Dignitatibus & Adminiſtrationibus materiam iuſto Tractatu hic includere, generalique Notitia complecti: quæ cum Notitia Imperii ſub Theodoſio Iuniore, & Valentiniano III. vt ipſe ſupputo Anno Domini 427. *optime componi, eique Commentarii cuiusdam vice egregie apponi poſſet: Omiſſis hic interim quæ de* Dignitatibus *in genere eorumque ſpeciebus, deque* Senatoribus, Prætoribus & Quæſtoribus; Gradibus, Ordineque Dignitatum, *eo libro cumulauimus: vt & quæ de* Conſulibus & Patriciis *ibi congeſta ſunt: de Dignitatum item* Conſociatione & Adæquatione: *vt & de variis* Comitum *ordinibus, &* Comitiua *alterius dignitatis, adminiſtrationis, profeſſionis* πρεσθήκη: *Tandem &* de honorariis codicillis: *Nam vt ea dicto libro ſexto plene tractata ſunt, ita nobis hic prædictæ Notitiæ exemplo eas tantum dignitates perſequi animus eſt, quæ cum Adminiſtratione aliqua coniunctæ erant. Quod vero Magiſtratus Municipales attinet, habes ea omnia, quæ ad eos ſpectant,* Paratitlo de Decurionibus. *Ordinem porro Dignitatum & Magiſtratuum præbet ſeries titulorum libri ſexti huius Codicis: Haurire licet & ex* l. vnic. qui a præbit. tyronum: l. 5. de fide teſtium, l. vlt. de Princip. Agentium in rebus: & l. 52. de hæreticis: *tandem & Notitia Imperii.*

Ab Illuſtribus incipiendum eſt, de quibus paſſim & inter alias l. 52. de hæreticis: *quæ Summa faſtigia dicuntur* l. 14. de metatis, *Inclitæ poteſtates*, l. 14. de accuſat. *In hoc cenſu ab Præfectis Prætorio, quæ ſumma omnium Dignitas, & Adminiſtratio erat, initium ducere oportuit.*

NOTITIA PRAEFECTORVM PRAETORIO IN GENERE.

I.

DE PRAEFECTIS PRAETORIO ipsis sunt tres tituli hoc Codice: libro I. titulus 5. *de officio Præfector. Prætorio*, libro sexto *tit. 6. de Consulibus, Præfectis, Magistris militum, & Patriciis*, & titulus sequens, *de Præfectis Prætorio siue vrbis & magistris militum*. De eorum Officialibus autem agit *tit. 10. lib. 12. Ne Præfectianus*, &c. Ab his *Officium eorum* dictum Præfectura Prætoriana, vel absolute Præfectura, vt *l. vltim. ne conl. transl. l. 9. de Legatis*. Et e contra absolute, Prætorii dignitas illustribus meritis, *l. 10. de Prætorib.* Prætorii Codicilli, *l. 23. de Prætorib.* Tribunus Prætorianorum Notariorum, *l. 3. de Primic. & Not.*

Dignitas autem eorum summa erat: Fastigium dignitatum *l. 22 de Iudæis*. Summum dignitatis fastigium, *l. 3. de metatis*, & *l. vltim. de honor. Codic.* Sublimis apex Præfecturæ, *l. 7. de bonor. Codic.* Apex dignitatum, *l. vltim. de metatis*, *l. ult. de honor. Codic.*

Summam iudiciorum tenere Præfectus Prætorio dicitur, *subdititia l. 1. de Episcop. iud.* Rerum summa ei commissa propter loci dignitatem, *l. 117. de Decurionibus.* Amplissima sedes, Claudiano in *Mall. Theodor. Cos. v. 22 Tutarique reos ipsa hæc AMPLISSIMA SEDES Orantem stupuit.*

Illustres scilicet viri erant, *l. 6. de Executorib. l. vltim. de Decurion. & silent. l. vnic. qui a præbit. tiron. l. 2. de exhib. reis: l. vltim. de patrocin. vicor. l. 9. de metallar. l. vnic. si quacunque prædit. potest. l. 31. de nauicul. l. 10. de Prætorib. l. 10. de diuers. offic. l. 31. de appellat. l. 22. de Iudæis: l. 25. 32. de erog. mil. ann. l. 2. ad L. Iul. repetund. l. 12. de Legatis: l. 56. de cursu: l. 17. de cobortalib.* Illustrissima Præfectura, *l. 1. ne quis in Palat. man.* Inlustribus meritis Prætorii dignitatem mereri, *l. 10. de Prætorib.*

Sequentibus etiam titulis ornati & compellati. Amplissimi Iudices vocantur, *l. vltim. de censu.* Amplissimæ potestates, *l. 16. de pœnis: l. 8. de iis quæ administr.* Amplissimæ præceptionis auctoritas, *l. 3. de Decurionib. & silent.* Amplissima Præfectura, *l. 2. de publ. compar. l. vltim. de conl. don. l. vltim. de cohortalib. l. 16. de indulgent. debitor. l. vltim. de pascuis: l. 188. de Decurionibus.* Prætoriana amplissima Præfectura, *l. 30. de susceptorib.* Amplissimæ Præfecturæ culmen, *l. 32. de erog. mil. ann.* Amplitudo tua, *l. 67. de appell. l. 9. de diuers. offic. l. 7. de honor. codicill. l. 4. de executorib.* Auctoritas tua, *l. 5. de cursu*, excellens auctoritas, *l. 2. de pascuis: l. 16. de cursu: l. 12. de Iudæis*: Inlustris auctoritas tua, *l. 31. de appellat. l. 25. de erog. mil. ann. l. vltim. de Decurion. & silent.* Magnifica auctoritas tua, *l. 11. de extraordin.* Sublimis auctoritas tua, *l. 15. de Episcopis: l. 139. de Decurion. l. 35. in fine de cursu.* Celsissimum officium tuum, *l. 11. de Numerariis.* Celsitudo tua, *l. 8. de extraodin. l. 23. de cursu: l. 32. de nauicul. l. 10. de Legatis: l. 2. de sepulchr. viol.* Illustris & magnifica celsitudo tua, *l. 15. de accusat.* Sedes vestræ vel tuæ celsitudinis, *l. vnic. de quadri. breu. l. vnic de Irenarchis.* Clarissimus Vir Præfectus Prætorio, *l. 7. de extraordin. l. 1. de pascuis: l. 15. de Prætorib.* Vir clarissimus & inlustris, *l. 19. de petition. l. 12. de extraordin. l. 6. de ann. & trib.* Ei culmen tribuitur. Culmen tuum *l. 32. 35. de erog. mil. ann. l. 4. de domesticis: l. 5. vers. Sane, de collat. donat. l. 6 de censitorib. l. 4. de spectac. l. 10. de diuers. offic. l. 18. de cobortalib.* Sedes culminis tui, *l. 5. de conlat. don.* Ita *culmen honorum* Ausonio *ad Syagrium v. 35.* Prætorianum culmen Symmacho, *lib. 4. epist. 69.* Summum culmen honorum Ausonio *in epicedio patris* de se *v. 41.* Claudianus Panegyrico *in Cons. Theodori*, de Consulatu & Præfectura Prætorianna. *16.*

Culmen vtrumque tenes. - - - -

Mox idem, *cacumen* vocat, *vers. 62.* *Eminentia* tua, *l. 32. de susceptorib. l. 13. de nauicul. l. 1. de frum. Alex. l. 10. de tironib.* Eminentissima Præfectura Prætoriana, *l. vnic. de præpos. S. Cub.* excellens eminentia tua, *l. 38. de operib. publ. l. 9. de indulgent. crim.* Sedis tuæ eminentia *l. 3. de Legatis.* Eminentissima sedes tua, *l. 4. ne conlat. transl.* Eminentes potestates, *l. 16. de diuers. offic.*

Excellentia tua, *l. 10. de Legatis: l. 24. de erog. mil. ann. l. 5. de patrocin. vic. l. 29. de cobort. l. 2. de sepulchr. viol. l. 2. de his qui per metum Iudicis :l. 173. de Decurion. l. 5. de susceptorib. l. 43. de operib. publ. l. 3. quib equ. vsus: l. 6. de Palat. S. L. l. 3. de re milit.* Excellens eminentia tua, *l. 9. de indulgent. crim. l. 38. de operibus publ.* Excellens auctoritas tua, *l. 16. de cursu.*

Grauitas tua, vel vestra, *l. 11. de erog. mil. ann. l. 1. de Centon. & Dendrof. l. 3. de cursu publ. l. 5. in fin. de filiis mil. app.* & subdititia *l. 1 in fin. de Episcopali iudicio.* Magnificentia tua, *l. 2. de litor. & itin. cust. l. 15. de extraordin. l. 5. de executor. l. 12. 17. de Agentib. l. 7. de curiosis: l. 32. de susceptorib. l. 3. de Legatis: l. 16. de diuers. offic. l. 11. de medicis: l. 12. de cobortalib.* inlustris Magnificentia tua, *l. 2. ad Leg. Iul. repet.* sublimis Magnificentia tua, *l. 30. de oper. publ. l. 32. de hæret. l. 1. de grege dom. l. 2. de Episcop. iud.*

Magnitudo tua, *l. 51. de oper. publ. l. 183 de Decurion. l. 5. de susceptoribus: l. vnic. de Classicis: l. vltim. de postul. l. 3. ne conlat. transl. l. 61. de cursu: l. 63. de appell. l. 42. de Episcopis*: sublimis magnitudo tua, *l. 52. de cursu.* Parens Karissime & amantissime, *l. 2. de Episcop. iud.* Præstantia tua: tua, potestatis præstantia, *l. 8. de desertorib.* Inlustris præstantia tua, *l. 10. de diu. offic.* Prudentia tua, *l. 2. de sepulchr. viol. l. 38. de Decurionib. l. 8. de cursu, l. 7. de diuers. offic.* Mira prudentia tua, *l. 2. de curiosis.* Sacra vice soli vere cognoscentes, *l. 16. de appell.* Sacræ cognitionis auditor, *l. 7. de repar. appell.* Sedes vestra tua, *l. 139. 173. in fin. de Decurion. l. 32. de nauicul.* Amplissima sedes, *l. 26. de cobortalib. l. vltim. de conlat. don. l. 8. de Numerariis: l. vnic de superindicto*, & Claudianus de Theodori Præfectura *in Consulat. Theodor. v. 22.* Eminentissima sedes *l. 4. ne conlat. transl.* Excelsa sedes, *l. vnic. de Comitib. qui Inlustr. l. 3. de Indiction. l. 17. vltim. de Numer. l. vlt. de indulg. debit.* Inlustris vestra sedes, *l. 12. de Legatis:* sedes Inlustrium Præfectorum *l. 56. de cursu:* Magnifica sedes *l. 19. de cursu publ. l. 172. de Decur. l. 4. de pascuis:* Magnificentissima sedes, *l. 4. de Legatis:* Præcelsa sedes, *l. 26. de cobortalib.* Sedes culminis tui, *l. 5. de collat. donat.*

Sinceritas tua, *l. 1. de defens. ciu. l. 7. de metallis: l. 1. de Tractoriis: l. 35. de cursu: ciu. l. 15. de susceptor. l. 8. de fil. mil. app. l. 39. de Decurionib. l. 8. de desertor. l. 23. 35. de cursu: l. 10. de diuers. offic. l. vnic. si*

per

per obrept. l. 1. ne opera à conlat. Laudanda sinceritas tua, *l. 22. de cursu:* Præcelsa sinceritas tua, *l. vltim. de aduoc. fisci.*

Solertia tua, *l. 3. de Numerariis*, quæ est Constantini Magni. Sublimitas tua, *l. vnic. de off. Præf. Prætor. l. 37. 49. de operib. publ. l. 9. 12. 13. 14. 18. 60. 61. de cursu: l. 23. de erog. mil. ann. l. 27. de appell. l. vltim. vers. quidquid, de patrocin. vic. l. 26. 33. 36. de annona: l. vltim. de Suariis: l. 87. 98. 119. 180. de Decurion. l. 7. 15. 29. de hæreticis: l. 32. de susceptor. l. 17. in fin. de pœnis: l. 1. de excus. artif. l. 14. 15. & vltim. de Legatis: l. 21. 22. de diuers. offic. l. vltim. de Præd. Senat. l. 4. de Prætorib. l. 1. de primic. & Notar. l. 2. de sent. ex peric. l. vltim. de conlat. donat. l. 25. de petitionib. l. vltim. de Indictionib. l. 10. de Censitorib. l. 11. de desertor. l. 20. de cohortalib.* Miranda sublimitas, *l. 9. de cursu:* Sublimissima administratio, *l. 44. de cursu publ.* Sublimis Præfectura, *l. 41. de operibus publ. l. vnic. qui a præb. tyron.* Sublimes potestates, *l. 6. de indulgent. debitor. l. 2. de his quæ ex publ. collat.* Summam iudiciorum tenere, *l. 1. de episcop. iud.* summa rerum his commissa, propter loci dignitatem *l. 117. de Decurionib.* & Ammianus Marcellinus *l. 17. cap. 3.*

Quam magna eorum dignitas esset, ostendunt & sequentia. Pluribus ii diœcesibus præerant, *l. 11. de Medicis & Profess. leg. 2. subditit. de episcopal. iud. in fin.* Quanquam & vni aliquando diœcesi præfuisse indicare videtur *l. 4. de Prætorib.* Sub horum dispositione & censura erant Proconsules *l. 4. de cursu*, Vicarii, qui diœceses singulas regebant *l. vltim. de aduoc. fisci: l. 20. de petition.* Iudices seu Rectores Prouinciarum, *l. 108. de Decur. l. 2. 3. 16. 18. 20. 21. de oper. publ. l. 4. 6. de Palat. S. L. l. 12. de Agentib.* Quos ideo officii sui literis monere iubebantur *d. l. 12. de agent.* & *l. 3. de Numerar. l. 18. de accusat. l. vltim. de aduoc. fisc. l. 108. de Decurion. l. 20. de petition. l. 16. in fin. de diuers. offic. l. 5. 22. de cursu: l. vltim. de quæstionibus: l. 12. de cohort. l. 4. de extraordin. l. 18. de exactionib. l. 2. 3. 34. de operibus publicis: l. 4. de cursu*, conuenire, *l. 23. de pœnis: l. 1. 2. de pascuis: l. 31. de appellat.* Leges his intimare, *l. 18. de pœnis: l. vlt. de itin. mun.* Iussiones Principum nuntiare & indicare *l. 13. de cursu:* vniuersos Prouinciales Edicto conuenire *l. 7. de metatis*, innotescere *l. 9. de indulgent. crim.* Insinuare præceptiones, *l. 11. de Censitorib.* Literis vrgere *l. 5. de susceptorib.* Propositis Edictis minimos maximosque monere *l. vn. de grege dom.* cunctas faciebant per omnes Prouincias diuulgare constitutiones, *l. 14. de bonis proscript.* sanctiones propositis Edictis diuulgare, vt ad Prouincialium Iudicum notitiam peruenirent, *l. 26. de cohort.* præceptis ad vniuersas ciuitates & Iudices Præfecturæ suæ transmissis, notum aliquid facere, *l. 4. de Spectaculis.*

Ne qua cui a Vicariis vel Rectoribus Prouinciarum oppressio fieret inspicere, *l. vnic. si quacunque præd. pot.* Iudicibus ciuilibus imminere, *l. vnic. de off. Iudic. ciuil.* De Officialium & Præsidis concussionibus cognoscere, atque ideo apud hos de iis conquesti Prouinciales, *l. 1. de offic. Rector. Prou.* A Iudicibus seu Rectoribus Prouinciarum ad eos de reis Senatoribus referebatur, *l. 13. de accusat l. 2. de exhib. reis: l. 5. de Veteranis:* de vrgentibus necessitatibus, *l. 7. 8. de extraordin.* consulebantur a Iudicibus, si iudicandi difficultas exigeret, *l. 41. de operibus public.* a Iudicibus ad eos appellabatur, *l. vnic. de off. Præf. Prætor.* non admissa a Iudice appellatione, appellator, tanquam appellatione suscepta, Præfectum Prætorio adire poterat, & apud eum de integro litigare, *l. 16. de appell.* Imo & si quis per metum Iudicis qui vice sacra iudicabat, puta Præfecti Vrbis, Proconsulis, se non appellasse diceret, Princeps quandoque Præfecto Prætorio hanc cognitionem impertiebat, *l. 1. 2. de his qui per metum Iud.* sine iussu Præfecti Prætorio Iudices nonnulla agere non poterant, *l. 37. de operib. publ.*

Edicta proponebant, inter alia horum nomina publicabant, quos ex officio suo eiecerant, & diuersis muneribus inhærere iusserant, *l. 10. de diuers. offic.* Edicto Prouinciales conuenire iubebantur, *l. 7. de metallis.* Rescriptum impetratum allegabatur Præfecto Prætorio, aliter quandoque a Iudicibus suscipi vetabatur, *l. 26. de cohort.* Ad hos missa rescripta, quibus loca publica ciuitatum concedebantur, *l. 43. de operibus publ.* Statuta Principum Edictis propositis ad omnium notitiam peruenire faciebant, seu iubebantur *l. vlt. in fin. de Decurion. & silent.* prælata Oraculi auctoritate Legibus cauta firmabant, *l. vnic. si per obrept.* Huc pertinent subscriptiones hæ: *Data Epistola Præfecto, cui hæc sacra fuerat antelata, l. 6. de cohort. Missa a Præfecto Prætorio, lex 3. ne quid publ. Dat. Epistula PP. l. 8. de Numerariis.*

Appellari ab his non poterat, *l. 16. de appellat.* De Honoribus qui Præfectoriis delati: vide *l. 12. de Legatis.* Cursu publico suo arbitrio vti poterant, *l. 3. 35. 62. de cursu.* Euectionis, id est, cursus publici aliis licentiam facere poterant, *l. 3. 4. 5. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 23. 26. 28. 30. 34. 35. 36. 38. 39. 40. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 50. 52. 53. 54. 58. 59. 60. 61. 62. 65. & vltim. de cursu publ.* Immunes erant a tyronum & equorum præstatione, *l. vnic. qui a præbit. tyronum*, etiam ex-Præfectis a metati onere, *l. 3. de metatis.* Coërcendi Agentes in rebus, cursus publici sollicitudinem sustinentes, his ius erat, *l. 3. de Curiosis.* Militaris annonæ cura ad eos pertinebat, *l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 35. de erog. mil. ann. l. 2. de excoct. & transl. ann. l. 1. 2. 3. 5. de milit. veste.* Annonarum & capiti præbendi Palatinis, veluti domesticis, curam gerebant, *l. 1. de domest. & protectorib.* Census emendabant, *l. vltim. de censu.* Census & Capitationis cura ad eos pertinebat, *l. 3. de Numerar.* Tributariæ rei seu annonariæ functionis cura & dispositio, *l. 3. 6. 9. 14. 15. 20. 21. 22. 23. 26. 31. 33. 35. 36. 37. de annona & trib. l. 4. de pascuis, l. 12. 24. de indulgent. debitor.* Tironum exactionis, *l. 1. 5. 6. 7. 9. 10. 13. 21. vlt. de tironib.* Extraordinariorum quandoque munerum, collationum imponendarum potestas fuit, *l. 7. 8. de extraordin.* vide & Ammianum Marcellinum *l. 17. c. 3.* & *l. 3. de Decurion. & silent.* Quadrimestrui breues erogationis faciendæ & factæ a PP. examinabantur, *l. vn. de quadrimestr. breuib.* Defensores probatissimi vt eligerentur, inuigilabant, *l. vltim. de Defensor. ciuit.* Legationum decreta antequam ad Principem perferrentur, mitti ad eos oportuit, *l. 3. 4. 8. 10. 14. 15. de Legatis*, quo scilicet impudentiorem petitionem refutarent, & quæ eorum auxilio protinus implenda essent despicerent, cæteris Principi reseruatis, *dict. l. 3. 4. 8. 10. 12. 14. 15. de Legat.* Disciplina spectaculorum, & spectacula, ad eorum curam pertinebant, *l. 1. 2. 3. 4. 5. de Spectaculis: l. 1. 2. de Maiuma: l. 10. 11. 12. de scenicis: l. 2. de expensis ludor. l. 1. de gladiatoribus.* Metallis & metallariis præerant, *l. 6. 7. 10. 11. 13. de metallis.* Pabula stationibus siue mutationibus ne deessent, curare debebant, itemque moderatum pretium, vt pabulis statueretur, *l. 60. de cursu.* Operum publicorum curam gessere, *l. 2. 3. 14. 16. 18. 21. 23. 24. 26. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 37. 38. 40. 41 42. 43. 49. 51. de operib. publ.* Viarum item, *l. 3. 4. 5. 6. de itin. mun.* Desertores a Iudicibus interrogati, ad eos directi, *l. 8. in fin. de desertorib.* vel de his ad eos relatum, subditis confessionibus, *l. 12. de desertorib.*

Limitata tamen eorum aliquatenus potestas erat; super designationibus Prætorum a Senatu factis non erat ad eos referendum, *l. 15. de Prætorib.* In Palatinos ius nullum habuere, *l. 6. de Palatinis S. L.* Referre quandoque ad Principem solebant & debebant, vt *l. 4. de Spectaculis.* Indicere vel superindicere iniussu Principis nil potuere, *l. vnic. de superindicto: l. 23. de*

l. 23. de ann. & trib. solique Principi id reseruatum, *l. 10. 11. de extraordin. & d. l. vnic. & d. l. 23. de annon.* etsi aliquando aliter obseruatum, *l. 7. 8. de extraordin.* Arca peculiaris Præfectorum Prætorio fuit: de qua *l. 3. 6. 9. 16. 17. de indulg. debitor. l. 5. de executor.* ab vtroque ærario seu largitionibus diuersa.

De foro Præfectorum Prætorio, vide *l. 3. seu vltim. de postulando: l. vltim. de cobort. l. 188. de Decurion. l. 2. de Aduocato fisci:* deque auditorio *l. 10. de Legatis.* In eo Adsessores suos habuere, *l. vnic. de comitib. qui Inlustr. ag.* Aduocatos, seu Togatos, *l. vltim. de Senatorib. & gleb. coll. d. l. vlt. de postul. l. 118. de Decurionib.* Nouella Theodosii *de postulando 16.* Vt & fisci nominatim Aduocatos, *l. 2. de Aduocat. fisci:* vide & *Nouell. Theodos. de postul. 16.* Qui omnes supra cæteros Iudicum Adsessores, Aduocatos pariter vt & eorum Officiales, de quo postea, aliquando præcipuo iure habiti. Arbitri quoque ab his dati, *l. 63. 67. de appellat. l. vltim. de repar. appellat.*

De Ex-Præfectis, vide *l. 2. de Præfect. Prætor. l. 7. de bonor. cod. l. 3. de metatis: l. 25. de Decurion.*

Officium Virorum Illustrium Præfectorum Prætorio.

Officium Præfecturæ Prætorianæ, *l. 13. de ann. & trib.* Officium Prætorianum, *l. 9. de executor.* Apparitio Prætoriana, *l. 147. de Decurionib.* Apparitor Præfecti Prætorio *l. 4. de executorib. l. 18. de cobort.* Præfectiani *l. 19. de diuers. offic.* Inlustrium Virorum Apparitores *l. 6. de executorib.* Inlustrium potestatum *l. 7. eod. tit.* Apparitio *l. 5. de executor.*

De hoc Officio, seu de Officialibus & Apparitoribus, vide *l. 1. de primicerio & Notar. l. 1. quis in gradu præferat. l. 2. 8. 9. 11. 13. 17. seu vltim. de Numer. l. 5. de Veteranis: l. 7. 8. 9. 10. 16. 19. 21. 22. de diuers. offic. l. 14. de exactionib. l. 119. 147. 173. de Decurion. l. 14. de priuil. eor. qui in sacro palat. l. vnic. de Classicis: l. 1. 17. 18. 25. de cobort. l. 11. 32. de erog. mil. ann. l. vltim. ne conlat. transl. l. 13. de annona: l. 4. 6. 9. de executor. l. 1. de alim. quæ inop. par. l. 2. de Curiosis: l. 2. de lucr. offic.* Ab initio hi *Cobortales* dicti *l. 1. de cobort.* quod postea mutatum. Cohortales enim & Cohortalini Iudicum seu Rectorum Prouinciarum dicti, Præfecti Prætorio vero Apparitores, *l. 18. 25. 26. de cobort.* & *l. 14. de priuil. eorum qui in sacro palat.* Hi a Principe probabantur, prouehebantur, *l. 7. 21. 22. de diuers. offic.* Eodem aliquando iure censiti, quo cæterorum Iudicum Officiales, verum postea vt nominibus, ita & conditione secreti, *l. 8. 11. de Numerar.* Missi hi quandoque ad aurum exigendum, *l. 14. de exactionib.* Quindecennali militia a Curia liberabantur, *l. 14. de priuil. eorum qui in sacro palat.* Quidam ex his Militia perfuncti, ad adorandam Principis purpuram admittebantur, *l. 13. de Numerar. l. 8. 9. de diuers. offic.*

Princeps. De eo vide Auson. *de Professor. Burdigalens. in Attico Tirone Delphidio, v. 15.*

Cornicularii: l. 8. 9. de diuers. offic. Corniculos transfigere dicuntur, *d. l. 8.* Annis singulis ex numero Deputatorum quidam exibant, *d. l. 8.* immunes a muneribus erant, *d. l. 8.* Præfecturæ cornicularii ad adorandam purpuram Principis admittebantur, *d. l. 8. 9. 16.*

Adiutor, l. 8. de Numerariis.

Commentariensis, l. 21. de appell. vbi Commentarii appellantur, de quo dixi ad eam legem. Ad hos destinati, qui in caussis fiscalibus perperam appellassent, *leg. cit.*

Numerarii, l. 1. de Primicerio & Notar. l. 5. 8. 11. 13. & vlt. de Numer. l. 5. de his quæ admin.

Hi chartas, ac ratiocinia publica tractabant, *l. 11. de diuers. offic. l. 6. 7. de numerar. Nouell.* Valentin. *inter Theodos. 46. de offic. & numer. PP.*

Hi Conditionales primo fuere, vt aliorum Magistratuum Numerarii seu Tabularii, *d. l. 11.*

Per quinquennium fuere, *d. l. 8.* postea per triennium, *d. l. 13. vlt.*

Interea ad nullam adspirare poterant militiam, veluti domesticorum, *d. l. vltim.*

Exacto triennio, purpuram Principis adorabant, *d. l. 13.*

Inter eos erant quidam *Primi* & *Magistri*, *dict. l. 8.*

Scriniani l. 3. de Indictionibus: In his *Primiscrinius Officii l. 4. de executionib.*

❁ ❁ ❁

Præfecti Prætorio annuales erant.

Euectiones non habebant, sed ipsi emittebant, *l. 3. 4. 5. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 23. 26. 28. 30. 34. 35. 36. 38. 39. 40. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 50. 52. 53. 54. 58. 59. 60. 61. 62. 65. & vlt. de cursu public.*

Nunc de singulis Præfectis Prætorio: qui quidem plurimi hoc Codice memorantur: etiam de quibus dubitari potest, an Præfecti Prætorio fuerint, errore admisso in Legum Inscriptionibus. Aliquam multi ex his, quibus Præfecturæ ipsius nomen non additum: Et ex his tamen nonnulli, quibus ea restitui potest quibusdam argumentis. Nos eos hic primum memorabimus, de quibus nil certi definiri potest, etiam qua Imperii parte fuerint: Deinde eos, de quibus hoc postremum saltem sciri potest.

I. *PRAEFECTI PRAETORIO, de quibus nihil certi sciri potest, nisi sub quo Imperatore fuerint, & quo anno. De his autem plura inuenies dicta in Prosopographia, quam adi.*

Sub CONSTANTINO M.

An. 315. CONSTANTIVS.
De eo consule *not. b.* ad *leg. 1. de cohortalib.* Forte est hic Constantini M. frater. *vid. Prosopograph.*

315. EVAGRIVS.
De eo vid. *not. b.* ad *leg. 1. de Centonar.* Forte hic iam fuit PP. *an. Dom. 313.* vt coniicere licet ex *leg. 1. de Decurionib.*

317. LEONTIVS.
De eo hoc anno vid. *leg. 1. si quis solidi circul.* & *plura in Prosopograph.*

319. RVFINVS.
De eo hoc anno consule *not. b.* ad *leg. 3. de priuilegiis eorum, qui in sacr. palat.* Sed forte Leges Rufino inscriptæ, quas vide in *Prosopograph.* referendæ sunt ad *an. 352.* & tribuendæ Constantio. Vide dicta ad *leg. 6. de annon. & tribut.*

319. BASSVS.
320. De eo *an. 319.* vid. *not. c.* ad *leg. 1. de Tu-*
321. *torib.* & *an. 320. leg. 3. de Episcop.* & *an. 321. not. c.* ad *leg. 3. de malef.*

320.
321. SEVERVS.
322. Coniici forte potest his annis *Seuerum* fuisse *PP.* quamuis leges in *Prosopograph.* adductæ, e. gr. *l. vlt. de priuil. eorum qui in sacr. palat. l. 1. de honorar. codicill. l. vlt. Cod. Iust. de præd. minor. non al.* Edit. Haloandr. *Seuerum PV.* præferant. Sed

facit

facit coniecturam probabilem Vetus Notit. Præfect. Vrb. quæ his annis non *Severum*, sed *Valerium Maximum PV.* habet.

An. 321.

322. MAXIMVS.
De eo his annis consule *Prosopographiam.* Videtur enim fuisse PV. vt intelligimus ex Veter. Notitia PV. nisi forte & PP. fuerit, quod sæpe euenisse ex dicta Notitia intelligimus. Consule *not. c.* ad *leg. 2. de denunciat.* Rectius quis statueret Maximum Præfecturæ dignitate fuisse ornatum *an. 314.* quamuis *l. 1.* ad *leg. Iul. Maiest.* præferat *PV.* quo tamen anno in *Veter. Notit.* memoratur *Rufinus Volusianus.*

323. LEONTIVS.
De eo hoc anno vide *leg. 1. Cod. Iust. de commeatu*, & *leg. 1. eod. tit. hoc Cod.* vbi adi *not. b.*

324. CONSTANTIVS.
325. De eo his annis vide *leg. 1. de infirmand. his quæ sub Tyr.* & *leg. 11. de Decurion.* & *not. b.* ad *dict. leg. 1.*

326. RVFINVS.
De eo hoc anno vide *legem 2. de Med. & Profess.* & ibid. *not. b.*

326. ABLAVIVS.
De eo hoc anno vide *leg. 6. de Episcop. ecclesf. & cler.* & ibid. *not. b.*

326. EVAGRIVS.
Testatur eius Præfecturam hoc anno *l. 2. de custod. reor.* & *l. 2. Cod. Iust. eod. tit.* vbi expresse scriptum, *ad Euagrium PP.* Item fidem facit *l. 2. ad leg. Iul. de adulter.* vid. ibid. *not. b.*

326. SECVNDVS.
328. His annis de eo vide *leg. 3. de Oper. publ.* & *leg. 6. de accusat.* & ibid. *not. b.*

327. BASSVS.
Videtur probare hoc anno eius Præfecturam *l. vltim. Cod. Iust. Comminationes, Epist.* quanquam legis subscriptio male se habeat.

328. AEMILIANVS.
De eo hoc anno vid. *not. b.* ad *leg. 4. de extraordinar.*

331. BASSVS.
De eo hoc anno vid. *l. 3. de liberal. causs.* & *l. 1. de Offic. PP.* vbi vide *not. b.*

331. EVAGRIVS.
Vid. *leg. 20. de Decurion.*

332. LEONTIVS.
Vid. *leg. 4. de filiis militar. apparit.*

333. MAXIMVS.
Vide de eo hoc anno *leg. 3. de numerar.* & ibid. *not. b.*

336. EVAGRIVS.
Hoc anno eius Præfecturam memorat *l. 22. de Decurion.* vbi vid. *not. b.*

Sub CONSTANTIO

Præfect. Prætor. de quibus nihil certi sciri potest, quorumque nomina etiam inuenies in Prosopographia.

An. 340.

346. PHILIPPVS.
347. De eo vid. *leg. 20. de appellat.* & ibi *Com-*
353. *mentar. in fin.* & multa in *Prosopograph.*

352.
354. RVFINVS.
356. His annis de eo vide *leg. 5. Cod. Iust. qui test. facere poss.* In qua paululum emendanda subscriptio. *l. 6. de annon. & tribut.* vbi vide de eo Commentar. & *l. 1. si quis pecun. conflau.* adde *Prosopograph.*

Sub CONSTANTIO *in Oriente.*	*Sub* CONSTANTE *in Occidente.*
338.	338.
343. LEONTIVS.	339. CELSINVS.
344. Leges, de eius Præfectura hoc anno fidem facientes, vide in *Prosopograph.*	340. MARCELLINVS.
	344. PLACIDIVS.
	348. EVSTATHIVS.
	349. RVFINVS.
359.	349. LIMENIVS.
360. HELPIDIVS. De eo multa habes in *Prosopograph.*	Horum omnium euolue nomina in *Prosopograph.*

Sub THEODOSIO MAGNO

380.
381. NEOTERIVS.
380.
381. EVTROPIVS.
385. Consule de eo *Prosopograph.* & *Præfat.* ad Tom. III.

II. *PRAEFECTI PRAETORIO,*

De quibus illud tantum sciri potest, in qua Imperii parte fuerint.

Sub CONSTANTIO *in Oriente.*

An. 330.
331. ABLAVIVS.
333.

Sub GRATIANO & VALENTINIANO IVN. *in Occidentis partibus.*	*Sub* THEODOSIO *in Orientis Partibus, atque Orientali etiam Illyrico.*
	380.
An. 379. SIBVRIVS.	381. NEOTERIVS.
382. SEVERVS.	380.
383. HILARIVS.	381. EVTROPIVS.
384. ATTICVS.	385.
384.	
385. NEOTERIVS.	384. CLEARCHVS.
384. PRÆTEXTATVS.	

Sub ARCADIO *in Orientis Partibus.*	*Sub* HONORIO *in Occidentis Partibus.*
396. SIMPLICIVS.	396. HILARIVS.
396. MAXIMVS.	400. ROMVLVS.
	404. ROMVLIANVS.
	407.
	408. CVRTIVS.
	407. SENATOR.

Sub HONORIO *in Occidentis Partibus.*	*Sub* THEODOSIO IVN. *in Orientis Partibus*
An. 410.	420.
413. FAVSTINVS.	422. EVSTATHIVS.
410.	
412. MELITIVS.	
412. LIBERIVS.	
415.	
416.	
417.	
418. PALLADIVS.	
419.	
420.	
421.	
422. IOANNES.	
422. MARINIANVS.	
423. VENANTIVS.	

Sub VALENTINIANO III. *in Occidente.*	*Sub* THEODOSIO IVN. *in Orientis Partibus.*
An. 426. ALBINVS.	425. AETIVS.
426. BASSVS.	426. CYRVS.
428.	
429. VOLVSIANVS.	
431.	
432. FLAVIANVS.	

Sequitur Notitia Præfectorum Prætorio, quorum Præfectura vel expresse designatur, vel certis argumentis erui potest.

Præfectus Prætorio ORIENTIS.

PRæfecturæ Prætorianæ Orientis fit mentio *leg. vltim. de cohort. l. 188. de Decurion.*

Sub dispositione Virorum Inlustrium Præfectorum Prætorio Orientis diæceses infrascriptæ quinque, l. 3. de milit. veste: l. 3. de fide cathol.

Thraciarum. In ea Prouinciæ Scythia, & Mysia, *dd. ll. 3.*

Ægyptus, dd. ll. 3. l. 1. de nauibus non excus. l. 1. 4. 6. de patrocin. vicor. l. 31. de erog. mil. ann.

Orientis partes, seu, *Prouinciæ, dd ll. 3.* In his *Osdroëne, Isauria, d. l. 3. de mil. veste*: Cilicia, *l. 5. de susceptorib.*

Asiana, d. l. 3. de milit. vest. l. 2. de expensis ludor. In ea *Lycia* Prouincia, *l. 9. de indulgent. crim. Syria, l. 1. de præd. Senat. l. 169. de Decurion. l. 2. de expens. ludor.*

Antiochia, (quæ caput Orientis) *l. 2. de expensis ludor.*

Pontica diæcesis, d. l. 3. de milit. veste: in ea *Bithynia, l. 119. de Decurion.*

Prouinciarum, regionum in vniuersum, quæ sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis fuere, mentio in *l. 25. de erog. milit. ann. l. vltim. de itin. mun. l. vltim. de defensor. ciuitat.* vt & Rectorum Prouinciarum, *l. 19. 31. 34. de operibus publicis: l. 108. de Decurionib. l. vltim. de itiner. mun. l. 3. de Spectaculis.*

1. A Proconsulibus, Comite Orientis, Præfecto Augustali, Vicariis, in criminalibus ad eum appellabatur, *l. 16. de pœn. l. 57. de appellat.*

2. Comes quoque Ægyptiaci limitis sub eo fuit *l. 52. de cursu.* Ciuitates sub PP. Orientis: vide in *Notit. Vrbium.* Antiochia, Berythus, Constantina, Constantinopolis.

3. *Tituli* eius, vt aliorum Præfectorum Prætorio ac nominatim *Viri Illustris*, repetendi ex Paratitlo generali, *lib. 6. de Præf. Prætorio.*
Amplissima Præfectura Prætoriana Orientis, *l. vlt. de cohort.* appellatur.

4. In *Foro* PP. Orientis Aduocati *d. l. vlt. de cohort. l. 188. de Decurion.*

5. *Officium* Præfecti Prætorio Orientis, *l. vnic. de Classicis: l. 18. de cohort. l. 119. 173. de Decurion. l. 21. 22. de diuers. offic.*
Ex his quidam Consulari Officio deputati erant, *d. l. 18.*
Scriniarii Præfecti Prætorio *l. 3. de Indictionib.*

Indiculus Præfectorum Prætorio Orientis.

1. *Sub* CONSTANTINO MAGNO.

MAXIMVS, vt puto, ex-Vicario Anno D. 315. 333. 337.
ABLAVIVS, Anno D. 330. 331. 333.

2. *Sub* CONSTANTIO.

ACINDYNVS, Anno D. 338. 340.
PHILIPPVS, Anno D. 340. 346. 349.
MVSONIANVS post Domitianum, Anno D. 354. 356.
THALASSIVS Anno D. 357.
HELPIDIVS Anno D. 358. 359. 360.

3. *Sub* IVLIANO.

SECVNDVS, seu SALLVSTIVS An. D. 362. 363. vid. *Prosopograph.*

4. *Sub* IOVIANO.

Idem SECVNDVS, An. D. 364.

5. *Sub* VALENTE.

MODESTVS Anno D. 365. 366. 370. 371. 372. 373. 377.
AVXONIVS An. D. 368. 369. 370.

6. *Sub* THEODOSIO MAGNO.

EVTROPIVS An. D. 380. 381. 382.
FLORVS An. D. 380. 381. 385.
NEOTERIVS An. D. 380. 381.
TATIANVS An. D. 380. 385. 386. 388. 390. 391. 392.
POSTVMIANVS An. D. 383.
CYNEGIVS An. D. 384. 385. 386. 387. 388. 389.
RVFINVS An. D. 386. 392. 393. 394.

7. *Sub* ARCADIO.

RVFINVS An. D. 395.
CÆSARIVS An. D. 395. 396. 397. 398.
AVRELIANVS An. D. 396. 399.
EVTYCHIANVS An. D. 396. 397. 398. 399. 405.
ANTHEMIVS An. D. 405. 406. 407. 408.

8. *Sub* THEODOSIO IVNIORE.

ANTHEMIVS An. D. 408. 409. 410. 412. 413. 414. 415.
MONAXIVS An. D. 412. 414. 416. 417. 418. 419. 420.
AVRELIANVS PP. II. An. D. 415. 416.
EVSTATHIVS An. D. 420. 422.
ASCLEPIODOTVS An. D. 423. 424. 425.
HIERIVS An. D. 425. 426. 427. 428. 432.
EVDOXIVS An. D. 427.
ANTIOCHIVS An. D. 427. 430. 431.
FLORENTINVS vel FLORENTIVS An. D. 428. 429.
TAVRVS An. D. 433. 434.
ISIDORVS An. D. 435. 436.
DARIVS An. D. 436. 437.
FLORENTIVS An. D. 435. 438.

Notitia Præfectorum Prætorio ILLYRICI.

PRæfecturæ per Illyricum mentio fit in *l. 17. de cohort.* quæ data Anno 389. & *l. vlt. de cohort. & l. 188. de Decurion.*

Sub dispositione Virorum Inlustrium Præfectorum Prætorio per Illyricum Diæceses infrascriptæ Illyricum.
Et Diæcesis Macedonica, l. 7. de metallis.

Officium eorum memoratur *l. 32. de erog. milit. ann. l. 17. de cohort. l. vlt. ne conlat. transl.*

Aduocati in foro eorum, *l. 188. de Decurion. l. vlt. de cohort.*

Indiculus Præfectorum Prætorio Illyrici, seu per Illyricum, quorum nomina inuenies in Prosopographia.

Sub CONSTANTIO. Anatolius, An. D. 346. 349. 358. 359.
Sub VALENTINIANO. Probus, An. D. 368.
Sub THEODOSIO M. Apodemius, An. D. 392.

Sub ARCA-

Sub ARCADIO. Anatolius, A. D. 397. 398. 399.
Sub THEODOSIO IVN. Herculius, A.D. 408. 410. 412.
Leontius, A. D. 412. 413.
Strategius, A. D. 415.
Philippus, A. D. 418. 421.
Isidorus, A. D. 424.
Reginus, A. D. 435.
Eubulus, A. D. 436.

Notitia Præfectorum Prætorio ITALIAE.

Eorum mentio *l. 12. de extraordinar.*

Ttuli Præfecti Prætorio Italiæ, vt aliorum Præfectorum Prætorio.

Sub dispositione Viri Illustris Præfecti Prætorio Italiæ Diœceses quatuor infrascriptæ.

Italia omnis, seu Italiæ regiones, *l. vnic. si per obrept. l. 28. de cursu: l. 1. quib. equor. vsus: l. 9. de ann. & trib.* etiam Roma: vbi PP. & Acc. leges, quæ ad PP. Italiæ datæ, *l. 1. de lustrali: l 28. de appellat.* Fidem facit & *lex vnic. de equ. dign. l. 1. de ann. ciu.*

In ea Prouinciæ, *Apulia*, *Calabria*, *l. 158. de Decurion. l. 1. quib. equ. vsus: Campania*, *l. 8. de Aquæductu*: & in ea, *Capua*, *l. 25. de appellat. Picenum*, *Flaminia*, *Brittii*, *Lucania*, *Samnium*, *d. l. 1. quib. equ. vsus: Sicilia & Sardinia*, *l. 12. 16. de cursu.* Quare & appellatum inde, vt & ex Æmilia, Venetia ad PP. Italiæ, *l. 27. de appellat.*

Vrbicariæ Regiones, vel *Suburbicariæ*: *l. vnic. si per obrept. l 9. de ann. & trib. l. 12. de indulg. debitor. l. 9. 12. de extraordin. mun. l. vnic. si per obrept.* Nouell. Valent. *de Tyronib. 41.* In his *Picenum* & *Tuscia*, *d. l. 12. de indulgent. debitor.*

Africanæ regiones, seu *Africæ diœceses*, *l. 13. de annon. l. 2. 3. 33. de erog. milit. ann. l. 8. de exactionib. l. 10. de metatis: l. 1. de milit. veste: l. 4. de susceptorib. d. l. vnic. si per obrept.* In his *Africa* Prouincia, *l. vlt. de susceptorib.* Karthago, vbi Acc. vel PP. leges ad PP. Italiæ datæ, *l. 2. 7. de lustrali coll. l. 1. de excus. artific. l. 2. de nauic.* Byzacena, *l. vlt. de susceptor.*

Illyricum, seu *Illyrici partes*, *l. 25. de petitionib. l. 28. de cursu: l. 8. de Numer. l. vnic. si per obrept.* Compone Claudianum *Panegyrico Theodori PP. & COS.* & in *COS. Olybrii & Probini.* In his Dalmatia, *l. vlt. de Curiosis.*

Rectores Prouinciarum sub dispositione PP. Italiæ.

Proconsul Africæ, *l. 4. de susceptorib.*
Vicarii, *l. 3. de Curiosis.*
Iudices, seu *Rectores Prouinciarum* in genere, seu *Præsides*, *l. 2. de Iurisdict. l. 21. 37. 41. de operibus publicis: l. vnic. de offic. Iud. ciuil. l. 4. in fin. 11. de desertorib. l. 2. in fin. de postlim. l. 7. de cohort.*
Consulares, *l. 8. de cohort.*

Ciuitates sub PP. Italiæ: vide *Notit. Vrbium.* Roma, Karthago, Sirmium, Aquileia, Capua, Syracusæ.

Rationales per PP. Italiæ, *l. 11. de Iurisdict.*

Officium Viri Illustris Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 13. in fin. de annona: l. 4. 9. de executor. l. 25. de cohort. l. 1. de alim. quæ inop. par. l. 1. de Curiosis: l. 2. de lucris offic. l. 11. de erog mil. ann.*
Cornicularii, *l. 8. de diu. offic.*
Numerarii, *l. 8. de Numerar.*
Primiscrinius officii, *l. 4. de executor.*

Indiculus Præfectorum Prætorio Italiæ, quorum nomina euolue *in Prosopographia.*

Sub CONSTANTINO.
Menander A.D. 321.
Felix A. D. 334. 335. 336.
Gregorius A. D. 336.

Sub CONSTANTIO.
Mecilius Hilarianus A. D. 352. 353.
Lollianus A. D. 353.
Taurus A. D. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361.

Sub IVLIANO.
Mamertinus A. D. 362. 363.

Sub VALENTINIANO.
Mamertinus A. D. 364. 365. 367.
Rufinus A. D. 365. 366. 367.
Probus A. D. 365. (imo 368) 366. 369. 370. 371. 372. 374.
Maximinus vel Maximus A. D. 374.

Sub GRATIANO & VALENTINIANO Iun.
Maximinus vel Maximus A. D. 376.
Antonius A. D. 377. 378.
Hesperius A. D. 376. 377. 378. 379. 380.
Probus A. D. 380. 383. 384.
Syagrius A. D. 380. 382.
Hypatius A. D. 382. 383.
Flauianus A. D. 383.
Principius A. D. 383. 385. 386.
Eusignius A. D. 386. 387.
De eo vid. Symmachus *lib. 4. ep. 70. 71. 73.*
Prætextatus A. D. 389
In veteri Inscript. *apud. Gruterum* mea 2. dicitur, PRAEF. PRAET. II. ITALIAE & ILLYRICI.
Trifolius A. D. 388. 389.
Polemius A. D. 390. ⎫ Præfecti Prætorio
Tatianus A. D. 391. 392. ⎬ ILLYRICI & ITALIÆ.
Apodemius A. D. 392. 393. ⎭
PP. II. Illyrici & Italiæ.
Dexter A. D. 395.
Eusebius A. D. 395. 396.

Sub HONORIO.
Messala A. D. 396, 397. 399.
Theodorus A. D. 397. 398. 399.
Hadrianus A. D. 400. 401. 403. 405.
Longinianus A. D. 406.
Vide Zosimum de eo, *lib. 5. cap. 32.*
Senator, A. A. 407.
Curtius A. D. 407. 408.
Theodorus II. A. D. 408. 409.
Cæcilianus A. D. 409.
Vid. de eo Zosimum, *lib. 6. cap. 44.*
Iouius A. D. 409.
Vid. de eo, Sozomenum, *lib. 9. c. 7.*
Ioannes A. D. 409. 412.
Faustinus A. D. 410.
Palladius A. D. 410.
Melitius A. D. 410. 412.
Liberius A. D. 412.
Felix A. D. 412.
Faustinus A. D. 413.
Ioannes A. D. 413.
Seleucus A. D. 412. 414. 415.
Hadrianus A. D. 412. 414. 416.
Palladius A. D. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421.
Ioannes A. D. 422.
Proculus A. D. 423.
Volusianus A. D. 428. 429.
Theodosius A. D. 430.

Sub VALENTINIANO III.
Theodosius A. D. 430.

Notitia Præfecti Prætorio GALLIARVM.

SVb *dispositione Viri Illustris Præfecti Pretorie Galliarum:* de quo est quoque *lex 10. de diuers. offic. l. 9. de metall. Diæceses infrascriptæ.* (Illustris erat: *d. l. 9. de metallis.* Iungitur imo *d. l. 9* & præmittitur PP. Italiæ.)

Hispaniarum, *l. 61. de cursu publ. iuncta l. 15. de Paganis: l. 10. de Senatorib. l. vnic. de Burgariis:* vide & Symmachum, *lib. 4. epist. 62.* Claudianum, *in Manlii Theodori Consulatum.*

Galliarum: & in his, *quinque Prouinciæ* (Galliarum) argumento inscriptionis, & in ea coniunctionis, Macrobii Pro-Præfecto Hispaniatum *d. l. 15. de Paganis.* In Gallia etiam sedem habuit. Vid. infra *Treuiris*.

Prouinciæ sub PP. Galliarum *l. 26. de annona & trib. l. 75. de Decurionib.*

Sacerdotes Prouinciarum quæ sub PP. Galliarum fuere, *l. 75. & 148. de Decurionib.*

Vicarii sub eo, *l. 61. de cursu public.* ac nominatim Vicarius Hispaniarum, *d. l. 61.*

Iudices seu Rectores sub eo, *l. 4. de offic. Rector. Prouinc. l. 10. de diuers. offic. l. 3. de relationibus.*

Treuiris sedem habuit, vnde *Treuiris data*, id est, reddita lex, ad eum data, *l. 5. de proxim. l. 1. de his quæ ex publ. coll. l. 5. de Veteranis: l. 2. de Numerar. l. 50. de cursu.* vide plura in *Treuiris.*

Officium Viri Illustris Præfecti Prætorio Galliarum, l. 9. 10. de diuers. offic.

Cornicularii, *l. 9. de diuers. offic.*

Chartis ac *ratiociniis publicis obnoxii*, *l. 11. de diuers. offic.*

Indiculus Præfectorum Prætorio Galliarum.

Sub CONSTANTINO M. Maximus, An. D. 328. Tiberianus, A. D. 337.

Sub CONSTANTE, Titianus vel Tatianus, A. D. 340. vide *Hieron. Chron. & Prosopograph.*

Sub CONSTANTIO, Rufinus, An. D. 354. 356. Honoratus A. D. 359. Florentius A. D. 357. 358. 359. 360. Nebridius in locum Florentii.

Sub IVLIANO, Sallustius, A. D. 362.

Sub VALENTINIANO, Germanianus, A. D. 365. Florentinus, A. D. 367. Viuentius, A. D. 368. 369. 370. 371.

Sub GRATIANO, Ausonius, A. D. 378. Euodius. V. Sulpitium Seuerum *l. 2. hist. sacr. cap. 50. & de Vit. B. Martin. cap. 20.*

Sub VALENTINIANO Iun. Syagrius, A. D. 381. Constantinus vel Constantianus, A. D. 389. 390. Theodorus, A. D. 395. Felix, A. D. 398. Vincentius, A. D. 397. 398. 399. 400. Limenius, A. D. 407. Dardanus, A. D. 409. vel 412.

Leges ad singulos datas repete ex Indice *Personarum.*

Notitia PRAEFECTORVM *Vrbis* ROMAE.

PRAEFECTVS VRBI: A quo Officium ipsum Vrbanum iudicium, *l. 9. in fin. de Suariis:* Vrbana sedes *l. vltim. de Suariis: l. 13. de accusationib.* Vrbana Præfectura, *l. 3. de Suariis: l. 10. de maleficis: l. vltim. de nauicular. l. vnic. de præpos. S. Cubic. l. 7. de priuil. eorum qui in sacr. palat. l. 1. de frum. V. Constantinop. l. 183. de Decurionib.* Vrbicaria Præfectura *l. vltim. de Senatorib. l. vltim. de frum. V. Const. l. 2. de conditis in publ. horr.*

Dignitas eius summa fuit iuxta Præfectos Prætorio. Illustris erat. Hinc, Illustris auctoritas tua, *l. 8. de Suariis: l. 7. de scenicis: l. 14. de Numerar.* Inlustris Præfectura Vrbana, *l. 183. de Decurionib.* Inlustris Magnificentia tua, *l. 12. de annon. ciu. l. 25. in fin. de Prætoribus.* Inlustris sedes, *l. 14. de annon. ciuic. l. 16. de appellat. l. vltim. de Pistoribus.*

Sequentibus etiam titulis ornatus & compellatus. Auctoritas tua, excellens, *l. 5. de pœnis:* Inlustris, *l. 6. de Suariis: l. 7. de scenicis: l. 14. de Numerariis:* Culmen tuum, *l. 1. de frum. V. Const.* Eminentia tua, *l. 9. de iure fisci:* Eminentia tua sublimis, *l. 49. de appellat. l. 5. de Suariis: l. 19. de annonis ciuicis:* Eminentissima Præfectura Vrbana, *l. vnic. de Præpos. S. Cubiculi:* Grauitas tua, *l. 2. de Suariis: l. vnic. de his qui ven. ætat. l. 13. 18. de appellat.* Magnificentia tua, *l. 13. de medicis: l. vnic. de saccar. portus: l. 14. ultim. de annon. ciuicis: l. vltim. de operibus publ.* Inlustris Magnificentia tua, *l. 12. de annonis ciuic. l. 26. de Prætorib.* Magnitudo tua, *l. 27. de operibus publ. l. 13. de annon. ciuic. l. 2. de lucris officior.* Sedes tua, *l. 1. de frum. V. Const. l. 9. de accusat.* Inlustris sedes, *l. 14. de annon. ciuic. l. 61. de appellat. l. vltim. de Pistorib.* Magnifica sedes tua, *l. 19. de cursu.* Sinceritas tua, *l. 4. de Princip. Agent. l. 1. de Equis Curulib. l. 16. de lustrali conl. l. 18. de Prætorib.* (eadem vox reponenda loco Serenitatis *l. 2. de pactis:*) *l. 9. de medicis: l. 9. de accusat. l 22. de cursu: l. 8. de Pistorib. l. 1. de stud. lib. V. R. l. 18. de Prætorib.* Laudanda tua sinceritas, *d. l. 22. de cursu:* Magnifica sinceritas, *l. 1. de priu. corp. V. R.* Præcelsa sinceritas tua, *d. l. 1. de stud.* Sublimitas tua, *l. 1. de Decurionib. V. R. l. 13. 29. de nauicular. l. 36. de appellat. l. 2. de gladiatorib. l. 11. de appellat. l. 188. de Decurion. l. vlt. de stud. lib. V. R. l. 30. de hæreticis.* Compellati & his verbis, *Parens Karissime atque Eminentissime, l. 2. de pactis.*

Horum sententia, dicitur sententia sacri auditorii, *d. l. 2. de pact.* auditorium sacrum, *l. 13. 67. de appellat.* Vice sacra iudicabat: Cognitionibus Principis vicem repræsentabat, *l. 11. de appellat.* vbi vide quæ notaui. Princeps ei suam vicem commiserat, *l. 13. eod. tit.* Sacræ cognitionis examen ei tributum, *l. 3. de repar. appellat.* Cognitor sacri auditorii dicitur *l. 44. de appellat.* & Symmacho, *lib. 2. epist. 30.* Sententia eius, sententia sacri auditorii, *l. 2. de pactis.* Imaginem principalis disceptationis acceperat, *d. l. 11. de appellat.* Ei ad vicem Principis delata iudicatio, *l. 18. eod. tit.* Sacra vice audientiam præbebat: *l. 61. de appellat.* Cognitionibus Principis vicem repræsentabat, *d. l. 11. de appellat.* Ab eo tamen appellari adhuc poterat, *l. 2. de his qui per metum Iud. l. 11. 23. 30. de appellat.*

Quænam eius potestas, Iurisdictio, Officium fuerit, ex sequentibus discere est. Annonæ Vrbis Romæ cura ad eum pertinuit, *l. 1. 2. 3. trib. in ipsi. spec. l. 1. de condit. in publ. horreis: l. vltim. de nauicular.* seu Canonis frumentarii, *l. 1. de. can. frum. V. R.* Ideo sub eius dispositione fuit Præfectus annonæ. De ea tamen nil disponere potuit, sine Præfecto annonæ, *d. l. 1. de conditis:* & annonæ Præfecti Officiales tantum, non etiam Præfecti Vrbis necessitatibus annonariis sese immiscebant, *d. l. 1. de condit.* Frumento admetiendo, custodiendo, æstimando arbitrio Præfecti Vrbis custos & mensor idoneus præponebatur, *d. l. 1. de condit.*

Annonarum ciuicarum erogandarum cura ad eum pertinuit, *l. 1. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. de annonis ciuicis: l. 2. de condit. in publ. horr.* Pretia porcinæ tamen in Campania non ab Officialibus P. V. verum ab Officialibus Consularis exigebantur, *l. 3. de Suariis.* In pistrinum Vrbis Romæ damnati præsente Præfecto Vrbi pistoribus consignabantur, ne forte collusione Commentariensium elaberentur,

l. 5.

l. 5. de pœnis, Portus Vrbis Romæ & horreorum in eo fiscalium, cura ad eum pertinuit, *l. 12. de operib. publ.* Extra ordinem ideo aliquando Præfectus Vrbi ipse ad Portum proficiscebatur canonis frumentarii causa, *l. vltim. de nauicular.* vide & exemplum Tertulli apud Ammianum Marcellinum *lib. 19. cap. 10.* Appellatum ad eum a Rationali Vrbis Romæ, *l. 18. de appellat.* certis videlicet casibus, *d. l. 18.* & *l. 49. eod.* Vt a Vicario Vrbis Romæ quandoque *l. 61. eod.* Ex quibusdam etiam Prouinciis nonnullis iudicibus inferior gradus ad eum appellatum, *l. 13. 27. eod. tit. de appellat.* Nouella inter Theodosianas 23. *sub fin.* & Cassiodorus *VI. Variarum 4.*

Aquæductus Vrbis Romæ sub cura eius, *l. 3. 4. 5. de aquæductu.* Corporati Vrbis Romæ sub eius dispositione erant, *l. 1. 2. 3. 4. de priu. corpor. V. R.* Decuriales item, *l. 2. de Decur. V. R.* Euectionum faciendarum ius in publicis tantum causis habebat, non in vsus suos vsurpare poterat, *l. 19. 55. de cursu.* Spectacula, ludi Romæ, ad curam eius pertinebant, *l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. de scenicis: l. 1. 2. de Equis Curulib. l. 2. de gladiatoribus:* vide & *tit. de Prætorib.* de Agitatoribus tamen supplicium sumere non potuit in ipso certamine, *l. 7. de scenicis.* Operum publicorum Romæ cura ad eum spectabat, *l. 1. 2. 3. 4. in fin. de Calcis coctoribus: l. 13. de Prætor. l. 11. 12. 25. 27. 39. 44. 45. 46. 47. 48. 50. 52. 53. seu vltim. de operibus publicis:* noua tamen opera in Vrbe Roma moliri non debebat, sed veteribus excolendis animum attendere, *l. 19. de operibus publicis.*

Ad eius officium Prætores absentes per Procuratorem pecuniam debebant destinare in opera publica expendendam, *l. 13. 21. de Prætorib.* Parentum de liberis querelas audiit, *l. vnic. de ingratis liber.* vt & patronorum de libertis, *l. 3. de reuoc. donat.* vide & *l. 1. §. 2 10. D. de offic. P. V.* Pistores Vrbis Romæ sub eius dispositione erant. *l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 13. 16. 18. 22. de pistoribus: l. 4. 8. 9. de pœnis: l. 3. de nauicul.*

Prætores nominati, defensiones, allegationes suas, coram eo & electis nonnullis ex Senatorum ordine exponebant, *l. 12. de Prætorib.* Liberalitati Principis, si quis dominum se dicens, sese Romæ opponeret, Præfecti Vrbis iudicium seu examen erat, *l. 3. de bonis vacantibus:* & Symmachus, *lib. 10. epist. 55.* Senatus & Senatorum Præsul & Iudex erat: vide *l. 3. 4. 5. 9. 12. 15. de Senatorib. & de glebali conl. l. 1. 3 de præd. Senat. l. 1. 2. 7. 17. 18. 20. 21. 26. 29. vlt. de Prætorib. l. 7. de priu. eorum qui in S. Pal. l. 10. de maleficis: l. 4. de infirm. his quæ sub Tyr. l. 23. de appellat. l. vnic. de his qui veniam ætat. l. 4. de Iurisdict. l. 180. 183 de Decurion. l. vltim. de vsuris:* de capite Senatorio Iudex erat, *l. 10. de pœnis: l. 12. de Iurisd. l. 13. de accusat.* quibus legibus forma iudicii huius præscribitur: ab eius sententia aliquando Senatoribus appellare non licuit, *l. 23. de appellat.* vbi id abrogatur. Apud eum Senator, qui veniam ætatis impetrauit, de suis moribus & honestate perdocere debebat, *l. vnic. de his qui veniam ætat.*

Strenæ Principi ineunte anno a S. P. Q. R. per Præfectum Vrbis oblatæ, *l. vnic. de oblat. votor.* Symmachus *10. epist. 28.* Suarii sub eius dispositione erant, *l. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. de Suariis:* successionum, Testamentorum cura, ad eum pertinuit Romæ. *l. vnic. vnde liberi: l. 1. 2. 4. 6. de testam l. 1. de natural. filiis.* Tutores dabat quibusdam in consessu decemuirali, *l. 3. 4. de tutorib.*

Limitata tamen eorum in quibusdam Romæ potestas. De annona Vrbis Romæ sine Præfecto annonæ nil disponere potuit, *l. 1. de condit. in publ. horr.* Officiales eius annonariis necessitatibus se immiscere non potuerunt, *d. l. 1.* Appellari ab eo potuit, *l. 11. 23. 30. de appellat. l. vltim. de his qui per metum. Iud.* Euectiones seu cursum publicum in vsus suos vsurpare non poterat, *l. 55. de cursu publ.* De agitatoribus in Circo supplicium sumere non potuit, *l. 7. de scenicis.*

A Rationali Vrbis Romæ ad eum appellatum, si videlicet is inter priuatos iudicasset, vel officii necessitate poscente, vel ex Rescripto, *l. 18. de appellat.* Item a Rationali rei priuatæ Romæ, si 200. auri libras causa non excederet, *l. 48. de appellat.* Appellationibus ex Sardinia, Sicilia, Campania, Calabria, Brutiis, Piceno, Æmilia, Venetia, & cæteris Italiæ Prouinciis abstinere iussus, *l. 27. de appellat.* De rebus priuatis quidquam alienare inscio Comite R. P. non potuit, *l. 9. de iure fisci.* Noua opera in Vrbe Roma moliri non debebat, *l. 19. de operibus publ.* Relationes ad Principem faciebat, *l. 55. de cursu.*

De Foro, & Togatis seu Aduocatis in foro P. V. vide *l. vltim. de Senator. l. 2. de postulando: l. vlt. de cohort.* Concursus Iurisdictionis erat quandoque inter eum & Præfectum annonæ, & Vicarium V. R. *l. 36. de appellat.* Iurisdictioni eius reseruata, præ Præfecto annonæ, *l. 9. in fin. de Suariis*: Cognitioni eius forma quædam præscripta, sic vt solus cognoscere non posset de aliqua re. Veluti de capite Senatorio quinque Viris adhibitis cognoscere debebat, vnde quinqueuirale iudicium: de quo *l. vlt. Iurisdict. l. 13. de accus.* de Diametro etiam nauiculariorum, adhibitis tribus Inlustribus Viris & præsente Præfecto annonæ, *l. vlt. de nauicul.*

Inlustris Vrbana sedes, *l. vltim. de Pistorib. l. vlt. de Suariis.*

Præfectura sedis Vrbanæ, *l. 13. de accusat.*

Inlustre Vrbanum iudicium, *l. 9. in fin. de Suar.*

Sub dispositione Viri Illustris Præfecti Vrbis Romæ: de quo est quoque *l. 16. de diuers. offic.* habebantur Administrationes infrascriptæ & Iudices, *l. 1. de scenicis: l. 11. de operibus publicis: l. 8. de pœnis.*

Præfectus annonæ: de quo *peculiari capite.*

Præfectus Vigilum: de quo *l. 3. de infirm. his quæ sub Tyrann. l. vnic. de his qui veniam ætat.*

Magister census: de quo *l. 1. de stud. lib. V. R.* & de magistro census in Vrb. Constantinopol. pariter agitur *l. 8. de donat.*

Consularis aquarum: de quo & officio eius, vide *l. 1. de diuers. offic. l. vltim. de Aquæductu:* e quibus *lex 1.* pertinere videtur ad Vrb. Constantinop.

Prætores, *Quæstores*, vide *l. 1. 2. 7. 13. 17. 18. 20. 21. 22. 29. 33. de Prætor. & Quæstor.*

Tribuni plebis, *l. 74. de Decurionibus:* & in inscriptione *l. 1. de matern. bon. l. 2. de libert.*

Diœcesis eius intra centesimum Vrbis miliarium, seu *Vrbicarias* vel *Suburbicarias regiones.*

De *Suburbanis Prouinciis* & a Iudicibus eorum, de capite Senatorio V. R. ad P. V. referebatur, *l. 13. de accusat.*

Campaniam sub dispositione eius fuisse ostendere videtur *l. 68. de Decurion. l. 3. de Suariis: l. 2. de Equis Curulib.*

Officium, seu Officiales, Apparitio, Apparitores Præfecti Vrbis Romæ, Vrbanæ sedis, quod Vrbanum Officium dicitur, *l. vltim. de nauicular.* Officium Vrbicariæ Præfecturæ, *l. 2. de cond. in publ. hor.* Vrbaniciani Officiales, *l. 1. de cond. in publ. hor.* Præfectiani, *l. 1. 20. de diuers. offic.* Apparitores, *l. vltim. de Pistorib.* De his *l. 4. 6. 15. 16. 20. de diuers. offic. l. 2. de lucris offic. l. 38. seu vltim. de nauicular. l. 1. 2. de condit. in publ. l. 2. de gladiatorib. l. 7. de priuil. eorum qui in S. P. l. 27. de operib. publ. l. 4. de Princip. Agentium: l. vnic. de his qui ven. ætat. l. 21. 22. de Prætorib. l. 3. 6. de*

Suariis: l.3. in fin. de Calcis coctorib. l. 8. vltim. de Pistorib. Inter hos *Primiscrinius*, *l. vltim. de Suariis. Censuales, l. 1. de stud. lib. V.R.*

De horum priuilegii s & immunitatibus *l. 6. 16. de diuers. offic.*

Indiculus, seu Notitia Præfectorum Vrbis Romæ ex Cod. Theodos. quorum nomina euolue iterum in Prosopographia.

Sub CONSTANTINO MAGNO.

Maximus An. D. 314.

Non meminit eius vetus *Notitia Præfectorum Vrbi*, edita primo a Cuspiniano, inserta postea *Tom. XI. Antiquit. Greuii pag.* 387. quamque huic Indiculo Nostro, ut lectorum nonnullorum desideriis satisfaceremus, subiecimus.

Volusianus A. D. 314. 315.
Vettius Rufinus A. D. 315. 316.
Cassius A. D. 316.
Maximus A. D. 316.

Nulla huius mentio in veteri Notitia.

Bassus A. D. 317. 319.
Maximus A. D. 319.
Ianuarinus A. D. 319.

Neque huius mentio in veteri Notitia.

Ælianus A. D. 320.

Nulla etiam huius mentio in Vet. Not.

Severus A. D. 320.

Et hunc omisit Vet. Not.

Bassus A. D. 321.

Et hic omissus est in Vet. Not.

Seuerus A. D. 321.
Maximus A. D. 321. 322. 323
Verinus A. D. 324.
Seuerus A. D. 325.
Maximus A. D. 325. 326.

His annis eum non memorat Vet. Notit.

Anicius Iulianus A. D. 326. 327.
Pacatianus A. D. 332.

Hic expungendus est. Fuit enim PP. Vid. *Prosopograph.* & *not. c.* ad *leg.* 4. *de Sponsalib.*

Sub CONSTANTE.

Anicius Iulianus A. D. 339.

Hunc refer ad ann. 326.

Tatianus A. D. 340.

vg. Titianus, & vid. *Prosopograph.*

Celsinus A. D. 341.
Catullinus A. D. 342.
Seuerus A. D. 343.

Hic expungendus est. Fuit enim PP. Vid. *Chronolog. hoc ann.* & *not. c.* ad *leg.* 1. *de lenon.*

Rusticus A. D. 345.

Sub CONSTANTIO.

Cerealis A. D. 353.
Euagrius A. D. 353.

Expungendus hic est. Fuit enim PP. quod vide *not. b. ad leg.* 7. *de veteran.*

Orfitus A. D. 354. 355.

Hic desinit Vetus Notitia.

Leontius A. D. 356.
Orfitus II. A. D. 357. 358. 359.

Sub IVLIANO & IOVIANO.

Fl. Apronianus A. D. 363. 364.

Vide de eo Amm. Marcellinum *lib.* 23. *cap.* 1. & *lib.* 26. *cap.* 3. *lib.* 27. *cap.* 3.

Sub VALENTINIANO.

Symmachus A. D. 364. 365.

Vide de eo Amm. Marcellinum *lib.* 27. *cap.* 3.

Valerianus A. D. 366.
Viuentius A. D. 367.

Vid. Ammianus *lib.* 27. *c.* 3. & ibi Valesius, qui *Iuuentius* legit.

Prætextatus A. D. 367. 368.

Vid. Ammianum *lib.* 27. *c.* 9. & Commentar. ad *leg.* 10. *de pœnis.*

Olybrius A. D. 368. 369. 370.
Principius A. D. 370.
Ampelius A. D. 371. 372.

Vid. Marcellin. *lib.* 28. *cap.* 4.

Bappo A. D. 372.
Olybrius A. D. 373.
Eupraxius A. D. 374.
Claudius A. D. 374.

Ammianus Marcellin. *lib.* 27. *c.* 3. & *lib.* 29. *in fin.*

Sub GRATIANO & VALENTINIANO IVN.

Probianus A. D. 377.
Hypatius A. D. 379.
Arborius A. D. 380.
Paulinus A. D. 380.
Valerianus A. D. 381.
Seuerus A. D. 382.

Sub VALENTINIANO IVN.

Symmachus A. D. 384.
Sallustius A. D. 386.
Pinianus A. D. 386. 387.

Sub VALENTINIANO IVNIORE & THEODOSIO M.

Albinus A. D. 389. 390.
Alypius A. D. 391.

De eo vid. Lapidem apud Gruterum CCLXXXVI. 2. & *Prosopograph.*

Sub HONORIO.

Basilius A. D. 395.

Et hic forte is, quem memorat Zosimus *l.* 5. *c.* 40.

Andromachus A. D. 395.
Florentinus A. D. 395. 396. 397.
Flavianus A. D. 399. 400.
Andromachus A. D. 401.
Decius A. D. 402.
Epiphanius A. D. 407.
Hilarius A. D. 408.
Bonosianus A. D. 409. 411.
Palmatus A. D. 412.
Eutychianus A. D. 414.
Albinus A. D. 414.
Gracchus A. D. 415.
Probianus A. D. 416.

Sub VALENTINIANO III.

Faustus A. D. 425.
Albinus A. D. 426.

Anonymus de Præfectis Vrbi ex temporibus Gallieni.

Anni Christi

254. *Valeriano II.* & *Gallieno.* Lollianus, Præfectus Vrbi.
255. *Valeriano III.* & *Gallieno II.* Valerius Maximus, Præf. Vrb.
256. *Maximo* & *Glabrione.* Nummius Albinus, Præf. V.
257. *Valeriano IV.* & *Gallieno III.* Iunius Donatus, P. V.
258. *Tusco* & *Basso.* Cornelius Sæcularis, P. V.
259. *Æmiliano* & *Basso.* Cornelius Sæcularis, P. V.
260. *Sæculari II.* & *Donato.* Cornelius Sæcularis, P. V.

Anni

Anno Christi.

261. *Gallieno IV. & Volusiano.* Nummius Albinus. Præfect. Vrbi.
262. *Gallieno V. & Faustino.* Nummius Albinus. P.V.
263. *Albino II. & Dextro.* Nummius Albinus. P.V.
264. *Gallieno VI. & Saturnino.* Paternus. P. V.
265. *Valeriano II. & Lucillo.* Paternus. P. V.
266. *Gallieno VII. & Sabinillo.* Paternus. P. V.
267. *Paterno & Harcesilao.* Petronius Volusianus. P. V.
268. *Paterno II. & Mariniano.* Petronius Volusianus. P. V.
269. *Claudio & Paterno.* Flauius Antiochianus. P.V.
270. *Antiochiano & Orfito.* Flauius Antiochianus. P. V.
271. *Aureliano & Basso.* Postumius Varus. P. V.
272. *Quieto & Voldumiano.* Flauius Antiochian. P.V.
273. *Tacito & Placidiano.* Virius Orfitus. P. V.
274. *Aureliano II. & Capitolino.* Virius Orfitus. P.V.
275. *Aureliano III. & Marcellino.* Postumus Syagrius. P. V.
276. *Tacito II. & Aemiliano.* Ouinius Pacatianus. P. V.
277. *Probo & Paulino.* Ouinius Pacatianus. P. V.
278. *Probo II. & Lupo.* Virius Lupus. P. V.
279. *Probo III. & Paterno.* Virius Lupus. P. V.
280. *Messala & Grato.* Virius Lupus. P. V.
281. *Probo IV. & Tiberiano.* Ouinius Paternus. P. V.
282. *Probo V. & Victorino.* Pomponius Victorianus P. V.
283. *Caro & Carino.* Titutius *a*) Roburrus. P. V.

a) Casp. & Onuph. *Robustus.*

284. *Carino II. & Numeriano.* Ceionius Varus. P.V.
285. *Diocletiano II. & Aristobolo.* Ceionius Varus. P.V.
286. *Maximo II. & Aquilino.* Iunius Maximus. P.V.
287. *Diocletiano III. & Maximiano.* Iunius Maximus. P. V.
288. *Maximiano II. & Ianuario III.* Kalendas Martii, Pomponius Ianuarius. P. V.
289. *Basso II. & Quintiano.* Pomponius Ianuarius. P. V.
290. *Diocletiano IV. & Maximiano III.* Turranius Gratianus. P. V.
291. *Tiberiano II. & Dione XII.* Kalendas Martii, Iunius Tiberianus. P. V.
292. *Annibaliano & Asclepiodoto III.* Nonas Augusti, Claudius Marcellus. P. V.
293. *Diocletiano V. & Maximiano IV.* III. Idus Martii, Septimius Acyndinus. P. V.
294. *Constantio & Maximiano.* Septimius Acyndinus. P. V.
295. *Tusco & Annulino.* III. Idus Ianuarii, Aristobolus. P. V.
296. *Diocletiano VI. & Constantio II.* XII. Kalendas Martii, Cassius Dion. P. V.
297. *Maximiano V. & Maximiano II.* *b*) Aeranius Annibalianus. P. V.

b) Ita M. S. at Cusp. & Onuph. *Afranius.*

298. *Fausto II. & Gallo.* Artorius Maximus. P. V.
299. *Diocletiano VII. & Maximiano VI.* Anicius Faustus. P. V.
300. *Constantio III. & Maximiano III.* Kalendis Martii, Pompeius Faustinus. P. V.
301. *Titiano II. & Nepotiano.* Aelius Dionysius. Præf. V.
302. *Constantio IV. & Maximiano IV.* XI. Kalendas Martii, Nummius Tuscus. P. V.
303. *Diocletiano VIII. & Maximiano VII.* Pridie Idus Septembris, Iunius Tiberianus. P. V.
304. *Diocletiano IX. & Maximiano VIII.* Pridie Nonas Ianuarii, Aradius *c*) Rufinus. P. V.

c) *Eraclius* Cusp. & Onuph.

305. *Constantio V. & Maximiano V.* Pridie Idus Februarii, Postumius Titianus. P. V.

Anno Christi.

306. *Constantio VI. & Maximiano VI.* XIV. Kalendas Aprilis, Annius Anulinus. P. V.
307. *Maximiano VII. & Maximiano.* Ex Mense Aprili, factus est sextus Consulatus, quod est, Nouies *d*) & *Constantino* VI. Kalendas Septembris, Iusteius Tertullus. P. V.

d) Cusp. & Onuph addunt hic, *Diocletiano.*

308. Consules quos iusserint DD. NN. *Augusti*, ex XII. Kalendas Maii factum est, *Maxentio & Romulo:* quod est, Decies & *Maximiano VII.* Idus Aprilis, Statius Rufinus. P. V.
309. *Maxentio II. & Romulo II.* III. Kalendas Nouembris, Aurelius Hermogenes. P. V.
310. *Maxentio III.* Consule V. Kalendas Nouembris, Rufius Volusianus. P. V.
311. Consules quos iusserint DD. NN. Augusti, ex Mense Septembri, factum est, *Rufino & Eusebio.* V. Kalendas Nouembris, Iunius Flauianus. P. V.
312. *Maxentio IV.* Consule, qui sunt *Constantino II. & Licinio II.* V. Idus Februarii, Aradius Rufinus P. V. VI. Kalendas Nouembris, Annius Anulinus dies XXXXIV. P. V. III. Kalendas Decembris, Aradius Rufinus iterum Præf. V.
313. *Constantino III. & Licinio III.* VI. Idus Decembris, Rufius Volusianus. P. V.
314. *Volusiano & Anniano.* Rufius Volusianus. P.V.
315. *Constantino IV. & Licinio IV.* XIII. Kalendas Septembris, Vectius Rufinus. P. V.
316. *Sabino & Rufino.* Pridie Nonas Augusti, Ouinius Gallicanus. P. V.
317. Consules quos iusserint DD. NN. Augusti, ex die XIII. Kalendas Martii, *Gallicano & Basso.* Idibus Maii, Septimius Bassus. P. V.
318. *Licinio V. & Crispo* Cæsare. ex die III. Idus Iulii in Idus Augusti, vice illius cognouit Iulius Cassius, eo quod ad Augustum profectus est. Septimius Bassus regressus. P. V.
319. *Constantino V. & Licinio* Cæsare, Kalendis Septembris, Valerius Maximus Basilius. P.V.
320. *Constantino VI. & Constantino* Cæsare. Valerius Maximus. P. V.
321. *Crispo II. & Constantio II.* Valerius Maximus. P. V.
322. *Probiano & Iuliano.* Valerius Maximus. P.V.
323. *Seuero & Rufino.* Idibus Septembris, Lucer. Verinus. P. V.
324. *Crispo III. & Constantio III.* Lucer. Verinus. P. V.
325. *Paulino & Iuliano.* Pridie Nonas Ianuarii, Acilius Seuerus. P. V.
326. *Constantino VII. & Constantio* Cæsare. Idibus Nouembris, Anicius Iulianus. P. V.
327. *Constantio & Maximo.* Anicius Iulianus. P.V.
328. *Ianuarino & Iusto.* Anicius Iulianus. P. V.
329. *Constantino VIII. & Constantino IV.* VII. Idus Septembris, Publilius Optatianus. P. V. dies XXI. Item VIII. Idus Octobris, Petronius Probianus P. V.
330. *Gallicano & Symmacho.* Petronius Probianus. Præf. V.
331. *Basso & Ablauio.* Pridie Idus Aprilis, Anicius Paulinus. P. V.
332. *Pacatiano & Hilariano.* Anicius Paulinus. P.V.
333. *Dalmatio & Zenofilo.* Septimo Idus Aprilis, Publilius Optatianus P. V. Item in dies XXXII. Item Sexto Idus Maias, Ceionius Iulianus Kamenius. P. V.
334. *Optato & Paulino.* V. Kalendas Maii, Anicius Paulinus. P. V.
335. *Constantio & Paulino.* III. Kalendas Ianuarii, Rufius Albinus. P. V.
336. *Nepotiano & Facundo.* Rufius Albinus. P.V.

Anno Christi

337. *Feliciano & Titiano VII.* Idus Martii, Valerius Proculus. P. V.

338. *Vrso & Polemio.* Idibus Ianuarii, Mecilinius Hilarianus. P. V.

339. *Constantio II. & Constante.* Pridie Idus Iulias, Turgius Apronianus, Menses III. P. V. Item VIII. Kalendas Nouembris, Fabius Titianus. P. V.

340. *Acyndino & Proculo.* ex die III. Nonas Maii, in VII. Idus Iunii, Iunius Tertullus Vicarius cognouit, eo quod ad Augustum profectus est, postea reuersus Fabius Titianus. P. V.

341. *Marcellino & Probino.* V. Kalendas Martii, Aurelius Celsinus. P. V.

342. *Constantio III. & Constante II.* Kalendis Aprilis, Filollianus Mauortius Menses III. dies VI. P. V. Item pridie Nonas Iulias, Aco Catulinus Philomatius. P. V.

343. *Placido & Romulo.* Aco Catulinus. P. V.

344. *Leontio & Salustio.* Aco Catulinus P. V. Sed III. Idus Aprilis, Quintus Rusticus. P. V.

345. *Amantio & Albino.* Quintus Rusticus P. V. III. Nonas Iulias, Probinus P. V.

346. Post Consulatum *Amantii & Albini*, Probinus P. V. VII. Kalendas Ianuarii, Placidus. Praef. V.

347. *Rufino & Eusebio.* Placidus P. V. Pridie Idus Iunias, Limenius Præfectus Prætorio & Vrbi.

348. *Philippo & Salia.* Vlpius Limenius Præfectus Prætorio & Vrbi.

349. *Limenio & Catulino.* Limenius Præfectus Prætorio & Vrbi. Cessauerunt Præfecturæ dies XLI. a die VI. Idus Aprilis vsque in XV. Kalendas Iunii. XIV. Kalendas Iunii, Hermogenes Præfectus Prætorio & Vrbi.

350. *Sergio & Nigriniano.* Hermogenes Præfectus Prætorio & Vrbi. III. Kalendas Martii, Fabius Titianus. P. V.

351. *Magnentio & Gaisone.* Fabius Titianus P. V. Iterum Kalendis Martii, Aurelius Celsinus P. V. Iterum IV. Idus Maii, Cælius Probatus P. V. VII. Idus Iunii, Clodius Adelfius P. V. XV. Kalendas Ianuarii, Valerius Proculus. P. V.

352. *Decentio & Paulo.* Valerius Proculus P. V. Iterum V. Idus Septembris, Septimius Mnasea P. V. VI. Kalendas Octobris, Neratius Cerealis. P. V.

353. *Constantio VI. & Constantio II.* Veratius Cerealis P. V. VI. Idus Decembris, Vitrasius Orfitus. P. V.

354. *Constantio VII. & Constantio III.* Vitrasius Orfitus Præfectus Vrbis.

Notitia PRAEFECTORVM ANNONAE.

PRAEFECTVS annonæ Vrbis Romæ, cuius mentio *l. 1. 12. 14. 15. 21. vltim. de Pistorib. l. vnic. de his qui veniam: l. 1. de contrab. empt. l. 8. de exactionib. l. 2. de Relationib. l. 24. de susceptorib. l. vltim. in princ. de nauicul. l. 2. 4. de canone frum. V. R. l. 9. in fin. de Suariis: l. 1. 5. de præd. nauicul. l. 1. de condit. in publ. hor. l. 2. 3. 6. de annonis ciuicis: l. 3. 6. de pœnis.* Qui & Annonarius cognitor dicitur, *d. l. vltim. de nauicular.* Annonaria potestas, *l. vltim. de Pistorib.* Præfectura annonaria, *l. 1. de condit. in publ. hor.* Potestas Præfecturæ annonariæ, *l. 4. de canone frum. V. R.* Spectabilis erat, *l. 24. de susceptorib.* Vir Clarissimus, *l. 15. de Pistorib. l. 9. in fin. de Suariis.* Compellatus & hoc titulo, Grauitas Tua, *l. 5. de præd. nauicul. l. 21. de Pistoribus.* De annona, Præfectus Vrbi sine Præfecto annonæ nil disponere poterat, *l. 1. de condit. in publ. hor.* Annonarum ciuicarum erogandarum cura ad eum pertinuit, *l. 2. 3. de annon. ciuic.* Canonis frumentarii Vrbis Romæ cura ad eum spectabat, *l. 2. de canone frum. V. R.* Itaque ad Portum Vrbis Romæ certo tempore se conferre tenebatur inspiciendi canonis caussa, *d. l. 2. & l. vlt. de nauicul.* vide & Sidonium, *lib. 1. epist. 10.* Vrbicarii canonis susceptores horreorumque præpositi, Vicario Vrbis Romæ & Præfecto annonæ præsente susceptarum specierum expensionis rationem singulis annis reddere debebant, *l. 24. de susceptorib.* sub dispositione eius fuerunt Nauicularii, *l. 1. 5. de præd. nauic.* Et ideo inter alia Nauicularii, qui veniam ætatis impetrauerant, apud eum de suis moribus & honestate perdocere debebant, *l. vnic. de his qui veniam ætatis.* Fuerunt & caudicarii & mensores, *l. 9. in fin. de Suariis.* Pistores Vrbis Romæ, *l. 1. 3. 12. 14. 15. 21. 22. de Pistoribus: l. 3. 6. de pœnis: l. 4. de canone frum. V. R.* vid. Cassiodorum *VI. Var. 18.* Suarii item, *l. 9. in fin. de Suariis:* Venditionum & emptionum curam gerebat, ne quis videlicet annonam flagellaret, *l. 1. de contrab. empt.* ne commentitiis venditionibus pistores conditionem suam desererent, *l. 1. de Pistorib.* quæ duæ postremæ leges inter se iungendæ sunt. Modus aliquis ei iniectus: nempe in singulos tres primos patronos corporum singulorum (ei alioquin suppositorum) ius corporalis iniuriæ non habuit, *l. 9. in fin. de Suariis.*

Officium eius, seu Officiales, seu Apparitores, *l. 6. de pœnis: l. 21. vltim. de Pistorib. l. vnic. de mensis olear. l. 1. de condit. in publ. horr. l. 4. de canone frum. V. R. l. 2. 3. de annonis ciuicis: V. & l. 4. de appellation. l. vltim. de Nauicular.* Officium annonarium, *d. l. vlt.*

Tabularii Præfecti annonæ Africæ, *l. 13. de annona & trib.*

Fuit alius ab hoc Præfectus annonæ Africæ: de quo *d. l. 13. de annon. & trib. l. 8. de exactionib. l. 4. de appellat. l. 2. 3. 12. circa med. 36. 38. de Nauicul. l. 2. de naufragiis.*

Fuit & tertius Præfectus annonæ Alexandriæ, *l. 3. de susceptorib.*

Indiculus seu Notitia Præfectorum annonæ Vrbis Romæ, vel Africæ.

Amabilianus. A. D. 315. 319.

Hic PF. annonæ Africæ vocatur *l. 4. de appellat.* Vid. ibi. *not. b.*

Profuturus A. D. 319.

Cerealis A. D. 328.

Iulianus A. D. 366.

Aurelianus A. D. 367.

Maximinus A. D. 368. 370.

Vide de eo Ammianum Marcellinum *l. 28. c. 1.* Hieron. *in Chronico.* Rufinum *l. 2. c. 10.*

Demetrianus A. D. 369.

Ursicinus A. D. 372.

Postea hic fuit Vicarius V. R. Vid. Ammianus Marcellin. *l. 28. cap. 1.*

Gregorius A. D. 377.

Vitalis A. D. 403.

Notitia Præfectorum Vrbis CONSTANTINOPOLITANAE.

DE Illustri Vrbana hac Præfectura, vide *l. 67. de appellat. l. 183. 188. de Decurionib.*

Tuum culmen, *l. 1. de frum. V. Constantinop. l. 37. de Episcopis.*

Tribunal Præfecturæ Vrbanæ, *d. l. 1.*

Tuæ sedis auctoritas, *d. l. 1.*

Admini-

Administratio Vrbicariæ potestatis, *l. vltim. d. tit. de frument. Vrb. Const.*
Magnificentia tua, *l. 14.* & *l. vltim. de annon. ciuic.*
Inlustris sedes Magnitudinis tuæ, *d. l. 14.*
Sublimis Eminentia tua, *l. 25. de operibus public.*
Sublimis Magnificentia tua, *l. 30. de operibus publicis.*
Sublimitas tua, *l. 30. de hæret.*
Inlustris, *l. 3. vltim. de tutorib.*
Officium, *l. 30. de hæret. l. 7. de sepulchr. viol. l. 13. de Prætorib. l. 3. de Aquæductu.*
Princeps Officii, *l. 5. de Princip. Agent.*
Censuale Officium, *l. 4. de Testam.*
Dignitas eius aucta, *l. 13. vers. nec vlla de Prætoribus.*

Indiculus, seu Notitia Præfectorum Vrbis Constantinopol. quorum nomina euolue in Prosopographia.

Honoratus, primus Constantinopoli P.V. A.D. 359.
Vide de eo *Chron. Histor.* & notata ad *leg. 16. de Prætorib.*
Iouinus vel Iouius A. D. 364.
Clearchus A. D. 370. 372.
De eo vide plura ex Eunapio *in vit. Maxim.* Hieronymo *Chron.* Suida, & aliis, *in Prosopographia.*
Pancratius A. D. 379.
Restitutus A. D. 380.
Pancratius A. D. 381.
Clearchus A. D. 382. 383. 384.
Vid. Hieronym. *Chron.* in *Prosopograph.*
Nebridius A. D. 386.
Proculus A. D. 389.
Pancratius A. D. 389.
Proculus A. D. 391. 392.
De eo vid. Asterium *Homil. in fest. Kalendar.* Zosimum, Chron. Alexandrin. & dicta in *Prosopograph.*
Aurelianus A. D. 393.
Theodorus A. D. 395.
Africanus A. D. 395. 396. 397.
Claudius A. D. 396.
Optatus A. D. 398.
Romulianus A. D. 398.
Seuerus A. D. 398. 399.
Clearchus A. D. 399. 401. 402.
Stadius A. D. 404.
Optatus A. D. 405.
Vide Socratem *Hist. Eccles. lib. 6. cap.* 18. *in fin.*
Aemilianus A. D. 406.
Monaxius A. D. 408. 409.
Isidorus A. D. 410. 411.
Priscianus A. D. 413.
Monaxius A. D. 414.
Vrsus A. D. 415. 416.
Aëtius A. D. 419.
Florentius A. D. 422.
Seuerinus A. D. 424.
Constantius A. D. 424.
Theophilus A. D. 424. 426.
Proculus A. D. 428.
Heliodorus A. D. 432.
Leontius A. D. 434. 435.

Notitia Magistrorum MILITVM.

DE his plene in Paratitlo *de re militari.*

Magistri militum in genere. De his *tit. 6. lib. 6. & 8. tit. 3. l. vltim. de Comitib. rei milit. l. 1. ne Comitib. & Tribun. l. 2. de exhibendis reis: l. 18. 175. 181. de Decurionibus: l. 11. de desertor. l. vltim. de pascuis: l. 11. de Veteranis: l. 10. vltim. de re milit. l. vltim. de Veteranis.* Magisterium militare, *l. vnic. de Præposit. S. Cubic.* Magisterium equitum peditumque, *l. 2. de Præf. Prætor. l. 44. de cursu*, quæ est lex Constantini Magni. Magisteria potestas, *l. vnic. de priuil. apparit. Magist. P. l. vltim. de metatis.* Magisteria absolute, *l. 2. de Quæstorib.*

Comes & Magister militiæ, *l. 3. de diuers. offic. l. 18. de tyronib. l. 26. de desertorib. l. 8. de re milit.* Comes & Magister vtriusque militiæ, *l. 128. de Decurion. l. 13. de re milit. l. 18. de erog. mil. ann. l. 1. de excoctione: l. 3. de pascuis: l. 13. de Veteranis: l. 12. de filiis mil. appar. l. 1. de calumniis: l. 8. de re mil. l. vltim. de pascuis.* Comites & Magistri militum, *l. 1. ne Comitib. & Tribun. l. 78. 112. 128. 175. de Decurionib. l. 9. de Iudæis: l. 18. de tyronib. l. 16. de desertorib. l. 7. ad L. Iul. repet. l. 9. ad leg. Iul. de adult. l. 8. 9. de re milit. l. 1. de excoctione: l. 3. de pascuis: l. 8. de Metatis.* Comes & Magister Equitum & peditum, *l. 2. de re milit. l. 78. 113. de Decurion.* Comites vtriusque militiæ, *l. 12. de Veteranis: l. 3. de Salgamo.* Comites absolute, *l. 17. de re mil.*

1. Magistri Equitum, qui & Comites & Magistri Equitum, *l. 10. de Numerar. l. 9. de re milit. l. vnic. de nuptiis: l. 44. de cursu: l. 2. de gladiatorib. l. vltim. de metatis, l. 6. de domesticis, l. 34. 78. 113. de Decurionib. l. 4. de honor. Codicillis, l. 1. de Comitib. rei milit. l. 8. de tyronib. l. 1. de annona & trib. l. 2. de gladiatoribus: l. 4. 5. de diuers. offic. l. vnic. de priu. appar. mag. l. 6. de susceptorib. l. 5. de sentent. ex periculo recit. l. vnic. de Præf. Prætor. siue Vrbis.* Magister militiæ equestris, *l. 48. de cursu.* Comes & Magister equitum, *l. 5. de sentent. ex periculo recit.*

2. Magistri peditum, *l. vnic. de Præfectis Prætor. siue Vrbis, l. 30. 43. 44. de cursu. l. 38. 78. 113. de Decurionib. l. 8. de tyron. l. 2. de gladiatorib. l. 3. de metatis: l. 4. 5. de diuers. offic. l. vnic. de priu. appar. mag. l. 6. de susceptorib.* Pedestris militiæ Magister, *l. 43. de cursu.*

Comes & Magister militum per Orientem, *l. 8. de metatis, l. 1. ne Comitib. & Tribunis, l. 3. de diuers. offic.* Comes & Magister vtriusque militiæ per Orientem, *l. 8. de metatis.* Comes & Magister vtriusque militiæ per Africam, *l. 9. ad L. Iul. de adult.*

Tituli Magistrorum militum: Magnifica auctoritas tua, *l. 12. de erog. mil. ann.* Insignis auctoritas tua, vel simpliciter Auctoritas tua, *l. 56. de cursu.* Illustris magnificentia vestra, *l. 113. de Decurion.* quos Magistri equitum & peditum pompa sublimat, *l. 44. de cursu publ.* Comites, Viri Illustres, *l. 17. de re milit.* Illustres Viri, *l. 33. de cursu.* Illustres, *l. 8. de metatis: l. 1. ne Comitib. & Tribun. l. vlt. de Comitib. rei milit. l. 78. de Decur. l. 17. de re milit.*

Sub his *Duces, Præpositi, Tribuni*, *l. 113. de Decurion.*
Ad eos referebatur de reis si militares essent, *l. 2 de exhib. reis.*
De Ex-Magistris Equitum & peditum, *l. 3. de metat. l. 1. de ann. & trib.*
Officium Magistrorum militum, *l. 10. de re milit. l. 6. in fin. de cursu: l. 4. de diuers. offic. l. vnic. de priuileg. appar. Magist. pot. l. 6. de susceptorib. l. 175. de Decurion. l. 3. de pascuis: l. vn. de lusor. Danub. l. 15. de Numerar.*
Princeps Officii, *l. 15. de Numerar.*
Chartularii, *l. 5. de diu. offic.*
Scriniarii, *l. 15. de Numerar.*
Actuarii, *l. 5. & 15. de Numerar.*

Diœceseon certarum Magistri militum memorantur: veluti per Africam Gildo Comes & Magister vtriusque militiæ, Ann. 393. *l. 9. ad L. Iul. de adulter.*

Per ORIENTEM. ADDEVS Comes & Magister

vtriusque militiæ, An. 393. 395. LVPICINVS, Comes & Magister militum, An. 412. HYPATIVS, Magister militum, An. 415. PROCOPIVS, Magister militiæ, An. 424.

Per THRACIAS, CONSTANS Magister militum, An. 411. vel 412. *l. vnic. de lusor. Danub.* hic Limiti Mysiaco & Scythico præerat, *d. l. vnic.*

Indiculus seu Notitia omnium Magistrorum militum, quorum memoria extat in Cod. Theod. & de quibus latius expono in Prosopographia.

Sub CONSTANTINO M.
EVSEBIVS, ex-Magistro Equitum: fit mentio eius Anno D. 315.

Sub CONSTANTIO, & CONSTANTE.
BONOSVS, Magister Equitum *al.* militum, A. D. 347.
SILVANVS, Comes & Magister Equitum & peditum, Anno D. 349.

Sub VALENTE.
VICTOR, Magister militum, A. D. 364.

Sub VALENTINIANO SEN.
EQVITIVS, Com. & Magister militum, A. D. 365.
IOVINVS, Magister Equitum, A. D. 365. 367.
DAGALAIPHVS, Magister militum, A. D. 366.
SEVERVS, Magister militum, A. D. 371. 372.

Sub THEODOSIO M.
HELLEBICVS, Comes & Magister vtriusque militiæ, A. D. 383.
TIMASIVS, Comes & Magister equitum, A. D. 386.

Sub VALENTINIANO IVN. & THEODOSIO M.
RICHOMERES, Comes & Magister vtriusque militiæ, A. D. 391.
GILDO, Comes & Magister vtriusque militiæ per Africam, A. D. 393. *sub Valentiniano Iun.*
ABVNDANTIVS, Comes & Magister vtriusque militiæ sub Theodosio M. A. D. 392. 393.
ADDEVS, Comes & Magister vtriusque militiæ sub Theodosio M. in Oriente, A. D 393. 395.
STILICHO, Comes & Magister vtriusque militiæ sub Theodosio M. in Oriente, A. D. 393.

Sub ARCADIO.
SIMPLICIVS, Magister militum *vel* Comes & Magister vtriusque militiæ, A. D. 396. 398.

Sub HONORIO.
STILICHO, Comes & Magister vtriusque militiæ, A. D. 398. 399. 400

Sub HONORIO.	*Sub* THEODOSIO IVN.
MACEDONIVS, sub Honorio & Theodosio Magister militum, sine os.	LVPICINVS, Comes & Magister militum per Orientem, A. D. 412.
GAISO, Comes & Magister militum, A. D. 412.	CONSTANS, Magister militum per Thracias, A. D. 411. vel 412.
CONSTANTIVS, Magister militum, A. D. 412. 414.	HYPATIVS, Magister militum per Orientem, A. D. 415.
CRISPINVS, Comes & Magister Equitum, A. D. 423.	PROCOPIVS, Magister militiæ per Orientem, A. D. 424.

His adde *Proximos*, qui quandoque vices Magistri militum agebant, *l. vltim. de Comitib. rei milit.* & *l. 1. de venat. fer.* vt Comes domesticorum Maurianus, *d. l. 1. de venat. ferarum.*

Vt & his addi possunt alii Comites, qui extra ordinem per Africam militiæ præficiebantur.

Notitia PRÆPOSITI S. CVBICVLI.

De eo TIT. 8. LIB. 6. vbi lex vnica extat.

Hic inter primas positus dignitates fuit, ob tantam, & tam adsiduam Principis curam, *l. 3. de metatis.*

Gradus fastigii ei tribuitur, *d. l. vnic. de Præpos. S. Cubiculi.*

Sub dispositione Viri Illustris Præpositi S. Cubiculi, *l. vnic. de Præp. S. Cub.*

Tituli ad domum sacram pertinentes, seu diuinæ domus, *l. 9. de indulgent. debitorum.* Sic & in Notitia Imperii Orientis dicitur: *Sub dispositione Viri Illustris* [Præpositi] *S. Cubiculi, domus diuinæ per Cappadociam.* De quo vide quæ notaui ad *l. vnic. de Præposit. S. Cubiculi.*

Tres tantum Præpositi S. Cubiculi memorantur Cod. Theod.
Sub ARCADIO, Eutropius, *l. 17. de pœnis.*
Sub THEODOSIO IVN.
Musellius A. D. 414. *l. 9. de indulg. debitor.*
Macrobius A. D. 422. *l. vnic. de Præpos. S. Cubiculi.*

De Ex-Præpositis S. Cubiculi, *l. 3. de metatis.*

Notitia MAGISTRI OFFICIORVM.

MAGISTER OFFICIORVM: de quo est *tit. 9 lib. 6. l. 1. de Quæstor. mag. offic. l. 6. de proximis: l. 3. 4. 9. 14.* & *aliis seq. de Agentib. in reb. l. 6. de curiosis: l. 49. de cursu publ. l. 17. 18. de Medicis & Profess. l. 3. 4. 5. de fabric. l. 9. 22. de cursu*, qui & Magister simpliciter, *l. 4. de Primicerio, l. 3. in fin. de Agentibus in rebus:* (vnde & Magisteria de eius munere, *l. 2. de Quæstor. magistr. off.*) sub Constantino Magno Tribunus & Magister Officiorum dictus, *l. 1. de distrab. pignor. l. 1. de Paganis.* Comes Officiorum, *l. 2. de metallis.* Comes & Magister Officiorum, *l. 10. de curiosis: d. l. 8. de cursu: l. vnic. de Decanis: l. 15. de metatis: l. 11. de indulgent. debit.* Comes Officiorum, *l. 2. de metallis.* Clarissimus Vir, *l. 8. de cursu.* dicitur Spectabilis, *l. 35. de cursu publ.* Inlustris fuit & dicebatur, *l. 20. & vltim. de Agentib. l. vltim. de Primicerio & Notariis: l. 10. de Curiosis: l. 22. de cursu: l. 120. de Decurion. l. 22. de Iudæis: l. vnic. qui a præbit. tyr.* Hinc illustris summitas Magistri dicitur, *d. l. vltim. de Primicerio:* Inlustris auctoritas, *l. 18. de Agentib. l. 29. de hæreticis.* Magnificentia, *l. 17. de Agentib.* Hinc pro præmio Magistri dignitate honorabantur ex-Primiceriis Notariorum, *l. vltim. de Primicerio & Notar.* Hinc denique Proconsulibus prælatus, & cum Quæstore, Comiteque S. L. & R. P. compositus, *l. 1. hoc tit.* & Præfectoriis æquatus, *l. 2. hoc tit.* Hic in Comitatu Principis erat, *l. 1. de distrab. pignor. l. 1. de Paganis:* in Consistorio Principis vna cum aliis summis dignitatibus adstabat, *l. 5. de fide test.* Sacrario Principis explorata sedulitate obediebat, *l. 1. hoc tit.* Ad eum relatum a Magistratibus, si quid ad Principis scientiam, quod ad rem publicam faceret, referendum esset, *d. l. 1. de distrab. pignor. l. 1. de Paganis.* Codicillos honorum quibus adimendi erant, ex præcepto Principis adimebat, *l. 22. de Iudæis.* Gubernabat is officia Palatina, *l. 2. de gladiatorib. l. 4. de bis qui super relig.* Palatini ad hunc puniendi mittebantur, *d. l. 2. de gladiat.* Nempe enim

Sub dispositione Viri Illustris Magistri Officiorum erant.

Schola Agentium in rebus, *l. 3. 4. 7. 8. 9, 11. 14. 15. 17 18.*

15. 17. 18. 19. 20. 27. *seu vltim. de Agentibus*: *l. 8. de Princip. ag. in rebus*: *l. 2. de Commeatu*: *l. 29. de hæreticis*. Horum adſciſcendorum ius non habuit Magiſter Officiorum, inconſulto Principe, vt nec deſignandorum, *l. 11. 17. de agentib.* etſi hoc ei tributum, *l. 18. de agentib.*

Menſores, & metatorum cura, *l. vnic. de menſoribus*: *l. 2. 3. 4. 5. 8. 14. 15. 16. ſeu vltim. de metat. l. 18. de Medicis & Profeſſ.*

Scrinia, *l. 6. 11. 17. de proximis Comitib. l. 29. de hæreticis*. Memoriæ ſcilicet Epiſtularum, Libellorum, *d. l. 17.* Et in his *Proximi*, ſeu in capite conſtituti, *d. l. 6. 11. 17.*

Decani, *l. vnic. de Decanis.*

Fabricæ & *fabricenſes*, *l. 3. de fabricenſibus*, *l. 8. de metatis.*

Curſus publicus, *l. 8. 9. 22. 35. 49. de curſu public.* Euectiones faciebat Principis nomine, *d. l. 9. 12. 35.* deque eius nomine, qui ſine euectione iter faceret, ad eum referebatur, *d. l. 8.* eaque cauſa eſt, cur eo *tit. lex 49.* Magiſtro Officiorum inſcribatur. Vide autem in primis dicta in Commentar. & notis ad *dict. leg. 9. de curſ. publ.*

Officium ſupraſcripti *Viri Illuſtris Magiſtri Officiorum*: Mentio eius *l. 4. de his qui ſuper religione.*

Adiutor.

Adiutoris dignitas, *d. l. 20. 21.* Haud leuis: quandoquidem ex Vicariis & Principi Agentium in rebus exæquabatur. Eius Officium ſanctiones Magiſtro intimare, *d. l. 3.*

Subadiuua, *l. 3. 20. 21. de agentib.*

Ex his iam apparet, cur & Officiorum Magiſter dictus fuerit, & munus eius, Efficax Magiſteria, *l. 2. hoc tit.* Caſſiodorus eius Officium egregie deſcribit *VI. Var. 6.*

Indiculus, ſeu Notitia Magiſtrorum Officiorum, qui hoc Codice memorantur.

Ante diuiſum Imperium.

Heraclianus An. D. 321.

Vid. *l. 1. de Pagan. ſacrif.*

Proculianus A. D. 323.

Vid. *leg. 1. de diſtrahend. pignor.*

Poſt diuiſum Imperium.

IN ORIENTE.	IN OCCIDENTE.
Anatolius A. D. 362. Vide de eo Zoſimum *lib. 3. cap. 30.* & Ammianum *lib. 20. c. 9. lib. 25. c. 3.*	Muſonius A. D. 357.
Syagrius A. D. 379.	Remigius A. D. 365. Vide Ammianum de eo *lib. 27. cap. 9.* & libro etiam 28. *cap. 6.* & *lib. 29. cap. 5.*
Florus A. D. 380. 381.	
Palladius A. D. 381. 382. 384.	
Theodorus A. D. 393. 394	Cæſarius A. D. 389.
Marcellus A. D. 395.	Rufinus A. D. 390.
Oſius A. D. 395. 396. 398.	Hadrianus A. D. 397. 399.
Aemilianus A. D. 400.	Olympius A. D. 408.
Anthemius A. D. 404.	De eo ex Zoſimo, Olympiodoro, Auguſtino in *Proſopograph.*
Aemilianus A. D. 405.	
Helio A. D. 414. 415. 416. 417. 426. 427.	Gaiſo A. D. 410.
Ioannes A. D. 430.	Namatius A. D. 412.
Valerius A. D. 435.	
Paulinus A. D. 435. De eo vid. Marcellin. *Chron.* & *Proſopograph.*	

Notitia QVÆSTORIS.

De hoc TIT. 9. LIB. 6.

QVæſtor ab initio, & quidem ſub Valentiniano Sen. adhuc, etſi ante Proconſules, *l. 1. hoc tit.* nondum tamen Illuſtris erat, vt eadem lex docet: poſtea enim Illuſtris factus, *l. 17. de proximis.* Hic quoque in Conſiſtorio Principis adſtabat, *l. 5. de fide teſtium.* Sacrario Principis explorata ſedulitate obediebat, *d. l. 1. h. t.* Munus eius deſcribunt Claudianus *Panegyr.* vbi de Manlio Theodoro Quæſtore agit. Notitia Imperii, Zoſimus *lib. 5. cap. 32.* Symmachus, Caſſiodorus paſſim *I. Variar. 12. V. Var. 14. VIII. Var. 13.* omnium maxime in formula Quæſturæ *VI. Var. 5.*

Officii eius ſeu Officialium Quæſtoris nulla hoc Codice mentio: & vero nullum Officium habuiſſe eum teſtatur Notitia Imperii.

Scrinia certe quoque, memoriæ epiſtularum, libellorum ad eum non minus quam ad Magiſtrum Officiorum pertinuiſſe teſtatur *lex 17. de proximis.*

Duo tantum Quæſtores hoc Codice in Oriente memorantur.

Iouius *l. 5. de fide teſt.*	*Sub* IVLIANO A. D. 362.
Euſtathius *leg. 17. de proximis*	*Sub* THEODOSIO IVN. A. D. 416.

Notitia COMITIS SACRARVM LARGITIONVM.

De eo TIT. IX. LIB. VI.

COmites duo largitionum, *l. 1. de Quæſtoribus.* Comites ſacri ac priuati ærarii Inluſtres, *l. vnic. qui a præbit. tyron.*

Inluſtres Viri ærarii Comites, *l. 32. de ſuſceptorib.*

Comites largitionum Magnifici Viri, *l. 3. de iure fiſci.*

Comites S. L. & R. P. nullos ſub Conſtantino reperio.

De vtriſque ſæpe iunctim agitur. Hinc duo Largitionum Comites, *l. 1. hoc tit. l. 3. de iure fiſci.* Sacrarum & priuatarum remunerationum Comites, *l. 2. de Commeatu*: æquali dignitate erant, *l. vltim. de Palatinis*, qui a ſe inuicem ita alioquin diſtincti: quia & aurum & argentum aliud ſacrarum largitionum erat, aliud priuatarum, *l. 48. de curſu*: ſeu duplex ærarium: vnde & Comitiua vtriuſque ærarii, *l. 2. hoc tit.* Horum vtrorumque ſumma dignitas erat: vnde Sublimes poteſtates dicuntur, *l. 2. de his quæ ex publ. collat.* Magnifici Viri Largitionum noſtrarum Comites, *l. 13. de iure fiſci.* Illuſtres, *l. vnic. qui a præb. tyron. l. 32. de ſuſceptoribus*: *l. 9. de executoribus.* De vtroque ſigillatim.

COMES S. L. *l. 1. de his qui ad Eccleſ.* & aliis quamplurimis: a quo & Comitiua ſedes, *l. vltim. de conlat. æris*, *l. 9. de executorib.* Comes ſacri ærarii, *l. vnic. qui a præb. tyron.* Comes ſacrarum abſolute, *l. 120. de Decurionib.* Comes ſacrarum remunerationum, *l. 41. de appellat.* Comes largitionum abſolute, *l. 14. de priuil. eorum qui in S. P. l. 7. de extraordin.* Vir Clariſſimus, *l. 7. de extraordin.* Illuſtris erat, *l. vnic. de auri publ. proſecutor. l. vltim. de Palatinis S. L. l. vltim. de murilegulis*: *l. vltim. de Immunitate*: *l. vnic. qui a præb. tyron. l. 4. de executorib. in fin.* & *l. 9. eod.* Sed & his titulis cohoneſtatus & compellatus: Ampliſſima ſedes tua, *l. 16. de murilegulis*: præcellens auctoritas tua, *l. 1. de his qui ad Eccleſ.* Celſitudo tua, *l. vltim. de proximis.* Culmen tuum, *l. 23. & vltim. in fin. de Palat. S. L.* Magnificentia tua, *l. 10. de Curioſis.* Magnitudo tua, *l. vltim. de diuerſ. offic.* Præſtantia tua, *l. 14. de extraordin.*

ordin. l. 39. de appellat. Sublimitas tua, *l. 10. de Curiosis*, *l. 2. de domib. ad rem priu. pert. l. 13. & 23. de Palat. S. L.*

Hic in Consistorio Principis adstabat, *l. 5. de fide testium.* Vice Principis cognoscebat, *l. 21. de appellat.* Vice Principis cognitionibus præsidebat, *l. 28. eod.* Auditorii sacri iudicium ei tribuitur, *l. 40. eod. t.* Sacri auditorii Cognitor dicitur, *l. 64. eod. tit.* Sub eius literis proponebantur publice nonullæ constitutiones, *l. vltim. de immunitate.* Ad eius inter alia curam pertinebat, ne species illicitæ exportarentur: eam in rem curiosos litorum portuumque emittebat, commonitoriis & mandatis instructos, *l. 10. de Curiosis.* Ad suggestionem Comitis, & eorum, qui largitionibus præerant ad inlationem specierum largitionalium Vicarii, vel his absentibus Rectores Prouinciarum Euectiones faciebant, *l. 13. de Cursu.* Domus Principis sub eius dispositione erat, *l. 11. de Senatorib. & gleb. collat.*

Sub dispositione Viri Illustris Comitis S. L.

Comites largitionum, de quibus *l. 7. de extraordinar. l. 5. de exactionib. l. 1. de domib. ad rem priu.* & Comes absolute, *l. 28. de appellat.* A Rationali ibi distinctus, qui V. C. dicitur *d. l. 7.* V. P. *d. l. 5.* de his vide & *l. 1. fin. regund.* Qui & Comites ærarii, *l. 39. de appellat.* & simpliciter Comites, *l. 28. de appellat.*

Comes Italicianorum: de quo *l. vnic. de Consularib. & Præsid.*

Comes Gallicianorum, de quo *l. vnic.*

Comes Orientis, qui memoratur in *l. 63. de Decurionibus*, est forte Comes largitionum Orientis.

Comes ærarii per Africam, *d. l. 39. de appellat.*

Comites Thesaurorum, & eorum Officiales.

Scriniarii, *l. 14. vltim. de diuers. offic.*

De his notandum, 1. Officiales eorum Thesaurenses dictos, *d. l. 14.* 2. Interfuisse qui custodiam Thesaurorum habebant, *d. l. 14.* 3. alios Scriniarios, *d. l. 14.* 4. huic conditioni perpetuo adnexos fuisse, *d. l. 4.* 5. contra semel euersores ad eandem & ad aliam dignitatem aspirare non potuisse, *d. l. 14.*

Rationales, *l. 3. de cursu publ. l. 41. de appellat. l. 1. de domib. ad rem priu.* Rationales sacri ærarii, *d. l. 41.* Quare a Rationali ad Com. S. L. appellatum, *d. l. 39. 41.*

De his porro *Rationalibus* hic omnia congerere iuuat, quæ hoc Codice occurrunt: de his inquam Rationalibus, qui sub dispositione Comitis S. L. fuerunt: alii enim fuerunt Rationales rei priuatæ: Etsi operosum sæpe sit distinguere, de quibus Rationalibus agatur. Nos, vt quæ certissima sunt & perspicua apponemus, vel etiam, quæ vtrisque communia esse possunt: ita in cæteris animi nostri ductum sequemur.

Igitur Rationales memorantur sequentibus legibus *l. 1. de domib. ad rem pr. pertin. l. 18. 28. 39. 41. de appellat. l. 5. de nauicular. l. 3. de cursu publ. l. 2. de Princip. Agentium: l. 23. de cursu: l. 3. de bonor. Codic. l. 1. de his qui cum dispens. l. 7. de cohort. l. 4. de Palat. S. L. l. 1. de metallis*, &c. Dicuntur & Rationales summarum, *l. 7. de iure fisci*: a quibus & Officium summæ rei, *l. 2. de distrab. pignor.* Rationales, sacri ærarii causis Præsidentes, *l. 41. de appellat.* Fuere per singulas Prouincias.

Hinc *Rationalis Vrbis Romæ*, *l. 8. 14. 18. de appellat.* cuiusmodi fuit *Victor*, Anno 327. *dict. l. 14.* De appellationibus ab eo agitur dictis legibus. Officium eius memoratur *dict. l. 8. in fin.*

Rationalis trium Prouinciarum, & in his Sardiniæ, *l. vnic. communi diuid. l. 2. de susceptoribus: l. 1. de ponderator. l. 5. de petitionib.* cuiusmodi tres memorantur sub Constantino M. & Constante.

EVFRAXIVS A. D. 325. *d. l. 1. de ponderatorib. l. 2. de susceptorib.*

GERVLVS A. D. 334. *d. l. communi diuid.*

CALLEPIVS A. D. 340. *d. l. 5. de petitionib.*

Rationales per Africam, *l. 8. de exaction.* Africæ, *l. 33. de appellat. l. 2. de iure fisci: l. 1. de metallis:* vide Auson. in *parentalib. de Paulino 24. v. 10. l. 2. de alim. quæ inop. par.* cuiusmodi duo memorantur.

SEVERVS A. D. 319. *l. 2. de iure fisci.*

MAXIMVS A. D. 320. *l. 1. de metallis.*

Rationalis Numidiæ.

IVVENALIS A. D. 346. *l. 4. de bonis vacantib.*

Rationales Hispaniarum: inscribitur iis Anno 317. *l. vnic. de his qui se deferunt*: veluti Rationalis Bæticæ, *l. 2. de distrab. pignor.*

Officium eius, (quod & dicitur Officium summæ rei) memoratur *d. l. 2. de distrab. pignor.* & *d. l. vnic.* Deuotionis titulus ei tribuitur *d. l. vnic.*

Rationales incertæ Prouinciæ.

AEMILIVS A. D. 313. *l. 1. de bonis vacantib.*

FLORENTIVS A. D. 320. *l. 1. de custod. reor.*

PRISCVS A. D. 319. *l. 2. de bonis vacantib.*

VERECVNDVS, Rationalis summarum A. D. 357. *l. 7. de iure fisci*: quæ dicitur *PP. Vallis.*

Muneris Rationalium fuit in genere Fiscalis commodi curam gerere, *l. 28. de appellat.* Sacri ærarii causis præsidere, *l. 21. de appellat.* Etiam metallorum, *l. 1. de metallis.*

Gradus eorum. Cum Præsidibus componebantur, *l. 3. de honor. codicill.* Præsidibus tamen cedebant, *l. 2. de Princip. Agent.*

Stipendia. De publico annonas, & alimenta pecoribus accipiebant, *l. 3. de cursu publ.* Ideo suis sumptibus, non fisci, non Prouincialium collatione, mouere eis cursum licebat *d. l. 3.*

Genera. Fuerunt & honorarii, *l. 23. de cursu.*

Inter priuatos iudicare non poterant, nisi aliquando ex prærogatiua Rescripti, vel Officii necessitate poscente, *l. 18. de appellat.*

Dignitate functi a muneribus publicis quæ aiias dignitate functis imponebantur, immunes erant, *l. 3. de honorar. Cod.*

Officium, seu Officiales horum Rationalium memorantur *l. 4. de Palat. S. L. l. 2. de distrab. pignor. l. vnic. de his qui se deferunt: l. 2. 7. de iure fisci: l. 1. de domib. ad rem priu. l. vnic. de his qui cum dispens. l. 7. de cohort.* Officium id, debiti, id est, tributorum reos ad solutionem cogebat, *d. l. 4.* fiscalium exactio debitorum ei imminebat, *l. 4. de Palat. S. L. d. l. 2. de distrab. pignorib.* domorum Principis in ruinam lapsarum actionem instituebat, *d. l. 1. de domib.*

Præpositi Thesaurorum per Occidentem, *l. 3. de indulgent. debitor.*

Præpositus largitionum, *l. 8. de cursu.*

Procuratores, de quibus in genere *l. 2. de distrab. pignor.* veluti

Procuratores Gynæciariorum, *l. 3. de indulg. deb.*

Et *Monetariorum*, *d. l. 3.*

Monetarii, *l. 16. de murileg. monetar. l. 7. 8. 9. de falsa mon. l. 3. de indulg. debit.*

Gynæciarii, *l. 3. 7. 13. 16. d. tit. de murileg. gynæc.* Procuratores Gynæciariorum per Occidentem, *l. 3. de indulg. debit.*

Murileguli seu Conchylioleguli, *l. 5. 14. 15. 16. 18. eod. tit.*

Lintearii, seu Lynifarii, Linteones, Lynifi, *l. 8. 16. eod. tit.*

Lineæ vestis opifices contexendæ, seu textrina linteæ vestis, *l. 6. 9. eod. tit.*

Baphia,

Baphia, *l. 13. 18. eod tit.* vt Phœnices, *d. l. 18.*
Barbaricarii, qui cassides & buculas tegebant argento & deaurabant, *l. 1. de fabricensib.*
Bastagarii, *l. 11. de murilegulis.* &c.
Metalla & metallicus canon. *l. 4. 12. 14. 15. de metallis.* Quibus per Illyricum suus peculiaris Comes præerat, *l. 3. de metallis.*
Vestes militares, Imperiales, species earum, susceptio, custodia & erogatio, *l. 2. 4. vltim. de militari veste: l. vltim. de proximis: l. 10. de curiosis: l. 11. 13. 30. de susceptorib.*
Corpora denique omnia ad diuinas largitiones pertinentia, *l. 16. de murilegulis.*
Officium hoc describit Claudianus, vbi agit de Manlio Theodoro Comite S. L.

Officium Viri Illustris suprascripti Comitis S. L.
Eius mentio non uno loco. Hi sunt *Palatini S. L. l. 5. de executoribus*: de quibus est titulus *30. lib. 6.* vbi v. *Paratitlon.*
Dicitur
Officium largitionale, *l. vlt. de Palatinis.*
Officium Palatinum, *l. 3. de indulg. debitor. l. vlt. de immunitate*, *l. 17. de Palatinis*, *l. 5. de locat. fund. iur. emphyt.* Largitionales, *l. 1. de Agent.* Largitionales, *l. 13. de susceptor.* Comitatenses, *l. 6 de diuers. offic.*
Officium quod iussionibus Comitis S. L. obsecundat, *l. 13. d. tit. de Palatinis S. L.*
Officiales Comitis Largitionum, *l. 6 de diuers. offic.*
Ex adnotatione Principis fiebant, *l. 15. de Palatinis.*
Militia 25. annorum Curia liberabantur, *dict. l. 6. de diuers. offic. 20.* ex *l. 1. de Agentib.*
Promoti Natali Principis, *l. 21. de Palat. S. L.*
Primicerius totius Officii, *l. 19. de Palatinis S. L.* qui & Primicerius sacrarum largitionum.
Primicerii singulorum scriniorum, *l. 13. 14. 19. 21. eod. tit.* hi triennales fuere, *d. l. 3.* mox biennales, *l. 14.* annui tandem, *l. 23.*
Ex-Primiceriis Scriniorum Exconsularibus inter adlectos æquati, *d. l. 19.*
Scrinia Comitis S. L.
l 3. 7. 14. 15. 19. eod. de Palatinis, quæ dicuntur Scrinia largitionum Comitatensium, *d. l. 7. eod.*
Erant autem hæc.
Scrinium Exceptorum, *l. 3. 7. 22. eod.* & in eo Primicerius Exceptorum, *l. 3. eod. tit.*
Scrinium Tabulariorum, *d. l. 7.* & *l. vltim. de murilegulis.* Hi species sacris largitionibus illatas suscipiebant, *d. l. 13.* Septimus in hoc Scrinio memoratur, *dict. l. vltim.* Priores quidam erant eius Officii, *d. l. 13.*
Scrinium Canonum, *d. l. 7.* & *13.* & *vltim. de murilegulis.*
Scrinium Numerorum, *d. l. 7 de palatin.* seu Numerariorum, *l. 4. de executorib.*
In his Scriniis varia erant Officia.
Centenarii, *l. 7. 8. 9. eod. tit. de Palat.*
Epistularii, *d. l. 7.*
Ducenarii, *d. l. 7. 8. 9.*
Mittendarii, *l. 1. 4. 7. 8. 9. 22. eod.*
Adiutores Officii Palatini Comitis S. L. qui matriculas tractabant, *l. 16. 17. 20. eod tit. l. 4. de executorib.*

Indiculus seu notitia Comitum S. L. qui hoc Codice memorantur, & de quibus plura inuenies in Prosopograph.

Per *Occidentem.*	Per *Orientem.*
Sub CONSANTE.	*Sub* IVLIANO.
Marcellinus A. D. 340. Vide Zosimum *lib. 2. c. 42.*	Felix A. D. 362.
Sub VALENTINIANO Sen.	*Sub* VALENTE.
Florentius A. D. 364. 365. 366.	Felix A. D. 365. imo A. D. 368. vel 370.
Germanianus A. D. 367.	Archelaus A. D. 369.
Filematius A. D. 371. 372.	Tatianus A. D. 374.
Sub GRATIANO & VALENT. Iun.	*Sub* THEODOSIO M.
Basilius A. D. 379. 383. Vide & Symmachum, *lib. 10. ep. 47.*	Palladius A. D. 381.
Macedonius A. D. 381. Meminit Seuerus Sulpitius *lib 2. hist. sacr. cap. 48.* Sed *M. O.* appellat. Hic idem videtur, ad quem extant epistolæ *lib. 7.* puta quatuor Symmachi *epist. 26. 27. 28. 29.*	Darius A. D. 382. Cynegius A. D. 383. Trifolius A. D. 384. 385. Proculus A. D. 386. Valerius A. D. 386. Romulus A. D. 392.
Florentinus A. D. 385.	*Sub* ARCADIO. Osius A. D. 395. Martinianus A. D. 396. Constantius A. D. 399. Filometor A. D. 406.
Sub HONORIO.	*Sub* THEODOSIO Iun.
Eusebius A. D. 395.	Martianus A. D. 414.
Firminus A. D. 398.	Synesius A. D. 411.
Longinianus A. D. 399.	Anysius A. D. 416. 419.
Troilus A. D. 401. Vid. Synesium *Ep 26. 73.*	Asclepiodotus A. D. 422.
Vrsicinus A. D. 405.	Maximinus A. D. 424. 425.
Innominatus A. D. 408. Occurrit *in leg. 19. de tyron. vbi vid. Commentar.*	Acacius A. D. 426. Valerius A. D. 427.
Probus A. D. 411. 414.	Ioannes A. D. 429.
Rufinus A. D. 423.	Apollonius A. D. 436.

Comites S. L. de quibus non liquet, per Occidentem an per Orientem fuerint.
Sub GRATIANO, VALENTINIANO & THEODOSIO Cateruius A. D. 379.
Sub ARCADIO & HONORIO
Basilius A. D. 407.
Lucius A. D. 408.

Notitia COMITVM RERVM PRIVATARVM.

De his LIB. 6. TIT. 9.

COmes rerum priuatarum *passim.* Comes rei priuatæ, *l. 27. de petitionib.* Comes priuati ærarii, *d. l. vnic. qui a præb. tyron.* priuatarum remunerationum Comes, *l. 2. de commeatu.* Comes priuatarum absolute, *l. 120. de Decurion. l. 14. de priu. eorum qui in s. p. l. vltim. de locatione fundor. iuris emphyt.* Comes priuatarum largitionum, *l. vltim. de incorpor.* Comes absolute, *l. 31. de petitionibus: l. 2. de bonis vacant.* Vnde Comitiua priuatarum, *l. 49. de appellat.* Comitiua rei priuatæ, *l. 9. de executorib.* Vir Clarissimus, *l. 13. de petitionib.* Perfectissimus Comes & amicus noster a Constantino vocatur, *l. 2. de bonis vacantib.* ab hoc multum diuersus Illustris Vir erat, *l. 27. 30 32. de petitionib. l vlt. de incorpor. l. vlt. de locat. fund. l. vlt. de Palat. S. L l. 4. in fin. de executorib.* Inlustre eius iudicium, *l. 30. de petitionib.* Culmen ei tribuitur, *l. vltim. in fin. de Palatinis.* Laudanda experientia tua, *l. 16. de petitionib.* Magnificentia tua, *l. 3. vnde vi.* Præstantia tua, *l. 12. de extraordin.* Sinceritas tua, *l. 41. 45. de appellat. l. 11. de exactionib.* Spectabilitas tua, *l. vlt repetund.* Sublimitas tua, *l. 2. & l. vlt. de incorporat. l. vltim. de iure fisci: l. 7. de petitionib.* Simili iugiter infularum splendore cum Comite S. L. decorabatur, *l. vltim. de Palatinis.* In Comitatu Principis seu Imp. versabatur, *l. 27. de petitionib.* Patrimonium seu res Principis sub eius

erat dispositione, *l. 2. 12. 14. de tyron. l. 8. de iure fisci*, domus Principis, *l. 2. de tyronib.* fundi perpetui iuris, *l. 10. de infirm. bis quæ sub. Tyran.* quin & Palatia & luci, *l. 2. de Aquaductu: l. 12. de iure fisci.*

Bonorum etiam, seu rerum fisco delatarum patrimonio Principis, vindicatio, incorporatio ad eius sollicitudinem spectabat, *l. 7. 8. 11. 12. 13. 14. 16. 18. 21. 22. 23. 30. 31. 32. vltim. de petitionib. l. 8. de iure fisci: l. 1. 2. 3. seu vltim. de incorporat. l. 2. vltim. de bonis vacantib.* proscriptorum, vacantium, *l. 13. 17. de bonis proscriptorum.* Locandorum item cura, *l. 3. 4. 6. de locat. fundorum.* Alienari de rebus priuatis Principis inscio eo nil potuit, nequidem a Præfecto Vrbis, *l. 9. de iure fisci.* Rescripta donationis a Principe bonorum, quæ fisco delata, impetrata apud eum allegabantur, & delatores simul inducebantur, *l. 12. 13. de petitionib.* Instructam prius petitionem ab officio Comitis R. P. oportebat, quam quid vtiliter a Principe impetraretur, id est, descriptionem omnium bonorum Principi insinuari, *l. 11. 14. 16. 23. 26. de petitionib. l. vltim. de bonis vacantib.* & Symmachus, *lib. 10. epist. 15.* Ad eum appellabatur a Rationalibus, *l. 41. 45. 49. de appellat.* quo casu si mediocritas negotii, aut longinquitas regionis litigatores ad Comitem R. P. venire non pateretur, poterat appellationis causam cognoscendam Rectori Prouinciæ delegare, *d. l. 45.* Arcarii, id est, susceptores redituum domus Principis sub eius dispositione erant, *l. 11. de iure fisci: l. 14. de susceptorib.*

Rationales rei priuatæ in singulis quibusque Prouinciis commorabantur, *l. 1. de incorporatione.* Erant

Rationales rei priuatæ per Præfecturam Italiæ, *l. 11. de Iurisdict. l. 7. de bon. proscript.*

Rationales rei priuatæ per Africam, *l. vltim. de appellat. l. 2. de alim. quæ inop par.*

Rationales rei priuatæ in diœcesi Macedoniæ, *l. 2. de Iurisdict.*

Titulus V. P. *l. 1. de bonis vacantib.* vbi vide quæ dixi.

Rationalis rei priuatæ Romæ, *l. 49. de appellation.*

Grauitas tua, *l. vnic. de his qui se defer.*

Officium seu *Officiales Rationalis* memorantur, *l. 2. de bonis vacantib. d. l. 7. de bonis proscript. l. 6. de diuers. offic. l. 7. de cobort.* 25. annorum militia Curia liberabantur, *d. l. 6.* ab eo bona vacantia occupabantur, *l. 2. de bonis vacant.*

Erant sub Comite R. P. *l. 10. de infirm. bis quæ sub Tyran. l. 11. de exactionib.*

Munera eorum hæc. Bona fisco delata per Rationales rei priuatæ inquirebantur, & fisco vindicabantur, *l. 7. de bonis proscript.* De bonis vacantibus cognoscebant, *l. 1. 2. 4. de bonis vac. l. 1. de incorp.* Donata a Principe e fisci patrimonio reuocare quandoque iussi, *l. 2. de iure fisci.* Domorum Principis cura ad eos pertinebat, *l. 1. de domib. ad rem priu.* fundi patrimoniales & emphyteutici, *l. vnic. communi diuid.* Eorum, quæ ex Thesauris repertis fisci rationibus tradenda erant, vindicandorum cura, ad eos pertinebat, *l. 1. de Thesauris:* si quis rem Principis apud Iudicem lite pulsaret, Rationali præsente & defendente id fiebat, *l. 5. de Iurisdict.*

Et tamen fundi perpetui iuris, tradi non a Rationalibus, sed ab ordinariis Iudicibus debebant, *l. 10. de infirm bis quæ sub Tyran.* Rerum item e domo Principis eximere, inque eum statuere nullo interposito Rationali Iudex Prouinciæ poterat, *l. 11. de Iurisdict.*

Ab iis ad quos appellatum vide *l. 41. 45. 79. vlt. de appellat.*

Sub dispositione Viri Illustris Com. R. P.

Comes domorum per Cappadociam, vel alibi sub Comite R. P. Orientis, *l. 2. de Palatinis, l. vlt. ad L. Iul. repet.* Qui & ipse Officium suum habebat, eiusque Officii Principem, *d. l. 2.* e numero Mittendariorum singulis annis a Comite R. P. electum, *d. l. 2.*

Rationales rei priuatæ, seu rerum priuatarum, *l. 11. de Iurisdict. l. 41. 45. 49. de appellat. l. 2. de iure fisci: l. 14. 26. de Decurion. l. 10. de infirm. bis quæ sub Tyran. l. 1. 2. 4. de bonis vacantib. l. 7. de bonis proscript. l. 11. de exactionib. l. 1. de domib. l. vnic. communi diuid. l. 5. de Iurisd. l. 1. de Thesauris, l. 6. de diuers. offic.* Eodem pertinet *l. 2. de domib. ad rem pr. pertin.* Actor dominicus pro Rationali, *l. 21. de Iurisdict.*

Officium Rationalis rei priuatæ, *l. 7. de bonis proscript. l. 2. de bonis vacant. l. 4. de Palatinis: l. 32. de appellat.*

Magistri rei priuatæ post Rationales, *l. 2. 4. de iure fisci, l. 1. 4. de conl. fund. patr. l. 14. 26. de Decurion. l. 1. de conlat. fund. patrim. l. 33. de appellat.* vel absolute Magistri priuatæ, *l. 14. & 26. de Decurionib.* veluti Africæ, *d. l. 4.* quæ inscribitur Dometio Dracontio Magistro rei priuatæ Africæ, &c.

Procuratores rei priuatæ, *l. vlt. ad leg. Iul. repetund.* seu rei dominicæ, *l. vltim. de iure fisci.* Procurator patrimonii, & Officium eius per Bæticam, *l. 3. de bonis proscript.* Comes & Procurator diuinæ domus, sub cuius dispositione erant bona Gildonis, *l. 16. de bonis proscript.* quibus suus postea Comes præfuit: vide *Notit.*

Præpositi Gynæceo, *l. vlt. ad L. Iul. repet.*

Officium: de eo agitur *tit. de Palatinis S. L. & R. P. l. 16. 18. 21. vltim.* & *l. 3. in fin. vnde vi.* Hi sunt Palatini de quibus *eo tit.* Priuatianum Officium dicitur, *l. vltim. de Palatinis S. L. & R. P.* Huius quoque Officii mentio, *l. 50. de hæreticis: l. 3. vnde vi: l. 1. de Agentib. in reb. l. 7. 14. 16. 22. 29. 30. de petitionibus: l. 4. de conlat. donat. l. 11. de bonis proscript. l. vltim. de bonis vacant. l. 6. de locat. fund. iur. emphyt.*

Scrinia, *l. 4. de conlat. donatar.*

Primate Scriniorum, *d. l. 4.* Principatus Scrinii, *l. 5. de Palatinis.*

Scrinium beneficiorum. Indicatur *d. l. 4.*

Scrinium Exceptorum, *d. l. 5. de Palat.*

Numerarii, *l. 4. de executorib.*

Adiutores Officii Comitis R. P. *d. l. 4. de executoribus.*

Adjutor Officii, qui matriculas tractabat, *l. 16. de Palatinis.*

Indiculus seu Notitia Comitum R. P. *quorum nomina inuenies etiam in Prosopographia.*

Per *Occidentem.*	Per *Orientem.*
Eusebius A. D. 342.	
Eustathius A. D. 345.	
Orion A. D. 353.	
Cæsarius A. D. 364.	
Florianus A. D. 364. 365.	Alexandrinus A. D. 367. 369.
Theodorus A. D. 380.	Fortunatianus A. D. 369. 377.
Pelagius A. D. 385.	Pancratius A. D. 379. 385.
Gorgonius A. D. 386.	
Messianus A. D. 389.	Nebridius A. D. 382. 383.

Seuerinus A. D. 390. Drepanius A. D. 383.
Messianus A. D. 395.
Eulogius A. D. 395. Laurentius A. D. 396.
Apollodorus A. D. 396.
Hyperochius A. D. 397.
Mineruius A. D. 397. 398.
Eulogius A. D. 398.
Firminus A. D. 398. 399.
Saluinus A. D. 400. Nestorius A. D. 401.
Macedonius A. D. 410. Studius A. D. 401.
Vrsacius A. D. 416. 417. Nestorius A. D. 405.
Venantius A. D. 422. Strategius A. D. 410.
Proculus A. D. 422. Taurus A. D. 416.
Trygetius A. D. 423. Patricius A. D. 420.
Bassus A. D. 425. Valerius A. D. 425.
Thalassius A. D. 430.
Hieritocrates A. D. 435.

Comites R. P. de quibus non liquet, per Occidentem an per Orientem fuerint.
Florentinus A. D. 369.
Ammianus A. D. 383.
Maximus A. D. 415.

DE SPECTABILIBVS.

Post Illustres, sequuntur Spectabiles. De hac Spectabilium *dignitate* seu *gradu*, vid. *legem 187. de Decurion.* & de Spectabilibus, passim, inter alia *l. 52. de hæreticis.*

Notitia COMITIS DOMESTICORVM.

COmitis Domesticorum fit mentio, *l. 2. 3. 5. de Domesticis & Protectoribus: l. 38. de Decur. l. 1. de venatione ferar. l. 42. de hæretic. l. vnic. qui a præbit. Tyronum.*

Vir Clarissimus vocatur, *l. 38. de Decurionib.* Iungiturque Viris Illustribus Præfectis, Magistris militum: præmittiturque Præposito Cubiculi, Magistro Officiorum, Quæstori, & Comitibus S. L. & R. P. in Constantii, *d. l. 38. de Decurion.* & Honorii, *d. l. vnic. qui a præbit. tyronum.* Aliter atque in Notitia Theodosii Iun. vbi his omnibus postponitur. Iuxta cum illis omnibus immunes erant a præbitione tyronum & equorum, *d. l. vnic. qui a præbit. tyron.*

Sub eius dispositione erant Domestici, & Domesticorum scholæ, *d. l. 2. 3. 5. de domesticis: l. 1. de venat. ferar. l. 42. de hæreticis.* De quibus domesticis horum alii Equites, alii Pedites erant, de quibus suo titulo *lib. 6.*

Hic quandoque vices Magistrorum militum agebat: vt Maurianus Comes domesticorum, *l. 1. de venat. ferarum.* Missique aduersus Barbaros Comites domesticorum, *d. l. vnic. qui a præbit. tyron.* Ita Comitem Domesticorum aduersus Francos missum Frigeridus scribit apud Gregorium Turonensem *lib. 2. c. 9.* eo ipso forte anno, quo *lex ea vnic.* lata fuit. Vnde de his pariter vt a Magistris militum dicitur, *d. l. vnic.* eorum virtutem Triumphis Principis subiugare de hoste captiuos.

Indiculus seu Notitia Comitum Domesticorum quorundam per Occidentem & Orientem.

Seuerus A. D. 464. sub Valentiniano Sen. *l. 2. 3. de domesticis.* Meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 27. c. 8.* in gestis Anni 367.

Richomeres A. D. 377. idem Marcellinus, *lib. 31. c. 7.*

Mallobaudes A. D. 377. vel 378. Marcellinus, *lib. 31. c. 10.*

Addeus A. D. 393. Comes domesticorum in Oriente sub Theodosio Magno, *l. 5. de domesticis.*

Valens A. D. 408. sub Honorio, *l. 42. de hæretic.*

Maurianus A. D. 414. sub eodem, *l. 1. de venatione ferarum.*

Castinus; cuius meminit Frigeridus apud Gregor. Turonens. *lib. 2. hist. Francor. c. 9.*

CASTRENSIS SACRI PALATII.

CAstrensis fit mentio, *l. 38. de Decurionibus: l. 12. de Palatinis S. L. l. 1. 2. de Castrensianis: l. 1. si petitionis socius: l. 3. de priuil. eorum, qui in S. Pal. l. vnic. qui a præb. tyron.* Castrensis simpliciter vocatur, *d. l. 38.* Comes & Castrensis, *d. l. 12. de Palatinis.* Comes & Castrensis sacri Palatii, *l. 1. & 2. de Castrensianis: l. 1. si quis petitionis socius.*

Spectabilis erat & vocabatur, *l. 1. 2. de Castrensianis.* Compellabatur Spectabilitas vestra, *d. l. 1. de Castrensianis.*

Sub dispositione eius erant Castrensiani: de quibus est *titulus 32. lib. 6.* id est, Palatini intra aulam obsequiis deputati, *dict. l. 12. de Palat. S. L.*

Officium suum peculiare habuit, *d. l. 1. de Castrensianis.*

Sub dispositione Illustris Præpositi S. Cubiculi eum fuisse, colligo ex *l. vnic. qui a præbit. tyron.*

Indiculus seu Notitia quorundam Castrensium S. Palatii quatuor numero.

In Occidente.

Mygdonius A. D. 315. sub Constantino M. Inscribitur ei *lex 1. si petit. socius.*

Seuerus A. D. 390. sub Valentiniano Iun. & Theodosio Magno, *l. 12. de Palat. S. L.*

In Oriente.

Narses A. D. 416. sub Theodosio Iuniore, *l. 1. de Castrensianis.*

Scholasticus A. D. 422. sub eodem, *l. 2. eod. tit.*

PRIMICERIVS NOTARIORVM.

Vide LIB. VI. TIT. X.

PRimicerii Notariorum fit mentio, *Rubrica*, & *l. 2. 3. 4. de Primicerio & Notariis, lib. 6. & l. pen. seu 14. de Senatorib. & glebali collat. l. vnic. qui a præbit. tyron. Nouella Theodosii 32. de metatis.* De eo plura ad *l. 1. d. tit. de Primicerio.*

Spectabilis erat, *d. l. vnic. qui a præbit. tyron. & equorum: & d. Nou. 32.*

Is si de Consistorio Principis sine administratione aliqua discederet, Vicariis anteponebatur, & Proconsulibus æquabatur, *d. l. 2. & 3.* At si Magistri Officiorum honoraria dignitate decoraretur, eodem nihilominus iure & priuilegio fruebatur, quo ii, qui reipsa hanc dignitatem implessent, *l. vlt. de Primicer.* & not. & *d. Nou. 32.*

Per hunc recitatæ aliquando in Senatu Principum Orationes, *d. l. 14. de Senatoribus*, cui iungenda *lex 33.*

lex 33. de petitionib. & *lex 2. de conductor. domus Aug.*

Magistros Scriniorum præcedebat, vt apparet ex positione *tit. 10. de Primicerio:* & *tit. de Magistris Scriniorum.*

MAGISTRI SCRINIORVM.

De his est TIT. XI. LIB. VI.

PRoxima hæc dignitas, post Primicerium statim Notariorum, vt ex serie titulorum apparet: & ex Notitia Imperii. Supra Vicarios erant, *l. vnic. hoc tit.*

De *Scriniis* his & Magistris horum Scriniorum, *Memoriæ* scilicet, *Epistularum* & *libellorum*, dixi plene ad *d. l. vnic.* & ad *tit. de proximis, Comitib. dispos.*

Adde his Dispositionum Magistrum, *l. 10. de proximis.*

Fit mentio Scriniorum, de quibus Legationes Prouinciarum recitabantur, *l. 10. de Legatis.* Id vero Scrinium erat Epistularum, vt docet *Notitia Imperii.*

Magistri Scrinii memoriæ fit mentio Nouella Valent. III. *de homicidiis 3.*

Spectabilis Vir erat & dicebatur *d. Nouell. 3.*

COMES STABVLI, *vel sacri Stabuli.*

TRibus legibus fit eius mentio, *l. 3. de Equorum conlat. l. 29. de annona & trib. l. vnic. qui a præbit. tyron.*

Vir Clarissimus, *d. l. 3. de Equorum conlat.* Spectabilis, *d. l. vnic. qui a præb.*

Alias, Tribunus stabuli: vide *l. vnic. de Comitib. & Tribun. schol.*

In Africa, *d. l. 3.* & *l. 29. in fin. de annona & trib.*

Pro equis quippiam sportularum nomine Comiti stabuli datum, puta duos solidos, *d. l. 3.* quod abrogatum, *l. 29. in fin. de annona & trib.*

Gradus Comitum stabuli. Post Scriniorum Magistros, Tribunos & Notarios, & Spectabiles Comites Archiatrorum, ante Curam Palatii, & Proximos Scriniorum Comitesque Dispositionum, *d. l. vnic. qui a præbit. tyr.*

DE PROCONSVLIBVS IN GENERE.

IN genere de Proconsulibus. Sublimis Præfecturæ apicem ordo Proconsularium dignitatum sequitur, *l. 7. de honor. codicillis.* Grauitas tua, *l. 3. de falsis.* Ante Comitem Orientis, & Præfectum Augustalem, *d. l. 15. 16.*

Proconsules, Comites Orientis, Præfecti Augustalis Vicarii, Iudices ordinarii, *l. 15. 16. de pœnis.*

Proconsules, Consulares, Correctores, Præsides, *l. 8. de cohort.*

Proconsules, Rectores Prouinciarum, *l. 4. de cursu.*

Inuerso ordine in *l. 13. de accusat.* Præsides, Correctores, Consulares, Vicarii, Proconsules.

Ante Vicarios, *l. 2. de Primicerio: l. vnic. de superindicto: l. 4. ad l. Iul. de ambitu, d. l. 15. 16. l. 54. de hæreticis.*

Ante Comites rei militaris, *l. 1. de Comitib. rei milit.*

Æquabantur Proconsularibus Comites Consistoriani, *l. vnic. de Comitib. Consistorianis.*

Notariorum Primicerii Proconsulibus æquabantur, *l. 2. 3. de Primicerio.*

Præferebantur his, qui honorarios Magistrorum Equitum codicillos adepti erant, *l. 4. de honor. codicillis.*

Spectabiles erant, vide inf. *in singulis Proconsulibus.*

Separantur passim a Rectoribus Prouinciarum, seu Ordinariis Iudicibus, *l. 4. de cursu: l. 24. de cohortalib.*

Proconsulari honore succincti dicuntur, *l. 54. de hæreticis.* Proconsulari honore sublimes, *l. 12. de Prætorib.* Proconsularis potestas, *l. 4 ad L. Iul. de ambitu.* Proconsularis apicis dignitas, *l. 3. de Princip. Agentium.* Hac dignitate Proconsulari alii decorati, veluti Principes Agentium in rebus, *d. l. 7.* Honorarii Codicilli Proconsulares, *l. 5. de honor. codicill.*

Insignia eorum, *l. 4. de honor. codicill. l. 1. de Comitib. rei milit.* Secures & fasces, *l. 7. de honor. codicill.* Fasces cum curulibus, *l. 3. de Primicerio.*

Officia Proconsulum, *l. 7. de cohortalib.* seu Proconsularis militia, *l. 23. de cohortalib.*

Officium Proconsulare, *l. 24. eod.*

Iterare Proconsularem potestatem vetitum, *l. vlt. ad L. Iul. de ambitu.* Ex Proconsule quis ad Præturam vocari poterat, *l. 15. de Prætorib.*

Iudicabant vel ex delegatione, vel ex appellatione, vel ex ordine, *l. 16. de appellat.*

His vicem Examinis sui mandasse dicuntur Principes, in diiudicandis appellationum causis, *l. 3. de appellat.* seu sacrum horum examen dicitur, *l. 62. de appellat.* Ab iis appellabatur, *l. 2. 16. de Appellationib. l. 2. de his qui per metum:* ad Principem, *d. l. 16.*

In Oriente Proconsules duo fuere, Achaiæ & Asiæ, qui duo Proconsulum appellatione intelliguntur, *l. 4. de patrociniis vicorum:* adde tertium aliquando, Palæstinæ. Vnus in Occidente Proconsul Africæ fuit.

Ex-Proconsulibus, *l. 7. de honor. codicill. l. 4. de patrociniis vicorum.*

PROCONSVL ACHAIÆ.

SPectabilis Vir, *l. vltim. de bonis vacantibus.* Sedes eius Corinthus, *l. 2. de accusat.*

Fisci Aduocatus in eius foro, *d. l. vltim. de bonis vacantibus.*

Officium eius.

Princeps, ex schola Agentium in rebus, *l. vlt. de Princip. Agent.*

Indiculus seu Notitia duorum Proconsulum Achaiæ, quorum nomina inuenies etiam in Prosopographia.

Seuerianus A. D. 349. *l. 9. de Episcopis:* quanquam alibi dicitur Proconsul Asiæ.

Hesychius A. D. 435. *l. 8. de Princip. Agent.*

PROCONSVL ASIAE.

VIr Spectabilis, *l. 21. de diuers. offic.* Experientia tua, *l. 28. de hæreticis.*

Ante Comitem Orientis, Præfectum Augustalem, & Vicarios, *d. l. 21. de diuers. offic.*

Officium

Officium Proconsulis Asiæ memoratur, *d. l. 21. de diuers. offic.*

Indiculus seu Notitia Proconsulum Asiæ sub Theodosio Magno & Arcadio. Vid. *Prosopograph.*

Auxonius A. D. 381. Huc forte pertinet quoque Symmachi *lib. 3. ep. 53.* Vide ibi Cl. Iuretum.
Flauianus A. D. 384. Ad hunc quoque pertinere videtur *epist. 24. lib. 2.* Symmachi.
Victorius A. D. 392. 393. 394.
Aurelianus A. D. 395.
Æternalis A. D. 396.
Nebridius A. D. 396.

PROCONSVL PALAESTINÆ.

Indiculus trium Proconsulum Palæstinæ sub Theodosio Magno.

Eucharius A. D. 383.
Agrestius A. D. 384.
Florentinus A. D. 385.

PROCONSVL AFRICÆ.

EIus quoque mentio fit, *l. 7. de pactis:* quæ ad mulierem quandam data est. Ad eundem spectat, *l. 15. de cursu: l. vltim. de appellat.*

Vir spectabilis, *l. 1. de milit. veste.* Spectabilitas tua, *l. 185. 186. de Decurionib.* Vir Clarissimus, *l. 4. de susceptorib. d. l. 7. de pactis.* Amicus noster, *d. l. 7.* Excellentia tua, *l. 7. de cursu.* Sublimitas tua, *l. 24. de annona & trib. l. 149. de Decurion.* Dicatio tua, *l. 21. de appellat.* Grauitas tua, *l. 3. ad l. Corn. de falso.* Forte etiam *l. 44. de hæreticis.* Laudabilitas tua, *l. 166. de Decurion.* Prudentia tua, *l. 10. quorum appellat.* Sinceritas tua, *l. 2. de scenicis.*

Cognitor, de Proconsule Africæ, *l. 34. de annona.* Proconsul absolute, pro Proconsule Africæ, *l. 2. de his qui per metum Iudicis:* quæ lex inscripta Præfecto Prætorio Italiæ.

Vice sacra seu vice Principis iudicabat & auditorium eius, *l. 3. 62. de appellat. l. 3. quorum appellat.* Principis auditorium, *d. l. 3. quorum appellat.*

Appellationum causas cognoscebat, *de appellat.* Gentilium scilicet & Præfectorum eorum per Africam, *l. 62. de appellat.*

Item a Rationali rei priuatæ per Africam, *l. vlt. de appellat.*

Mancipum cursus publici dispositio forma eius tenebatur, *l. 15. de cursu publ.*

Sub Præfecti Prætorio Italiæ dispositione erat, *l. 4. de susceptorib. & d. l. 2 de his qui per metum.*

Fisci Aduocatus in foro Proconsulis Africæ memoratur, *l. 1. de Aduoc. fisci: l. 1. de concuss. Aduoc.*

Sub dispositione eius fuit quoque
Itinerum per Africam cura, *l. 1. de itinere mun.*
Cursus publici, & mancipum per Africam, *l. 15. de cursu.*

Sedes eius ordinaria, Karthagine, *l. 20. de exactionibus: l. 32. de annon. & trib. l. 9. de murilegulis: l. 1. de concuss. aduoc. l. 3. 10. quorum appell. l. 1. de extraord. l. 2. de famos. libell. l. 9. de Decurion.* vide & Saluianum *lib. 7. de Gubernat. Dei cap. 16.*

Aliquando Hadrumeti, *l. 1. de pœnis: l. 2. de appell. l. 1. quorum appellat.*

Officium Proconsulis Africæ seu Proconsulare. Eius mentio *l. 1. de milit. veste: l. 4. 31. de susceptoribus: l. 3. ad L. Corn. de falso: l. 2. de famos. libell. l. 13. quorum appellat. l. 8. & 23. 24. de cohort. l. 21. de appellat. l. 176. de Decurionibus: l. 34. de cursu: l. 12. de Pistorib. l. 2. ad L. Iul. de ambitu.* Princeps, & Primates Officii memorantur, *d. l. 2.*

Indiculus seu Notitia Proconsulum Africæ.

Sub CONSTANTINO Magno.
Flauianus A. D. 313.
Catullinus Anullinus A. D. 313. 314.
Ælianus A. D. 314. 315.
Probianus A. D. 315.
Aconius Catullinus A. D. 315. 316. 317. 319.
Proculus A. D. 319.
Ælianus A. D. 320.
Hilarianus A. D. 324.
Tertullus A. D. 326.

Sub CONSTANTE.
Proculus A. D. 340.

Sub CONSTANTIO.
Proclianus A. D. 354.
Olybrius A. D. 354.
Flauianus A. D. 357.

Sub VALENTINIANO Seniore.
Ampelius A. D. 364.
Festus A. D. 367.
Claudius A. D. 368. 369. 370.
Iulianus A. D. 371. 372. 373.
Symmachus A. D. 373.
Chilo A. D. 375.

Sub VALENTINIANO Iuniore.
Hesperius A. D. 376.
Thalassius A. D. 378.
Eucherius A. D. 380.
Herasius A. D. 381.
Eusignius A. D. 383.
Messianus A. D. 385.
Drepanius A. D. 390.

Sub HONORIO.
Ennoius A. D. 395.
Probinus A. D. 397.
Victorius A. D. 398.
Apollodorus A. D. 399. 400.
Pompeianus A. D. 400. 401.
Septimius A. D. 403.
Diotimus A. D. 405.
Porphyrius A. D. 407.
Donatus A. D. 408.
Macrobius A. D. 410.
Palladius A. D. 410.
Eucharius A. D. 411.
Iulianus A. D. 411.
Symmachus A. D. 415.
Largus A. D. 415. 418.
Georgius A. D. 425.
Celer A. D. 429.

COMES ORIENTIS.

Alius a Vicario Orientis.

COmitum Orientis fit mentio, *l. 15. de pœnis: l. vltim. de Princip Agent. l. 7. de Iurisdict. l. 33. 63. de Decuri. l. 21. de diuers. offic. l. vnic. de Preb. Sal. l. 30. de appell.* Comes absolute dicitur,

citur, *l. 4. de patrocin. vicor.* Comitiua Orientis, *l. 11. de Censitorib. l. 3. de Primicerio.* Infulæ eius, *d. l. 3.*

Tituli eius: Spectabilis Vir, *l. 21. de diuers. offic.* Grauitas tua, *l. vnic. de præb. salar.* (emendata inscriptione.) Sublimitas tua, *l. 33. de Decurion.* quæ est Constantii Imp.

Post Proconsules, *l. 21. de diuers. offic. l. 15. 16. de pœnis.* Iungitur cum Ægypti Præfecto seu Augustali Præfecto, imo & præmittitur, *d. l. 3. de Primicerio: d. l. vlt. de Princip. Agent. l. 21. de diuers. offic. l. 15. 16. de pœnis.* Post Proconsules, ante Præfectum Augustalem seu Ægypti, *dict. l. 16. de pœnis: d. l. 21.* Post Comitem Ægypti, *d. l. vltim.*

Sub dispositione eius fuerunt. Inter alias *Syria*, *l. 103. de Decurion.* & *Antiochia* (totius Orientis vertex) *l. 51. de Decurionib.* vbi & sedes eorum erat: vide Zosimum *lib. 5. cap. 2.* & Berythus, *l. 41. de cursu: l. 63. de Decurion.* (nisi vt dixi, de alio Comite id accipiendum.) Aquæductuum ibi cura ei incumbebat, *l. 7. de Aquæductu: l. 6. de operibus publicis.* Metallis & metallariis per Orientem præerat, *l. 2. de metallis.*

Extra ordinem per Ægyptum emendandorum nonnullorum negotium ei datum, *d. l. 63. de Decurion.* nisi de alio Comite Orientis, puta largitionum Comitatensium accipienda sit: vide quæ ad *eam leg.*

Officium Viri Spectabilis Comitis Orientis. Memoratur id *l. 21. de diuers. offic.* Comitiani dicuntur, *l. 18. de cohort.*

Princeps de schola Agentium in rebus, *l. vltim. de Princip. Agent.* vnde Principatus Officii, *l. 14. de cohort.*

Indiculus, seu Notitia Comitum Orientis, quorum nomina inuenies etiam in Prosopographia.

Sub CONSANTIO.

Rufinus A. D. 342.

De eo vid. Libanius *Ep.* 737. ad Nepotem eius Rufinum, & *l.* 33. *de Decurion.*

Leontius A. D. 349.

An hic, cuius meminit Epiphanius *heresi* 71. *pag.* 829. *Edit. Colon.*

Marcellinus A. D. 349.

An is quoque, cuius meminit idem Epiphanius *dict. heres.* 71. *pag. cit.*

Honoratus A. D. 353.

De eo Ammianus Marcellinus *lib.* 14. *cap.* 1. Libanius *Ep.* 376. *ad eum.*

Nebridius A. D. 353.

Ammianus Marcellin. *lib.* 14. *c.* 2.

Sub IVLIANO.

Iulianus A. D. 362.

Vid. de eo Amm. Marcellin. *lib.* 23. *c.* 1.

Rufinus A. D. 363.

Vid. de eo Ammianus *lib.* 23. *cap.* 1.

Sub THEODOSIO M.

Felix A. D. 380.

Tuscianus A. D. 381.

Clicherius A. D. 381.

Proculus A. D. 382.

De eo ex Libanio in *Prosopograph.*

Filagrius A. D. 382.

Proculus A. D. 383.

Marcianus A. D. 392.

Sub ARCADIO.

Lucianus A. D. 395.

Vid. Zosimus de eo *lib.* 5. *cap.* 2.

Claudianus A. D. 396.

Vid. de eo Zosimum *lib.* 5.

Asterius A. D. 397. 398.

Sub THEODOSIO IVN.

Aurelianus A. D. 415.

Fuit autem hic PP. Orientis & emendanda Inscript. LL. vid de eo *Prosopograph.*

Abtharitus A. D. 435.

PRÆFECTVS AVGVSTALIS.

Præfectus Augustalis: absolute Augustalis, *l. 190. 192. de Decurionib. l. 4. de patrocin. vicor. l. 57. de appellat.* vnde Augustalitas pro munere Augustalis Præfecti, *l. 11. de Censitorib.* & Augustalianum iudicium, *l. vltim. de patrociniis vicorum:* quomodo & Augustalianum Officium, *l. 3. de indictionib.*

Spectabilis Vir, *l. 21. de diu. offic. l. 15. de Legatis: l. 42. de Episcopis: l. 190. de Decurionib.* Experientia tua, *l. 126. de Decurion.* Grauitas tua, *l. 80. de Decurionib.* Laudabilis auctoritas tua, in supposititia, *l. vltim. de Episcop. iudic.* Sedis tuæ iudiciaria potestas, *d. l. 126. de Decurion.*

Post Comitem Orientis, *l. 21. de diu. offic.*

Sub dispositione Viri Spectabilis Præfecti Augustalis, fuere Iudices diuersarum Prouinciarum, Iudices ordinarii, *l. 9. de Iurisdict. l. 80. de Decur.* atque adeo variæ Prouinciæ.

Varia eius munia, *l. 2. de defensorib. ciuit. l. 190. vlt. de Decurion.* Multa grauis ei imposita quandoque, veluti 25. auri librarum in f. p. *l. vltim. de Decurion.*

Sedes eius Alexandriæ, *l. 1. de Alexandr. pleb. Primatibus.*

Officium eius: cuius mentio, *l. 21. de diuers. offic. l. 1. de Alexandr. pleb. primat. l. 22. de susceptorib. l. 126. de Decurion. l. 3. de Indictionib.*

Princeps de schola Agentium in rebus: *l. vltim. de Princip. Agent.*

Indiculus seu Notitia Præfectorum quorundam Augustalium seu Ægypti, ab Anno Domini 354. ad Annum Domini 435. e Codice Theodosiano.

Præfecti Ægypti dicuntur sequentes.

Longinianus A. D. 354.

Ecdicius A. D. 362.

Vid. Iuliani ad hunc Epistol.

Tatianus A. D. 367.

Vide de eo plura in *Prosopographia* ex *Chron. Alexandrin.* & *vita Athanas. pag.* 542. & altera Metaphrast. *p.* 566.

Iulianus A. D. 380.

Præfecti Augustales.

Palladius A. D. 382.
Hypatius A. D. 383.
Florentius A. D. 384.
Paulinus A. D. 385. 386.
Florentius A. D. 386.
Erythrius A. D. 388.
Alexander A. D. 390.
Euagrius A. D. 391.
Hypatius A. D. 392.
Potamius A. D. 392.
Remigius A. D. 396.
Gennadius A. D. 396.
Vid. de eo Claudian. in *Epigrammat. ad eum* & Synesium *ep.* 33.
Archelaus A. D. 397.
Cleopater A. D. 435.

Cum hac Præfectorum Augustalium serie conferri & ex ea restitui debet Chronicon Alexandrinum, quod Scaliger edidit.

DE VICARIIS IN GENERE.

DE Officio Vicarii est *titulus 6. libri primi.* De Vicariis est etiam *lex vnic. si quacunque præd. potest. l. 12. 13. 38. 61. de cursu: l. 13. de accusat.* Ab his Vicaria potestas, *l. 13. in fin. de Prætorib. l. 1. de annon. & trib. l. 17. de proximis: l. 12. de cursu: l. 10. de proximis Comitib. l. 5. de iis quæ administr. l. vnic. de Comitib. qui inlustrib. Agent. adsid. l. vltim. de Suariis: l. 4. ad L. Iul. de ambitu: l. 9. de Legatis.* Vicariana potestas, *l. 11. de Censitorib. l. vnic. de Magistris Scriniorum.* Vicariæ potestatis administratio, *l. 7. de honor. cod.* Præsidens Vicariæ potestati, *l. 9. de Legatis.* Vicarianus honor, *l. 54. de hæreticis.*

Erant autem Vicarii Præfectorum, *l. 6. de diuers. offic.* Vicarii Inlustrissimæ Præfecturæ, *l. 1. ne quis in Palat. l. vltim. de aduocato fisci.* Vicarii Præfecti Prætorio, *l. 4. de extraordin.* Vicarii sedis excelsæ, *l. vnic. de Comitib. qui Inlustrib. agentib. adsid.* Agentes Vicariam Præfecturam, *l. 3. de famosis libell. l. 6. de cursu publ. l. 3. de sponsalib.* Agentes vices Præfecti Prætorio, *l. 2. de Paganis: l. 1. de vsuris.* Pro Præfecto vel Propræfectis in inscriptione, *l. 15. de Paganis.* Vice Præfectorum cognoscentes, *l. 16. de appellat.* Indeque Vicaria Præfectura, *d. l. vnic. de Comitib. qui inlust. Agent. l. 15. de Prætoribus.* Nempe pro Præfectis plures Prouincias administrabant, de quibus est, & *l. quicunque 6. in princ. de iis quæ administr.* Diœceses sibi creditas temperabant, *l. 4. de proximis,* diœceses sortiebantur, *l. 1. ne quis in Palat.* Diœceses regebant, *l. 9. de Legatis: l. 33. de cursu publ.* Vnde Vicarii huius vel illius diœceseos, *l. 66. de Decurionib. l. 42. de cursu: l. 94. de Decurionib. l. 10. de hæreticis: l. 7. de desertorib. l. 12. de exactionibus.* Ideoque passim adduntur Rectoribus singularum Prouinciarum seu ordinariis Cognitoribus, vel Potestatibus, *l. 20. de petition. l. vltim. de aduoc. fisci.*

Grauitas tua, *l. 4. de priuil. eorum qui in s. p. l. 29. de appellat.* Sinceritas tua, *l. 31. de cursu: l. 2. de libellis fam. l. 5. 16. de pœnis, l. 7. de honor. Codic. l. 2. de Primicerio: l. 40. ad L. Iul. de ambitu: l. 54. de hæretic.*

Spectabiles erant & dicebantur, *l. vnic. de off. Vicarii: l. 21. de diuers. offic. l. 60. 61. de appellat. l. 24. de susceptorib. l. 10. de Suariis:* vide & Symmachum *lib. 10. epist. 36. & 46.* Laudabiles. *l. 22. de diuers. offic.* A cæteris Iudicibus separabantur, *l. vltim. de canon. frum. V. R.* id est, a Rectoribus Prouinciarum singularum. Imo sub his Iudices fuere, *l. 1. de offic. Iudicum omnium: l. vnic. si quacunque præd. potest.*

Quod *Gradum* eorum attinet, Proconsulibus inferiores erant. Exæquati Proximis Scriniorum & Magistris dispositionum, *l. 2. de proximis.* Comitum dignitate auctis, *l. 10. de proximis.* Ex-Proximis exæquati, *l. 11. 17. de proximis,* vt & Comitibus Orientis, Præfectis Augustalibus, *d. l. 16. de pœnis,* & Magistris Scriniorum, *l. vnic. de Magistris Scrin.* & Notariorum Primiceriis, *l. 2. 3. de Primicerio & Notar.* Notarii & Tribuni, *l. 2. de Primicerio.* Inter Vicarios, Duces & eos qui Comitiuam primi ordinis meruerant, nihil intererat, *l. vnic. de Comitib. & Archiatris.* Adsessores Virorum Inlustrium in actu positorum his æquati, *l. vnic. de Comitib. qui inlustr. ag. adsess.* Archiatri item intra Palatium militantes, *d. l. vnic. de Comitibus & Archiatris:* vtique hi, si videlicet Comitiua primi ordinis honorati essent, *dd. ll. vnic.* vt & Professores Constantinopoli post 20. annorum obsequium Comitiua primi ordinis ornati, *l. vnic. de professorib. qui in V. C.* Vicariana dignitas Primatibus Agentium in rebus data, *l. 20. 21. 22. de Agentib.* aliisque, vide *l. vltim. de Senatorib.*

Muneris eorum fuit: Annonarum & Tributorum cura, *l. vn. de offic. Vicarii: l. 1. in fin. de annona & trib.* Eodemque refero & *l. 1. de offic. Iudic. omn.* conlationis ac transmissionis totius cura, *d. l. vnic.* Eoque fine Iudicibus seu Rectoribus Prouinciarum imminere, *d. l. vnic. de offic. Vicarii,* inque eos vindicare, quorum indeuotio cognita fuerit in illatione vel transmissione, *d. l. vnic.* Neque quidquam de annonis alicui remittere, *l. 1. de annon. & trib.* Comes rei militaris species annonarias de conditis vsurpare non poterat, nisi Vicarius Comitis scriptione conuentus id censuisset, *l. 3. de erog. mil. ann.* Oppressos a Iudicibus ordinariis seu Rectoribus vindicare, & vicissim, *l. vnic. si quacunque prædit. potest.* vagos & desertores corripere, & custodire, donec de his ad Principem referretur, *l. 16. de re militari.* Palatia a transeuntium iniuriis & a senio vindicare, *l. 1. ne quis in Palatiis.* Metallariis etiam præerant, *l. 9. de metall.*

Quod *Iurisdictionem* eorum attinet, non tantum ex ordine iudicabant, verum etiam ex appellatione, quandoque ex delegato, *l. 16. de appellat.*

Quod *Cursum publicum* spectat: Euectiones facere seu cursus publici vsurpandi licentiam facere non potuere, *l. 12. 38. de cursu:* nisi pro translatione specierum largitionalium, *l. 13. 18. 20. 33. 40. 61. de cursu.* Ipsis Vicariis Princeps manu sua euectiones perscriptas denas vel duodenas annuas ad implendas necessitates publicas faciebat, *l. 12. de cursu.* Et Vicario proficiscente, 30 tantum asini, veredi decem moueri poterant, *l. 38. de cursu.* Vicarii autem alii administratione functi, perfuncti, *l. 15. in fin. de Prætoribus:* alii Epistulas, id est, honorarios codicillos Vicariorum adepti, *l. 5. de honor. codicillis.* Aduocati fisci in foro Vicariorum fit mentio, *l. 9. vltim. de Aduocato fisci.* Qui ex-Vicariis erant, ad Præturam vocari poterant, *l. 13. 15. de Prætorib.* Vicariam potestatem repetere seu iterare prohibitum, *l. vltim. ad L. Iul. de ambitu.* In salutandis iis certus ordo seruatus. Osculandi eos in salutationibus ius fuit Domesticis ac protectoribus, *l. 4. de domesticis.*

Officium Vicariorum. Eius mentio, *l. 2. de Curiosis: l. 38. 61. de cursu: l. 6. 16. 21. de diuers. offic. l. 2. de fam. libell.* Officiales Præfectorum Vicariorum, *l. 6. de diuers. offic.* Officiales Vicarii militia perfuncti, ad adorandam Principis purpuram admissi, *l. 16. de diuers. offic.* Item Officiales 25. annorum militiæ Curia liberabantur, *d. l. 6. de diuers. offic.*

Chartas ac ratiocinia publica quidam in Officio Vicarii tractabant, *l. 11. de diuers. offic.*

Numerarii Vicarii, *l. 5. de iis quæ administr.* Officii tempore quidquam comparare prohibiti, *d. l. 5.*

Indiculus & Notitia Vicariorum incertæ diœceseos.

Ianuarius A. D. 320.	Seuerus A. D. 319.
Magdalianus A. D. 341.	Valerianus A. D. 330.
Marcianus A. D. 384.	Volusianus A. D. 365.
Magnus A. D. 326. Imo 354.	Vrsus A. D. 314. Sed forte supponendus Verus Vicarius. Vid. dicta in *Comment. ad l. 1. de dilat.*

VICARIVS ASIAE.

VIcarius diœceseos Asianæ idem dicitur, *l. 69. de Decurion.* Ante Vicarium Ponticæ nominatur, *l. vltim. de Princip. Agent.*

Officium eius memoratur, *l. 16. de re militari.*
Princeps de schola Agentium in rebus, *l. vltim. de Princip. Agent.*

Indiculus seu Notitia Vicariorum Asiæ.

Beronicianus A. D. 334. 354.
Sub VALENTE.
Clearchus A. D. 365.
Auxonius A. D. 365.
Sub THEODOSIO Magno.
Menandrius A. D. 385.
Desiderius A. D. 385.
Sub ARCADIO.
Euthymius A. D. 396.
Theophilus A. D. 398.
Sub THEODOSIO Iun.
Eustathius A. D. 435.

VICARIVS PONTICAE.

De eo consule Theodoretum, *lib. 5. c. 28.*

Vicarius diœceseos Ponticæ dicitur plenius, *l. 42. de cursu publ l. 7. de desertoribus.* Post Vicarium Asiæ nominatur, *l. vltim. de Princip. Agent. in reb.*

Grauitatis titulus ei tributus, *l. 94. de Decurion.*
Munus eius. Cursus publici cura, *d. l. 42.* Exactiones, *l. 12. de exactionib.* Decuriones ad Curiam reuocare, *d. l. 94. de Decurion.*
Desertores & Latrones eruere, *l. 7. de desertorib.* Hæreticorum cœtus impedire, *l. 10. de hæreticis.*

Duo Vicarii Ponticæ hoc Codice memorantur.
Constantianus A. D. 382. 383. sub Theodosio M.
Nectarius A. D. 435. sub Theodosio Iun.

Princeps Officii de schola Agentium in rebus, *l. vltim. de Princip. Agent.*

VICARIVS THRACIARVM.

Vnus memoratur Philoxenus Vicar. Thraciarum sub Theodosio Magno, Anno D. 392. *l. 124. de Decurionib.*

VICARIVS MESOPOTAMIÆ.

Vnico memoratur loco Vicarius Mesopotamiæ in Constantii *l. 4. de cohort.* Anno D. 349.

VICARIVS ORIENTIS.

Alius a Comite Orientis.

Vnus Vicarius Orientis memoratur hoc Codice, sub Constantino Magno, Maximus Anno D. 325. *l. 12. de Decurion.* & *l. 1. Cod. Iust. in quibus causis coloni*, lib. 11.
De eodem accipio, & *l. 1. de gladiatoribus*, quæ dicitur PP. *Berytho.*
Dracilianus, qui dicitur agens vices Præfecti Prætorio, cuius diœceseos fuerit sub Constantino Magno, inquiro ad *l. 1. de vsuris*, & ad *l. 1. de hæreticis*, quæ ad eum datæ sunt.

Sub *Vicarii Orientis dispositione* fuerunt.
Syria Cœle.
Phœnice, arg. *d. l. 1. de gladiatorib.*

VICARIVS MACEDONIÆ.

Duo tantum Vicarii Macedoniæ hoc Codice memorantur.
Felix A. D. 365. *l. 5. de Iurisdict.*
Albucianus A. D. 380. *l. 4. de Quæstionib.*

VICARIVS VRBIS ROMÆ.

Vicarius Vrbis Romæ, *l. 3. 4. de tyronib. l. 6. de adulter. l. vltim. quib. equorum vsus:* Vicarius Vrbis, *l. 2. de inc. nupt. l. 2. vnde vi: l. 2. de Princip. Agentium: l. 61. de appellat.*

Spectabilis, *l. 61. de appellat. l. 24. de susceptoribus: l. vltim. de Suariis: l. vltim. de Decuriis V. R.*
Spectabilis Vicaria potestas, *l. vltim. de Suariis:* De quibus appellationibus in criminalibus cognosceret, vide *l. 61. de appellat.* Grauitas tua, *l. 29. de appellat.* Spectabilitas tua, *l. 162. de Decurionibus.*

Sub dispositione Vicarii Vrbis Romæ Prouinciæ infrascriptæ inter alias, *Valeria*,
Et *Picenum*, *l. vlt. quibus equorum vsus.*
Campania (inque ea Auellinates,) *l. 68. de Decurionib.*

Officium.
Primiscrinius, *l. vltim. de Suariis: l. 2. de executorib.*

Indiculus seu Notitia Vicariorum Vrbis Romæ.

Ianuarinus A. D. 320.	Potitus A. D. 379. 381.
Volusianus A. D. 355.	Anridius A. D. 381.
Hymerius A. D. 362.	Hellenius A. D. 386.
Seuerus A. D. 364.	Orientius A. D. 390.
Magnus A. D. 367.	Varus A. D. 398.
Probus A. D. 372.	Benignus A. D. 399. 400
Simplicius A. D. 373.	

VICARIVS ITALIÆ.

Grauitas tua, *l. 4. de priuil. eorum qui in S. Pal.* Sub dispositione Vicarii Italiæ fuerunt Prouinciæ variæ. *Venetia*, inter alias: vt docet *l. 2. ne operæ a conlat.*

Indiculus & Notitia Vicariorum Italiæ.

Iulius Verus A. D. 321.
Bassus A. D. 326.
Fauentius A. D. 365.
Cataphronius A. D. 370.
Italicus A. D. 374.
(Repete ex *Prosopogr.* leges ad hos datas.)

VICARIVS AFRICÆ.

Vicarius Africæ, ad quem variæ constitutiones datæ sunt, memoratur quoque *l. 3. de erog. mil. ann.*

Spectabilis erat & vocabatur, *l. vlt. de Decurion. V. R.* Sed tamen lex illa potius referenda ad Vicar. Vrbis.
Compellabatur, Sinceritas tua, *l. 13. de annon. l. vltim. de actionib. Procurator. l. 17. de Pistorib. l. 9. de exactionibus.* Solertia tua, *l. 13. de annona.*

Sub dis-

Sub dispositione Vicarii Africæ fuerunt.

Iudices, seu Rectores Prouinciarum varii: de his *l. 1. de officio Iudicum omnium: l. 17. de Pistoribus.*

Consulares, inquam & Præsides, *l. 9. de exactionibus.*

Præfectus Annonæ Africæ, *l. 13. de annona.*

Inter alia viarum cura per diœcesim Africæ ad eum pertinuit, *l. 2. de itin. mun.* Conditorum militarium cura: neque ex his quidquam Comes Africæ vsurpare poterat citra Vicarii arbitrium, *l. 3. de erog. mil. ann.* Nauicularii Africani sub eius dispositione fuerunt, *l. 36. de Nauicul. l. 3. 4. de præd. nauicular.*

Aduocatus fisci in foro huius, *l. 3. de Aduocato fisci.*

Sedes eius Karthagine, vbi leges quæ ad eum datæ,

Acceptæ: puta *l. 9. de exactionib. l. 24. de Decurionib. l. 13. de annona: l. 1. de indulgent. debitor. l. vnic. de parricidio.*

Propositæ, *l. 84. de Decurion. l. 9. de metatis: l. 1. de famosis libellis.*

Acceptæ & nonnullæ Constantinæ, *l. 9. de susceptorib.* Hadrumeti, *l. vltim. de fide hastæ*: vide & *l. 10. de iure fisci.* Tacapis, *l 33. de appellat.* Tamugadi, *l. 2. de honor. codic.*

Proposita & Thebeste, *l. 5. 6. de appellat.*

Officium quod habebat Vir Spectabilis Vicarius Africæ, memoratur *l. 33. de appellat. l. 13. de annona: l. 2. de famosis libellis.*

Indiculus & Notitia Vicariorum Africæ.

Domitius Celsus A. D. 315. 316.	
Petronius Probianus A. D. 316.	
Locrius Verinus A. D. 318. 319.	
Catullinus A. D. 338.	
Anatolius A. D. 339.	
Petronius A. D. 340.	
Eubolides A. D. 344.	Titianus A. D. 380.
Martinianus A. D. 358.	Camerius A. D. 381.
Auitianus A. D. 362. 363.	Magnillus A. D. 392.
Dracontius A. D. 364. 365. 367	Hierius A. D. 395.
Musufilus A. D. 368.	Dominator A. D. 399.
Crescens A. D. 370. 371. vel 373.	Sapidianus A. D. 399.
Chilo A. D. 374.	Strategius A. D. 403.
Flauianus A. D. 377.	Sapidianus A. D. 406.
	Gaudentius A. D. 409.

VICARIVS HISPANIARVM.

DE eo *l. 5. de sponsalib. l. 5. de appellat. non recip. l. 3. de offic. Rector. prou. l. 4. de custod. reor. l. 1. de discussorib. l. 2. de tabulariis: l. 14. de accusat. l. 1. quorum bonorum: l. 151. de Decurionib. l. 5. vnde vi: l. 15. de Paganis*: (ibi quippe *PP. Hispaniarum*, est Propræfecto Hispaniarum:) *l. 61. de cursu publ.*

Vir Clarissimus, *l. 4. de custod. reor.*

Sub dispositione Præfecti Prætorio Galliarum fuit, *l. 61. de cursu publ.*

Iudices sub eius dispositione, eorumque officia, *l. 3. de diuers. offic.*

Sedem suam Hispali habebat, *l. 5. de Sponsalib.*

Indiculus seu Notitia Vicariorum Hispaniæ.

Tiberianus A. D. 336.
Albinus A. D. 341.
Valerianus A. D. 365.
Artemius A. D. 369. 370.
Marinianus A. D. 383.
Petronius A. D. 395. 396. 397.
Macrobius A. D. 399. 400.

VICARIVS GALLIARVM.

De eo accipio *l. 11. de diuers. offic.*

VICARIVS QVINQVE PROVINCIARVM.

Vicarius quinque Prouinciarum vnica *l. 15. de Paganis* Anno 399. memoratur: vbi disquiro, quænam illæ quinque Prouinciæ fuerint: nempe duæ Aquitaniæ, & tres Lugdunenses.

Coniungitur & subiicitur Propræfecto Hispaniarum, *d. l. 15.*

Proclianus Vicarius quinque Prouinciarum ibi nominatur.

VICARIVS BRITANNIARVM.

Vnius tantum Vicarii Britanniarum mentio nomenque extat Codice Theodosiano: nempe Pacatianus, ad quem data Constantini *l. 2. de exactionib.* Anno D. 319.

De COMITIBVS *rei militaris in genere.*

DVcibus potiores, *l. 11. de diuers. offic.*

COMES ÆGYPTI.

De Comite Ægypti agitur *l. 52. de cursu: l. vnic. de Comitib. & Tribun. scholar. l. 3. de patrocin. vicorum: l. 8. seu vltim. de Princip. Agent. in reb. l. 11. de Paganis.* Dicitur & Comes Ægyptiaci limitis, *d. l. 52. de cursu.* Inde Ægypti Comitiua, *l. 3. de Primicerio & Notar.*

Sub Præfecto Prætorio Orientis erat, *d. l. 52.*

Par dignitate cum Comite Ponticæ diœceseos, ante quem tamen nominatur, *l. vnic. de Comitib. & Tribun. scholar.* Insulæ Comitiuæ Orientis, siue Ægypti, *d. l. 3. de Primicerio.*

Euectionum faciendarum ius ei ademptum, *dict. l. 52. de cursu.* Eius prærogatiua, *d. l. vnic.*

Officium eius memoratur, *l. 3. de patrocin. vicor.*

Princeps de schola Agentium in rebus, *l. vlt. de Princip. Agentium.*

Indiculus & Notitia Comitum Aegypti.

Romanus A. D. 391. sub Theodosio Magno, *d. l. 11. de Paganis.*

Heraclianus A. D. 395. sub Arcadio, *l. 3. de patrocin. vicor.* vide Synesii epp. decem *a 137. ad 146.*

Theodotus A. D. 435. sub Theodosio Iun. *l. 8. seu vltim. de Princip. Agent.*

COMES PONTICÆ DIOECESEOS.

Fit mentio *l. vnic. de Comitib. & Tribun. scholar.*

Iungitur Comiti Ægypti, *d. l. vnic.*

Prærogatiua eius, *d. l. vnic.*

COMES MACEDONIÆ.

Vnica de eo *l. 2. sine censu*: & vnicus Acacius Comes Macedoniæ sub Constantino Magno A. D. 327. cui inscribitur *d. l. 2.*

COMES ASIANÆ DIOECESEOS.

Vnica eius mentio sub Constantino Magno, *l. 1. finium regundor.* A. D. 330. quæ data ad Tertullianum V. P. Comitem Diœceseos Asianæ.
Vir Perfectissimus, *d. l. 1.*

COMES AFRICÆ.

Comes Africæ seu per Africam: de quo *l. 13. de diuers. offic. l. 51. 56. de hæreticis*, seu Comes rei militaris per Africam, *l. 3. de erog. mil. ann.* Comes rei militaris per transmarinas Prouincias, *l. 1. de Comitib. rei milit.*
Spectabilis Vir, *l. 31. in fin. de Episcopis.*
Prouinciarum Rectores monere debebat, *l. 15. de Decurionib.* de Conditis citra Vicarii arbitrium quidquam vsurpare vetabatur, *d. l. 3. de erog. mil. ann.*
Sedem habebat Karthagine, colligo ex subscriptione *l. 15. de Decurionib.*
Officium eius. Dicitur armata apparitio Comitis Africæ, *l. 31. in fin. de Episcopis.*

Indiculus seu Notitia Comitum Africæ.

Sub CONSTANTINO M.	Annius Tiberianus A. D. 326. 327.
Sub VALENTIN. Sen.	Romanus A. D. 372. Vide & Amm. Marcellin. *lib. 28. cap. 6.* Zosimum *lib. 4. cap. 16.*
Sub VALENTIN. Iun.	Gildo A. D. 386. 393. Vide Claudianum de bello Gildonico. & *l. 9. de adulter.* Symmachum, Zosimum, & præterea *l. 16. de bonis proscript. l. 7. de metatis: l. 19. de bonis proscript. l. 19. de pœnis: l. 9. de metat.* & dicta ad *leg. 3. ad leg. Cornel. de Sicar.*
Sub HONORIO.	Marcharidus A. D. 401. Vt puto, Gildoniis suffectus, mox & proscriptus, *l. 18. de bonis proscript.*
	Bathanarius A. D. 401. Vid. de eo *d. l. 18.* Meminit & Zosimus *lib. 5. cap. 37. in fin.* in gestis Ann. 408.
	Heraclianus A. D. 410. Vid *l. 51. de hæreticis.* Eadem lex rursum proposita A. 415. *l. 56. de hæreticis.* vide & Zosimum in gestis Anno 408. *lib. 6. cap. 8. 9.* Orosium, Marcellinum *Chronico.* De eodem est *lex 13. de infirm. his quæ sub Tyran. l. 11. de pœnis.*

COMES HISPANIARVM.

De eo agitur *l. 4. de Decurionib. l. 1. de accusat. l. 2. de fide testium: l. 5. de donationib. l. 3. de maternis bonis: l. 8. de nauicul.*
Sublimitas tua, *d. l. 4. de Decurion.*
Sedes Comitis Hispaniarum, Corduba, arg. *l. 1. de accusat.*
Sub Constantino Magno tantum eius mentio.

Indiculus seu Notitia Comitum Hispaniarum.

Octauianus A. D. 317.
Seuerus A. D. 333. 334. 336.

COMITES *per* GALLIAS *ad Rhenum.*

Fit eorum mentio, & quidem ad Rheni limitem in Valentiniani Sen. *l. 9. de re milit.* Anno 367. Huiusmodi fuit Comes Argentoratensis in Notitia *Imperii.*
COMITES Prouinciarum, *l. 1. de offic. Rector. Prouinc.*

De DVCIBVS *in genere.*

Dvces, quorum etiam mentio fit *l. vlt. de cursu: l. 128. de Decurion.* & *l. 9. de re milit. l. vnic. de lusor. Danub. l. 11. in fin. de diuers. offic.* a quibus Ducatus, *l. vltim. de domesticis*, dicuntur plenius Duces limitum, *l. 6. 9. de cohortalib. l. 5. de fil. mil. apparit. l. 2. de venat. ferar. l. 1. de Comitib. & trib.* Duces militum, *l. vltim. de Veteranis.* Duces Prouinciarum, *l. vnic. de Comitibus & Tribun. scholar. l. vltim. de cursu.* Duces in Prouinciis administrare, *l. vltim. de Comitib. rei milit. l. vnic. de Comit. & Archiatris:* indeque, ingredi Prouinciam suam, *l. vlt. de cursu.*
His regendæ militiæ cura commissa erat, *l. vlt. de re militari.* Ad eos pertinebat cura cingendorum militum, *l. 5. de fil. mil. appar.*
Spectabiles erant, *l. 27. de cohortalib. l. 30. de erog. mil. ann.* Clarissimi, *l. 113. de Decurion.* Grauitas tua, *l. 4. de cohortalib.* Experientia tua, *l. 8. de Paganis: l. 47. de cursu.* Laudabilitas tua, *dict. l. 47.*
Sub Magistris militum erant, *l. vltim. de Veteranis: l. 1. de venat. ferarum: l. 9. de re militari.*
Gradus eorum. Post Comites, *l. 11. in fin. de diuers. offic.* Inter Vicarios, Duces & eos qui Comitiuam primi ordinis meruerant, nihil intererat, *l. vnic. de Comitibus & Archiatris S. Palat.* Primicerii Domesticorum Tribunatu aucti, ex-Ducibus exæquati, *l. vltim. de domestic.*
Ducibus in Prouincias pergentibus cursus publicus præsto erat, *l. vltim. de cursu.* Ipsi neque facere euectiones, neque vsurpare cursum publicum citra euectionem Principis potuere, *l. 77. vltim. de cursu publ.* Semel ingressi Prouinciam suam, expeditionem militarem iumentis propriis exequi debebant, non etiam cursu publico, vt *d. l. vltim. de cursu.* A primipilaribus munerum vel sportulæ nomine aliquid exigebant, *l. 6. 9. 27. de cohortalib.* Patrocinia quandoque præstabant rusticis & colonis: aduersus quod vide *l. 1. de patrociniis vicorum*, & *Libanium* περὶ προστασιῶν.
Ducis & Præsidis simul Officio quandoque idem functus: vt Matronianus Dux & Præses Sardiniæ, *l. 3. ad L. Iul. repet.* Idem Dux & Corrector, *l. 133. de Decurion.*
Ad Præturam vel editionem etiam qui Ducatum administrarant, vocari poterant: exceptis tantum qui grauissimam armatæ militiæ sollicitudinem longa temporum serie pertulerant, *l. 28. de Prætorib.* vide & Symmachum *lib. 7. epist. 95.*
Post emeritam militiam, ad Ducatus honorem prouecti, immunes a Prætura erant, *d. l. 8. de Prætoribus.* & *l. 13. de proximis.*

Ex Duci-

Ex Ducibus, *l. 1. de Decur. & silent.*
Ad limitem reuocati Duces finita administratione, si quid administrationis tempore publice, priuatim peccassent, *l. 3. ad L. Iul. repet. l. 13. de operib. publ.*
Officium Ducis, *l. vltim. de cursu: l. 1. 2. de venatione ferarum.* Officium Ducianum, *l. 2. de venat. fer.* vide infr. in Duce *Libyæ*.
Apparitores Duciani, *l. vnic. de quadrimestr. breuibus.*
Ad custodiam limitum dispositi, *l. vltim. de litorum & itin. custod.* Hi quadrimenstruos breues erogationis in militares expensas factæ conficiebant, *d. l. vnic.*
Domesticus, *Manipularius*, *Minister Ducis*, *l. 3. ad L. Iul. repetund.*

DVX ÆGYPTI.

DE eo *l. vltim. de Comitib. rei mil. l. 1. de patrocin. vicor. l. 5. de Legatis: l. 43. de appellat.*

Indiculus Ducum Aegypti.

Victor A. D. 364. sub Valente.
Merobaudes A. D. 384. sub Theodosio Magno, vide & Zosimum *lib. 4. cap. 17.*

DVX LIBYÆ.

Vnica tantum de eo *l. 16. de Numerariis.*
Officium eius.
Munerarii.
Scriniarii.
Adiutores.
Domestici. d. l. 6.
Finito Officio eundem actum repetere non poterant, *d. l. 16.*
Nomen vnius tantum Ducis Libyæ hoc Codice extat: puta Vitaliani Anno 417. sub Theodosio Iun. *d. l. 6.*

DVX PALÆSTINÆ.

Vnica de eo lex, *l. 30. de erog. mil.*
Spectabilis Vir, *d. l. 30.*
Officium eius, quod & Ducianum Officium dicitur, *d. l. 30.*
Sub dispositione eius, inter alia Versauinum & Mœnænum castrum, *d. l. 30.* (Notitia Imp. *Equites Dalmatæ Illyriciani Berosabæ. Equites promoti Illyriciani Menoide.*)

DVX OSDROENÆ.

Vnica tantum de eo *l. 8. de Paganis.*
Experientia tua, *d. l. 8.*
Nomen vnius tantum Ducis Osdroënæ extat hoc Codice Palladii sub Theodosio Magno Anno 382. *d. l. 8.*

DVX MESOPOTAMIÆ.

Duæ tantum de eo leges, puta *l. 4. de cohortalib. l. 6. de fil. mil. apparit.*
Grauitas tua, *d. l. 4.*
Vnius tantum Ducis Mesopotamiæ hoc Codice nomen extat: puta Antonii sub Constantio Anno D. 349. *d. l. 4. de cohortalib.* & *d. l. 6. de fil. mil. apparit.*

DVX LIMITIS EVFRATENSIS.

Duæ eius mentiones in *l. 2. ne Comitib. & Tribun. lauacra*, & *l. 2. de venat. ferarum.*

Officium eius memoratur *d. l. 2.* Ducianum Officium vocatur, *d. l. 2.*

DVX ARMENIÆ.

De eo *l. 57. de cursu:* & *l. 15. de re militari.*
Experientia tua, *d. l. 57.* Laudabilitas tua, *d. l. 57.*
Officium quod eius iussionibus obsecundabat, *d. l. 57.*
Vnius tantum Ducis Armeniæ hoc Codice memoria extat: puta Remisthei Anno 396. & 397. sub Arcadio: idque duabus illis legibus, quæ ad eum datæ sunt.

DVX PONTICÆ.

Huius mentio vnica, *l. vlt. de re milit.*

DVX LIMITIS SCYTHICI.

Vnica de eo *l. vnic. de Lusoriis Danubii.*
Officium eius quoque memoratur, *d. l. vnic.*

DVX LIMITIS MYSIACI.

Vnica de eo *l. vnic. de Lusor. Danub.*
Officium eius, *d. l. vnic.*

DVX DACIAE RIPENSIS.

Vnica eius mentio *l. 13. de operib. publ.*
Et vnius tantum ibidem eius mentio: Tautomedis Anno D. 364.

DVX TRIPOLITANAE.

Duæ tantum de eo leges, puta *l. 33. de Decurionib. l. vlt. quorum appellat.*
Idem Dux & Corrector, *d. l. 133.* Comites & Dux, *d. l. vlt.*
Duorum nomina extant.
Siluanus A. D. 393. *d. l. 133.*
Nestorius A. D. 406. *d. l. vltim.*
Apparitores eius, *d. l. 133.*

DVCES *per* GALLIAS *ad Rhenum.*

Horum mentio, & quidem ad Rheni limitem, *l. 9. de re militari.*

DVX SARDINIAE.

Vnica de hoc lex Theodosii Magni: puta *l. 3. ad L. Iul. repet.*
Duorum memoria extat.
Natalis, *d. l. 3.*
Matroniani, cui lex illa inscribitur A. D. 382. sub Theodosio Magno.
Idem Dux & Præses quandoque, vt *d. l. 3.*
Domesticus eius, Manipularius, Minister, *d. l. 3.*

De CLARISSIMIS *in genere.*

l. 52. de hæreticis.

De RECTORIBVS PROVINCIARVM *in genere.*

REctores Prouinciæ vel Prouinciarum, *l. 1. de pignorib. l. 1. si quis pecun. conſt. l. 2. de præd. Senator. l. 10. 18. 22. de Iudæis: l. 2. 10. 11. de Iurisdict. l. 15. 85. 104. 73. de Decurion. l. 4. de Paganis: l. 23. de pœnis: l. vltim. de his qui super relig. l. 9. de metal.*

metallis: l. 4. de extraordin. l. 2. de Actor. Procur. l. 8. de donar. l. 3. de relationib. l. 1. ne quis in Palat. man. l. 15. de Agentibus: l. 5. 7. 13. 64. de cursu: l. 1. 2. ne quid publ. læt. l. 12. de Numerar. l. 15. 18. 34. 41. de operibus publicis: l. 2. de Princip. Agent. l. 12. de susceptorib. l. 2. de milit. veste: l. 40. de hæreticis: l. 9. de Legatis: l. 12. & 17. de exaction. l. 4. in fin. de desertorib. l. 3. de iis quæ administr. l. 5. 6. de executor. l. 6. de cohort. l. 11. de diuers. offic. l. 2. de præd. & mancip. Curial. Rubr. si Prouinciæ Rector. l. 8. de donar. l. vnic. ne sine iussu Princip. l. 1. in fin. de annona & trib. l. vnic. ne damna Prouincialibus.

Rectores absolute, *l. 18. in fin. de exactionib. l. 89. de Decurion. l. 12. de Iudæis: l. 3. & 4. de extraordin. l. 2. de postliminio: l. 1. de lucris Officior. l. 5. de metallis: l. 4. de Numerariis: l. 31. de appellat. l. 35. de operibus publ. l. 2. de iis quæ administrantibus: l. 7. de proximis. l. 10. de diuers. offic. l. 2. de Aquæductu: l. 4. de offic. Rector. Prouinc.* Ordinarii Rectores, *l. 2. si vagum per. mancip l. 4. de Spectaculis: l. vltim. de Aduocato fisci.* Rectores Prouinciarum, quibus Prouinciæ gubernacula euenerunt, *l. 2. ne Principib.* Hi qui Prouinciæ præsunt, *l. 49. de cursu,* Prouinciæ Præsidentes, *l. 4. 5. de offic. Rector. Prouinc.* Prouinciales dignitates, *l. 106. de Decurionibus.* In potestate publica positi, atque honore Prouinciarum administrandarum, *l. vnic. si Prouinciæ Rector.* Administrantes, *l. 10 de metatis: l. vnic si Prouinciæ Rector. tit. de iis quæ administrantib.* Hinc administrationes, *l. 1. 2. de honor. cod. l. 52. 155. 159. 160. de Decurion.* in administratione ciuili ac Prouinciæ gubernaculis sub Iurisdictionis licentia constituti, *l. vnic. de Comitib. qui Prou. regunt.* In administratione positi, *l. 31. de operib. publ.* Administratores, *l. 5. de his quæ administr. l. 21. de Paganis: l. 1. de Decur. & silent. l. 2. de adsessorib. l. vnic. si Prou. Rector. l. 10. de Censitorib.* Quibus Prouincia credita, *l. 28. de susceptorib. l. 15. de Agentib.*

Cognitores, *l. 10. de Iurisd. l. 4. de admin. & per. tutor. l. 2. de fructib. & lit. exp. l. 5. vnde vi: l. vltim. de exaction. l. 110. 175. de Decuri. l. vlt. de naufragiis: l. 2. vt intra annum: l. 12. de accusat. l. 6. de quæstionib. l. 16. de pœnis: l. 24. quorum appellat. l. 14. in fin. de priuil. eorum qui in s. p. l. 37. de appellat.* Ordinarii Cognitores, *l. 12. de Legatis: l. 1. de Religione.* Iudicantes, *l. 7. de appellat. l. 109. in fin. l. 134. de Decurionib. l. 4. quorum appellat. l. 24. 34. de hæreticis: l. 7. de proximis.* Iudices frequentissime pro Rectoribus Prouinciarum (quomodo id diserte interpretatur, *l. 7. de censu:*) *l. 5. de diu. rescr. l. vnic. de offic. Vicar. l. vnic. de imaginib. Imp. l. 1. 2. 3. 4. de Spectaculis: l. 1. de scenicis: l. 1. de Lenonib. l. 7. de susceptorib. l. 1. 3. de his quæ ex publ. collat. l. 1. de Paganis: l. 15. 18. de accusat. l. 2. de his qui latron: l. 3. de indulg. debit. l. 1. de fide Cathol. l. 2. de quæstionib. l. 2. de abolition. l. 20. 22. 25. 58. de cursu: l. 2. 4. vlt. de exhib. reis: l. 12. de custod reor. l. 1. 6. 9. 39. 46. 47. 49. 61. 71. 77. 80. 85. 168. 150. 160. 175. 181. de Decurion. l. 7. 8. de extraord. l. 3. ne quid. publ. læt. l. 3. ad l. Corn. de falso: l. 9. de metallis: l. 2. de præd. & mancip. Curial. l. 9. 12. de Numerar. l. 11. de desertorib. l. vlt. ad L. Iul. de vi: l. 2. de exhib. reis: l. 14 15. 16. 28. 29. 31. 35. 37. 43. de operibus publ. l. vnic. de offic. Præf. Præt. l. 1. 2. 3. 4. 6. de offic. Rector. Prouinc. l. vlt. de offic. Iud. omn. l. 1. vlt. de adsessorib. l. 7. de censu: l. 14. de Iudæis: l. 3. de annona: l. 8. 9. 11. 13. 15. 16. 20. 22. 30. 32. 33. 51. 58. 67. de appellat. l. 2. de expens. ludor. l. 1. 4. 5 6. ad L. Iul. repet. l. 4. 46. 54. de hæreticis: l. vnic. de emend. propinqu. l. 1. de proximis: l. 1. de crimine pecul. l. 8. de pœnis: l. 8. 10. de indulg. crim. l. vltim. de excus. artif. l. vltim. de abolition. l. 6. in fin. de nauic. l. 1. de Palatinis S. L. l. 13. 17. 19. de diuers. offic. l. 23. de cohort. l. 3. ne quid publ. læt. l. 20. 22. 56. 62. de cursu: l. 16. 20. de exactionib. l. 5. de Relationib. l. 2. de sepulcr. viol. l. 18. de accusat. l. 2. de concuss. aduoc. l. 20. de extraordin. l. vltim. de custod. reor. l. 13. de Prætorib. l. vnic. in fin. si quacunque præd. pot. l. 8. de desertorib. l. 15. de pœnis: l. 11. de extraordin. l. 3. de indulgent. debit.* Iudices Prouinciarum: *l 5. de censu.*

Ordinarii Iudices (quam vocem etiam retinuit Synesius *epist. 144.*) *l. 9. de Senatorib. l. 10. de infirm. his quæ sub Tyran. l. 8. de desertorib. l. 3 de Legatis: l. 25. de appellat. l. 16. de cohort. l. 41. de operibus publicis: l. 3. de Suariis: l. 6. de metatis: l. 2. ne quis in Pal. l. 7. de petitionibus: l. 57. 68. 108. 117. 118. de Decurionib. l. 5. 16. de proximis: l. 11. de extraordin. l. 9. de diuers. offic. l. 8. seu vlt. de censu: l. 59. de cursu: l. 3. 3. de repar. appellat. l. 1. 2. de domib. ad rem pr. l. 6. de offic. Rector. Prouinc. l. 2 9. 11. de Iurisdict. l. 3. de donat. l. 12 de Agentib. l. 9. de Senatorib. l. 3. de Legatis:* hinc & ordinaria sedes *l. vnic. si quacunque præd. potest. l. vltim. de his qui cond. propr.* Ordinaria potestas, *l. vnic. si quacunque præd. potest.* Cognitor ordinarius, *l. 12. de Legatis: l. 1. de relig.* Ordinarii Rectores, *l. 2. si vagum.* Amplissimis oppositi, *d. l. vlt. de censu.* Spectabilibus, *l. 16. de proximis.* Proconsulibus, Comitibus, Præfecto Augustali, Vicariis, *l. 15. de pœnis: l. 4. de cursu: l. 24. de cohort.* Vicariis, *l. 20. de petitionib. l. vnic. si quacunque præd. pot. l. vlt. de Aduoc. fisci.* Rationalibus, *l. 1. de domib. ad rem pr.* Extraordinariis Iudicibus & Inlustribus potestatibus, *l. 23. de Episcopis.* Iudicantes, *l. vltim. de falso.*

Iudices ad Prouinciam destinati, *l. 20. de operib. publ.* Iudices Prouinciarum, *l. 3. de Decurion. & silent. l. 11. de desertorib. l. 30. de susceptorib. l. 3. de operibus publicis: l. vltim. de itin. mun. l. 17. de nauicul. l. 1. de naufrag. l. vltim. de quæstionib. l. 3. ne Christ. mancip. l. 23. de Iudæis: l. 9. de metallis: l. 3. 37. de operib. publ. l. 1 80 de Iurisdict. l. 4. de tutor. & cur. appellat. l. 5. de censu: l. 3. in fin. de Decurion. & silent.* Iudices qui Prouinciis præsident, *l. 4. 5. ne sanctum baptisma.* Præsidentes, *l. 13. de diuers. offic.* Præsides, *l. 3. fin. regund.* Iudices Prouinciales, *l. 13. de accusat. l. 8. de domib. l. 8. de censu: l. 6. de Censitorib. l 12. de hæreticis: l. 1. de stud. lib. V. R.* Iudices qui in Prouinciis iura restituunt, *l. vltim. de tutorib.* Iudices quibus reddendi iuris in Prouinciis permissa est facultas, *l. 1. de sentent. ex per. recit.* Qui Prouincias moderantur, *l. 7. de Legatis.* Moderatores (quanquam ea voce quoque Proconsules quandoque comprehensi) *l. vnic. ne sine iussu: l. 25. de cohort.* Moderatores Prouinciarum, *l. quandam & l. vltim. de offic. Rector. Prouinc. l. 32. de susceptorib. l. 161. 164. 175. 181. de Decurionib. l. 31. de Episcopis: l. 32. de petitonib. l. vltim. de fabricensib. l. 4. ne sanctum baptisma: l. 13. de Paganis.* Iudices locorum, *l. 2. de sepulcr. viol.* Grauitas tua, *l. 33. de cursu.* Sinceritas tua, *l. 8. de Iurisd.* & *d. l. 33.*

Hi quandoque Comites quoque primi ordinis erant, *l. vnic. de Comitib. qui Prouincias regunt.*

Sub dispositione Præfectorum Prætorio erant: hinc adeo censuræ eorum obnoxii erant, *l. 16. 18. 20. 21. de operibus publicis.* Ab his commonebantur; & commoneri iubebantur, *l. 2. 3. de operibus publicis: l. 1. 2. de pascuis.*

Cognoscebant ipsi de quibusdam, in aliis Arbitros dabant, *l. 2. 8. de Iurisdict. l. 3. fin. regund.* & *l. vltim. l. vnic. de Religiosis.* Leges Prouinciarum Iudicibus per Præfectos Prætorio intimabantur, *l. vltim. de itiner. mun.* Ipsi Præfectos Prætorio consulebant, *l. 41. de operibus publicis:* & ad eos referebant, *l. 5. de Veteranis.* A Iudicibus ad P. P. appellabatur, *l. vnic. de offic. P. P.*

Erant

Erant & sub Vicariis, *l. vnic. de offic. Vicarii.* Et nonnulla his in defectum Vicariorum, competebant, vt *l. 33. de cursu.*

Quæ ad Officium & munus eorum pertinebant, ea habes in paratitlo *de Officio Rectoris Prouinciæ.* Gladii ius habebant, *l. vnic. ne sine iussu.* Quædam his vetita, vt *l. vnic. si Prouinciæ Rector. l. vnic. si quacunque præd. potest. tit. de his quæ administr.*

Comitiua primi ordinis quandoque decorabantur: qui post depositam administrationem Vicariis exæquabantur, *l. vnic. de Comitib. qui Prouincias regunt.*

De *Prætoriis* Iudicum, vide *l. 2. ne quis in Palat. l. 1. de domib. ad rem priu. l. 6. de metatis: l. 3. de offic. Iudic. omnium: l. 8. 35. de operibus publicis,* quæ & domus Iudiciariæ: *d. l. 8.*

De *Secretariis Iudicum* (quod & ipsum commune Spectabilibus aliisque Magistratibus) *l. 5. de pactis: l. 20. de exactionib. l. 8. in fin. de Iurisdict. l. 1. de Præfectis Prætorio: l. 16. de proximis: l. 5. 7. de proximis: l. 1. & 2. de offic. Rector. Prouinc.* quæ & publica secretaria, *l. vltim. de denuntiat.* Fores Secretarii, *d. l. 2.* Velum erat ad fores Secretarii, *d. l. 1. de offic. Rector. Prouinc. l. vltim. de naufragiis.* Tribunal: de eo vide *l. 2. de offic. Rector. Prouinc.* Ingressus in Secretarium Iudicis, inque eo consideudi ius quibus pateret, vide *l. 5. & 7. 16. de proximis: l. vnic. de offic. Iudicum ciuilium.*

De *Aduocatis fisci* in eorum foro, vide *l. 3. 32. de petitionibus: l. vltim. de Aduocat. fisci.*

De *salutationibus Iudicum* & ordine in iis seruato, *l. 1. de Præfectis Prætorio: l. vnic. de Comitibus: l. vnic. de præpos. S. C. l. 4. de donat. l. 5. de proximis:* Et osculandi in his salutationibus iure, *d. l. 4. de domesticis:* De consedendi iure in Secretario cum his *l. vnic. de offic. Iudic. ciuilium: l. 5. 7. de proximis.*

De *Transitu Iudicum* per Prouinciam, *l. 4. 5. de offic. Rect. Prouinc. l. 2. ne quis in Palat.*

Officia seu *Officiales Iudicum* seu Rectorum Prouinciarum: De his *l. 2. de exhib. reis: l. 12. de exactionibus: l. vnic. ne damn. l. 43. de indulgent. l. 4. de extraordin. l. vltim. de præd. Senat. l. 31. de diuers. offic. l. 1. 3. de offic. Rector. Prouinc. l. 43. de operibus publicis: l. 1. 2. 3. 4. ne quid publ. læt. l. 15. de accusat. l. 5. 6. vltim. de custod. reorum: l. vnic. si quis eam cuius tutor. l. vnic. de mulier. quæ se seruis: l. 2. vltim. ad L. Iul. de ambitu: l. 8. 10. de priuil. eorum qui in S. Palat. l. unic. de offic. Iudic. ciuil. l. vltim. de adsessorib. l. 6. 8. de Iurisdictione: l. 47. de Decurionib. l. 25. 51. 58. 59. 60. de appellat. l. 3. vltim. de Aquæductu: l. 1. 2. de venatione ferarum: l. 2. de gladiatoribus: l. 3. de præd. Senator. l. 4. de Princip. Agent. l. 13. de erog. mil. ann. l. 40. de cursu: l. 25. de appellat. l. 1. de desertoribus: l. 3. in fin. de Decur. & silent. l. 10. de Palat. S. L. l. 20. de extraordinar. l. 13. de Prætoribus.* Ordinarium Officium, *l. 7. de bonis proscript.* Prouinciale Officium, *l. vltim. de his qui cum dispens. l. 41. de operibus publicis: l. 40. in fin. & 58. de hæreticis.* Officium Prouinciarum, *l. 21. de Prætoribus.* Officium Prouinciale, *l. 22. de cohort. l. vnic. de quadrimenstruis breuib.* Officia Rectorum, *l. 1. si quis pecun. consl. l. 8. in fin. de desertoribus.* Rectorum Prouinciarum, *l. 12. de cohort.* Officium Rectoris Prouinciæ, *l. 2. de milit. veste.* Officiales Rectorum, *l. 21. 22. 23. 24. 25. 28. de cohort.* Officia Iudicum, *l. 3. de exactionibus.* Qui Prouinciarum Rectoribus obsequuntur, *l. vnic. ne damn. Prouinc.*

Apparitiones Iudicum, *l. 15. de proximis.* Apparitio Prouincialis, *l. 4. ne conlat. transl.* Apparitio moderatoribus obsecundans, *l. 13. de Paganis.* Apparitio Prouinciarum Rectorum, *l. 4. de Decur. & silent.* Apparitores Rectorum Prouinciæ, *l. 14. de pœnis: l. 1. de fide Cathol.* Apparitores, *l. 2. de præd. Senatorum.* Apparitores Iudicum, *l. 11. de Curiosis: l. vnic. si quacunque præd. potest.* Cuiuslibet Iudicis, *l. 19. de diuers. offic.* Ciuilis apparitio, *l. 12. de Veteranis: l. 31. de Episcopis.*

Cohortales seu cohortalini: de quibus vide Paratitlon *de cohort. lib. 8.*

Militia Iudicum, *l. 23. de cohort.* Apparitor Prouincialis, *l. 4. de Palatinis S. L. l. 26. de cohortalibus.* Apparitores Rectorum, *l. 2. in fin. de postliminio.*

Per hos statuta complebantur, & necessaria peragebantur, *l. 1. de habitu.* Erant autem hi perpetui in Prouinciis, *l. 59. de appellation:* Neque iudicem suum deserere poterant, *l. 16. de Palatinis S. L.* Annonas consequebantur e fisco, *l. 3 de Numerariis: l. 19. de erog. mil. ann.* exceptis Exceptoribus, *l. 17. de diu. offic.*

Vestis eorum seu habitus: penulati erant, *l. 1. de habitu quo vti oportet:* discoloribus palliis pectora contegebant, vt ex his dignoscerentur, obseruabantque seu obfirmabant cingulis interiorem vestem, *d. l. 1. de habitu.* Suggerere Iudicibus Leges, eisque obsistere perperam agentibus & ab inlicitis deducere debebant, alioquin puniebantur, *l. 16. de nauicular. l. 10. 11. de Paganis: l. 15. de pœnis: l. 5. de relationibus: l. 15. de accusat. l. 12. in fin. 21. de Pistoribus: l. 3. in fin. de Agentibus: l. 64. de appellat. l. 85. in fin. de Decurionibus: l. 16. de nauiculariis: l. 8. in fin. de appellat. l. 34. 58. in fin. 59. de appellat. l. 46. de hæreticis:* nominatim Adiutor & Subadiuua, *d. l. 2. in fin. de Agentibus.*

Muneris seu officii eorum erant hæc. Ordines dignitatum seruandi cura, *l. 10. de Agentibus.* Locorum a Principe donatorum possessionem donatariis tradebant, *l. 41 43. de operibus publicis.* Ad separatas Prouinciarum secretasque partes necessariis ex causis aliquando dirigebantur, inque eum finem, binas annuas euectiones iis Præfectus Prætorio faciebat, *l. 12. de cursu.* In munus aliquod nisi Principe (Officii) ordinante mitti non poterant, *l. 1. 2. de Principis Agentibus.* Exigebant tributa, *l. 15. de proximis.* Tyrones, *l. 20. de tyronibus:* potentiorum possessorum domos, *l. 12. de exactionibus.* Senatorias functiones, *l. 2. 3. de præd. Senator.* quod abolitum, *l. vlt. eod. tit.*

Mancipes cursus publici electi, l. 42. de cursu: mancipatus cura ad Officiales Iudicum veteranos seu emeritos quandoque reducta, *l. 23. 26. 34. 46. de cursu.* In subsidium ad Curiales, *dict. l. 26.* ad Curiales id reductum, *l. 58. eodem titulo.* Compulsores, *l. 4. ne conlat. translat.* Susceptores & præpositi horreorum, *l. 5. 6. 7. 9. 31. de susceptoribus.* Susceptores vestium, *l. 1. de milit. veste.*

Vetita his sequentia. Debiti reum, quem Rationalis Officium ad solutionem cogit, abducere vetiti, *l. 4. in fin. de Palatinis S. L.* Ad matrisfamilias domum, ad eam extrahendam, etiam ob tributa publica mitti, *l. 1. de officio Iudicum ciuilium.* In curiales, nauicularios & cætera corpora Africæ quid eis licere vetitum, *l. 11. de Curiosis.*

Corruptelæ & peccata eorum varia fuere. Ex collecta Prouincialium præda ad maiores militias festinabant, *l. 11. de Curiosis.* Periculo eorum multerant, *dict. l. 1. de milit. veste: l. 41. de operibus publicis.* Pistores prædia quæ priuato iure possidebant vendere, transferre in Officialem non poterant, cum in alios possent, *l. 3. de Pistoribus.* In Constitutionibus Officiis quoque pœnæ comminatio de more fiebat, si quid neglexissent: vide vel *l. 25. 29. 32. 34. 48. 51. 59. 64. de appellat.* vide & Symmachum *l. 9. epist. 121.* sub Custodia eorum rei continebantur, *l. 2 de exhib. reis.* Denique Officiales

militia Curia non liberabat, *l. 13. 22. 31. 42. in fin. 82. 83. 96. 113. 134. 137. 147. 175. 181. de Decurionib.*

Genera & Ordo Officialium.

Primores Officii, *l. 6. de Iurisdict.*

Princeps Officii, *l. 3. & 5. de iis quæ administr. l. 1. de officio Rectoris Prouinciarum: l. 5. de proximis: l. 6. de Principibus.* A quo Principatus, *l. vnic. ne damna.* Is litigatores in Secretarium inducebat, *dict. l. 1. de officio Rectoris Prouinciarum.* Ad hunc pertinebat salutationum & confessus cura, *dict. l. 5. de proximis.* Leges Imperatoriæ, præceptiones Iudicum, sine notione eius impleri non poterant, *l. 6 de Principibus Agentium.* Agentes in rebus dirigebantur, *dict. l. 6.* Gubernare officia dicti *dict. l. 6.* Verum plene de his vide Paratitl. *de cohort. Principibus.*

Capita Officii, *l. 5. de proximis: l. 4. de extraordinariis.* Primares officiorum, *lex 30. de susceptoribus: lex 46. de hæreticis: l. vltim. de officio adsessorum: l. 16. de pœnis.* Primores Officii, *l. 6. de Iurisdict. l. 4. in fin. de desertorib.* Proceres, *l. 10. de metatis.*

Adiutores Officiorum seu Principum, *l. 1. de officio Rectoris Prouinciæ: l. 8. 16. de Numerar. l. 10. de cohort.*

Cornicularii, *dict. l. 10. de cohortalibus: l. 32. de erog. mil. ann. l. 5. de proximis: l. 3. de iis quæ administr.* Qui Corniculum gerunt, *dict. l. 5. de iis quæ administr.* De his est pars *tituli 4. lib. 8.* vbi vide Paratitlon. Hos salutationum & confessus cura respiciebat, *dict. l. 5. de proximis:* vide & *l. vnic. de Comitibus vac.*

Habebant & hi *Auditores* suos, *l. 10. de cohort.* Chartas ac ratiocinia publica tractabant, *l. 11. de diuers. offic.*

Commentarienses, *l. 5. de custod. reorum: dict. l. 3. & d. l. 5. de iis quæ administr.* Adiutores commentariensium, *d. l. 5. de custod. reor.*

Tabularii Prouinciarum, & Vrbium singularum, *d. l. 5. de iis quæ admin.* Tabularii Rectorum Prouinciæ, *l. 4. de Numerariis*: vide *titulum de tabulariis.*

Numerarii, *l. 2. 3. 5. de iis quæ administr.* vide in *Ducib.* vide *tit. de Numerariis.* Sic antea vocabantur, *l. 9. de Numerariis.* In ea Prouincia peregrini, *d. l. 9.* Duo in Prouinciis singulis, *l. 16. eodem tit.* quorum vnus fiscalis arcæ ratiocinium, alter largitionales titulos tractabat, *dict. l. 12.* Debitorum ac reliquorum modum frequenter Iudicibus ingerere debebant sub actorum testificatione, *dict. l. 9.* Triennales erant, *dict. l. 9.* Biennio post administrationem in Prouinciis residere debebant ad rationem edendam torporis, *dict. l. 9.* Tormentis obnoxii erant, *dicta l. 9.*

Speculatores, *l. 16. de cohort.*

Domestici & *Cancellarii* quoque Iudicum quidam fuerunt, ab Officiis diuersi: de quibus est ex parte titulus vltimus *lib. 1.* ac nominatim *l. vltim. eius tituli.*

Ordinarii, *d. l. 3. de iis quæ administr. l. 16. de cohortalibus:* qui scilicet post Principem, Cornicularium, Commentariensem, Numerarium erant.

Ab actis, qui iurgantibus acta restituebant, *l. 1. de offic. Rectoris Prouinciæ.*

Exceptores, *l. 17. de diuers. offic. l. 12. de Palatinis S. L.*

Centuriones, *dict. l. 1. de officio Rectoris Prouinciæ.*

De CONSVLARIBVS *in genere.*

DE Consularibus est *titulus 18. lib. 6. l. 2. 3. de Primicerio: l. 7. 8. de proximis: l. 7. de honor. codicillis: l. 5. 6. 10. de Agentibus: l. 8. 9. 10. de domesticis: l. vnic. de Præpositis laborum: l. 19. & vlt. de Palatinis: d. l. 12. de cursu: l. 13. de accusat. l. 4. seu vltim. ad L. Iul. de ambitu.* Titulis his compellati, Grauitas Tua, *l. 27. de cursu: l. 8. quorum appellat. l. 10. de Paganis.*

Inter ordinarias potestates, *l. 7. de honor. codicill.* Prouincias regebant & gubernabant, *l. vnic. de Consularib.*

Præsidibus & Correctoribus potiores erant, iisque adeo præmittebantur, *tit. de Consularibus & Præsidibus: l. 8. de cohort. l. vltim. ad L. Iul. de ambitu: l. 10. de Paganis.* Aliquando tamen postponuntur, *l. 12. de cursu.*

Consularis dignitas, *l. 7. de honor. codicill. l. 10. de Agentibus: l. vnic. de Consularibus.* Administratio Consularis, *d. l. 17.* Fasces Consularitatis, *d. l. vlt. de ambitu.*

Seuerius seu grauiore multa puniti quam Correctores & Præsides, *d. l. 10. de Paganis.*

Honorarii Consulares quidam, *l. 23. de Prætoribus: l. 5. de honor. codicill.* Alii item inter Consulares adlecti: de quibus multa mentio *lib. 6.* cum Consularibus compositi nonnulli, *l. 2. de Primicerio.*

Insignia Consularium, *l. 5. de honor. codicill. l. 2. de Senatorib. & gleb. coll.* Fasces, *l. vltim. ad L. Iul. de ambitu.*

Iterare id munus non licuit, *d. l. vltim. ad L. Iul. de ambitu.*

Officia Consularium, *l. 8. de cohort. l. 12. de cursu*, seu Consulare Officium, *l. 18. de cohort.* Vnde sumti hi per PP. Orientis, vide *d. l. 18.*

Tabularii, *l. 9. de Numerariis.* Ante Numerarii vocabantur, quod *lex illa 9.* abolet, inducto Tabulariorum nomine.

Ex Consularibus erant Senatores, sed immunes erant a Senatoriis oneribus, *l. 8. 9. 10. de domesticis: l. vnic. de Præposit. laborum: l. 7. 8. de proximis: l. 5. 6. de Agentibus: l. 19. vltim. de Palatinis S. L.*

Consularis PHOENICES.

Trium hoc Codice memoria extat.
Iulianus A. D. 362.
Leontius A. D. 372.
Petrus A. C. 380.

Sedes eius & ad eum scriptæ leges PP. vel Acc.
Tyri, *l. 52. de Decurionib.*
Berythi, *l. 9. de lustrali conlat.*
Damasci, *l. 9. de fil. mil. appar. l. 83. de Decurionibus.*

Consularis (vide supra Proconsul) PALÆSTINÆ.

Vnius Consularis Palæstinæ fit nominatim mentio Leontii: ad quem data *l. 55. de Decurionibus.* Anno D. 363.

Consularis SYRIAE COELES.
Hierocles A. D. 344.
Theodorus A. D. 347.
Hierocles A. D. 348.
Festus A. D. 365.

De eodem Consulari accipe, *l. 2. de Aquæductu: & l. 11. de cohort.*

Cohortales eius, *d. l. 11. de cohort.*

Consularis LYDIAE.

Pallius A. D. 382. sub Theodosio Magno: ad eum data *l. 17. de petition.*

Consularis PANNONIAE SECVNDAE.

Grauitas tua, *l. 27. de cursu.*

Indiculus seu Notitia horum.

Helpidius A. D. 352. *l. 6. de Veteranis:* vbi dicitur simpliciter Consularis Pannoniæ.

Africanus A. D. 355. 356. Ammianus Marcellinus, *lib. 15. cap. 3. & lib. 16. c. 8.* Errat Pancirolus,

cirolus, qui Helpidium Africano posteriorem facit.

Victor A. D. 361. Ammianus Marcellinus *l. 21. cap. 10.* (Hic est Sex. Aurelius Victor, qui Cæsarum vitas scripsit.)

Fortunatus A. D. 365. *l. 27. de cursu.*

Consularis NVMIDIÆ.

Valentinus A. D. 330.

Ianuarinus A.D. 399.

Consularis BYZACENÆ. Hinc Consularis Prouincia Byzacena, *l. 12. de diuers. offic.*

Aginatius A.D. 363. qui postea Vicarius V. R. factus: de quo Ammian. Marcell. *l. 28. cap. 1.* in gestis Anno 319.

Catullinus, A. D. 314. *vide leg. 2. de appellat.* & *not. b.*

Consularis TRIPOLITANÆ indicatur, *dict. l. 12. de diuer. offic.*

Consularis AQVARVM.

Versennius Fortunatus A. D. 315.

Maximilianus A. D. 330.

Consularis CAMPANIAE.

De eo, *l. 3. de Suariis: l. 12. de pœnis: l. 5. ad S. C. Claud.*

Grauitas tua, *d. l. 5. ad S. C. Claud.* Vir Clarissimus, *d. l. 3. de Suariis.*

De eius Iurisdictione intra Prouinciam suam, & in loco cum conditione finito, vide *l. 12. de pœnis.*

Officium eius, *d. l. 3. de Suariis.*

Indiculus seu Notitia Consularium Campaniæ.

Barberius Pompeianus A. D. 333.

Buleforus A. D. 364.

Felix A. D. 365.

Amphilochius A. D. 370.

Gracchus A. D. 397.

Consularis PICENI.

Karissime, *l. 5. de pactis.* Sinceritas tua, *l. 17. de operibus publicis.*

Vrbium, quibus is præerat, mentio *d. l. 17.*

Indiculus.

Valentinus al. Valentinianus A. D. 365.

Sophronius A. D. 370.

Consularis SVBVRBICARIVM Regionum.

Anatolius, cuius mentio *l. 9. de annona & trib.*

Iudicum Suburbanarum Prouinciarum fit mentio, *l. 13. de accusat.* Ab his ad Præfectum Vrbis referebatur, *d. l. 13.*

Consularis TVSCIAE.

Olybrius A. D. 370.

Claudius A. D. 389.

Consularis VENETIAE.

Florianus A. D. 365.

Consularis SICILIAE.

Domnus A. D. 368.

Consularis BAETICAE.

Cœlestinus A. D. 357.

Consularis AEMILIAE & LIGVRIAE, vel simpliciter Aemiliæ & simpliciter Liguriæ.

Iunius Rufinus A. D. 321.

Flauianus A. D. 323.

Dulcitius A. D. 357.

Romulus A. D. 385.

(Ambrosius, ante Ann. D. 392. v. Paulinum in eius v. & Symmachum, *l. 3. epist. 147.*)

Arrianus A. D. 396.

De CORRECTORIBVS.

Correctorium mentio fit inter alia *l. 13. de accusat. l. 10. de Paganis.* Consularibus inferiores, Præsidibus vero potiores, *d. l. 10. l. 8. de cohort.* & in Notitia Imp.

Correctorum sub PP. Italiæ Officia, *dict. l. 8. de cohort.*

Corrector TVSCIÆ, *l. 6. 8. de accusat. l. 4. de Iurisdictione: l. 61. 65. de Decurionibus: l. 8. de accusat.* Sedes eius, Florentia, arg. *l. 8. de accusat.*

Numerarii eius, *l. 6. de Numerar.*

Indiculus seu Notitia.

Auxonius A. D. 362.

Terentius A. D. 364. 365.

Maximus A. D. 366.

Corrector LVCANIÆ & BRITTIORVM, vel Brutiorum.

Eius mentio *l. 1. de priuil. appar. Magist. potest. l. 6. de priuil. eorum qui in s. p. l. 1. de relat. l. 1. de appellat. l. 1. de falsis: l. 3. de Decurionibus: l. 1. de fil. mil. appar. l. 2. de Episcopis: l. 25. de cursu.*

Rhegium sedes eius, arg. *l. 1. de fil. mil. appar. l. 1. de relationib.* iunge *l. 1. de appell.*

Indiculus seu Notitia.

Claudius Plotianus A. D. 313. 314.

Mechilius Hilarianus A. D. 316.

Octauianus A. D. 319.

Artemius A. D. 364.

Symmachus A. D. 365.

De PRAESIDIBVS in genere.

De Præsidibus est *tit. 19. lib. 6.* Horum mentio fit *l. vnic. de offic. PP. l. 1. de offic. Rectoris Prouinciæ: l. quædam eodem tit. l. 3. fin. regund. l. 3. 12. 18. de cursu publ. l. 13. de accusat.* quanquam & nonnullis legibus Præsidum & similibus appellationibus Rectores Prouinciarum intelligendi. Ab his Præsidatus, *l. 2. de Princip. Agent.* Præsidalis administrationis dignitates, *l. 7. de honor. cod.* Præsidalis industria, *l. 1. de offic. Rect. Prouinc.* Prouinciis Præsidentes, *l. 11. de exactionibus.* Prouincia meritis horum credita, *l. vnic. ne Præfect.* regebant & gubernabant Prouincias, *l. vnic de Consular. & Præsid.* Præsides diuersorum Officiorum, *l. 18. de cursu publ.*

Inter ordinarias potestates, pariter vt Consulares, *l. 7. de honor. cod.* Sed omnium postremi: Consularibus proinde & Correctoribus inferiores, *d. l. 7. l. 8. de cohort.* & *l. vlt. ad L. Iul. de ambitu. l. 10. de Paganis.* Rationales præcedebant, *l. 2. de Princip. Agent.* & Principatu Agentium functos *d. l. 2.*

Vexilla Præsidalia, vt Consularitatis fasces memorantur, *l. vltim. ad L. Iul. de ambitu.*

Ducis & Præsidis Officio simul quidam quandoque functi, *l. 3. ad L. Iul. repet.*

Tituli Præsidum, *V. P.* id est, Vir perfectissimus, *l. 4. de pœnis: l. 2. de censu.*

Grauitas Tua, *l. 2. de tempor. cursu. V. C* id est, Vir Clarissimus, *l. 1. de temporum: l. 3. de protostasia: l. vnic. de stratorib.*

Sinceritas tua, *l. 3. de pœnis.*

Honorarii quidam *Præsides* fuere, & pro præmio Præsidatus collata prærogatiua, *l. 4. de Decurion. l. 23. de cursu: l. 4. de Decur.*

Præsidatu functi, dicti ex-Præsidibus, *l. 26. 36. 40. 42. de Decurion.*

Immunes a muneribus, quæ alias dignitate functis imponi solita, *l. 3. de honor. cod.*

Cognitio Præsidis ipsius in quibus causis, *l. 3. in fin. finium regundor. l. vnic. in fin. de litigiosis.*

Ius gladii habuerunt, *l. 1. ne fine iussu Principis.*

Annonas de publico, & alimenta pecoribus accipiebant, *l. 3. de cursu publ.* Ideo suis sumptibus non fisci, non Prouincialium collatione mouere iis cursum licebat, *d. l. 3.*

Euectiones facere non potuere, *l. 12. de cursu.* Euectiones binas annuas Præsidibus faciebant Præfecti Prætorio; quibus ad separatas Prouinciarum secretasque partes necessariis ex causis Officiales suos dirigere possent, *l. 12. de cursu.* Ac præterea Princeps singulas his euectiones dabat, vt ad se referre possent, cum id fieri necessitas quædam exigeret, *d. l. 12.*

Sub Dispositione Præfectorum Prætorio erant, innumeris Legibus.

Ex-Præsidibus, *l. 26. 36. 41. 42. de Decurion. l. vnic. de oblat. equ.*

Officium Præsidum, *l. 8. de cohort. l. 12. in princ. de cursu*, seu Officiales Præsidum, *l. 1. de cohort. l. 12. in fin. de cursu.* Præsidale Officium, *l. 2. de Veteranis: l. 6. de fil. mil. appar. l. 134. de Decurion. l. 2. de venat. ferar. l. 4. 6. in fin. 8.*

Præsidiale vna litera amplius apud Ammianum Marcellinum *l. 28. cap. 1* sicut *Præsidialis apparitor*, eidem *l. 17. cap. 3. in fin.*

Officium id non inter illustria: hinc Præsidalis Officii obscuritas, *l. 134. de Decurion.*

Tabularii Præsidum, *l. 9. de Numerariis*, qui antea numerarii vocabantur, *d. l. 9.*

Præses ARABIÆ.
Theodorus A. D. 346. *l. 4. de pœnis.*

Præses AVGVSTAMNICÆ.
Auxentius A. D. 342. *l. 34. de Decurion.*
Titulus, Prudentia tua, *d. l. 34.*

Præses CILICIÆ.
Eius mentio *l. 5. de susceptorib.*
Sub Dispositione P. P. Orientis, *d. l. 8.*

Indiculus Præsidum Ciliciæ.

Procopius A. D. 348. Ad eum data *l. 14. de appell.*
Maximus A. D. 358. Ad eum data *l. 1. de inoff. dotib*
Innominatus A. D. 365. Ad eum data *d. l. 5. de susceptoribus.*

Præses EVFRATENSIS.
Officium Præsidale Eufratense, *l. 2. de venat. ferarum.*

Præses OSDROENÆ.
Eius mentio, *l. 105. de Decurionib.*
Officium eius, *d. l. 105.*
Princeps Officii, *d. l. 105.*
Primipilaris, *d. l. 79.*

Præses SYRIÆ PALÆSTINÆ.
Nam ita legendum in *l. 3. de protostasia*, loco Frygiæ Palæstinæ: vide Ammianum Marcellinum, *l. 14. cap. 8.*
Grauitas tua, *d. l. 3.*

Præses LYCIÆ & PAMPHYLIÆ.
V. P. *l. 2. de Censitorib.* seu Cohors, *l. 79. de Decurionibus.*
Eusebius A. D. 313. *d. l. 2.*

Præses INSVLARVM.
Fit eius mentio A. D. 409. in *l. 32. de Nauicul.*

Præses DACIÆ.
Claudius A. D. 321. *l. 2. de inoff. test.*

Præses EPIRI NOVÆ.
Grauitas tua, *l. vnic. de Stratorib.*
Sedes eius Apolloniæ, arg. *d. l. vnic.*
Officium eius, *d. l. vnic.*

Indiculus seu Notitia.

Zosimus A. D. 365. *l. vnic. de Stratorib.* & A. D. 373. (forte 370.) *l. vnic. ne Præfect.*
Paulinus A. D. 372. *l. 22. de Episcopis.*

Præses SARDINIÆ.
Sub PP. Italiæ, *l. 16. de cursu.*
Sedes eius Caralis, arg. *l. 1. de cursu.*
Sinceritas tua, *l. 3. de pœnis.*
Officium eius, *d. l. 16. de cursu.*

Indiculus seu Notitia.

Constantius A. D. 315.
Festus A. D. 319.
Helpidius A. D. 321.
Bibulenius Restitutus A. D. 353.
Laodicius A. D. 375.
Dux simul & Præses.
Matronianus A. D. 382.

Præses CORSICÆ.
Grauitas tua, *l. 2. de tempor. cursu.*
Felix Anno A. D. 319. *d. l. 2. de tempor. cursu.*


Præses LVGDVNENSIS primæ.
Antonius A. D. 319. *l. 1. sine censu.*

Præses BÆTICÆ.
Incertus, ad quem Anno 324. datæ, *l. 1. de distr. pign.*
Egnatius Faustinus A. D. 337. *l. 2. de distrah. pign.*

Præses TARRACONENSIS.
Iulianus, ad quem data Anno 316. *l. 1. de temporum cursu.*

Præses TRIPOLITANÆ.
Simplicius A. D. 399. ad quem data *l. 59. de appellat.*

Præsides incertæ Prouinciæ.
Florianus A. D. 318. *l. 1. de Veteranis.*
Iulianus A. D. 334. *l. 3. de fide testium.*
Argyrius A. D. 349. *l. 2. de longi temp. præscr.*



PROSOPO-

PROSOPOGRAPHIA

SEV

INDEX PERSONARVM

OMNIVM,

QVARVM FIT MENTIO

IN CODICE THEODOSIANO.

NVMERO CIRCITER DCCL.

Ab Anno Domini 312. *ad Annum Domini* 439.



PROSOPOGRAPHIA
CODICIS THEODOSIANI, ORDINE ALPHABETICO.

A.

ABLAVIVS fub Conftantino M. fine dignitate Anno D. 315. *Conftantio A. IV. Licinio IV.* Coss. *l. 1. de alimentis quæ inopes parentes.* Iubetur hæc lex proponi per omnes ciuitates Italiæ, videturque Ablauius dicto anno *Vicarius Italiæ* fuiffe. vid. *not. b. ad d. leg.* PP. A. D. 326. *Conftantino VII. & Conftantio Cæſ. l. 6. de Epifcop. l. 5. de nauicular.* A. D. 330. *Gallicano & Symmacho* Coss. *l. 2. de Iudæis.* A. D. 331. *Baffo & Ablauio* Coss. *l. 1. de repudiis.* Conful fuit cum Baffo A. D. 331. vid. *Chronolog.* & PP. A. D. 333. *Dalmatio & Zenophilo* Coss. *l. 5. de filiis milit. appar.* fine Confule, fubdititia *l. 1. de Epifcopi iudicio.* De hoc *Ablauio PP.* fub Conftantino Magno Eunapius, *in v. Ædefii p. 40. Edit. Commelin.* vbi genus eius, patriam, potentiam, multis perfequitur. Ammianus Marcellinus *lib. 20. cap. 11.* Hic omnino non *Ælafius*, fed *Ablauius* videtur, ad quem extat Conftantini Ep. Anno 314. fuper Concilio Arelatenfi, quam recitat Baronius *in Annal. an. cit.* Filia eius Olympias fponfa primum Conftantis, dein conjux Arfacis Armeniæ Regis, Marcell. *d. lib. 20. cap. 11.* Domum eius Conftantinopoli (quæ poftea Placidiæ Arcadii fororis fuit) memorat Synefius, *epift. 61.* meminit & forte Libanius *epift. 839. Edit. Wolff.* Eiusdem Ablauii ἀπὸ ἐπάρχων, meminit Palladius *in Laufiaca, in V. Olympias p. 139.* Confulis Ablauii diftichon memorat Sidonius Apollinaris, *lib. 5. epift. 8.* Interfectus is mox poft mortem Conftantini, vt teftatur Eunapius *in vita Ædefii p. 44. & 47. Edit. Commelin.* vt & Zofimus *lib. 2. cap. 40.* Hieronymus *Chronico, p. 182. Thefaur. Tempor. Scaliger.* Menologium Græcum *VIII. Kal. Augufti.* Idem & *Capitularium lib. 6. tit. 366.* pro more feculi illius, *Dux Ablauius* vocatur.

ABTHARITVS, vel Abthartius (forte Autharicus,) fub Theodofio Iun. Comes Orientis Anno D. 435. *l. 8. de Princip. Agent.*

ABVNDANTIVS, fub Theodofio Magno, Comes & Magifter vtriusque militiæ A. D. 392. *l. 128. de Decur.* A. D. 393. *l. 3. de Salgamo hofpitibus non præb.* & *l. 18. de erogat. militar. annon.* Datæ Conftantinopoli. Conful fuit cum Theodofio III. Anno D. 393. vid. *Chronolog.* De hoc Abundantio Claudianus *lib. 1* in Eutropium *p. 154.* & Zofimus *lib. 5.* in Arcadii rebus *c. 10.* qui nominatim ait, eum ἐπὶ Θεοδοσίȣ ϛρατηγὸν καὶ ὕπατον ἀποδεδειγμένον *fub Theodofio Præfectum militum & Confulem fuiffe.* Hieronymus Epitaphio Nepotiani pag. 17. *Tom. I. Oper. Edit. Francf. apud Chrift. Genfch.* De eodem fentit Afterius homil. in feft. Kal. *p. 60. in princ. Edit. Ruben.* De eiusdem exilio agit Hieronymus *in Epitaph. Nepotiani, pag. 17. Edit. cit.* Alius autem ab hoc is eft, de quo agit Socrates *hift. ecclef. lib. 7. cap. 7.* quique ἡγεμὼν τȣ̃ ϛρατιωτικȣ̃ τάγματος in Ægypto fuit.

ACACIVS, fub Conftantino Magno, Comes Macedoniæ, Anno D. 327. *l. 2. fine cenfu vel reliquis*, quæ lex *data* dicitur *Theffalonicæ.* Hic idem forte Acacius, cuius mentio fit in Epiftola Conftantini Magni apud fcriptorem vitæ Conftantini, *lib. 3. cap. 53. & 62.* data Conftantinopoli, quam memorat Baronius *Anno 326. n. 67* Hic poftea in Palæftina fuit.

ACACIVS alius fub Theodofio Iuniore Comes facr. largitionum, A. D. 426. *l. 16. de murilegulis*, *l. vltim. de diuerfis officiis*, Datæ Conftantinopoli. *l. vltim. de proximis facr. Scrin.* Data Nicomediæ.

ACINDYNVS, fub Conftantino Magno PP. Anno D. 326. *l. 3. de curfu publ.* quam legem tamen malim referre ad Annum D. 339. uti monui in *Chronolog.* ad annos citat. & *not. b.* ad *l. 3. de curf. publ.* fub Conftantio PP. Orientis Anno D. 338. *l. 4. feu l. vltim. de temporum curfu.* Data & PP. Antiochiæ. Anno D. 340. *l. 3. de cuftodia reorum.* In hunc Acindynum extat Symmachi Epigramma, *lib. 1. ep. 1.* vbi inter alia eum Præfectum Prætorio Orientis fuiffe indicat:

Auroræ in populis Regum Prætoria rexi.

Sed & Auguftinus, *lib. 1. de Sermone Domini in monte* §. 50. *cap. 16. pag. 186. Tom. III. Part. 2. Edit. Benedictin.* vbi *Antiochiæ* eum conftitutum fuiffe docet (pariter vt *lex vltim. de temporum curfu*) Præfectum & Confulem vocat, illiusque iudicium quoddam memorabile in caufa adulterii prolixe memorat. Conful fuit cum Proculo Anno D. 340. V. *Faftos* & *Marmora* in *Chronolog.* Symmachus quoque *d. epift. 1.*

Sed fafces pictura tacet: tu refpice faftos.

Item *ibid.*

Hic Conful clarum produxit Acindynus æuum.

Adde Auguftinum, loco, quem modo laudaui.

ACONIVS fub Conftantio & Conftante Vicarius Africæ, An. D. 338. *l. 2. de bonor. codicill.* Appellatur hic integro nomine

Aconius Catullinus, vide infra *Catullinus.*

ADDEVS, fub Theodofio Magno Comes Domefticorum Anno D. 393. *l. 5. de Domefticis & pro tecto-*

tectoribus. Dat. Constantinopoli, *l. 4. Cod. Iust. de offic. Præf. Prætor. Orient.* Comes & Magister vtriusque militiæ per Orientem Anno D. 393. *l. 9. de Iudæis.* Data Constantinopoli, & A. D. 395. *l. 6. de Domesticis.* (vbi omissum *per Orientem.*) Dat. Constantinopoli. Inscribitur Addæo Libanii *Epistola 982. Edit. Wolff.* qui idem omnino est, & appellatur a Libanio *Vir militaris*. Eundem quoque indicat S. Ambrosius *Epist. 29.* siv. *17. Edit. Parif.* quod probatum in *Commentar. ad d. leg. 9. de Iudæis.*

ADRIANVS, vide infra *Hadrianus*.

ÆLIANVS, sub Constantino Magno Proconsul Africæ A.D. 313. *l. 2. de annona & tributis: l. 1. de exactionib.* Dat. Kalend. Nou. Hactenus hæ leges male referuntur ad Annum D. 315, *l. 1. de concussion. aduocator. l. 1. de aduocato fisci.* Dat. VI. Idus Nou. Anno D. 313. Acc. XV. Kal. Mart. Karthag. nempe A. 314. Eodem die XV. Mart. Ælianus de causa Felicis Aptungitani cognouit. Hæ leges hactenus male ad annum D. 315. referuntur. Nam Consules subscripti, tempori datæ legis non conueniunt, & in totum mutandi sunt, subscribendique Constatinus A. III. & Licinius III. id est an. 313. Constantinus enim an. 315. neque Treviris constitit, qui locus est legib us subscriptus, neque etiam Ælianus Proconf. Africæ fuit, sed Probianus. vid. *not. g. ad leg. 1. de aduocat. fisci.* Ælianus hic Proconsul Africæ est, qui Anno D. 314. de vita Felicis Aptungitani cognoscere jussus a Constantino Magno, eumque innocentem sententia sua pronuntiauit. Videndus de eo Optatus Afer Mileuitanus *lib. 1. de Schismat. Donatist. cap. 27. pag. 25. Edit. du Pin.* Gesta Collationis Carthaginens. *Cognit. 3 num. 555. 559. pag. 295. Edit. Optati du Pin.* & Gesta Purgationis Felicis Aptungitani, habita Carthagine apud Ælianum Proconsulem Africæ, An. D. 314. Volusiano & Anniano Coss. XV. Kal. Mart. *pag. 162 163. Edit. Optat. Augustinus post collat. cap. 32. & 33. & lib 3. contra Cresconium cap. 70. pag. 476. Tom. IX. Oper. Edit. Benedictin.* & *Epistola 68.* siu. *88. Edit. Benedictin.* vbi Constantinus ipsemet, scribens ad Probianum, Æliani successorem, eius meminit. A. D. 320. Constantino Aug. VI. & Constantino C. Coss. *l. 1. de Prætorib.* vbi perperam editum P V. pro PC. Dat. VII. Id. Mart. *l. 2. de famosis libellis, PP. Karthag. V. Kal. Mart.* vbi Helianus vocatur, *l. 3. quorum appellat.* PP. VI. Kal. Maii Karth. videtur hæc lex referenda ad Annum D. 320. quæ alioquin præfert Constantinum A. VII. & Constantium Cæs. Coss. i. e. A. D. 326. Eidem inscribitur sine die & Cos. *l. 1. Cod Iust. de officio Proconsulis & Legati.*

ÆMILIANVS sub Constantino Magno PP. Italiæ A. D. 328. *l. 4. de extraord. siue sordid. mun.*

ÆMILIANVS sub Arcadio Imp. Magister Officiorum Anno D. 400. *l. 8. de metatis.* Dat. Constantinop. 405. *l. 1. de mensoribus.* Dat. Ancyræ. Præfectus Vrbi *Anno D.* 406. Arcadio A. VI. & Probo Coss. *l. 44. 45. 46. de operib. publ.* Dat. Constantinop. *l. 6. de denunciatione.* Dat. Constantinop. Huius Æmiliani P. V. Constantinopol. meminit auctor Chronici Alexandrini his ipsis Consulibus Anno 406. *pag. 714. 715. Edit. Raderi.*

ÆMILIVS sub Constantino Magno V. P. Rationalis, A. D. 313. *l. 1. de bonis vacantibus.*

ÆTERNALIS sub Arcadio Imp. Proconsul Asiæ A. D. 396. *l. 12. de fide testium: l. 3. de testamentis*

AËTIVS, sub Theodosio Iuniore P. V. Constantinopol. A. D. 419. Monaxio & Plinta Coss. *l. vlt. de calcis coctorib.* Dat. IV. Non. Octobr. Constantinopol. Meminit huius Aëtii P. V. his ipsis Coss. Auctor Chron. Alexandrini *pag. 721. Edit. Rader.* Eidem Aëtio inscribitur *lex 5. Cod. Iust. de commerc.* quæ numerum corporatorum seu collegiatorum quorundam Constantinopoli definit. Male autem in vulgatis Editionibus Cod. Iust. vocatur Aëtius PP. rectius in aliis P V. vid. *not. b. ad leg. vlt. citat.* PP. Aetius dicitur A. D. 425. *leg. un. de imaginib. Imperialibus.* vid. ibi *not. b.* Consul cum Valerio A. D. 432. GOTHOFREDVS. Rarius soleo notare ad Gothofredum meum, sed emendo, & insero textui, ne opus in immensum excrescat, quod vbique animaduertent lectores. Sed non possum non hic loci, accurationis ergo, quædam monere. Aëtius hic PP. de cuius cisterna constructa Constantinopoli loquitur Marcellinus *in Chron. ad an. 421. pag. 39. Thesaur. Tempor. Scaliger.* non est is, qui cum Valerio Consul processit an. 432, ut vult noster. Gessit enim hic honores in aula Orientali Theodosii, ut patet ex legibus omnibus supra citatis, Aëtius, autem, qui Consul prodiit anno 432. Occidentalis fuit, quod vel sola *lex vltima de his qui ad eccles. confugiunt*, docere potest, quæ hanc seruat subscriptionem, *Valerio & qui fuerit nuntiatus*, quia scilicet Aëtium in Occidente Consulem dictum esse, nondum innotuerat in aula Constantinopolitana. Vide Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. an. 432. num. 1.* Est autem Consul Aetius occidentalis imperii salus, ut appellat eum ipse Gothofredus *not. b. ad leg. 1. de imaginib. Imperial.* & de honoribus eius differit ex Frigerido, vt mirum sit, auum oculatissimum hoc non animaduertisse. De hoc Aetio Magistro militum multa habes apud Procopium *de bello Wandal. lib. 1. c. 3.* Iornandem *de Reb. Get. cap. 34.* Idacium *in Chron. ad pag. 23. Thesaur. Tempor.* Prosperum *in Chron. an. 430* Frigeridum apud Gregorium Turonens. *hist. Francor. lib. 2. c. 8.* Marcellinum *in Chron. Coss. Valerio & Aetio.* item *Aetio & Studio Coss. pag. 42. Thesaur. Tempor.*

AFRICANVS V. C. sub Constantino Magno Anno Domini 326. *l. 1. de adulteriis*: vbi vide quæ dico in fine Commentarii.

AFRICANVS sub Arcadio Imp. P. V. Constantinop. A. D. 395. *l. 6. de Aquæductu*, PP. Constantinop. item 396. *l. 13. de annonis ciu.* PP. Constantinop. & *l. 152. de Decurionib.* PP. Constantinop. *l. 3. de prædiis Senatorum. l. vnic. de dilat. ex consensu.* Dat. Constantinop. 397. VI. Kalend. Octobr. *l. 4. de testamentis.* Ad Africanum Præsidem extat Gregor. Nazianzeni *epist. 65.*

AGAPIVS peræquator, A. D. 416. *l. 13. de censitorib.*

AGINATIVS sub Iouiano Imp. Consularis Byzacenæ, Anno D. 363. *l. 1. de conlatione donatarum.* Hic idem *Aginatius*, puto, est, quem postea Vicarium Vrbis Romæ fuisse scribit Ammianus Marcellinus, in gestis Anno D. 368. 369. 370. *lib. 28. cap. 1.* Ad hunc Aginatium Vicarium Vrb. Rom. extat Rescriptum Valentiniani Aug. quod Baronius recitat ad An. D. 369. ex quo apparet, eum ciuem Romanum fuisse. Vid. Valesius *ad Marcellin. loc. cit.*

AGRESTIVS sub Theodosio Magno Proconsul Palæstinæ A. D. 384. *l. 42. de appellat.*

AGRICOLANVS sub Constantino Magno, sine dignitate A. D. 322. *l. 3. de accusat.* vbi vide quæ dico ibi *not. b.*

AGRIPPINA mulier memoratur in Constitutione Constantini M. *l. 1. de his quæ administrant.* a qua & dies & Consul absunt.

ALBI-

ALBINVS, sub Constantino Magno Consul cum Constantio Anno D. 335. Consule *Chronolog.* & in marmore adducto integrum eius nomen leges.

ALBINVS, sub Constante Imp. Vicarius Hispaniarum, Anno 341. Marcellino & Probino Coss. *l. 5. quorum appellat. non recip.* Consul cum Amantio Anno D. 345. Hic integro nomine vocatur *Ceionius Rufius Albinus* in Fastis Capitolinis, quo nomine & superior venit, docente Schelstratio in fastis, quos inseruit *Antiquit. Eccles. Tom. I.* Consule etiam Relandum *in Fastis*, Pagium in Critic. ad Annal. Baron. *an. 314. num. 1.* De hac *Ceioniorum Albinorum* familia sub Constantino, vide vitam *Clodii Albini p. 80.*

ALBINVS, sub Valentiniano Iun. & Theodosio M. P. V. Romæ 389. *l. 18. de hæreticis.* Dat. Romæ *l. 49. de appellat.* Dat. Rom. *l. vlt. Cod. Iust. de seruis fugitiuis.* hæ duæ sunt iungendæ. *l. 2. de feriis.* Dat. Romæ, *l. 1. de Mancipibus.* Dat. Romæ, *l. 11. de maleficis.* Dat. Romæ, *l. 5. & 6. de Suariis.* Dat. Romæ, *l. 5. de Aquæductu.* Dat. Romæ A. D. 390. *l. vltim. ad L. Iul. de vi.* Dat. Med. *l. 27. de operibus publicis.* Dat. Med. Huius Albini P. V. sub Valentiniano mentio in veteri inscriptione Romæ, *apud Gruterum CCLXXXV. num. 8.* vbi integro nomine *Ceionius Rufinus Albinus*, nisi ad Valentiniani III. tempora referenda. Hic idem videtur, ad quem extat Symmachi *epist. 25. lib. 8.* PP. A. D. 391. *l. 10. de Paganis sacrif. & templ.* Dat. Med. Sed & in *huius leg.* inscriptione forte reponendum P. V. Vide *not. c. ad d. leg.* GOTHOFRED.

Lapis apud Gruterum omnino referri debet ad Valentiniani Secundi, non Tertii, tempora. En ipsum.

> EXTINCTORI TYRANNORVM
> AC. PVBLICAE. SECVRITATI
> AVCTORI
>
> D. N. VALENTINIANO
> PERPETVO. AC. FELICI
> SEMPER. AVGVSTO
>
> CEIONIVS. RVFIVS. ALBINVS. V. C.
> PRAEF. VRBI. ITERVM.
> VICE. SACRA. IVDICANS
>
> D. N. MQ. EIVS.

Maximus enim Tyrannus a Theodosio & Valentiniano A. A. An D. 388. debellatus est, sequenti anno 389. pacata Italia, & Albinus primum fuit PV. Rom. & iterum anno sequenti 390. quo in memoriam reportatæ victoriæ, actique triumphi, inscriptio marmori incisa.

ALBINVS sub Honorio Imp. P. V. 414. *l. vltim. de nauiculariis.* Dat. Rau. Meminit huius Albini P. V. Rutilius Claudius Numatianus, *Itinerarii lib. 1.* a *versu* 466. & Olympiodorus, apud Photium *in Biblioth. Cod. LXXX. pag. 187. Edit. Schott.* & *Tom. I. Script. Rer. Byzant. pag. 9. Edit. Reg.* Mentio eiusdem in veteri inscript. *apud Gruterum CCLXXXVI. num. 7.* vbi integro nomine *Cæcina Decius Aginatius Albinus* vocatur: & *CCLXXXVII. num. 2.* vbi *Cæcina Decius Albinus.* Hic idem, quem Macrobius in *saturnalibus* loquentem inducit, & *Cæcinam Albinum* vocat.

ALBINVS sub Valentiniano III. Imp. PP. A. D. 426. *l. 7. de legitimis hæreditatib.* Dat. Romæ.

ALBICIANVS, sub Theodosio Magno Vicarius Macedoniæ Anno D. 380. *l. 4. de Quæstionibus.*

ALEXANDER, sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis, Anno D. 390. *l. 18. de nauiculariis.* De Alexandro Syriæ rectore sub Iuliano Imp. vide Libanii epistolas. De alio quodam sortito Prouinciam Præsidialem, vide Symmachum *lib. 1. epist. 101.* Est eiusdem ad Alexandrum *epist. 25. & 67. lib. 9.* Qui omnino & Sulpitius *Alexander* est historicus, cuius nonnulla extant apud Gregorium Turonensem *hist. Francor. lib. 2. cap. 9.* De hoc vero Alexandro PF. Augustali accipienda videntur quæ Libanius *epist. ad Africanum 800. Edit. Wolff.* Ad eundem Alexandrum extant eiusdem Libanii epistolæ plures, puta, *285. 302. 682. 758. Edit. cit.* vide etiam Commentarium *ad. dict. leg. 18.*

ALEXANDRINVS vel ALEXANDRIANVS, sub Valente Imp. Comes R. P. A. D. 367. *l. 1. de equorum conlat.* Dat. Marcianop. *l. 11. de iure fisci.* Dat. Dorostori, *l. 14. de susceptor.* Dat. Dorostoli. & A. D. 369. *l. 11. de petitionibus.* Dat. Marcianop.

ALYPIVS, sub Theodosio Magno & Valentiniano Iun. P. V. A. D. 391. *l. 2. de priuilegiis corpor. Vrbis Romæ.* Dat. Aquil. De hoc Alypio P. V. inscriptio vetus apud Gruterum *CCLXXXVI. num.* 6.

> DOMINO NOSTRO
> FL. THEODOSIO
> AVGVSTO
> FACTONIVS PROBVS,
> ALYPIVS V. C. PRAEF. VRB.

Ad Alypium hunc extant sex Symmachi *epistolæ lib. 7.* puta 66. 67. 68. 69. 70. 71. ita quidem vt *epist. 70.* hanc Alypii Præfecturam indicari existimem. Hunc ipsum quoque Alypium censeo, de quo Symmachus *lib. 2. epist. 83* ad Flauianum, vbi dominum & fratrem appellat. Memoratur & a Palladio in Ioanne Lycopolita *pag. 98.* Alypius ἄρχων τῆς χώρας. De Alypio Antiochensi Vicario Britanniarum eiusque filio Hierocle Ammianus Marcellinus, *l. 23. cap. 1.* & *lib. 29. c. 1.* vbi consule Cl. Valesium. est enim is ille, ad quem extant Iuliani epistolæ, & Epistolæ Libanii 327. & *1054. Edit. Wolff.* vbi & Hieroclis quoque meminit. Alypii Hieroclis nepotis meminit idem Libanius *Epistola ad Basilium 1583. Edit. Wolff.* Verum hic Alypius alius est a nostro, Alypium nobilem adolescentem memorat Ammianus *lib. 28. c. 1.* qui videtur esse frater Q. Hermogeniani Olybrii, de quo sunt Inscriptiones duæ a Baronio relatæ *in Annal. ad an. 395.* Alypium Olympii Grammatici patrem memorat Basilius Seleuciæ *in V. Theclæ cap. 2.* Ad Alypium quendam extant Gregorii Nazianzeni *epistolæ* quinque, 148. 149. 150. 151. 152.

AMABILIANVS sub Constantino Magno Præfectus annonæ A. D. 315. *l. 2. de nauiculariis.* A. D. 319. *l. 3. de nauiculariis.* Præfectus Annonæ Africæ, A. D. 315. *l. 4. de appellat.*

AMAN. Eius mentio fit in *l. 18. de Iudæis.* Vid. *Commentar.*

AMANTIVS Consul cum Albino sub Constantio & Constante A. D. 345. Vid. *Chronolog.*

AMMIANVS sub Valentiniano, Theodosio & Arcadio Com. R. P. An. D. 383. *leg. 41. de appellat.* Merobaude II. & Saturnino Coss. PP. loco non addito. Agitur ea lege de transmarina appellatione. An is, de quo Symmachus *lib. 10. epist. 493.* GOTHOFRED. In *not. c. ad cit. leg.* Ammianum hunc non esse historiarum Scriptorem, licet tempora conueniant, scripsit Noster. Verum Claudius Chiffletius in μονοβιβλίῳ de vita Marcellini, quod præfixum est Edit. Gronov. inscriptam esse Ammiano

miano historico *legem citat.* putat, idque liquere etiam scribit, ex *leg. 5. ad leg. Iul. repetundar.* quæ est eiusdem anni 383. data ad Marcellinum. *Sed tamen*, inquit Chiffletius, *in Reipubl. luce versatum tantæ industriæ virum, ac titulis dignitatum decoratum fuisse, non dubito, cum etiam sub Gratiano, Valentiniano Iuniore ac Theodosio Comitiuam Rei priuatæ meruerit, id est, ab armata ad palatinam dignitatem transierit.* In Symmachi Editionibus optimis, epistola adducta non *Ammianus*, sed *Aminianus* legitur. In Pareana sola errore typographico editum est *Ammianus.* Sed quis ille Aminianus fuerit, de cuius criminibus cognouit Symmachus, obscurum est.

AMPELIA sub Valentiniano Imp. Sen. 364. *l. 7. de Pactis.* Dat. Sirmio.

AMPELIVS, sub Valentiniano Sen. Proconsul Africæ, A. D. 364. *l. 10. de naulicul.* Meminit Ampelii Proconsulatus, & quidem gemini, postea vero Præfecti Vrbis Ammianus Marcellinus, *lib. 28. cap. 4* Meminit & huius Ampelii ἀνθυπάτȣ Himerius Sophista apud Photium *Cod. CLXV. pag. 354. Edit. Schott.*

P. V. Ad hunc Ampelium P. V. extant tredecim leges. A. D. 371. *l. 3. de denunciatione*, (vbi perperam editum *PF. P.*) Dat. Contionaci, *l. 1. de equis Curulibus*, *l. 21. de Episcopis*, (vbi male *PP.* editum.) *l. 1. de naturalibus filiis.* Dat. Contionaci. *l. 10. de maleficis. l. 32. de cursu publ.* Dat. Triuer. Ad Ampelium Præf. Vrb. data sine die & Cos. *l. 2. Cod. Iust. de officio P. V.* cui Impp. Valentinianus & Valens inscripti. Referenda autem est ad annum 372. vel 373.

A. D. 372. *l. 3. de hæreticis.* (vbi male editum PP.) Dat. Treuer. *l. 4. de honor. codicillis. l. 1. de Præfectis Pratorio, siue Vrbis. l. 1. de Quæstoribus: l. 1. de Magistris Scrinior. l. 1. de Comitibus rei milit.* Datæ Nasonnaci, & inter se coniungendæ. Huius *Ampelii P. V.* post Olybrium, meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 28. cap. 1.* & *4.* in Anni 371. gestis. Symmachus quoque meminit Ampelii illustris Viri, *lib. 5. epist. 54. 66.* quem de summatibus Senatus fuisse dicit, & Senatorem clarum, & illustris recordationis. Imo & *epist. 54.* Præfecturam eius diserte indicat. Vide Cl. Iuretum ad Symmach. Ep. 66. cit. Baronius etiam *in Annal. ad an. 371. num. 1.* ex Codice Vatican. refert Valentiniani indulgentiam de Vrsicino Schismatico ad hunc Ampelium P. V. datam.

AMPHILOCHIVS, sub Valentiniano Sen. Consularis Campaniæ, A. D. 370. *l. 71. de Decurionib.*

AMPHILOCHIVS sub Theodosio Magno Episcopus Iconiensis. A. D. 381. Fit eius mentio in Theodosii, *l. 3. de fide catholica*, vbi consule *not. n.* vide de eo Centuriatores *centur. 4. cap. 10. pag. 993. 994.* Nuper in vnum collecta prodierunt eius opera cura Francisc. Combefisii, *Paris. 1644. in fol.* vbi vide & Elogia eiusdem. Epistola eius Synodica aduersus Pneumatomachos gr. & latin. extat in ioh. Bapt. Cotelerii Monument. ecclesi. gr. Petr. Possinus S. I. in Thesauro Ascet. qui prodiit *Paris. 1684. in 4.* tribuit ei librum de non desperando. Plura de eo habes apud Hieronymum *in Catalog. Script. Eccles. cap. 133.* Sixt. Senens. *lib. 4.* Riuetum *lib. 3. cap. 27.* Cauium *ad an. 370.* Mabillonium *T. I. Mus. Ital. Part 2. pag. 82.* Fabricium *Bibl. gr. lib. 5. cap. 12. §. 4.*

ANATOLIVS. Ad hunc extant sedecim Basilii epistolæ, ab *epist. 391.* ad 406. sub Constantio Vicarius Asiæ. A. D. 339. *l. 19. de appellationib. l. 28. de Decurionibus.* PP. A. D. 346. *l. 38. de Decurionibus.* Dat. Cæsenæ A. D. 349. *l. 39. de Decurionib.* Dat. Antiochiæ. *Anatolius* PP. Illyrici fuit Anno Domini 358. 359. vt diserte aiunt Ammianus Marcellinus *lib. 19. cap. 11.* in gestis Anni 359. & *lib. 21. cap. 6.* in gestis Anni 360. Victor item Schotti (Constantii temporum æqualis) *in Traiano cap. 13.* & Eunapius *in Proæresio p. 149. 150. Edit. Commelin.* Himerius, *Orat.* peculiari ad Anatolium ὕπαρχον apud Photium *Cod. CCXLIII. pag. 1139. Edit. Schotti*, vbi eum miris laudibus extollit. Phœnix Berytius fuit, & magnus Iurisconsultus, sed Deorum cultor, quod docet abunde laudatus Eunapius *in Proæres. pag. cit.* De eo eiusque laudibus, dignitatibus ab eo decursis, Libanius, *epist. 18. 466. 587. Edit. Wolff.* Mortuus est Anno 360. testis Ammianus Marcellinus, *lib. 21. cap. 6.* Ad Anatolium hunc PP. Illyrici plures extant Libanii epistolæ in Codice Vaticano & Parisiensi, & ex iis in Editione Cl. Wolffii, quæ nuper prodiit Amstelodami, nimirum *Epist. 78. 79. 211. 298. 306. 312. 314. 317. 336. 342. 351. 365. 366. 394.* &c. quas euolue in *Indice.* Tandem de hoc Anatolio vide quæ Valesius ad Marcellinum, *lib. 19. cap. 11.* vbi videbis, quomodo hic Anatolius ab aliis sit distinguendus.

ANATOLIVS sub Iuliano Magister Officiorum Anno D. 362. *l. 5. de fide testium.* Meminit huius Anatolii Magistri Officiorum sub Iuliano iam Cæsare Ammianus Marcellinus, *lib. 10. cap. 9.* & *l. 25. cap. 3.* Libanius, *pro Aristophane p. 214. Edit. Morell.* Zosimus *lib. 3.* in Iuliani morte *cap. 29.* vbi & eum occidisse ait in prælio: Ἀνατόλιος, ὁ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἡγȣ́μενος τάξεων, ὃν καλȣ̃σι Ῥωμαῖοι Μάγιστρον: *Anatolius ordinum palatinorum Dux, quem Romani Magistrum officiorum vocant.* Vbi tamen male Ἀντώνιος, pro Ἀνατόλιος, vt *seq. capite* diserte vocatur.

ANATOLIVS sub Valentiniano Sen. Consularis Suburbicariarum regionum. Fit huius mentio Anno D. 365. *l. 9. de annona & tributis*, quæ ad Mamertinum PP. data est Treuiris.

ANATOLIVS sub Arcadio Imp. PP. Illyrici Anno D. 397. *l. 12. de Iudæis: l. 3. seu vltim. de conditis in publ. horr.* A. D. 398. *l. 6. ad S. C. Claudianum* A. D. 399. *l. 6. de Princip. Agent. in reb.* Ad Anatolium ἐπαρχικὸν, extat Chrysostomi *epistola* inter Frontonianas 205.

ANDROMACHVS sub Valentiniano, Theodosio & Arcadio Comes R. P. sine die & Consule *l. 4. Cod. Iust. de incestis nuptiis.* Agitur *hac leg.* de confiscatione. Sub Honorio Imp. P. V. (F. PP. & quidem Galliarum) Anno D. 395. Olybrio & Probino Coss. *l. 9. de infirmand. his quæ sub Tyrannis*, Dat. XI. Cal. Mai *l. 11. eod. tit.* Dat. XV. Kalend. Iun. Mediolan. *l. 54. de appellat. l. vltim. de commeatu: l. 6 de Cognitor. & Procurat.* (vbi editi Libri & MSS. habent PF. P.) *l. 7. de executoribus.* Dat. Mediol.

A. D. 401. Vincentio & Frauitta Coss. *l. 3. de indulg. debitorum.* Dat. Med. Andromachi meminit Symmachus, *lib. 2. epist 79.*

ANDRONICVS sub Constantino Magno sine dignitate, Anno 334. *l. 2. de officio omnium Iud.* Dat. XV. Kal. Iul. Constantinop.

ANICIVS Iulianus, vide infra *Iulianus.*

ANISIVS, vide infra *Anysius.*

ANNIVS Tiberianus, vide infra *Tiberianus.*

ANNAS Didascalus sub Honorio Imp. A. D. 415. *l. 3. ne Christianum mancip. Iudæus.* Dat. Rau. & A. D. 416. *l. 23. de Iudæis.* Dat. Rau.

ANTHEMIVS sub Valentiniano Sen. Præses A. D. 364. *lex 2. Cod. Iust. de conditis in public. horreis.* Dat. Arelate.

ANTHEMIVS, Magister Officiorum sub Arcadio, A. D. 404. *l. 4. de his qui super relig. cont.* Dat. 4. Kal. Febr. Constantinop. *l. 14. de Agentibus.* Dat. Prid. Kal. Iul. Constantinop. Consule *Chronolog. l. 5. de Fabricensibus.* Dat. 3. Kalend. Aug. Constantinop. Consul, cum Stilichone II. Anno D. 405. PP. sub Arcadio 405. Stilichone II. & Anthemio Coss. *l. 1. ne quis in Palatio man.* Dat. Ancyræ VI. Idus Iulias, *l. 24. de petitionibus.* Dat. 8. Id. Nou. *l. 63. de appellationibus.* Dat. Constantinop. XIV. Kalend. Ian. *l. 2. Cod. Iust. de naturalib. lib.* Dat. Id. Nou. *l. 5. Cod. eod. de offic. PP. Orientis.* Dat. Idib. Decemb. *l. 26. Cod. eod. de procurator.* Dat. pridie Kal. Octobr. A. D. 406. Arcadio VI. & Probo Coss. *l. 27. de erogat. militar. annon.* Dat. Kal. April. Constant. & *l. 28. eiusd. tit.* Dat. Constantinop. *l. 10. de famosis libellis;* vbi PP. & Patricius appellatur. *l. 167. de Decurionibus: l. 1. ne Comitibus & Tribunis: l. 1. de priuil. domus Aug.* Dat. Constantinop.

A. D. 407. *l. 8. de maternis bonis: l. 20. de cohort. l. 29. de erog. mil. ann. l. 66. de cursu: l. 2. ne quis in Palatio.* Dat. Constantinop.

Sub Theodosio Iun. A. D. 408. *l. vlt. de Quæstionib.* Dat. V. Kal. Mai. Agitur *hac leg. de Isauris* latronibus. Forte hæc lex tribuenda adhuc Arcadio, qui mortuus est Kal. Maii his Coss. teste Socrate. vide Commentarium ad hanc leg. in fin. *l. 18. de Iudæis: l. 14. de Legatis:* in cuius *leg.* inscriptione additum, *Et Patricio. l. 17. de exactionibus.* Dat. Constantinop.

A. D. 409. Honorio A. VIII. & Theodosio III. Coss. *l. 32. de Nauiculariis.* Dat. loco non addito. *l. 11. de Censitoribus: l. 2. de expensis ludorum: l. 30. de erogat. mil. ann. l. 168. de Decurionib. l. 4. ne conl. transl.* Dat. loco non addito. *l. 33. de nauiculariis.* Dat. Constantinop. *l. 1. de auri prosecutor.* Dat. loco iterum non addito. *l. 2. Cod. Iust. de officio ciu. iudic. l 3. de Spectaculis: l. 1 de Nili aggeribus.* Dat. Constantinop. *l. 2. quis in gradu præf. l. 169. de Decurionibus: l. 18. de exactionib.* Fit *hac. leg.* mentio Achiuorum. *l. 31. de erogat. mil. annon.* Agitur *hac leg.* de Oriente & de Ægypto, *l. 1. de Irenarchis: l. 16. Cod. Iust. de Episcopis.* Dat. Constantinop.

A. D. 410. *l. 48. de hæreticis.* Dat. Constantinop. *l. 49. eod. tit.* Agitur *hac leg.* de Eunomianis, *l. 21. de cohortalib.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de Polychronio, *l. 2. de litorum & itin. custod.* Meminit *hac leg.* Theodosius Honorii patrui sui. Dat. Constantinop. & *l. 4. Cod. Iust. de commerc.* sine die & Consule. Quæ duæ leges inter se coniungendæ videntur. Vid. *Commentar. ad dict. leg. 2. & not. a.*

l. 20. de lustrali conlat. Dat. loco non addito. *l. 173. de Decurionib.* Dat. Constantinop.

A. D. 412. *l. 1. de frumento Alexandrino: l. 6. de fabricensibus. l. 5. de itinere muniendo.* Fit *hac leg.* mentio Bithyniæ. Dat. Constantinop.

A. 413. Lucio V. C. Coss. *l. 6. & 7. ne sanctum bapt.* Dat. Constantinop. *l. 51. de operibus publ.* Dat. non addito loco. Agitur *hac leg.* de turribus *Muri* noui Vrbis Constantinop. vide Socratem, *lib. 7. cap. 1.* & Nicephorum *lib. 14. c. 1. & Commentar. ad d. leg. l. vnic. de pretio piscis.* Dat. loco non addito. *l. 16. de Agentibus in rebus.* Dat. loco non addito. *l. 6. Cod Iust. de Iurisd. omn. iudic.*

A. D. 414. *l. 9. de indulgent. debitor.* Dat. Constantinop. Meminit *hac. leg.* Theodosius Iun. Honorii patrui sui, & Prouinciarum *Orientis*, item trium metallorum, *Docimeni, Proconensis & Troadensis.*

A. D. 415. *l. 26. de cohort.* Dat. Constantinop.

Ad hunc *Anthemium* extat Chrysostomi *epistola 147. Tom. III. Oper. Edit. Benedictin.* vbi Consulatus eius & Præfecturæ simul meminit deque vtroque honore ei simul gratulatur: ἄλλοι μέν σε τῇ θαυμασιότητι καὶ τῆς ὑπατείας καὶ τῆς ἐπαρχότητος συνήδονται, *alii quidem tua admirabilitati Consulatus atque imperii nomine gratulantur.* Et mox, ἐδὲ τὸν ὕπαρχον καὶ ὕπατον ἡμεῖς φιλῶμεν, ἀλλὰ τὸν δεσπότην με τὸν ἡμερώτατον Ἀνθέμιον, &c. *nec nos Præfectum atque Consulem amamus, sed Dominum meum suauissimum Anthemium.* Meminit eius & Synesius *epist. 47. 49. 73. 75. 79.* & initio *Catastaseos*, quibus locis omnibus *magnum Anthemium* vocat. Auctor *Chronici Alexandrini* in Anno 406. *pag. 715. Edit. Rader. & pag. 308. Edit. Paris. & 246. Edit. Venet. inter Script. Rer. Byzant.* Socrates *lib. 7. cap. 1.* sub Theodosio Iun. in Anno 408. qui eum mirifice commendat; quo loco tamen Petauius *notis in Synesium pag. 79.* perperam *Præfectum Vrbi* interpretatur. Sidonius quoque Apollinaris, *Carmine 2. v. 94.* de Anthemii Imp. patre agens:

Huic socer Anthemius, Præfectus, Consul & idem,
Iudiciis populos, atque annum nomine regit.

De Anthemio hoc etiam agit Theodor. *Histor. Sanctor. Patr. cap. 8.* & inter recentiores Em. Baronius *in Annal. Eccles. ad an. 405. num. 1. 2. 3.* Certe hic Vir totam Imperii molem, Theodosio Iun. adhuc impubere, suis quasi humeris sustinuit, καὶ τὴν διοίκησιν τῶν ὅλων administrauit.

ANTIDIVS, sub Valentiniano Iun. V. C. Vicarius Vrb. Rom. A. D. 381. *l. 6. de indulg. criminum.* Recitata Rom.

ANTIOCHVS, sub Constantino Magno Præfectus vigilum. A. D. 326. *l. 3. de infirm. his quæ sub Tyrannis.* Dat. Rom.

ANTIOCHVS, sub Theodosio Iun. PP. 427. *l. 2. Cod. Iust. de officio eius qui vicem alterius Iudicis.*

A. D. 430. Theodosio XIII. & Valentiniano III. Coss. *l. 6. de conlat. donatar.* Dat. Constantinop. Meminit *hac leg.* Theodosius Iun. aui sui (Theodosii Magni) & Arcadii genitoris sui.

A. D. 431. *l. 4. de his qui ad Eccl. confug.* Dat. Constantinop. vbi in Græca constit. μεγαλοπρεπέστατος ἔπαρχος καὶ ὕπατος, dicitur. Consul cum Basso Anno 431. Vid. *Chronolog.* de hoc Antiocho Præfecto Prætorio Eunucho, vide & Nouellam Theodosii *1. in fin. & 33.* Anno D. 444. quo Anno iam mortuus fuisse indicatur. Marcellinum *Chronico Anno D. 448. pag. 41. Thesaur. Tempor. Scaliger.* Suidam, *in voce* Ἀντίοχος, in v. εὐνοῦχος, in v. Θεοδόσιος. Ad hunc extat Theodoreti *Epistola 95.* GOTHOFREDVS. De Antiocho varia habet Baronius ad ann. Dom. 431. Sed is atque Gothofredus tres Antiochos, qui hoc tempore floruere, confundunt in vnum. Constat enim ex Nouella Theodosii Iun. 33. *Albino Cos.* anno scil. CCCCXLIV. data, vnum ex illis iam mortuum fuisse, cum ibi legatur, *Inlustris memoriæ Antiochus*, isque in Nouella eiusdem Imp. prima Theodos. Aug. XV. anno scil. CCCCXXXV. emissa (rectius an. 438. vid. Prolegom. ad Cod.) nominetur *Antiochus Ex præfecto & Consule.* Et tamen Marcellinus ad Zenonis & Postumiani Consulatum anno CCCCXLVIII. gestum, mentionem facit *Antiochi* Præfecti Prætorio tunc viuentis. Imo fuit tertius *Antiochus*, isque Eunuchus, de quo verba faciunt Suidas, in voce *Antiochus*, & in voce *Eunuchus*, Theophanes ad annum Theodosii Iunioris XXXVI. & Zonaras in vita Theodosii Iun. quem asserunt, Theodosii Iun. iussu factum esse Clericum. Zonaras scribit, hunc esse *Antiochum*, qui Isdigerdis Persarum Regis nomine

Imperium Romanum administrauit, sed hunc tertium Antiochum nullus Consulatum, aut Præfecturam Prætorii gessisse, tradit ANT. PAGIVS *in Crit. ad Annal. Baron. an. Dom. 431. num. 1.*

ANTONIVS sub Constantio Dux Mesopotamiæ. A. D. 349. *l. 4. de cohort. l. 6. de filiis mil. appar.* Iungendæ hæ duæ leges.

ANTONIVS, sub Gratiano Imp. PP. Galliarum A. D. 376. *l. 11. de medicis & Professor.* Dat. loco non addito. *l. 2. de quæstionibus.* Dat. Treu. vbi vide Commentar. nostrum.

PP. Anno 377. *l. 6. de officio Rectoris Prouinc.* Dat. Moguntiaco.

A. D. 378. Italiæ *l. vnic. victum ciuiliter.* vbi vide *not. b. l. 7. de fide testium.* Dat. Treu. *l. 2. Cod. Iust. de aduoc. diu. Iud.* Dat. Rauennæ (id est, reddita) *l. 12 de pœnis.* Dat. Treuir. Agitur *hac leg.* de *Campania:* quare hunc hoc tempore PP. Italiæ fuisse oportet. Huc etiam referenda est *l. 1. Cod. Iust. de off. Vicar.* sine die & Consule; quæ lex inscriptos habet Valent. Valentem & Gratianum. Emendanda autem forte inscriptio aut retrahenda lex ad annos 376. vel 377. Ad hunc *Antonium* quinque extant Symmachi *epistolæ libro 1.* ab *epist. 83.* Inter alias vero *epistola 83.* eum Magistrum sacrorum Scriniorum fuisse testatur: *ep.* 86. publicis curis eum occupatum fuisse scribit: & *ep. 84.* Marium ex Consulari Suburbanæ cuiusdam Prouinciæ ei commendat. Error vero est Scaligeri *in Ausonianis lectionibus lib. 2. c. 17.* Antonii huius nomen in Auxonii vbique mutantis. Consul cum Syagrio, Anno Domini 382. GOTHOFRED. Confer etiam ea, quæ congessit Noster *ad dict. leg. 11. de Med. & Profess.* initio Commentarii. Certe coniectura magni, Scaligeri magnam præ se fert probabilitatis speciem, in primis, cum incertum sit, quis ille Antonius, quem Symmachus memorat, fuerit, quosque honores, præter magisterium sacrorum scriniorum, gesserit. Verum cum & MSS. & impressi Codices in dictis legibus constantissime Antonium præferant, nil temere mutandum esse, censeo. Id autem stare non potest, quod & Noster & iam olim Iuretus ad *epist. Symmachi 86.* obseruarunt, Antonium hunc A. D 382. prodiisse cum Syagrio Consulem. Noster enim Antonius honores gessit omnes in aula occidentali Gratiani Augusti, Antonius vero is, qui laudato anno Consul fuit, in Oriente creatus est, adscenditque ad id honoris fastigium, quia Pater fuit Placillæ prioris Theodosii Aug. uxoris. Themistius enim in oratione, quæ inscribitur, *Gratiarum actio ob pacem & ob Consulatum Saturnini* anno 383. gestum, quam Harduinus publicauit, Theodosium laudat his verbis, τὴν γὰρ τοῦ γενέου ἀγχιστείαν πρώτην τιμήσας τὸν πατρόδελφον λέγω καὶ κηδεστὴν, &c. id est: *postquam enim generis propinquitati primas honoris detulisti, patruo videlicet & affini.* Vbi Patruus est Eucherius, qui anno 381. Consul fuit, affinis vero, seu, ut vox græca κηδέστης, magis proprie significat, alius non est, quam Antonius anno 382. in Oriente Consul, Placillæ Augustæ Pater. Verum est, Zosimum lib. 5. cap. 2 vocare Eucherium, τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον, id est, Imperatoris patruum, nempe Arcadii, de quo ibidem loquitur. Sed vox θεῖος, quæ proprie patruum aut auunculum significat, eo in loco propatruum, qualis erat Eucherius respectu Arcadii, significare existimat Antonius Pagius in *Critic. ad Annal. Baron. an. 382. num. 1.* quem consule etiam in *dissert. hypat. prolegom. num. 27. 28.*

ANYSIVS, sub Theodosio Iun. Comes S. L. A. D. 416. *l. 21. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop. A. D. 419. *l. 22. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop. *Anysii* quoque huius Comitis S. L. fit mentio Anno 436. in *l. vltim. de murilegulis.* An vero hic idem est, cui inscribitur Synesii *epist. 6. 14. 37. 59. 77. 78. 94.* qui tum iuuenis adhuc Dux Libyæ fuit. In quem & peculiare elogium scripsit *p. 304. Edit. Petav.* de quo & agit *initio Catastaseos*, & *epist. 57. aduersus Andronicum?*

APODEMIVS, sub Valentiniano Sen. A. D. 369. Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *l. 4. de relationibus.* Dat. Treu. Dignitatis titulo omisso. Sub Theodosio Magno PP. Illyrici & Africæ A. D. 392. *l. 21. de nauiculariis.* Dat. Constantinop. vide quæ ad eam *l. noto.* Delenda enim est Africæ vox in inscriptione huius legis.

PP. per Illyricum A. D. 392. *l. 12. & 13. de Legatis.* Dat. Constantinop.

PP. II. Illyrici & Ital. A. D. 393. *l. 51. de appellationib.* Dat. Constantinop. vide quæ dico de hac Apodemii Præfectura ad *l. 2. de Constit. Princ.*

APOLLODORVS sub Honorio Imp. Comes R. P. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. A. D. 396. *l. 32. quorum appellation.* Dat. Med. Procos. Africæ. A. D. 399. Theodoro Cos. *l. 1. de religione: l. 17. & 18. de Paganis.* Hæ leges inter se coniungendæ sunt.

A. D. 399. *l. 16 de iure fisci.* In *huius leg.* inscriptione omissus titulus dignitatis Proconf. Africæ. A. D. 400. Stilichone & Aureliano Coss. *l. 2. de superexactoribus.* Ad hunc *Apollodorum* extant Symmachi epistolæ aliquot: *lib. 8. epist. 14.* & *lib. 9. epist. 14. & 48.* quibus eum Proconsulem Africæ fuisse aperte indicat.

APOLLONIVS, sub Theodosio Iun. Comes S. L. A. D. 436. *l. vltim. de murilegulis.* Dat. Constantinop. Ad *Apollonium* Comitem extat Theodoreti *epistola 103.* & dignitate omissa *epist. 73.* quanquam ibi Magnificentiæ titulum ei tribuit. Ad Apollonium PP. data etiam *l. 16. Cod. Iust. de dignitat.* sine die & Cos. & *l. 3. Cod. eod. de discussorib.* Sed videtur hic alius esse a Nostro.

APPIVS, sub Gratiano Episcopus in Galliis ni fallor. A. D. 376. *l. 23. de Episcopis.* Dat. Treuir. Vid. *Comment.*

FL. APRONIANVS, sub Iuliano Imp. sine dignitate A. D. 363. Iuliano IV. & Sallustio Coss. *l. 3 de Suariis.* Huius legis inscriptio ita habet: *Fl. Aproniano suo salutem.* In *ea leg.* fit mentio Vrbis Romæ & Campaniæ. Hic idem Apronianus indicatur, *l 4. eod. tit.* Hic est L. Turcius Secundus *Apronianus* ille P. V. cuius auctoritas de consuetudine micandi sublata iam notissima est, quæ exstat in Corpore Inscript. Gruteri *DCXLVII. 6.* vt & alterum eiusdem edictum de Suariis *DCXLVII. 7.* vide Commentarium ad *leg. 4. de suar.* Eiusdem meminit Inscriptio alia apud Gruterum *MLXXX. 9.* Ad eundem referenda Inscriptio Fani Fortunæ, in Piceno, sita, apud Gruterum *CLXV. num. 2.* vbi L. TVRCIVS SECVNDVS APRONIANVS PRÆF. VRB. simulque filius eius Asterius memoratur. Quam Inscriptionem ex schediis vetustiss. Ambrosianis, correctiorem edidit in Corpore Inscriptionum Cl. Muratorius. Adde aliam inscriptionem apud laudatum Gruterum *CCCCLXXXVI. 7.*

Eiusdem Aproniani P. V. quem Iulianus ipse ordinauit, meminit Ammianus Marcellinus in huius Anni 363. gestis *lib. 23. cap. 1.* & An. 364. *lib. 26. cap. 3.* vbi vide eius elogium, *lib. 27. c. 3.* Vide & Martyrologium Romanum *23. Iunii*, & ibi Baronium. Eidem inscribitur Anno D. 372 *l. 5. Cod. Iust. de officio Rectoris Prouinciæ:* Nisi ibi *Ampelius* pro Aproniano substituendus. GOTHOFRED.

FREDVS. Gens Apronia, a qua familia Aproniana, celebris est apud Romanos, eiusque multi fecere mentionem inter recentiores. Sed superauit omnium industriam Card. Norisius, qui in *Cenotaph. Pisan. dissert. 4. cap. 2.* Aproniam familiam magna eruditione & perspicacitate illustrauit. Ex eo sua habet Cl. Muratorius, qui *dissertat. 1. ad Sanct. Paulin. pag. 141. Tom. I. Anecdot.* de Turcio Aproniano disserit. Memini, me ad Commentarium *l. 3. de suar.* adscripsisse Valesii obseruationem, qui Flauium Apronianum, a L. Turcio Aproniano, discernendum esse iudicabat. Gothofredus quoque Flauii nomen in inscriptione dictae legis dubium reddidit. Fuit autem Turcius Apronianus Praef. Vrb. *A. D. 339. Constantio II. & Constante Coss.* docente *Anonymo de Praef. Vrb.* & ad hunc referendam puto Inscriptionem Fani Fortunae, in Piceno sitam, vbi integro nomine *L. Turcius Secundus Apronianus Praef. Vrb.* nominatur. Dicata enim ea est Constantino M. Is vero diem supremum obiit anno 337. & sine dubio biennio post immortalia Constantini M. merita aeternitati consecrare hic Apronius studuit, quem ideo ob diuersam temporis rationem a Fl. Turc. Aproniano, qui Praefecturam tempore Iuliani gessit, diuersum etiam esse iudico.

ARBITIO, vel *Arbetio*, Consul cum Lolliano A. D. 355. sub Constantio Imp. de hoc Arbetione ex-Consule Marcellinus *lib. 26. c. 10.* Hic idem *Arbitio* est Magister militum sub Constantio: de quo multa Ammianus Marcellinus *lib. 14. c. 11. lib. 15. c. 2. 3. 4. 8.* & ad eum Cl. Valesius. Adde *Chronologiam ad an. 355.*

ARBORIVS sub Gratiano & Valentiniano Iun. P. V. A. D. 380. Gratiano V. & Theodosio I. COSS. *l. 9. de priuil. eorum, qui in sacro Palat.* Dat. Triberi *l. 16. de Pistoribus.* An hic est, cuius meminit Sulpitius Seuerus *de Vit. beat. Martin. c. 19.* & *dialog. 3. cap. 10?* De eodem agit Paulinus Petrocorius *lib. 2. de Vit. beat. Martin. v. 645. pag. 35. 36. Edit. Daumii.* Ex Ausonio *de Profess. Burdigalens. num. 17.* discimus, Arborii nomen per Gallias fuisse nobilissimum.

ARCADIVS Imperator, eiusque Consulatus sex. 1. A. 385. cum Bautone. 2. A. 392. cum Rufino. 3. A. 394. cum Honorio II. 4. A. 396. cum Honorio III. 5. A. 402. cum Honorio V. 6. A. 406. cum Probo. Vid. *Chronolog.*

ARCHELAVS sub Valente Imp. Com. Or. (γρ. Com. S. L. A. D. 369. *l. 2. de fisci debitoribus: l. 7. Cod. Iust. de vectigal.* quae legi illi 2. coniungenda est. Fuisse autem Archelaum A. D. 369. Comitem S. L. discimus ex *l. 7. de falsa moneta: l. 1. de vestibus oloueris.* Sub Constantino Magno Archelaus Comes Orientis memoratur in Actis Concilii Tyrii. Archelai Comitis Orientis sub Constantio meminit & Rufinus *lib. 1. cap. 26.* ad quem extant aliquot Libanii epistolae in MS. Regio 106. 850. & in *Edit. Wolff. III. 873.*

ARCHELAVS sub Arcadio Praefectus Augustalis A. D. 397. *l. 2. de his, qui ad Eccles. conf.* Dat. Constantinop. *l. 9. de Iurisdictione.* Dat. Constantinop. Huius meminit Hieronymus ad Pammachium *adu. errores Ioannis Hierosol. pag. 122. Tom. II. Oper. Francf. apud Christ. Genschium:* vbi *virum disertissimum & christianissimum Archelaum Comitem* vocat.

ARGYRIVS sub Constantio Praeses A. D. 349. *l. 2 de longi temporis praescript.*

ARINTHEVS sub Valentiniano & Valente Consul cum Modesto Anno D. 372. Vid. *Chronolog.* Ad Arintheum PP. est lex Gratiani, Valentiniani & Theodosii sine die & COS. *l. vltim. Cod. Iust. de Veter. numism. pot.* Hic ille Arinthus, cuius multa mentio apud Ammianum Marcellinum *lib. 15. c. 4. lib. 24. cap. 1. 7. lib. 25. c. 10. lib. 26. c. 8.* (vbi consule etiam Valesii notas) *lib. 27. cap. 5.* & *12.* De huius morte & elogiis Basilius *epist. 186. ad viduam eius.* Vid. etiam eiusdem *Epist. 202.* & *Ep. 380. ad Arinthaeum.* Meminit & Claudianus eius *in Eutropium.*

ARIOVINDVS sub Theodosio Iun. & Valentiniano III. Consul cum Aspare, A. D. 434. Ad Areouindum Patricium est Theodoreti *epist. 23.* De eo vide Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. an. 434.* & Reland. *in Fast.*

ARISTAENETVS Consul cum Honorio VI. Anno D. 404. in Oriente creatus, vt liquet ex Synesii *Ep. 132.*

ARRIANVS sub Honorio Imp. Consularis Liguriae, A. D. 396. *l. 4. vnde vi.* Dat. Mediolani.

ARSACES Rex Armeniorum sub Constantino Magno, vel sub Constantio, *l. 1. de annona & tributis.*

ARSACIVS sub Arcadio Imp. Episcopus (Constantinopolitanus) Anno D. 404. Honorio VI & Aristaeneto Dat. Constantinopol. XIV. Kalend. Decembr. *l. vltim. de his, qui super religione.* Frater Nectarii, qui his COSS. Ep. Constantinopol. creatus in locum Ioannis Chrysostomi Cucusum pulsi, vide *Chron. Alexand. bis COSS. pag. 714. 715. Edit. Rader.* vbi male ἐρσάκιος. Sed restituit veram lectionem Cl. du Fresne *in notis ad Chron. cit. pag. 571. Edit Parif. & pag. 502. Edit. Venet. inter Script. R. B.*

ARSACIVS cum Valerio & Theodoro Inspector. Eius fit mentio in Theodosii Iun. Constitutione Anno D. 415. *l. vltim. de patrociniis vicorum.* Codices tamen omnes *Tharsacius* praeferunt.

ARSENIVS, sub Constantio Imp. ex-Vicariis Praefecti Anno D. 359. Eius fit mentio, simul & exemplum proponitur in *l. 15. de Praetorib.*

ARTEMIVS Episcopus sub Gratiano Anno D. 376. *l. 23. de Episcopis.* Dat. Treueris. Ad quam legem vide quae dico.

ARTEMIVS, sub Valentiniano Sen. sine dignitate, A. D. 364. *l. 6. 7. de Poenis.* Dat. Naisso & Altino *l. 21. de cursu. l. 6. de priuil. eorum, qui in S. Palat. l. 2. de Officio Rectoris Prouinc.* Dat. Aquileiae. Fuit autem hoc anno 364. Corrector Lucaniae & Brittiorum, vt docet *l. vnic. de priuil. apparit. Mag. potestatis,* Dat. Aquileiae. & Acc. SALERNI. vid. notas *ad d. l.* Vicarius Hispaniarum A. D. 369. *l. 1. de discussoribus* & A. D. 370. *l. 2. de tabulariis.* Dat. Triu. Alius ab hoc Artemius Dux Aegypti, qui & sub Iuliano capite truncatus: de quo Iulianus *epist. 10.* Theodoretus 3. *Eccl. hist 17.* Chron con Alex. & Nicephorus. Item alius Artemius Vicarius V. Romae, sub Constantio, de quo Marcellinus, *lib. 17. c. 12.*

ASCLEPIADES sub Theodosio Iun. Episcopus Chersonesitanae ciuitatis A. D. 419. *l. vltim. de poenis.* Dat. Constantinop. Vid. Commentar. *ad dict. leg.*

ASCLEPIODOTVS, sub Theodosio Iun. Comes S. L. A. D. 422. *l. 23. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop. Consul ordinarius cum Mariniano, Anno D. 423. Vide *Chronologiam,* & Pagium *in Crit. ad an. 434.* PP. A. D. 423. Asclepiodoto & Mariniano COSS. *l. 35. de erogat. mil. ann. l. 6. de itinere muniendo: l. 25. de Iudaeis: l. 2. de Terris limitaneis:* vbi titulus ita habet, *Asclepiodoto PP. & Consuli ordinario l. 5. de militari veste: l. 2. de fructibus & litium exp. l. 67. de appellationib. l. 9. de reparat. appellat. l.* 28. de

l. 28. de cohort. l. 3. de adsessorib. Dat. Constantinop. *l. 26. & 27. de Iudæis: l. 22. 23. 24. de Paganis: l. 59. 60. 61. de hæreticis: l. 2. de prædiis & mancip. Curial. l. 5. ne Christianum mancip. l. 184. de Decurionibus: l. 14. de priuil. eorum, qui in sacro Pal.* Dat. Constantinop.

A. D. 424. Victore V. C. Cos. *l. 7. de testamentis: l. 7. de inoffic. testam. l. 5. de conlat. donat. l. 7. de Cognitor. & Procurator. l. 1. de actionib. certo temp. fin.* Data Constantinop.

A. D. 425. *l. 5. de Spectaculis.*

ASELLA vel potius ASELLVS, sub Gratiano, Valentiniano & Theodosio A. D. 379. *l. 1. de Palatinis S. L.* Dat. Sirmio.

An hic Fl. Eugenius *Asellus* Præf. Vrbi in vet. inscript. Romæ in Basi columnæ, apud Gruterum *CXCIII. 6.*

ASPAR Consul cum Ariouindo A. D. 434.

Ad Asparem Consulem & Patricium est Theodoreti *Epist. 149.* Consule Em. Baronium *in Annal. ad an. cit num. 15.* it. *ad an. 425. num. 2. & 431. n. 138.* & Relandum *in Fast. ad an. 434.*

ASTERIVS, sub Arcadio Comes Orientis A. D. 397. *l. 36. de operibus publicis: l. 7. de Aquæductu.* Iungendæ sunt inter se.

A. D. 398. *l. 1. si secundo nups. mulier.* Dat. XVI. Kal. Mart.

Asterii huius Comitis Orientis hoc ipso Anno 398. imo & mense Februario, meminit Sozomenus, *lib. 8. cap. 2.* (quem locum vide excerptum in Commentar. *ad leg. 36. de Oper. publ.*) vbi eius industria factum narrat, vt Ioannes Chrysostomus Antiochia Constantinopolim transferretur. Quam ipsam rem memorat & Palladius *in vita Chrysostomi*, & Georgius Alexandrinus *in eiusdem vita*, & Leo Imp. *in eius vita, cap. 11.* & Simeon Metaphr. *cap. 15.* vbi eum quidem de nomine non designant, verum per *Comitem Antiochiæ* indicant.

ATTALVS, & Attali Tyrannis sub Honorio indicatur A. D. 410. *l. 2. de litorum & itin. custod. & l. 11. 12. de indulg. criminum.*

ATTICVS (F. Auitianus) sub Iuliano sine die & Cos. *l. 1. Cod. Iust. de diu. præd. Vrbanis.*

ATTICVS sub Gratiano, Valentiniano & Theodosio PP. A. D. 384. Richomere & Clearcho Coss. *l. 12. de lustrali conlat.* Dat. Med. Sub Arcadio & Honorio Consul vna cum Cæsario A. D. 397.

Ad hunc *Atticum* extant Symmachi *epistolæ* quinque *lib. 7.* puta *epist. 30. 31. 32. 33. 34.* qui & *d. epist. 30.* Consulatus eius meminit.

AVITIANVS sub Iuliano Imper. Vicarius Africæ A. D. 362. *l. 1. de indulgent. debitor. l. 15. de cursu publ. l. 2. de itinere muniendo: l. 7. Cod. Iust. de ædific. priuatis.* Hæ leges inter se coniungendæ sunt. Acceptæque Carthag. A. D. 363. Iuliano & Sallustio Coss. Forte ad eundem data *l. 1. Cod. Iust. de diu. præd. Vrbanis:* quæ præfert ad *Atticum.*

Auitiani huius Vicarii (Africæ scilicet) meminit Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 7.* in gestis Anni 367. Auitianus Comes apud Sulpitium Seuerum *dialogo. 3. cap. 4.* memoratur.

AVRELIANVS sub Valentiniano Sen. Præfectus annonæ A. D. 367. *l. 5. de prædiis nauicular.*

AVRELIANVS, sub Theodosio Magno P. V. A. D. 393. Theodosio III. & Abundantio *l. 4. de Senatoribus & glebali collat. l. 11. de annonis ciuicis: l. 29. & 30. de operibus publicis: l. 26. de Prætoribus: l. vltim. Cod. Iust. de Tutoribus & Curatoribus Illustrium.* Dat. Constantinop. *l. 3. de Constitutionibus Principum: l. 130. de decurion. l. 131. eod. tit.* vbi de Antiochia & Tatiano, it. *l. 132. 138. l. 1. de præd. Senator.* & quanquam nonnullæ leges hoc anno 393. præferant PP. dignitatem, emendandæ tamen illæ sunt, cum Aurelianus P. V. & Rufinus PP. Orient. fuerit. vide quæ dicta sunt *in Commentar. ad leg. 131. de decurion. & not. h. ad leg. 1. de præd. Senator.*

Sub Arcadio Imp. PP. A. D. 396. *l. 5. de legitimis hæreditatibus: l. 1. vnde liberi.* Datæ Constantinopol. & iungendæ inter se. In *citat. leg. 1.* autem dicitur P. V. PP. A. D. 399. *l. 17. de pœnis: l. 2. de Maiuma.* A. D. 400. Consul cum Stilichone. Ad hunc Aurelianum sunt Synesii *epistolæ 31. 34. 38.* vbi *ep. 31.* μεγάλην ἀρχὴν ei tribuit, eundemque μεγαλοπρεπέστατον vocat: eidemque ait omnes ciuitates ob merita gratias agere. Huius eiusdem Aureliani ὑπάρχȣ meminit & Philostorgius *l. 11. Eccl. hist. cap. 6. in fin.* in iudicio de Eutropio Anno 399. vide & Chronicon Alexandr. A. 406. 414. D. 415. De eodem est & vetus epigramma ἀνθολ. *lib. 4. c. 4.* de quo ad *l. 4. de Senatoribus & glebali collat.* Adde & dicta *ad l. 17. de pœn.*

Aurelianus hic sub Theodosio Iun. Com. (γρ. PP.) Ori. A. D. 415. *l. 1. de Decurion. & Silent.* Dat. Constantinop. In Cod. Iust. editum male, *Com. Ord. pr.* Iungitur in *huius legis* inscriptione secundo loco inter Vrsum P. V. & Strategium PP. Illyrici.

PP. II. A. D. 415. *l. vltim. de peculatu: l. 8. de donationibus: l. 10. de indulgent. debitor. l. 4. de pascuis:* in cuius *leg.* inscriptione additur, *& Patricio. l. 22. de Iudæis: l. 57. 58. de hæreticis: l. vltim. de patrociniis vicorum: l. 4. seu vltim. de incestis nuptiis.*

A. D. 416. PP. II. *l. vltim. de Salgamo: l. 21. de Paganis.* PF. P. Post alia. Sine die & Consule *l. 14. Cod. Iust. de omni agro deserto.* Huius Aureliani II. PP. meminit Anno 414. & 415. Chronicon Alexandrinum *pag. 309. Edit. Paris.* & *pag. 246. 247. Edit. Venet. inter Script. Byzant.* ἀπὸ Αὐρηλιανȣ͂, inquit, δὶς ἐπάρχȣ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων καὶ πατρικίȣ: *ab Aureliano iterum Præfecto sacri Prætorii & Patricio.*

AVRELIANVS sub Arcadio Imp. Procos. Asiæ A. D. 395. *l. 28. de hæret.* videtur fuisse superioris filius. Vid. *not. c. ad dict. l.*

AVSONIVS sub Gratiano PP. (Galliarum) A. D. 378. *l. 35. de cursu* Dat. Triuer.

Ausonii Præfecturam Prætorianam indicat Symmachus *l. 1. epist. 12. 16. 20.* ad eum scribens, cuius verba ibi ad Ausonii Consulatum male nonnulli referunt. Ipsemet Ausonius Præfecturam suam memorat, & in *Gratiarum actione cap. 17. (al. 12.)* & in *præfat. ad Syagrium v. 36.* & in *Epicedio in Patrem Iulium. v. 42. Præfectus*, inquit, *Gallis, & Lybiæ & Latio:* ac nominatim Præfecturam Galliarum hoc ipso tempore in dicta *Gratiarum actione ad Gratianum* memorat: *Agant pro me gratias voces omnium Galliarum, quarum Præfecto hanc honorificentiam detulisti.* Consul cum Olybrio, A. D. 379. Symmachus quoque huius Ausonii Consulatus meminit *lib. 1. epist. 14. & 15.*

AVTHARITVS, vide *supr. Abtharitus.*

AVXENTIVS sub Constantio Imp. Præses Augustamnicæ A. D. 342. *l. 34. de Decurionibus.* Dat. Antiochiæ.

AVXONIVS sub Iuliano Imper. Corrector Tusciæ A. D. 362. *l. 6. de Numerariis.* sub Valente Vicarius diœceseos Asianæ Anno D. 365. *l. 69. de Decurionibus.* In *hac lege* perperam Iuretus in Symmachi *epistola 53. lib. 3.* Ausonii nomen reponit.

PP. A. D. 365. (imo A. D. 368.) *l. 1. de fisci debitorib. l. 2. de militari veste: l. 4. de murilegulis.* Dat. Marcianop.

A. D.

A. D. 369. *l. vnic. de classicis.* Dicitur data Indictione XII. Eaque *leg.* agitur de classe Seleucena, de Comite Orientis & de fluuio Oronte. *l. 15. de erog mil. ann.* Dat Marcianop. Eadem lex relata in Cod. Iust. *l. 4 ejus tit.* & in ea fit mentio Betorinorum castrorum. vid. *Commentar. ad dict. l. 15. l. 2. de legitim. hereditat.* Dat. Constantinop.

A. D. 370. *l. 2. de patrociniis vicorum.* Referendam puto *hanc legem* ad An. 368.

Hic *Auxonius* plane alius est ab Ausonio, quos tamen commiscent Viri Docti, etiam Iuretus. Meminit huius Auxonii P P. qui a Valente Marcianopoli Sallustio P P. suffectus, Eunapius *in vita Maximi p. 109. Edit. Commelin.* Zosimus, *lib. 4 cap. 10.* Philostorgius, *lib. 9. histor. Eccl. cap. 8. & 11.* cui Modestus in Præfectura suffectus, eodem Philostorgio & Zosimo teste.

AVXONIVS sub Theodosio Magno Proconsul Asiæ. A. D. 381. Eucherio & Syagrio Coss. *l. 3. de fide Catholica.* Et hic Auxonius cum Ausonio perperam commiscetur a Iureto *Not. in Symmach. Ep. 53. lib. 3.*

B

BAPPO sub Valentiniano P. V. A. D. 372. Modesto & Arintheo Coss. *l. 21. de Prætoribus.* Dat. Nasonaci. Bapponis Tribuni meminit Marcellinus, *lib. 15. cap. 4.* in An. 354. Nescio, an idem sit cum nostro Præf. Vrb. Valesius autem ad Marcellin. *loc. cit.* errat, statuens, Bapponem fuisse Præf. Vrb. Constant. in cit. *leg. 21.* enim expressa mentio fit Vrbis Romæ. vid. *not. a. ad leg. cit.*

BASILIVS sub Gratiano & Valentiniano Iun. Consul (γρ. Com. Sa. L.) A. D. 379. *l. 1. qui bonis cedere.* PP. Rom. vid. Commentarium *ad h. leg.* Dicitur autem Comes S. L. A. D. 383. Merobaude II. & Saturnio Coss. *l. 101. de Decurionib.* Dat. Rom. *l. 40. de appellat.* Dat. loco non addito. Hic est ille Basilius, de quo A. 384. Symmachus, *lib. 10. epist. 47.* Patet autem ex subscriptionibus legum superiorum, eum fuisse Com. S. L. per occidentem.

BASILIVS sub Honorio P. V. A. 395. Olybrio & Probino Coss. *l. 1. de oblatione votorum.* Dat. Med. III. Non. Mart.

BASILIVS sub Arcadio & Honorio Com. S. L. A. D. 407. *l. vltim. de immunitate concessa,* quæ lex in subscriptione dicitur, *Prælata literis Viri Illustris Comitis sacrarum largitionum.*

De hoc accipiendum videtur, quod Zosimus scribit *lib. 5.* in gestis Anni 408 *cap. 40.* quem & Hispanum facit.

BASSVS sub *Constantino Magno* A. D. 313. PP. *l. 3. Cod. Iust. si contra jus* Dat. Kalend. Octob. Constantino A. III. & Licinio Cæs. III. Coss. Forte referenda ad A. 319. PP. *al.* P. V. A. D. 316. Sabino & Rufino Coss. *l. 1. Cod. Iust. de legibus.* III. Non. Decemb.

P. V. 317. Gallicano & Basso Coss. *l. 2. ad L. Iuliam de vi publica.* Dat. VI. Id Mart. γρ. Maji Rom. *l. 7. de appellat.* Dat. VIII. Id. Iun. Sirmio. Item A. D. 319. Constantino A. V. & Licinio Cæs. Coss. *l. 8. de appellation.* PP. IV. Kalend. April. Rom. *l. 1. de emendat. seruorum.* Dat. V. Id. Maji Rom. *l. 1. de his, qui a non domino.* Prop. Idibus Iul. *l. 3. ad L. Iul. de vi publica.* PP. Prid. Non. Octobr. Rom. *l. 4. de donationibus.* Dat. Non Octobr. *l. 23 Cod. Iust. de Procuratorib.* Dat. XIII. Cal. Iul. *Bassus* hic integro nomine *Septimius Bassus* fuit. P. V. ab Idibus Maji Anni 317 ad Kal. Sept. 319. vt discere est ex Notitia veteri Præfectorum Vrbis, quam supra edidimus.

PP. A. D. 319. *l. 1. de Tutoribus.* Dat. IV. Id. Octobr. Aquileia. Vid. ibi *not. c.* A. D. 320. Constantino A. VI. & Constantino Cæs. Coss. *l. 3. de Episcopis: l. 1. de postulando: l. 2. Cod. Iust. de adsessoribus,* qua *leg.* agitur de Præsidibus. Male ibi *P. V.* editum.

P. V. (γρ. PP.) A. D. 321. *l. 3. de temporum cursu: l. 1. si pendente appellat. l. 3. de maleficis: l. 1. de legitimis heredit.* vid. *not. b. ad cit. leg. 3. de temp. curs.* PP. sine die & Coss. *l. vltim. Cod. Iust. de ordine cognit.* Hic idem Bassus videtur, cuius meminit Porphyrius *in Panegyrico carm. 11.*

BASSVS sub Constantino Magno Vicarius Italiæ A. D. 326. *l. 1. si quis eam, cuius tutor.* Retraho *hanc leg.* ad A. 320. Vide Commentarium. Eodem anno ad Bassum data *l. 2. de hæreticis* Spoleti, dignitate non addita. Dicitur autem, Præfectus Prætorio, expansis literis A. D. 327. *l. vlt. Cod. Iust. comminationes, epistolas.* Subscriptio habet, *Constantio A. VI. & Maxim.* quæ emendanda ex Fastis. A. D. 329. *l. 2. de integri restitutione,* data ad Bassum, dignitate non addita. Verum in Cod. Iust. *leg. 5. de temp. in integr. rest.* quæ ex hac desumta est, additum PF. P. recte; nam colligimus ex ipsa lege & eius subscriptione, eum tum fuisse Præf. Præt. Ital. Occurrit A. D. 330. *l. 2. finium regund.* data ad Bassum P. V. verum id stare non potest, cum eo anno Petronius Probianus P. V. fuerit. Restituendum ergo ibi PF. P. aut in lege Consulatus emendandus est. Vid. ibi *not. c.* Prius malo, cum etiam sequente Anno 331. Bassus Præfecturam gesserit, docente *l. 3. de liberal. caus. l. 1. de Off. Præf. Prætor.*

Consul cum Ablauio Anno Domini 331. vid. *Chronolog.* Vbique Anno 327. 329. 330. 331. retinendum vel restituendum *P P.* neque enim Bassus per eos annos Præfectus Vrbi fuit, verum alii, quos memorat vetus Notitia Præfectorum Vrbis.

BASSVS sub Honorio Imp. Consul cum Philippo Anno D. 408. Vide Fastos Cl. Relandi.

BASSVS sub Valentiniano III. Cæsare Comes R. P. 425. *l. 64. de hæreticis: l. 47. de Episcopis.* Dat. Aquil. Vid *not. c. ad hanc leg.* Videtur enim rescribendum PF. P. Sub Valentiniano III. Imp: PP. 426. *l. 1. de conductor. & hominibus domus Augustæ. l. 3. seu vlt. de libertis: l. 7. de Apostatis: l. 28. de Iudæis.* Dat. Rauennæ. Sine die & Coss. *l. 21. Cod. Iust. de nuptiis, & l. 14. Cod. eod. de dignitat.*

An. D. 431. Consul cum Antiocho. Integro nomine *Anicius Bassus* dicitur, eratque ex familia Anicia Romæ hoc tempore clarissima. Vid. Pag. *in Critic. ad an. cit.* & *Chronolog.*

BATHANARIVS, sub Honorio Imp. Comes Africæ Anno D. 401. Vincentio & Frauitta Coss. *l 18. de bonis proscriptorum.* Meminit huius Bathanarii Comitis Africæ Zosimus, *lib. 5.* in gestis Anni 408. *cap. 37.* qui eum τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν (ἡγέμενον) id est, *Comitem Africæ,* diserte facit. Cuius & uxorem Stilichonis sororem fuisse ait: eidemque, post Stilichonem cæsum, occiso Heraclianum in ea dignitate suffectum scribit.

ÆLIA Bauonia sub Valentiniano Sen. 365. *l. 6. de pactis.* Inter cætera.

BAVTO Consul cum Arcadio A. I. Anno D. 384. Huius Consulatus Bautonis meminit Symmachus ad eum scribens, *lib. 4. epist. 15.* ad quem alteram quoque epistolam scribit, puta 16. & Augustinus *lib. 3. contra literas Petiliani, c. 25.* De hoc Bautone Franco dixi ad Philostorgium *lib. 11. cap.*

6. egit & Valesius lib. 2 de gestis vet. Francorum *pag. 62. 63. 64.* Iuretus in Symmacchi *lib. 4. epist. 15.* & Pagius in *Critic. ad Annal. Baron. ad an. 395. num. 3.*

BENAGIVS, sub Theodosio Iuniore Melloproximus, vt videtur Scrinii Memoriæ A. D. 416. *l. 17. de proximis.* Dat. Constantinop.

BENIGNVS sub Honorio Imp. Vicarius Vrbis Romæ A. D. 399. *l. 162. de Decurionibus: l. vltim. quibus equorum vsus.*

A. D. 400 *l. 26. de susceptoribus.* Videtur antea Præses fuisse Sardiniæ, de quo Symmachus, *lib. 9 ep. 39.*

BERONICIANVS vide *infr. Veronicianus.*

BONOSVS sub Constantio Imp. Magister Equitum (militum *in aliis*) A. D. 347. *l. 1. de bonis militum.* Dat. Hierapoli. vid. *not. b. ad leg. cit.*

BONOSIANVS sub Honorio Imp. P. V. A. D. 409. *l. vlt. de decuriis Vrbis Romæ* & A. D. 411. *l. 48. de operibus publ.* Dat. Rau.

BRAXIVS sub Constantio Imp. Proconsul A. D. 356. in subscriptione *l. 8. & 9. de Prætorib.* Dat. Med. *Lecta a Braxio Proconsule.* Vide Commentarium *ad dict. leg.* ibique coniecturas de Proconsulis dignitate.

BVBVLCVS sub Valentiniano III. Comes Spectabilis, Legatus Proconsularis Prouinciæ A. D. 429. *l. 186. de Decurionib.* Dat. Rau. Eiusdem mentio fit eodem Anno 429. *l. 34. de annona & trib.* (vbi tamen male editum est, *Bubulus*) quæ data est *ad Celerem*, Proconsulem scilicet Africæ.

BVLEFORVS, siue Bulephorus, Rationalis summæ rei. Dat. XVI. Kal. Mart. Licinio Coss. *l. 7. Cod. Iust. vbi causæ fiscales.* Sed hunc longe diuersum ab eo esse oportet, qui sub Valentiniano Imp. Consularis fuit Campaniæ. A. D. 364. *l. 1. quorum vsus interdictus: l. 2. quibus equorum vsus.* Item A. D. 365. *l. 24. de cursu publico.* Forte emendanda in Cod. Iust. subscriptio.

C

CÆCILIANVS sub Constantio PP. A. D. 359. *l. 47. de Decurionib.* Verum error ibi admissus, vid. *not. c. ad dict. leg.* Sub Honorio Imp. Vicarius A. D. 404. *l. 4. Cod. Iust. de adsessoribus.* Forte hic est, ad quem extat Symmachi *epist. 47. lib. 9.* cuius fine Iudicem eum fuisse indicat. PP. A. D. 409. Honorio VIII. & Theodosio III. Coss. *l. 8. Cod. Iust. de defensorib. ciuit.* vbi male editum *Cæcilio PP. l. vlt. de maleficis: l. vlt. de abolitionib. l. 5. & 6. de exhibendis reis: l. 7. de custodia reorum: l. 2. vt intra annum crim. act. l. 3. de superexactionib. l. 1. ne pastoribus dentur: l. 13. de fide testium.* Eiusdem quoque fit mentio Anno 414. *l. 33. de erogat. mil. ann.*

Meminit huius Cæciliani PP. in gestis Anni 309. Zosimus *lib. 5.* ὁνώριος παραλύσας Θεόδωρον τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς Κεκιλιανῷ ταύτην παρέδωκεν, *Honorius, Theodoro Præfectura Prætoriana dejecto, Ceciliano eam tradidit*, vbi Interpres *Præfecturam Vrbanam*, male vertit. Hic paulo ante a Senatu Romano ad Honorium Imp. missus fuerat Rauennam, vna cum Attalo & Maximiano, deplorando Vrbis Romæ statui, Zosimus, *d. loco.* Ad hunc quoque extat Augustini *Epistola 259. siv. 151. Edit. Benedictin.* vbi perperam Præses vocatur. Hic & Præfectus annonæ antea fuisse videtur: de quo Symmachus, *lib. 3. epist. 36.*

COELESTINVS sub Constantio Imp. Consularis Beticæ A. D. 357. *l. 3. de bonis proscript.*

CÆSARIVS sub Valente Imp. Comes R. P. A. D. 364. *l. 8 de jure fisci.* Gregorii Nazianzeni frater hic fuit: cui is exprobrat *epist. 17.* seu *51.* quod honorum & pecuniarum amore delinitus Comes R. P. factus fuerit: non tamen sub Iuliano, quod nonnulli censent, & in his etiam Baronius. Patet enim ex *Orat. Io.* Nazianzeni *in laudem Cæsarii pag. 167. 168.* cum a Iuliano, ut Christianum, & tum Constantinopoli inter Archiatros principem locum tenentem, magno fuisse odio exceptum. Sub Valente postea Com. R. P. fuit, quod probat laudata *oratio Io.* Nazianzeni *pag. 169. Edit. Colon. siv. Lips. apud Weidm.* quo loco eam dignitatem vocat τὴν οὐ πολλοστὴν ἀπὸ βασιλέως ἀρχὴν, *potestatem ab Imperatore haut postremam*, & in *Carmine de vita sua, pag. 6. Tom. 2. Oper. edit. Lips.* ταμιείων πίστιν, *rerum priuatarum curam.* Auctor etiam vitæ Gregorii Nazianzeni, quæ præmissa est Operibus, *num. 20.* Cæsarium ait, fuisse, ἐπιμελητὴν τῶν θησαυρῶν, *curatorem Thesaurorum*, seu ταμίαν τῶν δημοσίων χρημάτων, *administratorem rerum priuatarum.* Denique Gregorius Nazianzenus *Epistol. 18.* siue *32.* ad *Sophronium* ὕπαρχον fratris Cæsarii meminit, & queritur de direptis eius mortui bonis. Vide etiam dicta in *Commentar. ad leg. 8. de jur. fisci*, & si quid errore typothetarum peccatum ibi, hinc restitue & emenda. Cæsarium quoque hoc tempore cum Procopius tyrannidem arripuisset, Præfectum Vrbis Constantinop. fuisse ajunt Ammianus Marcellinus, *lib. 26. cap. 7.* in gestis Anni 365. Zosimus, *l. 4. cap. 6.* Ad eundem extat Basilii *epist. 362.*

CÆSARIVS sub Theodosio Magno Magister Officiorum Anno Domini 389. Timasio & Promoto Coss. *l. 49. de cursu publ.* Dat. Valentiæ. Hic est ille Cæsarius Magister Officiorum, qui in negotio seditionis Antiochenæ a Theodosio Magno Antiochiam missus fuit: de quo Theodoretus *lib. 5. cap. 19.* Chrysostomus *de Statuis ad popul. Antiochen. Homil. 17. pag. 170. Tom. II. Oper Edit. Benedict.* Ad hunc ipsum Cæsarium Magistrum super hac ipsa re extat Libanii *oratio 20. pag. 515.* Edit. Morelli. Sub Arcadio PP. A. D. 395. Olybrio & Probino Coss. *l. 27. de hæretic. l. vnic. de grege dominico.* Dat. Constantinop. *l. 150. de Decurion.* Dat. Constantinop.

A. D. 396. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. *l. 14. & 15. de bonis proscript. l. 1. de jure liberorum: l. 2. de prædiis Senatorum: l. 9. de indulgent. criminum: l. 14. de Paganis.* Dat. Constantinop. *l. 34. l. 35. de operibus publicis.* PP. Regio. *l. 7. de proximis: l. 10. de Agentibus: l. 6. de Apostatis.* Dat. Constantinopol. *l. 21. de erogat. mil. ann. l. 31. 32. de hæretic. l. 1. de Maiuma.* Dat. Constantinop.

A. D. 397. Cæsario & Attico Coss. *l. 1. de ambitu. l. 1. de superexact. l. 9.* & *10. de proximis: l. 8. de Senatoribus & glebali collation. l. 13. de Iudæis: l. omnes, de his, quæ administr.* Dat. Constantinop.

A. D. 398. Honorio A. IV. Eutychiano Coss. *l. 32. de Episcopis.*

A. D. 400. Stilichone & Aureliano Coss. *l. 1. de adsessoribus* Dat. Constantinop.

A. D. 401. Vincentio & Frauitta, *l. 62. de cursu publ.* Ad hunc Cæsarium PP. data *l. 2. Cod. Iust. de alluuionibus*, sine die & Consule, quæ tribuitur Arcadio, Honorio & Theodosio. Agitur ea *leg.* de *Nili* fluminis inundatione. Cæsarii etiam nomen præferunt nonnulli Codices in *l. 4 Cod. Iust. de divers. præd.* qua de fundis templorum agitur. Huius Cæsarii PP. qui Rufino successit, meminit Philostorgius *l. 11. cap. 5. histor. Eccles.* Consul fuit cum Attico Anno D. 397. GOTHOFREDVS. De Consulatu Cæsarii in *Chronologia*, diximus. Panvinius Cæsarium inter *Flavios*

vios retulit, sed nulla auctoritate, notatus ideo a Cl. Reinesio *Ep. 69.* ad Rupertum. Idem Reinesius ibidem hoc marmor producit,

ROMAE.
MATRI. DEVM. MAGNAE.
IDAEAE. SVMMAE. PA
RENTI. HERMAE. ET. ATTIDI.
MENOTYRANNO. INVICTO
CLODIVS. HERMOGENIANVS.
CAESARIVS. V. C.

& eius auctoritate Consuli Cæsario adserit nomen familiæ. Verum, quamvis & ipse in ea olim opinione essem, cum Chronologiam restituerem, iam tamen alia omnia sentio. Fuit enim Cæsarius noster sine dubio in Oriente natus, ubi & honores gessit, quod vides ex iis, quæ hic Gothofredus cumulauit. Cæsarii etiam nomen in Oriente frequens fuit, quod testantur plurima Græcorum Patrum loca, & fidem facit Cæsarius, Gregorii Nazianzeni frater, de quo paullo ante. Marmor autem a Reinesio productum, ad Occidentem pertinet, vbi *Clodii*, *Hermogeniani*, & cum iis coniuncti *Olybrii*, innotuerunt, & honoribus gestis exsplenduerunt, quod Index Gruterianus docebit. Miror, Cl. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. ad an. 397. num. 1.* statuisse, liquere ex Chronico Alexandrino, Cæsarium nostrum fuisse Consulem Orientalem & Præfectum. Verum quidem est, in Chronico laudato *pag. 319. Edit. Parif.* & *pag. 254. Edit. Venet.* ad Consulatum Marciani & Adelphii, *anno 451.* legi, Cæsarium Consulem καὶ ὕπαρχον (quod interpretatur Pagius, *Præfectum Vrbi*) struxisse Constantinopoli templum in honorem Sancti Thyrsi: sed bene monuit Cl. du Fresne *in Observat.* hunc Cæsarium longe alium esse a nostro, qui an. 397. Consul in Oriente prodiit, ob diversissimam temporum rationem, & obscurum esse, quis ille Consul & Præfectus, ab auctore Chron. Alexandr. laudatus, fuerit, cum hac tempestate nullus in Fastis hac nomenclatura Consul occurrat.

CALLEPIVS, sub Constante Rationalis trium Prouinciarum Anno D. 340. *l. de petitionibus.* Dat. Naisso.

CAMENIVS, sub Valentiniano Iun. Vicarius Africæ. A. D. 381. *l. 84. de Decurion.* Vid. ibi *not. b.* & obserua, Carterium, quem laudat Symmachus, forte reponendum esse.

CASSIVS, sub Constantino Magno P. V. A. D. 316. *l. 3. de donation.* Hic est Iulius Cassius, qui vice Septimii Bassi P. V. cognouit ex die 3. Idus Iulii in Idus Augusti, vt refert Vetus Notitia Præfectorum Vrbi Anno 318.

CASTINVS A. D. 424. Consul cum Victore. Vid. Pagi *in Critic. ad Annal. Baron. an. cit.*

CATAFRONIVS, sub Valentiniano Imp. Vicarius Italiæ A. D. 370. *l. 31. de cursu publico: l. 2. ne opera a conlat.*

Sine dignitate A. D. 377. *l. 24. de Episcopis.*

CATERVIVS sub Gratiano, Valentiniano & Theodosio Comes S. L. A. D. 379. *l. 3. de Palatinis S. L.* Dat. Bauxare.

CATVLLINVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 314. *l. 2. de appellat. l. 1. quorum appellationes: l. 1. de pœnis.* Vide ibi *not. b.* qua probatur, hoc anno fuisse Consularem Byzacenæ. Proconsul Africæ fine Anni 315. *l. vnic. de frumento Karthag.* Anno 316. *l. 2. de donationibus.* *Aconius Catullinus* vocatur *his ll.* Anno 317. *l. 1. de vi publica.* A. D. 318. *l. 4. Cod. Iust. de dilationibus:* A. D. 319. *l. 1. de extraordin. mun.* Sed referendæ forte hæ leges ad annum 315. Vid. *not. d. ad dict. leg. 1.* Sub Constante Vicarius Africæ. A. D. 338. *l. 24. de Decurionibus.* Acc. Karthagin. Aconius Catullinus vocatur *hac leg.*

l. 26. de Decurionib. Catullinus simpliciter *hac leg.* vocatur.

l. 2. de honor. codicillis. *Aconius* simpliciter vocatur *hac leg.* & dicitur Acc. Thamugadi, quæ vrbs Mauritaniæ Tingitanæ est.

l. 5. de operibus publ. vbi inscriptio sic habet: *Haue Catuline K. NB.*

A. D. 339. *l. 4. quorum appellationes.* Catulinus simpliciter *hac leg.* Ad Catullinum Vicarium data *l. 7. Cod. Iust. de excusat. muner.* sine die & Consule, quæ Constantini nomen male præfert. PP. A. D. 341. *l. 1. de tabulariis: l. 31. de Decurionibus.* Eadem hæc lex est, verum his repetita.

P. V. A. D. 342. *l. 3. de Paganis.* Aconius Catullinus P. V. fuit a pridie Nonas Iulias Anno D. 342. ad 3. Idus April. 344. vt testatur vetus Notitia Præfectorum Vrbi. A. D. 349. Consul cum Limenio. Huius Aconii Catullini ex Præfecti & Consulis ordinarii mentio fit in veteribus Inscriptionibus, memoriæ filiæ eius Fabiæ Aconiæ Paulinæ, dicatis, *apud Gruterum CCCIX. 2. 3. 4.* in quarum prima, ACONIVS CATVLINVS, in secunda, ACO CATVLINVS, & in tertia, C. CATVLINVS, appellatur. Onuphrius quidem in Fastis, observante Pagio *in Critic. ad an. 349. num. 1.* probare voluit, *Aconem Fabium Catulinum*, integro nomine fuisse dictum, sed cum lapides varient, Codexque noster *Aconii* nomen expresse præferat, non *Aconem*, sed *Aconium* appellatum, existimaverim.

Sub Constantio Aug. Anno D. 354. occurrit Catulinus Proconsul Africæ in *l. 3. Cod. Iust. ad SC. Tertullian.* an is idem cum Aconio Catulino sit, non liquet.

CATVLLINVS sub Honorio V. C. eius mentio fit Anno 412. *l. vltim. de iure liberorum.* Dat. Rau.

CELER, sub Valentiniano III. A. D. 429. *l. vltim. de appellation.* Dat. Rau. Dignitatis quidem titulus hac lege omissus est, sed suppleri facile potest: agitur enim ea de Proconsule. Vid. ibidem *not. b.* *l. 34. de annona.* Agitur *hac leg.* de Africano possessore, & de Capitolio. Proconsul Africæ eodem anno, expressis verbis dicitur, *l. 185. de Decurionibus*, ex qua desumpta *l. 2. Cod. Iust. de apochis publicis.* Item *l. 186. de Decurionibus*, ex cuius legis posteriore parte desumpta est *lex 17. Cod. Iust. de omni agro deserto.* Ad hunc extant duæ Augustini epistolæ: puta *epist. 210* & *237.* siv. *Ep. 56. 57. Edit. Benedictin.*

CELSINVS, sub Constante PP. A. D. 338. *l. 4. de petitionibus honor.* Dat. Viminaci.

Sine dignitate A. D. 339. *l. 27. de Decurion.* Dat. Treu. Inscriptio sic habet, *Have Celsine K. NB.* In *ea leg.* fit mentio Karthaginis & Africæ.

A. D. 341. *l. 6. de donationibus.* Dat. loco non addito. *Aurelius Celsinus* fuit P. V. a V. Kalend. Martii Anno D. 341. ad Kal. April. 342. vt testatur vetus Notitia Præfectorum Vrbi.

DOMITIVS CELSVS, sub Constantino Magno Vicarius Africæ A. D. 315. *l. 1. ad L. Fabiam.*

Vicarius A. D. 316. *l. 1. de officio omnium Iudicum.* Ad hunc Domitium Celsum Vicarium Africæ extat Constantini Magni epistola aduersus Donatistas: vt & altera ad eundem Petronii Præfecti Prætorio, quas a P. Pithœo elatas Baronius refert *Anno 314. n. 66. & n. 70.*

CEREALIS sub Constantino Magno Præfectus annonæ A. 328. *l. 1. de mensis oleariis.* Data Nicomediæ, & Accepta Romæ.

Sub Constantio P. V. A. D. 352. *l. 9. quorum appellat. l. 5. de Paganis. l. 2. de indulg. crimin.* Neratius hic *Cerealis* P. V. fuit a 6 Kalend. Octobr. 352. ad 6. Idus Decembr. Anni 353. vt refert vetus auctor

auctor Notitiæ Præfectorum Vrbis. Meminit huius Cerealis Præfecturæ Am. Marcell. *lib. 14. cap. 11.* Fit & mentio in veteribus inscriptionibus apud Gruterum *CCXXXI. 3. & CCLXXX. 6. CCCCXLI. 3.* Fabrett. *Inscript. p. 706.* Boissard. *Antiq. Rom. Part. 3. pag. 109.* Contelor. de Præf. Vrb. *pag. 57.* Reinesius *class. XX. Inscript. CXXXI. pag. 929.* Baronius *in Annal. ad An. 353. num. 9.* vbi pariter vt in Notitia Præfectorum Vrbis, integro nomine *Neratius Cerealis* vocatur. Vetus Interpres Iuuenalis *ad Satyram* X. v. 24. 25. eius meminit his verbis: *Vsque ad Cerealem Præfectum in foro Trajani arcas habuerant Senatores, in quibus argentum aut pecunias tutius deponebant. &c.*

Consul cum Datiano A. D. 358. Vide *Chronolog.* & Relandum *in Fast.* de Cereali Coss. idem Marcellinus *d. loco*, & Hieronymus *in Epitaphio Marcellæ. Ep. 96.* Cerealis etiam meminit Symmachus *lib 10. ep. 53.*

CHILO, sub Valentiniano Imp. Vicarius Africæ, A. D. 374. *l. vlt. de excusat. artificum.* A. D. 375. *l. 16. de susceptoribus. l. 7. de prædiis nauicular.* Proconsul Africæ, ut expresse innuit *dict. l. 7.* Chilonis ex-Vicario meminit quoque Ammianus Marcellinus, *lib. 28. cap. 1.* vbi consule Doct. Valesium, qui probat, Chilonem hunc iam an. 374. fuisse Proconsulem Africæ, mendosamque esse inscriptionem *l. vlt. de excusat. artif.* cum ex Marcellino clarum sit, eum iam anno 369. vel 370. sub Olybrio PV. ex-Vicario fuisse. Adde *not. b. ad l. vlt. de excusat. artif.*

CHRONOPIVS, sub Valentiniano Imp. Episcopus A. D. 369. Mentio eius in *l. 20. quorum appellat. non recip.* quæ lex data est ad Claudium P. V. (*γρ.* PC. Afr.). Vid Comment. *ad cit. leg. 20.*

CLAVDIANVS sub Arcadio Comes Orientis A. D. 396. *l. 11. de Iudæis.* Hunc eundem cum Claudiano Poëta, putat Seldenus *de iure naturali gentium*, &c. *lib. 2. cap. 2. & 9. pag. 243.* Vid. *not. b. ad leg. cit.*

CLAVDIVS, sub Constantino Magno Præses Daciæ A. D. 321. *l. 2. de inoffic. testam.*

CLAVDIVS, sub Constantio Imper. Præfectus annonæ Alexandriæ A. D. 349. *l. 3. de Susceptorib.*

CLAVDIVS, sub Valentiniano Sen. Proconsul Africæ A. D. 368. *l. 18. de Episcopis.* Dat. Triu. *l. 12. de Pistoribus.* Dat. Triu. Male, hæ duæ leges ad Annum 365. referuntur. Possis & eas referre ad Annum 370. Vide, quæ dixi *not. h. ad cit. leg. 18.*

A. D. 369. *l. 6. de Legatis: l. 20. quorum appellationes non recip.* Huius *leg.* inscriptio perperam præfert ad Claudium *P. V.* loco *PC.*

A. D. 370. *l. 8. de lustrali collatione.* Eidem Claudio, vt puto, inscribitur *l. 2. Cod. Iust. de priuil. domus Augustæ*, vti Cuiacius edidit.

P. V. A. D. 374. *l. 22. quorum appellationes non recip. Claudii* huius P. V. meminit Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 3. & lib. 29. extremo*, in gestis Anno D. 374.

CLAVDIVS sub Valentiniano Iun. Consularis Tusciæ A. D. 389. *l. 5. de denunciatione.* Hic Claudius pater est Rutilii Claudii Numatiani, qui in *Itinerario* ita de eo *lib. 1. a vers. 579.*

Namque pater quondam Tyrrhenis præfuit aruis,
Fascibus, & Senis credita iura dedit.
Narrabat memini, multos emensus honores,
Tuscorum regimen plus placuisse sibi
Nam neque opum curam, quamuis sit magna sacrarum,
Nec ius Quæsturæ grata fuisse magis.
Ipsam si fas est postponere Præfecturam,
Pronior in Tuscos non dubitabat amor.

P. V. sub Arcadio Imp. A. D. 396. *l. 8. de proximis: l. 1. de vsu sellarum.* Dat. Constantinop. Meminit huius Præfecturæ filius eius *superiore loco.*

CLAVDIVS Plotianus, vide *infra Plotianus.*

CLEARCHVS, sub Valente Imp. Vicarius Asiæ A. D. 365. *l. 1. ne colonus inscio dom. l. 9. de Numerar.* Dat. Constantinop. In inscriptione *huius legis* in Cod. Iust. Edit. Cujac. additum PP. hoc vero Codice omissa est dignitatis nota, incertumque, utrum reponendum Vic. Asiæ, an Proconf. Asiæ, ad quam dignitatem etiam admotus est, teste Eunapio *in Vit. Maxim. pag. 106. 107.* qui auctor etiam Clearchi Vicarii meminit, *ibid. pag. 104. 105. Edit. Commelin.* Idem Eunapius *in historiis* referente Suida *voc.* Μυσώνιος, reliquit, in Vicarii dignitate Clearcho successisse Musonium, de quo agit etiam Ammianus *lib. 27. cap. 9.* & ibi Valesius. In *cit. leg. 9. de numerar.* forte mutanda subscriptio. Vid. ibi *not. l.*

P. V. A. D. 370. *l. vnic. de iure Italico Vrbis Const.* Dat. Hierapoli. Huic *legi* perperam adsignatur annus 365. Vid. *not. k.*

A. D. 372. *l. 7. de annonis ciuicis, l. 2. de studiis liberalibus. l. 20. de Prætoribus.* Iungendæ hæ duæ leges, imo & tertia superior. Huius Clearchi P. V. & aquæductus tubique ab eo extructi meminit Socrates, *lib. 4. cap. 8.* Hieronymus Chronico Anno 374. *pag. 187. Thesaur. Tempor. Scaliger.* ad Clearchum Libanii extant in Cod. Regio *epistolæ* decem 1. 2. 4. 46. 60. 83. 230. 243. 566. 708. in Latina editione quinque *lib. 1. ep. 40. 86. 87. lib. 3. ep. 133. 148.* In Editione Cl. Wolffii *1. 3. 4. 50. 65. 88. 243. 256. 582. &c.* quas vide in Indice. Sub Theodosio Magno P. V. A. D. 382. *l. 3. de Aquæductu.* Dat. Constantinop. *l. 2. & 3. de sententiis ex periculo recit.* Dat. Constantinop. *legis 3.* inscriptio male præfert PP. *l. 93. de Decurionibus.* Et hic male PP.

A. D. 383. *l. 1. vt dignitatum ordo.* Dat. Constantinop.

A. D. 384. *l. 3. de Senatoribus & glebali coll.* Dat. Constantinop. Inscriptio male præfert PP.

Forte hic idem est, cui inscribitur sine dignitate, sine die & Coss. *l. 5. Cod. Iust. de dignitatibus.* Agitur *hac leg.* de Præfecto Vrbi. Ad eundem data videtur *l. 8. Cod. Iust. de fundis patrimonial.* quamvis in vulgatis Editionibus *Nedearchi* nomen appareat. Agitur in *hac leg.* de limitaneis fundis per Mesopotamiam & Osdroënam, & vt in quibusdam MSS. est, Sophenam. Sub Arcadio P. V. A. D. 396. *l. 30. de hæreticis.* Data Constantinop. Comes Consistorianus A. D. 399. *l. vnic. de Comitib. Consistor.* Data Constantinop. P. V. A. D. 399. *l. 16. de lustrali collat.* A. D. 401. *l. 12. de proximis.*

A. D. 402. *l. 14. de annonis ciuicis.* Dat. Constantinop.

CLEOPATER sub Theodosio Iuniore Præfectus Augustalis A. D. 435. *l. 8. de Principibus Agentium in rebus.*

CLICHERIVS sub Theodosio Magno Comes Orientis A. D. 381. *l. 8. de hæret.*

COMASIVS sub Arcadio Imp. Vir Spectabilis Comes Consistorianus A. D. 399. *l. vnic. de Comitibus Consistorianis.* Dat. Constantinop.

CONSTANS Imperator. Vid. *Chron. histor.*

CONSTANS sub Theodosio Iun. Magister militum per Thracias. A. 411. vel 412. *l. vnic. de lusoriis Danubii*, Theodosio A. V. & qui fuerit nuntiatus. Sed forte ibi reponendum, Theodosio IV. Cos. Vid. *Chronolog.* Ad Constantem scripsit Synesius *Ep. 27.* forte hic idem cum nostro.

CONSTANTIANVS Vicarius diœceseos Ponticæ sub Theodosio Magno A. D. 382. *l. 42. de cursu publico.*

A. D. 383. *l. 94. de Decurionib. l. 12. de exactionib. l. 10. de hæreticis: l. 7. de desertoribus.* In *hac leg.* voca-

vocatur *Constantinus*, & in *l. 10. de haeret.* Constantinianus. PP. Galliarum sub Valentiniano Iun. A. D. 389. *l. 8. de infirmandis his, quae sub Tyr. l. 4. de legitimis haereditatib. l. 5. de proximis.* Galliarum vox *hac leg.* intercidit, quam tamen habet Codex Iustin. vbi ea repetita *l. 2. Cod. eod. tit. de prox.* & *l. vltim. Cod. de offic. diu. Iudicum.*

A. D. 390. *l. 50. de cursu publico.* data ad Praef. Praet. Galliar. cuius ibi nomen excidit, & forte reponendum *Constantiani.* Sed cum in Cod. Iust. *l. 13. de curs.* quae desumpta ex *d. l. 50.* Flori nomen appareat, vix liquet, quid sentiendum sit.

CONSTANTINVS Magnus Imperator Consul Anno D. 313. cum Licinio III. Anno D. 315. cum Licinio IV. Vid. *Chronolog.* & Reland. *Fastos.*

CONSTANTINVS Iun. Imp. filius Constantini Magni. Vid. *Chron. hist.*

CONSTANTIVS Imper. filius Constantini Magni. Vid. *Chron. hist.*

CONSTANTIVS, sub Constantino Magno & Licinio PP. A. D. 315. *l. 1. de cohort. l. 1. de cursu publico.* Acc. Caralis.

Sub Constantino Magno PP. 324. *l. 1. de infirm. his, quae sub Tyr.*

A. D. 325. *l. 11. de Decurionib.*

A. D. 327. *l. 2. de famil. ercisc.* Consul cum Albino A. D. 335. Hic est *Iulius Constantius*, Patricius, Constantini Imp. frater, vt testatur Athanasius *Apol. ad Constantium.* Item subscriptio epistolae Mareoticorum *anno 335.* scriptae, quam ex *Tom. II. Concil. general. pag. 458.* refert Relandus *in Fastis* ad an cit. & Pagius *in Critic. ad an. 334. n. 2.* Hunc Constantium etiam memorat *Auctor incertus de Vita Constantini M. pag. 713.* ad calcem Ammiani *Edit. Gronou.*

CONSTANTIVS, sub Valentiniano Sen. Imp. A. D. 374. *l. 33. de cursu publico.* Dat. Robore. An hic, ad quem scribit Libanius *epist. 713. Edit. Wolff*? Non puto.

CONSTANTIVS, sub Arcadio Imp. Comes S. L. A. D. 399. *l. 15. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop.

CONSTANTIVS, sub Honorio Imp. genere Illyrius fuit, e Panaeso Vrbe. Olympiodorus apud Photium *Cod. LXXX. pag. 194. Edit. Schotti.* Iam inde a Theodosii Magni temporibus militiae munera obiit, teste eodem Olympiodoro *loc. cit.*

1. Magister militum A. D. 412. *l. vltim. de desertorib.* Dat. Rauennae. *Hac leg.* fit mentio Africae, A. D. 414. *l. 34. de erogat. mil. ann.*

2. Consul a parte Honorii Imp. cum Constante Anno D. 414. Occidentalis scilicet, ut testatur Olympiodorus *apud Photium pag. 186. Edit. Schott.* Κωνςάντιος ὕπατος κατὰ τὴν Ῥάβενναν προέρχεται, μεθ᾽ ὃ κατὰ τὴν Κωνςαντινὄπολιν ὑπατέυει Κώνςανς. *Constantius Rauennae Consul prodit, cum quo Constantinopolitanum Consulatum Constans gerit.* Vid. *Chronolog.* & Pagium *in Critic. ad an. cit. num. 1.*

3. Comes & Patricius A. D. 416. *l. vlt. de infirm. his, quae sub Tyrannis.*

4. Consul II. cum Honorio XI. A. D. 417. v. Olympiodorum apud Photium *p. 192. Edit. cit.* ὕπατος ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος προελθὼν τὸ ἐνδέκατον, καὶ σὺν αὐτῷ Κωνςάντιος τὸ δεύτερον. *Honorius Augustus undecimum Consul creatus, & cum ipso Constantius.*

5. Consul III. cum Theodosio Aug. IX. A. D. 420. Vid. Petr. Reland. *in Fast. ad. an. 414.* & *Chronologiam ad an.* 420. ibique marmor ex Broweto adductum sublestae fidei.

6. IMPERATOR cum Honorio & Theodosio Iun. A. D. 421. Vid. Anton. Pagium *in Critic. ad An. 420. num. 2. seq.* qui id aduersus Baronii sententiam ex legibus Codicis nostri accurate probat. Adde Labbeum *in not. ad Olympiodorum*, qui de Constantii patria erudite disserit, & Olympiodorum emendat. Huic Constantio nupsit Placidia Honorii soror A. D. 417. ex quo matrimonio natus est Valentinianus III. Vid. laudatum Olympiodorum.

CONSTANTIVS, sub Theodosio Iun. Praefectus Vrbi (Constantinop.) A. D. 425. *l. 53. de operibus publicis.* Dat. Constantinop. *l. vltim. de studiis liberalibus.* Iungendae hae duae leges. Eidem inscribitur *l. vlt. Cod. Iust. de officio P. V.* (vbi vocatur *Constantinus*) sine die & Coss.

CRESCENS sub Valentiniano Sen. Vicarius Africae A. D. 371. Gratiano A. II. & Probo Coss. *l. 17. de annona & tribut.* inscripti sunt Valentinianus, Valens & Gratianus: & ex ea lege desumpta est *l. 4. Cod. Iust. de omni agro deserto*, vbi *Crescentius* male dicitur. Ad eundem Crescentem Vic. Afr. data est *lex vlt. de actorib. & procurat.* Valentiniano & Valente Coss. non adscripto Consulatus numero. Sed ea ad an 365. referri non potest, cum notum sit ex dict. *l. 17.* & ex Ammiano, *lib. 28. extremo*, Crescentem fuisse Vicarium Africae an. 370. 371. & 372. vti in Commentario ad *d. l. vlt.* pluribus docui. Hinc emendandus Consulatus, rescribendumque, aut, Valentiniano & Valente III. i. e. *an. 370.* aut Valentin. & Valente IV. i. e. *an. 373.* prius tamen malo.

CRESCONIVS sub Valentiniano Sen. Comes metallorum A. D. 365. *l. 3. de metallis.* Dat. Parisiis.

CRETIO sub Constantio Imp. V. C. Comes A. D. 350. *l. 4. de re militari.* Meminit Ammianus Marcellinus *lib. 21. cap. 7.* in gestis Anni 361. & *lib. 26. cap. 5.* Comes hic rei militaris Africae erat, vt ex Marcellino liquet. Vide ibi Valesium.

CRISPINVS, sub Constantino Magno, sine dignitate A. D. 315. *l. 2. de Decurionibus.* Item quinquennio post 320. *l. 10. de appellationibus.*

CRISPINVS, sub Honorio Imp. Comes & Magister equitum, A. D. 423. *l. 1. de rei vindicatione.* Dat. Rauennae.

CRISPVS Caesar, filius Constantini Magni, A. D. 322. de eo, vt & de Helena, agitur, *l. 1. de indulgent. criminum.* Consul I. cum Licinio V. A. D. 318. II. cum Constantino II. A. D. 321. III. cum Constantino II. A. D. 324. Vid. *Chronolog.*

CVRTIVS, sub Honorio Imp. PP. (Italiae) A. D. 407. Honorio VII. Theodosio II. Coss. *l. 5. de decuriis Vrbis Romae*, Dat. Rau. A. D. 408. *l. vnic. de officio iudic. ciuil. l. 43. de haereticis: l. 19. de Paganis.* Dat. Romae.

CYNEGIVS, sub Theodosio Magno PP. A. D. 381. Eucherio & Syagrio Coss. *l. 1. Cod. Iust. ne fideiussor dotium.* Dat. 8. Non. Septemb. Comes S. L. A. D. 383. Merobaude II. & Saturnino Coss. *l. 12. de priuil. eorum, qui in sacro Palat.* Dat. Constantinop. 3. Non. Mart. *l. 97. de Decurionib.* Dat. Constantinop. 8. Idibus Mart. Agitur *hac leg.* de dioecesi Aegyptiaca. PP. post Posthumianum, qui adhuc PP. erat fine Anni 383. per Sexennium, a medio iam mense Ianuario Anni 384. ad Annum 389.

A. D. 384. Richomere & Clearcho Coss. *l. 5. de auro coronario: l. 23. de operibus publicis: l. 13. de haereticis.* Dat. Constantinop. XV. Kal. Febr. *l. 44. de cursu publico:* (v. & *l. 11. Cod. Iust. de cursu publ.* quae ex hac desumpta est.) *l. 12. de re militari. l. 45. de cursu publico.* Dat. Constantinop. *l. 105. de Decurionib.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de Aedesenis & Osdroëna. *l. 106. de Decurionib.* Dat. Heracleae 8. Id. Iul. *l. 107. de Decurioni-*

rionibus. Dat. Veronæ. Prid. Kal. Sept. *l. 5. de contrah. empt.* Acc. Regio X. Kal. Oct. *l. 11. de metallis.* Dat. Constantinop. 3. Non. Octob. *l. 108. de Decurionib.* Dat. Constantinop. 8. Id. Nouemb.

A. D. 385. Arcadio A. I. & Bautone Coss. *l. 24. de operibus publicis: l. 46. & 47. de cursu publico: l. 109. de Decurionibus: l. 15. de accusationibus.* Vbi Cynegius hic laudatur a iustitia & æquitate. *l. 9. de Paganis: l. 10. de scenicis: l. 21. de annona & tributis: l. 4. de adulteriis.*

A. D. 386. Honorio NB. P. & Euodio Coss. *l. 9. de famosis libellis: l. 47. de appellationibus: l. 7. de sepulchro violato: l. 3. de Principibus Agentium in rebus: l. 48. de cursu publico: l. 5. de Agentibus in rebus: l. 2. de Censitoribus: l. 15. de lustrali collat. l. 111. de Decurionibus: l. 4. de proximis Comitib. l. 1. de his, qui ad statuas conf. l. 22. de annona & trib. l. 2. de vsuris: l. 20. de susceptorib. l. 2. de fugitiuis colonis: l. 1. de prædiis & mancip. Curialium: l. 21. de susceptoribus.* Agitur *hac leg.* de Armenia. *l. 115. de Decurionibus: l. 7. & 8. Cod. Iust. de officio Rectoris Prouinciæ: l. 7. Codicis eiusd. de fundis patrimon.*

A. D. 387. Valentiniano A. III. & Eutropio Coss. *l. 14. de Medicis & Professoribus: l. 116. 117. 118. de Decurionibus.* Fit quoque huius Cynegii PP. mentio hoc ipso anno *l. 19. de petitionibus,* quæ lex inscripta est Senatoribus ciuitatis Alexandrinæ. Vide ibi Commentarium, & quæ de Cynegio ex Zosimo, Idatio, Libanio dicta sunt.

A. D. 388. Theodosio A. II. & Cynegio Coss. *l. 14. de hæreticis: l. 2. de nuptiis: l. 5. de adulteriis: l. 16. de hæreticis.*

A. D. 389. Timasio & Promoto Coss. *l 5. seu vlt. tributa in ipsis speciebus: l. 23. de susceptoribus: l. 17. de cohortalibus:* vbi nominatim *Cynegius PP. per Orientem* vocatur.

Eidem Cynegio PP. sine die & Coss. inscribuntur Cod. Iust. sex leges. *l. 10. Cod. Iustin. de agricolis & censitis:* vbi inter alia mentio fit Armeniæ secundæ, Helenoponti, & Cappadociæ secundæ. *l. 1. Cod. Iust. de colonis Palæstinis: l. 5. Cod. de incestis nuptiis.* Puto, *hanc legem* referendam ad Annum 384. eandemque illi cohæsisse, qua *Consobrinorum* nuptiæ vetitæ. *l. 6. Cod. Iust. de officio Rectoris Prouinciæ,* vbi de ciuitate Phodiorum agitur & de quinque Vrbibus, quæ cæteris potiores erant, *l. 11. Cod. Iust. de cursu publico: l. 4 seu vltim. Cod. eod. de mancip. & colon. patrimon.* sine die & Consule.

De hoc Cynegio PP. Orientis. v. Libanius, *Oratione, κατὰ τῶν εἰσιόντων, p. 97. 100. Edit. Gothofred. (& pag. 434. 435. Oper. Iurid. minor. Gothofred. Edit. Cl. Trotz.)* vbi dixi. Zosimus, *l. 4. cap. 37. 45.* Idacius, *in Chronico,* Anno D. 338.

CYRVS sub Theodosio Iun. PP. (al. P. V.) A. D. 426. *l. 5. Cod. Iust. de aduoc. diu. Iudiciorum.* de Cyro PP. sub Theodosio Iuniore Euagrius *lib. 1. c. 19.* & ad eum Cl. Valesius.

CYRVS sub Theodosio Iun. Afrodisiensium Episcopus A. D. 436. Mentio eius fit *l. vltim. de annona & tributis.*

D

DAGALAIPHVS sub Valentiniano Sen. Magister militum A. D. 366. *l. 9. de Veteranis.* Dat. Veronæ. Dagalaiphus hic antea Comes domesticorum fuerat sub Constantio, Iuliano, Iouiano: testis Ammianus Marcellinus *lib. 21. cap. 8. lib. 24. cap. 1.* De eodem & *lib. 25. cap. 5.* cuius inter alios ope, consilio Valentinianus Imperator factus est, teste Philostorgio, *lib. 8. cap. 8.* Inde Magister militum sub Valentiniano, Ammianus Marcellinus, *lib. 26. cap. 1. 4. 5.* idque per Gallias, *lib. 26. c. 5.* Etiam hoc ipso Anno 366. Parisiis *lib. 27. cap. 2.* vide & de eo Zosimum *lib. 3. cap. 21.* Consul cum Gratiano NB. P. Anno 366. quem Consulatum memorat Ammianus *lib. 26. cap. 9.* Vide Fastos Relandi & *Chronolog.*

DALMATIVS. Ad hunc sub Constantino M. A. D. 324. data est *l. 1. de his, qui numero liberor.* sine dignitate. Consul cum Zenophilo An. D. 333. Dalmatius Constantini M. frater fuit, & Censor dictus: ejusdemque filius eodem nomine Dalmatius dictus, postea & Cæsar fuit, in Oriente, puta Syria & Mesopotamia. Vide Athanasium *Apolog. 2. pag. 607. Tom. I. oper. Edit. Commelin.* Socratem *lib. 1. cap. 27.* Chronicon Alexandrin. *an. 333.* & *an. 335.* Ad Dalmatium, nulla dignitate addita, A. D. 337. data *l. 7. Cod. Iust. de repud.* GOTHOFRED. Confundit patrem & filium Gothofredus. *L. 1. de his, qui numero liberor.* data ad Dalmatium Patrem Censorem, Constantini M. ex patre tantum fratrem, qui integro nomine *Flauius Delmatius Hannibalianus* vocatur, vt probat CAROL. DV FRESNE *in famil Byzant. pag. 36. 37. Edit. Venet.* & ANT. PAGIVS in *Critic. ad Annal. Baron. an. 333. num. 1.* Lex enim citata, nescio quid redolere videtur, quod ad Censoris pertinet officium, vt ipse Gothofredus in Commentario obseruat. Ad hunc Dalmatium Censorem pertinet Athanasii locus *Apolog. 2. pag. cit. Κωνςαντῖνος γράφει εἰς Ἀντιοχείαν Δαλματίῳ τῷ Κήνσωρι, Constantinus literas mittit Antiochiam ad Dalmatium Censorem,* quem locum de Dalmatio Cæsare, & filio, perperam accepit Socrates *hist. eccles. lib. 1. c. 27.* scribens: *βασιλεὺς γράφει τῷ Κήνσωρι Δαλματίῳ τῷ ἀδελφιδῷ ἑαυτȣ͂ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας διάγοντι, Imperator literas scribit ad Dalmatium Censorem, fratris sui filium, qui tum Antiochiæ in Syria morabatur.* Vide Cl. VALESIVM *in not. ad Socratis loc. cit.* & *ad Marcellin. lib. 14. c. 1.* Eundem Dalmatium Censorem memorat Chron. Alexandrin. tantum an. 335. non vero 333. vti Gothofredus putat. Verba Chron. cit. dict. an. 335. *pag. 228. Edit. Venet. int. Script Rer. Byzant.* hæc sunt, *καὶ Δαλμάτιον, τὸν υἱὸν τȣ͂ ἀδελφȣ͂ αὐτȣ͂ Δαλματίȣ τȣ͂ Κήνσωρος, & Dalmatium, fratris Dalmatii Censoris filium, &c.* Dalmatius enim, qui in dict. Chron. ad an. 333. memoratur, filius est, non pater, vt sequentia docent. Etenim reliquit Fl. Dalmatius Hannibalianus, Censor dictus, ad quem *dict. l. 1.* retuli, filios duos, *Flav. Iulium Dalmatium,* & *Flau. Claudium Hannibalianum.* Prior an. D. 333. prodiit Consul cum Zenophilo, vti accurate docuit Ant. Pagius *in Crit. ad Baron. an. cit.* & Carol. du Fresne *in familiis Byzant.* & probat elegans locus Chron. Alexandrin. ad an. D. 335. *pag. 228.* *Ἦν δὲ Δαλμάτιος ὁ υἱὸς Δαλματίȣ τȣ͂ ἀδελφȣ͂ Κωνςαντίȣ τȣ͂ εὐσεβȣ͂ς, Στρατηγὸς Ρωμαίων, καὶ ὕπατος, πρὸ τȣ͂ αὐτὸν ἀναγορευθῆναι Καίσαρα. Erat autem Dalmatius filius Dalmatii, fratris Constantini Pii, Magister Militiæ Romanorum, & Consul, priusquam Cæsaris dignitatem esset consecutus.* Hic Dalmatius a Constantino M. An. D. 335. Cæsar dictus est, vt probat Chronicon Alexandrin. *ad an. cit.* & Anton. Pagius *in Critic. an. eod.* eique, si Victorem audimus in *Epitom. cap. 41.* Thracia, Macedonia & Achaja, seu vt habet auctor Gestorum Constantini *pag. 716. in Editione Marcellini Gronov.* præfectura ripæ Gothicæ, est concessa. Gothofredus, Cæsarem in Oriente

puta

puta Syria & Mesopotamia, fuisse scribit, seductus a sæpius laudato auctore Chron. Alexandr. qui ad an. 337. hæc reliquit: Καὶ Δαλμάτιον Καίσαρα ὑιον τȣ ἀδελφȣ ἀυτȣ, ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἔτος ἄγοντα καὶ ἀυτὸν τρίτον, *& Dalmatium Cæsarem fratris filium, qui in Mesopotamia & ipse annum tertium regnauit.* Verum cum sciamus ex auctore anonymo de Gestis Constantini, alterum Dalmatii Censoris filium Flau. Claudium Hannibalianum a Constantino *Regem Regum & Ponticarum gentium* constitutum fuisse, & Victor tradat, Hannibalianum hunc, *Armeniam nationesque circumsocias rexisse*, ipse etiam auctor Chron. Alexandrin. scribat, ad an. 335. Annibalianum Regem appellatum versus Cæsaream Cappadociæ missum fuisse; rectius omnino statuimus, consentientibus tot auctoribus, Dalmatio Cæsari concessas eas Occidentis prouincias, quas supra memoravi. Et ad hunc Dalmatium Cæsarem data est *lex dicta 7. Cod. Iust. de repud. Feliciano & Titiano Coss.* i.e. A. D. 337. Naissi. Hæserunt enim Constantius & Constans eo anno, quo Constantinus M. mortuus erat, in Pannonia, diuidendi imperii causa. Inscriptio autem recte habet, *Imp. Const. & Dalmatio.* Post obitum enim Constantini M. tribus circiter mensibus, antequam diuisum esset imperium, edicta atque leges omnes, Constantini, tanquam superstitis, nomine, inscriptæ sunt, cum nullus alius esset A. in orbe. Legem denique citatam, licet subscriptum diem non habeat, dari tamen oportuit ante V. Id. Septembr. Etenim Imperii diuisio V. Id. Septembr. facta est, Dalmatius autem a Constantii factione, seditione castrensi, fuit occisus, antequam Constantius cum fratribus imperium diuisit. Illustrabit dicta Iulianus *orat. 1. pag. 19. Edit. Spanh. Lips.* vbi de mora filiorum Constantini in Pannonia perorat: Valesius *in not. ad Eusebium lib. 4. de vit. Constantin. M. cap. 71.* vbi de honoribus mortuo Constantino M. perinde ac vivo exhibitis, differit, & Anton. Pagius *in Critic. ad annal. Baron. an. 337.*

DAMASVS Episcopus Vrbis Romæ sub Valentiniano Imp. A. D. 370. *l. 20. de Episcopis.* Lecta in Ecclesiis Rom. & sub Theodosio Magno A. D. 380. *l. 2. de fide Cathol.* vbi consule Commentarium.

DARDANVS sub Honorio Imp. PP. Galliarum A. D. 409. *l. 171. de Decurionib.* Ad hunc Dardanum extat Hieronymi *epist. tom. 4. fol. 29. & 30.* siu. *pag. 47. Edit. Francf. Tom. III.* vbi in fine duplicem eius Præfecturam memorat. De hoc eodem *Dardano* PP. Galliarum Sidonius Apollinaris, *lib. 5. epist. 9.* ad quam Sirmondus veterem inscriptionem protulit, & Prosper *in Chronico an. 413.* Gessit hic Dardanus iterum Præfecturam an. D. 413. docentibus Olympiodoro *apud Photium Cod. LXXX.* in gestis an. 413. *pag. 186. Edit. Schotti*, & Prospero *ad an. cit.* in rebus Iouini Tyranni. Vide *notas ad dict. leg. 171. de Decur.*

DARIVS sub Theodosio Magno Consul. (siue Com. S. L.) A. D. 382. *l. 91. de Decurionibus.* Data Constantinop. Vide *not. b. ad dict. l. 91.*

DARIVS sub Theodosio Iun. P. P. A. D. 436. *l. vltim. de annona & trib.* Dat. Apameæ. In *hac lege* fit mentio Cyri Afrodisiensium Episcopi, *l. vltim. de Indictionibus.* Dat. Apameæ. PP. Orientis A. D. 437. *l. 4. seu vltim. de Decurionib. & Silentiariis.* Ad Darium V. illustrem extat Augustini, (qui decessit A. 430.) *epist. 262. 264.* & ipsius Darii ad Augustinum *epist. 263.*

DATIANVS V. C. Patricius sub Constantino Magno A. D. 315. Eius fit mentio in *l. 1. de annona & tributis.* In Vita Sylvestri Pontif. apud Anastasium *pag. 8. Edit. Venet.* mentio fit Domus Datiani in ciuitate Antiochia, quam obtulit siue donauit Constantinus M. B. Petro. memorat etiam Prudentius hymno 5. v. 130. seu *in passione Vincentii*, Datianum, & alius occurrit in *Martyrolog. 22. Ian.* Sed an sit idem cum eo, cuius extat memoria in *citata l. 1.* incertum est. Alius est Datianus, qui sub Constantio Imp. fuit Comes, magnæ apud Imperatorem auctoritatis, qui per epistolam Athanasium hortatus est, vt vocatus ad Constantium veniret, teste Athanasio *ad solitar. vit. ag. pag. 823. Tom. 1. Oper. Edit. Lips.* De eo etiam agit Epiphanius *hæres. 71. num 1. pag. 829. Tom. I. Oper. Edit. Colon. apud Ierem. Schrey.* Fuit hic Consul cum Cereale an. D. 358. Vid. *Chronolog.* Anton. Pagium *ad an. cit.* & Cl. Valesium *in not. ad Socrat. hist. Eccles. lib. 2. cap. 39.* Huius Datiani Patricii etiam meminit in Iouiani & Valentiniani Impp. rebus Philostorgius *lib. 8. c. 8.* Fuit hic inter amicos Libanii Sophistæ, probante Valesio ad Socratem *loc. cit.* hinc & de eodem accipio Libanium *orat. inedit.* ὑπὲρ Θαλασσίȣ, vbi inter eos, qui sub Constantio a sordidis pene natalibus ad summum honoris fastigium pervenere, Datianum citat. Consule, quæ dicta sunt in Commentario *ad dict. leg. 1. de annon.*

DECIVS, sub Honorio P. V. A. D. 402. *l. 15. de tyronibus.* Dat. Rau. Ad hunc Decium extant 25. Symmachi epistolæ *lib. 7.* ab *epist. 35.* ad *59.* inclusiue, qui de honoris gradu Præfecturaque eius Vrbana indicium facit *epist. 47. 48. 50.* Inque ea Flauiani successorem eum fuisse, *d. ep. 50.* Hunc quoque Macrobius collocutorem inducit.

DEMETRIANVS, sub Valentiniano Sen. Præfectus annonæ Africæ A. D. 369. *l. 12. de nauiculariis.* Sine die & COSS. *l. 2. de naufragiis.* Acc. Aquileiæ. Lecta actis.

DESIDERIVS, sub Theodosio Magno Vicarius Asiæ A. D. 383. *l. 1. vt intra annum crim.*

DEXTER sub Theodosio Magno Comes R. P. A. D. 387. *l. 1. Cod. Iust. ne rei dominicæ vel templorum.* Sub Honorio PP. A. D. 395. *l. 53. de cursu publico.* Dat. Med. *l. 1. de indulg. debitor.* Dat. Mediol. *Hac leg.* mentio fit Campaniæ.
l. 2. si quis pecun. conf. l. 54. de cursu publico: l. 5. de executoribus: l. 148. de Decurionib. Dat. Med. *l. 27. de Prætorib.* Dat. Brixiæ.
Dextri huius PP. meminit Hieronymus *2. Apologia aduersus Rufinum fol. 101. D.* siu. *pag. 151. Tom. II. Oper. Edit. Francf. apud Genschium. Ante annos ferme decem cum Dexter amicus meus, qui Præfecturam administrauit Prætorii, me rogasset, &c.* Hic idem est, quem idem Hieronymus *libro de scriptorib. Eccl.* (quem scripsit is Anno 392. vt testatur *cap. vltim.*) clarum apud sæculum vocat, fideique deditum, eundemque ad se omnimodam historiam texuisse scribit.

DIODORVS sub Theodosio Magno Episcopus Tarsensis A. D. 381. *l. 3. de fide Catholica.*

DIOGENIANVS, sub Honorio Imp. V. C. Tribunus voluptatum A. D. 413. & 414. *l. vltim. de scenicis.* Dat. Rum. (vel Rau.) Acc. a Tribuno voluptatum Karthagine.

DIONYSIVS sub Constantino Magno Vicariam Præfecturam agens A. D. 314. *l. vltim. Cod. Iust. de longi tempor. præsc. quæ pro lib. leg. 8. Cod. Iust. de iudiciis.* & A. D. 328. *l. 4. de famosis libellis.* PP. Tyro.
Hic ille *Dionysius* Comes est, qui in Synodo Tyria sub Constantino Magno præsedit, Anno 335. de quo Athanasius, *Apologia 2. p. 581. 611. 618. 619. Edit. Commelin. & pag. 797. sequ. Edit. Lips.*

Constantini Imp. epistola ad Synodum Tyri apud Auctorem *vitæ Constantini*, *lib. 4. cap. 42.* Socrates, *lib. 1. cap. 28.* Theodoretus, *l. 1. cap. 29.* Sub Constantio A. D. 339. *l. 4. de maternis bonis* PP. Heliopoli *l. 8. Cod. Iust. qui admitti ad bonorum possess.* Iungendæ inter se sunt hæ leges.

DIONYSIVS Cos. in Oriente A. D. 429. Vid. *Chronolog.* & Pagium *in Critic. ad an. cit.* P. Relandum *in Fast. h. a.* In *capite 176* Synodici aduersus Tragœdiam Irenæi, dicitur *Præses utriusque militiæ & Exconsul*, & apud Priscum *pag. 47. Edit. Reg.* & *pag. 32. Edit. Venet. Tom. I. Script. Rer. Byzant.* habetur, eum fuisse ex Scythia oriundum, ac Legatum missum ad Rouam Hunnorum Regem, Attilæ decessorem, cum iam antea Consulatum gessisset.

DIOTIMIVS *vel* Diotimus sub Honorio PC. Africæ, A. D. 405. *l. 2. de religione: l. 62. de appellation.* A. D. 405. *l. 39. de hæreticis:* cuius inscriptio sic habet, *Diotimo suo salutem.*

DOMETIVS Dracontius, vide *inf. Dracontius.*

DOMINATOR sub Honorio Vicarius Africæ A. D. 399. *l. 35. de hæreticis.* Proconsul Africæ sine die & Consule, *l. 2. Cod. Iust. de apparitoribus Proconsulis.*

DOMINVS, (f. *Domninus*,) sub Arcadio Primicerius Officii S. L. A. D. 408. Fit eius mentio *l. 19. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop.

DOMITIVS Celsus Vicarius, v. *supra Celsus.*

DOMNVS, Consularis Siciliæ sub Valentiniano Sen. A. D. 367. vel 368. *l. 29. de cursu publico.* Domnum quendam commendat Libanius, *lib. 3. epist. 261.* ex editis Latinis. Ad eundem scribit *epist. 277. lib. cit.* vbi eum Iurisconsultum fuisse ostendit, & inter Regias *epist. 80.* v. & *epist. 769.* Consule Indicem Edit. Wolffii, & omnes ad Domnum datas epistolas inuenies, atque ea lege, quæ Cl. Wolffius ad *Ep. 1124.* notauit.

DONATVS sub Honorio Proconsul Africæ A. D. 408 *l. 19. de pœnis* & *l. 44. de hæreticis:* cuius inscriptio sic habet, *Habe Donate.* K NB. Ad hunc Donatum Proconsulem Africæ extat Augustini *epistola 427.* (quæ ad *l. 44. de hæreticis* interpretationem omnino pertinet) & *ep. 128.*

DRACILIANVS sub Constantino Magno. Agens vices Præfecti Prætorio A. D. 325. *l. 1. de vsuris.* PP. Cæsareæ A. D. 326. *l. 1. de hæreticis.* PP. Generasto. Huius *Draciliani* mentio in epistola Constantini Magni ad Macarium Hierosolymitanum apud Socratem, *lib. 1. cap. 9.* Theodoretum, *lib. 1. cap. 17.* Vide etiam Auctorem vitæ Constantini *lib. 3. c. 31.* Baronium *ad an. 326. num. 31.* & Commentarium ad *l. 1. de hæret.*

DOMETIVS Dracontius sub Constantino Magno Magister rei priuatæ Africæ A. D. 320. *l. 4. de iure fisci.* A. D. 321. *l. 1. de conlatione fundorum patrim.* Sine dignitate, sine die & Coss. *l. 2. Cod. Iust. de fundis patrimon.* Hæc lex proculdubio iungenda est cum *l. 1. de conlat. fund. patrimon.*

DRACONTIVS sub Valentiniano Sen. Vicarius Africæ A. D. 364. Diuo Iouiano & Varroniano Coss. *l. 9. de exactionibus: l. 33. de appellationibus.* Acc. Tacapis.

A. D. 365. *l. 15. de operib. publ.* In inscriptione dignitas eius omissa, *l. 10. de cohortalib. l. 9. de susceptoribus: l. 10. de iure fisci: l. 10. 11. 13. de annona & tributis.*

A. D. 367. *l. 4. de prædiis nauicular. l. 3. de ponderatoribus: l. 16. de annona & tributis:* vide quæ dico ad *hanc leg.*

DREPANIVS sub Valentiniano Iuniore, & Theodosio Magno Proconsul Africæ A. D. 390. *l. 4 de exhib. reis:* vide quæ dico ad *hanc leg.* Comes R. P. A. D. 393. *l. 3. de bonis proscriptor.* Dat. Constantinopoli. In *hac lege* fit mentio Tatiani.

DVLCITIVS, sub Constantio Consularis Æmiliæ A. D. 357. *l. 3. de censu.* Decennio ferme post Dulcitius Dux in Britannia memoratur ab Ammiano Marcellino, *duobus locis lib. 27. cap. 8.* & *lib. 28. cap. 3.* Ad Dulcitium extat Libanii *epist. 281. Edit. Wolff* De Dulcitio idem agit *Orat. inedita* ὑπὲρ θαλασσίȣ, qui Phœniciæ & Ioniæ præfuit.

E

ECDICIVS sub Iuliano Imp. Præfectus Ægypti A. D. 362. *l. 8.* & *9. de operibus publicis.* IV. Non. Decembr. Ad hunc Ecdicium extant Iuliani Imp. *epistolæ 6.* & *9.* & *50. 56.* Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Ἀιγύπτȣ.

EGNATIVS Faustinus, vide *infra Faustinus.*

ELLEBICHVS, vide *infra Hellebichus.*

ELPIDIVS, vide *infra Helpidius.*

ENNOIVS sub Honorio Imp. Proconsul Africæ A. D. 395. *l. 141. 142. 143. 144. 145. de Decurionibus.* Ennoio suo salutem eod. ann. 395. *l. 24. de annona & trib.* vbi Karthaginis mentio fit *l. 149. de Decurionib. l. 25. de nauiculariis*, vbi scriptum Ennodio.

EPIPHANIVS, sub Honorio Imp. P. V. A. D. 407. (imo 412. ut emendo, in *not. vltim. ad l. 14. de prox.*) *l. 14. de proximis. l vnic. de Comitibus vacantibus.* A. D. 414. *l. 7. de domesticis.* Dat. Rauennæ. De hoc Epiphanio P. V. vetus inscriptio, *apud Gruterum CLXX. 5.* vbi integro nomine vocatur, FLAVIVS ANNIVS EVCHARIVS EPIPHANIVS: & characterismus Impp. additur, *Honorio & Theodosio Principibus.*

EQVITIVS sub Valentiniano & Valente, Comes & Magister militum A. D. 365. *l. 8. de re militari.* Sine die & Coss. *l. 3. Cod. Iust. de agricolis & mancip. dom.* quæ lex perperam Constantino inscribitur & sine dubio cum *d. l. 8.* coniungenda est. Eius inscriptio ita habet: *Ad Equitium Magistrum Equitum & Peditum.* Equitius hic primum Comes Illyriciano exercitui præpositus a Valentiniano, Marcellinus *lib. 26. cap. 5.* in gestis A. D. 365. Magister militum, idem Ammianus *lib. 29. c. 6.* in gestis Ann. D. 371. Eius mentionem faciunt Zosimus, *lib. 4. cap. 19.* Victor, *Epitome cap. 45.* Hieronymus, *Chronico Anno 373. pag. 187. Thesaur. Tempor. Scaliger.* Eius quoque fit mentio in veteri Inscriptione, quæ Viennæ in Austria, in Gymnasio publico bonarum literarum visitur, legiturque apud Gruterum *CLXIV. 3.* vbi assignatus est Consulatus Valentiniano & Valente III. id est, A. D. 370. sed leui emendatione pro *Equite*, legendum est EQVITIO. Lapis hæc verba incisa, præfert:

ORDINANTE. VIRO. CLARISSIMO
EQVITE. COMITE. ET. VTRIVSQVE
MILITIAE. MAGISTRO &c.

Ad eundem Equitium pertinere etiam censeo alteram inscriptionem, quæ legitur apud Gruterum *CLXIV. 4.* estque superiori simillima. Hic Equitius Consul fuit cum Gratiano Anno Domini *374.* Vide Socratem *hist. eccles. lib. 4. cap. 31.* Idatium *in Fast.* Chron. Alexandrin. *ad an. cit.* Ammian. Marcellin. *lib. 30. c. 3.* Anton. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. h. a.* Petr. Reland. *in Fast. h. a.* &

a. & ab eo adducta ibi marmora, & *Chronologiam* nostram.

ERYTHRIVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis A. D. 388. *l. 1. de priuati carceris custodia.*

EVAGRIVS sub Constantino Magno, sine dignitate A. D. 313. *l. 1. de Decurionib.*

PP. 315. *l. 1. de Centonariis & Dendrophoris.* Dat. XIIII. Kalend. Octobr. Acc. VIII. Id. Nouembr. *l. 1. de Iudæis.*

Sine dignitate A. D. 326. *l. 2. de custod. reorum,* in Cod. Iust. additum, *Præf. Prætor.*

PP. A. D. 326. *l. 2. de adulteriis: l. 13. de Decurion. l. 11. Cod. Iust. de his, quæ vi metusque causa.*

Sine dignitate A. D. 331. *l. 19. de Decurionib. l. 3. de filiis mil. apparit.*

PP. A. D. 331. *l. 20. de Decurionibus.* A. D. 336. *l. 22. de Decurionibus.*

Sub Constantio, sine dignitate A. D. 339. *l. 6. de Iudæis: l. 2. ne Christianum mancip.* Dat. Constantinop.

P. V. (γρ. PP.) A. D. 353. *l. 7. de Veteranis,* vbi vide *not. b.*

EVAGRIVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis A. D. 391. *l. 11. de Paganis.* Huius *Euagrii* Præfecti Augustalis meminit Eunapius, in *V. Ædesii pag. 73. Edit. Commelin.* vbi male hactenus editum Ευετίϰ loco Ευαγρίϰ, & Sozomenus, *lib. 7. cap. 15.* De eodem sentit & Socrates, *lib. 5. cap. 16.* Forte hic idem, ad quem Gregorius Nazianzenus *epist. 153.* scribit.

EVBVLIDES (Eubolides Cod. Iust.) sub Constantio & Constante V. C. Vicarius Africæ A. D. 344. *l. 2. de concuss. aduoc.*

EVBVLVS sub Theodosio Iun. PP. Illyrici A. D. 436. *l. vlt. de cohort. l. 187. de Decurion.*

EVCHARIVS sub Constantino Magno, Proconsul Palæstinæ A. D. 383. *l. 28. quorum appellat. non recip.*

EVCHARIVS sub Honorio Proconsul Africæ A. D. 412. *l. 19. 20. de exactionibus: l. 32. de annona & tribut. l. 23. de cohort. l. 9. de curiosis: l. 174. de Decurionibus: l. 4. de concuss. aduocator.*

Sine dignitate eod. anno 412. *l. 31. de susceptoribus.* Agitur *hac leg.* de officio Proconsulari. *l. 21. seu vlt. de exactionibus.* Dat. Rau.

EVCHERIVS sub Gratiano & Valentiniano Iuniore, sine dignitate A. D. 380. *l. 9. de murilegulis.* PP. Karthagine. Consul cum Syagrio, A. D. 381. in Oriente. De hoc Eucherio Arcadii Imp. propatruo differit Anton. Pagius *in Prolegom. dissert. hypat. num. 27.* Vid. etiam *Chronologiam.*

EVCHERIVS Stilichonis filius indicatur, A. D. 408. *l. 22. de bonis proscript.*

EVDOXIVS sub Theodosio Iun. PP. A. D. 427. *l. 1. Cod. Iust. nemini licere signum Saluatoris,* sine die & COSS. *l. 2. Cod eod. de cupressis ex luco Daphn.*

EVFRAXIVS sub Constantino Magno Rationalis trium Prouinciarum A. D. 325. *l. 1. de ponderatoribus: l. 2. de susceptorib.* siue *Eufrasius,* quomodo apud Symmachum *Eufrasius* scribitur, *lib. 4. ep. 59. 60.* Vid. ibi Iuretum, vel *Eupraxius.*

EVGENIVS Tyrannus. Ad hunc refero *l. 11. 12. de infirm. his, quæ sub Tyran.*

EVGRAMMIVS sub Valente Imp. A. D. 364. *l. 1. ne quid publ. lat.* Dat. Constanstantinop. Vid. ibi *not. b.*

EVLOGIVS sub Honorio Imp. Comes R. P. 395. *l. 10. de infirm. his, quæ sub Tyr.* Dat. Med. Agitur in *hac leg.* de Maximo Tyranno, *l. 2. de incorporat.* Dat. Med.

A. D. 398. *l. vnic. qui conductores rei priu.* Dat. Med.

EVMELIVS sub Constantino M. Vicarius Africæ, A. D. 315. Constantino A. IV. & Licinio IV. COSS. *l. 2. de pœn.* Dat. Cabilluno XII. Kal. April. Vide quæ ad eam legem *not. b.* obseruo. Est enim hic Eumelius, ad quem Constantinus M. de Cæciliani absolutione scripsit. Vid. Augustinum *in breuicul. collat. die 3. c. 19.*

EVPRAXIVS sub Valentiniano Sen. P. V. A. D. 374. *l. 5. de relationibus: l. 36. de appellat. l. 21. quorum appell.* Huius Eupraxii P. V. meminit Symmachus, *l b. 10. epist. 45.* vbi perperam editum *Cuprasio.* Hic antea Magister Memoriæ, mox Quæstor fuit: de quo Ammianus Marcellinus, *lib. 27. c. 6. 7. lib. 28. c. 1.* qui eum Cæsariensem Maurum facit.

EVRESIVS hæreticus in Asia sub Arcadio Imper. A. D. 395. Fit eius mentio *l. 28. de hæreticis,* quæ lex inscripta Aureliano Proconsuli Asiæ.

EVRIDICVS sub Gratiano Episcopus in Gallia, vt puto A. D. 376. *l. 23. de Episcopis.* Dat. Treu.

EVSEBIVS sub Constantino Magno V. P. Præses Lyciæ & Pamphyliæ. A. D. 313. *l. 2. de Censib.*

EVSEBIVS sub Constantino Magno Ex-Consule & Ex-Magistro Equitum. Fit eius mentio in Constantini Magni *l. 1. de annona & tributis.* A. D. 315. Fuit Consul A. D. 311. Vide, quæ ad h. a. notat Anton. Pagius *in Critic.* ex Notitia Præfect. Vrb.

EVSEBIVS sub Constantino Comes R. P. A. D. 342. vel 352. *l. 6. de petitionib.* Dat. Sabariæ. Huius Eusebii Ex-Comite priuatarum meminit Marcellinus in gestis A. D. 355. *lib. 15. cap. 5.* Consul cum Hypatio Anno 359.

Eusebii Eunuchi, qui sub Constantio Præpositus fuit cubiculi Anno D. 354. 359. meminit Athanasius, *ad solitar. vitam agen. p. 644. 645. Edit. Commelin.* Marcellinus *lib. 14. c. 11.* & *lib. 16. c. 8. lib. 20. c. 2. & lib. 22. c. 3.* Philostorgius *lib. 4. cap. 1.* Sozomenus, *lib. 3. cap. 1.* προειστήκει δὲ τότε τῆς βασιλικῆς οἰκίας Ευσέβιος, quem locum non cepit interpres, *vertens, per id temporis Præpositus domus regiæ erat Eusebius.* Eusebium etiam memorat Tripart. Auctor *lib. 6. c. 1.* Meminit & Palladius *in Lausiaca p. 150.* Perstringit eum & Iulianus, *in Misopogone.* GOTHOFRED. Male hæc omnia cohærent, & tres Eusebios noster confundit. *Eusebius* sub Constantio *Comes R. P.* fuit, cuius mentio fit *d. l. 6. de petition.* eiusque meminit Marcellinus *lib. 15. cap. 5.* & de eo loquitur Sozomenus *lib. 3. cap. 1.* προειστήκει δὲ τότε τῆς βασιλικῆς οἰκίας Ευσέβιος, quæ verba *Comitem rerum priuatarum* designant. Alter *Eusebius Eunuchus* sub Constantio fuit *Præpositus S. cubiculi,* cuius meminit Athanasius *ad solit. vit. ag. loc. cit.* Marcellinus *lib. 14. c. 11. lib. 16. c. 8. lib. 20. c. 2. lib. 22. c. 3.* Philostorgius *loc. cit.* & Socrates *hist. eccles. lib. 3. cap. 1.* Ευσέβιον δὲ τὸν προεστῶτα τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, ἐζημίωσε θανάτῳ, *Eusebium vero Præpositum imperialis cubiculi supplicio affecit* (Iulianus Aug.) & ex Socrate Auctor *hist. tripart. lib. 6. c. 1. Eusebium præsidentem imperiali cubiculo morte damnauit.* Meminit quoque eius Palladius *in Lausiaca pag. 150.* & eum perstringit Iulianus in *Misopogone pag. 357. Edit. Spanhem. Lips.* scribens, ὑμῖν μόνοις ἐκ πάντων Ῥωμαίων πολλῶν δοῖεν οἱ θεοὶ τῶν Κωνσταντίων πειραθῆναι, μᾶλλον δὲ τῶν ἐκείνου φίλων τῆς πλεονεξίας, *vtinam vobis solis ex omnibus Romanis dent Dii multos Constantios, vel potius amicorum eius rapinas experiri.* Fuit enim Eusebius diuitiarum auidissimus teste Marcellino *lib. 16. c. 8.* & ob rapinas omnibus exosus, vt patet ex Socrate *lib. 3. cap. 11.* De eo etiam sensit Iulianus *Epistol. ad Senat. popul. Atheniens. pag. 272. Edit. cit.*

cit. cum ait, Gallum fratrem cæsum in unius spadonis & cubicularii gratiam, εἰς χάριν ἑνὸς ἀνδρογύνυ καὶ κατακοιμιςῦ, καὶ προσέτι τῦ τῶν μαγείρων ἐπιτρόπυ, *in vnius spadonis & cubicularii gratiam, atque etiam coquorum magistri*, ead. epist. *pag. 274.* detestandum spadonem & fidum Constantii cubicularium vocat, & *Epist. 17. ad Oribasium*, sceleratum eunuchum appellat, vbi consule doctissimi Petauii obseruationem. Tertius *Eusebius*, cum his non confundendus, Consul fuit A. D. 359. Eo enim anno *Flauius Eusebius*, & *Hypatius* Consules prodiere, vt patet ex Cassiodori *Chron. Chron. Alexandr.* Fastis Idat. & aliis, vid. Petr. Relandum *in Fast.* & *Chronologiam* nostram. Fuerunt autem Eusebius & Hypatius fratres germani & Constantii affines. Ammian. Marcellinus *l. 18. c. 1. init. Et Eusebium atque Hypatium fratres sublimarent vocabula Consulum*, & *lib. 29. cap. 2. egregium illud par Consulum, Eusebium & Hypatium germanos fratres, Constantii principis quondam affines*, erant nempe fratres Eusebiæ Augustæ, Idem Ammianus *l. 21. c. 6. amissa iampridem Eusebia, cuius fratres erant Eusebius & Hypatius Consulares.*

EVSEBIVS sub Honorio Imp. Comes S. L. A. D. 395. *l. 32. de operibus publicis.* Dat. Med. Recte in editione, quæ in quarto prodiit & in Cod. Iust. inscriptio *huius leg.* habet *Comes S. L.* Male in Parisiensi edit. *Consulari Sicilio.* PP. A. D. 395. Olybrio & Probino COSS. *l. 12. de infirm. his, quæ sub. Tyr.* Dat. Med.
A. D. 396. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. *l. 26. de nauicul.* Dat. Med. *l. 7. de Censitorib.* Dat. Med. *l. 19. de Pistoribus.* Agitur *hac leg.* de Pistoribus Vrbis Romæ. Ad hunc pertinere videtur Symmachi *epist. 52. lib. 9. & lib. 8. ep. 34.* Huius Eusebii Præfecti meminit Paulinus *in v. Ambrosii p. 3.*

EVSIGNIVS sub Valentiniano Iuniore, Proconsul Africæ A. D. 383. *l. 95. de Decurionib.* Dat. Med. *l. 1. de Mandatis Principum.* Dat. Veronæ.
PP. (Italiæ scilicet) A. D. 386. *l. 4. seu vltim. de fide Catholica.* Dat. Med. *l. 1. de his, qui super reb.* Data Constantinop. Iungendæ hæ leges *l. 11. de Legatis.* Dat. Ticini. *l. 18. de diuers. offic.* Dat. Mediol. *l. 114. de Decurion. l. vnic. si de momento fuerit appell.* Dat. Mediol. *l. 4. de executoribus.* Dat. Mediol.
A. D. 387. *l. 3. de itinere muniendo: l. 1. de defensorib. ciuit. l. 4. de domesticis.* Dat. Mediol. *l. 3. ne conlationis transl. l. 48. de appellationib.* Dat. Mediol. Eidem inscribitur *l. 1. Cod. Iust. de offic. Magistri militum.* Imppp. Valentinianus, Gratianus & Theodosius inscripti, *l. 4. Cod. eod. de metallariis.* In *hac lege* agitur de Macedonia, Dacia, Mœsia, Dardania, & de metu hostili. Ad hunc Eusignium PP. extant Symmachi nouem posteriores epistolæ *lib. 4.* ab *epist. 67.* Ita quidem, vt sub Valentiniano Iuniore eum in dignitate positum fuisse ostendat *epist. 68.* & diserte quidem Præfectum Prætorio Italiæ *epist. 69. 70. 71. 73.* vbi & Aquileiensis Vrbis meminit & Romæ & Africæ *epist. vlt.*

EVSTATHIVS sub Constante Imp. Comes R. P. A. 345. *l. 7. de petitionibus.* Dat. Treu. huius Eustathii Comitis R. P. apud Constantem Imp. παραδυναςέυοντ☉, meminit Philostorgius, *histor. Eccl. lib. 3. cap. 12.* vbi vide quæ dixi.
PP. A. D. 349. *l. 1. de Iurisdictione* Eustasius in hac lege vocatur. *l. 6. de exaction.* Dat. Romæ.

EVSTATHIVS sub Theodosio Iun. V. illustris Quæstor A. D. 416. *l. 17. de proximis.* Dat. Constantinop. Eustathii Quæstoris sub Arcadio, Anno D. 404. in rebus Chrysostomi, meminit Georgius Alexandrinus *num. 64.* Theodorus Diaconus, apud Palladium *in Dialogo.* PP. A. D. 420. *l. vltim. de littorum & itin. custod.* Dat. Constantinop. Theodosio A. IX. & qui fuerit nuntiatus. Consul fuit cum Agricola A. D. 421. Vid. *Chronolog.* & Pagium *ad h. a.*
PP. A. D. 422. *l. 13. de metatis: l. 3. de postulando: l. 2. de adsessoribus: l. 27. de cohortalibus.* Dat. Constantinop.
Sine die & Coss. *l. 15. Cod. Iust. de dignitatib.* In nonnullis dicitur *Eustasius*, e. gr. *in l. 2. de assessor.* Hunc Eustathium, vt puto, loquentem inducit Macrobius in *Saturnalib.*

EVSTATHIVS sub Theodosio Iun. Vicarius Asiæ A. D. 435. *l. vltim. de Principibus Agentium in rebus.*

EVTHYMIVS sub Arcadio Imper. Vicarius Asiæ A. D. 396. *l. 4. seu vlt. de protostasia. l. 19. de cohort.*

EVTROPIVS sub Theodosio Magno PP. (Orientalis Illyrici scilicet) A. D. 380. *l. 4. Cod. Iust. de modo multarum: l. 7. de Legatis: l. 21. de operibus publicis: l. 6. de custodia reorum: l. 3. de exhibendis reis.* Dat. Thessalonicæ. *l. 15. de petitionib. l. 1. Cod. Iust. de secundis nuptiis: l. 4. Cod. eod. ad S. C. Tertyllianum: l. 1. de vsuris rei iudicatæ: l. 2. ad L. Iul. repetundarum: l. 1. de Primicerio: l. 8. & 9. de bonis proscriptor. l. 6. de sponsal. l. vnic si Prouinciæ Rector. l. 16. Cod. Iust. de testament.* Dat. Thessalonicæ. In *huius leg.* inscriptione dignitatis nomen intercidit.
A. D. 381. *l. 6. & 7. de hæretic. l. 11. de priuil. eorum, qui in S. Pal. l. 1. de Apostatis: l. 7. de hæretic. l. 1. de Censitoribus.* Dat. Constantinop. *l. 85. & 86. de Decurionib.* Dat. Heracleæ. *l. 10. de tyronibus.* Dat. Hadrianopoli. *l. 1. de secundis nuptiis: l. 40. Cod. Iust. de transactionib. l. 12. Cod. eod. qui dare tutores.*
A. D. 385. *l. 4. Cod. Iust. de crimine sacrilegii.* Ad hunc Eutropium PP. sed tum Præfectura defunctum, extant duæ Gregorii Nazianzeni *epist. 137. 138.* quibus clare ostendit, eum PP. fuisse: nam & ἀρχῆς eius meminit, μέγαν vocat & ἄρχοντα: & ὑψηλότατον θρόνον habuisse. Quod de Proconsule Asiæ Valesius accipiebat, in Marcellinum *lib. 29. cap. 1.* Consul cum Valentiniano III. Anno D. 387. Sub Arcadio Consul & Patritius Anno D. 399. v. *l. 17. de pœnis*, quæ data Constantinop. De eodem vide Claudianum, Philostorgium & *alios.* GOTHOFREDVS. Iterum confundit Gothofredus duos Eutropios. Prior, qui Theodosio Magno imperante Præf. Prætor. orientál. Illyrici fuit an. D. 380. & ad quem multæ leges datæ hoc Codice, a Nostro hic adductæ, Consul prodiit in Oriente, A. D. 387. vide Pagium *in Critic. ad annal. Baron. h. a.* & *Præfationem ad Tom. III. Cod. Theodos.* Alter vero *Eutropius*, qui Arcadio imperante Consul fuit *an. D. 399.* notissimus ille Eunuchus est, in quem inuectiuas scripsit Claudianus Poëta, & de quo latissime dixit Gothofredus *in Commentario ad cit. leg. 17. de pœnis.* Hic Præpositus fuit S. cubiculi, & in aula Arcadii omnia potuit, Κυριεύων Ἀρκαδίυ καθάπερ βοσκήματος, *in Arcadium, velut pecudem, exercens imperium*, vt Zosimus habet *lib. 5. c. 12.* Is autem eodem anno, quo consulatum gessit, omnibus dignitatibus exutus, relegatus in Cyprum, & paulo post inde abductus, capite multatus est, nomine etiam eius e fastis eraso. Consule Anton. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. ad an. 399.*

EVTYCHIANVS, sub Arcadio Imp. PP. A. D. 396. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. *l. vltim. de* admi-

administr. & pericul. tutor. Dat. VI. Kal. Mart. Constantinop. *l. 3. de incestis nuptiis: l. 2. si Curialis relicta ciuit. l. 30. de Prætoribus:* in *qua leg.* Arcadius fratris sui Honorii meminit. Dat. Constantinop.

A. D. 397. Cæsario & Attico Coss. *l. 1. de argenti pretio: l. 33. de hæreticis.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de Vrbe Constantinop. *l. 4. de prædiis Senatorum: l. 3. de sicariis.* Dat. Ancyra. *l. 3. ne præter crimen maiest. l. 3. de vsuris.* Dat. Constantinop.

A. D. 389. Honorio IV. & Eutychiano Coss. *l. 10. de Iurisdictione: l. 34. de hæreticis: l. 8. de Censitoribus.* Agitur *hac leg.* de Vrbe Hierapolitana. *l. 25. de erogat. mil. ann.* Agitur *hac leg.* de Epiphanis ordine. *l. 38. & 40. de operibus publicis.* Dat. Constantinop. *l. 3. de his, qui ad Eccl. l. 57. de appellationib. l. 33. de Episcopis: l. 16. de pœnis.* Dat. Mnizo, vel Minizo. *l. 159. de Decurionib. l. 9. de diuersis rescriptis.* Dat. Constantinop.

A. D. 399. Theodoro V. C. Coss. *l. 163. 164. 165. de Decurionib. l. 4 & 5. de patrociniis vicorum: Hac leg.* agitur de *Augustali. l. 1. de nauibus non excus.* Agitur *hac leg.* de Ægypto. *l. 36. de hæreticis.* Dat. Constantinop. *l. 16. de Paganis.* Dat. Damasco. *l. 18. de pœnis.* Dat. Constantinop. *l. 10. Cod. I. de fundis patrimonial.*

A. D. 404. PP. Honorio VI. & Aristæneto Coss. *l. 15. de Iudæis.* Dat. 3. Non. Febr. *l. 42. de operibus public.* Dat. Prid. Id. Iul. Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de Eudoxiopoli. *l. vltim. de his, qui super relig.* Dat. 14. Kalend. Decembr. *Hac leg.* fit mentio Arsacii, Theophili, & Porphyrii: eorumque communio imperatur.

A. D. 405. Stilichone II. & Anthemio Coss. *l. 19. Cod. Iust. de nuptiis.*

Consul cum Honorio IV. A. D. 398.

Eutychiani huius Præfecti Prætorio simul & Consulis, meminit Socrates, *lib. 6. cap. 2.* ὑπατεία τῇ ἑξῆς, ἣν ἐπετέλουν ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος, ἐν δὲ τῇ Κωνσταντίνου πόλει Εὐτυχιανὸς ὁ τότε τῶν βασιλείων ὕπαρχος, *Consulatu proxime sequente, quem Romæ quidem Imperator Honorius, Constantinopoli vero Eutychianus Præfectus Prætorio editionibus ludisque celebrarunt:* quem alioquin locum male vertit interpres Christophorsonus, ideo notatus a Valesio in *notis ad h. loc.* De Consulatu Eutychiani porro consule Pagium *in Critic. ad annal. Baron.* Petr. Reland. *in Fastis & Chronolog.* De eo PP. per Annum 404. exerte fidem quoque faciunt in rebus Ioan. Chrysostomi Georgius Alexandrinus *num. 61.* mense Iunio Anno D. 404. Theodorus Diaconus apud Palladium *in dialogo de vit. Chrysostomi cap. 3 pag. 27. Edit. Bigotii, & pag. 11. Tom. XIII. Oper. Chrysostom. Edit. Benedictin.* qui huius Eutychiani tum Præfecti Prætorio (male editum apud Palladium, Prætoris, Georgius diserte τῶν πραιτωρίων) meminit in historia de incendio Constantinopoli oborto: vbi nominatim memorantur ornamenta Ecclesiæ, signata manu Studii P. V. & *Eutychiani* PP. & Ioannis Comitis thesaurorum, & Eustathii Quæstoris. Eundem vero inter initia quoque Anni 405. Præfectum Prætorio fuisse, ostendit *lex 19. Cod. Iust. de nuptiis:* cui in ea Præfectura successisse deprehenditur iam mense Iulio Anthemius, in *l. 1. ne quis in Palat.* De hoc Eutychiano multa dixit Em. Baronius *in Annal. Eccles. ad An. 404. num. 78. sequ.*

EVTYCHIANVS P. V. fit eius mentio Anno D. 414. *l. 11. de metatis.*

EVTYCHIVS, sub Constantino & Licinio Præses Cappadociæ *l. 41. Cod. Iust. de liberali causa.* al. ad Titianum.

EXVPERANTIVS, Iulius & cæteri decuriales, sub Honorio Imp. A. D. 404. *l. 4. de decuriis Vrbis Romæ.* Dat. Rom.

F

FACVNDVS sub Constantio Ex-Proconsule A. D. 359. Fit eius mentio, eiusque simul exemplum aduocatur, *l. 15. de Prætoribus*, quæ ad Senatum (Vrbis Constantinop. scilicet) data Sirmio.

FAVENTIVS sub Valentiniano Sen. Vicarius Italiæ A. D. 365. *l. 12. de annona & trib.*

POMPEIVS Fauonius sub Valentiniano Sen. sine dignitate A. D. 365. *l. 5. de pactis.* Allegata in Basilica Thermarum Commodianarum. Fuit hic vir priuatus, vt noto ad *leg. citat.*

EGNATIVS Faustinus sub Constantino Iuniore Præses Bæticæ A. D. 337. *l. 2. de distrahendis pignorib.*

FAVSTINVS sub Honorio Imp. PP. A. D. 410. *l. 34. de nauicularis.* Post alia. *l. vltim. Cod. Iust. quæ res venire.* sine die & Consule: & vulgatæ ibi editiones etiam *Fausti*, non *Faustini* nomen præferunt. A. D. 413. *l. 16. de proximis.* Dat. Rau. AP. POMPEIVS FAVSTINVS PRÆFECT. VRB. memoratur in veteri inscript. Romæ apud Gruterum *CLXXXXIII. 5.* An Faustinus hic, de quo Symmachus, *lib. 9. epist. 108.*

FAVSTVS sub Gratiano, Valentiniano, & Theodosio Comes S. L. sine die & Consule *l. 1. Cod. Iust. quæ res venire.* Forte is, ad quem & Eusebium in Cod. Vat. extat Libanii *epist. 159. lib. 1.* siu. *178. Edit. Wolff.*

FAVSTVS sub Valentiniano III. P. V. (Romæ scilicet) A. D. 425. *l. 62. de hæreticis.* Dat. Aquil. Agitur in *hac lege* de Vrbe Roma & de Papa. Fuit hic Faustus, qui integro nomine *Anicius Acilius Glabrio Faustus* dicitur, Consul cum Theodosio XVI. an. D. 438. Vid. Onuphrium *in Fastis*, Pagium *in Critic. h. a.* Petr. Reland. *in Fast.* & Contelorium *de Præf. Vrb. pag. 74.*

FELICIANVS Consul cum Titiano A. D. 337. Vid. *Chronolog.*

FELIX sub Constantino Magno Præses Corsicæ A. D. 319. *l. 2. de temporum cursu.*

Sine dignitate A. D. 320. *l. vnic. de erroribus aduocat.* vbi *Furius Felix* vocatur. A. D. 325. *l. 1. de erogat. mil. ann.* A. D. 328 *l. 4. de operib. publicis.* Inscriptio sic habet: Habe, *seu* Haue Felix K. NB. A. D. 333. *l. 3. de administr. & periculo tutor.* A. D. 334. *l. 1. de excusat. artificum: l. 6. de nauicularis.* PP. Karthagine. *Hac leg.* Felici isti *sublimitatis* titulus tribuitur, & Prouinciarum *Africanarum* fit mentio.

PP. A. D. 335. *l. 21. de Decurionib.* In *hac leg.* fit mentio Afrorum. A. D. 336. *l. 5. de Iudæis: l. 1. ne Christianum mancip.* PP. Karthagine. Sine die & Coss. *l. 4. seu vltim. Cod. Iust. vectigalia noua.* Procurator rei priuatæ, sine die & Coss. *l. 2. Cod. Iust. de murilegulis.*

FELIX sub Constantio Imp. Episcopus (Vrbis Romæ.) A. D. 354. Ad eum data est *lex 14. de Episcop.* Quæ dicitur, *data VIII. Id. Decembr. Med. Lecta V. Kal. Ian. apud acta Constantio A. IX. & Iuliano Cæs. II. COSS.*

FELIX sub Iuliano Comes S. L. A. D. 362. *l. 5. de bonis proscript. l. 5. de fide testium.*

De hoc *Felice* Comite S. L. eiusque apostasia & morte, Ammianus Marcellinus *lib. 23. cap. 1.* Iulianus *Misopogone p. 125.* siu. *pag. 365. Edit. Spanhem.* Libanius, *pro Aristophane, pag. 218. Edit. Morell. & Ep. lat. 29. ad Iulianum.* Hic idem puto, ad quem extat C. Vat. Libanii *ep. 262.* lib 5.

lib. 5. Vide *Indicem Editionis Wolffii.* Theodoretus *lib. 3. cap. 8. 12.* Philostorgius *lib. 7. cap. 10.* ad quem dixi. Chrysostomus *Orat. 2. de S. Babyla,* item *orat. contra gentiles & in laud. Pauli homilia 42.*

FELIX sub Valente Comes S. L. A. D. 365. Refer vel ad Annum D. 368. vel 370. *l. 2. de fide hasta.* Dat. Martianop.

FELIX sub Valentiniano Consularis Campaniæ A. D. 365. *l. 5. ad S. C. Claudianum.*

FELIX sub Valentiniano Vicarius Macedoniæ A. D. 365. *l. 5. de iurisdict.*

FELIX sub Valentiniano & Valente Consularis. Forte *Comes S. Largit.* Agitur enim *hac leg.* de seruo *fiscali:* Nisi Consularis Campaniæ hic accipiendus, ad quem scripta *lex 5. ad S. C. Claudianum* A. D. 371. *l. 7. Cod. Iust. de seruis fugitiuis.*

FELIX, sub Theodosio Magno Comes Orientis A, D. 380. *l. 19. de filiis milit. apparit.*

FELIX sub Honorio Imp. P. V. A. D. 398. Honorio IV. & Eutychiano. *l. 10. de Senatoribus & glebali collat.* Dat. Mediol. *Hac leg.* fit mentio *Hispaniarum.* An reponendum *PP.* quod visum mihi ad *d. legem?* (Galliarum scilicet) De hoc Felice Symmachus, *lib. 4. epist. 62.* quæ ad *d. l. 10.* omnino pertinet, vbi & *Illustrem Virum* vocat pariter, vt *lib. 7. epist. 58.* vbi eum quoque & Mineruium virtutum & litterarum Sacerdotio præditum, vocat. Ad eundem Felicem extant eiusdem epistolæ octo *lib. 5.* ab *epist. 47. ad 54.* qua Epistola postrema *Amplitudinis* titulum ei tribuit, & *collegam* Ampelii (qui sane P. V. fuit) eum vocat, & Quæstorem fuisse tum indicat superiore Anno D. 397. quo ea epistola data est.

FELIX sub Honorio PP. A. D. 412. *l. 13. de hæreticis.* Dat. Med. Agitur *hac leg.* de Iouiano (Iouiniano) hæreticos conuentus agente extra muros Vrbis Romæ: eoque in Insulam Boam deportando.

FELIX sub Valentiniano III. Consul cum Tauro & quidem in Occidente, A. D. 428. Vid. Pagium *in Critic. h. a.* & ad *an. 463.* & *511.* vbi de huius Felicis posteris differit.

FESTVS sub Constantino Magno Præses Sardiniæ A. D. 319. *l. 3. de pœnis.*

FESTVS sub Valente Consularis Syriæ A. D. 365. siue rectius 368. *l. 11. de cohortal.* vbi vide quæ *not. b.* & *i.* obseruo. Festi huius Consularis Syriæ meminit Libanius *de vita sua pag. 51. 52. Edit. Morell.* & Ammianus Marcellinus *lib. 29. c. 2.* (vbi tamen perperam *Festinus* vocatur in editionibus nonnullis) ex quo discimus, eum *Syriæ Consularem, Magistrum* deinde *memoriæ,* & tandem *Proconsulem Asiæ* fuisse. De Festo Asiæ Proconsule sub Valente agit Zosimus *lib. 4. c. 15.* Eunapius *in Vit. Maximi pag. 111. 112. Edit. Commelin.* ex quo discimus, eum hanc dignitatem etiam sub Theodosio retinuisse. Quod Magister memoriæ fuerit, præter Ammiani locum, ex Svida scimus *voc.* Φῆςος, & *Γλωσσοκόμον.* Vide quæ dixi in Commentario *ad tit. leg. 11. de cohortalib.* vbi & Valesii coniecturam probaui, qui existimat, hunc Festum esse illum Sextum Rufum Festum, cuius extat Breuiarium ad Valentem Augustum, & simul docui, eum A. D. 368. Consularem Syriæ, A. D. 370. Magistrum memoriæ, & A. D. 371. Proconsulem Asiæ fuisse. De Festo est Inscriptio apud Gruterum *CCCCLXIV. 7.* sed is ab hoc diuersus esse videtur.

FESTVS Proconsul Africæ A. D. 366. occurrit in *l. 1. Cod. Iustin. vbi de possessione.* & A. D. 367. *l. 3. ad leg. Cornel. de falsis.* Eius nulla fit apud auctores mentio, viderique possent, emendandæ hæ leges, rescribendumque Proconf. Asiæ.

FILAGRIVS sub Theodosio Magno Comes Orientis A. D. 382. Antonio & Syagrio Coss. *l. 41. de cursu publico* PP. Byrito 12. Kal. Octobr. *Filagrii* huius Comitis Orientis sub Theodosio Magno, meminit & Libanius *de vita sua, p. 64.* & *orat. 30. pag. 638. Edit. Morell.* & Orat. MS. ad Timocratem & Am. Marcellinus, *lib. 21. cap. 4.* vbi vide Valesium. Eiusdem meminit Libanius, *in responsione ad cuiusdam pædagogi maled. pag. 638. Edit. cit.* Oriundus autem erat ex minore Armenia, vt discere licet ex *Ep.* eius 101. quam ad eum scripsit. Ad eundem extant eiusdem Libanii in Codice Vaticano epistolæ vndecim: *lib. 1. epist. 70. 88. 112. 157. lib. 2. epist. 79. lib. 3. epist. 295. lib. 4. epist. 219. 294. lib. 5. epist. 34. 183. 283.* in Regio septem 82. 102. 122. 167. 579. 824. in exscr. Cler. Vide in Indice Edit. Wolffii omnes ad Filagrium Epistolas. Forte idem ille, quem Patricium fuisse duobis locis testatur Sidonius Apollinaris, *lib. 2. epist. 3.* & *Carm. 7. v. 162.* Proculo Comiti Orientis successit, qui hoc ipso Anno 8. Id. Mart. erat, *l. 90. de Decurion.*

FILEMATIVS sub Valentiniano & Valente, Comes S. L. A. D. 371. *l. 5. de murilegulis.* Dat. Treu. A. D. 372. *l. 7. de murilegulis.* Dat. Ciliciæ.

FILOMETOR sub Arcadio, Comes S. L. A. D. 406. *l. 13. de murilegulis.* Dat. Constantinop.

FILOXENVS sub Theodosio Magno, Vicarius Thraciar. A. D. 392. *l. 124. de Decurionibus.* Dat. Constantinop.

FIRMINVS sub Honorio Imp. Comes S. L. A. D. 398. *l. vltim. de domibus ad rem. pr. p.* Dat. Mediol. *l. vltim. de conlat. fund. patrimon.* Post alia. Dat. Mediol. Comes R. P. 398. *l. 22. de petition.* Dat. Med. 399. *l. 25. de susceptorib.* Dat. Med. Theodoro V. C. Coss.

VLPIVS Flauianus sub Constantino Magno Consularis Æmiliæ & Liguriæ. A. D. 323. Seuero & Rufino Coss. *l. 2. de extraordinar. munerib.* Lecta apud acta.

FLAVIANVS sub Constantio Proconsul Africæ A. D. 357. Huc retraho *l. 1. de operibus publicis* A. D. 358. *l. 10. de cursu publico.* A. D. 361. *l. 14. quorum appellationes.* Sine die & Coss. *l. 1. Cod. Iust. de apparitorib. Proconsulis.* Hæc lex perperam Valentinianum, Theodosium & Arcadium, vulgo inscriptos habet, alibi, Constantinum.

FLAVIANVS sub Valentiniano & Valente, Comes R. P. *l. 1. de fundis rei priu.*

FLAVIANVS sub Gratiano Vicarius Africæ A. D. 377. *l. 2. ne sanctum baptism.* Flauiani huius Vicarii Africæ meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 28. extremo.* Himerius in propemptico *apud Photium num. 243. p. 1142. Edit. Schotti.* vbi Africæ meminit, tanquam ab eo administratæ, quod & de Flauiano P. C. Africæ accipi possit. Statua ipsi Romæ posita est cum inscriptione, quam adducit Valesius ad cit. locum Ammiani, vbi integro nomine *Virius Nicomachus Flauianus, & Consularis Siciliæ, Vicarius Africæ, Quæstor intra palatium, Præf. Prætor. iterum & Cos.* dicitur. Vide Augustinum *Epist. 164.* siu. *87. Edit. Benedictin.* Symmachum *Ep. 27. 63.*

FLAVIANVS sub Theodosio & Valentiniano Iun. PP. Illyrici & Italiæ A. D. 382. Antonio & Syagrio Coss. *l. 13. de pœnis.* Dat. Veronæ 15. Kal. Septembr.

Habet hæc *l.* inscriptos Gratianum, Valentinianum & Theodosium. Refero *hanc legem* ad A. 390. vel 391.

PP. A. D. 383. Merobaude II. & Saturnino Coss. *l. 8. de desertor. l. 2. de his, qui latrones.* Dat. 3. Kal. Mart. Post alia.

His legibus congruit Symmachi *epist. 22. lib. 2.* quæ ad Flauianum filium P. C. Asiæ data est, quaque

que etiam beneficia Theodosii tum Imperatoris in Flauianum memorat. Imo ad eundem datæ sunt omnes, (paucis exceptis, quæ ad filium datæ sunt) eiusdem Symmachi epistolæ *lib. 2.* qui eum fratrem suum vocat. Præfecturam vero eius Prætorianam nominatim memorat *epist.* 74. Indicat & *epist.* 8. 10. 27. cum ab eo animalia cursus, scilicet publici, collocata, mansiones instructas, titulos fiscales exactos, scribit: tria quippe hæc ad curam Præfecti Prætorio pertinebant. Adi & *epist.* 33. 41. 43. 44. 46. (vbi eum rogat vt Censualium Præpositorum auaritiæ ac moræ occurrat) 62. 74. 75. 81. 87. & vltim. Meminit & *lib. 3. epist.* 58. 66. 69. (quæ tres epistolæ datæ sunt ad Ricomerem) 86. 89. De eodem sentit & *epist. 90.* vbi Quæstorem eum indigitat, (de qua Quæstura & *lib. 2. epist. 8.*) & Rectorem Prætorianum. Denique ipsum Consulem fuisse, testis est Symmachus *lib. 2. ep. 83. 84.* ab Eugenio, vt opinatur Valesius ad Marcellinum, factus; quo fit, vt nomen eius in Fastis non compareat.

FLAVIANVS sub Theodosio Magno Proconsul Asiæ A.D. 383. *l. 18. de susceptorib.* Dat. Constantinop. Ad hunc Flauianum filium Proconsulem Asiæ omnino pertinet quod Symmachus scribit *lib. 2. epist. 22. & 24.* quarum illa ad hunc Flauianum data est, hæc ad Flauianum patrem ipsius & *lib. 3. epist.* media 69. Himerii, ad hunc ipsum Propempticum, & *Θεωρία apud Photium, n. 165. pag. 354. Edit. Schotti.* Eiusdem Proconsulis Asiæ meminit quoque Libanius *Oratione* inedita κατὰ Ικαρίε: quem ait, ideo Magistratu depositum, quod Decuriones aduersus *Theodosii* constitutionem tormentis subiecisset.

FLAVIANVS sub Theodosio Magno, & Valentiniano Iun. PP. A. D. 391. Tatiano & Symmacho Coss. *l. 11. de fide testium: l. 4. & 5. de Apostatis.* Dat. Concordiæ V. Id Mai. Fuit autem PP. Illyrici & Italiæ, quam Flauiani Præfecturam indicat Symmachus, *lib. 3. epist. 81. & l. 2. de Constitutionibus Principum: l. 6. de contrahenda emptione.* Dat. Vincentiæ 6. Kal. Iun. PP. A. D. 392. Arcadio & Rufino Coss. *l. 20. de petitionib.* PP. 6. Id April. De Flauiano PP. quomodo A. D. 392. Eugenio Tyranno adhæserit & Christianæ religioni infestus fuerit, agunt Sozomenus *lib. 7. cap. 22.* Paulinus, *in V. Ambrosii*, & Rufinus *lib. 2. cap. 33.* qui scribit, Flauianum PP. sub Theodosio Imp. fuisse Virum eximium eiusque magnam in sapientia prærogatiuam extitisse, (quem Præfectum Vrbi a Rufino indicari perperam tradit Baronius *Anno 393. n. 37.*) Flauianum quoque hunc, quem *filium suum* semper vocat, memorat Symmachus, *Eugenianæ* Tyrannidi implicitum, apud Theodosium Imp. inconciliatum Præfectura bonisque multatum fuisse *lib. 7. epist. 103.* verum integrata mox ei bona ab eodem Theodosio *lib. 4. epist. 19.* tandem & instauratum ei honorem ex Theodosii ipsius destinatione ab Honorio filio eius. Quæ omnia discere est ex *lib. 4. epist. 5. lib. 7. epist. 92. 94. 95. 103. lib. 8. epist. 29. lib. 9. epist. 44.*

Flauianus sub Honorio P. V. A. D. 399. Theodoro V. C. Coss. *l. 3. de habitu, quo vti oportet intra Vrbem.* Dat. Brixiæ. Agitur *hac lege* de Vrbe Roma.

A. D. 400. Stilichone & Aureliano Coss. *l. 61. de appellationibus.* Dat. Brixiæ. Agitur *hac lege* de Vicario Vrbis Romæ. *l. vltim. de Aquaductu.* Dat. Mediol. Agitur *hac leg.* de Aqua Claudia. *l. 20. de nauiculariis.* PP. Romæ in foro Aproniano VIII. Kalend. Feb.

PP. (γρ PV.) fine Consule inscribitur *l. 24. Cod. Iust. de excusat. tutor.* Dat. Mediolan. III. Non. Mart. AA. Coss. Agitur *hac leg.* de nauiculariis. Flauiani, quem *filium suum* semper vocat, Præfecturam Vrbanam hanc memorat Symmachus *lib. 7. epist. 50. & 95.* Eandem perstringit & indicat *lib. 4. ep. 5. 7. lib. 5. epist. 6. lib. 7. epist. 92. 94. 103. lib. 8. epist. 29.* eius meminit idem, *lib. 4. epist. 39. 51.* Qui & illud indicat *d. l. 7. epist. 50.* Decium ei in Præfectura Vrbana successisse, *v. supra Decius.* De eodem est vetus inscriptio apud Gruterum *CLXVII. 5.* vbi fit mentio Secretarii Senatus ab isto instituti, dein fatali igne absumpti, postea ab Epiphanio P. V. reparati & ad faciem pristinam reducti. In *l. 33. de erogat. mil. ann.* Anno Domini 414. fit mentio Flauiani & Cæciliani VV. Illustrium per Africam.

FLAVIANVS sub Valentiniano III. PP. A. D. 431. *l. 36. de annona & trib.* Dat. Rau.

A. D. 432. *l. 3. de Decurionibus & silentiariis.* Data Rauennæ.

FLORENTINVS sub Constantino Magno, vide *infra Florentius.*

FLORENTINVS sub Valentiniano & Valente Comes R. P. A. D. 369. Valentiniano NB. & Victore Coss. *l. 1. de incorporatione.*

Sub Valentiniano Iun. Comes S. L. A. D. 385. *l. 30. quorum appellat. l. 46. de appell.* vbi *Florentius* vocatur. Dat. Aquil. *l. 4. Cod. Iust. de agricol. & mancip. dom.* In nonnullis male *ad Florum.*

FLORENTINVS sub Honorio P.V. A. D. 396. *l. 5. de Senatorib.* vbi *Florentio* editum. Agitur *hac leg.* de Vrbe sacratissima. *l. 7. de maternis bonis.* Dat. Med.

A. D. 396. *l. 2. de conditis in publicis horreis.* Dat. Med. Agitur *hac leg.* de Vrbicaria Præfectura, deque canone antiquitus instituto (ex Africa scilicet) complendo. *l. 55. de cursu publico.* Dat. Mediol. *l. 3. de testimoniali ex tribunis.* Dat. Med.

A. D. 397. *l. 7. de Suariis: l. 3. de priuil. corpor. V. R. l. 19. de diuersis officiis: l. 153. 154. 155. 156. de Decurionibus: l. 9. de Senatorib. & glebali collat.* Dat. Mediol. fine dignitate. *l. 1. Cod. vbi quis de Curiali.* Perperam *hac leg. Florus* PF. P. vocatur.

Sine die & Coss. *l. 12. Cod. Iust. de agricolis. Florentinus* hic P. V. ille est, ad quem Symmachus, *lib. 4.* sex epistolas scribit, puta *ep. 51. 52. 53. 54. 55. 57.* qui *epist. 52. & 54. Præfecturam* eius *Vrbis* indicat. De hoc etiam accipienda eiusdem *ep. 21. & 30. lib. 4.* vbi pariter eam indicat. Gallus hic fuit Mineruii & Protadii frater. Ad Florentinum libros *de raptu Proserpinæ* emisit Claudianus.

FLORENTIVS sub Constantino Magno Rationalis A. D. 320. *l. 1. de custodia reorum.* Sine dignitate A. D. 323. *l. 12. de apellationibus.* (Hic vocatur *Florentinus*) *l. 8. de Decurionibus.* In Cod Iust. in inscritione additur PP.

FLORENTIVS sub Constantio Consul cum Tauro A. D. 361. vide Pagium, Relandum & *Chronologiam* nostram. Hic & Anno 357. fuit PP. Marcellino teste *lib. 16. cap. 12.* & A. D. 359. *lib. 18. c. 2.* & A. D. 360. *lib. 20. cap. 4.* & A. D. 361. *l. 22. cap. 3.*

FLORENTIVS sub Valentiniano Sen. Comes S. L. A. D. 364. *l. 6. de lustrali collatione.* A. D. 365. *l. 3. de immunitate concessa.* Dat. Med. A. D. 366. *l. 11. de susceptor.* Dat. Mantebri. An hic idem Florentius Constantii Imp. intimus, de quo Athanas. *ad solit. vit. agen. pag. 637. Edit. Commelin.* Florentius hic alius a superiore, teste Marcellino, hic quippe Nigriniani filius fuit, Magistri Officiorum munere antea functus, teste Marcellino *lib. 15. cap. 5. in gestis Anni 355. lib. 20. cap. 2. in gestis Anni 360.* & *lib. 22. in gestis Anni 361. cap. 3.* PP. Galliarum A. D. 367. Lupicino & Iouino Coss. *l. 5. de censu.* Huius Florentii

PP. Galliarum meminit hoc ipso anno Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 7.*

FLORENTIVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis A. D. 384. *l. 1. de his, qui plebem: l. 9. de fide testium.* Sine die & Consule. *l. 1. Cod. Iust. de officio Præfecti Augustalis* A. D. 386. *l. 112. de Decurion.*

FLORENTIVS sub Valentiniano Iuniore Comes S. L. A. D. 385. vide *Florentinus supr.*

FLORENTIVS sub Theodosio Magno Proconsul Palæstinæ A. D. 385. Arcadio A. I. & Bautone Coss. *l. vltim. de fisci debitorib.*

FLORENTIVS sub Theodosio Magno P. V. A. D. 422. *l. vnic. de Præpositis S. Cubiculi.* Dat. Constantinop. Fit mentio *hac leg.* Macrobii Viri Illustris.

PP. A. D. 428. *l. 2. de Lenonibus: l. 65. de hæreticis: l. vnic. de imponenda lucratiuis descript. l. 1. C. Iust. quando & quibus quarta pars: l. 1. Cod. eod. de prædiis Curialium: l. 29. de cohortalibus.* Dat. Constantinopol.

A. D. 429. *l. vltim. Cod. Iust. de precibus.* Dat. Constantinop. *l. 4. Cod. eod. de hæreditat. Decurion.*

Consul cum Dionysio Anno D. 429. Vide Anton. Pagium *in Critic. h. a.* Relandum *in Fast.* & *Chronolog.*

PP. A. D. 435. *l. 5. Cod. Iust. de Apostatis.* Alius annus adsignandus: Florentius enim Isidori successor fuit (qui Anno 435. 436. PP. fuit) vt testatur quoque Theodoretus *epist. 47.*

A. D. 436. *Nouella 1.* Theodosii, de Theodosiani Codicis auctoritate, ad hunc Florentium data est: vbi PP. Orientis nominatim dicitur. Eidem plures Theodosii Nouellæ inscribuntur A. D. 428. & 429. adde & de iureiurando Rectorum Prouinciarum *l. vltim. Cod. Iust. ad leg. Iul. de repetund.* Huius Florentii meminit Isidorus Pelusiota, *lib. 1. epist. 4. 3. 6.* & ad eum quoque scribit. Meminit & Theodoretus *epist. 47.* ad Proclum Episc. Constantinopolitanum, quæ est de Censitore & Peræquatore. Extat & eiusdem *epist.* ad Florentium Patricium, 89. Eiusdem meminit *Nouella 33.*

FLORIANVS, sub Constantino Magno (Præses vel PP.) A. D. 324. *l. 1. de Veteranis.*

FLORIANVS, sub Valentiniano Seniore Comes R. P. A. D. 364. *l. 20. de cursu publ. l* A. D. 365. *l. 11. de exactionib.* Dat. Med. A. D. 367. *l. 2. C. Iust. de bonis libertorum.* Dat. Treu. Sine die & Coss. *l. 4. Cod. de fundis patrimonialib.* vbi MS. recte habent ad Florianum Com. R. P. male vulgo ad Florentium. Huic legi perperam inscribuntur *Valens, Gratianus & Valentinianus.* In MS. recte, Iidem AA. id est *Valentinianus & Valens.*

FLORIANVS sub Valentiniano Sen. Consul Venetiæ, *l. 1. de executorib. l. 10. de exactionibus.* Hæc lex eadem est duobis locis repetita.

FLORIANVS sub Valente Comes A. D. 373. *l. 10. de accusationib.* Dat. Marcianop. *l. 11. eodem tit.* Dat. Constantinop.

FLORVS sub Valente, Gratiano & Valentiniano, Com. R. P. *l. 2. de cursu publ.*

FLORVS sub Gratiano & Valentiniano PP. *l. 1. Cod. Iust. de locat. præd. ciuil.*

FLORVS sub Theodosio Magno Magister Officiorum A. D. 380. *l. 3. de Agentib.* Dat. Thessalonicæ A. D. 381. *l. 6. de Curiosis.* Dat. Constantinop.

PP. (Orientis) A. D. 380. *l. 6. de his, quæ administr.* Dat. Thessalonicæ. Vide, quæ de Floro hoc atque eius Præfectura hoc anno, dicta sunt in Præfatione ad Tom. III. huius Codicis.

A. D. 381. *l. 87. de Decurionib.* Dat. Heracleæ. *l. 3. de Primicerio.* Dat. Constantinop. *l. 6. de honorar. codicill.* Post alia. Dat. Constantinop. *l. 7. de Paganis.* Dat Constantinop.

A. D. 382. *l. 6. de diuersis rescriptis.* Dat. Constantinop. *l. 9. de hæretic.* Agitur *hac leg.* de Manichæis, Encratitis, Saccoforis, Hydroparastatis. *l. 38. 39. 40. de cursu publ. l. 3. de abolitionibus.* Dat. Constantinop. vnde desumpta *lex vltim. Cod. Iust. de probation.* die & Consulatu omissis *l. 4. ad L. Iul. repetundar. l. 10. de metallis.* Dat. Constantinop. *l. 7. de his, quæ administr.* Dat. Constantinop. Et iungendæ *l. 13. de Numerariis. l. 92. de Decurion. l. 2. de secundis nupt.* Dat. Constantinop.

A. D. 383. *l. 4. ne quid public. lætit. l. 96. de Decurion. Hac leg.* fit mentio Prouinciæ *Mysiæ.* Dat. Constantinop.

FLORVS (*Florentinus* PF. V. reponendum) PP. sub Honorio A. D. 397. *l. 1. Cod. Iust. vbi quis de Curiali.* Dat. Mediolani.

FORTVNATIANVS sub Valente Imper. sine dignitate A. D. 368. *l. 2. de tyronibus.* Dat. Marcianopoli Comes R. P. A. D. 369. Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *l. 5. de metallis. l. 2. de Aquæductu.* Agitur *hac leg.* de Daphnensi Palatio. Data (id est reddita) Antiochiæ A. D. 377. *l. 3. de debitoribus.* Dat. Hierapoli.

Fortunatiani huius Comitis R. P. meminit Ammianus Marcellinus, *initio lib. 29.* in narratione de his, quæ facta ob Vaticinium quoddam sub Valente exercitum, vbi Comitem vocat, *molestum flagitatorem eorum, quæ ærario debebantur,* & sub eius dispositione fuisse Palatinos exigi, quæ de ærario interceperant, iussos: Rursum de eo agit *eodem libr. cap. 2.* Meminit & Zosimus, *lib. 4. cap. 14.* in eadem narratione, vbi τῇ τῶν βασιλικῶν ἐφεςῶτα ταμιέων φροντίδι vocat: Interpres parum accurate *Imperatorio fisco Præfectum* interpretatur, cum hæc verba denotent *Comitem Rei priuatæ.* vid. dicta in Commentario a *d. l. 3. de fisci debitor.* Ad eundem exstant in Cod. Vaticano plures Libanii Antiocheni epistolæ: puta *lib. 2. epist. 43. 48. 50. lib. 4. epist. 31. 44. 149. 162. lib. 5. epist. 25. 36. 115.* Consule *Indicem Edtionis Wolff.* & omnes ad Fortunatianum Epistolas inuenies.

VERSENNIVS Fortunatus sub Constantino Magno Consularis aquarum A. D. 315. *l. 1. de diuers. offic.*

FORTVNATVS sub Valentiniano Sen. Consularis Pannoniæ secundæ, A. D. 365. *l. 27. de cursu publico.*

FRAVITTA cum Vincentio Consul Anno Domini 401. Hic ad Consulatum euectus est, quod terra marique Gainam debellasset, vt est apud Sozomenum *lib. 8. c. 4.* Fuit natione Gothus, & religione paganus, vt habet Philostorgius *lib. 11. c. 8.* & Svidas *voc.* φράβιτος. vide Ant. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. h. a.* Reland. *in Fast.* & *Chronolog.*

G

GADDANA Theodosii Magni tempore Satrapa Sofanenæ A. D. 387. *l. 6. de auro coronario.*

GAISO sub Honorio sine die & Coss. Comes S. L. *l. 12. Cod. Iust. de vectigalib.* vbi nonnulli habent Gaizoni.

Comes & Magister Officiorum A. D. 410. *l. 11. de indulgent. criminum.* Dat. Rau.

Comes & Magister Militum A. D. 412. *l. 16. de desertoribus.* Dat. Rau.

Alius fuit *Gaiso*, sed eiusdem proculdubio gentis (Francicæ) qui Constantem Imp. iussu Magnen-

gnentii interfecit, & ideo ab eo Consulatus collega assumptus.

GALLICANVS sub Constantino Magno Consul Anno 317. cum Basso. Idem & Anno superiore & hoc ipso fuit P. V. vide *Notitiam Præf. Vrbi* in *Notitia Dignitat.* de quo & vetus inscriptio Romæ Crispo Cæsari dicata ab eo, vbi OVINIVS GALLICANVS dicitur apud Gruterum *CCLXXXIV. 7.* Hic A. D. 330. iterum Consul cum Symmacho prodiit. Consule Anton. Pagium *in Critic. ad annos cit.* Petr. Reland. *in Fast.* & Contelorium *de Præf. Vrb. pag. 54.*

GAMALIELVS sub Theodosio Iuniore Patriarcha Iudæorum A. D. 415. *l. 22. de Iudæis.* Dat. Constantinop. Hic idem videtur, de quo Marcellus Empiricus, *cap. 23.* Hieronymus *epist. ad Pammachium, de optimo genere interpr. pag. 245. Tom. II. Op. Edit. Francof.*

GAVDENTIVS sub Honorio V. C. Comes Africæ Vincentio & Frauitta Coss. A. D. 401. Mentio eius fit *l. 3. de equorum conlatione.* Vicarius Africæ A. D. 409. *l. 1. de terris limitaneis.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de *Gentilibus*, & de munitione limitis & fossati.

De *Gaudentio* hoc agit Renatus Profuturus Frigeridus apud Gregorium Turonensem, *lib. 2. histor. Franc. cap. 8.* qui vna cum Prospero Comitem & Magistrum Equitum vocat. De eodem agit & Zosimus *lib. 5.* in gestis Anni 408. *cap. 36.* Hic Aetii pater fuit.

GENNADIVS sub Arcadio Præfectus Augustalis A. D. 396. *lex 1. de Alexandr. pleb.* PP. Eutychio Alexandriæ.

Ad hunc *Gennadium* Præfectum Augustalem extat Claudiani *Epistola*, ex qua de Præfectura eius Augustali liquet. Meminit eiusdem Synesius, *epist. 33. pag. 221.* vbi eum valde commendat, & Syrum fuisse ostendit, & *initio* κατασάσεως, ἐπὶ τῇ μεγίσῃ βαρβάρων ἐφόδῳ.

GEORGIVS, sub Valentiniano III. Proconsul Africæ A. D. 425. *l. 46. de Episcopis: l. 63. de hæreticis.*

GERASIMVS sub Gratiano Episcopus (in Galliis vt puto) A. D. 376. *l. 23. de Episcopis.* Dat. Treu.

GERMANIANVS sub Iuliano PP. A. D. 362. *l. 39. de appellationibus.* Fit mentio in *hac leg. Comitis Orientis.* Ammianus Marcellinus in gestis Anni 361. *lib. 21. cap. 8.* scribit Germanianum iussum a Iuliano vicem tueri Nebridii PP. Idem scribit *lib. 26. cap. 5.* in gestis Anni 365. Germanianum potestate Præfecti rexisse Gallias Prouincias. An hic Germanus, ad quem sunt tres Libanii *epist. 194. 213. 258.?* Vide *Indicem Epistol.* Libanii *Edit. Cl. Wolffii.*

Sub Valentiniano Comes S. L. A. D. 365. *l. 1. de pascuis.* Dat. Rom. *l. 3. de murilegulis.* Dat. Med. vbi male editum *Consularis* loco Comes S. L. *l. 3. de fundis patrim.*

A. D. 367. *l. 13. de susceptorib. l. 4. de metallis.* Dat. Rom. γρ Rem.

Sine die & Coss. & sine dignitate *l. 1. Cod. Iust. de veteris numism. potest.* quæ duobus superioribus iungenda est.

PP. A. D. 365. *l. 9. de diuers. offic.* Dat. Rem. Sine dignitate anno eodem, *l. 2. Cod. Iust. de magistr. municip.* PP. Galliarum A. D. 365. vel 368. *l. 39. Cod. Iust. de Decurion.* vbi Germanus vocatur.

Sine die & Coss. & sine dignitate *l. 6. Cod. Iust. de Agricolis.* Forte iungenda hæc lex cum *l. 3. Cod. eod. de fund. patrim.* Agitur *hac leg.* de Præsidibus Prouinciarum.

GERVLVS, sub Constantino Magno Rationalis trium Prouinciarum A. D. 334. *l. 1. de communi diuid.* Agitur in *hac leg.* de Sardinia.

GILDO sub Valentiniano Iun. Comes & Magister vtriusque militiæ per Africam A. D. 393. *l. 9. de adulteriis.*

Huius proscripti sub Honorio mentio fit A. D. 399. *l. 16. de bonis proscriptorum.*

A. D. 400. *l. 7. de metatis*, vbi *hostis publicus* vocatur.

A. D. 406. *l. 19. de bonis proscriptorum.*

A. D. 408. Basso & Philippo Coss. *l. 19. de pœnis.*

A. D. 409. *l. 9. de metatis.*

Videndus Claudianus, *de bello Gildoniaco*, aliique, & in his quoque Symmachus, *lib. 4. epist. 4.* & Zosimus, *lib. 5. cap. 11.* vbi Gildonem πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης τὸν ἡγεμόνα *totius ad Carthaginem pertinentis Africæ Ducem* vocat: & Orosius, *lib. vltim. cap. 36.* De Comite Gildoniaci patrimonii *Notitia Imperii.*

GORGONIVS sub Valentiniano Iuniore Comes R. P. A. D. 386. *l. vnic. de petitoribus & desist.* Dat. Mediol. Hic forte *Gorgonius* est, cui antea thalami Cæsariani cura commissa erat, cuius meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 15. cap. 2.* Forte etiam idem ille, quem Ausonio commendat, quemque fratrem suum vocat Symmachus, *lib. 1. epist. 33.*

Gracchus sub Valentiniano Iun. PP. A. D. 376. Valente V. & Valentiniano AA. Coss. *l. vnic. ne quis in sua causa.* Lecta Kalend. Decembr. A. D. 377. Gratiano IV. & Merobaude Coss. *l. 3. de Quæstionibus.* Dat. Treu.

Huius Gracchi meminit Hieronymus *epist. 7. ad Lætam de institut. filiæ pag. 35. Tom. I. Opp. Edit. Francf. apud Christ. Genschium*, & Prudentius *lib. 1. adu. Symmachum v. 562. sequ.* qui P. V. fuisse ostendunt. Et vero ita in his duabus legibus reponendum est, quomodo etiam præfert Codex Iustin. in *l. vnic. ne quis in sua causa:* vide quæ de eo plene dico, ad *l. 3. de Quæstionibus.*

GRACCHVS sub Honorio Consularis Campaniæ, A. D. 397. *l. 1. de collegiatis.* Præfectus Vrbi A. D. 415. *l. 20. de diuers. offic.* Dat. Rau. An de hoc sensit Hieronymus *dict. epist. 7?* Vide *Commentar. ad dict. l. 20.*

GRATIANVS Imp. & Consul.

GREGORIVS sub Constantino Magno PP. A. D. 336. *l. 3. de annona & tributis.*

Sine dignitate anno eodem, *l. 1. Cod. Iust. de naturalibus liberis.* Dat. (id est reddita) Karthagine. Fit *hac leg.* mentio *Phœniciarchias*, & Syriarchias: Quod Triboniani emblema est.

A. D. 337. *l. 2. de contrab. empt.* Dat. Constantinopoli Prid. Non. Febr. Hic est ille Gregorius Præfectus, de quo Optatus Mileuitanus, *lib. 3. cap. 10.* vbi Donati in eum conuicium memorat. De eo plura ad *d. l. 3. not. b.*

GREGORIVS sub Gratiano Præfectus annonæ. A. D. 377. *l. 15. de Pistoribus.* Dat. Treu. An hic idem, ad quem extant sex Symmachi epistolæ *lib. 3.* puta *epist. 17. 18. 19. 20. 21. 22.* vbi Quæstorem eum fuisse indicat. Memoratur & hoc tempore sub Gratiano Gregorius PP. Galliarum in causa Priscillianistarum a Sulpitio Seuero *hist. eccles. lib. 2 cap. 49.*

GREGORIVS sub Theodosio Magno Episcopus Nyssenus A. D. 381. *l. 3. de fide Cathol.*

H

HADRIANVS sub Honorio Imp. Magister Officiorum A. D. 397. *l. 11. de proximis.* Dat. Med. A. D. 399. *l. 11. de Agentibus.* Dat. Med. PP. A. D. 400. *l. 35. de Episcopis: l. 37. de hæreticis: l. 3. de conlat. donatar.* Dat. Rau.

A. D. 401. *l. 5. de tabulariis: l. 41. de operibus publicis:*

publicis: l. 16. de exactionib. l. 11. Cod. Iust. de annonis. Dat. Mediol. Vide etiam *l. vn. de offic. Vicar.*
A. D. 403. *l. 11. & 12. de desertorib. l. 31. de Agentibus in rebus.* Dat. Rauennæ. *l. 13.* & *14. de desertoribus.*
A. D. 404. *l. 65. de cursu publico: l. 2. de excoct. vel transl. l. 17. de Iudæis.* Dat. Romæ. *l. 31. de nauicularіis.*
A. D. 405. *l. 4. & 5. ne sanctum baptisma: l. 43. de operibus publicis.* Dat. Rauennæ. Hypobolimæa *l. 2. de Episcopali iudicio.*
Sine die & Consule. *l. 11. Cod. Iust. de omni agro deserto: l. 4. seu vltim. Cod. eod. de lucris aduocatorum.* Honorio & Theodosio tribuitur. *l. 3. Cod. eod. de locat. præd. ciuil.* Arcadio & Honorio hæc lex tribuitur in libris MS. male in editis *Honorio & Theod.* Extat ad hunc *Hadrianum PP.* Claudiani epigramma satisfactionis: vt & alterum eiusdem *de Theodoro & Hadriano.*

HADRIANVS PP. sub Honorio A. D. 412. *l. 13. de infirmandis his, quæ sub Tyran.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Heracliano Tyranno.
A. D. 414. Constantio & Constante Coss. *l. 33. de erogat. milit. annonæ.* Agitur *hac leg.* de Africa. *l. 11. de curiosis.* Dat. Rauennæ. *l. 12. de metatis.* Vbi inscriptio male præfert *Proc. Africæ:* quæ postrema vox ad initium *leg.* retrahenda est. A. D. 416. *l. 21. de tyronib.*

HARIOBAVDES, v. *infr. Tariobandus.*

HELENA sub Constantino Magno: ob Crispi & Helenæ paratum (ita enim repono) indulgentia criminum data a Constantino Magno *l. 1. de indulgent. criminum.* Anno Domini 322. Inscribitur hæc lex *Maximo PP.* & in subscript. dicitur *Acc. Romæ.*

HELIANVS, v. *supr. Ælianus.*

HELIO sub Theodosio Iun. Magister Officiorum per quatuor primum Annos A. D. 414. *l. 17. de Medicis & Professor.*
A. D. 415. *l. 17. de Agentib. in reb.* Dat. Constantinop.
A. D. 416. *l. 18. de Agentibus in reb. l. 17. de proximis.* Dat. Constantinop. *l. vnic. de decanis.* vbi Comes & Magister Officiorum vocatur.
A. D. 417. *l. 19. de Agentibus in reb.* Dat. Constantinop. Iterum, per quatuor Annos.
A. D. 424. Castino & Victore Coss. *l. 2. Cod. Iust. de officio Quæstoris.*
(A. D. 425. Helio in Italia fuit, vid. *Chronicon hist. h. a.*)
A. D. 426. *l. 20. de Agentibus in rebus.*
A. D. 427. *l. 14. de metatis.* His duabus legibus *Patricius & Magister Officiorum* vocatur, *l. 18. de Medicis & Professor.* Huius *Helionis Magistri Officiorum*, meminit Olympiodorus apud Photium, *num. 80.* Helionis Patricii Socrates, *lib. 7. cap. 24. in fin.*

HELIODORVS sub Constantino & Constante, si inscriptio in nonnullis Codicibus recte habet, *l. 1. Cod. Iust. de fundis rei priuatæ.*

HELIODORVS sub Theodosio Iun. P. V. A. D. 432. *l. vlt. de domesticis & protectoribus.* Dat. Constantinop. Forte is, de quo Cassiodorus *I. Var. 4.*

AVRELIVS HELLADIVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 325. *l. 5. Cod. Iust. de postulando: l. 1. de fide testium.* Dat. Naisso. Forte Rector Prouinciæ fuit, ut ad *d. l. 1.* dixi.

HELLADIVS sub Theodosio Magno Episcopus Cæsariensis, A. D. 381. *l. 3. de fide catholica.*

HELLADIVS sub Theodosio Iun. Grammaticus Græcus Constantinopoli A. D. 425. *l. vnic. de Professorib. qui in Vrbe Constantinop.* De hoc Helladio agit Socrates, *lib. 5. histor. Eccl. cap. 16.* & Suidas *in v.* Ἑλλάδιος: ex quo, vt & decem aliis Indicem suum, seu Lexicon, idem confecit. Vide Commentarium ad *d. l. vn.*

HELLEBICVS sub Theodosio Magno Comes & Magister vtriusque militiæ A. D. 383. *l. 1. de calumniatoribus.* Dat. Constantinop. In hunc *Hellebicum* extat Libanii *Oratio 21.* Eiusdemque epistolæ in Codice Vaticano *lib. 1. epist. 2. lib. 1. epist. 166. 190.* in Regio *epist. 2. 764. 780. 794. 822.* vide *Indicem* Epistolar. Libanii *Edition. Cl. Wolffii.* Ad hunc eundem extat *epistola* Gregorii Nazianzeni 129. vbi aperte ostendit, eum Magistrum militum fuisse. De eodem Ἐλλεβίχῳ στρατηλάτῃ Chrysostomus περὶ ἀνδριάντων, siv. *de statuis ad popul. Antiochen. Orat. 17. pag. 170. Edit. Benedict. Tom. 2. Opp.* & Theodoretus, *lib. 5. cap. 19.* Consule, quæ dixi ad *d. l. 1. in Commentar.*

HELLENIVS sub Valentiniano Iun. Vicarius Vrbis A. D. 386. *l. 2. de Curatorib. Kalendarii.*

HELPIDIVS sub Constantino Magno Agens vicem Præfecti Prætorio A. D. 321. *l. 6. Cod. Iust. de ædificiis.* Dat. VI. Kal. Iun. sine dignitate A. D. 321. *l. 3. Cod. Iust. de feriis.* Non. Mart. *l. 1. de feriis.* PP. Caralis V. Non. Iun. A. D. 323. *l. 5. de Episcopis.* Dat. Sirmi. A. D. 324. *l. 4. de Nauiculariis.* Agitur *hac leg.* de Portu Vrbis Romæ, deque nauibus ex Hispaniæ littoribus eo appellentibus, indeque dimittendis. A. D. 329. *l. 4. de falsa moneta.*

HELPIDIVS sub Constantino Imp. Consularis Pannoniæ A. D. 352. *l. 6. de Veteranis.*
Sine dignitatis titulo A. D. 358. *l. 4. de erogat. mil. ann.* Dat. Doridæ.
PP. A. D. 359. *l. 5. de erogat. mil. ann.* Dat. Constantinop.
Sine dignitatis titulo A. D. 360. *l. 1. de patrocin. vicor.* Dat. Marcianop. Agitur *hac leg.* de coloniis per Ægyptum.
PP. A. D. 360. *l. 6. de erogat. mil. ann.* Dat. Hierapoli. Indict. IV. id est Anno 360. *l. 11. de cursu publico. Helpidii* huius Præfecti Prætorio meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 21. cap. 6.* in gestis Anni 361. qui eum Paphlagonem fuisse testatur, & aspectu vilem & lingua, sed simplicis ingenii, incruentum & mitem. Vide, quæ doctissimus Valesius notat ad Marcellinum *l. c.* Eundem proscribit Libanius, *Orat. adu. Polyclem.* quia Christianus erat. Eiusdem Libanii epistola extat Cod. Vatic. *lib. 1. epist. 207.* (quæ est in Edit. Wolffii *Ep. 227.*) τοῖς Ἐλπιδίου παρέδροις *Helpidii assessoribus*: vt & in Regio. In eodem Cod. Regio *epist. 204. 445. & 507.* ad Elpidium. Meminit eius & *epist.* ad Iulianum 638. & 655. Sallustiumque ei successisse indicat. Meminit & in editis Latine *lib. 3. epist. 258.* & in Lutetianis *epist. 199.* ad Ampelium, vbi & κράτιστον vocat & ἄρχοντα & *epist.* ad Iulianum 618. vbi σκαιὸν vocat. Consule *Indicem Epistolar. Libanii Edit. Wolffii.* Meminit & eius Hieronymus *in vita Hilarionis pag. 158. Tom. I. Opp. Edit Francf. apud Christ. Gensibium.* vbi vxorem quoque eius Aristæneten memorat: & vtrumque Christianæ fidei & pietati operatum ostendit: Quæ caussa forte Marcellino fuit acrius eum perstringendi. Quare nil mirum, si eum proscribit Libanius *d. Orat.* & *d. epist. 638.*

HERACLIANVS sub Constantino Magno Tribunus & Magister Officiorum. Mentio fit eius A. D. 321. *l. 1. de Paganis sacrif. & templis*, quæ lex data est ad Maximum (P. V. Romæ scilicet.)

HERACLIANVS sub Arcadio Comes Ægypti A. D. 395. *l. 3. de patrociniis vicorum.* Hic idem videtur cum *Herculiano*, ad quem scriptæ sunt decem

decem Synesii epistolæ ab *epist.* 136. ad 145. qua vltima vt & *epist.* 144. vel in Ægypto Magistratum egisse, aperte testatur, inque officio suo habuisse & δορυφόρους, *Officiales:* & in his ἀπὸ διηγημάτων, *ab actis* seu, *a libellis*, & *subadiuuam*: Cuiusmodi sane subadiuuas habuere, Tingitanæ, Britanniæ Duces. Item Mauritaniæ Tripolitanæ, Panoniæ 1. & 2. Daciæ, Sequaniæ Armoricanæ, Britanniarum Consulares. Item Campaniæ, Apuliæ, Calabriæ Præsides, præter Illustres, & in his Præfecti Prætorio, Præfectus Vrbis, Proconsules, item Africæ Vicarii, Magister Officiorum, etiam Comites rei militaris, v. g. Africæ, vt docet *Notitia Imperii.* Idem *epist.* 139. eum corpore validum subque eo ἱπποτοξότην constitutum fuisse docet.

HERACLIANVS sub Honorio Comes Africæ A. D. 410. *l.* 51. *de hæreticis.* Eadem lex quinquennio post rursum proposita Anno 415. retenta inscriptione *l.* 56. *de hæreticis.* Meminit huius *Heracliani* Comitis Africæ Zosimus, *lib.* 5. *cap.* 37. in gestis Anni 408. vbi minus recte doctissimus alioquin interpres τῶν ἐν μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν ἡγούμενον, vertit, *militum in magna Lybia Magistrum.* Hic idem est, qui Tyrannidem in Africa postea vsurpauit: de quo Anno 413. *l.* 21. *de pœnis*, & *lex* 13. *de infirm. his, quæ sub Tyrannis*: & scriptores passim Ecclesiastici, Chronographi aliique; Hieronymus quoque in Ezechielem *lib.* 28. de quo accipio quoque Philostorgium, *lib.* 12. *cap.* 6. vbi vide, quæ dixi. Hic postea Consulatum assecutus est, cum Africam strenue tutatus esset, adversus Attalum, vt Orosius habet *lib.* 7. *cap.* 92. Consul prodiit A. D. 413. cum Lucio, vid. *Chronolog.* sed cum novarum in Africa rerum reus & honorem amitteret & vitam, nomen eius e fastis erasum est. Vide dicta *ad l.* 13. *de infirmand. his, quæ sub Tyrann.* Baronium *in Annal. an. cit.* Pagium *in Critic. h. a.* & Reland. *in Fast.*

HERASIVS sub Gratiano & Valentiniano Iuniore Proconsul Africæ A. D. 381. *l.* 9. *de scenicis.* PP. Karthagine.

HERCVLIVS sub Theodosio Iuniore PP. Illyrici A. D. 408. *l. vltim. de equorum collatione.* Data Constantinop. Agiturque *hac leg.* de necessitatibus *Illyricianis.* In inscriptione *huius leg.* in Cod. Theod. omissa vox *Illyrici*, quam habet Codex Iust. in *l.* 1. *Cod. de quibus munerib. nemo excus.* quæ ex *d. l. vlt.* desumpta est.

A. D. 410. *l.* 172. *de Decurionib. l. vltim. ne conlationis translatio.*

A. D. 412. *l.* 49. *de operibus publicis.* Ad hunc Herculium extat Ioannis Chrysostomi *epistola* 201.

HERMOCRATES, vide *infr. Hieritocrates.*

HERMOGENES, a quo Hermogenis equi, *l.* 1. *de Equis Curialibus*: seu Hermogeniani *l. vnic. de grege dominico.* Hermogenes Ponticus PP. sub Constantio Musoniani successor. Memoratur A. D. 359. ab Ammiano Marcellino, *lib.* 19. *cap.* 12. vide & de eo Libanium, *de vita sua pag.* 39. *Edit. Morell.*

HERODES sub Honorio A. D. 396. Arcadio IV. & Honorio II. Coss. *l.* 5. *de Censitoribus:* vbi dignitatis seu officii nomen omissum. Sed Proconsul hic Africæ fuit, vt testatur Augustinus, *lib.* 3. *contra Cresconium*, *cap.* 56. vbi & Anno 394. iam Arcadio III. & Honorio II. Coss. eum Proconsulem fuisse ostendit. Ad quem Annum forte hæc lex referenda. Vide *Commentar. ad leg. cit.*

HESPERIVS sub Gratiano Proconsul Africæ A. D. 376. Valente V. & Valentiniano AA. Coss. *l.* 3. *de scenicis.* Dat. Triu. Hic Hesperius est Ausonii filius: cuius Proconsulatum idem memorat in epicedio *patris:* Meminit & huius Hesperii Proconsulis Africæ Ammianus Marcellinus, *lib.* 28. *in fin.* De eo nonnulli quoque accipiunt illud Paulini, *in Eucharistico:*

Illic vt didici ter senis mensibus actis
Sub genitore meo Proconsule.

Idem postea PP. fuit, de quo mox.

Sub Gratiano & Valentiniano Iuniore PP. A. D. 377. *l.* 34. *de cursu publico.* Dat. Treuiris. Fit *hac leg.* mentio Proconsularis Prouinciæ, (id est, *Africa*) & *Cubiculariarum* regionum (de qua voce ibi.)

A. D. 378. *l.* 4. *de hæreticis.* Dat. Treuer. Adsumptus Coss. Valente & Valentiniano AA. Coss.

A. D. 379. *l.* 2. *de desertoribus.* Dat. Aquileiæ. *l.* 11. *de lustral. collat.* Dat Aquileiæ. Fit *hac leg.* mentio *Illyrici*, *Italiæ*, & *Galliarum. l.* 15. *de nauicularis.* Acc. Constantinæ, *l. vltim. Cod. quemadm. testam. aper.* Dat. Mediolani. *l.* 6. *de maternis bonis : l.* 5. *de hæreticis.* Dat. Med. *l.* 4. *de Palatinis S. L.* Dat. id est reddita. Sirmio VIII. Id. Dec.

A. D. 380. *l.* 10. *de murilegulis.* Dat. Aquil.

Sine die & Coss. *l.* 2. *Cod. Iust. de officio Vicarii:* ubi agitur de relationibus Vicariorum.

Sine dignitate, sine die & Coss. *l.* 3. *Cod. Iust. de fundis rei priuil.* & *lex* 4. in quibusdam *Codicibus.*

Hanc Hesperii filii sui Præfecturam memorat Ausonius bis *in Gratiarum actione ad Gratianum*, quæ habita fine Anni 379. sic quidem, vt indicet in eadem Præfectura Prætoriana sibi iunctum. Ad hunc Hesperium PP. extant Symmachi *epist.* 14. *lib.* 1. ab *epist.* 69. ad 82. sic quidem vt 82. doceat, eum Mediolani positum fuisse, quæ sedes Præfecti Prætorio Italiæ erat: *epist.* 72. vocat *summatem litterarum*: quomodo idem alibi Præfecturam Prætorianam vocat *Pontificium literati honoris.* Annonas item & Salarii emolumenta a Senatu V. R. Prisciano Philosopho decreta ab eo confirmari postulat *epistola* 73. quæ sane res ad curam Præfecti Prætorio pertinuit, vide *l.* 11. *hoc Codice de Medicis & Professorib.* De huius honore idem Symmachus exultat *lib.* 1. *epist.* 10. ad Ausonium patrem eius. Tandem ex *epist.* 71. & 73. colligitur, eum publicos honores gessisse Iudicemque fuisse. Eundemque Anno D. 384 Comitem V. C. & Illustrem vocat *lib.* 10. *epist.* 36. Hunc vero Doctiss. Valesius ad Marcellini *lib.* 28. *cap.* 6. PP. Galliarum facit; pariter vt Ausonium patrem, vnde colligit, tum primum videri duo simul fuisse Præfectos Prætorio per Gallias. Ego vero ita censeo, coniuncta potestate, & Ausonium patrem & Hesperium filium Præfectos Prætorio fuisse Italiæ, Illyrici, Africæ & Galliarum simul: nam vt de se Ausonius *Epigram. ad Syagrium v.* 36.

Præfectus Gallis & Lybiæ & Latio.

Ita in *l.* 11. *de lustrali collat.* quæ ad Hesperium PP. data est, fit mentio *Illyrici*, *Italiæ & Galliarum:* sic tamen, vt Ausonius in Galliis moraretur, Hesperius in Italia.

HESYCHIVS sub Theodosio Iuniore Proconsul Achaiæ A. D. 435. *l. vltim. de Principibus Agentium in rebus.*

HIERITOCRATES sub Theodosio Iuniore Comes R. P. A. D. 435. *l. vltim. de bonis vacantibus.* Dat. Constantinop. In *hac leg.* agitur de Achaia & Proconsule Achaiæ in Cod. Iust. *l. vltim. eod. tit. Hierocrates*, vel vt al. *Hermocrates.* Vid. dicta *not. h. ad. leg. cit.*

HIERIVS sub Honorio Vicarius Africæ A. D. 395. *l. 29. de Episcopis.*

HIERIVS sub Theodosio Iun. PP. A. D. 425. *l. vnic. ne sine iussu.* Dat. Constantinop. *l. 4. de Primicerio.* In *hac leg.* expresse dicitur, *PP. Orientis. l. vltim. de honorar. codicillis.* Dat. Topiso. In *hac leg.* memorat Theodosius Iun. aui sui, Theodosii scilicet Magni, Constitutionem. *l. vltim. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop.

A. D. 426. *l. 24. de bonis proscript.* Dat. Constantinop. *l. 16. seu vltim. de Legatis: l. 21. de diuers. offic.* Dat. Nicomediæ. *l. 21. de Agentibus.*

A. D. 427. *l. 10. de domesticis: l. 1. Cod. Iust. vnde vir & vxor.*

A. D. 428. *l. vltim. de legitimis hæredit. l. vltim. de nupt. l. vltim. de sponsalib. l. vnic. de omissa act. impetrat. l. vltim. de dotibus.* Dat. Constantinop. *l. vltim. de naturalibus filiis: l. 2. Cod. de bonis, quæ liberis.*

A. D. 432. *l. 6. de his, qui ad Eccl.* Dat. Constantinop. Hierii huius PP. mentio in Chronico Alexandrino *Anno D. 427. pag. 250. Edit. Venet. inter Script. Rer. Byzant.* vbi δὶς ἔπαρχ© vocatur, maleque Interpretes Raderus, & Ducangius, Præfectum Vrbi interpretantur. Consul Hierius cum Ardabure Anno D. 427. Vide A. Pagium *in Critic. h. a.* Relandum *in Fastis & Chronologiam.*

HIEROCLES sub Constantio Imp. Consularis Syriæ Cœles A. D. 344. *l. 7. quorum appellat. non recip.* A. D. 348. *l. 6. de iure fisci.* Huius, vt puto, Hieroclis meminit Libanius *in epist. ad Basilium,* in Basilianis 145. Hic idem videtur, ad quem eiusdem Libanii *epist.* in Cod. Regio extant 336. 370. 380. 419. 468. 493. Consule *Indicem Edit. Wolff.* Hic idem forte, qui Apollonium Christo comparare ausus, & aduersus quem scripsit Eusebius.

MECHILIVS (vide *Mecilius*) Hilarianus sub Constantino Magno Corrector Lucaniæ & Bruttiorum A. D. 316. *l. 1. de falsis: l. 3. de Decurionib.*

HILARIANVS sub Constantino Magno Proconsul Africæ A. D. 324. *l. 9. de Decurionib.* Consul cum Pacatiano Anno A. D. 332. hic idem & Mecilius Hilarianus.

MECILIVS HILARIANVS sub Constante Imp. PP. A. D. 339. Constantio II. & Constante Coss. *l. 3. de Prætoribus & Quæstoribus.* Dat. VIII. (Kal.) April. *l. 4. dicto titulo.* Dat. IV. Kal. Iul. Fit quoque eius mentio *l. 7 eod. tit.* Reponendum tamen P. V. Testatur enim vetus auctor Notitiæ Præfectorum Vrbis, hunc Mecilium Hilarianum Præfectum Vrbi fuisse inde ab Idibus Ianuariis Anni superioris 338. Vrso & Polemio Coss. ad Pridie Idus Iulias huius Consulatus 339.

HILARIANVS: Sine dignitate A. D. 341. Marcellino & Probino Coss. *l. 32. de Decurionib.*

HILARIANVS sub Honorio Imp. sine dignitate A. D. 396. *l. 6. de Censitoribus.* Dat. Med. Et tamen *hac leg. Culmen* ei tribuitur, vt proinde in Illustri dignitate positus fuerit.

HILARIVS sub Gratiano & Valentiniano Iuniore PP. A. D. 383. *l. 3. de legitimis hæredit.* Dat. Mediolani in Cod. Iust. *Hilarianus P. V.* Hic Hilarius videtur, ad quem Symmachus quinque epistolas scripsit *lib. 3.* puta *epist.* 33. 39. 40. 41. 42.

HILARIVS sub Honorio sine dignitate A. D. 396. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. *l. 2. de conlat. æris.* Dat. Mediolani in Cod. Iust. vocatur Præf. Præt. PP. A. D. 396. *l. 22. & 23. de erogat. mil. ann.* Dat. Med. Hic idem forte, cuius meminit Symmachus, *lib. 2. epist. 80.* ad Flauianum.

HILARIVS sub Honorio P. V. A. D. 408. *l. vlt. de Suariis.* In *hac leg.* agitur de Suariis Vrbis Romæ & de priuilegiis Vrbis Romæ.

HONORATVS sub Valentiniano Consularis Bizacii, ei inscribitur Anno D. 368. *l. 1. Cod. Iustin. de offic. Com. R. P.*

HONORIVS Imp. & Consul.

HYMETIVS sub Iuliano Vicarius Vrbis A. D. 362. *l. 29. de appellation.* Hymetii PC. Africæ meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 28. in princ.* Hymetii quoque meminit Hieronymus *Ep. 7.* ad *Lætam de instiut. filiæ pag. 34. Tom. I. Oper. Edit. Francf. apud Christ. Gensch.* qui fratrem habuit Toxotium patruum Eustochii Virginis, vt colligitur ex D. Hieronymi *loco.*

HYPATIVS vel Hyppatius sub Gratiano & Valentiniano Iun. Geminam hic Præfecturam gessit, teste quoque Ammiano Marcellino, *lib. 29. cap. 2.* quod etiam ex hoc Codice constat. Nempe fuit is Hypatius sub Constantio Consul cum Eusebio A. D. 359. vide Anton. Pagium in *Critic. h. a.* & Petr. Reland. *in Fast.* & supra dicta *voc. Eusebius.*

P. V. A. D. 379. Quo anno ei inscribitur *lex 26. quorum appellat.* Dat. Treu.

PP. A. D. 382. quo ei inscribuntur *l. 13. de extraordin. & sord. mun.* PP. Karthag. Id. April. *lex 15. dicto titulo: l. 3. de proximis.* Dat. Pataui. Et Anno D. 383. quo anno ei inscribuntur *l. 2. de Senatoribus.* Dignitas ibi omissa. *l. 99. & 100. de Decurionibus.* Dat. Med. *l. 4. de contrah. empt.* Dat. Med. *l. 3. de Apostatis: l. 5. de inoffic. test.* Dat. Pataui. Ad Hypatium extat Gregorii Nazianzeni *epist. 192.* vbi & Præfecturam Prætorianam indicare videtur. Cæterum hanc Præfecturam Prætorianam & vrbanam Hypatii intelligit quoque Marcellinus, *lib. 29. cap. 2.* de qua velut gesta iam cum agat, hinc liquet, eum post Annum 383. scripsisse.

HYPATIVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis Anno A. D. 383. quo ei inscribitur *l. 27. quorum appellationes.* Dat. Constantinop. *l. 17. de susceptoribus:* quæ dicitur Dat. Constantinop. Et inscriptio sic habet, *Habe Hypati K. NB.*

A. D. 392. quo ei inscribuntur *l. 31. quorum appellationes: l. 20. de nauiculariis.* Huius Hypatii Præfecti Augustalis meminit quoque Farrago Alexandrina, quam edidit Scaliger *in Thesauro Tempor. pag. 70.*

HYPATIVS sub Theodosio Iuniore Magister militum per Orientem A. D. 415. quo inscribuntur ei *l. 15. de Numerariis: l. 2. Cod. Iust. de offic. Magistri mil.* sine die & Coss. Coniungendæ sunt inter se hæ duæ leges.

HYPATIVS sub Theodosio Iuniore Melloproximus, vt videtur Scrinii Epistolarum. Eius fit mentio Anno D. 416. *l. 17. de proximis.* Dat. Constantinopol.

HYPERECHIVS (*male* Sperechius) sub Honorio Imp. Comes R. P. Anno D. 397. Cæsario & Attico Coss. quo anno inscribuntur ei *l. 14. de iure fisci: l. 12. de Tyronibus.* Dat. Mediol. vbi *Sperechius* vocatur.

Hyperechii cuiusdam meminit, quem & commendat Victori olim Magistro militum, Gregorius Nazianzenus, *epist. 124.* Ad Hyperechium quoque extat Basilii *epist. 367.* Memorat & Ammianus Marcellinus *lib. 26. cap. 8.* Hyperechium antea Castrensis Apparitorem, postea sub Valente Dadastanæ cum copiis a Prospero Præpositum. Ad Hyperechium quoque in Vaticano Codice Græco extant 13. Libanii epistolæ: *lib. 1. epist. 205. 244. lib. 2. epist. 102. 129. 151. 173. 188. lib. 4. epist. 4. 155. 248. 271. lib. 5. epist. 20. 41. 75.* in Codice Regio, *Septem:* puta *215. 252. 602. 639. 650. 674. 689.* vide *Indicem* Epistolarum Libanii Edit. Cl. Wolffii. de eodem agit *epist. 711. 713.* Symmachus quoque *lib. 3. epist. 51. ad Eutropium,* Hyperechium

rechium memorat ab Eutropio sibi commendatum, quem & fratrem suum, amicitiæ scilicet iure, vocat, & iamdudum institutione Romanum: & sic natione Barbarum fuisse indicat. Idem *epist. 54. & 66. lib. 5.* memorat Illustrem Virum *Sperecium:* ex quibus epistolis clare hoc ipso anno datis, de hac eius dignitate *Comitis R. P.* liquet. Omitto Hyperechium Alexandrinum Grammaticum sub Leone, de quo *Suidas*, vide *infra Sperechius.*

I

IANVARIVS *vel* Ianuarinus sub Constantino M. sine dignitate A. D. 319. *l. 2. de accusationibus.* Acc. Corintho: *l. 5. Cod. Iust. de seruis fugitiuis.*

P.V. A. D. 319. *l. 1. de abolitionibus.* Hic Ianuarinus vocatur in MSS. & plerisque impressis. Cum autem Maximus hoc tempore P. V. fuerit, omnes vident, reponendum hic esse *Pro Præf.*

Agens Vicariam Præfecturam A. D. 320. *l. 3. de famosis libellis.* Hic Ianuarinus vocatur in Editione, quæ in quarto prodiit.

Sine dignitate A. D. 321. *l. 2. de falsa moneta.* PP. sine die & Coss. *l. 2. Cod. Iust. de agricol. & mancip. dom.* Hic Ianuarinus PP. forte pro *Pro P.* vocandus. Consul cum Iusto Anno Domini 328. Vide *Chronolog.* & Relandi *Fastos.*

INFANTIVS sub Theodosio Magno Comes Orientis A. D. 393. *l. 3. Cod. Iust. de Iudæis.* Modesti PP. filius fuit, cuius meminit Libanius *epist. 906. Edit. Wolff.*

IOANNES CHRYSOSTOMVS, & Ioannitæ sub Arcadio. Ad hos pertinent Anno D. 404. *l. 4. 5. 6. de his, qui super relig. l. 27. de Episcopis.*

IOANNES sub Honorio PP. A. D. 412. *l. vltim. de feriis: l. 8. de executoribus.* Male referuntur hæ duæ ad annum D. 409. vide *Commentar. ad dict. leg. vlt. l. 20. de Iudæis: l. 12. de Censitoribus: l. 3. de secund. nupt.* Dat. Rau.

A. D. 413. *l. vltim. de diuersis rescriptis: l. vltim. de iure liberorum: l. 6. de inoffic. testam. l. 19. Cod. Iust. de testam.* Iungendæ hæ quatuor leges. *l. 7. de indulg. debitorum: l. 20. de Palatinis S. L. l. 10. de metatis.*

A. D. 414. *l. 2. Cod. Iust. de his, qui ad Eccl.* vbi alii habent *Iouius*, alii *Iouino.*

Ioannis olim Tribuni & Notarii, postea Præfecti, meminit auctor vitæ Ambrosii *in fin.* de Ioanne Tribuno Zosimus quoque in Anno 408. *lib. 5. cap. 40.* τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς Τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχοντα γεγενημένον, *præpositum notariis principis, quos tribunos vocant.* Hic idem Ioannes Comes Thesaurorum est, de quo Ioannes Diaconus apud Palladium *in dial. in reb. Chrysostomi.* Anno 404.

IOANNES sub Honorio PP. A. D. 422. *l. vnic. de pecuniæ sequestrat. l. vnic. quod iussu: l. vnic. de peculio: l. vnic. de actionibus ad potent. l. vltim. de executor. l. 2. de pignoribus.* Dat. Rau.

Sine die & Coss. *l. 17. Cod. Iust. de agricolis.*

IOANNES Tyrannus sub Valentiniano III. De eo accipienda est *l. vltim. de Episcopis*, quæ data est Anno 425. Ad eundem refero & *l. 14. de Senatorib.* & *l. 33. de petitionib.*

IOANNES sub Theodosio Iuniore Comes S. L. Ei inscribitur Anno 429. *l. vltim. de Iudæis.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de vtraque Palæstina: sed & Occidentales partes ei parti, cui Theodosius Iun. præerat, opponuntur.

Extat in actis Orientalium post Synodum Ephesinam Theodosii Imp. epistola missa per Ioannem Comitem sacrarum, διὰ Ἰωάννου τοῦ Κόμητος σακρῶν: cui ea subdita eiusdem Ioannis Comitis Sacrensis (vt ibi vertitur) ad Imp. vide *pag. 1554. 1555. Tom. I. Conciliorum Harduin.* De eodem sensit & Facundus *lib. 7. cap. 4.*

Comes & Magister Officiorum. Huic inscribitur Anno D. 430. *l. 15. de metatis.* Dat. Constantinop. Fit *hac leg.* mentio Vrbis Constantinop. Putem *hanc leg.* datam ad Ioannem Comitem S. L. simul & ad Paullinum Magistrum Officiorum. Vide, quæ dixi *not. b. ad dict. leg.* Comes rerum priuatarum, *l. vn. Cod. Iust. de Palatiis*, sine die & Consule.

IOVIANVS Imperator.

IOVIANVS sub Honorio Hæreticus. Eius fit mentio Anno D. 412. *l. 53. de hæreticis.* Dat. Med. *Ea leg.* fit mentio quoque murorum Vrbis Romæ. Vocatur potius Iouinianus.

IOVINVS sub Valentiniano Sen. Magister Equitum, ei inscribitur Anno D. 365. *l. 10. de numerar.* vbi *Magister Equitum* tantum vocatur. *l. 7. de re militari:* vbi *Magister Equitum & peditum* vocatur. Dat. Mediol. In vtraque male *Iouius* vocatur.

A. D. 367. Lupicino & Iouino Coss. *l. 9. de re milit.* Dat. Remis. Fit mentio *hac leg.* Ducum & Comitum & eorum, quibus *Rheni* est mandata custodia, itemque Regalium: vocatur vero *hac leg. Magister Equitum. l. 10. dicto tit. de re militari.* Dat. Remis: vocatur *hac leg. Magister militum.*

A. D. 373. (Male referri possit ad Annum 368. vel 370.) *l. 11. de Veteranis:* vbi *Magister militum* vocatur. Vide *not. m. ad d. leg.* & Valesium ad Marcellinum *lib. 28. c. 4.* Frequens huius *Iouini* Magistri militum, primo per Illyricum sub Iuliano *lib. 22. cap. 3.* postea vero sub Iouiano & Valentiniano per Gallias, mentio apud Ammianum Marcellinum *lib. 25. cap. 8. lib. 26. c. 5. lib. 27. c. 2. lib. 28. cap. 3.* vbi & *Valens Iouinus* vocatur, cuique successit Theodosius: & apud Flodoardum *lib. 1. histor. Rhemensis cap. 6.* Ad Iouinum Comitem extat quoque Basilii *epistola 378.* De hoc Iouino plene dico ad *l. 7. de re milit.*

IOVIVS sub Iuliano Quæstor Anno D. 362. Fit eius mentio in subscriptione *l. 5. de fide testim.* Meminit huius *Iouii Quæstoris* Ammianus Marcellinus *lib. 21. cap. 8.* in gestis anni 361. & *lib. 22. cap. 8.* nisi istud de alio accipiendum est. Sub Valente P. V. Constantinop. scilicet. Ei inscribitur Anno 364. *l. 1. de annonis ciuicis: l. 3. de his, quæ administr.* Dat. Constantinop. vocatur *d. l. 3. Iouinus.*

IOVIVS sub Honorio PP. Ei inscribitur Anno D. 409. Honorio VIII. & Theodosio III. *l. 19. de Iudæis.* Agitur *hac leg.* de Cœlicolis. *l. 47. de hæreticis: l. 7. de denunciatione.* Dat. Rau. *l. 13. Cod. Iust. de Iudæis*, quæ est in Cod. Theodos. *l. 3. de feriis*, & *l. 8. de executor.* Iouio inscribitur, in Cod. Theod. vero Ioanni. Vide quæ dixi ad *l. 3. de feriis.* Mentionem huius facit Zosimus, *lib. 5. cap. 47. 48. 49.* & *lib. 6. cap. 8. 9. 12.* & Sozomenus *lib. 9. cap. 7.* qui PP. Italiæ diserte fuisse ait. Et Olympiodorus apud Photium Cod. *LXXX.* qui modo *Iouinianum*, modo *Iouinum*, modo *Iouium* vocat *Vid. pag. 182. Edit. Schott.* Forte hic idem Iouius est, ad quem tres extant Symmachi epistolæ, *lib. 8. epist. 30. 49. lib. 9. epist. 56.* & *epist.* Paulini, *de fortuna & fato.*

ISIDORVS sub Theodosio Iun. P. V. A. D. 410. *l. 2. & 3. de iure liberorum.*

A. D. 412. *l. 50. de operibus publicis.*

PP. A. D. 416. *l. 6. Cod. Iust. de precib. Imp. offer.*

PP. Illyrici A. D. 424. *l. 4. de Spectaculis.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de curia Delphorum & de Illyrici ciuitatibus. *l. 33. de annona & tributis.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de Macedonibus, Achiuis, & Ecclesia Thessalonicensi.

PP. A. D. 426. *l. vltim. de Paganis.* Dat. Constantinop.

PP. (Orientis) A. D. 435. *l. 8. de Princip. Agent. in reb.* Dat. Constantinop. Isidorus hic erat hoc tempore PP. Orientis, Reginus vero PP. Illyrici, vt ex *illa leg.* constat, & post Reginum Anno proximo Eubulus PP Illyrici, vt docet *l. 30. de Cohortalib.* & *l. 187. de Decurionib.* Exstat etiam Edictum Præfectorum Nestorii de libris non legendis, hoc anno emissum, *Part. 3. Concil. Ephesin. cap. 46.* in cuius Epigraphe hæc verba leguntur, *Flauius Anthemius Isidorus, Flauius Bassus, Flauius Simplicius Reginus, Præfecti edicunt,* ex quo integrum Isidori nomen discimus.

A. D. 436. *l. 30. de cohortalib. l. 187. 188. 189. (hac lege* agitur de Alexandrinis principalibus) 190. 191. 192. (Agitur *hac lege* de Hypomnematographis & Augustali) *de Decurionibus: l 3. de indictionibus.* Agitur *hac leg.* de Ægyptiaco tractu & de Augustaliano officio. *l. 2. de frumento Alexandr. l. 2. de Alexandr. pleb. primatib. l. 17. de indulgent. debitor.* Dat. Constantinop. Meminit Theodoretus *epist. 47. ad Proclum Ep. Constantinop.* huius Isidori P. P. quæ est de Censitore & Peræquatore. Ad eundem extat quoque Isidori Pelusiotæ *epist. 299. lib. 1.* Consul cum Senatore Anno 436. Vide Anton. Pagium *in Critic. h. a.* Relandum *in Fast.* & Chronologiam nostram.

ITALICVS sub Constante sine dignitate. Ei inscribuntur

Anno D. 343. *l. 5. de extraordinar. munerib.* Data hæc lex *Bononiæ* (Galliarum scilicet) de quo ad *eam leg.* Iungenda cum *l. 6. Cod. Iust. vbi causæ fiscales.* Dat. Kalend. Febr. sine Coss. Quæ lex *Constantino* ibi male tribuitur. In hac vero fit mentio *Viri Illustris Comitis rerum priuatarum.*

ITALICVS sub Valentiniano Sen. Vicarius Italiæ. Ei inscribitur A. D. 374. *l. 10. de lustrali collatione.* Dat. Med.

IVLIANVS sub Constantino Magno Præses Tarraconensis A. D. 316. *l. 1. de temporum cursu.* Consul cum Probiano A. D. 322. Vide Anton. Pagium *ad h. a.* & Relandum *in Fast.* & Inscriptionem in Baronii Annal. *h. a.* in qua *Anicius Iulianus* dicitur. P. V. A. D. 326. *l. 13. de appellat.* Dat. III. Non. August. Heracleæ. Refertur hæc lex ad Annum 326. Atqui Iulianus P. V. factus tantum Idib. Nouemb. huius Anni. Vid. *not. f. ad d. l.*

P. V. A. D. 327. *l. 2. de Prætoribus: l. 2. de dilationibus.* Prop. Romæ.

Anicius Iulianus fuit P. V. sub Constantino ab Idib. Nouemb. Anno D. 326. ad 7. Idus Sept. 329. vt testatur *vetus Notitia Præfectorum Vrbi,* quam vide *in Notit. Dignit.* In hunc Anicium Iulianum P. V. extat Symmachi epigramma *in Auctar. Symmach. ep. 1.* vbi de Præfectura Vrbana hæc accipe:

——tum celsus honoribus, attamen illis
Grandior, æternam complebat nomine Romam.

Sub Constantio P. V. A. D. 329. *l. 18. de appellationib.* Data XIII. Kal. Iul. Serdicæ. PP. VI. Kalend. Aug. Rom. Integro vero nomine *Anicius Iulianus* in *hac leg.* vocatur. Vide Commentarium ad *d. l. 18.*

IVLIANVS sub Constantino, Præses Anno D. 334. *l. 3. de fide testium.* Dat. Naisso.

An hic Ceionius Iulianus, de quo Vopiscus *in Vit. Firmi cap. 1.* An idem cum eo, cui inscribitur sub Constantio sine dignitate *l. 23. de Decurionibus.* Dat. Antiochiæ. An Iulianus Vicarius, de quo Marcellinus, *lib. 22. cap. 11.*

IVLIANVS, sub Constantio A. sine dignitate (erat P. V.) Anno D. 357. *l. 1. de decuriis Vrbis Romæ.* Dat. VI. Kal. Mart. Constantinop. Acc. Id. Maii Rom. *sublimitatis* titulus ei tribuitur *hac leg.*

IVLIANVS Imp. de quo consule *Chronicon. hist.*

IVLIANVS, sub Iuliano Imp. Comes Orientis. Ei inscribuntur, Mamertino & Neuitta Coss. A. D. 362. *l. 51. de Decurionibus.* Dat. Antiochiæ. V. Kal. Septembr. *l. 3. de contrahenda empt.* Dat. Antiochiæ VIII. Id. Decemb. *l. 54. de Decurion.* PP. Byritho.

A. D. 363. *l. 12. Cod. Iust. de exceptionib.* Dat. Antiochiæ. Huius Iuliani Com. Orientis (qui & Iuliani Imp. auunculus erat) meminit Ammianus Marcellinus *initio lib. 23. cap. 1.* Iulianus ipse hunc indicat *in Misopogon. pag. 103. & in fin. pag. 112. Edit. in 4* & *pag. 348 365. Edit. Lips. Spanhem.* & *Epist. 10. ad. Alexandrinos:* sed & *epistola* eiusdem ad eum exstat, *13.* Theodoretus, *lib. 3. c. 7. 8. 9.* Philostorgius, *lib. 7. cap. 10. 12.* qui de eius morte agunt. Vide, quæ scripsi *not. b.* & *c.* ad *d. ll. 51. & 54. de decurion.* Hunc Iulianum indicat Libanius *Epist. 648. Edit. Wolff. ad Celsum:* & forte hic idem est, ad quem extant eiusdem Libanii *Epistolæ* inter latinas *280. 286. lib. 3.* & inter Græcas *Edit. Wolff. 503. 514. 528. 586. 591.* & plures, quas euolue in Indice Edit. laudatæ. An vero is idem Iulianus sit Consularis Phœnices A. D. 362. *l. 52. de decurion.* Dat. Antiochiæ III. Non Septembr. Accept. Id. Octobr. Tyro, & Comitiua Orientis cum dignitate Consularis Phœnices fuerit conjuncta, non liquet. Certe ad Iulianum Phœnices Consularem scripta est Libanii *epistola 224.* in qua diserte eum Phœniciæ præfuisse, reliquit: ἡμᾶς μὲν ἐκ ἐᾷ τἒτο παθεῖν ἡ Φοινίκη, τὴν σὴν ἀρχὴν ὕμνοις ἀθανάτοις τιμῶσα, *at nos oblicisci tui non patitur Phœnice, imperium tuum immortalibus laudibus concelebrans:* & *epist. 652.* σἒ τῆς Φοινίκης ἄρχοντος, *te Phœnicium administrante.*

IVLIANVS sub Valentiniano Sen. Præfectus annonæ A. D. 366. *l. 2. de Canone frumentario V. R.* Dat. Rem. Ei inscribitur *l. 2 Cod. de veteris numismatis potest.* Quæ sine die & Coss. est: & inscribitur male *PP* quod etiam argumentum illius *leg.* confutat, vbi agitur de æstimatione solidi, deque pretio specierum, annonarum scilicet, vide *not. c. ad d. leg. 2. de canon. fr.*

IVLIANVS sub Valentiniano Sen. Proconsul Africæ A. D. 371. Gratiano II. & Probo Coss. *l. 2. de scenicis.* Dat. Magontiaci.

A. D. 372. Modesto & Arinthæo Coss. *l. 12. de diu. offic.* Dat. Nassonaci.

A. D. 373. (forte 370.) *l. ne sanctum bapt. iter.* Dat. Treu. Huius *Rustici Iuliani,* antea Magistri memoriæ, postea Proconsulis Africæ, meminit Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 6.* quem bestiarum more humani sanguinis auidum fuisse scribit. Integro hic nomine Rusticus Iulianus, vel vt apud Symmachum nouem epistolis, quæ ad eum datæ *lib. 3. Iulianus Rusticus.* Idem postea sub Maximo Tyranno, P. V. fuit, eodem Marcellino teste *loc. cit.* vbi & Valesii notam consule, & quæ Cl. Iuretus observat ad Symmach. *lib. 3. ep. 7.* Alius autem ab hoc, Iulianus Proconsul Africæ, sub Honorio fuit, quem tamen cum nostro confundit laudatus Iuretus *loc. cit.*

IVLIANVS sub Theodosio Magno Præfectus Ægypti A.

pti A.D. 380. *l. 80. de Decurionib. l. 20. de operibus public.* Iuliani ὑπάρχου Αἰγύπτου multa extant epigrammata in ἀνθολογ. *lib. 4. c. 21. 29.* Forte de hoc Libanius *epist. ad Anatolium 79. Edit. Wolff.*

IVLIANVS sub Theodosio Magno sine dignitate A. D. 383. *l. 1. Cod. Iust. de canone largitionib. tit.* Hunc credo Iulianum (ex Præfecto forte Ægypti) Comitem S. L. (quod argumentum *d. l. 1.* omnino indicat:) de quo & ad quem Gregorius Nazianzenus, qui in carmine ait, ei a Deo creditum φόρων τάλαντον, cum antea Iustitiæ lances ei commisisset: eiusdem tres ad eundem epistolæ extant *epist. 166. 167. 168.*

IVLIANVS sub Arcadio & Honorio Proconsul Asiæ A. D. 397. *l. 12. Cod. Iust. de sentent. & interlocut.* dicitur Dat. Mediolani in nonnullis Codd. quod cum inscriptione stare non potest. Forte reponendum *Africæ.*

IVLIANVS sub Honorio Proconsul Africæ A. D. 411. *l. 64. de appellationib.* Dat. Rau.
II. Proconsul Africæ A. D. 413. *l. 176. de Decurionibus.*
A. D. 414. *l. vltim. vnde vi: l. 3. de integri restitut. l. 54. & 55. de hæreticis.*

Iulius, Exuperantius, & cæteri decuriales sub Honorio Anno D. 404. *l. 4. de Decur. V. R.* Dat. Rom.

IVSTVS sub Constantino Consul cum Ianuarino Anno D. 328. Vid. Pagium in *Critic.* & Relandi *Fast.*

IVVENALIS, sub Constante Rationalis Numidiæ A. D. 346. *l. 4. de bonis vacantibus.*

IVVENTIVS sub Valentiniano Sen. P. V. vide *infra Viuentius.*

L

LAMPADIVS sub Theodosio Magno sine dignitate A. D. 382. *l. 2. de his, quæ ex publ. collat.* Dat. Constantinop. *Huius leg.* inscriptio sic habet, *Haec Lampadi K. NB* Occurrit sub Arcadio & Honorio Lampadius sine die & Coss. *l. 11. Cod. Iust. de vectigalibus, qua leg.* agitur de Mancipibus Salinarum, sed hic sine dubio alius est a nostro, vide dicta ad *leg. cit. 2. de his, quæ ex publ.* & forte Lampadius P. V. ad quem extant duæ Symmachi epistolæ, *62. & 64. lib. 8.* De quo & *lib. 6. epist. 65. lib. 9. epist. 31.* Alius etiam ab eo tertius Lampadius P. V. sub Valentiniano M. quem memorat Ammianus *lib. 27. cap. 3.* & quem cum superiore male confundit Iuretus in not. ad Symmach. *lib. 8. ep. 62.*

LAODICIVS sub Valentiniano, Præses Sardiniæ. A. D. 375. *l. 12. de accusationibus.* Dat. Carnunti. Vid. Commentarium *dict. leg. in fin.*

LARGVS, sub Honorio Proconsul Africæ. A. D. 415. *l. 27. de petitionibus.* Restituenda hæc lex Anno Domini 418.
A. D. 418. *l 3. de incorporatione: l. 28. de petitionibus.* Iungendæ inter se hæ tres leges.

LATINVS PP. sub Valentiniano II. *l. 1. Cod. Iust. de fundis limitrophis* A. D. 385. Ita habet MS. Contii: al. *ad Licinium PP.*

LAVRENTIVS, sub Arcadio Imp. Comes R. P. A. D. 396. *l. 21. de petitionib.* Dat. Constantinop.

LEONTIVS, sub Constantino Magno PP. A. D. 317. *l. vnic. si quis solidi circulum.*
Sine dignitate A. D. 319. *l. 1. de Numerariis.* PP. Hierapoli.
PP. A.D. 323. *l.1. Cod. Iust. de commeatu:* in Codice Theod. vero *Leontii* PP. nomen omissum *dict. l. 1. de commeatu.*
PP. A. D. 332. *l. 4. de fil. militar. apparitor.*

LEONTIVS sub Constantio PP. A. D. 338. *l. 7. de accusat. Hac leg.* vocatur integro nomine *Dometius Leontius.*
A. D. 343. *l. 5. de falsa moneta.* Dat. Antiochiæ. *l. 35. de Decurion.* Dat. Hierapoli.
A. D. 344. Leontio & Sallustio Coss. *l. 3. de excusat. artificum.*
PP. sine die & Coss. *l. 2. de Salgamo.* Refero ad annum 343. vel 344. Vid. *not. l. ad dict. leg.* Sine dignitate A. D. 342. *l. 6. quorum appellat.* Dat. Antiochiæ. Leontius hic Consul prodit cum Sallustio A. D. 344. V. *Chronolog.*

LEONTIVS sub Constantio Comes Orientis A. D. 349. *l. 5. de maternis bonis.* An hic Leontius, cuius meminit Epiphanius, *hæresi Photini, h. 91. pag. 829. Tom. I. Opp. Edit. Colon.*

LEONTIVS sub Constantino sine dignitate A. D. 357. (imo 356. vt probo *in Commentar. ad d. leg.*) *l. 13. de Episcopis.* Dat. Mediol. Agitur *hac leg.* de Ecclesia & Clericis Vrbis Romæ. Hic Leontius est P. V. cuius meminit Ammianus Marcellinus duobus locis: *lib. 14. cap. 11.* & *lib. 15. cap. 7.*

LEONTIVS sub Iuliano Consularis Palæstinæ A. D. 363. *l. 55. de Decurion.*

LEONTIVS sub Valente Consularis Phœnices A. D. 372. *l 9. de lustrali collat.* Ad hunc Leontium Libanii *ep. st. 92* vbi Phœnices fit mentio, *Ep. 282. 300. 625. 813. 966.* vbi de Sidoniis, & de eius Præfectura, & *ep. 992. 1001. Edit. Wolff.*

LEONTIVS sub Theodosio Iuniore PP. Illyrici A. D. 412. *l. 32. de erogat. milit. ann.* A. D. 413. *l. 177. de Decurionibus.*

LEONTIVS sub Theodosio Iun. Iurisperitus Constantinopoli A. D. 425. *l. vnic. de Professoribus, qui in Vrbe Const.*

LEONTIVS sub Theodosio Iun. P. V. A. D. 434. *l. 3. de frumento Vrbis Const.* Dat. Constantinop. A. D. 435. *l. vltim. de hæreticis.* Hæc lex est aduersus Nestorium. *l. vltim. de Principibus Agentium in rebus.* Dat. Constantinop.

LIBERIVS sub Honorio PP. A. D. 412. *l. 25. de cohortalib. l. 170. de Decurionib. l. 2. de collegiatis.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Vitutiariis, Nemesiacis, Cantabrariis.

LICINIVS, Licinii filius, Cæsar, & Coss. cum Constantino A. V. Anno D. 319. Vid. Ant. Pagium *in Critic. h. a. Fastos* Relandi, & *Chronologiam* nostram.

LICINIVS Tyrannus. De hoc extant tres Constantini Magni constitutiones: puta Anno D. 324. *l. 1. de infirmandis his, quæ sub Tyrannis.*
A. D. 325. *l. 2. eod. tit.*
A. D. 326. *l. 4. eod. tit.* De Victoriis aduersus eum *l. 1. de Veteranis,* vbi in *Commentario* dixi. Consul fuit quinquies: & quidem Tertium Anno D. 313. cum Constantino III A. D. 315. cum Constantino IV. A. D. 318. cum Crispo Cos. Consule Pagium & *Fastos* Relandi *ad an cit.*

LICINIVS PP. (forte Viuentius) sub Valentiniano *l. 1. Cod. Iust. de fundis limitrophis,* quæ lex in antiquis editionibus neque diem, neque Coss. subscriptos habet; Cujacius tandem ex Codd. edidit, Dat. VIII. Kal. Octobr. Aquilei. Arcadio A. & Bautone Coss. 385. MS. Contii habet, *ad Latinum PP.* Fit mentio hac lege Tiberiani (PP. scil. Galliarum.)

LIMENIVS sub Constante Cos. cum Cattullino A. D. 349. vide Pagium *in Critic.* & *Fastos* Reland. *h. a.* PP. eodem anno 349. *l. 6. de falsa moneta: l. 2. de sepulchro viol.* Agitur *hac leg.* de Vrbis Romæ Pontificibus. Fuit autem hic Vlpius Limenius simul PP. & P. V. hoc eodem anno 349.

349. quo Consulatum gessit, vt præter *legg. cit.* testatur vetus Auctor de Præfectis Vrbi. Fuit porro P. V. a Pridie Idus Iunias 347. ad 6. April. 349.

LIMENIVS sub Arcadio & Honorio Comes S. L. sine Coss. *l. 10. Cod. Iust. de officio Rectoris Prou.* A. D. 407. Honorio VII. & Theodosio II. Coss. Comes S. L. vt discimus ex *l. vnic. Cod. eod. de officio Comitis S. L.* Hic Limenius postea PP. Galliarum fuit Anno proximo 408. teste Zosimo *lib. 5. cap. 32.*

LOLLIANVS sub Constantio Imp. Consul cum Arbetione Anno D. 355. Consule Pagium *in Critic.* & Petr. Relandi *Fastos h. a.* & *Chronologiam* nostram. PP. (Italiæ scilicet) eodem Anno quo Consul 355. Arbitione & Lolliano Coss. *l. 1. de Curiosis.* Dat Mediol. vno vero post mense Accepta. *l. 25. de appellationib.* Dat. Messadensi PP. Capuæ. *l. 11. quorum appellationes.* Iungendæ hæ duæ leges. Eidem inscribi puto *legem 21. Cod. Iustin. mandati.*

Hic ille *Mauortius Lollianus*, cui libros suos Astronomicorum sub Constantino Magno inscripserat Iulius Firmicus: Qui & *Lollianum lib. 8. cap. 15.* seueritatis merito commendat. *Mauortium* Campaniæ quoque Consularem fuisse ait *in præfatione operis lib. 1.* deinde totius ei Orientis gubernacula ab Imp. Constantino tradita, & ordinarii Consulatus insignia consecutum. Idem ille est, qui P. V. fuit sub Constante Anno D. 342. Constantino III. & Constante II. Coss. septem annis post Constantini M. mortem, vt testatur Auctor *de Præfectis Vrbi*, quem vide in *Notitia Dignitat. nostra.* Sponius *in miscell. pag. 129.* lapidem profert, in quo eius mentio:

MAVORTI
Q. F. MESSIO. EGNATIO. LOLLIANO
V. C
Q. K. PRAEFECTO. VRBANO

Apud Fabrettum *Inscript. pag. 689.* legitur:

MAVORTI
FL. MESSIO. EGNATIO
LOLLIANO. V. C
Q. K. PRAEF. VRBAN

Huius quoque Mauortii PP. mentio apud Ammianum Marcellinum, *lib. 16. cap. 8.* in gestis Anni 356. vbi vide eius elogium; & quæ Cl. Valesius ad hunc locum notat.

LONGINIANVS sub Constantio Imper. Præfectus Ægypti A. D. 354. *l. 11. de Episcopis.*

LONGINIANVS sub Honorio Imp. Comes S. L. A. D. 399. *l. 17. de Palatinis S. L.* Dat. Mediol. *Longianus* in *hac leg.* vocatur. PP. (Italiæ scilicet) A. D. 406. *l. vltim. de nauibus non excus. l. 10. de Censitorib. l. 15. de desertoribus.* In *hac leg. Longianus* vocatur. Dat. Rau.

Extant ad hunc Longinianum nouem Symmachi epistolæ *lib. 7.* puta *epist. 92. 93. 94. 95 96. 97. 98. 99. 100.* quibus omnibus perperam editum *Longimano.* Ex *epist.* certe 93. satis aperte colligitur de eius *Comitiua S. L.* inter cætera, ibi: *Honor militiæ vestræ dandis beneficiis enitescit*, vt & ex *epist. 95.* ex eo videlicet quod *ab eo vinarii tituli debita flagitata* ait. Quod Præfecturam Prætorianam attinet Zosimus diserte *lib. 5. cap. 32.* in actis Anno 408. τῆς κατὰ τὴν Ἰταλίαν αὐλῆς ὕπαρχον, *PP. Italiæ*, vocat, cædemque eius memorat. Hic idem videtur *Fl. Macrobius Longinianus* V. C. P. V. teste veteri inscriptione de instauratis ab Honorio muris, portis, turribus Vrbis Romæ ex suggestione Stilichonis apud Gruterum *CLXV. 1.* & Baronium *Anno 403. num. 50.* in marmore vero & Stilichonis & Longiniani nomina erasa sunt, (apparentibus tamen litterarum vestigiis) ob condemnatam eorum memoriam.

LVCIVS sub Arcadio & Honorio Comes S. L. A. D. 408. *l. 30. de susceptorib.* Consul 413.

LVCRETIVS Paternus, vide *infra Paternus.*

LVCRIVS Verinus, vide *infra Verinus.*

LVPIANVS sub Theodosio Iuniore Comes & Magister militum per Orientem A. D. 412. *l. 175. de Decurionibus.* Vid. *not. b. ad h l.*

LVPICINVS Consul cum Iouino Anno D. 367. in Oriente. Magister enim Equitum in Oriente fuit, vt testatur Ammianus *lib. 26 cap. 5.* Consule Pagium *in Critic.* & *Fastos* Relandi, & *Chronologiam* nostram.

LVSIANVS (error in hoc nomine, forte *Volusianus*, vti & editum est in posterioribus Editionibus) PP. sine die & Coss. sub Constantino *l. 21. Cod. Iust. mandati.*

M

MACEDONIVS sub Gratiano & Valentiniano Comes S. L. A. D. 381. *l. 39. de appellationibus.* PP. Karthagine. Meminit huius Macedonii, sed Magistri Officiorum sub Gratiano Imp. in caussa Priscillianistarum post Synodum Cæsaraugustanam Sulpitius Seuerus, *lib. 2. sacr. hist. cap. 48.* & Paulinus *in vita S. Ambrosii.* Hic idem videtur, ad quem extant quatuor Symmachi epistolæ *lib. 7.* puta *epist. 26. 27. 28. 29.* cuius eiusdem meminit *lib. 2. epist. 42.* Idemque Macedonius videtur, de quo idem *lib. 10. epist. 58.* vbi de mancipibus Salinarum agit, sub dispositione Comitis S. L. fuere. An idem, de quo *lib. 10. epist. 49.*

MACEDONIVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 410. *l. 20. de tyronibus.* Dat. Rau.

MACEDONIVS sub Honorio & Theodosio Magister militum, sine Coss. *l. 2. Cod. Iust. vbi de ratiociniis. Macedonii* epistolæ ad Augustinum duæ 51. & 53. & retro Augustini duæ maximæ ad Macedonium 52. & 54. exstant, ex quibus *epist. 52.* ostendit, eum in Iudiciaria potestate constitutum fuisse, Edictoque Donatistas ad vnitatem inuitasse.

MAXIMIANVS MACROBIVS sub Constantino Magno, sine dignitate A. D. 326. *l. 2. de emendat. seruor.*

MACROBIVS sub Honorio PP. (Propræfecto Hispaniarum) A. D. 399. *l. 15. de Paganis.* Vicarius sub Vincentio PP. (Galliarum) A. D. 400. Fit mentio *l. 61. de cursu publ.* Dat. Med.

Ad eundem pertinere puto Symmachi *epist. 9.* in *Auctario* Symmach. siv. *ep. 21. lib. 9. Edit. Paret.*

Proconsul Africæ A. D. 410. *l. 6. de indulgent. debitor.* Dat. Rau.

MACROBIVS sub Theodosio Iun. præpositus S. Cubiculi. Mentio eius fit A. D. 422. *l. 1. de Præpos. S. Cubiculi.* Dat. Constantinop. Hic videtur esse Scriptor Saturnalium, de quo dixi in Commentar. *add. l.*

MAGDALIANVS sub Constantio & Constante. Agens vicem Præfecti Prætorio A. D. 341. *l. 2. de Paganis.*

MAGNETIVS Tyrannus, meminit eius Constantius Anno D. 353. *l. 5. de Paganis.* De eodem accipienda eiusdem Anno D. 353. *l. 2. de indulgentiis criminum.* A. D. 352. *l. 5. de infirmandis his, quæ sub Tyrann.*

MAGNILLVS, sub Valentiniano Iun. Vicarius Africæ A. D. 392. *l. 3. seu vltim. de fide & iure hastæ.* Dat. Aquileiæ. Acc. Hadrumeti.

Adhunc

Ad hunc Magnillum extant 17. Symmachi epistolæ *lib.* 5. ab *epist.* 17. qui & Vicariatum eius Africæ indicat, *epist.* 20. 21. expresse vero eum memorat *lib.* 3. *epist.* 34. *ad Ambrosium.* De eodem agit & *lib.* 9. *epist.* 112. Vide dicta *ad cit. leg.* 3.

MAGNVS sub Constantino Magno agens Vicariam Præfecturam A. D. 326. *l.* 6. *de cursu publico.*

MAGNVS sub Valentiniano Seniore Vicarius Vrbis Romæ A. D. 367. *l.* 3. & 4. *de tyronibus.*
Hic forte postea P. V. fuit, quem indicare videtur Ambrosius *lib.* 3. *offic.* qui A. D. 374. i. e. septennio post Episcopus Mediolanensis factus est. Occurrit quoque Magnus P. V. apud Gruterum *Inscriptione CLXXVII.* 7. Fuit & Magnus Comes S. L. sub Valente Anno 373. V. Scriptores Eccles. & inprimis Socratem *lib.* 4. *c.* 21. Theodoretum *lib.* 4. *c.* 19. Sozomenum *lib.* 6. *cap.* 19. de eo forte accipienda *l.* 63. *de Decurion.* vbi dixi in Commentario.

MAMERTINVS sub Iuliano Imp. Consul A. D. 362. cum Neuitta. Vide Pagium *in Crit. h. a.* & Relandi *Fastos.*
PP. ad eum Iuliani Imp. leges octo datæ A. D. 362. Mamertino & Neuitta COSS. *l.* 12. *de cursu publ.* Acc. VIII. Kal. Mart. *Syracusis.* *l.* 13. & 14. *eod. tit.* A. D. 363. Iuliano & Sallustio COSS. *l.* 2. *de dotibus:* *l.* 31. *de appellationibus:* *l.* 2. *de ponderatoribus.* Dat. *Salonæ.* *l.* 16. *de cursu publico.* Fit mentio *hac leg. Sardiniæ.* *l.* 8. *de Numerariis.* Data epistola PP. *Viminatio.*
Sub Valentiniano Imp. A. D. 364. D. Iouiano & Varroniano COSS. *l.* 6. *de Medicis & Professoribus:* *l.* 2. *de conlatione donatarum:* *l.* 2. *de Cæsarianis:* *l.* 18. *de cursu publico:* *l.* 8. *de cohortalib.* *l.* 3. *de Legatis:* *l.* 2. *de auro coronario:* *l.* 1. *quibus equorum vsus.* Agitur *hac leg.* de Piceno, Flaminia, Apulia, Calabria, Brutiis, Lucania, & Samnio. *l.* 1. *de reparat. appellationum:* *l.* 1. *de Equestri dignitate:* *l.* 2. *de annonis ciuicis.* Agitur *hac leg.* de pane gradili, & de Præfecto annonæ. *l.* 11. *de erogat. mil. ann.*
A. D. 365. Valentiniano & Valente COSS. *l.* 14. *de operibus publicis:* *l.* 18. *de diuersis officiis:* *l.* 70. *de Decurionibus:* *l.* 9. *de annona & tributis.* Agitur *hac leg.* de regionibus Suburbicariis & Italiæ. *l.* 23. 26. *de cursu publico:* *l.* 15. *de operibus publicis:* *l.* 4. *de pactis:* *l.* 4. *de annonis ciuicis.* Agitur *hac leg.* de pane gradili & de pistoribus. *l.* 1. *de militari veste.* Agitur *hac leg.* de *Africæ* Proconsule, qui & moueri iubetur. *l.* 4. *de susceptorib.* Agitur *hac leg.* de Proconsule *Africæ.* *l.* 6. 7. 10. *eod. tit. de susceptorib.*
A. D. 369. *l.* 3. *ne quid publ. lætitiæ.* Missa ad PP.
Mamertinus ipse non Consulatus modo & Comitiuæ S. L. sed & Præfecturæ suæ meminit, *non vno loco Panegyrici sui, ad Iulianum.* Meminit & Ammianus Marcellinus, in gestis Anni 361. 362. *lib.* 21. *cap.* 8. 10. 12. in gestis Anni 364. 365. *lib.* 26. *cap.* 5. in gestis Anni 366. *lib.* 27. *cap.* 7. Symmachus quoque sub Iuliano Anno 363. *lib.* 10. *epist.* 53. Fuit vero PP. Italiæ, Illyrici, Africæ, quod idem Marcellinus diserte scribit, *lib.* 21. *cap.* 12. & *lib.* 26. *c.* 5. Idque ipsum ex legibus ad eum datis colligere est: de Vrbe Roma testis *l.* 1. *de Equestri dignitate,* & *l.* 2. & 4. *de annonis ciuicis:* de Suburbicariis regionibus *l.* 9. *de annona & tributis:* de Italia, *l.* 1. *quibus equorum vsus:* *d. l.* 9. *de annona & trib.* de Africa *l.* 1. *de militari veste,* & *l.* 4. *de susceptoribus:* de Sicilia & Sardinia *l.* 12. & 16. *de cursu publ.* de Illyrico *l.* 8. *de numerar.* vt ex subscriptione patet.
Sine die & COSS. Eidem inscribuntur Cod. Iustin. *l.* 2. *de apparitorib. Magistri milit.* forte iungenda *l.* 8. *de cohort.* Anno D. 364. vel *l.* 1. *quibus equorum vsus:* *l.* 3. *Cod. Iust. de omni agro deserto.* forte iungenda cum *l.* 2. *de conlat. donat.*

MARCELLINVS sub Constantino Magno Præses Prouinciæ Lugdunensis primæ A. D. 312. *l.* 1. *fine censu vel reliquis.*

MARCELLINVS sub Constante, fine dignitate A. D. 340. *l.* 1. *de immunitate concessa.* Hic Marcellinus est Comes S. L. sub Constante: de quo Zosimus, *lib.* 2. *cap.* 42.
PP. A. D. 340. *l.* 3. *de bonorar. codicill.* sed & hic rescribendum videtur *Com. S. L.* vide dicta in Commentario *ad leg. cit.* 1. *de immunit. concess.* & *not. b.* ad *hanc leg.* 3.
COS. cum Probino A. D. 341. Vide Pagium, & Relandi *Fast.*

MARCELLINVS sub Constantio Præses Phœniciæ A. D. 342. Imo 339. *l.* 1. *Cod. Iust. de formulis.*

MARCELLINVS sub Constantio Comes Orientis, cuius caput Antiochia, vbi natus Ammianus Marcellinus historicus. *l.* 6. *de operibus publicis:* *l. vnic. de præbendo salario.* In *hac leg.* male editum, *ad Marcellinum Corr.* An hic Marcellinus, postea Magister militum sub Magnentio: de quo Petrus Patricius in *Excerptis de Legat. pag.* 20. *Tom. I. Script. Rer. Byzant. Edit. Venet.* An hic Marcellinus, cuius meminit Epiphanius, *hæresi* 71. *num.* 1. *pag.* 829. *Edit. Colonienf. apud Ierem. Schrey.* Forte pater Ammiani Marcellini. Vide Cl. Valesii *præfat. ad Ammianum,* & Claud. Chiffletii μονοβιβλον de vita Marcellini.

MARCELLINVS, sub Gratiano & Valentiniano Iun. fine dignitate A. D. 383. *l.* 5. *ad L. Iul. repetundar.* cuius inscriptio habet, *Haue Marcelline K. NB.* Eaque lex *data* dicitur *Med.* An forte PP. vt ex illa *l.* 5. colligi videatur? Putem, Marcellino illi negotium extra ordinem datum ad inquisitionem facinorosorum Iudicum. Idemne cum Ammiano Marcellino historico? vide quæ dixi *not. b. ad laudatam legem.*

MARCELLINVS sub Honorio Imp. fine dignitate A. D. 410. *l.* 3. *de religione.*
Hic est Marcellinus Tribunus & Notarius Vir Spectabilis, qui collationi Karthaginensi præfuit Anno D. 411. Et certe *lex* illa 3. pars est Mandatorum ab Honorio datorum Marcellino ad eam collationem proficiscenti. Fit eiusdem mentio Anno D. 414. vt & actorum, quæ ab eo contra Donatistas gesta *l.* 55. *de hæreticis.* De eiusdem morte Hieronymus, *lib.* 3. *contra Pelagium in fin. pag.* 206. *Tom.* 2. *Oper. Edit. Francf. apud Christ. Gensch.* & Orosius *lib.* 7. *cap.* 42. *in fin.* De eo & ad eum in ipsum multa Augustinus *passim.* Vide *Commentar. ad dict. leg.* 55.

MARCELLVS sub Arcadio Magister Officiorum A. D. 395. *l.* 8. *de curiosis:* *l.* 29. *de hæret.* Dat. Constantinop. Huius Marcelli Magistri Officiorum Theodosii A. liber *de medicamentis* extat *ad filios* inter Principes Medicorum *Tom. vlt.* Hic idem est, de quo eiusque filiis Libanius *epist. ad Anatolium* 365. *Edit. Wolffii.*

MARCHARIDVS sub Honorio in Africa proscriptus. Eius mentio fit Anno D. 401. *l.* 18. *de bonis proscriptorum.* Videtur hic fuisse Comes Africæ, Gildoni suffectus: cui Bathanarius postea successit, vt patet ex dict. *l.* 18. vbi vide Commentarium, & doctissimi Valesii de Marcharido conjecturam.

MARCIANVS sub Constantio Præf. annonæ A. D. 354. *l.* 1. *Cod. de hereditat. decurion.* Constantio A. VII. & Constant. Cl. C. COSS. forte hæc lex referenda ad A. D. 326. cum nonnullæ Codicis Edition. Constantinum VII. Cos. præferant. In vulgatis Edit. etiam legitur, *Mastichiano Præf. an.*

MARCIANVS, sub Valentiniano Iun. Vicarius Hispaniarum A. D. 384. *l. 7. de indulgent. criminum.* Dat. Med. XI. Kal. April. Ad hunc proculdubio extant aliquot Symmachi epistolæ *lib. 8.* puta *epist. 9. 22. 53. 57. 72.* Italiæ porro Vicarium hunc fuisse coniicio. De quo ad *eam leg.*

MARCIANVS sub Theodosio Iun. Comes S. L. A. D. 414. in subscriptione *l. 9. de indulgent. debitorum.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de Prouinciis Orientis, deque metallis Docimenis, Proconensibus, & Troadensibus.

MARINIANVS sub Valentiniano Iun. Vicarius Hispaniarum A. D. 383. *l. 14. de accusationib.* Dat. Patauí. Ad hunc extant septem Symmachi epistolæ *lib. 3.* puta *epist. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.* De eo dico plura ad *d. l. 14.*

MARINIANVS sub Honorio PP. A. D. 422. *l. 7. de sponsalib.* Dat. Rauenna. *l. 3. de dotibus: l. 4. Cod. Iust. de secundis nupt.* Dat. Rau. Consul cum Asclepiodoto A. D. 423. Male in nonnullis Cod. Iust. Edit. Martianus dicitur, *l. vlt. solut. matrim.* & *l. 4. de sponsalib.* Vide Marmora apud Baronium *in Annal. ad an. 423. num. 1.* & Relandum *in Fastis an. eod.* Pagius *in Critica ad Annal. Baron. ad an. cit.* bene docet, hunc Marcianum patrem esse Rufi Prætextati Postumiani, qui an. 448. Consul ordinarius fuit.

MARMARIVS sub Theodosio Magno Episcopus Marcianopolitanus A. D. 381. *l. 3. de fide Catholica.* Dat. Heracleæ. Martyrius Sozomeno, *lib. 7. cap. 9.*

MARTIANVS, sub Theodosio Magno Comes Orientis A. D. 392. *l. 7. de Iurisdictione*, vbi *Martianus* vocatur, pariter vt *l. vltim. Cod. Iust. de incolis: l. 13. Cod. eod. de dignitat. l. vnic. hoc Cod. de fideiussor. dotium*: vbi *Martinianus* vocatur, quomodo & nomen exhibent plerique MSS. vt noto ad *d. l. 7.* videtur enim idem esse cum eo, qui sub Arcadio A. D. 396. Comes S. L. fuit, de quo mox. Ad hunc extat Libanii *epist. in Codice* Vaticano *lib. 1. epist. 7. in Parisina* & *in Edit. Wolff. 9.*

MARTINIANVS sub Constantio Vicarius Africæ A. D. 358. *l. 44. 45. 46. de Decurionibus.*

MARTINIANVS sub Theodosio Magno, vide *supra Martianus.*

MARTINIANVS sub Arcadio Comes S. L. A. D. 396. *l. 4. de militari veste.* Dat. Constantinop. Fit mentio *hac leg.* Illyrici *l. 14. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop.

MARTINVS sub Theodosio Iuniore Sophista Constantinopoli. Eius meminit Theodosius Iun. Anno D. 425. *l. vnic. de Professoribus, qui in Vrbe Constantinop.*

MATERNVS sub Constantino A. D. 314. *l. 10. Cod. Iust. de acquir. & ret. poss.*

MATRONIANVS sub Theodosio Magno Dux & Præses Sardiniæ. A. D. 382. *l. 3. repetundarum.* Dat. Constantinop.

MAVRIANVS sub Honorio Comes domesticorum & vices agens Magistri militum A. D. 414. *l. 1. de venatione ferarum.*

MAXENTIVS Tyrannus. Ad hunc pertinet *l. 1. de Ingenuis, qui tempore Tyranni seruier.* & *l. 1. de cohortalib.*

MAXIMIANVS (al. Maximilianus) Macrobius, Anno D. 326. sub Constantino Magno, vide *supra Macrobius.* Anno D. 322. Maximianus Præses Prouinciæ *l. 2. Cod. Iust. de offic. Rect. Prou.*

MAXIMILIANVS sub Constantino Magno Consularis Aquarum A. D. 320. *l. 1. de Aquæductu.* Vide, quæ dixi *not. b. ad hanc leg.*

MAXIMINVS sub Valentiniano Sen. Corrector Tusciæ A. D. 366. *l. 8. de accusationibus.* Ammianus quoque Marcellinus, *lib. 28. cap. 1.* hunc Maximinum (qui postea Præfectus annonæ, mox & P. P. fuit) Tusciam rexisse testatur. Præfectus annonæ A. D. 375. (refero ad an. 368.) *l. 3. de annonis ciuicis.*

A. D. 370. *l. 6. de annonis ciuicis.* His duabus legibus *Maximus* vocatur, pariter vt apud Hieronymum *ad an. 371.* & Rufinum *lib. 2. cap. 10.* Huius Maximini Præfecti annonæ multa mentio apud Ammianum Marcellinum, *lib. 28. cap. 1.* Meminit & Hieronymus *Chronico* Anno 371.

Sine dignitate A. D. 371. *l. 7. Cod. Iust. qui testam. fac. poss.* Maximus hic perperam vocatur. Hoc tempore Maximinus erat quoque Vicarius Vrbis Romæ. V. Marcellinum, *lib. 28. cap. 1.* quo ipso Ampelius erat P. V.

PP. A. D. 374. *l. vltim. de raptu Virginum.* Sub Gratiano, vbi *Maximus* vocatur PP. A. D. 376. *l. 1. & 2. ne præter crimen majest.* vbi *Maximus* vocatur. *l. vltim. ad Corneliam de falso.* PP. Romæ. Et *hac leg. Maximus* vocatur.

Sine Consule *l. 7. Cod. Iust. de agricolis.* Et *hac leg. Maximus* vocatur. Maximini huius Præfecturam Prætorianam memorat Ammianus Marcellinus *lib. 28. cap. 1.* & *lib. 29. c. 2. 3. 6. lib. 30. c. 2.* Memorant & Præfecturam in negotio schismatis Vrsicini Rufinus, *lib. 2. cap. 10.* Socrates, *lib. 4. cap. 29.* quam Præfecturam Vrbis, vocat Sozomenus, *lib. 6. c. 22.* De hoc feroce Maximino quoque Symmachus, *lib. 10. epist. 2.* vbi vide Iuretum, & quæ dixi *in Comment. ad l. 2. ne præter crimen.*

MAXIMINVS sub Theodosio Iun. Comes S. L. A. D. 424. Victore V. C. Cos. *l. 3. de vestibus oloueris.* Data Constantinop. *l. vlt. de metallis.* Dat. Constantinop. *l. 14. de murilegulis.* Dat. Constantinop. *l. vltim. de conlatione æris.* Dat. Constantinopoli.

A. D. 425. Theodosio A. XI. & Valentiniano Cæs. Coss. *l. 15. de murilegulis.* Sine Consule *l. 6. seu vltim. Cod. Iust. de commerciis:* vbi perperam *Maximus* in nonnullis vocatur.

MAXIMVS sub Constantino Magno P. V. A. D. 314. *l. 1. ad L. Iul. Maiestatis.* Sed reponendum Præf. Prætor. cum hoc anno *Notitia Præf. Vrb.* non Maximum, sed Rufinum Volusianum memoret. P. V. Anno D. 316. Sabino & Rufino Coss. *l. 1. de pactis: l. 1. de donationibus.* Hinc desumpta est *l. 25. Cod. Iust. de donation.* vbi diserte subscriptio habet, *Seuero & Rufino COSS. l. 1. de administr. & periculo tutor.* quæ excerpta est ex *d. l. 1. de donationibus.* Sed referendæ sunt hæ leges omnes ad *Seuerum & Rufinum* Coss. id est, ad Annum D. 323. vt probo *not. pp. ad dict. l. 1. de donat.*

Sine dignitate Anno D. 319. *l. 1. de maleficis & mathematicis.* Hic supple P. V. vt ostendit subscriptio, *PP. Rom.* & Vetus Notitia Præf. Vrb. P. V. A. D. 319. *l. 2. de sponsalibus.* PP. Romæ.

A. D. 320. *l. vnic. de hæreditat. petitione: l. 2. de falso l. 5. de accusat.* his *ll.* subscriptus perperam *Constantinus A. VII. & Cæs.* Reponendus *Constantinus A. VI. & Cæsar. I.* A. D. 320.

Sine dignitate A. D. 321. *l. 1. de Iudiciis: l. 11. de appellationib. l. 1. de Paganis sacrif. & templ.* Et in his legibus supple P. V.

PP. A. D. 321. *l. 1. de sentent. passis*: vbi editum PF. P. Reponendus autem hic P. V. teste vetere auctore Notitiæ Præf. V.

P. V. A. D. 322. Probiano & Iuliano Coss. *l. 1. de liberali causa: l. 5. Cod. Iust. de dilationibus.*

PP. A. D. 322. Probiano & Iuliano Coss. *l. 2. de denuncia-*

nunciationib. l. 1. de indulgent. criminum. Vide *not. c. ad cit. leg. 2.* Forte hic Maximus Præfecturam vtramque hoc anno gessit, quod sæpe factum, docente Notitia Præf. Vrb.
P. V. A. D. 323. *l. 2. de liberali causa.*
PP. *l. vltim. Cod. Iust. de vindicta libert. l. vltim. Cod. eod. de liberali causa* sine Coss. Hic *Valerius Maximus*, P. V. fuit a Kalendis Septembribus Anno D. 319. *Constantino V. & Licinio Cæsare*, & inde *Constantino VI. & Constantino Cæsare*, id est, A. D. 320. *Crispo II. & Constantio II.* id est, Anno D. 321. *Probiano & Iuliano*, id est, A. D. 322. ad Idus Septembres Anni 323. *Seuero & Rufino*: vt testatur vetus auctor *de Præfectis Vrbi.* Forte idem & PP. fuit.

MAXIMVS P. V. A. D. 320. vt puto *l. 2. Cod. Iust. de libertis.*

MAXIMVS alius sub Constantino Magno Rationalis Africæ A. D. 320. *l. 1. de metatis.*

MAXIMVS, *siue* Maximianus, sub Constantino Magno Præses prou. A. D. 322. *l. 2. Cod. Iust. de offic. Rector Prou.*

MAXIMVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 325. *l. 10. de Decurionibus*, quæ lex dicitur *PP. Antiochiæ.* Hic Vicarius Orientis.
PP. (id est, Pro Præfecto) id est, Vicarius A. D. 325. *l. 1. de Gladiatoribus.* PP. Berytho.
Vicarius Orientis A. D. 325. *l. 12. de Decurionibus.* Sine die & Coss. *l. 1. Cod. Iust. in quibus causis coloni censiti:* vbi diserte quoque inscriptio habet *ad Maximum Vic. Orientis.*
PV. A. D. 325. *l. 4. de Veteranis*, quæ lex dicitur *PP. Antiochiæ.* Sed reponendum etiam hic in inscriptione *Pro PF.* i. e. Vicarius. Vide, quæ dixi *not. b. ad l. 12. de decurion.*

MAXIMVS sub Constantino Magno, sine dignitate A. D. 328. *l. 5. de Veteranis.* Dat. Treu. id est reddita. Forte hic PP. Galliarum fuit.
PP. A. D. 333. *l. 3. de Numerar.*
Sine dignitate A. D. 337. *l. 2. de excusat. artificum:* vbi dies ita subscriptus *IV. Non. Aug.* si vere, tum hæc lex Constantino Magno tribuenda non fuerit.

MAXIMVS sub Constantio Præses Ciliciæ A. D. 358. *l. 1. de inoffic. dotibus.* An hic idem Maximus est, qui Præfectus Ægypti fuit Anno 356. de quo in διαμαρτυρίᾳ populi Alexandrini apud Athanasium *p. 356. Edit. Commelin. & alibi?*

MAXIMVS sub Iuliano Imp. sine dignitate A. D. 363. *l. 1. de longa consuetudine.*
Hic omnino Clytholias Maximus P. V. videtur, cuius meminit & Symmachus, *lib. 10. epist. 47.* quemque idem, vt & Ammianus Marcellinus, *lib. 21. cap. 12.* Tertullo in Præfectura Vrbana a Iuliano submissum, seu substitutum, ait. Forte & hanc Maximi Præfecturam intelligit Libanius *epist.* ad eum 699. siue 718. *Edit. Wolff.* nisi is alius plane est Maximus. Symmachum etiam videtur *Clytoliæ* nomen corruptum, vt obseruat. Iuretus *in not.* Onuphrius *in Fast.* hunc Maximum *Anicium* appellat, sine auctore, vt notat Valesius ad Marcellin. *l. c.*

MAXIMVS sub Valentiniano, vid. *supra Maximinus. l. 7. Cod. Iust. de Agricolis*, ad Maximum. PP.

MAXIMVS Tyrannus. Eius mentio fit *l. 7. & 10. de infirmandis his, quæ sub Tyrannis.* Ad eundem refero *l. 6.* & *8. eod. tit.* & *l. vltim. ne quid publ. lætitiæ.* Infandissimus Tyrannorum dicitur *dicta lege 7.*

MAXIMVS sub Arcadio PP. A. D. 396. *l. 18. de accusat.* PP. Constantinop. nisi in huius legis inscriptione reponendum, *Cæsarius*, quod suadere videtur *l. 15. de bonis proscriptorum*, cum hac lege coniungenda. Vid. *not. b. ad cit. l. 18.*

MAXIMVS sub Honorio. Comes R. P. A. D. 415. *l. 26. de petitionibus.*
Comes S. L. sine die & Coss. *l. vltim. Cod. Iust. de commerciis.*
PP. (γρ. P. V.) A. D. 420. *l. 6. de legitimis hæredit.* Dat. Rauennæ. Hic est PETRONIVS MAXIMVS COMES SACRARVM REMVNERATIONVM PER TRIENNIVM, POST PRAEFECTVS VRBIS, cui statua & inscriptio posita Romæ, ab Honorio, Theodosio & Constantio Censoribus remuneratoribusque virtutum, apud Gruterum *CCCCXLIX. 7.* Altera de eo inscriptio legitur apud eundem *MLXXX. 6.*

MAXIMVS sub Theodosio Iuniore Sophista Constantinopoli. Eius meminit Theodosius Iun. Anno D. 425. *l. vnic. de Professoribus, qui in Vrbe Constantinop.*

MECILIANVS sub Honorio Imp. Legatus Prouinciæ Africæ ad Honorium missus Anno D. 400. Fit mentio eius *l. 166. de Decurionib.*

MELITIVS sub Honorio PP. A. D. 410. *l. 15. de proximis comitib. dispos.*
A. D. 412. PP. Galliarum *l. vltim. de extraordinariis: l. vnic. qui a præbitione tyronum: l. 2. de expositis: l. 40. & 41. de Episcopis.* Dat. Rau. in nonnullarum legum inscriptionibus dicitur *Melitius*, neque satis constat de Præfectura eius, vtrum eam in Italia, an Gallia gesserit. Consule dicta in Commentario ad *leg. 41. de Episcop.*

MENANDER sub Constantino Magno sine dignitate Anno D. 321. *lex 2. de operibus publicis.* A. D. 322. *l. 2. de alimentis*, *quæ inopes par.* In *hac leg.* fit mentio *Africæ.* A. D. 326. *l. 4. de cursu publico:* sine die & Coss. *l. 5. Cod. Iust. de vectigalibus.* Fuit hic procul dubio PP. Italiæ, vt patet ex *d. l. 2.* & *d. l. 4.* vbi Africæ, & Proconsulum fit mentio.

MENANDER sub Valentiniano Sen. sine dignitate A. D. 364. *lex 17. de cursu publico.* Dat. Med. Hunc Menandrum PP. Galliarum fuisse putem, arg. *l. 28. & 30. eod. tit. de cursu publico.* Vid. *not. b.* ad *d. l. 18.*

MENANDRIVS sub Theodosio Magno A. D. 385. Vicarius Asiæ. *l. 2. de calumniatorib.*

MEROBAVDES sub Valentiniano Sen. & sub Gratiano Consul cum Gratiano A. IV. Anno D. 377. Iterum Consul cum Saturnino Anno Domini 383. Vide Pagium *in Critic. h. a.* & *Fastos* Reland.

MEROBAVDES hic ταξίαρχος Magister peditum in Gallia vna cum Equitio, cuius meminit Philostorgius, *lib. 8. cap. 1.* Marcellinus, *lib. 30. cap. 5. & 10.* in gestis Anni 375. Zosimus *lib. 4. cap. 17. & 19.* Eius opera Valentinianus Iun. ad Imperium euectus est, Anno 375. Tandem iussu Maximi Tyranni mortem sibi consciuit, vt refert Pacatus, *in Panegyrico cap. 28.* Merobaudes Dux Ægypti sub Theodosio Magno A. D. 384. *l. 43. de appellat.*

MESSALA sub Theodosio Magno PP. Anno D. 388. *l. vltim. Cod. Iust. de modo multar.* vide quæ ad eam not. *in Chronol.* & quæ mox dicam. Sub Honorio Imp. PP. A. D. 396. *l. 55. de appellat.*
A. D. 399. Theodoro V. C. Coss. *l. 9. de censitorib.* Dat. Mediol. agitur hac lege de terris Læticis. *l. 8. de prædiis nauiculariorum: l. 28. de nauiculariis: l. 14. de Iudæis: l. 4. de itinere muniendo: l. 3. de his, quæ ex publ. collat.* Dat. Med. *l. 1. de fabricensibus: l. 161. de Decurionib. l. 6. de Quæstionib. l. 8. de contrab. empt. l. 5. & 6. de canone frum. V. R. l. 15. de exactionib. l. 4. seu vltim. de dilationibus.* Post alia Dat. loco non addito. *l. 16. de Palatinis*

latinis S. L. Dat. Med. *l. 8. de Aquaeductu.* Dat. Med. Agitur *hac leg.* de *Campania.*

A. D. 400. Stilichone & Aureliano Coss. *l. 1. de patronis horreorum Portuens.* Dat. Altino. *l. 1. de Consularibus.* Dat. Aquileiæ. *l. 59. de cursu publico: l. 5. de locatione fundorum.* Dat. Mediol. Agitur *hac lege* de fundis *Templorum. l. 2. de discussoribus: l. 60. de cursu publico.* Dat. Mediol. *l. 1. de his, quæ potentiorum nom.* Dat. Med.

A. D. 403. Theodosio & Rumorido Coss. *l. 3. Cod. Iust. de adsessoribus.*

Sine die & Coss. *l. 2. Cod. de collat. fundorum fiscal.* &c.

Ad hunc *Messalam* duodecim extant *lib. 7.* Symmachi epistolæ: qui & Præfecturam eius Prætorianam indicat *epist. 80. 81. 82. 87. 88. 90.* pariter vt Rutilius Numatianus *lib. 1. Itiner. v. 268. sequ.*

Carmine Messala nobilitatus ager.
Hic & Præfecti nutu Prætoria rexit,
Sed menti & linguæ gloria maior inest.

Messalæ quoque PP. nomen inscribitur *l. 6. seu vltim. Cod. Iust. de modo multarum,* Anno D. 388. sed vitium in *ea leg.* est. In ea enim agitur de Comite Orientis & de Præfecto Augustali; cum vero Messala Præf. Præt. Italiæ fuit, vt liquet ex legibus hic adductis, alterius PP. nomen sine dubio reponendum est.

MESSIANVS sub Valentiniano Iun. Proconsul Africæ A. D. 385. Arcadio A. I. & Bautone Coss. Inscribitur ei *l. 13. de iure fisci.* Huius *Messiani* mentio quoque apud Augustinum *lib. 3. contra Petilianum, cap. 25.* qui & diserte eum hoc ipso Anno Bautone Cos. Proconsulem Africæ fuisse indicat.

Comes R. P. A. D. 389. *l. 3. vnde vi.* Dat. Treviris sub Valentiniano Iun. & sub Honorio A. D. 395. *l. 20. de extraord.* Dat. Med.

AVRELIVS MIMENIVS sub Constantio A. D. 346. sine dignitate *l. 4. de fide instrumentorum.*

MINERVIVS, sub Honorio Imp. Comes R. P. A. D. 397. Cæsario & Attico Coss. *l. 14. de tyronibus*: vbi de Æterna Vrbe agitur *l. 1. Cod. Iust. de officio Com. S. Palatii.* Dat. Kalend. Ianuar. Mediol.

A. D. 398. *l. 25. de annona & trib.* Dicitur hæc lex in subscriptione *PP. in programmate Vari V. C. Vicarii Vrbis Rom.* Sine die & Coss. *l. 4. Cod. Iust. de locat. præd. ciuil.*

Ad hunc *Mineruium* extant quindecim Symmachi epistolæ *lib. 4.* ab *epist. 35.* Meminit eiusdem & *d. lib. 4. epist. 18. 20. 29 30.* & *lib. 7. epist. 58.* vbi eum Illustrem Virum vocat & litterarum Sacerdotio præditum. Quinimo Comitem eum R. P. fuisse aperte indicat *d. lib. 4. epist. 20. in fin.* & *epist. 37. 40. 42. 43.* Ex eodem Symmacho patet, fuisse natione Gallum, Protadii fratrem.

MODESTVS sub Valente Imp. PP. A. D. 365. *l. 63. de Decurionibus:* refero hanc legem in Commentario ad Annum D. 373. *l. 35. de appellationib. l. 17. quorum appellat. non recip. l. 19. de Episcopis: l. 8. de maleficis.* Referendæ hæ leges ad A. 350. vel 373.

A. D. 366. *l. 14. de annona & tributo.* Referenda ad Annum D. 371. In *lege 4. Cod. Iust. de agricolis censitis*, quæ ex hac desumpta est, perperam *Modestinus* vocatur.

A. D. 370. *l. 6. de Tyronibus.*

A. D. 371. *l. 7. de censu: l. 14. de nauiculariis: l. 74. de Decurionibus: l. 1. de conlatione æris: l. 76. de Decurionibus.*

A. D. 372. *l. 1. ne collatio per logogr. l. 1. de naufragiis: l. 6. de murilegulis.*

Consul cum Arintheo A. D. 372. Vide Pagium in *Critic.* & Relandi *Fastos.*

PP. A. D. 373. *l. 6 de reparat. appellat.*

A. D. 377. Gratiano IV. & Merobaude. *l. 3. de militari veste: l. 7. de tyronibus: l. 79. de Decurionibus: l. 17. de erogat. mil. ann. l. 8. Cod. Iust. de ædific. priu.*

Modestus hic integro nomine vocatur *Domitius Modestus* apud Idacium in Fastis A. D. 369. Valentiniano N. P. & Victore Coss. Vid. Scaligeri *Thesaur. Temp. pag. 31.* Antea sub Constantio fuerat Comes Orientis Anno D. 359. vide Ammianum Marcellinum, *lib. 19. cap. 12.* Ad eum extant quinque Libanii epistolæ ex editis hactenus Latine *lib. 3. epistola 101. 103. 260. 262. 302.* quadraginta vero quinque in Vaticano Græcarum Libanii epistolarum Codice: puta *lib. 1. epist. 27. 39. 77. 81. 82. 86. 89. 91. 135. 144. 149. 162. 175. 177. 178. 181. 186. 187. 201. 213. 223. 258. 259. 275. 290. lib. 2. epist. 14. 21. 30. 31. 200. 203. 213. 223. 227. 283. l. 3. epist. 57. 73. 74. 79. lib. 4. epist. 103. 192. 203. 256. lib. 5. epist. 53. 83.* In Regio Codice quadraginta. Epistolas Libanii omnes, Modesto inscriptas, vide *Indic. 2. Edit. Libanii Cl. Wolffii.* Meminit *epist. 32. Edit. Wolff.* ad Iamblichum, & eius elogium continet *Epistola Libanii 95. Edit. cit.* De eo item Vales. *in Marcellinum lib. 29. cap. 1.* Extant & Basilii ad eundem epistolæ sex: puta *274.* siu. *104. Edit. Benedictin.* vbi Præfecturam eius Prætorianam designat, ἐπὶ τῆς μεγάλης σου καὶ ὑπερφυοῦς ἐξουσίας: *epist. 275.* siu. *Epist. 110. Edit. Benedictin.* vbi ἄνδρα τοσοῦτον vocat, eiusque πρόσταγμα indicat, *epist. 276.* siu. *111. Edit. Benedict.* ibi. μεγαλότητι ἐξουσίας: item mox vocat φιλανθρωπότατον τῶν ὑπάρχων: *epist. 277.* siu. *279. Edit. cit.* vbi περιφάνειαν ei tribuit, item ὑπερέχοντα vocat: *epist. 278.* siu. *280. Edit. cit.* vbi rogat eum, vt ad Præsidem Prouinciæ mandatum emittat: *epist. 279.* siu. *281. Edit. cit.* inquit, τῆς ὑπερφυοῦς σου ἐξουσίας. Frequens eius quoque mentio apud Ammianum Marcellinum, *lib. 29.* in gestis Anno D. 370. *cap. 1.* & in gestis Anno 374. *lib. 30. cap. 4.* apud Zosimum, *lib. 4. cap. 11. & 14.* Gregorium Nazianzenum *in Monodia Basilii*, seu *Orat. 20. num. 72. 73. pag. 348. 349. Edit. Coloniens. siu. Lips. apud Weidman.* Socratem, *lib. 4. cap. 13. & 14.* Philostorgium, *lib. 9. cap. 11.* Quo anno PP. factus fuerit, disquiro ad *l. 63. de Decurion.* Fuit hic Modestus Arianus & ab Arianis baptizatus, vt refert Gregorius *l. c.* hinc Valenti charus, quem variis etiam blanditiarum artibus sibi conciliauit, vt retineret diutius Præfecturam. Iuuat id scire, vt rectius possint intelligi variæ ad hunc datæ constitutiones, quibus catholicæ ecclesiæ addictis, & monachis præsertim fit iniuria.

MONAXIVS sub Theodosio Iun. P. V. A. D. 408. Basso & Philippo Coss. *l. 19. de Palatinis S. L. huius legis* inscriptio præfert *PP. l. 15. de annonis ciuic.* Dat. Constantinop.

A. D. 409. *l. 47. de operibus publicis: l. 1. de frum. Vrbis Constantinop. l. vltim. Cod. Iust. qui dare tutores:* Monaxii huius P. V. Constantinop. meminit auctor Chronici Alexandrini Anno 409. *pag. 716. Edit. Raderi.*

PP. A. D. 412. *l. 12 Cod. Iust. de offic. Rector. Prou.* Forte ad Annum D. 415.

A. D. 414. *l. 16. de Medicis & Professoribus: l. 12. de Senatoribus & glebali collatione. Hac lege* dicitur P. V.

A. D. 416. Theodosio VII. & Palladio Coss. *l. 182. de Decurionib. l. 23. de pœnis.* Dat. Eudoxiopoli,

opoli. *l. 11. de indulgent. debitor.* Dat. Heracleæ. *l. 42. de Episcopis*, quæ est *l. 17. Cod. Iust. eod. tit.* vbi male in vulgatis edit. expressum, *Maximo. l. 15. de Legatis: l. 1. de Præpositis laborum: l. 8. & 9. de domesticis: l. 2. Cod. Iust. de offic. milit. Iudicum.* Dat. Constantinop.

A. D. 417. *l. vlt. de donationibus: l. 4. ne Iudæus Christ. manc. l. 1. de Comitibus & Tribunis: l. 2. de venatione ferarum.* Dat. Constantinop.

A. D. 418. *l. 43. de Episcopis: l. 183. de Decurionibus: l. 21. de lustrali collat.* Dat. Constantinop.
A. D. 419. *l. 66. de appellationibus. l. 24. de pœnis.* Dat. Constantinop. Eodem anno & Consul prodiit, cum Plinta. Vide Pagii *Critic. ad Annal. Baron.* & Relandi *Fast.*
A. D. 420. *l. 10. Cod. Iustin. de ædificiis priuatis.* Data Constantinop. *Hac leg.* nominantur Prouinciæ Orientales.

MVSELLIVS sub Theodosio Iun. Præpositus S. Cubiculi A. D. 414. in subscriptione *l. 9. de indulg. debit.* Dat. Constantinop.

MVSONIANVS sub Constantio PP. A. D. 354. *l. 5. de cursu publico.* A. D. 356. *l. 2. de Legatis. Hac leg.* fit mentio Auxumitarum & Homeritarum. Proconsul Achaiæ fuit prius post Vetranionem & Magnentium deuictos. Vide Libanium *de vita sua pag. 29. Edit. Morell.* Mox post Domitianum cæsum, PP. Anno D. 354. testis Libanius *de vita sua pag. 37. Edit. cit.* & Ammianus Marcellinus, *lib. 15. extremo.* Huius Musoniani meminit quoque Valens *l. 14. de nauiculariis.* Hic antea *Strategius* vocabatur, teste Ammiano Marcellino, *lib. 15. extremo*, & Anno D. 356. *lib. 16. cap. 9.* & vtrobique vide eius elogium & in gestis Anni 358. *lib. 17. cap. 5.* Ad Strategium sunt Libanii *Epist. 347. 359. & 396. Edit. Wolff.* vbi eum Antiochenum facit. Eiusdem meminit *epist. 173. Edit. cit.* ad Priscianum, & *de vita sua pag. 29. Edit. Morell.* Hic idem Musonianus Comes est, & Arianus, qui Sardicensi Concilio interfuit A. D. 347. cuius apud Athanasium mentio *epist. ad solitar. vitam ag. pag. 818.* & *Apolog. 2. ad Constantium pag. 754. Tom. I. Oper. Edit. Lips.* Hic item antea a Constantio *Proconsul Achaiæ* factus extincta Magnentii factione: testis Libanius *de vita sua pag. 29. 37. 39. Edit. Morell.* qui & Præfecturam Prætorianam Orientis eius memorat *pag. 37.* ibi, πρότερον δὲ ἦν ἀφιγμένος ἀρχὴν ἔχων, ἣ τῶν ἄλλων ἄρχει, Στρατήγιος, *ac prius quidem aduenerat, cum dignitate, quæ aliis imperat, Strategius.* Ibidem eius mansuetudinem & lenitatem commendat, quemadmodum & Marcellinus. Hermogenes ei in Præfectura Prætoriana successit, Libanius *de vita sua, p. 39. Edit. citat.*

MVSONIVS sub Constantio Comes & Magister Officiorum. Fit eius mentio Anno D. 357. in *l. 8. de cursu publico*, quæ lex data est ad Taurum PP. Meminit huius & Libanius *Orat. pro Aristophane, p. 213. Edit. Morell.* Forte & *epist. 465.* in MS. Regio siu. *ep. 471. Edit. Wolff.* Ad eundem *epist. 472. Edit. cit.*

MVSVFILVS (Musofilus) sub Valentiniano Imp. Vicarius Afric. A. D. 363. imo 368. *l. 3. de prædiis nauiculariis.*

MYGDONIVS sub Constantino Magno Castrensis S. Palatii A. D. 315. *l. 1. si petitionis socius.* Dat. Antiochiæ. Mygdonio (forte huius filio) inscribuntur duæ Libanii Antiocheni epp. in Codice Vaticano & in Regio *lib. 3. epist. 249. 290. epistola 511. 501. epist. 456. 465. Consule Indicem Edit. Wolff.*

N

NAMATIVS sub Honorio Magister Officiorum A. D. 412. *l. 15. de Agentibus.* Dat. Rau.

NARSES sub Theodosio Iun. V. Sp. Comes & Castrensis sacri Palatii A. D. 416. *l. 1. de Castrensianis.* Dat. Constantinop.

NATALIS Dux (Sardiniæ) Fit eius mentio a Theodosio Magno Anno D. 382. *l. 3. ad L. Iul. repetund.* Dat. Constantinop. Vid. *not. e. ad leg. cit.*

NEBRIDIVS sub Theodosio Magno Comes R. P. A. D. 382. *l. 16. de petitionibus.*
A. D. 383. *l. 4. de locat. fundor.* Dat. Constantinop.
Sine die & Coss. *l. 2. Cod. Iust. de locatione præd. ciuil.* Vbi MS. diserte habet Nebridio Com. R. P. male in editis *Nibrio*, & in Niuelliano, *Imbrio.*
A. D. 383. *l. 18. de petitionibus: l. 5. de Palatinis S. L. & R. P.* Dat. Constantinop.
Sine die & Coss. *l. 4. & 5. Cod. Iust. de fundis rei priuatæ.*
P. V. A. D. 386. Honorio NP. & Euodio Coss. *l. vnic. de honoratorum vehiculis.* III. Kalend. Febr. *l. 1. de Aedilitiis actionibus*, III. Kalend. Iul. Dat. Constantinop.
Sine die & Coss. *l. vnic. Cod. Iust. de officio Præfecti Vigilum.* Vbi inscriptio perperam habet *Nephridio Præfecto Vrbis.* Ex cuius legis contextu apparet *eam leg.* Constantinopoli datam a Theodosio Imp. Nebridii huius P. V. Constantinopol. meminit quoque Palladius *in Lausiaca, in Olympiade, p. 139.* Nebridio quoque inscribitur in Codice Vaticano Libanii *epist. 202. lib. 4.* siu. *Epist. 1391. Edit. Wolff.*

NEBRIDIVS sub Arcadio Proconsul Asiæ A. D. 396. *l. 56. de appellationibus.* Dat. Constantinop.
Sine die & Coss. *l. 2. Cod. Iust. in quibus causis coloni.* In *cuius legis* inscriptione Com. Asiæ, loco Proconsulis Asiæ est editum.
An hic, an superior Nebridius est, de quo agit quemque prædicat Hieronymus *epist. ad Viduam ipsius Saluinam*, vbi honorum culmen ei tribuit, Apparitorum cateruas, honoris infulas.

NECTARIVS sub Theodosio Magno Episcopus Constantinopol. Meminit eius Theodosius Anno D. 381. *l. 3. de fide Catholica:* qua fidem eius pro Catholicæ fidei exemplari proponit. Ad hunc Nectarium extant quoque quatuor Gregorii Nazianzeni epistolæ: puta 51. 52. 226. 227. vt & oratio ad eundem *p. 721. Edit. Paris. & Colon.* Frater huius Arsacius, v. *supra.* Plura de eo inuenies *not. g. ad leg. cit.*

NECTARIVS sub Theodosio Iuniore Vicarius Ponticæ A. D. 435. *l. 8. de Principibus Agentium in rebus.*

NEMESIANVS sub Constantio Comes A. D. 340. *l. 30. de Decurionib.* Dat. Bessæ. V. P. Comes Largit. A. D. 345. *l. 5. de exactionib.* Dat. Nizibi.

NEOTERIVS sub Theodosio Magno PP. A. D. 380. *l. 1. ad L. Iul. repetundarum: l. 3. de Tabulariis: l. 81. & 82. de Decurionib.* Dat. Thessalonicæ. *l. 9. de tyronib. l. 3. de desertorib.* PP. Antiochiæ. *l. 11. de filiis mil. appar.* Dat. Sirmio. vbi inscriptio sic habet, Habe Neoteri K. NB.
A. D. 381. *l. 5. de desertorib.*
Sub Valentiniano Iuniore PP. A. D. 384. *l. 43. de cursu publico.*
A. D. 385. *l. 8. de indulgent. criminum: l. 16. de extraord. l. 6. de iurisdictione.* Dat. Med. *l. 2. ne conlation. transl. l. 110. de Decurionib. l. 15. de cohortal. l. 2. quid probare deb. l. 4. finium regund.*

cuius inscriptio sic habet, *Neoteri PF. P. O. K. N.* i. e. *Praef. Prator. Karissimo Nobis.*
PP. A. D. 390. *l. 3. de thesauris.* Dat. Constantinop. VI. Non. Mart. *l. 7. de Curiosis.* Dat. V. Kal. Iun. Consul eodem Anno 390. cum Valentiniano IV. Ad hunc Neoterium extant Symmachi epistolae *lib. 5.* ab *epist. 38.* ad *46.* e quibus *ep. 39.* data est post Victoriam de Maximo Tyranno, id est post Annum 388. *epist.* vero *46.* Anno D. 392. Idem & *lib. 5. epist. 38.* de hoc Neoterii Consulatu agit. Consule Ant. Pagium *in Critic. ad an. 390.* & Petr. Reland. *in Fast.* Prior probat, hunc Neoterium A. D. 390. fuisse PP. Illyrici Orientalis, & in Oriente etiam prodiisse Consulem. Ante decennium autem, anno scilicet 380. administrauit Praef. Praetorianam Orientis, quod assertum leges in *Praefat. ad Tom. 3.* huius Cod.

NESTORIVS sub Arcadio Comes dispositionum. Fit eius mentio Anno D. 397. in *l. 10. de proximis.* Dat. Constantinop. Comes R. P. A. D. 401. *l. 6. de locatione fundorum.* A. D. 405. *l. 18. de Palatinis S. L.* Dat. Ancyrae. Sine Coss. *l. 18. seu vlt. Cod. Iust. de rescind. vendit.*

NESTORIVS sub Honorio Comes & Dux A. D. 406. Arcadio VI. & Probo Coss. *l. vltim. quorum appellat.* Dat. Rau. Mentio fit *hac leg.* Tripolitanae Prouinciae.

NESTORIVS haereticus sub Theodosio Iuniore. De eo agit Theodosius Iun. Anno D. 435. *l. vltim. de haereticis.*

NEVITTA Coss. cum Mamertino Anno D. 362. vide Ammianum Marcellinum, *lib. 21. c. 10.* qui ita de eo: *Mamertino in Consulatu iunxit* (Iulianus) *Neuittam, nec splendore, nec vsu, nec gloria horum similem, quibus magistratum amplissimum detulerat Constantinus, contra inconsummatum & subagrestem, & quod minus erat ferendum, celsa in potestate crudelem.* Hic sub Constantio A. D. 358. equestris turmae praepositus fuit, vti legimus apud cit. Marcellin. *lib. 17. c. 6.* & a Iuliano A. D. 361. Magister armorum per Gallias factus est, Idem *lib. 21. c. 8.* Eius meminit Zosimus *lib. 3. c. 21.* Fuit autem natione Gothus, vti probat Valesius *ad Marcell. lib. 21. c. 10.* & Deorum cultui addictus, Iulianoque eam ob caussam acceptus.

NICENTIVS sub Valentiniano Iuniore Praefectus annonae A. D. 385. *l. 5. Cod. Iust. de diuersis rescriptis.* Dat. Med.

NICENVS (al. Decio. al. Cynegio. Malim, *Monaxio* vel *Nicetio.*) PP. sub Theodosio Iun. Anno D. 418. *l. 4. de sacro S. Cub.*

NITENTIVS sub Valente. Meminit eius Gratianus Anno 377. *l. 2. ne sanctum baptisma*, ad Flauianum P. C. Africae. Dat. Constantinop. (vitiose.) Nicentii Tribuni & Notarii meminit Ambrosius, *epist. 64.* siu. *46. Edit. Paris.* Ad Nicentium Libanii quoque extat *epistola 1114.* eiusque meminit *Epistol. 20. 200. 367.* & alibi, Nicentii autem nomen, loco Nitentii, in *dict. l. 2.* rescribendum esse censeo.

O

OCTAVIANVS: sub Constantino Magno Comes Hispaniarum A. D. 317. Gallicano & Basso Coss. *l. 4. de Decurion. l. 1. de accusat.* Corrector Lucaniae & Brittiorum A. D. 319. Constantino A. V. & Licinio Caes. Coss. *l. 2. de Episcopis: l. 1. de filiis militar. apparitor.* Acc. Regio.

OLYBRIVS sub Constantio Imp. Proconsul Africae A. D. 354. *l. 7. de cursu publico.* Dat. Antiochiae. In veteri inscriptione, Romae reperta, quae legitur *apud Gruterum CCCLIII. 2.* integrum, *Q. Clodii Hermogeniani Olybrii*, occurrit nomen, eiusque Proconsulatus fit mentio, inter reliquas dignitates:

TYRANIAE ANICIAE
IVLIANAE C. F. CONIVGI
Q. CLODI HERMOGENIANI
OLYBRII V. C
CONSVLARIS CAMPANIAE
PROCONSVLIS AFRICAE
PRAEFECTI VRBIS
PRAEF. PRAET. ILLYRICI
PRAEF. PRAET. ORIENTIS
CONSVLIS ORDINARII
FL. CLODIVS RVFVS V̄P̄
PATRONAE PERPETVAE

P. V. A. D. 357. *l. 9. de nauicular.* ibi autem *Orphyti* nomen substituendum videtur. vid. *not. b. ad hanc legem.*
Sub Constantio sine dignitate A. D. 361. *l. 4. de inofficiof. testament.* & *l. vn. de inofficiof. donat.* Sed in vtraque lege reponendum P. V.
P. V. sub Valentiniano Sen. *l. 2. de postulando.* Referenda haec lex ad an. 368. & plenior exstat *l. 6. Cod. Iust. de postulando.*
A. D. 368. P. V. *l. 3. de reparat. appellat. l. 9. de pistoribus. l. 9. poenis: l. vn. de mancip. thermarum: l. 10. de pistoribus: l. 4. de indulgent. criminum: l. 19. quorum appellationes.*
A. D. 369. P. V. *l. 2. de centonariis: l. 16. de fide testium: l. 1. de fructib. & litis expens. l. 5. Cod. Iust. de feriis: l. 13. de pistoribus: l. 4. de reparat. appellat. l. 1. de quaest. l. 13. de nauicular.*
A. D. 370. P. V. *l. 9. de Medicis & Professoribus: l. 1. de studiis liberal. V. R. l. 7. Cod. Iust. de postulando: l. 17. de praetoribus.* Consulatus numerus non est additus.
A. D. 373. *l. 5. de reparat. appellat.* Dat. Altino. Referenda autem haec lex est ad A. D. 368.
A. D. 379. Consul prodiit in Occidente cum Ausonio. Vid. *Chronologiam*, Pagium *in Critic.* & Relandi *Fastos*, & *veterem Inscriptionem* supra adductam.
De hoc Olybrio P. V. Ammianus Marcellinus *lib. 28. cap. 1.* agit, & *cap. 4. eod. libr.* elogium eius apponit, simul & differit de Ampelio eius successore. Locus autem Claudiani in Panegyr. in Olybrii & Probini Consulat. *v. 30.* sequ. non ad hunc, sed ad alium Olybrium, de quo mox, pertinet.

OLYBRIVS sub Valentiniano Sen. A. D. 370. Consularis Tusciae *l. 72. de Decurion.* Ad hunc forte pertinet Inscriptio Romana *apud Gruterum CCCXCII. 5.*

C. CLODIO HERMOGENIANO
OLYBRIO V. C. FRATRI
ADMIRANDAE PIETATIS
FALTONIVS PROBVS ALYPIVS V. C

Consule Reinesium *ad Inscript. pag. 70.* & *Epistol. 69. ad Rupertum.*

OLYBRIVS Consul A. D. 395. cum Probino. Vterque filius *Sexti Anicii Petronii Probi* Consulis & PP. de quo infra, & *Aniciae Faltoniae Probae*, quam Baronius perperam cum *Faltonia Proba Poëtria* confundit. Peperit haec *Anicia* filios tres, *Anicium Probum* Consulem A. D. 406. cum Arcadio, *Anicium Probinum*, & *Anicium Hermogenianum Olybrium*, Consules A. D.

395.

395. Hinc lucem capit marmor *apud Gruterum CCCCL. 2.*

SEXTO PETRONIO PROBO V. C
PROCONSVLI AFRICAE
PRAEFECTO PRAETORIO
QVATER ITALIAE ILLYRICI
AFRICAE GALLIARVM
CONSVLI ORDINARIO
PATRI CONSVLVM
ANICIVS PROBINVS V. C
CONSVL ORDINARIVS
ANICIVS PROBVS V̄C̄
QVAESTOR CANDIDATVS FILII
MVNVS SINGVLARI RELIGIONI
DEBITVM DEDICARVNT

Et alterum *ibidem num. 3.*

SEXTO PETRONIO PROBO
ANICIANAE DOMVS
CVLMINI PROCONSVLI
AFRICAE PRAEFECTO
PRAETORIO. QVATER
ITALIAE ILLYRICI AFRI
CAE GALLIARVM CON
SVLI ORDINARIO CON
SVLVM PATRI ANICIVS
HERMOGENIANVS
OLYBRIVS ET ANI
CIA IVLIANA C. F. EIVS
DEVOTISSIMI FILII
DEDICARVNT

Anicia Iuliana in lapide non confundenda est cum *Anicia Iuliana Turania* siue *Tyrania*, uxore *Q. Clodii Hermogen. Olybrii*, de quo supra. Neque *filiorum* nomine intelligi debent frater & soror, quod credidit Baronius *in Annal. ad an. 395.* verum maritus *Olybrius* natura filius Probi & Faltoniæ Probæ, & uxor eius *Anicia* nurus Probi Probæque. Scimus enim ex Hieronymi *epistola ad Demetriadem*, quæ si ia huius Olybrii, & neptis Faltoniæ Probæ erat, Probo præter tres, quos supra memoraui, filios, filiam nullam fuisse. Consule *citatam epist. Hieronym.* & multa, hæc illustrantia, ibidem legas. Huc pertinet etiam Claudiani *Panegyricus in Olybrii & Probini Consulatum*, qui *v. 31.* patrem Consulum, *Probum*, laudibus ornat:

Viuit adhuc, completque vagis sermonibus aures
Gloria fusa Probi

Et *v. 62.* canit filios *Probinum* & *Olybrium* Consules, superasse patrem:

Sed nati *vicere* patrem, *solique merentur*
Victores audire Probi. *Non contigit illi*
Talis honor, prima cum parte virescere aui,
Non Consul cum fratre fuit.

Consule Anton. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. ad an. 395.* vbi de Olybriis aduersus Baronii sententiam multa disputat. Reinesius *Epist. 69. cit.* omnem Hermogenianam & Aniciam familiam illustrat, &multa collegit in Inscriptionum opere. Adde Relandum *in Fastis.*

OLYMPIVS sub Honorio Magister Officiorum A. D. 408. *l. 42. de hæreticis.* Dat. Rau. De hoc Olympio Magistro Officiorum Zosimus. *lib. 5. cap. 32. 33. 34. 35.* Olympiodorus *apud Photium Cod. LXXX.* Philostorgius, *lib. 12. histor. Eccles. cap. 1.* Ad eundem extant duæ Augustini epistolæ, 124. siu. *96. Edit. Benedictin.* vbi de celso & sublimi honore ei delato gratulatur, eique causam Bonifacii commendat apud Imperatorem, & *epist. 129.* siu. *97. Edit. Benedictin.* vbi & *Comes* vocatur, eumque rogat, vt confirmentur leges de idolis confringendis & hæreticis corrigendis, quæ viuo Stilichone in Africam missæ fuerant, quas nesciente Imper. latas, Pagani & hæretici iactabant. Plura de eo dixi ad *Philostorgium.*

OPTATVS sub Constantino Magno Consul cum Paulino Anno D. 334. Optatus Patricius sub eodem memoratur a Zosimo *lib. 2. cap. 40.* Vid. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. h. a.* & Relandi *Fastos.* ibique lapides adductos.

OPTATVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis. Ad quem Hypobolimæa *l. 3. de episcopali iudicio* data dicitur. Ad Optatum extant duæ Libanii epp. in Cod. Vaticano, *lib. 5. epist. 188.* & *lib. 6. epist. 38.* & *in Edit. Wolffii epist. 841. 1028.* Eiusdem mentio fit fine *epist. 73.* in Cod. Paris. & *Epist. 78. Edit. Wolff.* Sub Arcadio P. V. A. D. 398. *l. 160. de Decurionibus.* Dat. Constantinop. Arcadius aperte se *huius legis* auctorem facit. Male autem hæc lex *Optatii* nomen præfert. A. D. 405. *l. 4. de vsuris.* Dat. Niciæ.
Huius *Optati P. V.* meminit Socrates, *lib. 6. c. 18. in fin.* in rebus Chrysostomi in exilium abducti, & incendii eius occasione exorti, (quod Anno 404. superiori congruit) Theodorus item Diaconus apud Palladium, *in dialogo de vita Chrysostom.*

OPTIMVS sub Theodosio Magno Episcopus Antiochenus (Pisidiæ) A. D. 381. Eius meminit Theodosius Magnus *l. 3. de fide Catholica.* Ad hunc extat Basilii *epist. 317.* siv. *260. Edit. Benedictin.* Socrates *lib. 5. cap. 8.* Theodoretus *lib. 4. cap. 30.* & *lib. 5. cap. 8.* Nicephorus *1. cap. 44.*

OREBIVS in quibusdam Codd. *l. 4. Cod. Iust. de fundis rei priu.* sine die & Coss. Hoc nomen sine dubio mendosum est.

ORIENTIVS, sub Valentiniano Iuniore & Theodosio Magno Vicarius Vrbis Romæ A. D. 390. *l. 6. de adulteriis.* In aliis Codd. legitur *Orontius* & *Origenius.* vid. *not. a.* ad *d. l.*

ORION sub Constantino & Constante V. C. A. D. 348. *l. 2. si petitionis socius.* Comes R. P. A. D. 353. *l. 8. de petitionibus.*

ORICVS PP. sub Valentiniano & Valente, *l. 5. Cod. Iust. de agricol. & censit.* sine die & Consule. Reponendum autem videtur *Atticus.*

ORPHITVS sub Constantio Imp. P. V. per sex annos ferme Anno D. 354. *l. 7. de Prætorib.* huic *legi* subnotatus perperam Consulatus Anni superioris 353. *l. 1. de raptu vel matrim. sanct.*
A. D. 355. *l. 3. de reuocandis donat. l. 7. de donationib. l. 2. de Pistorib.*
A. D. 356. *l. 3. de sepulchro viol.* vbi dignitas omissa.
A. D. 357. *l. 1. qui petant.* vbi inscriptio sic habet, *Haue Orphite Kariss. Nob. l. 2. de gladiatoribus.*
A. D. 358. *l. 4. de reuocandis donation.*
A. D. 359. Eusebio & Hypatio Coss. *l. 1. de calcis coctoribus.* Sine die & Coss. Eidem Orphito P. V. inscribuntur duæ leges Codice Iust. *l. 6. de dignitatibus: l. 1. de quadriennii præscript.* Constantino tribuitur.
Orphitus hic integro nomine *Memmius Vitrasius Orphitus.* Meminit eius & Symmachus gener ipsius, *lib. 9. epist. 121.* & *lib. 10. epist. 47.* Hic est & quem Symmachus in carmine *lib. 1. epistola 1.* scribit *Leges dedisse Æneadis*, id est P. V. fuisse; quod ad Orfitum, qui Senatusconsulti Orfitiani auctor fuit, perperam nonnulli referunt. Vide

Cl. Iuretum in *obseruat. ad Symmach. lib. 9. ep. 121.* Primam Præfecturam hic gessit Anno D. 353. a VI. Idus Decembris: eamque continuauit toto Anno 354. vt testatur Auctor Notitiæ *Præfectorum Vrbis.* De eadem eiusdem Præfectura Ammianus Marcellinus, *lib. 14. cap. 6.* eo ipso anno 354. De secunda eius Præfectura idem Marcellinus, *lib. 16. cap. 10.* & *lib. 17. cap. 4.* & vetus Inscriptio apud *Gruterum XXXVIII. 6.*

APOLLINI SANCT
MEMMIVS VITRAS
ORFITVS V. C
BIS PRAEF. VRBI
AEDEM PROVIDIT
CVRANTE FL. CLAVDIO
EVANGELO V. C COMITE

ibidem pag. *CCLXXXIV. 8.*

DOMINO NOSTRO
CL IVLIANO
NOBILISSIMO AC
FORTISSIMO CAES

MEMMIVS VITRASIVS
ORFITVS V. C. ITERVM
PRAEF. VRB. IVDEX
SACRAR. COGNITION
TERTIVM D. N. M. Q. EIVS

ibidem pag. *CCCCXXXVIII. 1.* omnes Orphiti huius honores, mancipum corpus in statua expressit.

HONORI
MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C
NOBILITATE. ACTIBVSQVE. AD. EXEM
PLVM. PRAECIPVO. PRAEFECTO. VRBI
ET. ITERVM. PRAEFECTO. VRBI. PROCON
SVLI. AFRICAE. AC. TERTIO. SACRARVM
COGNITIONVM. IVDICI. COMITI. IN
CONSISTORIO. ORDINIS. PRIMI. LE
GATO. SECVNDO. DIFFICILLIMIS. TEM
PORIBVS. PETITV. SENATVS. ET. P. R
COMITI. ORDINIS. SECVNDI. EXPEDITION
BELLICAS. GVBERNANTI. CONSVLARI. SICIL
PONTIFICI. SOLIS. PONTIFICI. VESTAE
XV. VIRO. S. F. CONSVLI. PRAETORI. Q. K. OM
NIBVSQ. PERFVNCTO. HONORIB. INTRA
AETATIS. PRIMORDIA. OB. PROVIDENTIAM
ET. STATVM. OPTIMVM. VRBI. ROMAE. AB. EO
REDDITVM. CORPVS. OMNIVM. MANCI
PVM. STATVAM. SVB. AERE. CONSTITVIT.

Docent hi lapides, Orphitum hunc fuisse addictum paganæ superstitioni.

Hic postea ex Præfecto Vrbis peculatus reus factus, inque exilium missus, bonis proscriptis, a Valentiniano Anno D. 367. restitutus fuit, vt idem Marcellinus docet, *lib. 27. cap. 3.* & *7.* Decessisse tandem videtur Anno 370. vt colligo ex Symmachi *epist. 121. lib. 9.* & *lib. 10. epist. 47.* De hoc Orphito vel Orfito vide Valesium *in not. ad Marcellin. loc. cit.*

OSIVS sub Constantino Magno Episcopus A. D. 321. *l. 1. de manumissionib. in Eccl.* Hic est Osius siue Hosius Cordubensis Episcop. Constantissimi animi vir, & defensor strenuus ecclesiæ catholicæ, cuius auctoritas eminuit in Concilio Nicaeno. Vid. Sulpitius Seuerus *hist. eccles. lib. 2. c. 40.*

OSIVS sub Arcadio Comes S. L. Anno D. 395. *l. 13. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop.
Magister Officiorum A. D. 395. *l. 7. de Agentibus in rebus.* Dat. Constantinop.
A. D. 396. *l. 6. de proximis: l. 8. & 9. de Agentibus.* Dat. Constantinop.
A. D. 398. *l. 5. de metatis.* Dat. Constantinop. *l. 4. de fabricensibus.* Dat. Constantinop. Huius Osii Magistri Officiorum meminit Claudianus, *lib. 2. in Eutropium v. 346.* cuius verba refero ad *l. 4. de fabricensibus, not. b.* ex quibus intelligimus, eum secundum locum ab Eutropio in aula Constantinopol. obtinuisse, Hispanum, seruilis conditionis, & antea coquum fuisse. Vide *Commentar. ad leg. 3. ad leg. Cornel. de sicar. num. 11.*

OTREIVS sub Theodosio Magno Episcopus Melitenus A. D. 381. Meminit huius Theodosius Magnus *l. 3. de fide Cathol.* Ad hunc Otreium Episcopum Melitenes extat Basilii *epist. 316.* siu. *ep. 181. Edit. Benedictin.* De eodem Socrates, *lib. 5. cap. 8.* & Sozomenus, *lib. 7. c. 13.*

P

PACATIANVS sub Constantino Magno Vicarius Britanniarum A. D. 319. *l. 2. de exactionib.*
P. V. (ita Cod. Theod. Cod. Iust. *PP.*) A. D. 332. *l. 4. de sponsalibus.* Sed præferenda Cod. Iust. inscriptio, cum notum sit ex vetere Notitia Præf. Vrb. an. D. 332. Anicium Paulinum P. V. fuisse. Vid. *not. c. ad dict. leg. 4.*
Cos. cum Hilariano A. D. 323. Vid. Pagii *Critic. h. a.*
PP. A. D. 334. *l. 1. de Suariis.* Dat. Romæ, id est, reddita vel proposita. Agitur *hac leg.* de populo Romano, & de corpore suariorum. *l. 2. de aduocat. fisci.*
Sine dignitate A. D. 335. *l. 1. de lucris Officiorum.* Agitur *hac leg.* de *Rectoribus.*

PALLADIVS sub Theodosio Magno Comes S. L. A. D. 381. *l. 2. de his, qui cum dispens.* Dat. Heracleæ.
Sine die & Coss. *l. 8.* & *9. Cod. Iust. de vectigal.* quibus agitur de vectigali Octauarii & Alabarchia per Ægyptum & Augustamnicam, & cum *d. l. 2.* coniungendæ videntur. Vid *Commentar. ad d. l.* Magister Officiorum A. D. 381. *l. 3. de his, qui cum dispensatore,* PP. Byrito.
A. D. 382. *l. 4. de Agentibus in rebus.* Data Constantinopol.
A. D. 384. *l. 3. de metatis.* Dat. Constantinop. Ad hunc Palladium in dignitate constitutum in Magna Vrbe, id est Constantinopoli, sunt Gregorii Nazianzeni *epistolæ 228. 229. 230. 231.* ex quarum priore 228. apparet, eum in summo aliquo Magistratu constitutum fuisse ἐν δυναςείᾳ. Ex *epist. 229.* eum Constantinopoli fuisse. Forte idem ille Palladius, ad quem est eiusdem *epist. 386.*

PALLADIVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis A. D. 382. *l. 37. de cursu publico.* Meminerunt Palladii Præfecti Augustalis, verum sub Valente, Scriptores Ecclesiastici, Theodoretus *lib. 4. cap. 22.* & Socrates *lib. 4. cap. 21.*

PALLADIVS sub Theodosio Magno Dux Osdroënæ A. D. 382. *l. 8. de Paganis sacr.*

PALLADIVS sub Honorio Proconsul Africæ A. D. 410. *l. 7. de Princip. Agent. in reb.* Dat. Rau.
PP. A. D. 410. *l. 12. de indulgent. criminum.* Dat. Rauennæ. Agitur *hac leg.* de Republica liberata a Tyrannide Attali v. Zosimum *lib. 5.* in gestis Anni 408.

A. D. 415. *l. vltim. de Curiosis.* Dat. Rau. Mentio fit *hac leg.* Dalmatiæ & Insularum.

A. D. 416. *l. 2. de indictionibus: l. 4. de ambitu.* Huic forte cohæsit lex illa Honorii ad Palladium PP. quam ex Codice Theodosiano allegat Valentinianus *Nouella 10. de confirm. his, quæ administr. l. 147. l. 181. de Decurionib. l. 6. de relationibus: l. 9. de executoribus.* Dat. Rau.

A. D. 417. *l. 22. de Pistoribus: l. 9. de Suariis.* Dat. Rau. Hæ leges manifeste ad Vrbem Romam pertinent.

A. D. 418. *l. 24. de Iudæis: l. 12. de indulgent. debitor.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Campania, deque Piceno & Tuscia Suburbicariis regionibus. *l. 6. de testamentis.* Dat. Rau.

A. D. 419. *l. 1. de Inquilinis: l. 10. de Suariis.* Dat. Rau. Hæc lex de Suariis Vrbis Romæ agit.

Sine die & COSS. *l. 16. Cod. Iust. de Agricolis.* Dignitas omissa hac lege.

A. D. 420. *l. 44. de Episcopis: l. 3. de raptu vel matrim. sanctim.*

A. D. 421 *l. 2. de Repudiis: l. 29. de petitionibus: l. 1. de quinquennii præscript. l. 23. de bonis proscriptor. l. 30. de petitionibus: l. 3. Cod. de requirendis reis: l. 1. si certum petatur de chirograph.*

PALLIVS (γρ *Panellenius*) sub Theodosio Magno Consularis Lydiæ A. D. 382. *l. 17. de petitionib.* vid. *not. b.* ad *d. l* Ad Panellenium extant Libanii *Epistolæ 780. & 782. Edit. Wolff.*

PALMATIVS vel *Palmatus*, a quo Palmati & Palmatii equi: de quibus *l. vnic. de grege dominico,* & *l. 1. de Equis Curulibus.* De hoc *Palmatio* est locus Hesychii, quem seruarunt Glossæ *βασιλικῶν*, voc. *παλματίας*. Vide dicta ad *leg. vn. de grege dom.*

PALMATVS sub Honorio P. V. Anno D. 412. *l. vlt. de priuilegiis corporat V. R.*

PANCRATIVS sub Theodosio M. Comes R. P. A. D. 379. *l. 12. de Iur. fisci.* Data Thessalonicæ, *l. 2. de Palatinis S. L.* data Scopis, siue rectius, Stopis. Hoc eodem anno ad *Pancratium P. V.* data *l. 4. de auro coronario*, Vico Augusti. Sed reponendum est sine dubio Com. R. P. vide dicta ad *h. l.*

A. D. 380. Com. R. P. *l. 12. & 14. de petitionibus*, Dat. Thessalonicæ. *l. 3. de locatione fundorum iur. emphyt.* Dat. Thessalonicæ.

A. D. 381. P. V. *l. 6. de sepulchris violat.* Dat. Heracleæ. Pertinet autem eius Præfectura ad Vrbem Constantinopolitanam.

A. D. 382. P. V. Constantinopol. *l. 1. de habitu, quo vti oport. intra Vrb.* Dat. Constantinopol. *l. 3. de cognitor. & procurat.* Dat. Constantinopol.

A. 389. P. V. Constantinopol. iterum, *l. 4. de aquæduct.* Dat. Constantinopol.

PANELLENIVS sub Theodosio M. A. D. 382. Consularis Lydiæ, *l. 17. de petitionib.* Vide supra *Pallius.*

PASIPHYLVS sub Honorio sine dignitate A. D. 395. *l. 8. de Iurisdictione.* Dat. Mediol. *sinceritatis* titulus ei tribuitur: Rectorem ergo Prouinciæ alicuius fuisse oportet. CL. VALESIVS *in notis ad Marcellin. lib. 29. c. 1.* hunc Pasiphylum eundem esse censet, cum eo, cui Palladius Rutilius Carmen suum *de Re Rustica* inscripsit.

LVCRETIVS PATERNVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 329. *l. 17. de Decurionib.* Dat. Heracleæ.

PATERNVS, sub Theodosio Magno sine dignitate A. D. 393. *Theodosio A. III. & Abundantio* COSS. *l. 14. de metallis.* Dat. Constantinop. Paternum hunc *Comitem S. L.* accipio: vt ex *hac leg.* colligo. Sed & Symmachus aperte docet *lib. 5. epist. 59. 62. 63. 65. 66.* cuius ad eum extant nouem epistolæ. Neque dubito, quin is ipse sit, ad quem Ambrosius scribit, *Epist. 66.* (siv. *Epist. 48. Tom. 5. Oper. Edit. Cardinalis Felicis de Monte Alto.*) qua inter alia agit de vetito coniugio a Theodosio inter patrueles fratres, & consobrinos.

PATRICIVS sub Valentiniano, Theodosio & Arcadio Magister Officiorum, sine die & Consule *l. 2. Cod. Iust. de offic. Magistri Officiorum.* PP. Hadrumeti.

PATRICIVS sub Theodosio Iun. Comes R. P. A. D. 420. *l. vltim. de iure fisci.* Dat. Constantinop. Ad Patricium Comitem exstat Theodoreti *epist. 34.* vbi agit de Africæ & Carthaginis clade per Barbaros.

PATROCLVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 319. *l. 6. de Decurionib.* Dat. Aquil. Ex hac lege desumpta est *l. 3. Cod. Iust. de incestis nuptiis*, sine die & Consule.

PAVLINVS sub Valentiniano Sen. Præses Epiri nouæ A. D 372. *l. 22. de Episcopis.* Dat. Treu.

PAVLINVS sub Gratiano & Valentiniano Iun. P. V. A. D. 380. *l. 4. & 5. de scenicis.* Dat. Mediol. An hic ANICIVS PAVLINVS PRAEFECTVS VRBI in Vet. Inscript. Romæ *apud Gruterum CCCLIII. 4.* GOTHOFREDVS. Miror ita Gothofredum scribere potuisse. En inscriptionem laudatam:

ANICII. IVN
ANICIO. PAVLINO. IVN. C. V
PRO. COS. ASIAE. ET. HELLESPONTI
CONSVLI. ORDINARIO. PRAEF. VRBI
VICE. SACRA. IVDICANTI. OB
MERITVM. NOBILITATIS. ELOQVII
IVSTITIAE. ATQVE. CENSVRAE. QVI
BVS. PRIVATIM. AC. PVBLICE
CLARVS. EST. PETITV. POPVLI. R
TESTIMONIO. SENATVS. IVDICIO
D. D. N. N. TRIVMPHATORIS. AVG
CAESARVMQVE FLORENTIVM
STATVAM. SECVNDAM. AVRO
SVPERFVSAM. LOCARI. SVMPTV
PVBLICO. PLACVIT

Hic *Anicius Paullinus* Iunior Consul prodiit cum Optato anno D. 334. eodemque anno fuit P. V. Vetus Notitia Præfect. Vrb. *Optato & Paulino V. Kal. Mai. Anicius Paulinus P. V.* Deinde verba illa, *Iudicio Triumphatoris Aug. Cæsarumque Florentium*, non ad Gratianum Valentinianumque, sed ad Constantinum M. qui A. D. 332. de Gothis triumphauit, & filios, atque Dalmatium & Hannibalianum, Cæsares, pertinent.

PAVLINVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis A. D. 385. *l. 10. de fide testium.* A. D. 386. *l. 22. de susceptorib.* Dat. Constantinop. Libanii in Cod. Regio & *in Edit Wolffii*, extat *epist. 5.* ad Paulinum quendam, vbi eum Iudicem fuisse indicat.

PAVLINVS sub Theodosio Iun. Magister Officiorum Anno D. 430. vel 435. *l. vltim. de Agentib.* Dat. Constantinop. Meminit huius Paulini Magistri Officiorum in Anno D. 440. Marcellinus *in Chronico pag. 40. Thesaur. Tempor. Scaligeri*, & Chronicon Alexandrinum, verum in Anno *421. pag. 249. Edit. Venet.* &. *pag 313. Edit. Reg.* vbi interpres primus male *Μάγιστρον*, *Magistrum Palatii*, vertit, qui error sublatus postea a Cl. du Fresne, quem vide

vide in *notis ad Chron. cit.* Hic Paulinus est, qui pomo ab Eudocia accepto, ob adulterii suspicionem, a Theodosio Imp. occidi iussus est: de quo Scriptores illi, aliique plures.

PAVLVS sub Arcadio, sine dignitate A. D. 396. *l. 15. de iure fisci.* Dat. Constantinop. Comes dominicæ rei. *l. 3. Cod. Iust. ne rei domin.* & *l. vltim. Cod. de fundis & saltibus*, quæ eædem sunt cum *dict. leg. 15.*

PELAGIVS sub Theodosio Magno Episcopus Laodicensis. Eius meminit Theodosius Anno D. 381. *l. 3. de fide Catholica.* De hoc Pelagio Episcopo Laodiceno Socrates, *lib. 3. c. 25.* Theodoretus *lib. 4. cap. 15.* & *lib. 5. cap. 8.* Philostorgius *lib. 5. cap. 1.* Ad eundem extat Basilii *epist. 311.*

PELAGIVS sub Valentiniano Iun. Comes R. P. A. D. 385. *l. 45. de appellationibus: l. 29. quorum appellat.* Dat. Mediol.

PEREGRINVS sub Honorio Comes & Procurator diuinæ domus A. D. 399. *l. 16. de bonis proscriptorum.* Dat. Altino. Agitur *hac leg.* de possessionibus Gildonis.

PERICLES sub Constantino Præses A. D. 335. *l. 4. Cod. Iust. de offic. Rector. Prou.* Dat. Nicopoli.

PETRONIVS PROBIANVS, vide *infra Probianus.*

PETRONIVS sub Constante Vicarius Africæ A. D. 340. *l. 3. de dilationibus.* Dat. Aquileiæ. *l. 3. de aduoc. fisci.* Subscripta Aquil. Coniungendæ sunt hæ duæ leges.

PETRONIVS Patricius sub Valente Imp. sine dignitate A D. 365. *l. 7. de filiis militar. apparit.* Comitem Orientis accipio, vt colligo ex subscriptione *d. l. 7.* iuncta *l. 54. 63. de Decurionibus: l. 41. de cursu publico.* hac videlicet *PP. Beryti.* Huius Petronii Patricii meminit quoque Ammianus Marcellinus, *cap. 6.* in huius ipsius Anni 365. gestis, qui Valentis Imper. socer fuit, repentino saltu ex Præposito Martensium militum promotus Patricius.

PETRONIVS sub Honorio Vicarius Hispaniarum
A. D. 395. *l. vnic. quorum bonorum.*
A. D 396. *l. 151. de Decurionibus.*
A. D. 397. *l. 5 vnde vi.*
PP. (forte, *pro PF. P.*) sine die & COSS. *l. vlt. Cod. Iust. de collatione fundorum fisci:* vbi alii habent *Centronio.* An hic Petronius, ad quem vna cum Patruino tres extant Symmachi epistolæ *lib. 7.* puta *epist. 101. 102. 103.?* idem meminit & *lib. 9. epist. 45.* Petronii ex Consulari, cui lar apud Ariminum fuit. Hic idem Petronius Præfectus nonnullis creditur, cuius mentio fit in Constantini Tyranni epistola ad *Agricolam*, quam primus protulit in lucem Ios. Scaliger *in Lection. Ausonian. lib. 1. c. 24*

PETRVS sub Theodosio Magno Alexandriæ Episcopus Anno D. 380. Fit eius mentio *l. 2. de fide Catholica.* Huius multa mentio apud Scriptores historiæ Eccles. Ad eundem extat Basilii *epist. 320. & 321.*

PETRVS sub Theodosio Magno Consularis Phœnices A. D. 380. *l. 9. de filiis milit. apparit. l. 83. de Decur.* Iungendæ hæ leges.

PHILAGRIVS, vide *supra Filagrius.*

PHILEMATIVS, vide supra *Filematius.*

PHILIPPVS sub Constantino Magno Vicarius Vrbis A. D. 315. *l. 1. de Actoribus & procurat. rei priuat.*

PHILIPPVS sub Constantio Imper. PP. A. D. 340. post COSS. Constantii II. & Constantis AA. *l. 20. de appellationib.* Malim tamen referre ad Annum 347. Vide *Commentar. ad dict. leg.*

A. D. 346. Constantio IV. & Constante III. COSS. *l. 1. ne collationis transl.*

A. D. 348. Consul cum Salia. Vid. Anton. Pagium *in Critic. h. a.* & Relandum *in Fast. Chronologiam* nostram & ibi lapides.

A D. 349. PP. Limenio & Catullino COSS. *l. 1. de dotibus: l. 1. & 2. de reuocandis donat.*

A. D. 353. *l. 2. de diuersis offic.* Dat. Arelato 3. *Nonas Nou.* Hæc lex male *Constantino Magno* tribuitur, & Consules Anni 326. præfert *Constantinum A. VII. & Constantium Cæs.* verum rescribendum puto *Constantius A. VI. & Constantius Gallus II.* qui prodiere A. D. 353. Vide *Commentarium ad dict. leg. 2.* Sine dignitate, sine die & COSS. *l. 4 Cod. Iust. de dignitatibus.*

Philippi huius γενομένȣ ἐπάρχȣ, *Præfecti*, meminit Athanasius *Apologia de fuga sua, pag. 547.* (vbi interpres male *Præsidem*, vertit) & *epist. ad solitariam vitam agent. pag. 630. & 654 Edit. Commelin.* & ex Athanasio Theodoretus, *lib. 2. cap. 5.* & Libanius *de vita sua, pag. 25. 26. Edit. Morelli.* Mentio quoque fit Philippi huius apud Ammianum Marcellinum, *lib. 19. cap. 12.* Zosimum, *lib. 2. cap. 46. 47. 48.* vbi agit de Magnentio, ad quem is a Constantio missus fuit A. D. 350. Hic ille Philippus PP. fuit Arianus, per quem Imp. Constantii iussu Paulus Constantinopoli exturbatus, atque in exilium missus fuit: Macedonius contra in sede eius collocatus, teste Socrate, *lib. 2. cap. 12.* Sozomeno, *lib. 3. cap. 9.* Hieronymo, *Chronico* an. 343. *pag. 183. Thesaur. Tempor. Scaliger.* Actis *Pauli Constantinopol.* Theodoreto, *lib. 2. cap. 5.* Id quod tum Hieronymus Chronico, tum auctor vitæ Pauli, triennio ante Synodum Sardicensem factum fuisse indicare videntur. Imo id patratum demum post Sardicense Concilium, quod & Scriptores Ecclesiastici, in primis Theodoretus *loc. cit.* testantur, & Baronius quoque putat. Huius tandem Philippi PP. ministerio Paulus interfectus fuit, Athanasius *epist. ad solitariam vit. agent. pag 547.* & *Apolog. de fuga sua pag. 547.* Et vero anno nondum vertente post occisum Paulum, Præfectura depositum moxque mortuum scribit Athanasius *ad solitariam vitam agent. d. pag. 630. Edit. cit.* ἀλλ᾽ ȣ̓δὲ τȣ̃τον παρεῖδεν ἡ θεία δίκη, ȣ̓δὲ γὰρ παρῆλθεν ἐνιαυτὸς, καὶ μετὰ πολλῆς ἀτιμίας καθῃρέθη τῆς ἀρχῆς ὁ Φίλιππος ȣ̓́τως, ὡς ἰδιώτην γενόμενον, ὑφ᾽ ὧν ȣ̓κ ἤθελε καταπαίζεσθαι: *verum ad hoc scelus vindicta divina conniuendum sibi putauit: Philippus enim nondum vertente anno, præfectura sua magna cum ignominia spoliatus est, ac iam inde priuatus iis, quibus minime volebat, ludibrio fuit.* Cuius proinde narratio non congruit cum iis, quæ Zosimus de Philippo scribit, vt notat Valesius *in Marcellinum loc. cit.* & recte puto legendum apud Athanasium φιλάγριος ȣ̓̃τος. Hic idem videtur, de quo Libanius *epistola ad Bassum 369. Edit. Wolff.* GOTHOFRED.

Valesius miratur *loc. cit.* Athanasium scribere potuisse, Philippum eodem anno, quo Paullum occiderat crudeliter, bonis spoliatum relegatumque fuisse, & misere paullo post finisse vitam, cum Zosimus tamen eius mentionem faciat paullo ante Mursense prælium. Κωνςάντιος ἐκπέμπει Φίλιππον, τῶν ἐν μεγίςοις ἀξιώμασιν ἄνδρα, καὶ φρονήσει προέχοντα, *Philippum Constantius ablegat, vnum ex iis, qui maximis in dignitatibus erant constituti, & prudentia præstantem.* Gothofredus propterea Athanasii emendare verba voluit; sed emendatione illa nil opus est. Pugnata enim est Mursensis pugna A. D. 351. vt ex Idatio probat Pagius *in Critic. h. a.*

num.

num. 2. eodemque etiam anno *S. Paullus* Constantinopolitanus mortem violentam occubuit Philippi PP. iussu, vt docet Idem *ibidem num. 9.* & Baronius *in Annal. ad A. 351. num. 47.* Potuit itaque Philippus nondum vertente anno 351. bonis spoliari relegarique. Ex his patet, male Gothofredum *l. 2. de diuers. offic.* referre ad annum D. 353. quo Philippus e vivis iam excesserat. Errat etiam Valesius, quando ad Marcellini *locum cit.* scribit, Philippum Thessalonica Macedoniæ vrbe oriundum esse, prouocans ad Sozomenum, & veterem Neapolitanam inscriptionem. Inscriptionem enim apud Gruterum frustra quæres, & locus Sozomeni *lib. 3. cap. 8.* non ad Philippum, sed ad Paullum Ep. Constantinop. pertinet. Ita enim Sozomenus laudatus de Paulli deportatione scribit: Φίλιππος τȣ̃ βασιλέως ἐπέδειξε τὸ γράμμα. λάθρα τε διὰ τῶν βασιλείων τῷ λȣτρῷ παρακειμένων, ἐπὶ θάλασσαν ἀυτὸν ἀχθῆναι προστάξας, εἰς πλοῖον ἐπεβίβασε, καὶ εἰς θεσσαλονίκην ἔπεμψεν, ὅθεν καὶ τȣ̀ς προγόνȣς ἔχειν ἐλέγετο: *Philippus Imperatoris literas ei ostendit: simulque clam per palatium, quod vicinum est balneo, eum ad mare deduci præcepit, & nauigio impositum Thessalonicam misit, ex qua vrbe majores eius orti dicebantur.*

PHILIPPVS sub Arcadio Cos. in Oriente A. D. 408. cum Basso. Vide Anton. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. h. a.* Relandi *Fastos*, & *Chronologiam.* Hic Philippus postea PP. per Illyricum factus est sub Theodosio Iuniore A. D. 412. vt patet ex *l. 21. de Iudæis.* Dat. Constantinopol. quam refero ad an. D. 418.
PP. A. D. 421. *l. 45. de Episcopis.* Agitur hac lege de Antistite vrbis Constantinopolitanæ, eiusque prærogatiua, per omnes Illyricianas prouincias. GOTHOFREDVS. Male Gothofredus Philippum Consulem Occidentalem fuisse scripserat, quem errorem sustuli, itemque alterum, quem commisit, diuersos Philippum Consulem & PP. fuisse, statuens. Neque video, quid mouere potuerit optimum virum, vt *l. 21. de Iudæis* ad an. D. 418. referendam esse censeat. Hanc reddit rationem *not. i. ad leg. cit. Extat altera eiusdem Theodosii constitutio ad eundem Philippum PP. Illyrici data A. D. 421. quare referam hanc legem ad A. D. 418.* Sed qui anno 408. Consul prodiit, nonne is anno 412. Præfecturam Prætor. primum, & A. 421. iterum administrare potuit? Denique errat Contelorius in libro *de Præfect. Vrb. pag. 70.* quando hunc Philippum P. V. fuisse statuit, & ad eum refert inscriptionem in hortis Barberinis, quam in *Chronologia* communicaui. Ignorauit forte Philippum & Consulem Orientalem fuisse, & in Oriente gessisse Præfecturam.

PHILOMETOR. Vide supra *Filometor.*

PHILOXENVS. Vide supra *Filoxenus.*

PINIANVS sub Valentiniano Iun. P. V. A. D. 386. *l. 13. de priuileg. eorum, qui in sacro palat.* Hæc lex in Codicem Iust. relata, ibique nonnulli Codd. præferunt *Octauianum.*
P. V. A. D. 387. *l. 13. de Med. & Profess.* & *l. 4. de princip. agentium in reb.* Dat Mediolan. vide Palladium *Hist. Lausiac. pag. 136. Edit. Meursii* siu. *Sect. 103. 104. Edit Herveti Tom. VII. Biblioth. Patr.* vbi tamen deprauatum nomen. Augustinum *Ep. 124. 125. 126.* Baronium in *Annal. ad an. 385. n. 6.* vbi Rescriptum Valentiniani Iunioris memorat ex Codice Vaticano, datum ad Pinianum P. V. de ordinatione Siricii, simulque notat perperam *Pinianum* hunc in nonnullis libris dici *Pimanum*, & *Alpianum.* GOTHOFREDVS. Magnus Annalium Parens ad Annum Christi 485. ex Codice Vaticano literas Valentiniani Imp. profert ad Pinianum Vrbis Præf. super Siricii summi Pontificis electione scriptas. Eidem Piniano inscriptæ sunt leges Cod. Theodos. anno 386. & 387. promulgatæ. Hunc Pinianum Baronius & Gothofredus in animaduersionibus ad citatas leges putant fuisse Iunioris Melaniæ maritum. Sed parum solide opinari tantos viros, euincam. Ante Majum anni 399. e viuis excessit Poplicola Melaniæ iunioris Pater, ac Piniani socer, vti egregie in quodam opusculo probat Claris. Card. Norisius. Scriptor vero vitæ S. Melaniæ apud Surium d. 31. Ianuar. eandem narrat vna cum coniuge Piniano de vita cælibe ineunda cogitasse, sed a Melaniæ parente proposito tam sancto obuiam itum. Subdit Auctor ille: *Eis quidem e vivis excedit Melaniæ pater; illi vero, cum amotus esset is, qui prohibebat, quando Deo visum est, & tempus vocabat, statim quidem exeunt a magna ciuitate, vrbanam multitudinem, & tumultus valere iubentes. Eis autem, quando hanc angelicam inceperunt vitæ formam, ætas erat, Apeniano quidem 24. annorum, Melaniæ autem 20.* Igitur si ab anno Christi 399. sex annos retro numeres, quibus Piniani cum uxore matrimonium stetit, venies ad annum 393. quo ipse Melaniæ nupsit, *agens*, vt idem scriptor ait, *annum circiter decimum septimum.* Rursus ab anno 393. retro recurrens ad annum 385. quo vrbanam Præfecturam gessisse censetur, Piniano tum fuisse nouem circiter annorum ætatem manifestissime deprehendes. Quam igitur improuide Pinianum hunc Vrbis Præfectum Baronius & Gothofredus effecerint, nemo non videt. Vrbis vero Præfectura grandis erat moles, tenerosque respuebat humeros, vti videre est apud Pancirollum in Notit. Vtriusque Imper. & apud eundem Gothofredum in Notitia Dignitatum. Id quoque ex Paulini silentio suaderi potest; cur enim Pinianum laudaturus, ac, vt laudet, omnia componens, hunc eius honorem insalutatum præterisset? Sed inquies: Quis ille Pinianus Præfectura vrbana clarus? Me nescire lubenter fateor, Piniani tamen, quem Paulinus memorat, consanguineum, & fortassis patrem fuisse, cur non credamus, quum Heraclides *Pinianum Seueri Expræfecti filium* vocet, ac Palladius *Seueri filium, qui erat Expræfectis?* Seuerus autem ille Piniani cognomentum vsurpare potuit. LVDOV. ANT. MVRATORIVS *dissertat. 6. ad S. Paullini Poëmata pag. 150. Tom. I. Anecdot. Latin.*

PLACIDVS sub Constante Consul cum Romulo A. D. 343. Vide Pagium *in Critic. h. a.* Relandi *Fastos*, & *Chronologiam.* PP. A. D. 344. *l. 37. de Decurion.* Fuit idem P. V. A. D. 346. & 343. vt testatur vetus Notitia Præfectorum Vrbi

PLINTA Cos. A. D. 419. cum Monaxio, vterque Orientalis, sub Theodosio Iun. Fuit postea A. D. 432. Magister militiæ, vt legere est in *Tragœdii Irenæi cap. 46.* Priscus *in Excerptis de legat. pag. 47. Ed. Reg.* prodit, *Plintam* ex Schytia oriundum, exercituum Ducem, & Consulatus honore insignem, missum esse legatum a Theodosio Iun. ad Rouam Hunnorum Regem, Attilæ decessorem. Vide Pagium *in Critic. ad an. 419.* Relandi *Fastos* & *Chronologiam.*

CLAVDIVS PLOTIANVS sub Constantino Magno Corrector Lucaniæ & Brittiorum A. D. 313. *l. 1. de relationibus: lex 1. de appellationibus.* Iungendæ hæ inter se. Dicuntur *Acc. Regio.*

POLEMIVS sub Valentiniano Iuniore, Theodosio & Arcadio PP. A.D. 385. *l.* 10. *Cod. Iustin. vbi causæ fiscal.*
PP. Illyrici & Italiæ. A. D. 390. *l.* 26. *de operibus publ. l.* 28. *eod. tit.*
PP. Illyrici A. D. 390. *l.* 9. *Cod Iust. de offic. Rectoris Prouinciæ.* Dat. Mediol. Agitur *hac leg.* de Augustissimæ Vrbis ingressu Rectoribus interdicto.

POLYCHRONIVS sub Theodosio Iuniore. Is Ex-Primipilari in Memorialium Scrinia irrepserat. Fit eius mentio A. D. 410. *l.* 21. *de cohortalib.* Dat. Constantinop. Ad Polychronium multæ extant Libanii Epistolæ, quas require in Indice *Edit. Wolffii.*

BARBARVS POMPEIANVS sub Constantino Magno Consularis Campaniæ A. D. 333. *l.* 4. *de diuersis rescriptis.*

POMPEIANVS sub Honorio sine dignitate A. D. 400. *l.* 27. *de susceptorib.* Dat. Med.
Proconsul Africæ A. D. 400. *l.* 7. *de metatis: l.* 2. *de ambitu: l.* 60. *de appellationibus: l.* 30. *de nauiculariis: l.* 166. *de Decurionibus: l.* 18. *de lustrali collatione: l.* 3. *de Concussione: l.* 28. *de annona & trib. l.* 27. *de susceptorib.*
A. D. 401. *l.* 2. *de Equorum conlatione: l.* 28. *de susceptoribus: l.* 1. *de Indictionibus: l.* 36. *de Episcopis.* Hic Pompeianus videtur: de quo Symmachus *lib.* 5. *epist.* 65.

POMPONIANVS sub Constantio, sine dignitate A. D. 360. *l.* 2. *de inoffic. dotibus.*

PORPHYRIVS, sub Honorio Imp. Proconsul Africæ A. D. 407. Honorio VII. & Theodosio II. Coss. *l.* 41. *de hæret. l.* 38. *de Episcopis.*

PORPHYRIVS, sub Arcadio Episcopus (Antiochenus.) Fit mentio eius Anno D. 404. vna cum Arsacio Episcopo Constantinop. & Theophilo Alexandrino *l. vltim. de his, qui super relig.*

POSTHVMIANVS sub Theodosio Magno PP. A. D. 383. *l.* 98. *de Decurionib. l.* 10. *de bonis proscriptorum: l.* 2. *de Apostatis: l.* 1. *quid probare deb. l.* 11 & 12. *de hæreticis.* Dat. Constantinop. *l.* 19. *de susceptoribus: l.* 104. *de Decurionib.* VII. Id. Nouemb. *l.* 7. *de honorar. codicillis.* Dat. Constantinop. IV. Kal. Ian.
PP. iterum 383. *l.* 102. *de Decur.* Dat. XIV. Kal. Aug. Constantinop.
Sine dignitate A. D. 384. *l.* 13. *de lustrali collat.* cuius inscriptio sic habet, *Haue Postumiane K. NB.* VII. Id. Nou. Forte emendandus hic Consulatus: Iungendaque lex cum *l.* 104. *de Decurion,* Vid *not. a. ad d. l.* 13. Ad hunc Postumianum scribit Gregorius Nazianzenus *epist.* περὶ εἰρήνης, *de pace,* 71. al. 68. vbi & Christianum eum fuisse testatur, & Præfecturam eius post gestos alios Magistratus indicat, cum ait, ἦλθες ἐπὶ τὸ ἀκρότατον τῆς ἐξουσίας, *venisti ad summum potestatis,* & mox, μεγάλων τυχῶν, *magnarum fortunarum,* & quidem Orientis, ibi, εἶτα ἐπέστησεν ἡμῖν εὐποιῶν ὁ Θεός, *deinde præfecit nobis Deus benefactor,* meritaque eiusdem ibi commendat, doctrinaque præstantem vtraque lingua vocat: tandem vt paci Ecclesiæ in Synodo quadam tum coacta consulat, aduersus eos, qui eam turbant, rogat, etiam si quid asperius, σφοδρότερον statuere necesse sit. Hunc eundem videtur Macrobius loquentem inducere *in libris Saturnaliorum.* Extat Libanii *epist.* 956. vbi τὸν πρῶτον Ῥωμαίων, *inter Romanos primarium* vocat Postumianum, & multis laubus extollit ejus peritiam linguæ græcæ.

POTAMIVS sub Theodosio Magno Præfectus Augustalis A. D. 392. *l.* 2. *de defensor. ciuit. l.* 126. *de Decurionib. l.* 3. *de his, qui super relig. l.* 51. *de cursu publico.*

POTITVS sub Gratiano & Valentiniano Iuniore Vicarius Vrbis A. D. 379. Ausonio & Olybrio Coss. *l.* 1. *de Principibus Agentium in rebus.* Acc. Romæ VII. Id. Sept. *l.* 2. *seu vltim. de re iudicata.* Post alia. Dat. Rom. pro Acc. vid. *notas ad h. leg. l.* 2. *de executorib.*
A. D. 381. Eucherio & Syagrio Coss *l.* 2. *vnde vi. Potiti* meminit, eundemque Ausonio commendat Symmachus, *lib.* 1. *epist.* 13.

PRAETEXTATVS, sub Valentiniano Sen. P. V. A D. 367. Lupicino & Iouino Coss. *l. vnic. de ingratis liberis.* Dat. Ambianis. *l.* 10. *de pœnis.* Dat. Remis. *l.* 4. *de Suariis.* Dat. Remis. Agitur *hac leg.* de foro Romano & de foro Suario. *l.* 7. *de priuil. eorum, qui in S. Palatio.* Dat. Triu.
A. D. 368. *l.* 8. *de Medicis & Professoribus.* Dat. Triu. Fit *hac leg.* mentio Xysti & Virginum Vestalium. Male refertur ad Annum 370.
Sub Valentiniano Iuniore P. V. (γρ. PP. vt habet etiam MS.) A. D. 384. mense Maio. *l.* 2. *vt dignitatum ordo seruetur.* Dat Mediol. vid. *not d.* & PP. expansis literis, *Præfectus Pratorio,* dicitur 384. mense Septemb. *l.* 5. *Cod. Iust. de modo multarum.* Dat. Aquileiæ. & hoc ipso anno 384. Symmachus fuit P. V. qui Prætextatum diserte PP. vocat *lib.* 10. *ep.* 34.
Hic est *Vettius Agorius Prætextatus* P. V. uti appellatur in veteribus Lapidibus *apud Gruterum CCCCLXXXVI.* 3.

VETTIO. AGORIO. PRAETEXTATO. V. C. ET. INL
CORRECTORI. TVSCIAE. ET. VMBRIAE.
ILLYRICI. ITALIAE. ET. AFRICAE. CONS. DESIGNATO.
ACHAIAE. PRAEF. VRB. PRAEF. PRAETORI
CONSVLARI. LVSITANIAE. PROCONSVLI
LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS. SEPTIES
ET. AD. IMPETRANDVM. REB. ARDVIS
SEMPER. OPPOSITO.
PARENTI. PVBLIC. PRIVATIMQ. REVERENDO
VT. ETIAM. STATVAE. IPSIVS. DOMVS
HONORARET. INSIGNIA. CONSTITVI
LOCARIQVE. CVRAVIT.

& apud eundem *MCII.* 2.

AGORII

VETTIO. AGORIO. PRAETEXTATO. V. C.

PONTIFICI VESTAE	QVAESTORI
PONTIFICI. SOLI	CANDIDATO
QVINDECIMVIRO	PRAETORI. VRBANO
AVGVRI	CORRECTORI. TVS
TAVROBOLIATO	CIAE. ET. VMBRIAE
CVRIALI	CONSVLARI
NEOCORO	LVSITANIAE
HIEROFANTAE	PROCONSVLI
PATRI SACRORVM	ACHAIAE
	PRAEFCTO. VRBI
	PRAEF. PRAET. II.
	ITALIAE ET. ILLYRICI
	CONSVLI
	DESIGNATO.

In latere sinistro.

DEDICATA. KAL. FEB.
DN. FL. VALENTINIANO. AVG. III.
ET. EVTROPIO. CONSS.

Singularem merentur hæ inscriptiones attentionem, & ex legibus allatis plurimum fœnerantur lucis, facileque prior ex altera emendari potest, collatis auctorum veterum testimoniis. Ad hunc Agorium Prætextatum extant Symmachi epistolæ 12. *lib. 1. ab epistola 38.* Memorat Præfecturam vrbanam Prætextati Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 9.* in gestis Anni 368. eumque laudibus extollit, & Romæ ab eo prudenter constituta esse multa, prædicat. Locum hunc illustratum vide in Commentario *ad legem 8. de Med. & Professorib.* Prætextatus hic a Iuliano Proconsul Achaiæ factus est, teste eodem Marcellino *lib. 22. cap. 7.* & perstitit in eadem dignitate primis Valentiniani annis, vt discere est ex Zosimo *lib. 4. cap. 3.* ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτάτος, ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, *Prætextatus Achaiæ Proconsul, vir omnibus virtutibus excellens.* Adde reliqua apud eundem, quæ laudes Prætextati continent. Huius Proconsulatus mentio quoque fit in marmoribus supra adductis, Præfecturam autem eius Prætorianam A. D. 384. gestam, indicat disertissimis verbis Symmachus *lib. 10. ep. 34.* & *37.* itidem & Hieronymus loco mox laudando, & lapis alter supra adductus, qui habet Consules *Valentinianum Aug. III. & Eutropium*, qui prodiere *A. D. 387.* Hunc Prætextatum Macrobius inducit loquentem cum Symmacho. Vid. *Saturnal. lib. 1. cap. 1. sequ.* Consulem designatum fuisse adducta marmora testantur & Symmachus *lib. 10. Ep. 25. Certe ille est Prætextatus, quem iure Consulem feceratis: vt memores celebre nomen extenderent. Abierit cum homine præmium, &c.* Adde Hieronymum *aduers. errores Iohannis Hierosolymitan. pag. 78. Edit. Basil.* qui decessisse eum ait, cum esset Consul designatus, quod etiam clarum est ex allegata Symmachi epistola, ad quam vide, quæ Cl. Iuretus notauit. Adde *lib. 10. ep. 23. 24.* quibus Symmachus eius mortem deflet. Nulla ergo mentio huius Consulis fieri potuit in priscis fastis, quia Consulatum re ipsa non gessit, quare labitur Lazius *Commentar. Reipubl. Roman. lib. 8. c. 2.* vbi scribit, Ammianum, Cassiodorum, Capitolinum & Symmachum meminisse Prætextati Consulis. Confundit ille male nomina & tempora, & *Asinium Prætextatum* cum Attico Consulem A. D. 242. cum *Vettio Agorio Prætextato.* Vid. Pagius in *Critic. ad Annal. Baron. an. cit.* & Relandus *in Fastis.* Prætextatus denique noster gentilitiæ fuit addictus superstitioni, vt constat ex Symmacho *lib. 1. ep. 41.* vbi scribit, eum Romæ sacerdotem in collegio Pontificum fuisse. Eo spectant Macrobii verba *Saturnal. lib. 1. c. 7.* vbi dicitur, Prætextatus sacrorum vnice conscius, & *c. 11.* princeps religiosorum, *cap. 17.* sacrorum omnium præsul. Idem docet marmor supra citatum & statua a virginibus Vestalibus ipsi posita, cuius inscriptionem vide *in Commentar. ad leg. 8. de Med. & Professor.* (in qua lege etiam Vestalium facta est mentio) item lapis apud Gruterum *CCCIX. 5.*

FABIAE. ACONIAE. PAVLLINAE. C. F
FILIAE. ACONIS. CATVLINI. V. C
EX. PRAEF. ET. CONSVLIS. ORDIN
VXORI. VETTI. PRAETEXTATI. V. C
PRAEF. ET. CONSVLIS. DESIGNATI
SACRATAE. APVD. ELEVSINAM
DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORAE
SACRATAE. APVD. LERNAM. DEO
LIBERO. ET. CERERI. ET. CORAE
SACRATAE. APVD. AEGYNAM
DEABVS. TAVROBOLITAE. ISIACAE
HIEROPHANTRIAE. DEAE. HECATAE
GRAECO. SACRATAE. DEAE
CERERIS.

Sed maxime insignis est locus Hieronymi *Epist. 61. ad Pammachium, pag. 113. Tom. II. Oper. Edit. Francf.* vbi scribit: *Miserabilis Prætextatus, qui designatus Consul mortuus est, homo sacrilegus & Idolorum cultor, solebat ludens beato Papæ Damaso dicere: facite me Romanæ vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* Consule etiam Gutherium *de Iur. Pontific. lib. 1. cap. 5.* Van Dale *de sacris Taurobolus pag. 8.* Idsingam *in Var. Iur. Ciuil. pag. 8.* qui quæ de Prætextato habet, ex Gothofredo hausit.

PRINCIPIVS sub Valentiniano Seniore P. V. A. D. 370. *l. 10. de Medicis & Professoribus.* Agitur *hac leg.* de Magistris & Medicis Vrbis Romæ.

Sub Valentiniano Iuniore P. V. (γρ. PP.) A. D. 384. *l. 2. Cod. Iust. de officio diuers. iudic.* Richomere & Clearcho Coss.

PP. A. D. 385. Arcadio A. I. & Baurone *l. 14. de pœnis: l. 10. de Palatinis S. L. l. 16. de diuersis officiis: l. 7. de diuersis rescriptis: l. 20. de annona & trib. l. 12. de murilegulis.* Dat. Aquileiæ. *l. 14. de lustrali collat.* Dat. Veronæ. *l. 10. de Legatis: l. 17. de diuersis officiis: l. 17. de extraordinariis.* Data Aquileiæ.

A. D. 386. Honorio NP. & Euodio. *l. 17. de nauicul. l. 3. de executorib.* Acc. Romæ. *l. 13. de exactionib.* Dat. Aquil.

PRISCIANVS sub Theodosio Iun. P. V. A. D. 413. *l. 1. de Comitibus & Tribunis.* Fit mentio *hac leg.* Comitum Ægypti & Ponticæ. *l. 1. de Comitibus & Archiatris: l. 1. de Comitibus ordinis primi: l. 1. de Comitibus, qui Prouincias: l. 3. de Comitibus rei militar.* Fit mentio *hac leg.* Comitum Ægypti & Ponticæ. *l. 1. de Comitibus, qui illustr.* Dat. Constantinop.

PRISCVS sub Constantino Magno Rationalis A. D. 319. *l. 2. de bonis vacantib.*

PROBIANVS sub Constantino M. Proconsul Africæ A. D. 315. *l. 3. de appellat.* Dat. VIII. Kal. Septembr. Rom. Ad hunc Æliani in Proconsulatu successorem extat Epistola Constantini M. de Felice Aptungitano & Cæciliano, quam leges apud Augustinum *lib. 3. contra Cresconium c. 70.* & in *breuiculo collat. d. 3. sub fin.* & *epist. 68. siu. 88. Edit. Benedictin.* vnde intelligimus, eum iam A. D. 314. Proconsulem fuisse. In *l. 5. & 6. de appellat.* A. D. 316. PP. Thebeste. & in *l. 1. de bonis proscriptorum*, A. D. 321. Serdicæ Dat. occurrit PETRONIVS PROBIANVS dignitate non addita. An hic idem sit cum superiore, non liquet. Vide quæ dixi in *Commentario ad leg. 5. de appellat.* In hunc Petronium Probianum est Symmachi Patris Epigramma *in Auctuar. Symmachiano ep. 1. pag. 299. Edit. Parif. 1604. in 4.* Idem fuit Consul cum Iuliano, A. D. 322. Vid. Pagium *in Critic. h. a.* & Relandum *in Fast.* A. D. 329. & 330. P. V. vt videre est apud *Veterem auctorem de P. V.*

PROBIANVS sub Gratiano & Valentiniano Iun. P. V. A. D. 377. *l. 3. tributa in ipsis speciebus.* Dat. Treu. Agitur *hac leg.* de Vrbicariis regionibus, & de popularibus V. R. commodis.

PROBIANVS sub Honorio P. V. A. D. 416. *l. vltim de habitu, quo vti oportet intra Vrbem.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Vrbe sacratissima. Fit mentio in veteri inscriptione *apud Gruterum CLXXI. 7. & MLXXX. 11.* GABINII VETTII PROBIANI P. V. charactere Constantiniani tempo-

ris, qui proculdubio hic Probianus est, vel certe superior.

PROBINVS sub Constantio & Constante cum Marcellino Coss. A. D. 341. De hoc accipio quod Claudianus scribit Panegyr. in *COSS. Olybrii & Probini v.* 29. vid. Pagium *in Critic. h. a.* & Relandi *Fastos.*

PROBINVS sub Honorio Consul cum Olybrio A. D. 395. Extat in hunc Claudiani Panegyricus. Vid. Relandi *Fastos*, & Pagii *Critic. h. a.*

PROBINVS sub Honorio Proconsul Africæ A. D. 397. *l. vlt. quem munera ciuilia.*

PROBVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 314. *l. 1. ad Senatusconsultum Claudianum*, sine die & Coss. *l. 9. Cod. Iust. de seruis fugitiuis.* Memorat Hieronymus Lactantii (qui sub Constantino fuit) ad *Probum* epistolarum libros 4.

PROBVS sub Constantio Proconsul Africæ A. D. 358. Datiano, & Cereale Coss. *l. 13. quorum appellationes.*

Sub Valentiniano Sen. PP. A. D. 365. (ad Annum 368. referendæ sunt hæ leges omnes) *l. 1. de his, qui cum dispensatore.* Dat. Treu. *l. 1. si vagum mancip. pet.* Dat. Treu. XV. Kal. Iul. *l. 9. de cohortalibus.* Dat. Triu. *l. 16. de erogat. mil. ann. l. 2. si vagum mancipium pet.* Dat. Treu. *l. 3. de auro coronario.* Dat. Salariæ. *l. 5. de his, qua administr.* Dat. Sirmio. *l. 28. de cursu publico.* Directa Sirmio. Fit *hac leg.* mentio *Illyrici Italiaque* regionum. *l. 2. Cod. de defensorib. ciuit.*

PP. Illyrici 365. (ad Annum 368. refero) *l. vnic. ne damna Prouinc.* Dat. Agrippinæ. Ad *hanc leg.* dico plane.

PP. A. D. 366. Gratiano NB. P. & Victore Coss. *l. 15. de annona & tributis.*

Sub Valentiniano, P. P. A. D. 368. Valente & Gratiano Coss. Huc refero *l. vnic. ne damna Prouinc.* & *l. 28. de cursu publ.*

PP. A. D. 369. Valentiniano NB. P. & Victore Coss. *l. 15. de susceptorib.* PP. Sabariæ. *l. 7. de Medicis.* Dat. Sirmio. *l. 5. de offic. Rectoris Prouinc.* Dat. Treuiris. *l. 7. de lustrali collat.* PP. Karthagine. *l. 7. de bonis proscriptorum.* Dat. Treu. *l. 6. de metallis.* Dat. Martiatici. Agitur *hac l.* de metallariis translatis in *Sardiniam: l. 1. de oblatione equorum.* Dat. Sirmio. *l. 8. de priuil. eorum, qui in S. Pal.* Dat. Brisiaci. *l. 2. de abolitionib.* Dat. Treuiris. *l. 10. de Veteranis.* Dat. Triu. Memorantur *hac leg.* Præpositi Lætis.

A. D. 370. *l. 7. de metallis.* Fit *hac leg.* mentio *Illyrici* & diœceseos *Macedonicæ.*

Consul cum Gratiano A. II. Anno D. 371. vide de hoc Cos. Ausonium *epist. 16. ad Probum PP.* Onuphrium in *Fastis*, Pagium *in Critic. h. a.* & Relandum *in Fast.*

PP. A. D. 371. *l. 2. Cod. Iust. de sententiis ex periculo: l. 5. de custodia reorum.* Dat. Concionaci. *l. vltim. Cod. Iust. de operis libertorum.*

A. D. 372. *l. 8. de filiis milit. apparit.* PP. Rom. *l. 1. de Spectaculis.* Dat. Triu. *l. 78. de Decur.* Dat. Patauione. *l. 9. de cohortalib. l. 2. de locatione fundorum.* Dat. Triberis.

A. D. 374. *l. 18. de operibus publicis.* PP. Sirmio. *l. 1. ad L. Cornel. de Sicariis.* PP. Romæ. *l. 2. Cod. Iust. de infantibus expositis: l. 1. de sententiis ex periculo recit.* Dat. Treu. III. Non. Dec.

Sine die & Coss. *l. vnic. Cod. Iustin. de nundinis: l. 8. Cod. Iust. de agricol.*

PP. Galliæ vel Galliarum, sine die & Coss. *l. 1. Cod. Iust. ne rei domin. vel templorum.* Agitur *hac lege* de seruis, libertis & colonis rei priuatæ. *Probi* huius PP. qui integro nomine *Sex. Petronius Probus*, multa mentio apud Ammianum Marcellinum. Eum in Vulcatii Rufini demortui locum PP. factum scribit A. D. 368. *lib. 27. cap. 11.* vbi & iudicium de eo suum fert. Addit *ibidem*, marcuisse eum absque Præfecturis; quas ob iurgium ingentium familiarum capessere cogebatur: Item, interuallasse eum potestates assiduas. Idem meminit huius Probi PP. *lib 28. cap. 1.* & quidem Sirmii agentis Anno 373. *lib. 29. cap. 6.* Anno 374. *lib. 30. cap. 3.* vbi relatio eius memoratur, docentis *Illyrici* clades, & in gestis Anni 375. *lib. 30. cap. 5.* vbique eius virtutes & vitia commemorans. Huius Probi dignitatum paginam & recensum continet *apud Gruterum CCCCL. 3.* vetus inscriptio, quam legis *in Commentario ad leg. 1. ne damna prouincial.* vbi nominatim *Proconsul Africæ*, *Præfectus Prætorio quater* dicitur; *Italiæ*, *Illyrici*, *Africæ*, *Galliarum Consul ordinarius.* Apud eundem *pag. cit. num. 1. & 2.* in lapidibus eosdem Probi honores inuenies. Ausonii epistola ad hunc Probum PP. extat *16.* vbi *Sirmii* eum egisse initio docet, eiusque Præfecturam Prætorianam & Consulatum memorat. Ad eandem Probi Præfecturam pertinent *epistolæ 50. 51. 52. 53. 54. 55.* Symmachi *lib. 1.* & apertissime *epist. 53.* & ex *epist. 55.* colligitur, eum PP. Italiæ & Africæ fuisse. Meminit & Paulinus *in vita Ambrosii.* Claudianus quoque inter alia in Probini filii eius & Olybrii Consulatum, *v. 57. sequ.*

Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes
Rexerit, Italiæ late cum fræna teneret,
Illyricosque sinus & quos arat Africa campos:

Et post,

Vt pigeat meminisse Probi, quo iudice totam
Vidimus Hesperiam fessasque resurgere gentes.

Locum hic sibi vindicant inscriptiones sepulcri Probi, cum alicubi in illustratione Legum ad eas prouocatum sit. Prima legitur *apud Gruterum CCCCL. 4.*

SVBLIMIS. QVISQVIS. TVMVLI. MIRABERIS. ARCES
DICIS. QVANTVS. ERAT. QVI. PROBVS HIC. SITVS. EST
CONSVLIBVS. PROAVIS. SOCERISQVE. ET CONSVLE. MAIOR
QVOD. GEMINAS. CONSVL. REDDIDIT IPSE. DOMOS
PRAEFECTVS. QVARTVM. TOTO. DILECTVS. AB. ORBE
SED. FAMA. EMENSVS. QVICQVID. VBIQVE. HOMINVM. EST
AETERNOS. HEV. ROMA. TIBI. QVI. POSCERET. ANNOS
CVR. NON. VOTA. TVI. VIXIT. ADVSQVE BONI
NAM. CVM. SEX. DENOS. MENSIS. SVSPENDERET. ANNOS
DILECTÆ. E. GREMIO. RAPTVS.... PROBÆ
SED. PERIISSE. PROBVM. MERITIS. PRO TALIBVS. ABSIT
CREDAS. ROMA. TVVM. VIVIT. ET ASTRA. TENET
VIRTVTIS. FIDEI. PIETATIS. HONORIS. AMICVS
PARCVS. OPVM. NVLLI. LARGVS. ET. IPSE. FVIT
SOLAMEN. TANTI. CONIVX. TAMEN. OPTIMA. LVCTVS
HOC. PROBA. SORTITA. EST. IVNGAT VT. VRNA. PARES

FELIX

FELIX. HEV. NIMIVM. FELIX. DVM. VITA MANERET
DIGNO. IVNCTA. VIRO. DIGNA. SIMVL TVMVLO.

Baronius in *Annalibus ad An. D. 395.* Gruterus *CCCCL. 5.* & Fleetwood *in Sylloge Inscription. pag. 155.*

EXIMII. RESOLVTVS. IN. ÆTHERIS. ÆQVORE. TANTVM.
CVRRIS. ITER. CVNCTIS. INTEGER. A VITIIS
NOMINE. QVOD. RESONAT. IMITATVS MORIBVS. ÆQVE
IORDANE. ABLVTVS. NVNC. PROBVS ES. MELIOR
DIVES. OPVM. CLARVSQVE. GENVS. PRÆCLARVS. HONORE
FASCIBVS. ILLVSTRIS. CONSVLE. DIGNVS. AVO
BIS. GEMINA. POPVLOS. PRÆFECTVS. SEDE. GVBERNANS
HAS. MVNDI. PHALERAS. HOS. PROCERVM. TITVLOS
TRANSCENDIS. SENIOR. DONATVS. MVNERE. CHRISTI
HIC. EST. VERVS. HONOS. HAEC. TVA. NOBILITAS
LÆTABARE. PRIVS. MENSÆ. REGALIS. HONORE
PRINCIPIS. ALLOQVIO. REGIS. AMICITIA
NVNC. PROPIOR. CHRISTO. SANCTORVM SEDE. POTITVS
LVCE. NOVA. FRVERIS. LVX. TIBI. CHRISTVS. ADEST
O. NVNQVAM. DEFLENDE. TVIS. CVM. VITA. MANERET
CORPORIS. ATQVE. ARTVS. SPIRITVS HOS. REGERET
PRIMVS. ERAS. NVLLIQVE. PATRVM. VIRTVTE. SECVNDVS
NVNC. RENOVATVS. HABES. PERPETVAM. REQVIEM
CANDIDA. FVSCATVS. NVLLA. VELAMINA. CVLPA
ET. NOVVS. INSVETIS. INCOLA. LIMINIBVS
HIS. SOLARE. TVOS. QVANQVAM. SOLATIA. MÆSTA
GRATIA. NON. QVÆRAT. GRATIA. CHRISTE. TVA
VIVIT. IN. ÆTERNA. PARADISI. SEDE. BEATVS
QVI. NOVA. DECEDENS. MVNERIS. AETHEREI
VESTIMENTA. TVLIT. QVO. DEMIGRANTE. BELIAL
CESSIT. ET. INGEMVIT. HIC. NIHIL. ESSE. SVVM
NVNC. TV. CHRISTE. CHORIS. IVNGAS. CAELESTIBVS. ORDO.
TE. CANAT. ET. PLACIDVM. IVGITER ADSPICIAT
QVIQVE. TVO. SEMPER. DILECTVS. PENDET. AB. ORE
AVXILIVM. SOBOLI CONIVGIOQVE. FERAT.

PROBVS sub Valentiniano Sen. Vicarius Vrbis A. D. 372. *l.* 77. *de Decurion.* Dat. Treu.

PROBVS sub Valentiniano Iun. *l. 2. de Princip. Agentium in rebus.* PP. *Hadrumeto, l. 10. de priuilegiis eorum, qui in sacro Palatio.* Dat. Aquil. A. D. 383. *l. vnic. si per obreptionem.* Dat. Med. Agitur *hac leg.* de *Italia*, & de *Vrbicariis* regionibus *Africanisque*, & de *Illyrico*.
A. D. 384. *l. 6. de Palatinis S. L.* Dat. Med. VII. Kal. Non. Meminit Probi Præfecti Galliæ hoc ipso tempore Paulinus *in v. Ambrosii.*

PROBVS sub Honorio Consul cum Arcadio Anno D. 406. Meminit Hieronymus *Epistola ad Demetriadem.* Hic *Anicius Probus* filius fuit *Sexti Petronii Probi* & *Aniciæ Faltoniæ Probæ*, & frater *Anicii Probini* & *Hermogeniani Olybrii* Consulum, de quibus supra. vide Pagium *in Critic. ad A. D. 395.* & *An. 406.* Relandum *in Fastis*, & *Chronologiam nostram.*
Comes S. L. A. D. 412. *l. 24. de cohortalibus.* Dat. Rau. A. D. 414. *l.* 11. *de metatis.* Post alia. Prælata literis ad Eutychianum Præfectum Vrbi, *l. 8. Cod. Iust. quæ res pignori.* Vetantur *hac leg.* ea, quæ ad culturam agri pertinent, pignori capi. Argumentum *huius legis* satis ostendit, Probum, cui ea inscribitur, fuisse Comitem S. L. Sine dignitate A. D. 414. *l. 13. de omni agro deserto Cod. Iust.* Sine dignitate simul & sine die & Consule. *l. 8. Cod. Iust. de Agricolis.* Inscribuntur *Honorius & Theodosius.*

PROCLIANVS sub Constantino Magno: an Probianus? Sine dignitate A. D. 315. *l. 1. de annona & tribut.*

PROCLIANVS sub Constantio Proconsul Africæ. A. D. 354. *l. 10. quorum appellat.* Acc. Karthag.

PROCLIANVS sub Honorio Vicarius quinque Prouinciarum A. D. 399. *l. 15. de Paganis.* Dat. Rau.

PROCOPIVS sub Constantio Præses Ciliciæ A. D. 348. *l. 24. de appellationib.* Ab hoc alius Procopius Notarius, Anno D. 353. qui postea Tyrannus fuit sub Valente: de quo Ammianus Marcellinus, *lib. 26. extremo.* & Eunapius *Maximo pag. 104. Edit. Commelin.* vide *Chron. histor.* in rebus Valentis.

PROCOPIVS sub Valente sine dignitate A. D. 377. *l. 11. Cod. Iust. de dignitatibus.* Dat. Hierapoli. Forte hic videtur Procopius, ad quem extant Gregorii Nazianzeni *epist. 55. 56 57. 58. 157. 158.* vbi satis indicat, eum in dignitate constitutum fuisse. Item is, ad quem Libanii *Epist. 847. Edit. Wolff.* Eum fuisse puto Præfectum Vrbis Constantinopol.

PROCOPIVS sub Theodosio Iun. Magister militiæ per Orientem A. D. 424. *l. 36. siu. ultim. de erogat. milit. ann.* Huius Procopii Magistri militum meminit Socrates, *lib. 7. histor. Ecclesi. cap. 20.* Sidonius, *Carmine 2. ad Anthemium v. 90. seq.* qui eum militum Magistrum factum testatur ante biennium post fœdus Persicum

Suscipit hinc reducem duplicati culmen honoris,
Patricius, nec non Peditumque Equitumque Magister
Præficitur castris, vbi Tauri claustra coërcens,
Æthiopasque vagos belli terrore relegans,
Gurgite pacato famulum spectaret Orontem.

Quibus verbis postremis eleganter expressit Orientem siue Orientis diœcesim. Limes scilicet Orientis a Tauri montis iugo ad Nilum vsque porrigebatur, & Æthiopum fines quoque contingebat. *Histor. Tripartita, lib. 11. cap. 15.*

PROCVLIANVS sub Constantino Magno Tribunus & Magister Officiorum A. D. 323. *de distrahendis pignorib.*

PROCVLVS sub Constantino Magno sine dignitate

 A. D.

A. D. 319. *l. 1. de re iudicata: l. 2. Cod. Iustin. quæ sit longa consuetudo.*

Proconsul Africæ A. D. 319. *l. 1. de itinere muniendo: l. 2. de priuil. eorum, qui in s. palat.*

Meminit eius sub Constantino M. Augustinus in *breuiculo Collat. d. 3. c. 23.* quamuis ibi Codices varient. Ad hunc *Proculum*, qui integro nomine Q. ARADIVS RVFINVS VALERIVS PROCVLVS audit, referendi lapides apud Gruterum, *CCCLXII. 1.* vbi PRÆSES. PROVINCIÆ. VAL. BYZAC. appellatur, positumque ipsi monumentum dicitur *Crispo & Constantino Iun. Nobilissimis Cæsar. Consul.* A. D. 321. & ibidem *num. 2.* atque *CCCLXIII. 1. 2.* in quibus appellatur tantum Q. ARADIVS VALER. PROCVLVS. Sed tres illi lapides eundem honorem, eosdemque Consules præferentes unius viri sunt. Sequenti *anno 322. Probiano & Iuliano Coss.* Prid. Kal. April. *Coloni coloniæ Æliæ Hadrianæ Aug. Zamæ Regiæ Q. Aradium Valerium Proculum, liberos posterosque ejus Patronum cooptarunt* sibi, quod testatur publicum monumentum apud laudatum Gruterum *CCCLXIV. 1.*

PROCVLVS sub Constantio Proconsul Africæ A. D. 340. *l. 21. de appellationib.* Hic idem esse videtur, qui eodem anno prodiit Consul cum Acindyno. Vide Pagium *in Critic. h. a.* Relandi *Fastos*, & *Chronologiam.* Ad eum pertinet marmor apud Gruterum CCCLXIII. 2. in quo L. ARADIVS VALERIVS. PROCVLVS. V. C. AVGVR. PONTIFEX. MAIOR. XV. VIR. SAC. FACIVNDIS. PONTIF FLABIAL. PRÆTOR. TVTELARIS. LEGATVS PRO-PRÆTORE. a PROV. NVMIDIÆ. PROCONS. PROV. AFRICÆ. VICE. SACRA. IVDICANS. PRÆF. PRÆTOR. COM. ORDIN. PRIMI. PRÆF. VRB. CONSVL. ORDINARIVS. appellatur. Item lapis CCCLXI. 1. & *num. 2.* & 3. antiqua carmina duo Romæ quandam effossa, quorum prius a Suariis Rom. Patrono dicatum:

HIC. BIS. PRAEFECTVS. PATRIAE
PRAEFECTVS. ET. IDEM
HIC. LIBYAE. IDEM. LIBYAE
PROCONSVL. ET. ANTE
TER. VICE. QVI. SACRA
DISCINXIT. IVRGIA. IVDEX
CONSVL. ET. AETERNO
DECORAVIT. NOMINE. FASTOS
CETERA. QVID. MEMOREM
TANTO. SVB. IVDICE. GESTA
CVM. PROCVLVM. VIDEAS
TOTO. QVI. NATVS. HONORI. EST.

COLLEGIVM. SVARIORVM. PATRONO
PRESTANTISSIMO

alterum a Pistoribus in honorem Proculi factum:

ILLE. EGO. SVM. PROCVLVS
TOTVS. QVI. NATVS. HONORI
AVT. DIC. QVIS. SIT. HONOS
QVEM. MIHI. INESSE. NEGAS

COLLEGIVM. PISTORVM
PATRON. PRESTANTISSIMO

In eundem Proculum est etiam Symmachi Patris carmen in *Auctuario Symmachian. epist. 1. carm. 2.*

PROCVLVS sub Theodosio Magno Comes Orientis. A. D. 382. Antonio & Syagrio COSS. *l. 90. de Decurionibus* Dat. VIII. Id. Mart. A. D. 383. Merobaude & Saturnino COSS. *l. 14. de cohortalibus: l. 103. de Decurionibus,* Dat. VI. Kalend Aug. *Hac leg.* cauetur, neminem cogi posse ad Syriarchiæ munus.

Sine dignitate A. D. 383. *l. 13. de operibus publicis:* vbi inscriptio ita habet, *Haue, Procule KNB.*

Huius Proculi Comitis Orientis meminit quoque Libanius, *de vita sua, pag.* 68. & *Oratione ad Icarium, pag.* 455. 456. 458. *Edit. Morelli.* & in supplemento *MS. eius Orationis:* quibus locis omnibus tyrannicam eius administrationem suggillat. Ad eundem exstant Libanii *epistolæ* 735. 767. 771. 775. 643. 793. 803. 824. 840. & aliæ *Edit. Wolff.* in quibus tamen ei adulatur, jam ad Præfecturam Vrb. promoto.

Comes S. L. A. D. 386. *l. 11. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop. Acc. a Valerio Com. S. L.

Sub Theodosio Magno P. V. A. D. 389. *l. 25. de operibus publicis: l. 9. de annonis ciuicis.* His duabus legibus diserte vocatur P. V. Constantinop. *l. 3. de Tutoribus & Curatoribus.* Dat. Med. *l. 2. de testamentis,* P. P. Mediol. De *hac leg.* agit Symmachus *lib. 2. epist. 13.*

A. D. 390. *l. 6. de Agentib. in reb.* Dat. Med.

A. D. 391. *l. vnic. de possess. ab eo, qui bis prouoc.* Dat. Aquil.

A. D. 392. *l. 10. de annonis ciuicis.* Dat. Constantinop. *Proculus* hic antea Comes Orientis P. V. filius fuit Tatiani Præfecti Prætorio: de Præfectura Vrbis ei delata Zosimus, *lib. 4. cap. 45.* Hic postea ἀπεοπάρχων capite truncatus hoc ipso Anno 392. VIII. Id. Decembris, vide Zosimum, *lib. 4. cap. 52.* & *l. 12. de annonis ciuicis:* & *Chronicon Alexandr. pag. 709. Edit. Rader.* Hic est, ad quem Libanii epistolæ extant plures, & in his *epist. 771. 803. 840.* quibus Præfecturam eius Vrbis designat. Quomodo & Tatiani filium fuisse ostendit *epistola 771. 824. 889. 942.* De eodem accipio & quæ idem *epist. 858. ad Priscianum.*

PROCVLVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 422. *l. 31. de petitionib.* PP. in foro Traiani. PP. Italiæ A. D. 423. *l. vltim. de prædiis nauicular.* Dat. Rau. Agitur ibi de Africa.

PROCVLVS sub Theodosio Iuniore P. V. A. D. 428. *l. 22. de Agentibus: l. vltim. de Medicis: l. vltim. de Senatoribus & glebali collat.* Dat. Constantinop.

PROFVTVRVS sub Constantino Magno Præfectus annonæ A. D. 318. *l. 3. Cod. Iust. de dilationib.*

A. D. 319. *l. 2. de relationib. l. 1. de Pistoribus: l. 1. de contrah. empt.*

PROMOTVS Consul cum Timasio A. D. 389. uterque Orientalis. De Promoto hoc Duce copiarum equestrium, agit Zosimus *lib. 4. c. 35.* & *45.* Consule Pagium *in Critic. ad an. cit.* Relandi *Fastos*, & *Chronologiam.*

PROTOGENES Episcopus A. D. 316. Sabino & Rufino COSS. *l. 1. Cod. de his, qui in Eccl. manum.*

PVLCHERIA Augusta, germana Theodosii Iun. A. D. 418. *l. vltim. de lustrali collat.*

R

REGINVS sub Theodosio Iuniore PP. Illyrici A. D. 435. *l. vlt. de Principibus Agentium in rebus.* Dat. Constantinopol. Integro nomine *Flauius Simplicius Reginus:* cuius vna cum Isidoro PP. Edictum διάταγμα exstat, quo proposita

Theo-

Theodosii Lex aduersus Nestorium, deque Nestorii libris non legendis inter acta Concilii Ephesini *parte* 4. *pag.* 1718. *Tom.* I. *Concil. Harduin.*

REMIGIVS sub Valentiniano Sen. Magister Officiorum. A. D. 365. Valentiniano & Valente Coss. (imo Anno 368. vel 370.) *l.* 2. *de metatis.* Data Triueris.

Remigii huius Magistri Officiorum meminit Ammianus Marcellinus, *lib.* 15. *cap.* 5. In gestis Anni 367. *lib.* 27. *cap.* 9. *lib.* 28. *cap.* 6. *lib.* 29. *cap.* 5. *lib.* 30. *cap.* 2. Gallum vero hunc fuisse & prope Magontiacum natum scribit *lib.* 30. *c.* 2. Eodemque tempore Magistrum Officiorum fuisse, quo Romanus Comes Africæ, *d. l.* 27. *c.* 9. qui certe fuit Anno D. 372. Tandem laqueo vitam finiisse, eique Leonem suffectum Magistrum Officiorum Anno 373. *d. lib.* 30. *c.* 2.

REMIGIVS, sub Arcadio Præfectus Augustalis A. D. 396. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. *l.* 8. *de diuers. rescript. l.* 7. *de contrah. empt.*

REMISTHEVS sub Arcadio Dux Armeniæ A. D. 396. *l.* 15. *de re militari.* A. D. 397. *l.* 57. *de cursu publico.*

BIBVLENIVS RESTITVTVS sub Constantio Præses Sardiniæ A. D. 353. *l.* 7. *de exactionib.*

RESTITVTVS sub Theodosio Magno P. V. A. D. 380. *l.* 2. *de Præfectis Prætorio : l.* 2. *de Quæstorib. l.* 8. *de annonis ciuicis.* Dat. Thessalonicæ.

RICHOMERES sub Theodosio Magno & Valentiniano Iun. Consul Occidentalis cum Clearcho Anno D. 384. Richomeris huius natione FRANCI Consulatus meminit Libanius, *de vita sua*, *pag.* 67. & Symmachus *lib.* 3. *epist.* 59. 61. Adde Pagium *in Critic. ad an. cit.* Relandi *Fastos*, & *Chronologiam.* A. D. 391 Comes & Magister vtriusque militiæ. Comitiuæ eius & Magisteriæ militum passim meminere alii: vide de eo Ammianum Marcellinum, *lib.* 31. *c.* 7. 12. Libanium *de vita sua*, *pag.* 67. *Edit. Morell.* & *Epistol. Latin.* lib. I. 21. De eo vide & Philostorgium *lib.* 10. *cap.* 8. Symmachus ad eum *epist.* 16. scripsit *lib.* 3. ab *epist.* 54. qui & *epist.* 67. indicium facit de militari eius potestate, & Zosimus, *lib.* 4. *cap.* 54. 55. In Codice Libanii Regio tres *epist.* 762. 866. 900. in Vaticano quatuor ad eum extant *lib.* 2. *epist.* 258. *lib.* 5. *epist.* 231. 264. 280. & in Editione Cl. Wolfii *Ep.* 785. 891. 926. 944. Mortuus is Anno 393. tempore expeditionis Theodosii aduersus Eugenium, teste Zosimo, *lib.* 4. *c.* 55. De eo plura & distincta ad *d. l.* 13. *de re militar.*

ROMANVS, sub Valentiniano Sen. Comes Africæ. A. D. 372. *l.* 13. *de diuersis officiis.* De hoc Romano Comite Africæ, non vno loco Ammianus Marcellinus, *lib.* 27. *cap.* 9. *lib.* 28. *cap.* 6. *lib.* 29. *cap.* 5. Zosimus item, *lib.* 4. *cap.* 16. Ῥωμανὸς ὁ τὴν στρατιωτικὴν ἔχων ἐν Μαυρουσίοις ἀρχήν. Eum vero inde a Iouiniani Imp. & Valentiniani initiis Comitem Africæ fuisse, testatur idem Marcellinus.

ROMANVS, sub Theodosio Magno Comes Ægypti A. D. 391. *l.* 11. *de Paganis.* Meminit huius Romani τοὺς κατ᾽ Ἄιγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου, *qui cum imperio praeerat Ægypti militibus*, Eunapius *Ædesio pag.* 76. 77. *Edit. Commelin.* Sozomenus *Hist. Eccles. lib.* 7. *c.* 15. ἦρχε δὲ τότε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ στρατιωτικῶν ταγμάτων Ῥωμανός, *erat tunc temporis Dux militum in Ægypto Romanus.*

ROMVLIANVS sub Arcadio P. V. A. D. 398. *l.* 17. *de re milit.* Dat. Constantinop. Sub Honorio PP. A. D. 404. *l.* 16. *de Iudæis.* Dat Rom.

ROMVLVS sub Constantio & Constante Coss. cum Placido A. D. 343. In subscriptione *l.* 35. & 36. *de Decurionib.* vocatur *Romylus.* Consule Pagium in *Critic. h. a.* Relandi *Fastos* & *Chronologiam.*

ROMVLVS sub Valentiniano Iun. Consularis Æmiliæ & Liguriæ, A. D. 385. *l.* 4 *de denunciationibus.*

Sub Theodosio Magno Comes S. L. A. D. 392. *l.* 1. *de his, qui ad Eccl.* Dat. Constantinop. Agitur *hac leg.* de *publicis* debitoribus. *l.* 12. *de metallis.*

Sub Honorio PP. A. D. 400. Stilichone & Aureliano Coss. *l.* 10. *de indulgentiis criminum.* Dat. Rau. Ad hanc legem vid *not. c. Romuli* crebro mentio in Symmachi epistolis & in his *lib.* 8. *epist.* 38. & 56. Extat & Augustini *epist.* 211. ad Romulum, qua eum exhortatur, ne nimium acerbus tributorum exactor sit. De *Romulo* loquitur etiam Libanius *epist.* 807. & 808. *Edit. Wolff.* PISIDII ROMVLI fit mentio in inscriptione Stilichonis statuæ Romæ *apud Gruterum CCCCXII.* 4. Sed appellatur V. C. PRAEF. VRB. An idem sit cum nostro, non liquet.

RVFINVS sub Constantino Magno PP. (γρ. PV.) A. D. 313. *l.* 1. *de Testimoniali ex Tribunis.* Hic enim est *Aradius Rufinus*, qui P. V. fuit inde a III. Kalend. Decembris Anni superioris 312. itemque P. V. his Coss. vsque ad 6. Decembr. vt testatur vetus auctor Notitiæ Præfectorum Vrbis, quem vide in *Notit. Dignitat.*

VETTIVS RVFINVS sub Constantino Magno P. V. A. D. 315. Data a Constantino Magno *l.* 1. *de maternis bonis*, ad Consules, Prætores, Tribunos plebis, & Senatum: quæ in subscriptione dicitur. *Recitata apud Vettium Rufinum P. V. in Senatu.* In subscriptione male *Constantinus A. V.* loco *IV.* Cos. notatus. Vid. *not. tt. ad dict. leg.* A. D. 316. *l.* 1. *de longi temporis præscriptione.*

Huius *Vettii Rufini P. V.* meminit auctor de Præfectis Vrbis, qui eum P. V. fuisse scribit a XIII. Kal. Sept. Anno 315. ad Pridie Nonas Aug. Anno 316.

Consul prodiit A. D. 323. cum Seuero, quod probat marmor apud Gruterum *CCIX.* 2. ACILIO SEVERO ET VETTIO RVFINO COSS. Vide Pagium *in Critic. h. a.* Relandum *in Fast.* & *Chronologiam.*

RVFINVS sub Constantino M. Consul cum Sabino A. D. 316. Fleetwood *in Sylloge Inscription. pag.* 157 putat, *Proculum* esse hunc Rufinum, persuadetque sibi, dictum fuisse eum integro nomine, *L. Aradium Rufinum Valerium Proculum.* Verum marmor apud Gruterum *CCCLXIII.* 2. & *CCCLXI.* 1. id non probant. Vide supra *voc. Proculus* Neque etiam *Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus*, qui A. D. 319. Proconsul fuit Africæ, (vid. supra *voc. Proculus.*) Consul esse potest anni 316. cum probabile non sit, municipes, qui in clientelam eius se tradiderant, monumentisque publicis, quæ supra adduximus, id testati fuerant, hunc honorem, Patrono delatum, tacuisse.

RVFINVS sub Constantino Magno PP. A. D. 319. Constantino A. V. & Licinio C. Coss. *l.* 3. *de priuilegiis eorum, qui insf. p. l.* 1. *de sponsalibus.* Meminit *hac lege* Imperator Patris sui. *l.* 1. *de bonis decurionum.* Forte hæ leges Constantio tribuendæ, referendæque ad Annum D. 352. vide quæ scribo ad *dict. leg.* 1. *de sponsal.*

IVNIVS RVFINVS sub Constantino Magno Consularis Æmiliæ. A. D. 321. *l.* 1. *de vectigalib.*

RVFINVS sub Constantino Magno PP. A. D. 326. *l.* 2. *de Medicis & Professorib.*

RVFINVS sub Constantio Comes Orientis A. D. 342. *l.* 33. *de Decurionib.* Meminit Libanius *epist. ad* Nepotem eius Rufinum 737. *Edit. Wolff.*

RVFINVS sub Constantio Consul cum Eusebio Anno D. 347. Hic Vulcatius *Rufinus* est, vid. Pagium *in Critic. h. a.* & Relandi *Fastos.*

Sub Constante & Constantio PP. A. D. 349. *l. 3. Cod. Iust. de hered. decur.*
A. D. 352. *l. 5. Cod. Iust. qui testam. fac. poss.* Et fort e ad hunc annum reuocanda etiam *l. 8. de sponsal. l. 3. de priuileg. eorum, qui in s. palat.*
A. D. 354. Memoratur *l. 6. de annona & tributis:* vbi vide quæ dixi. Meminit Rufini Præfecti Prætorio, qui Galli C. auunculus erat, in Galliis hoc anno Marcellinus *lib. 14. cap. 10.*
A. D. 356. *l. 1. si quis pecunias consl.* Acc. Constantina. Erat hic Vulcatius Rufinus Constantii affinis, nam *Gallus Cesar* natus erat Galla sorore Rufini, Marcellinus *lib. 14. c. 11. Natus* Gallus *patre Constantio, Constantini fratre Imperatoris, matreque Galla sorore Ruffini.* Hinc & factum est, vt, missus A. D. 350. a Magnentio & Vetranione Tyrannis cum aliis legatus ad Constantium, ab eo humanissime exceptus sit, cum reliquos legatos Constantius in vincula coniiceret. Vid. Petrum Patricium *in Excerptis Legation. pag. 20. Tom I. Script. Rer. Byzant. Edit. Venet.* Vide de hoc Rufino Ammianum *lib. 14. c. 10. & lib. 16. cap. 8.* in gestis anni 354. & 356. Epiphanium *heresi 51. siu. 71. pag. 829 Edit. Coloniens. apud Ierem. Schrey.* anno D. 351. siue, vt nonnullis placet, an. 357.

RVFINVS sub Iuliano sine dignitate A. D 362. *l. 10. de operibus publicis.* Dat. VII. Id. Decemb. Aquil.

RVFINVS sub Iuliano Comes Orientis (male editum *Com. Officiorum*) A. D. 363. *l. 2. de metallis.* Hic *Aradius Rufinus* Comes Orientis est, cuius meminit hoc ipso Anno 363. Ammianus Marcellinus, *lib. 23. cap. 1.* vbi eum Comitem Orientis a Iuliano Imp. in locum auunculi sui Iuliani recens defuncti prouectum, scribit. De eodem accipio Libanii *epist.* ad Zenonem 972. & ad eum est Eiusdem *Epistol.* 784. *Edit. Wolff.* & aliæ, quas require in *Indice* Editionis laudatæ.

RVFINVS sub Valentiniano Sen. PP. A. D. 365. (f. ad A. 368.) *l. 1. de tractoriis.* Missa Rom. VIII. Kal. Febr. *l. 66. de Decurionibus.* Dat. Rau.
l. 3. quibus equorum vsus. Dat. Rau. XI. Kalend. Iun. Agitur *hac leg.* de *Vrbicariis* regionibus.
A. D. 365. *l. 2. de pascuis.* Dat. Luceriæ IX. Kalend. Octobr. *l. 11. de numerariis.* Dat. Parisiis Prid. Id. Dec.
A. D 366. *l. 12. de susceptoribus.* Dat. IV. Id. Nou.
A. D. 367. *l. 4. de aduocat. fisci.* Dat. Remis. Hic *Vulcatius Rufinus* est, qui Mamertino in Præfectura Prætoriana successit, teste Ammiano Marcellino, *lib. 27. cap. 7.* cui vicissim Probus successit Anno D. 368. testis idem Marcellinus *eodem lib. 27. cap. 11.*

RVFINVS sub Valente, Gratiano & Valentiniano P. V. A. D. 376. *l. 3. Cod. Iust. de officio P. V.* De hoc ipso Rufino P. V. accipio Symmachum, *lib. 7. epist. 126.* ad Patruinum.

RVFINVS sub Theodosio Magno PP. A. D. 386. *l. 2. de spectaculis.* Dat. Heracliæ.

RVFINVS sub Theodosio Magno Magister Officiorum. A. D. 390. *l. 3. de fabricensib.* Dat Med. Rufini huius Magistri Officiorum meminit Ambrosius, *epist. 53. ad Tatianum. Rufinus,* inquit, *ex Magistro Officiorum factus est in Consulatu Præfectus Pratorio.* Zosimus, *lib. 4. cap. 51.* Theodoretus, in narratione cædis Thessalonicensis *lib. 5. cap. 18.* e quibus Ambrosius & Zosimus, eum Magistrum Officiorum quoque fuisse testantur Anno 391. & 392.
Consul cum Arcadio II. Anno D. 392. vide Pagium in *Critic. h. 4.* & Relandi *Fastos & Chronologiam.*
PP. ex Magistro Officiorum, teste Ambrosio *ep. 53.*
A. D. 392. *l. 2. de tractoriis.* Dat. VII Kalend. Sept. *l. 1. de crimine peculatus.* Dat. IV. Id. Sept. *l. 12. de Paganis.* Dat. VI. Id. Nou. *l. 5. finium regundorum.* Dat. Prid. Non. Nou. *l. 129. de Decurionib.* Dat X. Kal. Dec. *l. 7. de adulteriis* Dat. VII. Id. Decemb.
A. D. 393. Theodosio III. & Abundantio Coss. *l. 1. de metallis: l. 1. quis in gradu præf. l. 52. de cursu publico: l. 3. de Censitoribus: l. 134. de Decurionibus: l. 14. de Exactionibus: l. 11. de bonis proscriptorum: l. 1. de quadrimenstruis breuibus: l. 135. de Decurionibus: l. 12. de bonis proscriptor. l. 23 de annona & tribut.* His duabus postremis legibus agitur de Tatiano. *l. 136. de Decurionib. l. vltim. de falsa moneta: l. 15. de Medicis & Professoribus: l. 20. de erogat. mil. ann. l. 1 si quis Imperatori maled. l. 137. de Decurionibus: l. 22 de Numerariis: l. 11. de scenicis: l. 5. de liberali causa: l. 9. de Cognitoribus & Procuratoribus: l. 52. de appellationibus l. 1. de Carboniano edicto: l. 4. de Censitorib. l. 8. de adulter. l. 23. de Nauiculariis.* Dat. Constantinop.
A. D. 394. *l. 2. si certum petat. de suffr.* Dat. Constantinop. *l. 18 de cohortalib.* Dat. Heracliæ. *l. 139. de Decurionib. l. 31. de operibus publicis.* Dat. Constantinop. *l. 23. de hæreticis.* Dat. Hadrianopol. *l. 24. dicto tit. l. 12. de scenicis.* Dat. Heracleæ. *l. 9. Cod. Iust. de omni agro deserto.* Sine die & Coss. *l. 2. Cod. eod. de offic. Præf. August. l. vnic. Cod. eod. de colonis Thracensib.*
Sub Arcadio PP. A. D. 395. *l. 1. ne quid oneri publico: lex 25. & 26. de hæreticis.* Memorat *hac leg.* Arcadius constitutionem Genitoris sui. *l. 8. de pactis.* Sine die & Coss. *l. 10 Cod. Iust. de vectigalibus.*
De Rufino hoc PP. ex-Magistro Officiorum in Tatiani locum (qui adhuc mense Iunio PP. erat) suo ipsius Consulatu 292. facto, vide Ambrosium *dict. epist. 53.* Zosimum, *lib. 4. c. 51.* deque eo plura apud eundem vide *dict. lib. 4. c. 52. 55. 57.* Ad eundem extant Symmachi epistolæ vndecim postremæ *lib. 3.* De huius nece hoc ipso Anno 395. V. Kal. Decemb. vide Claudianum, Hieronymum. vide & Zosimum, Orosium, Socratem, Sozomenum: dixi plene ad Philostorgium *lib. 11 cap. 3.* & in Chronico Theodosiano. De bonis eius proscriptis, v. Anno 396. *l. 13. & 14. de bonis proscriptorum.*

RVFINVS sub Honorio Comes S. L. A. D. 423. *l. 14. de indulg. debit.* Regesta Rau. Fit mentio *hac leg.* Vrbicariarum regionum.

RVSTICVS sub Constante P. V. A. D. 345. *l. 23. de appellat.* PP. Rom. VI. Non. Iul. Agitur *hac lege* de iure appellandi a sententia Præfect. Vrbi. *Quintus Rusticus* hic P. V. fuit, inde a VI Idus April. superioribus Coss. ad III. Nonas Iul. his Coss. quibus Probianus ei suffectus, vt testatur vetus auctor Notitiæ Præfectorum Vrbi. Alius Iulianus *Rusticus* ab hoc, ad quem Symmachus *lib. 3. epist. 1, 2, 3. seq.*

S

SABINVS sub Constantino Magno cum Rufino Consul Anno D. 316. Vide Pagium in *Critic. h. 4.* Relandi *Fastos & Chronologiam.*

SALLVSTIVS PP. sub Iuliano A. D. 362. *l. 7. de erogat. militar. annonæ: l. 1. de exhibendis reis: l. 2. de protostasia: l. 1. de auro coronario: l. 53. de Decurionibus.*
A. D. 363. Consul cum Iuliano IV. Vid. Ammianum *lib. 23. initio: Iulianus vero iam ter Consul adscito in Collegium Trabeæ Sallustio Præfecto per Gallias, quater ipse inierat amplissimum magistratum.* Consule Pagium *in Critic. an. cit.* Relandi *Fastos, & Chronologiam.*
A. D. 364. PP. sub Valentiniano & Valente, *l. 1. de cognitoribus.*
Hic Sallustius est, qui alibi *Secundus* vocatur. Vocabatur enim *Secundus Sallustius,* quod docet Marcellinus *lib. 22. cap. 3. Breui deinde Secundo*

Salluſtio promoto Præfecto Prætorio &c. Hinc & quæ a nonnullis Salluſtio tribuuntur, ea Secundo ab aliis adſcribuntur, veluti a Philoſtorgio *lib. 8. cap. 8.* in auguratione Valentiniani. Fuere porro *duo Salluſtii* hoc ipſo tempore A. D. 363. *Salluſtius* puta *PP. Galliarum*, qui Conſul fuit eo anno 363. & *Salluſtius PP. Præſens in Oriente*, Ammianus Marcellinus *lib. 23. cap. 5. lib. 26. c. 5.* De Salluſtio PP. Galliarum Marcellinus *lib. 23.* in princip. & *cap. 5. lib. 25. c. 5.* Eunapius etiam meminit Salluſtii PP. in *vit. Maximi pag. 108. Edit. Commelin.* & Libanius *Epiſtol. 648. Edit. Wolff.* vbi eum a Iuliano eam primum dignitatem nactum ſcribit, firmatumque in ea a Valente, & *Ep. 652.* vbi eum Elpidio ſucceſſiſſe ſignificat. Alias ad vtrumque Salluſtium literas a Libanio datas, require in *Indice Epiſt. Edit. Cl. Wolff.* Zoſimus *lib. 3. c. 29. 31. 36. lib. 4. cap. 1. 2. 6.* & Chronicon Alexandrin. *A. D. 369.* Salluſtium memorant. Adde Lambecium *ad Codini Origin. Conſtant. pag. 148.* Excerpta Valeſiana *pag. 843. 847.* Valeſium *ad Marcellinum lib. 22. c. 3.* & ad *Sozomenum lib. 6. cap 3. leg. 7. de malef not. b.* GOTHOFREDVS. Duo Salluſtii diſtinguendi ſunt, quod Gothofredo in Proſopographia Cod. Theodoſ. *verb. Salluſtius* & *voc. Secundus*, & Hermantio *in notis ad vitam Gallicam S. Athanaſii* a ſe compoſitam *lib. 10. c. 11.* obſeruatum, quodque certis argumentis magis ſtabiliendum, ne vnus pro alio ſumatur, aut, quæ tanquam indubitata haberi debent, in dubium reuocentur. Vterque itaque *Salluſtius Præfectus Prætorio* fuit, alter *in Galliis*, alter *in Oriente*. Qui in Galliis, anno D. 363. Iuliani in quarto eius Conſulatu, collega fuit: qui vero Præfecturam Orientis adminiſtrauit, *Salluſtius Secundus* appellatus fuit, ſecus quam putauit Gothofredus, qui Salluſtii Secundi nomine, Conſulem intelligendum vult. Imo *Salluſtius Secundus* alius non eſt, quam *Saturninus ſecundus*, quem tamen tam Gothofredus *loco citato*, quam Valeſius *in notis ad lib. 6. Sozomeni c. 3.* in duos etiam diuidunt, quod apud Gruterum *CCCCLXV. 8.* & apud *Smetium in Inſcript.* antiquis, Inſcriptio referatur, in qua *Saturninus Secundus*, Salluſtius non nominatur. Eam inſcriptionem Romæ effoſſam hic repræſento:

SATVRNINO. SECVNDO. V. C
PRAESIDI. PROVINCIAE. AQVITANICAE
MAGISTRO. MEMORIAE. COMITI. ORDI
NIS. PRIMI. INTRA. CON
SISTORIVM. ET. QVAESTORI. PRAEF
PRAETORIO. ITERVM. OB. EGREGIA
EIVS. IN. REMPVBLICAM. MERITA
DD. NN. VALENTINIANVS. ET
VALENS. VICTORES. AC. TRIVMFA
TORES. SEMPER. AVGVSTI
STATVAM. SVB. AVRO. CONSTI
TVI. LOCARIQVE. IVSSERVNT

Saturninum Secundum diuerſum non eſſe a *Salluſtio Secundo*, duplex Præfectura Prætoriana Orientis ante Valentiniani & Valentis mortem ab eo geſta certum reddit. Salluſtius enim anno Chriſti CCCLXVII. ſecundam Præfecturam poſuit, *Auxoniumque* ſucceſſorem accepit. Zoſimus quippe *lib. 4. cap. 10.* de initio belli Gothici anno CCCLXVII. ſuſcepti loquens: de Valente ſcribit: *Exercitum propter Iſtri ripam porrigens, & ipſe Marcianopoli degens &c. Præfectum quidem Prætorii declarabat Auxonium, Salluſtio propter ſenectutem hoc munere liberato, qui iam ſecundo Magiſtratum hunc geſſerat.* Quod ſi Saturninus Secundus, diuerſus eſſet a Salluſtio Secundo, vtriuſque eius Præfecturæ aliqua veſtigia in legibus Cod. Theodoſiani per hæc tempora datis ſupereſſent. Decepit viros doctos cognominis Salluſtii omiſſio in relata Inſcriptione. Verum obſeruare debuerant, quod *anno CXXXVII. num. 8. ſequ. in Critica ad Annal.* oſtendimus, Romanos nempe ab hiſtoricis, & in vſu vulgari loquendi quibuſdam quandoque cognominibus appellatos, quæ eis nunquam in Inſcriptionibus, Actisque publicis attribuuntur. Quare Secundus a Zoſimo variis in locis, ab Eunapio in *Vita Maximi*, Rufino *lib. 11* Socrate *lib. 3. cap. 19.* Sozomeno *lib. 5. cap. 20.* aliisque Salluſtius vocatur: ab Ammiano modo ſimpliciter Saluſtius dicitur, vt *lib. 23. c. 5.* vbi ait de Iuliano Auguſto: *literas triſtes Salluſtii Galliarum Præfecti ſuſcepit*, anno nempe CCCLXIII dum in Perſidem pergeret, ſtatimque ait, eodem tempore viſum cadauer cuiusdam apparitoris, *quem Præfectus Saluſtius Præſens ea re ſupplicio capitali damnarat.* (Qui vltimus *Salluſtius* diuerſus eſt a priori, qui Gallias, dum *Secundus* Orientem, regebat. Quo etiam ex loco vtriuſque Salluſtii diſtinctio manifeſte patet.) Modo ab eodem Ammiano *Secundus Salluſtius* nuncupatur, vti *lib. 22. c. 3.* vbi de rebus anno præcedenti geſtis loquitur: *Breui deinde Secundo Salluſtio promoto Præfecto Prætorio ſummam quæſtionum agitandarum, vt fido commiſit.* Modo denique ſimpliciter & abſolute *Secundus* vocatur, vt in inſcriptione omnium legum Cod. Theod. quæ eidem inſcribuntur, & a Philoſtorgio *lib. 8. num. 8.* vbi ait, *Secundum Præfectum Prætorio operam ſuam contuliſſe*, vt Valentinianus Senior Imperator eligeretur. Quæ narrans Zoſimus *lib. 3.* in fin. ait: *Omnium ſuffragia in vnum Saluſtium Præfectum Prætorii concurrebant: illo ſenectutem prætendente, filium ſummæ rerum præfici poſtulabant.* Ex quo & habemus, Saluſtium iſtum Secundum vocatum.

Sed, vt de vtroque Saluſtio ſeorſim agam, *Secundus Saluſtius* A. D. 361 Præfectus Prætorio Orientis a Iuliano Auguſto poſt Conſtantii Auguſti mortem renuntiatus fuit, vt diximus ex Ammiano Marcellino *lib. 22. c. 3.* Eum ea in dignitate Helpidio ſucceſſiſſe, docet Libanius *epiſtola ad Iulianum 652. & 670.* Fuit Helpidius Chriſtianus, cuius vxor Ariſtænete extitit, mulier ob pietatem eximiam celebris, quæ Sanctos Antonium & Hilarionem magnopere coluit, vt docet Hieronymus *in Hilarionis Vita.* Secundus gentilis erat, vt teſtantur Socrates, Sozomenus & Rufinus locis laudatis: Vir tamen perilluſtris, vt fidem facit ſtatua aurea ei a Valentiniano & Valente Imperatoribus Chriſtianis poſita, exercitusque ſuffragium, vt Imperator fieret. Iulianum Aug. in expeditione Perſica comitatus eſt. Eam Præfecturam continuauit vſque ad electionem Valentiniani, qua peracta, cum milites adminiſtrationes, aliosque magiſtratus a Iuliano datos auferrent, *eorum in numero Præfectus etiam Prætorii Salluſtius erat*, inquit Zoſimus *lib. 4. cap. 2.* In Secundi locum Nebridium ſubrogatum fuiſſe affirmat *ibidem* Zoſimus *cap. 6.* vbi ait: *Cumque Cæſarium, quem Imperatores Præfectum Vrbis conſtituerant, itemque Nebridium, quem poſt Salluſtium Præfectum Prætorii fecerant, apprehendiſſet: hos quæcunque ſibi viderentur, ad ſubditos ſcribere coëgit.* Procopius nempe, cum A. D. CCCLXV. menſe Septembri Conſtantinopoli tyrannidem arripuit. Ammianus *lib. 26. c. 7.* Zoſimo ſuffragatur, cum de eadem defectione loquens, ait: *Confeſtim Nebridius in locum Salluſtii Præfectus Prætorio factione*

Petronii recens promotus, & Cæsarius Constantinopolitanæ vrbis Præfectus in vincula compinguntur, a Procopio scilicet.

Nebridium porro A. CCCLXIV. paullo antequam Imperatores inter se partiti essent imperium, Secundo Sallustio substitutum fuisse, modus loquendi Zosimi indicat, duplexque Secundi Præfectura Orientalis; alioquin hic non duplicem Præfecturam, sed triplicem administrasset. Quo pacto leges aliquæ Cod. Theod. anno CCCLXIV. & anno CCCLXV. ante mensem Septembrem Secundo Præfecto Prætorio directæ, anno CCCLXVI. vel initio CCCLXVII. (quo tempore secundam Præfecturam Secundus gessit) emissæ, deceptusque Gothofredus in Chronologia Cod. Theodos. qui Secundum anno CCCLXIV. & CCCLXV. Præfectum Prætorio Orientis fuisse, credidit. Ille tamen ex variis constitutionibus ad Volusianum P. V. i. e. Præfectum Vrbis anno CCCLXIV. & CCCLXV. datis, quo non Volusianus, sed Symmachus Præfectus Vrb. erat, quasque ideo ad annum CCCLXXIII. Gothofredus retrahendas esse recte vidit, intelligere poterat, leges illas ad Secundum PF. P. missas, extra ordinem in Codice Theodosiano pariter recitari: quæ transpositio in hoc Codice non infrequens.

Sed quicquid hac de re sit, recte scribit Libanius *in epistola vltima*, Secundum a Iuliano Præfecturam Prætorianam primum nactum, in eaque a Valente Imperatore firmatum, & quidem, vt coniectura est, post Nebridii mortem, & non ante eam. Is paullo postquam in carcerem a Procopio coniectus fuit, fato functus est, vt Valesius *in notis ad Ammianum lib. 26. c. 7.* colligit ex Themistio in oratione nona iuxta veterem ordinem, vbi Themistius inquit: *E summis vero magistratibus alter, qui erat vere mortuus, non credebatur: qui viuebat, mortuus putabatur.* Hi enim summi magistratus alii esse non possunt, quam Nebridius Præfectus Prætorio, & Cæsarius vrbi Præfectus. Quorum Nebridius, cum breui post abiisset e vita, adhuc viuere fingebatur, vt literis eius nomine inscriptis Procopius populum ad se pelliceret. Nebridio demortuo, vel saltem in carcere detento, Valens *Salustium* seu *Secundum* iterum Præfectum Prætorii declarauit. Tradit enim Eunapius *in Maximo*, Procopio tyrannidem Constantinopoli exercente, Sallustium res imperii curasse. Præfecturam itaque hac secunda vice vsque ad annum CCCLXVII. quo post inchoatum bellum Gothicum Valens ei Auxonium suffecit, continuauit, vt iam ex Zosimo docuimus, quem etiam successorem ei Eunapius citatus attribuit. In Codice Theodosiano aliquæ constitutiones reperiuntur annis CCCLXV. & CCCLXVI. datæ, & ad Secundum PF. P. inscriptæ, & post eum annum nulla amplius eius mentio. Sed earum legum subscriptiones, vel in vrbe, qua datæ sunt, vel in Consulibus, vel in aliis temporis characteribus, mendosæ.

Venio ad *Sallustium* alterum, cui pars maxima eorum, quæ ad Secundum Salustium pertinent, hucusque per errorem attributa. Hunc Constantius cum Marcello in Gallias ablegauit, quando eisdem Iulianum Cæsarem præfecit: *Illis ipsis, non Cæsari, tota isthic administratione credita*, vt prodit Zosimus *lib. 3 cap. 2.* qui postea *cap. 5.* dicit, Constantium Salustium accersiisse. Hinc in Operibus Iuliani Imp. habetur, Iuliani Imperatoris ob discessum Salustii *consolatoria Oratio VIII.* in qua, quantum eum diligeret, ostendit. Successit Sallustius in Gallica Præfectura Nebridio, de quo Ammianus *lib. 20. cap. 9.* in gestis CCCLX. ait, *In locum Florentii Præfectum Prætorii Nebridium, tum Quæstorem eiusdem Cæsaris promouerat, scilicet Constantius. Sed cum iuramentum Iuliano præstare nollet, ad larem suum recessit in Thusciam*, inquit Ammianus *lib. 21 c. 5.* dum de rebus eodem anno gestis sermonem habet. Tum *cap. 8.* loquens de rebus anni CCCLXI. *Discedens inter hæc Iulianus a Rauracis Salustium Præfectum promotum remisit in Gallias, Germaniano iusso vicem tueri Nebridii.* Erat autem Nebridius (vt hunc locum obiter explicem) Iuliani Quæstor, cum Constantius eum Præfectum Prætorio Galliarum designauit, vt mox ex Ammiano diximus: cuius Quæsturam Constantius in dispositione Iuliani Cæsaris reliquerat, quia is factus a militibus Augustus ad Constantium scripserat, Præfectos Prætorio se ab illo accepturum: residuos vero ordinarios iudices, militiæque moderatores suo arbitrio concedi consentaneum esse. Quas Iuliani literas refert Ammianus *lib. 20. c. 8.* post quas Constantius Nebridium Præfectum Prætorii creauit, præcepitque Iuliano, intra Cæsaris se potestatem continere, vt *cap. 9* habet Ammianus. In Codice Theodosiano nullæ leges ad Sallustium anno CCCLXI. directæ leguntur, sed anno CCCLXII. complures inscriptæ, modo Sallustio PF. P. modo Secundo PF. P. argumento euidenti, hos Præfectos diuersos fuisse, & *Saturninum Secundum* in Actis publicis *Sallustium* appellatum non fuisse. Salustius PF. Galliarum eam dignitatem gessit anno CCCLXIII. quo Consul processit. Ammianus enim *initio lib. 23.* ait: *Iulianus iam ter Consul ascito in Collegium Trabeæ Salustio Præfecto per Gallias, quater ipse inierat amplissimum magistratum.* Quis ei in Præfectura Gallica successerit, incertum. Ex his liquet, duos eodem tempore floruisse Salustios, alterum Præfectum Galliarum, alterum Præfectum Orientis: cuius diuersitatis primus ex antiquis meminit Suidas, voc. Σαλλέστιος, & quibus characteribus alter ab altero dignosci possit, quando eius mentio, vel in Annalibus ecclesiasticis, vel in historicis profanis occurrit.

SALLVSTIVS sub Valentiniano Iun. P. V. A. D. 386. *l. 18. de Pistoribus: l. 2. de decuriis Vrbis Romæ.* Dat. Med. Sallustius hic superioris filius (de quo alioquin Zosimus *fine libri 3.*) videtur: Idemque esse, ad quem extant tres Symmachi epistolæ *lib. 5.* puta 55. 56 57. Valentiniani Iun. scriptum ad hunc Sallustium P. V. de construenda B. Pauli Apostoli Basilica via Ostiensi exhibet ex Codice Vaticano Baronius *Anno 386. n. 29. 30. 31.* Adde Pagium in *Critic. ad Annales A. 362. num. 38.*

SALLVSTIVS sub Theodosio Iuniore Quæstor A. D. 424. Castino & Victore Coss. *l. 1. Cod. Iust. de officio Quæstoris.*

SALVINVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 400. *l. 27. de annona & trib.* Dat. Rau.

Hic proculdubio Saluinus est, ad quem extat Symmachi *epist. 29. lib 8.*

SAPIDIANVS sub Honorio Vicarius Africæ. A. D. 399. Theodoro Cos. *l. 34. de Episcopis.* A. D. 406. Arcadio VI. & Probo *l 30. de annona & tributis.* Sine dignitate A. D. 409. *l. 9. de metatis.* Ad alium annum hæc lex referenda.

Ad hunc Sapidianum extat Symmachi *epist. 16. lib. 9.* vbi eum publica & maiora tractasse ait, deque animalibus ad ludorum apparatum præparandis agit: quæ sane animalia ex Africa vel maxime petebantur.

SATVRNINVS sub Theodosio M. Consul in oriente cum Merobaude Anno D. 383. Ad hunc Saturninum extat non vna Gregorii Nazianzeni epistola, quibus ἀρχῆς ὕψ[illegible] ei tribuit. Idem fuit & Comes (Orientis scilicet) vt eum vocat Basilius

epist.

epist. 315. sunt ad eundem Libanii *epist.* Latinæ 753. & 793. & in Græco Vaticano Codice *lib. 2. epist. 105. 249. lib. 5. epist. 65.* in Regio 753. 793. Consule *Indicem* Epistolar. *Edit. Wolff.* Consule Pagium in Critic. an. cit. & Relandi *Fastos*, & *Chronologiam.*

SCYLLACIVS sub Constantio, sine dignitate A. D. 343. *l. 22. de appellationibus. PP. Cyzico. Hac leg.* iubentur ab eo moneri Præsides. Itaque fuerit Proconsul *Asiæ.* Ad Scyllacium alioquin extant in Vaticano Codice Græco sex Libanii epistolæ *lib. 4. epist. 107. 148. 158. 223. lib. 5. epistola 31. 255.* Consule *Indicem* Epistolarum *Edit. Wolff.* Sed & Himerii Orationis ad Scylacium, *Proconsulem Græciæ*, eclogam, vide apud *Photium pag. 1135. 1136. Edit. Schotti.*

SCHOLASTICVS sub Theodosio Iuniore V. Sp. Comes & Castrensis A. D. 422. *l. 2. de Castrensianis.* Dat. Constantinop.

SEBASTIVS sub Honorio Comes primi ordinis A. D. 417. *l. 14. 15. 16. de Censitorib. l. 13. de Senatoribus & glebali collat.* Dat. Rau. Hinc sumpta *l. 15. Cod. Iust. de omni agro deserto: l. 9. de prædiis nauiculariorum.* Post alia.

SECVNDVS sub Constantino Magno PP. A. D. 326. *l. 3. de operibus publicis.* A. D. 328. *l. 6. de accusat.*

SECVNDVS PP. sub Iuliano A. D. 362. *l. 7. de numerariis: l. 10. de extraordinariis: l. 4. de lustrali collat: l. 50. de Decurionibus: l. 1. de locatione fundorum.* Dat. Constantinop. *l 8. de erog. mil. ann.* Dat. Nicomediæ. *l. 1. de domesticis: l. 1. de dominio rei quæ posc. l. 1. de proximis.* Acc. Naisis. *l. quædam de offic. Rector. Prou.* Dat. Antiochiæ.

A. D. 363. *l. 1. de Cognitoribus.* Lecta apud acta. *l. 3. sine censu.* Dat. Antiochiæ.

Sine die & Coss. *l. 2. de Agentibus.* PP. Beryto. *l. 2. Cod. Iustin. de diuersis prædiis Vrbanis.* In *hac leg.* agitur de Ciuitatibus Pamphyliæ.

Sub Iouiano A. D. 364. *l. 9. de erogat. mil. ann.* Dat. Ædesa. *l. 2. de raptu vel matrim sanctimon.* Dat. Antiochiæ.

Sub Valentiniano & Valente A. D. 364. *l. 5. de lustrali collat.* Dat. Constantinop. *l. 7. de maleficiis.*

A. D. 365. *l. 11. de extraordinariis.* Data Constantinop. *l. 5. de susceptoribus.* Dat. Cæsareæ. Fit mentio *hac leg.* Præsidis Ciliciæ. *l. 8. d. tit. de susceptoribus.*

A. D. 366. *l. 6 ad SC Claudianum.* Dat. Treuer. Istud stare non potest. Vide dicta ad *h. leg.*

Secundus hic idem cum *Sallustio*: de quo supra: vbi vide notata. Secundus enim Sallustius dictus, vide Ammianum Marcellinum. Meminit huius & Eunapius *in vita Maximi, pag. 108. Edit. Commelin.* & Philostorgius *lib. 8 cap. 8.* Alius vero ab hoc *Saturnius Secundus*, cui statua aurea a Valentiniano & Valente constituta locataque: cuius titulum, vide in *Corpore Inscriptionum Gruteri CCCCLXV. 8.* GOTHOFRED. Saturninum Secundum, & Salustium Secundum esse eum, probauit Pagius *in Critic. vid. voc. Salustius.*

SELEVCVS seu Seleuchus sub Honorio PP. A. D. 412. *l. 52. de hæreticis.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Donatistis & de Africano solo. *l. 1. de annona & tributis.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Africano possessore. *l. 22. de cohortalib.* Dat Rau. *l. 34. de nauiculariis.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Canone sacratissimæ Vrbis.

A. D. 414. *l 8. de indulgent. debit.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Africa.

A. D. 415. *l. 178. & 179 de Decurionib. l. 5. Cod. Iust. de adsessorib.* Dat. Rau.

SENATOR sub Honorio PP. A. D. 407. *l. 40. de hæreticis.* Dat. Rau. Forte hic Senator, de quo Symmachus *lib 2 epist vlt*

SENATVS sub Gratiano & Valentiniano Iun P. V. A. D. 382. *l. vnic. de Consulib.* Putat quis rescribendum *ad Senatum R. V.* vel *Seuerum PF. P.*

SENECA sub Valentiniano Sen. sine dignitate A. D. 365. *l. 4. de his, quæ administr.* Defensori A. D. 365. *l. 1. Cod. Iustin. de defensoribus ciuitatum.* Dat. Terici (γρ. Treueris.)

SEPTIMINVS sub Honorio Proconsul Africæ A. D. 403. *l. 29. de susceptorib. l. 64. de cursu publ. l. 19. de lustrali collat.* Dat. Rau. *Septimini* huius Proconsulis Africæ fit mentio in actis Collationis Karthaginensis, *die 3. cap. 17. 4. pag 1168. 1169. Tom. I. Concil. Edit. Harduin.* vbi his ipsis Coss. continentur preces Catholicorum ei oblatæ aduersus Donatistas, eiusdemque ad eas responsum.

SERGIVS Consul cum Nigriniano, sub Constantio Anno 350. Vide Pagium *in Critic.* & Relandi *Fastos.*

SEVERIANVS sub Constantio Proconsul Asiæ, al. Achaiæ, A D 349. *l. 9. de Episcopis.*

SEVERIANVS sub Valentiniano, Dux. A. D. 366. *l. 1. de postliminio.* Dat. Remis. Hic Seuerianus Dux est, de quo Ammianus Marcellinus *initio lib. 27.* in gestis huius ipsius Anni 366.

SEVERINVS sub Theodosio Magno & Valentiniano Iun. Comes R. P. A. D. 390. *l. vltim. repetundarum.* Dat. Med. In *hac leg.* fit etiam mentio Comitis domorum, & Præpositi Gynæcio.

Comes S. L. sine die & Coss. *l. 4. Cod. Iust. de officio P. V.* vbi agitur de Corporatis Vrbis Constantinop. Libanii aliquot ad hunc extant epistolæ, quas vide in *Indice Edit. Wolff.*

SEVERINVS sub Arcadio P. V. A. D. 399. *l. 1. de Comitibus Consistorianis.* Dat. Constantinop.

SEVERINVS sub Theodosio iun. P. V. A. D. 423. *l. 11. Cod. Iust. de ædificiis priuatis.* Ibi editum *Præfecto Prætorio.* Memoratur in veteri lapide *apud Gruterum XLVII. 2* C. IVLIVS POMPONIVS PVDENS SEVERIANVS P. V.

A. D. 424. *l. 52. de operibus publicis:* vbi agitur de Porticibus Zeuxippi.

IVLIVS SEVERVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 319. *l. 2. de maternis bonis.* Dat. VII. Id. Sept. Med. Acc. Non. Octobris. Ad Seuerum *libros 2.* Epistolarum scripsit Lactantius teste Hieronymo in eius *Vita cap. 80.*

SEVERVS sub Constantino Magno Rationalis Africæ A. D. 319. *l. 2. de iure fisci.* PP. Romæ in foro Traiani.

SEVERVS sub Constantino Magno Vicarius A. D. 319. *l. 9. de appellationib.* Illyrici Vicarium suspicatur Blondellus: de quo ad *eam leg.*

SEVERVS sub Constantino M. P. V. A. D. 320. *l. vlt. de privileg. eorum, qui in sacro pal.* Sed reponendum aut *PP.* aut emendandus est Consulatus. Anno enim 320. non *Seuerus*, verum *Valerius Maximus P. V* fuit, testante Vetere Notitia P. V. quam vide *in Notit. Dignit.* Nota *l.* ad legem *citat.* rescribendum esse censui, *Constantino A. VII. & Constantio Cæsare*, vt ita lex hæc referatur ad A. D. 326. Nam *Severus*, qui integro nomine *Acilius Seuerus* dicitur, *Præf. Vrb.* fuit sub Constantino M. *a Prid. Non. Ian. A. D. 325. ad Idus vsque Nouembr. A. D. 326.* vt testatur laudata *Notitia P. V.*

Ad eundem Seuerum P. V. data A. D. 321. *l. 1. de honorar. Codicill.* sed & illa lex, ea, qua dixi, ratione emendanda est. Vid. ad *h. legem* dicta *not b.* A. D. 322. data ad Seuerum dignitate omissa, *l. vlt. Cod. Iust. de præd. minor. non alienand.* vti expressum est in Editione Niuelliana; sed præferunt alii Codices, *ad Senatum.* Agitur hac lege de Constantiniano Prætore, & nemo non videt; & hic emendatione opus esse. Ad *Seuerum* data præterea *l. 4. Cod. Iust. de feriis* sine die & Cos.

A. D. 325. PV. *l. 3. de diuerſ. reſcript.* Vid. *not. b. ad h. l. l. 2. de iudiciis.*
A. D. 326. P. V. *l. 3. de bonis vacant. l. 1. vnde vi: l. 2. de fil. milit. apparitor.* in vltimis duabus omiſſa dignitas. Vid. *not. b. ad cit. l. 3.*
Hic *Acilius Seuerus PV.* idem videtur, cum eo, qui A. D. 323. Conſul prodiit cum *Rufino* Vid. Pagium *in Critic. h. a.* & Relandi *Faſtos.*

SEVERVS ſub Conſtantino Magno Comes Hiſpaniarum A. D. 333. *l. 2. de fide teſtium: l. 5. de donationibus.* A. D. 334. *l. 3. de maternis bonis.*
Sine dignitate A. D. 336. *l. 8. de nauiculariis.* Fit *hac leg.* mentio *Hiſpaniarum.*

SEVERVS ſub Conſtantio P. V. A. D. 343. *l. 1. de lenonibus.* Dat. Hierapol. Nullus talis P. V. hoc Anno deſignatur in Notitia Præfectorum Vrbi. Vid. *not. c. ad h. leg.*

SEVERVS ſub Conſtantio ſine dignitate A. D. 355. *l. 12. de Epiſcopis.* Inſcriptio ita habet, *Seuero ſuo ſalutem.* Vide. *not b. ad h. leg.*

SEVERVS ſub Valentiniano, Comes domeſticorum A. D. 364. *l. 2. 3. de domeſticis.* Dat. Med. Huius Seueri Comitis domeſticorum ſub Valentiniano meminit Ammianus Marcellinus, in geſtis Anni 367. *lib. 27. cap. 8.*

SEVERVS ſub Valentiniano Vicarius Vrbi. A. D. 365. *l. 2. de actoribus & procur.* Dat. Med. P. V. A. D. 365. *l. 68. de Decurionib.* Dat. Veronæ. Fit *hac leg.* mentio ordinis Auellinatium.

SEVERVS ſub Valentiniano Sen. Magiſter militum. A. D. 371. *l. 11. de diuerſis officiis A. D. 372. l. 11. de re milit.* Dat. Treueris.
Huius Seueri Magiſtri militum meminit Ammianus Marcellinus in geſtis Anno 367. 368. & 369. *l. 27. c. 6. 8. 10.* In geſtis Anni 370. *l. 28. c. 5.* In geſtis Anni 371. *l. 29. c. 4.* Eſt & Libanii *Oratio* κατὰ Σευήρȣ, vbi eum ait ςρατιώτας ἐπιτάξαντα.

SEVERVS ſub Valentiniano Iun. P. V. (γρ. PP.) A. D 382. *l. 8. de Legatis* PP. Karthag. Agitur in *hac lege* de δοκιμασίᾳ decretorum Prouincialium: quæ ad PP. pertinebat. *l. 4. de calcis coctoribus.* Agitur in *hac leg.* de calce Vrbis Romæ. *l. 1. de mendicantibus non inualidis.* Dat. Pataui. *l. 2. de lucris officiorum.* PP. A. D. 382. *l. 6. de deſertorib.* PP. Rom. *l. 13. de cohort.* Dat. Med. Fuit igitur Seuerus hic PP. & quidem *Italiæ & Africæ*, vt ex argumento & ſubſcriptionibus legum illarum colligimus.

SEVERVS ſub Valentiniano Iun. & Theodoſio M. Comes & Caſtrenſis. A. D. 390. *l. 12. de Palatinis S. L.* Dat. Med.

SEVERVS ſub Arcadio P. V. A. D. 398. *l. 14. de Numerar.* Dat. Niciæ. *l. 39. de operibus publicis.* Dat. Conſtantinop. Sine die & COSS. *l. 33. de Prætorib.*
De hoc Seuero accipio Symmachum, *lib. 8. epiſt. 6.*

SIAGRIVS ſub Gratiano & Valentiniano Iun. Magiſter Officiorum A. D. 379. *l. 2. de commeatu.* Ad hanc Syagrii Magiſteriam Officiorum pertinere exiſtimo Symmachi *epiſt. 98. lib. 1.* vbi ait, *Tua virtutis eſt, omnes, qui Palatinis ſtipendiis eniteſcunt, iuuare præſidio.* Huius quoque meminit. *lib 3. epiſt. 19.* PP. A. D. 380. *l. 38. de appellationib. l. 4. de deſertorib.* PP. Rom.
A. D. 381. *l. 36. de curſu publico: l. 15. de diuerſis offic.* Inſcriptio *huius leg.* male habet *P. V.*
A. D. 382 *l. 88. de Decurionibus.* PP. Karthag. *l. 14 de extraordinariis.* Lecta Capuæ. *l. 89. de Decurion.* Dat. Viminacio III. Non. Iul.
Conſul A. D. 381. cum Eucherio. A. D. 382. cum Antonio. Syagrii huius Præfecturam & Conſulatum memorat Ammianus Marcellinus, *lib 28. c. 2. Per Syagrium*, inquit, *tunc Notarium, poſtea Præfectum & Conſulem.* Auſonius quoque ad Syagrium carmen ſcripſit. Ad eundem Symmachi *epiſt. 14.* datæ extant *lib. 1.* ab *epiſt. 88.* ad *vltim.* de eodem agit & *lib. 3. epiſt. 19.* De Præfectura Prætoriana Italiæ eius indicium *ep. 96.* & *l. 4. de deſertorib.* de Præfectura Prætoriana Galliarum *epiſt. 95. 98.* Integro vero nomine dicebatur *Afranius Syagrius*, teſte Sidonio Apollinari, *lib. 1. epiſt. 7.* Triplicem eius Præfecturam idem memorat *lib. 7. ep. 12.* At cur? Ideo quia triennio eam continuauit, ait Sirmondus, nempe Anno 380. 381. 382. A quo diſſentit recte Gutherius 2. *de offic. dom. Aug. c. 7.* De hoc denique accipienda ſunt illa Ambroſii in Concilio Aquileienſi. *Denique etiam Præfectus Italiæ literas dedit, vt ſi vellent conuenire, in poteſtate haberent.* GOTHOFREDVS. Confundit duos Syagrios noſter. Nam Syagrius, qui anno 381. Conſul prodiit, diuerſus eſt ab eo, qui anno 382. geſſit Conſulatum. Vide Ant. Pagium *in diſſert. hypat. Prolegom. num. 27.* vbi de vtroque Syagrio fuſe egit. Adde *eiusdem Critic. an. 381. 382.* Relandi *Faſtos*, & *Chronologiam.*

SIBVRIVS ſub Gratiano PP. A. D. 379. *l. 7. de reparat. appellat.* Dat. Treu. III. Non. Dec. Ad hunc Siburium extant Symmachi epiſtolæ tres *lib. 3.* puta *epiſt. 43. 44. 45.* e quibus 43. ait, eum *Concilio publico* iudicio Principis acceſſiſſe. De eodem Siburio accipio Marcellum, Virum Illuſtrem ex Magiſtro Officiorum, in *epiſt. ad filios ſuos:* vbi *Illuſtrem* Virum vocat, & *Gallum* fuiſſe indicat. Vide Iuretum *ad Symmach. lib. 3. ep. 43.* Ad Siburium extant Libanii in Cod. Regio quinque *epiſt. 859. 875. 876. 883. 908.* Conſule *Indicem* Epiſtolar. *Edit. Wolff.*

SIGISBVLDVS Comes Conſul cum Aetio, A. D. 437. Ei inſcribitur *Nouella* Valentiniani *de tironib.* Vid. Pagium *in Critic. h. a.* & Relandum *in Faſt.*

SILVANVS ſub Conſtante Imp. Comes & Magiſter equitum & peditum A. D. 349. Limenio & Catullino COSS. *l. 2. de re militari.* Dat. Sirmio. Comes & Magiſter militiæ A. D. 349. *l. 3. de diuerſis officiis.* Dat. Sirmio. Hic poſtea Tyrannidem in Galliis adſumpſit, cæſusque eſt.

SILVANVS ſub Theodoſio Magno Dux & Corrector (γρ. Com.) limitis Tripolitani A. D. 393. *l. 133. de Decurion.* Dat. Conſtantinop.

SIMPLICIVS ſub Valentiniano Vicarius Vrbis Romæ A. D. 374. *l. 1. de his, qui latrones.* PP. Rom. Simplicii huius Vicarii V. R. meminit diſerte Am. Marcellinus, *lib. 28. c. 1.* Mentio & in Gratiani reſcripto apud Baronium *Annal. an. 381. num. 1.*

SIMPLICIVS ſub Arcadio Magiſter militum A. D. 396. *l. 56. de curſu publico.* Dat. Conſtantinop.
PP. P. A. D. 396. *l. 28. de Prætorib.* Dat. Conſtantinop. Agitur *hac leg.* de his, qui Ducatum adminiſtrarunt, & armatam militiam pertulerunt. Emendanda in hac lege Inſcriptio. Vide *not. b. ibidem.*
Comes & Magiſter vtriusque militiæ A. D. 398. *l. 3. de paſcuis.* Dat. Conſtantinop. Agitur *hac leg.* de pratis Antiochenis & Apamenis.
Ad hunc Simplicium extant tres Syneſii epiſtolæ, puta *epiſt. 24. 28. 130.* ex qua poſtrema de Magiſteria eius militum coniecturam facere licet.

SIMPLICIVS ſub Honorio Præſes Tripol. A. D. 399. *l. 59. de appellat.* Dat. Verona.

SIMPLICIVS, ſub Theodoſio Iun. Proconſul Aſiæ ſine die & COSS *l. 2. Cod. Iuſt. de officio Comitis ſacri patrimon.* Agitur *hac leg.* de Conſulari Helleſponti, & de Vicario Aſiæ. Meminit & *hac leg.* Patris ſui (Arcadii ſcilicet) Theodoſius.

SOPHRONIVS ſub Valentiniano Seniore Conſularis Piceni A. D. 370. *l. 71. de Decurion.* Dat. Treu.
Meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 26. cap.*

7. in

7. in gestis Anni 365. Sophronii Notarii postea P. V. Constantinopol. Sophronio Magistro septem Basilii epistolæ inscribuntur, puta *epistola 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335.* Sophronio ὑπάρχῳ Gregorii Nazianzeni *epistolæ 58. seu 52. 59. & 60.* Et *epist. 107. & seq.* Eidem Sophronio inscribitur Libanii *epist. 842. Edit. Wolff.* ex cuius argumento discimus, eum P. V. fuisse.

SPERECHIVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 397. *l. 12. de tyronibus*: *l. 14. de jure fisci.* Dat. Mediol. In *hac leg. Hyperechius* vocatur. Huius *Sperechii* vel *Hyperechii* Illustris Viri meminit Symmachus, *lib. 3. epist. 51. lib. 5. epist. 54. 66.* vbi haud obscure eum Comitem R. P. indicat, & Illustrem Virum vocat. In gestis purgationis Cæciliani & Felicis, sub Constantino, memoratur *Sperecius*, Sacerdos Iouis, Duumuir in Africa. Vide reliqua in *Hyperechius.*

STILICHO Comes & Magister vtriusque militiæ sub Theodosio Magno in Oriente A. D. 393. *l. 18. de erogat. militar. ann. l. 3. de salgamo.* Dat. Constantinopol.

Sub Honorio in Occidente per Galliam, & Italiam.

A. 398. *l. vlt. de filiis milit. appar.* Dat. Med.

A. D. 399. *l. 1. de excoctione & transl.* Dat. Med.

A. D. 400. *l. 12. de Veteranis*: *l. vlt. de re milit.* Dat. Med. Comes & Magister militum vocatur *hac leg.*

A. D. 407. *l. 18. de tyronibus*: Comes & Magister militum, vocatur *hac. leg. l. vltim. de Veteranis.* Dat. Romæ.

Consul A. D. 400. cum Aureliano A. D. 405. cum Anthemio. Vide Pagium in *Critic. h. a. Fastos* Relandi, & *Chronologium.*

Hostis publicus iudicatus Anno D. 408. *l. 1. de litorum & itin. custod.* Consule *Commentarium* ad hanc leg. in quo fuse de Stilichone actum. Eius & satellitum ipsius bona proscripta anno D. 408. *l. 20. 21. 22. de bonis proscriptorum.* Comitatu Vrbis Romæ iidem prohibiti *l. 20. de pœnis.* De Stilichone hoc passim Historici, Claudianus etiam *in Laud. Stilichon.* & nos *ad Philostorgium.* Ad eundem extant Symmachi *epist. 14. priores lib. 4.*

STRATEGIVS sub Honorio Vicarius Africæ A. D. 403. *l. 3. de ambitu.* Dat. Rau. Comes R. P. A. D. 410. Varane Cos. *l. 50. de hæreticis.* Dat. Rau. Ita habet Paris. editio. Male. Vid. *not. m. ad h. l.*

STRATEGIVS sub Theodosio Iun. PP. Illyrici A. D. 415. *l. 1. de decurionibus & silentiariis.* Dat. Constantinopol.

STRATOR sub Arcadio & Honorio Peræquator. Memoratur Anno D. 396. *l. 5. de Censitorib.*

STVDIVS sub Arcadio Comes R. P. A. D. 401. *l. 17. de bonis proscript. l. 23. de petitionib.* Eadem hæc lex est, & Data Constantinop. P. V. A. D. 404. *l. 37. de Episcopis.* Agitur *hac leg.* de incendio exorto Constantinop. *l. 11. Cod. Iust. de Episcopis.* Dat. Constantinop. IV. Kal. Septembr. *l. 5. de his, qui super religione.* Dat. Constantinop. III. Id. Septemb. Ad hunc Studium P. V. extat Chrysostomi epistola, inter Sauilianas *57. tomo 7. pag. 197.* Frontonianas *197. pag. 921.* Σπουδίῳ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, qua eum consolatur de morte fratris. De eo Theodorus Romanus Diaconus apud Palladium *in dial. pag. 11. Tom. XIII. Oper. Chrysostom. Edit. Benedictin.* in narratione de exilio Ioannis Chrysostomi, & de incendio tum Constantinopoli exorto, quo pertinent & hæ duæ constitutiones.

SYAGRIVS, vide *supra Siagrius.*

SYMMACHVS sub Constantino Magno sine dignitate Anno D. 319. Constantino A. V. & Licinio Coss. *l. 1. de denunciatione.* Dat. Sirmio. Acc. Corintho. Licinio & Constantino tribuitur hæc lex in Cod. Iust. *l. 2. Cod. Iust si ex pluribus tutor*, neque id male, vt docet *Chronologia*: *l. vnic. de dolo malo.* Dat. Naisso. Inscriptio ita habet, *ad Symmachum V. C.* In Cod. Iust. *ad Symmachum Vicarium*, male. Consul cum Gallicano A. D. 330. Hic integro nomine *L. Aurelius Symmachus.* Vide Pagium *in Critic. h. an.* & Relandi *Fastos.*

SYMMACHVS sub Valentiniano Sen. Hic integro nomine *Lucius Aurelius Auianius Symmachus.*

P. V. A. D. 364. D. Iouiano & Varroniano Coss. *l. 3. 4. 5. 6. de Pistoribus*: *l. 20. de erogat. mil. ann. l. 11. 12. de operibus public. l. 1. de priuileg. corpor. V. R. l. 2. de calcis coctorib. l. 1. de saccariis*: *l. 5. de pœnis*: *l. 8. de annona & tribut. l. 19. de cursu publ. l. 1. de canone frum. V. R. l. 1. de Nautis Tiberinis*: *l. 16. quorum appellationes*: *l. 34. de appellationib. l. 6. de bonis proscriptorum*: *l. 62. de Decurionib.*

A. D. 365. Valentiniano & Valente Coss. *l. 8. de pœnis*: *l. 8. & 11. de Pistorib. l. 2. de reparat. appellat. l. 9. de iure fisci*: *l. 2. de præd. nauicular. l. 12. tributa in ipsis speciebus*: *l. 1. de fide Catholica*: *l. 12. quorum appellationes.* Sine die & Coss. *l. 9. Cod. Iust. de dignitatib.* In quibusdam Codicibus hæc lex *Iuliano* tribuitur: in aliis *Valentiniano*, *Valenti* & *Gratiano*: & data dicitur ad *Symmachum PP.* in qua inscriptione, si vera, reponendum *P. V.* Symmachus hic, pater fuit Symmachi epistolographi, de quo mox. Hanc vero Symmachi Præfecturam Vrbanam memorat Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 3.* & Vetus inscriptio *apud Gruterum CCCLXX. 3.* cui additus Consulatus, *Gratiano IV. & Merobaude Coss.* id est, Anno D. 377. vbi & integro nomine LVCIVS AVRELIVS AVIANIVS SYMMACHVS vocatur.

SYMMACHVS (filius, Epistolographus) Hic integro nomine Q. AVRELIVS AVIANIVS SYMMACHVS in Fastis Capitolinis apud Onuphrium & Cuspinianum, audit: Macrobius quoque *in Saturnal. lib. 1. cap. 5.* & Sidonius Appollinaris *lib. 1. ep. 1.* hunc *Quintum* vocant. Sub Valentiniano Seniore Corrector Lucaniæ & Brittiorum A. D. 365. *l. 25. de cursu publico.* Proconsul Africæ A. D. 370. vel 373. *l. 73. de Decur.* Dat. Treu. Symmachus ipse Proconsularem Virum se appellat *lib. 10. epist. 16.* item caram sibi Africam dicit *lib. 2. epist. 63.* amicam *lib. 10. epist. 1.* iudicio & amore Karthaginis gloriatur, *lib. 8. epist. 20.* sibique gratulatur ob merita laudesque suas celebratas apud Africam *lib. 8. epist. 5.* Tandem in carmine *lib. 1. epist. 1.* de se:

Hos inter iuuenale decus, sed honore senili
Bisseno celsus, Symmache, fasce cluis.

Sub Valentiniano Iun. P. V. A. D. 384. Richomere & Clearcho Coss. *l. 44. de appellationib.* Post alia. Dat. Med. *l. 4. de sententiis ex periculo.* Dat. Med. *l. 9. Cod. Iust. de crimine sacril.* Dat. Med. Hic est ille Symmachus P. V. cuius hodie Epistolæ extant, cuius liber decimus continet ferme Relationes ipsius, tanquam P. V. Meminit huius Vrbanæ Præfecturæ, sibi delatæ, ipse *lib. 10. epist. 16.* Ambrosius *lib. 5. epist. 31. ad Valentinianum*, & *epist. 88. ad Eugenium*: Prudentius, qui aduersus eum scripsit. Augustinus *lib. 5. Confession. c. 13.* Paulinus *in vita Ambrosii.* Consul cum Tatiano A. D. 391. Huius Consulatus sui meminit ipse *lib. 1. epist. 1. lib. 2. epistola 62. 63. 64. lib. 5. epist. 10. 15. lib. 9. epist. 120. & vltim.*

Anni quoque sequentis Consulatus ita notatur in *l. 3. de fide & iure hastæ. Post Consulatum Tatiani & Symmachi*. Vide Iuretum *de dignitat. & scriptis Symmachi*. Pagium *in Critic. ad an. 391.* Relandi *Fastos, an cit.* Sirmondum *not. ad Ennodium VII. ep. 25.*

SYMMACHVS (nepos, Epistolographi filius) qui integro nomine *Quintus Flauius Memmius Symmachus* sub Honorio Imper. Proconsul Africæ A.D. 415. *l. 65. de appellat.* Dat. Rau.

Consul cum Victore A. D. 424. in *l. 1. de actionibus certo temp. fin.* appellatur, cum alias *Victor solus Cos.* ponatur in aliis legibus & Fastis. Neque Symmachus Victoris collega fuit: Marcellinus Castinum Victori collegam addit, cuius memoria damnata fuit. GOTHOFREDVS. De hoc Consulatu disputauit Iuretus de *dignitat. & script. Symmachi pag. 6.* & Pagius *in Critic. h. a.* aduersus Iureti & Baronii sententiam, qui sibi persuasere, quod & Noster fecit, Castini memoriam fuisse hoc anno damnatam, cum tamen id anno demum sequenti factum sit. Vide *Chronologiam.*

SYNESIVS sub Theodosio Iun. sine dignitate A. D. 412. *l. 10. de curiosis.* Dat. Constantinop.

Synesius hic est Comes S. L. vt vel ex *d. l. 10.* satis colligitur, cuius mortui mentio quoque fit in *l. vltim. de murilegulis*, Anno D. 436. cui successit Anysius: Anysio post alios, Apollonius *d. l. vltim.* Eiusdem meminit auctor Chronici Alexandrini *an. 407. pag. 717. Edit. Rader.* Consule *Commentarium ad d. l. 10. & vltim.* καὶ Συνέσιος καὶ (hæc vox tollenda est) Κόμης τῶν λαργιτιώνων. Videndus & Synesius Episcopus Cyrenæus *epist. 18. 35.*

SYRIANVS sub Theodosio Iuniore Grammaticus Græcus Constantinopol. A. D. 425. Fit eius mentio *l. vnic. de professoribus qui in Vrbe Constantinop.* Dat. Constantinop.

T

TARIOBANDVS, siu. TORIOBANDVS sub Gratiano, Valentiniano & Theodosio Dux Mesopotamiæ *l. 1. Cod. Iust. quæ res venire*, sine die & Consule. Forte est Hariobaudes, vacans Tribunus, de quo Marcellinus sub Constantio *lib. 18. cap. 2.* nam & alii Codices habent *Cariobandi.*

TATIANVS sine dignitate A. D. 349. *l. 2. de raptu virginum.* Forte *Titianus*. Vide infra voc. *Titianus.*

TATIANVS sub Valente Præfectus Ægypti A. D. 367. Lupicino & Iouino Coss. *l. 1. si Curialis relicta ciuitate.* Dat. Constantinop.

Tatiani huius Præfecti Ægypti mentio apud Suidam, in voce Ουάλης: in *Vita Athanasii* apud Photium *Cod. CCLVIII. pag. 1450. Edit. Schotti.* & in Chronico Alexandrino, vbi dicitur, eum *Lupicino & Iouino COSS.* introiisse in Alexandriam primum Augustalium, VI. Kal. Febr. adduntur que duo præterea de eo. Nempe, eum condidisse in Alexandria fluuium (id est, lauacrum vel Aquæductum) qui vocatur *Tatianus.* Item eum portas fecisse, dictas Petrinas, auro perfusas. In eodem Chronico iterum Augustalius fuisse dicitur, A. D. 374. 375. 376. verum Coss. ibi turbati.

Comes S. L. A. D. 374. *l. 8. de murilegulis.* Dat. Antiochiæ. Agitur *hac leg.* de Lynifis Scythopolitanis. *l. 1. de fabricensib.* Dat. Antiochiæ. Agitur *hac lege* de Antiochia & de Constantinopoli. *l. 8. de falsa moneta.* Dat. Antiochiæ. Sine die & Coss. *l. 2. Cod. Iust. de commerciis. huic legi* inscribuntur perperam Gratianus, Valentinianus & Theodosius.

Sub Theodosio Magno PP. A. D. 380. *l. 3. Cod. Iust. de litigiosis.* Dat. Thessalonicæ. Item rursus Constantinop.

A. D. 385. *l. 3. Cod. Iust. de offic. Præf. Prat. Orientis.* Dat. Cap. (γρ. Constantinop.)

A. D. 386. *l. 16. de accusationib.*

A. D. 388. *l. 2. de his, qui super relig. cont.* Dat. Stobis. *l. 119. de Decurionib.* Dat. Scupis. Fit mentio *hac leg. Bithyniæ*, & variorum in ea oppidorum. *l. 2. de fabricensibus.*

A. D. 389. *l. 120. de Decurionib. l. 5. ne quid publ. lætit.* Inscriptio *huius legis* sic habet, *Haue, Tatiane K. NB. l. 17. de hæreticis: l. 16. de cohortalibus.* Dat. Med. Erat hoc tempore Theodosius in Italia. *l. 9. de falsa moneta.* Dat. Constantinop. id est, reddita. Inscriptio *huius legis* sic habet, *Haue Tatiane K. NB. l. 5. de Quæstionibus.* Dat. Foro Flaminii. *l. 19. de hæret.* Dat. Med.

A. D. 390. *l. 4. de tutoribus: l. 17. de accusationibus: l. 121. de Decurionibus: l. 27. de Episcopis: l. 18. de extraordinariis.* Dat. Med. *l. 28. de Episcopis: l. 122. de Decurionib. l. 1. de Monachis: l. 19. de nauicular.* Dat. Veronæ.

A. D. 391. Consul cum Symmacho. Vide Pagium in *Critic. h. a. Fastos* Relandi & *Chronolog.* Eodem anno etiam fuit PP. *l. 1. de patribus, qui filios distr.* Dat. Mediol. *l. 19. de extraordinariis.* Dat. Med. Diserte in inscriptione *huius legis* Tatianus vocatur *PP. Orientis. l. 4. de naufragiis: l. 123. de Decurionib. l. 5. sine censu.* Dat. Constantinop.

A. D. 392. Arcadio II. & Rufino Coss. *l. 15. de pœnis.* Data Constantinop. Agitur *hac leg.* de *Comite Orientis*, & de *Præfecto Augustali. l. 1. Cod. Iust. si secundo nupt. l. vltim. de defensoribus ciuitatum: l. 8. de Iudæis: l. 2. de Monachis: l. 2. de hæreticis: l. 127. de Decurionibus.* Dat. Constantinop. Prid. Kalend. Iul. *l. 25. Cod. Iust. de procuratoribus.* Dat. XVIII. Kal. Octobr.

A. D. 393. *l. 19. de erogat. mil. ann.* Dat. Constantinop. *Hanc leg.* Rufino PP. inscribi oportet. *Tatianus* hic PP. factus in locum Cynegii: testis Zosimus, *lib. 4. cap. 45.* de quo plura idem *cap. 52.* Eidem in PP. suffectus Rufinus: vide in *Rufinus.* De huius cæde & proscriptione Claudianus, Zosimus, Libanius in Lucianum, Asterius. Vide, quæ dixi *ad leg. 9. de indulgent. crim.* & *l. 13. de bonis proscript.* & Antonium Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. an. D. 392.* cuius verba leges, *ad d. l. 13.* Huius Tatiani mentio Anno 393. *l. 12. 13. de bonis proscriptorum: l. 23. de annona & tributis: l. 131. de Decurionibus:* & *l. 19. de erogat. mil. ann.* & Anno 396. *l. 9. de indulgent. criminum.* Ad Tatianum extant in Cod. Vaticano plures Libanii epistolæ *lib. 1. epist. 95. lib. 2. epist. 236. 243. 263. 264. 298. lib. 5. epist. 167. 176. 205. 209. 245. 249. 277.* In Regio vero Codice quindecim *epistolæ 109. 399. 336. 747. 751. 767.* vbi multæ eius laudes congeruntur *768. 795. 806. 837. 855. 880. 884. 886. 914.* De eodem agit *& epistola 781. 815.* Consule *Indicem* Epistolarum *Edit. Wolfii.*

TAVRVS sub Constantio PP. A. D. 353. *l. 4. de Paganis.* Præfert hæc lex male Annum 342. *l. 40. de Decur.* Dat. Rau.

A. D. 355. Arbitione & Lolliano Coss. *l. 8. Cod. Iust. vbi causæ fiscales.* Dat. Sirmii. *l. 2. de erogat. milit. ann.* Dignitatis titulus omissus *hac leg.* Agitur *hac leg.* de *Africa l. 43. de Decurionibus.* Data Mediolani. *l. 2. de Iurisdictione.* Dat. Mediolani. *l. 1. de Legatis.* Dat. Mediolani. Agitur *hac leg.* de Pro-

de Prouinciis *Africanis. l. 8. de exactionibus.* Acc. Karthag.

A. D. 356. vel 357. *l. 5. de diuersis rescriptis.* Data Mediol.

A. D. 357. *l. 8. de extraordinariis.* Dat. Mediol. *l. 2. de Curiosis.* Dat. Mediolani. *l. 5. de Actuariis.* Dat. Romæ. *l. 8. de cursu publico.* Data Mediolani. *l. 3. de Iurisdictione.* Dat. & Accepta loco non addito. *l. 1. de lustrali collatione.* Acc. Romæ; *l. 9. de cursu publico.* Dat. Mediol. *l. 3. de erogat. milit. ann.* Dat. Sirmio. *l. 27. de appellationibus.* Dat. Sirmii. Agitur *hac lege,* de *Sardinia, Sicilia, Campania, Calabria, Bruttiis, Piceno, Æmilia, Venetia* & cæteris, deque P. V.

A. D. 358. *l. 4. de bonis proscriptorum.* Dat. Sirmi. Acc. *l. 2. de murilegulis.* Dat. Mediol. *l. 6. de cohortalibus.* Data Epistola PP. cui hæc sacra fuerat antelata. *l. 6. de maleficis.* Dat. Arimini. *l. 7. de diu offic.* Dat. Med.

A. D. 359. *l. 9. de extraordinariis.* PP. Romæ. Agitur *hac leg.* de *Africa, Italiæ Vrbicariis regionibus & Sicilia, l. 28. de appellationib.* Dat. Singiduno. Acc. Romæ.

A. D. 360. *l. 15. de Episcopis.* Data epistola Mediol. Agitur *hac lege* de Synodo Sirmiensi, item de *Italia, Hispania & Africa, l. 2. de lustrali conlat.* Acc. Karthag.

A. D. 361. *l. 7. de cohortalibus: l. 49. de Decurionibus: l. 4. Cod. Iust. de Episcopis.* Dat. IV. Kal. Septemb. De Tauro hoc P. P. per Italiam Ammianus Marcellinus, *lib. 21. cap. 6. 9. lib. 22. cap. 3.* & Iulianus *Orat. ad S. P. Q. Athen. pag. 524.* siu. *286. Edit. Spanhem.* Sulpitius Seuerus *lib. 2. sacræ historiæ cap. 41.* aliique, in historia Synodi Ariminensis: a Iuliano in exilium actus Vercellas, eodem An. 361. quo ipse Consul cum Florentio prodiit. Ammianus *lib. 22. c. 3. Acta super eo* (Tauro) *gesta, non sine magno legebantur honore, cum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri & Florentii, inducto sub præconibus Tauro.* Adde Pagium *in Critic. h. a.* & Relandi *Fastos.*

TAVRVS sub Theodosio Iuniore Comes R. P. A. D. 416. *l. 12. de Palatinis S. L.* Constantinop.

Consul A. D. 428. cum Felice. Vide *Chronologiam.*

PP. Anno D. 433. *l. 16. de indulgent. debitorum: l. 17. seu vltim. de numerariis: l. 9. Cod. Iust. de adsessoribus domesticis,* &c. Dat. Constantinop. Iungendæ autem hæ leges: omissa dignitas in *huius legis* inscriptione.

PP. & Patricius A. D. 434. *l. 15. de indulgent. debitor.* Dat. Constantinop. *l. vnic. de bonis Clericorum.* Isidorus ei successit in PP. Orientis, Isidoro Florentius.

Ad hunc Taurum Patricium extat Theodoreti *epistola 88.* vbi etiam ait eum, τὰς μεγίςας κεκοσμηκότα ἀρχὰς, καὶ τὰς ὑπερτάτας εἰληφότα τιμάς: *ornasse maximas potestates, & supremos accepisse honores,* item tribuit ei μεγαλοψυΐαν, *magnificentiam;* tandem, τῶν ἀξιωμάτων τὸ ὕψος, καὶ τὸ τῶν νομίμων πρωτεύειν, *omnium dignitatum apicem, & quod inter iustos æquosque principatu obtineat.* Ad eundem extat Isidori Pelusiotæ *lib. 3. epist. 365.* vbi eum vocat, ἀρχικῆς ἀρετῆς ἀψευδέςατον βασανιςήριον, *virtutis illius, quæ a præfecto requiritur, verissimum examen,* & *lib. 5. ep. 40.* ἀγχινοίας τέμενον, *sagacissimum virum.*

TAVTOMEDES, sub Valentiniano Sen. Dux Daciæ Ripensis A. D. 364. *l. 13. de operibus publicis.* Dat. Med. vide *Teutomeres:* cui inscribitur Libanii *Epistola 1287.* Forte idem *Teutomeres,* qui Protector Domesticus fuit Constantii, teste Ammiano Marcellino *lib. 15. c. 3.* & Francus, vt iam quoque conIecit Valesi. *de gestis veterum Franc. lib. 1. p. 44.* & *ad Ammian. l. c.*

TERENTIVS sub Valentiniani Sen. Corrector Tusciæ A. D. 364. *l. 4. de Iurisdictione.* Dat. Med. *l. 61. de Decurion.* Agitur *hac leg.* de Vrbe Vulsiniensium. A. D. 365. *l. 65. de Decurionib.* Dat. Mediolani. Terentii huius Correctoris Tusciæ meminit Ammianus Marcellinus *lib. 27. c. 3.*

TERENTIVS sub Theodosio Magno Episcopus Scythiæ. A. D. 381. *lex 3. de fide Catholica.* Data Heracleæ.

TERTVLLIANVS sub Constantino Magno P. V. Comes diœceseos Asianæ. A. D. 330. *lex 1. finium regundorum.*

TERTVLLVS sub Constantino Magno Proconsul Africæ. A. D. 326. *l. 3. de falsa moneta.* In *huius legis* inscriptione male expressum *P. V. Africæ,* pro *PC. Afric.* An hic *Tertullus* idem est cum eo, qui postea sub Constante Vicarius Vrbis Romæ fuit Anno D. 340. de quo *Notitia vetus Præfectorum Vrbi:* mox & P. V. sub Constantio: cuius meminit Marcellinus, *libro 19. cap. 10.* & *lib. 21. c. 10?*

THALASSIVS sub Constantio PP. A. D. 357. *l. 7. de Iudæis.* Data Mediolani. Huius Thalassii PP. Antiochiæ præsentis sub Gallo C. & sic PP. Orientis, meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 14. c. 1. & 7.* vbi eum arrogantis ingenii vocat, meminit & in causa Photini Epiphanius *hæresi 71.* & scribit Synodo Sirmiensi & disputationi Basilii interfuisse, vna cum Datiano, Cereale & Tauro. De eius apud Constantium auctoritate & gratia Zosimus *lib. 2. cap. 43.* in rebus Magnentii. Hic antea Comes fuerat, teste Athanasio *ad solitariam vitam agen. pag. 637. Edit. Commelin.* Idem a Constantio ad Constantem fratrem missus Pœtobionem, eodem Athanasio teste, *Apol. ad Constantium.* Ad eundem extant quatuor Libanii epistolæ in Codice Vaticano *lib. 2. epist. 291. lib. 3. epist. 67. 77. lib. 5. epist. 213.* in Regio *epist. 378.* & *847.* Consule *Indicem Epist. Edit. Wolff.*

THALASSIVS sub Gratiano & Valentiniano Iuniore Proconsul Africæ. A. D. 378. *l. 37. de appellationib. l. 23. quorum appellationes.* Dat. Treuer. *l. 24. d. tit. l. 25. d. tit.* Dat. Treu. *Thalassius* hic, quem cum superiori nonnulli perperam confundunt, Ausonii gener fuit. De cuius Proconsulatu Ausonius socer, in Epicedio patris, sub persona patris sui, *v. 45.*

Huius & ego natum & generum Proconsule vidi,

Et in Protreptico ad Nepotem, *v. 43.*

- - - *Et cui*

Proconsul genitor, Præfectus auunculus instant.

De hoc vide & Symmachum *lib. 1. epist. 19.* & *lib. 5. epist. 58.* Integro vero nomine *Euronius Thalassius* vocabatur.

THALASSIVS, sub Theodosio Iun. Comes R. P. A. D. 430. *l. vltim. de petitionibus.* Dat. Constantinop. Hic Thalassius postea PP. fuit: teste Socrate *in fin. hist eccles.* & quidem per Illyricum, vt docet *lex 7. Cod. Iustin. de aduocat. diuers. Iudiciorum.*

THEMISTIVS sub Constantio Philosophus. Fit eius mentio in Constantii *leg.* Anno D. 361. *l. 12. de Prætoribus:* vbi ait, eius scientiam dignitatem augere: eidemque ius tribuit Senatui & Senatusconsulto celebrando interesse. Ad hunc Themistium Philosophum, qui & Præfectus Vrbi Constantinopolitanæ fuit, extant duæ Gregorii Nazianzeni *epistolæ 139.* & *140.* plures item Libanii, quas vide in *Indice Edit. Wolff.*

THEODORVS sub Constantio P. V. Præses Arabiæ. A. D. 346. *l. 4. de pœnis.* Consularis Syriæ Cœles A. D. 347. *l. 8. quorum appellationes.* Alius ab hoc

hoc Theodorus Consularis Syriæ, ad quem extat Chrysostomi *epistola* inter Frontonianas 139. De Theodoro Consulari Syriæ Libanius *de vita sua, pag. 69. Edit. Morell.* & ad quem proculdubio extant plures eiusdem *Epistolæ* in Codice Vaticano & Regio. Vide *Indicem Edit. Wolff.*

THEODORVS sub Gratiano & Valentiniano Comes R. P. A. D. 380. *l. 12. de extraordinariis munerib.* Data Treueris. Agitur *hac lege* de Suburbicariis partibus. Hanc Comitiuam R. P. Theodori indicat simul & describit Claudianus Panegyrico in eius Consulatum *a vers. 38.*

Hinc sacra mandantur opes, &c.

Sub Honorio fuit PP. bis, vt docet Claudianus (Galliarum primo) A. D. 395. *l. 140. 148. de Decurionibus.* Data Mediolani. Memorat hanc Theodori Præfecturam Prætorianam Galliarum simulque eam describit Claudianus in Cos. huius Theodori a *v. 47. Sic cum clara diu.* &c. In hac P. Prætoriana Galliarum successit Theodoro Vincentius, vide Symmachum *epistola 23. lib. 9.* P. Italiæ postea, quo tempore Vincentius PP. Galliarum erat: hanc memorat & describit, & laudat Claudianus *v. 197.*

Sic fatus, tradente Dea, &c.

A. D. 397. *l. 21. de extraordinar.* Agitur de Episcopo Vrbis Romæ. *l. 30. de Episcopis: l. 22. de extraordinariis.* Dat. Mediolani. *l. 13. de tyronibus.* Dat. Patavi. Agitur *hac lege* de *Amplissimi Ordinis petitione.*

A. D. 398. Honorio A. IV. & Eutychiano Coss. *l. 37. de operibus publicis: l. 157. de Decurionibus: l. 1. de pretio panis Ostiensis: l. 4. de Canone frum. Vrbis Romæ: l. 20. de Pistoribus: l. 31. de Episcopis.* Agitur *hac lege* de Iudicibus *Africanis*, & de Comite *Africæ. l. 11. de Iurisdictione: l. 1. Cod. Iustin. de statuis.*

A. D. 399. *l. 58. de appellationibus: l. 12. de Agentibus in rebus.* Hanc eius geminam Præfecturam Prætorianam memorat & describit Claudianus Panegyrico in eius Consul. *v. 22.*

- - ipsa hac Amplissima Sedes
Orantem stupuit. BIS LAVDATVRA REGENTEM.

Item *v. 12.*

- - eadem rursum complexa potestas
Euehit & reducem notis imponit habenis.

Et *v. 144.*

Sed meritis tantum redeunt, actusque priores
Commendat repetitus honos, virtusque reducit.

Aperte quoque eum indicat Symmachus *lib. 9. ep. 23.* ad eundem eiusdem Symmachi 13. epistolæ extant *lib. 5.* ab *epist. 4.* Consul autem Anno D. 399. in cuius Consulatum extat Claudiani Panegyricus, vti quoque meminit Symmachus *lib. 5. epist. 5. 6. 10. 11.* Vid. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. an. cit.* Relandi *Fastos*, *Chronologiam*, & Rubenii *dissertat. de vita Fl. Mallii Theodori.*

THEODORVS sub Honorio PP. A. D. 408. *l. 4. de indulgent. debitorum.* Dat. Mediolani. Agitur *hac leg.* de Italia. *l. 20. de pœnis: l. 20. de bonis proscriptor.* Data Mediolani. *l. 21. dicto tit.* Agitur his legibus de Stilichone, eiusque satellitibus & de Vrbe Roma. *l. 4. de testimoniali.* Dat. Rauennæ. Agitur *hac lege* de Vrbe sacratissima *l. 22. de bonis proscriptorum.* Dat. Rauennæ. Agitur *hac lege* de Stilichone eiusque filio Eucherio. *l. 7. de officio Rectoris Prouinciæ: l. 16. Cod. Iust. si certum pet.*

PP. II. A. D. 408. *l. 45. de hæreticis.* Dat. Rau. V. Kal. Decemb.

PP. A. D. 408. *l. 39. de Episcopis.* Dat. Rauennæ. Kal. Decemb. *l. 1. de litorum & itiner. custod.* Dat. Rauennæ. Agitur *hac leg.* de Stilichone. *l. 25. de petitionibus.* Dat. Rau. IV. Id. Decembr. Agitur *hac leg.* de Illyrici partibus: & Illyricum Oriensque opponuntur Imperii parti, cui Honorius præerat. *l. vltim. de postliminio.* Dat. Rau. *l. 8. Cod. Iust. de Episcop. aud.*

A. D. 409. *l. vnic. si nuptiæ ex rescripto pet.* Data Rauennæ.

PP. II. A. D. 409. *l. 46. de hæreticis.* Agitur hac lege de Donatistis. Dat. Rauennæ.

PP. Sine die & Cos. *l. 3. Cod. Iust. de commerciis: l. 20. Cod. eod. de nuptiis.* Theodori huius PP. meminit Zosimus, *lib. 5. c. 44.* in Anni 409. gestis: vbi & Præfectura eum deiectum, eique Cæcilianum suffectum scribit.

THEODORVS sub Theodosio M. Defensor A. D. 385. *l. 4. Cod. Iust. de defensorib. ciuit.* Constantinop.

THEODORVS sub Theodosio Iun. Melloproximus, vt videtur Scrinii libellorum. Huius fit mentio Anno D. 416. *l. 17. de proximis.* Dat. Constantinop.

THEODOSIVS (Theodosii Magni Imp. pater) Magister Equitum sub Valentiniano & Valente Anno A. D. 365. *l. vnic. de Nuptiis Gentilium.* Referam potius *hanc legem* ad Annum 370. vel 373. Huic eidem vindico *legem 1. Cod. Iust. quæ res exportari*, quæ *Theodorum Magistrum* militum præfert.

Hic Theodosii M. pater est, Arcadii & Honorii auus, cuius Ducis vel Comitis multa & egregia mentio apud Am. Marcell. *lib. 27. 28. 29.* Ambrosium de *fun. Theod.* Symmachum *lib. 10. epist. 1.* Eundemque pluribus commendat Pacatus *Panegyrico ad Theodosium filium eius.* De hoc V. Claudianum, in III. Honorii Cos. Zosimum *lib. 4.* Orosium *lib. 5. cap. 33.* Hieronymum *Chronico*, & alios nominatim. De gestis in Britannia antequam Magister Equitum esset A. 367. 368. 369. agit Marcellinus *lib. 27. cap. 8.* & *lib. 28. cap. 3.* Perstringit & Claudianus *in III. Honorii* Cos. *v. 53.* &c. & *in IV.* Cos. *v. 24. seq.* mox Magister equitum factus Anno D. 370. in locum Valentis Iouiani, teste Marcellino *lib. 28. cap. 3.* Eius itaque iam Magistri Equitum gesta Anno 370. in Rhetia aduersus Alamannos, memorat idem *lib. 28. cap. 5.* Anno 371. in Africa, *lib. 28. cap. 6.* & Anno 373. rursum in Africa, *lib. 29. cap. 5.* Perstringit & Claudianus *d. loco:* & in IV. Cos. *Honor.* & de bello Gildon. a *v. 330.* De eius in Africa cæde (Anno vt coniicitur 376.) Hieronymus in *Chronico*, Orosius *lib. 7. cap. 33.* vide & Ambrosium in *fun. Theod.* & Pagium *in Critic. ad Annales Baron. an. D. 373. n. 5.*

THEODOSIVS M. Imp. eiusque Consulatus. Vide *Chron. histor.* & *Chronologiam.*

THEODOSIVS Iun. Imp. eiusque Consulatus. Vid. *Chron. hist.* & *Chronolog.*

THEODOSIVS sub Valentiniano III. Primicerius Notariorum Anno A. D. 426. in subscriptione *l. 14. de Senatoribus & glebali conlatione.* Per hunc ea lex in Senatu recitata dicitur: quæ data est ad Senatum V. R.

THEODOSIVS PP. A. D. 430. *l. vltim. de susceptoribus.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de Byzacena & de Proconsulari Prouincia.

THEODOTVS sub Theodosio Magno Magister Officiorum A. D. 393. *l. 4. de metatis.* Dat. Constantinop.

A. D. 394. *l. 14. de re militari.* Dat. Constantinop.

P. V. A. D. 395. *l. 5. de Principibus Agentium.* Dat Constant.

THEODOTVS sub Theodosio Iuniore, Comes Ægypti A. D. 435. *l. 8. de Principibus Agentium in rebus.* Forte hic est *Theodorus Augustalius*, ad quem Isidorus Pelusiota *epist.* scribit 462. *lib. 5. & lib. 3. epist. 50.*

THEOPHILVS sub Arcadio Vicarius Asiæ A. D. 398. *l. 16. de re militari.*

THEO-

THEOPHILVS sub Arcadio Episcopus Alexandrinus A. D. 404. *l. vltim. de his, qui super relig.* Eius fit mentio apud Eunapium *in vit. Ædesii pag. 76. Edit. Commelin.*

THEOPHILVS sub Theodosio Iuniore P. V. A. D. 425. *l. vnic. de Professoribus, qui in Vrbe Constant.* Dat. Constantinop. A. D. 426. *l. 22. de diuersis officiis.* Dat. Nicomediæ. Agitur *hac leg.* de regionibus Vrbis Const.

THEOPHILVS sub Theodosio Iuniore Grammaticus Latinus Sophista Constantinop. Fit eius mentio Anno D. 425. *l. vn. de Professor. qui in Vrbe Const.*

TIBERIANVS sub Constantino Magno Comes per Africam A. D. 326. Constantino A. VII. & Constantino Cæs. Coss. *l. 1. quemadm. mun. ciuilia* A. D. 327. Constantino Cæs. V. & Maximo Coss. *l. 15. de Decurionib.* PP. Karthag. In *hac leg.* dicitur *Annius Tiberianus Com.* non addito diœceseos nomine.

TIBERIANVS sub Constantino Magno Vicarius Hispaniarum A. D. 336. Nepotiano & Facundo Coss. *l. 5. de sponsalib.* Acc. Hispali. Proprætfectis igitur hic Galliarum per Hispanias fuit. At Hieronymus in Chronico Anno 337. id est, hoc ipso Anno, eum Præfectum Prætorio Galliarum perperam facere videtur. In Cod. Iust. extat quoque Anno D. 332. *l. 6. de seruis fugitiuis* ad Tiberianum Comitem Hispaniarum. Tiberiani denique fit mentio in Valentiniani Iunioris *l. 1. Cod. Iust. de fundis limitrophis.* A. D. 385. vbi dignitas eius non memoratur. Accursius & Cujacius Præfectum Prætorio fuisse coniiciunt. Quidam nuper male Magistrum militum, mox Proconsulem Hispaniæ facit. Inscriptio vetus in Hispania referente Ambrosio Morales, *lib. 10. hist. Hisp. c. 44.*

EX. OFFICINA
HOMONI. VTE
RE. FELIX. VAS
CONI. IN
X
PRO. C. TIBERIA
NO. FACTVM
EST. HORREVM
D. N. VALENTI
NIANO. AVG.
TER. ET. EVTRO
PIO. V. C. CONS
SCRIB. ELEFANTO.

Procul dubio hic idem, qui postea P. V. fuit: cuius meminit Vopiscus initio *vitæ Aureliani*, quem Iunium Tiberianum vocat. Vide. quæ scripsi in Comment. *ad d. leg. 5. de sponsal.* Tiberianus enim Comes cum Vicario Hispan. idem esse videtur.

TIMASIVS sub Theodosio Magno Comes & Magister Equitum A. D. 386. *l. 5. de sentent. ex periculo.* Dat. Constantinop. Timasii huius Magistri militum meminit Ambrosius *lib. 10. epist. 89.* vbi Magistrum equitum & peditum vocat, *Tunc Timasius Magister equitum & peditum cœpit aduersus Monachos esse vehementior.* Ad hunc extant quatuor Symmachi epistolæ *lib. 3. epist. 70.* (qua Castrenses curas ei adscribit) 71. 72. qua Felicem ei commendat probabilem, exercitatione militiæ, eius vt considerationem habeat. 73. qua & *epist. 70. 72.* militare eius officium indicat. De eo Zosimus *lib. 4. cap. 49.* in gestis A. 389. eumque Peditum Magistrum vocat *lib. 4. cap. 51. 57.* & *lib. 5. cap. 8. 9.* De eodem & Philostorgius *lib. 10. c. 8.* De eius exitu & exitio Zosimus *d. lib. 5. cap. 9.* Asterius *homilia in festum Calend. in fin.* Sozomenus *lib. 8. c. 7.* Hieronymus *in Epitaphio Nepotiani Tom. I. Oper. pag. 15. Edit. Francf.* vide & Suidam duobus locis in V. παιδεία & in V. Τιμάσιος. Consul cum Promoto Anno D. 389. Vid. Pagium in *Critic. h. a.* Relandi *Fastos* & *Chronologiam.* Adde obseruationem Valesii ad *Sozomen. lib. 8. cap. 7.*

TIMOTHEVS sub Theodosio Magno Episcopus Alexandrinus. Fit eius mentio Anno D. 381. *l. 3. de fide Catholica.*

TITIANVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 316. *l. 2. de cursu publico.*

TITIANVS sub Constante P. V. A. D. 340. *l. 1. de sepulchro viol.* Dat. Med. VII. Kal. Iul. vbi male *Tatianus* audit.

Titianus hic P. V. fuit Anno D. 339. & A. D. 340. v. Notitiam veterem Præfectorum. Vbi integro nomine *Fabius Titianus* vocatur. Et in veteribus inscriptionibus Romæ apud Gruterum CXCIII. 4. 7. 8. & CCCCVII. 8. TI. FABIVS. TITIANVS. Sine dignitate A. D. 343. *l. 36. de Decurion.* Dat. pro *Acc.* forte Trieris.

PP. A. D. 349. *l. 3. de re milit.* De hoc Titiano PP. Galliarum Hieronymus *Chronico*, Anno Constantis 8. id est, Anno 344. Hic postea Magnentii partes secutus est. Sub eodem P. V. fuit A. D. 350. 351. vt testatur Vetus Notitia Præfectorum Vrbi. Ab eodem ad Constantium legatus missus fuit, auctor Zosimus *lib. 2. cap. 44.* vbi vocatur εἷς τῶν ἀπὸ τῆς Ῥώμης συγκλήτου βουλῆς, *vir ordinis Senatorii Romæ.*

TITIANVS sub Valente Comes S. L. A. D. 377. *l. 14. de diuersis officiis.* Dat. Antiochiæ. Vid. *not. c. ad h. leg.*

TITIANVS sub Valentiniano Iun. Vicarius Africæ. A. D. 380. *l. 17. de Pistorib.* Dat. Triu. Hic est *Celsinus Titianus*, ad quem extant Symmachi *epist. 13. lib. 1.* ab *epist. 56.* qui eum Vicarium Africæ fuisse aperte indicat, *epist. 57. 58. 59. 62. 63. 64. 67. 68.* ac nominatim Numidiæ Consularem sub eo fuisse *epist. 63.* & Mauritaniæ Cæsaream *epist. 58* vbi etiam meminit Clementis Episcopi Cæsarienses. Idem *epist. 59.* curam Annonæ Vrbicæ ex Africa Romam subuehendæ, ei incubuisse significat, quod etiam optime respondet *l. 17. de Pistorib.* De eodem accipio & Symmachi *epist. 84. lib. 2.* & *lib. 8 epist. 67.* Eundem Paganum fuisse ostendit *epist. 58. & 62. 65. 67.*

TORIOBANDVS sub Valentiniano, Gratiano & Theodosio Dux Mesopotamiæ, sine die & Consule *l. 2. Cod. Iust. quæ res venire.* Forte Hariobaudes: Nam alii Codices habent *Cariobandi*, de quo Marcellinus sub Constantio A. 359. *lib. 18. cap. 2.*

TRIFOLIVS Comes S. L. sub Theodosio Magno A. D. 384. *l. 7. de Palatinis S. L. l. 14. de murilegulis.* Dat. Heracleæ A. D. 385. *l. 8.* & *9. de Palatinis S. L.* Dat. Constantinop. PP. sub Valentiniano Iun. A. D. 388. *l. 15. de heret.* Dat. Stobis. *l. 6. 7. de infirm. his, quæ sub tyr.* Dat. Aquil.

A. D. 389. *l. 3. de decuriis Vrbis Romæ.* Dat. Med. Agitur *hac leg.* de Vrbe Roma. Fuit igitur PP. Italiæ. Hic Trifolius ex Comite S. L. sub Theodosio Magno, sub Valentiniano Iun. PP. Italiæ fuit, vide quæ dico ad *l. 15. de heret.*

TRIGETIVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 423. *l. 4. de collat. donatar.* PP. in foro Traiani. Papianus *lib. Responsorum tit. 1. §. vlt.* habet *Strategio*, male. Trigetii cuiusdam meminit quoque Symmachus *lib. 1. epist. 38.* Et Paulus Diaconus Trigetii, in *Theodosio Iun. lib. 14. hist. miscell. pag. 94. Tom. I. Script. Rer. Ital.* qui Vandalis Afri-

cæ

cæ portionem dedit ad inhabitandum pace magis necessaria, quam vtili. Sed & Augustinus *lib. de vita beata* Trigetii sæpe meminit, quem suum ciuem & discipulum vocat. Omitto posteriora.

TROILVS (*Troinus* editum) sub Arcadio Comes S. L. A. D. 401. *l. 11. de Senatoribus & glebali collat.* PP. Med. Synesii ad hunc Troilum sunt *epist. 26. 73. 91. 112. 118. 123.* de eodem agit & *epist. 47.* Male porro in *d. l. 11.* editum *Troino*. De Troilo Sophista sub Theodosio Iun. v. Socratem *lib. 7. c. 1.*

TVSCIANVS sub Theodosio Magno Comes Orientis A. D. 381. *l. 26. de Episcopis.* Dat. Constantinop. Meminit Tusciani, quocum familiariter vixit Iulianus, Eunapius *in Iuliano pag. 120. 127. Edit. Commelin.* Sed hic alius.

V

VALENS Imperator, & Consulatus eius. Vid. *Chron. histor. Chronologiam*, & *Fastos* Relandi.

VALENS sub Honorio Comes Domesticorum A. D. 408. *l. 42. de hæret.* Dat. Rau. An is Valens, de quo Zosimus in gestis Anni 409. *lib. 5. cap. 45.* & *lib. 6. c. 7.*

VALENTINIANVS Senior, Imperator, eiusque Consulatus, Vid. *Chron. hist. Chronolog.* Pagius *in Critic.* & *Reland. Fast.*

VALENTINIANVS Iunior, Imperator, eiusque Consulatus. Vid. *citat.*

VALENTINIANVS III. Imperator, Constantii Imperatoris & Placidiæ filius. Vid. *cit.*

VALENTINVS sub Constantino Magno Consularis Numidiæ A. D. 330. *l. 7. de Episcopis.*

VALENTINVS sub Valentiniano Sen. Consularis Piceni A. D. 365. *de exhibendis reis: l. 4. quibus equorum vsus.* Dat. Med. *l. 5. de pactis: l. 17. de operib. publ.* Meminit & Ammianus Marcellinus sub Constantio *lib. 18. cap. 4.* in gestis Anni 359. Valentini Tribuni Protectorum, mox Ducis in Illyrico: vt & sub Valentiniano *lib. 28. cap. 3.* Valentini Pannonii exulis in Britannia res nouas molientis. Kalendarium quoque vetus Romanum, quod Heruagius primus edidit, sub Constantio ferme scriptum, *Valentino* cuidam inscribitur.

VALERIANVS sub Constantino Magno sine dignitate A. D. 317. *l. 4. Cod. Iust. de seruis fugitiuis.*

VALERIANVS (al. Valentinianus) sub Constantino Magno agens Vicariam Præfecturam A. D. 330. *l. 3. de sponsalibus. Valerius* quidam Vicarius Africæ, ad quem Constantinus Magnus literas dedit, de exilio Donatistarum soluto & eorum furore Deo vindici mittendo, apud Augustinum *post. collat. cap. 33.*

PATERNVS VALERIANVS sub Constantino Magno sine dignitate, sine die & Consule *l. 1. de Perfectissimatus dignitate.* Hic idem videtur cum Valeriano agente vicariam Præfecturam an. 330. Vide quæ dixi in *Commentar. ad leg. cit.*

VALERIANVS sub Valentiniano Sen. Vicarius Hispaniarum A. D. 365. *l. 2. de offic. Rector. Prou.* Prælata Veronæ. *l. 4. de custodia reorum.* Prælata literis V. C. Vicarii Veronæ.

VALERIANVS sub Valentiniano Seniore P. V. A. D. 336. *l. 9. de accusationib.* Dat. Remis. Vbi notanda illa *Sedis Tuæ.*

VALERIANVS sub Gratiano & Valentiniano Iuniore P. V. A. D. 381. *l. 5. de honorariis codicillis.* Dat. Mediol. *l. 2. de Primiceriis: l. 2. de proximis* Dat. Med. Iungendæ sunt inter se, hæ leges. In *huius legis* inscriptione omissa dignitas. *l. 2. de Equis Curulib.* Dat. Aquil. Agitur *has leg.* de Campanorum populo, & de factionibus in Vrbe venerabili. *l. 6. de scenicis.* Agitur *hac lege* de Vrbe Roma. Dat. Treu. *l. 7. dicto tit. l. 8. eod. tit.* Dat. Aquileiæ. Valeriani V. C. Senatoris præcelsæ potestatis, seu potissimæ dignitatis, Anno 384. meminit Symmachus *lib. 10. epist. 44.* cui lar in Epiro erat.

VALERIVS sub Theodosio Magno Comes S. L. A. D. 386. *l. 11. de Palatinis S. L.* in subscriptione Legis.

VALERIVS sub Theodosio Iun. Inspector cum Theodoro & Arsacio. Meminit Theodosius Iun. Anno D. 415. *l. 6. de patrociniis vicorum.*

VALERIVS sub Theodosio Iun.

Comes R. P. A. D. 425. *l. 32. de petitionib.* Sine die & COSS. *l. vlt. Cod. Iust. de agricolis & mancip. dom.*

Comes S. L. A. D. 427. *l. 17. de murilegulis.* Magister Officiorum & Ex-Consule ordinario, A. D. 435. *l. vltim. de Princip. Agent. l. vlt. de metatis.* Dat. Constantinop. Ad *Valerium* Virum Illustrem Comitem extat Augustini Epistola. De eo & *lib. adu. Iulianum:* item eiusdem libri duo de *Nuptiis*: vbi v. initum *lib. 2.* GOTHOFRED. Hic Valerius Consul prodiit cum Aetio A. D. 432. in Oriente, vbi Magister Officiorum fuit, & Nestorianæ factioni fauit, vt liquet ex epistola Ioannis Antiocheni ad eum data, ideoque diuersus est a *Valerio* Comite, S. Augustini amico, licet vtrumque Gothofredus & Em. Cardinalis Norisius *lib. 2. hist. Pelagianæ c. 15.* inter se confundant. Ex legibus enim, quas laudant, satis patet, Valerium hoc anno Consulem gessisse dignitates varias in Oriente, eo tempore, quo Valerius, amicus S. Augustini, agebat in aula Honorii Imperatoris. Consule Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. an. 432.* Relandum in *Fastis*, & *Chronologiam.*

VARANES Consul sub Theodosio Iun. A. D. 410. Annus quoque proximus 411. ita notatus *PC. Varanis.* Hic anno 407. στρατηλάτης erat cum Arsacio, vt testatur Chronicon Alexandrinum. Ad Varanem extat Libanii *Epistola 1024. Edit. Wolff.* Vide Pagium in *Critic. ad an. 410.* & Relandi *Fastos.*

VARVS sub Honorio V. C. Vicarius Vrbis Romæ A. D. 398. in subscriptione *l. 25. de annona & tributis.* Hic Varus omnino videtur, ad quem extat Symmachi *epist. 16. Auctuarii:* vbi agit de Apulia & Campania, aitque Varum Prouincialium aduersis mederi, salutaremque manum laborantibus porrigere, eundemque hortatur, vt iter ad *Campaniam* celeriter promoueat, & vt Apulis subueniat, a quibus frumenta poscebantur: Porro *Campania & Apulia* inter alias Prouincias sub dispositione Vicarii Vrbis Romæ fuere, vt docet *Notitia Imperii.*

VENANTIVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 422. *l. 13. de indulg. debitor.* PP. A. D. 423. *l. 2. de decurion. & silent.* Dat. Rau.

VERINVS sub Constantino Magno dignitatis titulus omissus A. D. 314. *l. 1. de Curatorib. Kalendarii.* PP. Kal. Febr. *Hac leg.* integro nomine *Locrius Verinus* vocatur. Verini huius Vicarii Præfectorum per Africam, quo tempore Ælianus erat Proconsul Africæ (Anno 314.) meminit Constantinus *epist.* ad Probianum P. C. Africæ apud Augustinum *epist. 68.* siu. *88. num. 4. p. 214. Edit. Benedictin.* Dignitatis titulus omissus A. D. 319. *l. 1. de falsa moneta: l. 1. de inoffic. testam. Hac leg.* integro nomine *Lucrius Verinus.* Sed addita dignitate, dicitur Vicarius Africæ *l. vnic. de parricidiis.* Data A. D. 318. Acc. Karthag. A. 329. *l. 1. de famosis libellis.* PP. Kart. Eiusdem Constantini ad Valerium Verinum Vicarium Africæ episto-

la

la, seu Indulgentia pro Donatistis ab exilio relaxandis Crispo II. & Constantino II. Coss. III. Nonas Maias, memoratur. In Collatione Karthag. *die 3. c. 549. Tom. I. Concil. Harduin. pag. 1143.* ab Augustino *in breuiculo collationis diei 3. circa fin. & post collat. cap. 31. 33. & epist. 152.* siu. *141. num. 8. 9. Edit. Benedictin.* Vide quæ noto in *Commentario ad cit. leg. 1. de famosis libellis.* Sine dignitate, A. D. 324. *l. vn. de his, qui veniam ætatis: l. 1. familiæ erscifcundæ.* In his legibus supple *P. V.* Fuit scilicet Lucer, vel Lucrius Verinus P. V. ab Idibus Sept. Anno 323. toto Anno 324. ad Pridie Nonas Ianuar. vsque, Anno 325. vt testatur Vetus Notitia Præfectorum Vrbi, quam vid. in nostra *Notitia Dign.* A. D. 326. *l. 2. de suar.* dignitate omissa. Videtur subscriptio legis in mendo cubare. Consule ibi *not. b.* Porro de hoc *Verino* extat Symmachi Epigramma *in Auctuario Epist. I.*

VERONICIANVS Vicarius Asiæ sub Constantino Magno A. D. 334. *l. 4. de Numerariis.* Sub Constantio *l. 2. de his, quæ administ.* A. D. 346. *l. 6. de extraord. mun.*

VERSENNIVS Fortunatus, vide *supra Fortunatus.*

IVLIVS VERVS sub Constantino Magno Vicarius Italiæ, A. D. 321. *l. 4. de priuileg. eorum, qui in sacro Palatio.* PP. Id. Mart.

VETTIVS Rufinus, vide *supra Rufinus.*

VICTOR sub Constantino Magno A. D. 327. Rationalis Vrbis Romæ, *l. 14. de appellat.*

VICTOR sub Valente Imp. Dux Ægypti. A. D. 364. *l. 5. de Legatis.* Agitur *hac lege* de Legatis Gentilium & Regulis.

VICTOR sub Valente Imper. Magister militum A. D. 364. *l. 11. de erogat. mil. ann.* Dat. Bona mansione. Hic Victor factus στρατηγὸς a Iuliano, teste Zosimo *lib. 3. cap. 11.* inque ea dignitate retentus a Valentiniano, *lib. 4. cap. 2.* Ad hunc Victorem στρατηλάτην extat Basilii *epist. 374.* vt & Gregorii Nazianzeni *epist. 133. 134.* vbi diserte dignitatem seu officium eius militare designat. De eodem Ammianus Marcellinus, *lib. 26. cap. 5.* & *lib. 27. cap. 5.* Hunc vero Christianum & Orthodoxum fuisse Basilius testatur *d. epist. 374.* & Gregorius *d. epist. 133.* qua eum hortatur ad procurandam pacem Ecclesiæ.

Consul cum Valentiniano NP. P. Anno D. 369. Errauit itaque Baronius, qui cum Onuphrio statuit, Victorem Consulem huius anni, esse *Aurelium Victorem* celebrem historicum. Vide Pagium *in Critic.* h. a. Relandum *in Fast. & Chronologiam.* Ad Victorem hunc ἀπὸ ὑπάτων extat Basilii *epist. vlt.* Ad Victorem quoque Libanii est *Epist. 1544. Edit. Wolff.* De Victore quoque nonnulla monet Harduinus *ad Themistii Orat. 9.*

VICTORINVS sub Constantino Magno Veteranus. Fit mentio Anno A. D. 320. *l. 2. de Veteranis.*

VICTORIVS sub Theodosio Magno Proconsul Asiæ A. D. 392. *l. 125. de Decurion. l. 8. de reparat. appellat.* A. D. 393. *lib. 50. de appellat. l. 4. de Cognitorib. l. 5. de reuocandis donat.* lungendæ inter se. *l. 4. de constitut. Principum.*

A. D. 394. *l. 22. de hæreticis.*

VICTVRVS sub Honorio Proconsul Africæ. A. D. 398. *l. 3. de Calumniatoribus.*

VINCENTIVS sub Honorio sine dignitate A. D. 395. *l. 33. de operibus publ. Huius legis* inscriptio sic habet, *Haue Vincenti K. NB.*

PP. Galliarum A. D. 397. *l. 5. Cod. Iust. de Iurisdict.*

PP. A. D. 398. Honorio IV. & Eutychiano Coss. *l. 58. de cursu.* Dat. Mediol. *l. vnic. de Burgariis.* Dat. Med. *Hac leg.* fit mentio Hispaniarum.

PP. Galliarum A. D. 399. Theodoro Cos. *l. 26. de annona & trib.*

PP. A. D. 399. *l. vnic. de centurionib.* Dat. Med. A. D. 400. *l. 6. de metatis.* Dat. Med.

PP. Galliarum A. D. 400. Stilichone & Aureliano Coss. *l. 10. de desertorib. l. 1. 2. 3. de his, qui condit. propr. l. 1. vtrum vi.*

PP. sine die & Coss. *l. 33. Cod. Iust. de agricolis & censitis.*

PP. A. D. 400. *l. 61. de cursu.* Fit mentio *hac leg.* Macrobii, qui Vicarius Hispaniarum erat, vt docet *l. 15. de Paganis.*

Ad hunc Vincentium scriptæ extant tres Symmachi *lib. 9.* epistolæ *7. 9. 23.* in qua postrema docet, eum in Præfectura Prætoriana Galliarum Theodoro suffectum. Meminit eius & Seuerus Sulpitius *1. dialogo c. 25.* Consul cum Frauitta Anno D. 401. Vide Pagium in *Critic. h. a.* Relandi *Fastos*, & *Chronolog.* De Vincentio multa legis apud Baronium in *Annal. an. 400. n. 19.*

VINDICIANVS sub Gratiano Vicarius A. D. 378. *l. 9. de metallis.* Agitur *hac leg.* de Præfectis Prætorio Galliarum & Italiæ, & de Sardinia. Sine dignitate A. D. 379. *l. 12. de Medicis.* Dat. Triuer. Comes Archiatrorum hic est: cuius epistola extat inter opera Medicorum. Vide *Commentar. ad d. l. 12.*

VITALIANVS sub Theodosio Iun. Dux Lybiæ A. D. 417. *l. 16. de numerariis.* Dat. Constantinop.

VITALIS sub Honorio Præfectus annonæ. A. D. 403. *l. 21. de Pistorib.* Dat. Rau.

VIVENTIVS sub Valentiniano Sen. P. V. A. D. 364. *l. 7. de Pistorib.* Dat. Altino. In *hac leg.* Symmachi P. V. nomen reponendum. A. D. 367. *l. 11. de pœnis: l. 3. de indulgent. crim.* Dat. Rom. (γρ. Remis.) Meminit huius Viuentii P. V. Ammianus Marcellinus, *lib. 27. cap. 3.* vbi tamen in MSS. optimis *Iuuentius* vocatur, pariter vt apud eundem *lib. 26. cap. 4.* cuius & Iuuentii P. V. sub Valentiniano meminit Symmachus *lib. 10. epist. 43.* ad filium eius Valentinianum Iun. Et ita hic in Codice Theod. reponendum censet Doctiss. Valesius *in notis ad Ammianum.*

VIVENTIVS sub Valentiniano Sen. PP. Galliarum. A. D. 365. *l. 4. de censu.*

PP. A. D. 365. *l. 3. de relationib.* Dat. Treu.

PP. Galliarum A. D. 365. *l. 5. de tyronib.* Dat. Triberis. Referendæ sunt ad Annum 368.

PP. A. D. 368. *l. 30. de cursu publico.* A. D. 369. *l. 1. ne operæ a collator. l. 4. de officio Rector. Prou.* Dat. Treu. *l. 10. de diuers. offic.* Dat. Complati.

PP. Galliarum A. D. 369. *l. 1. de fide & iure hastæ.* Dat. Treu. Huius quoque nomen forte reponendum loco *Licinii* in *l. 1. Cod. Iust. de fundis limitr.*

PP. A. D. 370. *l. 6. de censu.* Dat. Triu. A. D. 371. *l. 75. de Decurionib.* Dat. Treu.

P. V. A. D. 371. *l. 1. de scenicis.* Dat. Triu. Reponendum hic PP. vt probo *not. c. ad h. l.*

VOLVSIANVS, sub Constantino Magno A. D. 314. Volusiano & Aniano Coss. *l. 1. de nauicular. l. vnic. de ingenuis.* PP. Romæ. P. V. A. D. 315. *l. 2. quorum appellat.* PP. V. Kal. Mart. Rom. Hic *Volusianus P. V.* fuit a VI. Idus Decemb. Anno 313. toto Anno 314. & 315. ad XIII. Kal. Sept. vt docet auctor Notitiæ Præfectorum.

Consul cum Anniano A. D. 314. Vide Pagium in *Critic. h. a.* & *Fastos* Relandi.

Sine dignitate A. D. 321. *l. 1. de Medicis & Professor.* PP. (γρ. P. V.) sine die & Cos. *l. 2. Cod. Iust. de dignitatib.*

VOLVSIANVS sub Constantio Vicarius Vrbis A. D. 355. Arbitione & Lolliano Coss. *l. 2. de incestis nupt.* Dat. Rom.

PP. A. D. 355. *l. 2. de his, qui per metum.* Dat. Mediol. *l. 26. de appellat. l. 12. quorum appellat.* In *hac leg.* fit mentio Præfecti Vrbis & Proconsulis (Africæ scilicet.)

P. V. A. D. 355. *l. 6. Cod. Iust. qui testam. fac. poss.* Dat. Med.

VOLVSIANVS sub Valentiniano Sen. P. V. A. D. 364.

l. 1. de conditis in publ. horrea, forte Aproniano inscripta. Agitur *hac leg.* de Præfecto Vrbis & de Præfecto annonæ. Dat. VI. Id. April.

A. D. 365. *l. 22. de cursu publico*. Prolata literis XII. Kalend. Mart. Rom. Accepta IV. Kal. April. Venabri. Hac lege iubetur Volusianus cunctos iudices monere. *l. 18. de Prætoribus*. Sinceritas tua. Data IV. Kalendas Iul. *l. 67. de Decurionibus*. Data Mediolani III. Kalendar. Iul.

Vicarius Vrbis A. D. 365. *l. 3. de calcis coctorib.* Dat. Med. III. Id. Aug. Serenitas tua Parens Karissime & amantissime.

P. P. A. D. 365. *l. vnic. de secundo lapsu*. Dat. Mediol. III. Non. Sept.

P. V. sine die & Coss. *l. 1. Cod. Iust. de officio* P. V. Iungenda est hæc *l. 1. Cod. Iust. de apparit. PF. ann.* Item, *l. 1. de conditis*.

Mentio huius Volusiani P. V. in quinque veteribus inscriptionibus apud Gruterum *XXVIII. 5. CI. 9. CCLXXXV. 6. CCCXXXVI. 1. 2. CCCLXXXVII. 5.* Vbi *Ceionius Rufus Volusianus* integro nomine tempore Valentis Imp. nuncupatur. Iterum Præfectum V. fuisse docent quatuor inscriptiones. Puto fuisse primum P. V. A. 364. ante Symmachum, & iterum Anno 373. Valentiniano & Valente IV. Coss.

P. Prætorio Anno D. 365. *l. 1. Cod. de precibus Imp. offer.* vbi subscriptio habet Dat. Rom. XV. Kal. Octobr. Vide & inscriptionem apud laudatum *Gruterum XXVIII. 5. l. 2. de præscript. 30. vel 40. ann.* Dat. VIII. Kal. Aug. al. P. V. Agitur *hac leg.* de Præfectorum Prætorio sententiis.

Est & alius *Rufius Antonius Agrippinus Volusianus*, Præfectus Vrbi, in veteri inscriptione apud Gruterum, *CLXXXXIII. 10.* vide quæ dixi *not. b. ad l. 22. de curs. publ. & l. 1. de condit. in publ. horr.*

VOLVSIANVS sub Valentiniano III.

PP. A. D. 428. *l. vlt. de tyronib.* Dat. Rau. Fit mentio *hac leg.* Proconsularis Prouinciæ.

A D. 429. *l. 35. de annona & trib.* Dat. Rau. *l. 32. de susceptorib.* Dat. Rau. *l. 4. Cod. Iust. de legib.* Dat. Rau.

Sine die & Cos. *l. 5. Cod. Iust. de executorib.* Extat ad hunc Illustrem Volusianum Augustini *Ep. 1.* & *3.* & retro ipsius Volusiani ad Augustinum *epist. 2.* Eiusdem meminit Augustinus *epist. 5.*

Sub Constantio Imp. Valentiniani III. patre idem Anno D. 421. fuit P. V. ad quem eo Anno exstat Imp. illius edictum aduersus Pelagianos ac nominatim aduersus Cœlestinum, quod legitur apud Baronium *ad an. 420. initio*. De huius conuersione per Proclum Ep. Constantinop. Anno D. 434. vide Baronium ex Metaphr. 31. Ianuar. Photium *bibl. n. 53. pag. 43. Edit. Schotti.*

VRANIVS sub Constantio A. D. 339. *l. 5. de annona & trib.*

VRSACIVS sub Honorio Comes R. P. A. D. 414. *l. 2. Cod. Iust. de officio Com. S. Pal.* seu *l. vltim. Cod. eod. de offic. Com. R. P.* A. D. 416. *l. 13. de Censitorib.* A. D. 417. *l. vlt. de locat. fund.* Dat. Rau.

VRSICINVS sub Valente Comes A. D. 364. Fit eius mentio in Valentis *l. 12. de erogat. mil. ann.*

VRSICINVS sub Valentiniano Præfectus annonæ A. D. 372. *l. 14. de Pistorib.* Data Triu. De hoc accipiendus Marcellinus *lib. 28. c. 1.* quem & Vicarium Vrbis Romæ post Maximinum fuisse indicat.

VRSICINVS sub Honorio Comes S. L. A. D. 405. *l. 19. de bonis proscriptor.* Dat. Rau. Agitur *hac leg.* de bonis Gildonis.


VRSVS, sub Constantino Magno Vicarius A. D. 314. *l. 1. de dilationib.* Dat. II. Non. Mart. *Vrsus* Rationalis Africæ in *epist.* Constantini Magni, quæ data Anno A. D. 313. ad Cæcilianum Ep. apud Eusebium *lib. 10. cap. 6.* Itaque hic reponendum *ad Vrsum* VI. CL. vide quæ ad *eam l. plura noto.* Sine dignitate A. D. 337. (Refero ad Annum 313.) *l. 5. Cod. Iust. vbi causæ fiscales.* Sub Constantio & Constante Consul cum Polemio A. D. 338. Vide Pagium *in Critic. & Fastos* Relandi.

VRSVS sub Theodosio Iun. P. V. A. D. 415. *l. 1. de decur. & silentiar. A. D. 416. l. 180. de Decurionib.* Dat. Constantinop. *l. 2. de frumento Vrbis Const.* Vrsi huius P. V. meminit ter Anno 415. & 16. Chronicon Alexandr.

Z.

ZENOPHILVS Consul cum Dalmatio Anno Domini 333. Vide Pagium in *Critic. h. a.* & Relandi *Fastos*.

ZOSIMVS sub Valentiniano Præses nouæ Epiri. A. D. 373. *l. vnic. de stratoribus.* Data Apolloniæ (id est, reddita) *l. vnic. ne Præfectianus.* Data Mediolani.



TOPOGRAPHIA THEODOSIANA
SIVE
ORBIS ROMANVS
EX
CODICE THEODOSIANO
DEPROMPTVS.



TOPOGRAPHIA CODICIS THEODOSIANI.

PARS PRIMA
QVA CONTINENTVR
GENERALIA *de Imperio Romano, eiusque Diuisione & Partibus.*

I. IMPERIVM *Romanum.*

ORBIS appellatione notatur: quo sensu *Romanus* orbis *l. vltim. de fide Cathol. l. 5. de metallis.*

Terrarum Orbis *l. 5. de nauiculariis:* omnis orbis terrarum *l. 18. de hæreticis.*

Totus orbis *l. 6. in fin. de hæreticis.*

Orbis, & *orbis terrarum*, pro Imperio Romano: Æthicus *Cosmogr. pag. 706. Edit. Gronov. Omnis orbis terræ intra annos 32. a dimensoribus peragratus est.* Sic apud Græcos οἰκουμένη: vel illo D. Lucæ *cap. 2.* loco, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην: vnde & *Oecumenicis* Conciliis nomen.

II. *De Imperio Romano diuiso in Occidentale & Orientale: seu Geminos orbes: quomodo eos vocat Claudianus, idemque geminam aulam, geminos axes.)*

Occidentales partes. *l. 48. de hæret. l. vlt. de Iudæis.*

Occiduæ partes *Nouella Theod. 2.* Hesperia hæc sæpe Claudiano.

Oriens l. 1. de littorum & itin. custod.

Partes Orientis *l. 158. de Decurion.* Ita Theodosius Magnus *l. 2. de fide Cathol.* intelligendus, de Oriente, *cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum.*

Ita Honorius (cui Occidentis Imperium cesserat) *ex Oriente* (inquit) *ad hanc Imperii partem, d. l. 1. de littorum & itin. custod.*

in nostro Orbe, ait idem *l. 20. de Paganis.*

Occidentali, scilicet cui ipse præerat: non vniuerso Orbe Romano, vt perperam visum nuper nonnemini. Gemini quippe Orbes fuere. Claudianus, *de bello Gildonico v. 3.*

Conspirant GEMINI frænis communibus ORBES.

Rutilius Numantianus, de veteri Roma *lib. 1. v. 47.*

Exaudi Regina TVI pulcherrima MVNDI.

Sidonius, de noua Roma, seu Constantinop. *carmin. 2. v. 30.*

regina Orientis

ORBIS Roma TVI.

Quam constat meis partibus esse damnosam: ait Idem Honorius *l. 158. de Decurionibus.*

Theodosius Iunior quoque *l. 2. de littor & itin. custod. Vt nullus nostri possit Imperii regiones inrepere.*

Diuerso ideo quoque iure Oriens & Occidens quandoque vtebantur *l. 158 de Decurion.*

Vtriusque vero, Orbis sua quædam & summa Metropolis, & Regina fuit, *Roma*, & *Constantinopolis*, noua Roma, de quo in *Vrbibus.*

III. *De* DIOECESIBVS, *in quas diuisus vterque Orbis, & sic Imperium Romanum.*

I. *Mentio* fit *Diœceseon* hoc Codice *l. 17. de susceptoribus: l. 34. de nauicular. l. 23. in princ. de diuers. offic. l. 3 de equorum conlat. l. 9. de Legatis: l. 12. de metallis*, &c. *l. 11. de medicis:* & aliis legibus sequentibus.

II. Diœcesis *est* plurium simul Prouinciarum administratio. Ideo opponuntur singulæ Prouinciæ, integræ diœcesi *l. 9. de Legatis:* & *l. 3. de equorum conlat.*

Balsamo, *in Can. 9. Chalcedon.* διοίκησις δέ ἐστιν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ, *diœcesis vero est, quæ multas Præfecturas in se continet.* vide & Notitiam *Imperii, &c.*

III. *Synonyma* diœceseon.

1. *Partes*, pro diœcesi: veluti

   1. *Ægypti* partes in subdititia *l. vltim. de Episcopali iudicio:* seu Ægyptiacæ, *l. 14. de nauiculariis.* Itaque & Alexandrinus Episcopus *d. l. vlt.* dicitur *Præsul in suis partibus omnium Sacerdotum, id est, per Ægypti diœcesim.*
   2. *Macedoniæ* partes: quomodo repono *l. 3. de Senatorib.*
   3. *Illyrici* partes *l. 25. de petitionib.* seu Illyricianæ partes *l. 49. de operib. publ.*
   4. *Italiæ* partes *l. 15. de Episcopis.*
   5. *Orientis* partes *l. 3. de militari veste: l. 3. de fide Cathol.*
   6. *Suburbicariæ* partes *l. 12. de extraordinar. munerib.*

   Partes etiam pro tractu quouis, *l. vltim. de Curiosis.*

2. *Tractus* pro diœcesi, veluti

   Ægyptiacus tractus *l. 3. de Indictionib.*

   Illyrici tractus *l. 8. de metallis.*

   Sic *Orientalis* tractus *l. vltim. in princ. Cod. Iust. de tempor. & reparat. appellat.* Ammianus *lib. 15. c. 2. Constantii nomine per omnes Orientis tractus abolito.* Orientis tractus *l. 13. Cod. Iust. de fundis patrimon.*

IV. *Nomina diœceseon singularum.* (Vide plura parte 2. in Notitia Diœceseon.)
Sub *Theodosio Magno* Anno D. 381.
1. *Thracia*, in qua Constantinopolis, Scythia, Marcianopolis.
2. *Ægyptus*: cuius Metropolis, Alexandria.
3. *Oriens*: in qua Laodicea, Tarsus.
4. *Asia* & Asiana diœcesis: in qua Iconium, Antiochia (Pisidiæ scilicet.)
5. *Pontica* diœcesis: in qua Cæsarea (Cappadociæ) Melita, Nisa *l. 3. de fide Cathol.* Sozomenus *lib. 7. cap. 9.* Quam diuisionem secuta quoque Catholica Ecclesia, *canone 2. Concilii Constantinopolit.* vide & Socratem *lib. 5. cap. 8.* qui canonem illum enarrat, de quo plene ad *eam l. 3.*

Ægypti Diœcesis *l. vlt. de Episcop. iudicio*: quæ & Ægyptiaca diœcesis *l. 97. de Decurion.*
Africana Diœcesis *l. 3. de equorum conlat.*
Asiana Diœcesis *l. 3. de militari veste*: *l. 12. de metallis*: *l. 69. de Decurionibus*: *d. l. 3. de fide Cathol.*
Galliarum Diœcesis *l. 11. de Medicis & Professoribus.*
Pontica Diœcesis *l. vnic. de Comitibus & Tribunis schol. d. l. 3. de militari veste*: *l. 7. de desertor. l. 42. de cursu publico*: *l. 12. de metallis*: *l. 94. de Decurionibus*: *d. l. 3. de fide Cathol.* (Socrates, *lib. 25. cap. 8.*) *l. 10. de hæretic.*

V. *Præfectis Prætorio* plures regulariter diœceses parebant *l. 2. in fin. de Episcop. iudicio.*
Itaque & in *l. 4. de Prætoribus*: pro *Diœcesim* legat quis *Diœceses*: nisi forte *Diœceseos* ibi appellatio pro integra Præfectura exaudienda. Et sane in inscriptione reponendum *P. V.*

VI. *Singulæ* Diœceses regebantur a
1. *Comitibus.* Itaque, *Comites diœceseos*, *Ducibus Prouinciarum* opponuntur *l. vnic. de Comitibus & Tribunis scholarum.*
2. *Vicariis l. 9. de Legatis.*
Vnde Vicarii, dicuntur Diœceseon Vicarii, *l. 7. de desertoribus*: *l. 42. de cursu publico*: *l. 12. de exactionib. l. 66. 69. 94. de Decurion. l. 9. de Legatis*: *l. 10 de hæreticis.*
Diœceses fortiti *l. 1. ne quis in palat. man.*
Propræfectis Diœceses sibi creditas temperare *l. 4. de proximis Comitib. dispositionib.*
Itaque & Rectoribus Prouinciarum Vicarii opponuntur passim: vt *d. l. 9. de Legatis.*
3. *Magistri militum* erant per singulares diœceses, vide *Notit. Dignit.*
4. Comes thesaurorum diœceseos occurrit *l. 23. seu vlt. in princ. de diuers. offic.*
5. *Rationales* singularium diœceseon fuere. Vide *Notitiam Dignit.*

VII. Diœceseon
1. *Legationes*, de quibus vide *Paratitlon de Legatis*, quæ singularum Prouinciarum legationibus opponuntur *d. l. 9.*
2. *Synodi l. 23. de Episcopis.* (Synodi Diœceseon sunt Synodi Episcoporum e multis Prouinciis sub vno Patriarcha constitutorum: sic in actis Ephesini Concilii *pag. 1283. 1284. Tom. I. Concil. Harduin.* ἡ συνελθοῦσα Σύνοδος ἐν Αλεξανδρείᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, *congregata Synodus Alexandriæ ex Ægyptiaca diœcesi.* Item, ἡ ἁγία Σύνοδος τῆς Ανατολικῆς διοικήσεως, *sancta Synodus orientalis diœceseos.* dixi fusius ad *d. l. 23.*)
3. *Susceptores l. 17. de susceptoribus.*

VIII. *Metropoles* Diœceseon.
Alexandria, Ægyptiacæ Diœceseos Metropolis. Ideo
Sedes Præfecti Augustalis fuit Alexandria: *l. 1. de Alexandr. pleb. primatib.*
Leges ad Præfectum Augustalem datæ propositæ Alexandriæ *d. l. 1.* Theodoretus, *lib. 1. cap. 2.* Αλεξάνδρεια πόλις ἐστὶ μεγίστη, οὐκ Αἰγυπτίων μόνον, ἀλλὰ καὶ Θηβαίων καὶ Λιβύων τῶν πρὸς Αἴγυπτον τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένη: *Alexandria vrbs est maxima, non Ægypti solum, verum etiam Thebaidos ac Lybiæ, quæ Ægypto finitima est, metropolis.*
Thessalonica, Macedoniæ. Ideo *lex 2. sine censu*, quæ inscribitur Comiti Macedoniæ, Thessalonicæ data dicitur: *Data*, inquam, id est reddita: eo quippe tempore Constantinus in Macedonia non erat (Antipater, *lib. 1. ἀνθολογ. cap. 26. Epigram. vlt.*

Θεσσαλονίκη
Μήτηρ ἡ πάσης πέμψε Μακεδονίης.
Thessalonica, totius Macedoniæ mater misit.
vide & Theodoretum, *lib. 5. c. 17.*)

Karthago, Africæ diœceseos Metropolis. Ideo
Leges ad Vicarium Africæ datæ, propositæ Karthagine: vt *l. 9. de metatis*: *l. 1. de famosis libell. l. 84. de Decurionib.*
Ludos in ea Sacerdotes Africani edidere *l. 145. 176. de Decurion. l. 20. de Paganis.*
In Africano Orbe quasi Romam Karthaginem vocat Saluianus *lib. 7. cap. 16.* quem consule.
Vide plura in Vrbibus.
Trieris, Galliarum Metropolis. Ideo,
Clarissima ciuitas per diœcesim Galliarum, vocatur *l. 11. de Medicis & Professorib.*
Leges ad Præfectum Prætorio Galliarum datæ, propositæ vel datæ seu redditæ Treueris: veluti, *l. 50. de cursu*: *l. 5. de proximis Com. dispos.* & *l. 1. de his, qui cum disp. l. 5. de Veteranis*: *l. 2. de Numerar.*
Vide Ausonium, Zosimum, Ammianum, &c.

IV. *De* PROVINCIIS *seu* REGIONIBVS, *in quas subdiuisum Imperium.*

Diœceses singulæ Prouinciis pluribus constabant *l. 3. de equorum conlatione*: Hinc adeo integra diœcesis & singulæ Prouinciæ opponuntur *l. 9. de Legatis.*

I. *Regiones*, & *Prouinciæ* Regio, pro Prouincia, etiam in *l. 24. de corhortalib. l. 9. de executoribus.*
Repetitio inanis in *l. 10. de Curiosis*, videatur, vbi scriptum, *per diuersas regiones atque Prouincias.* Verum alio significatu.
Regionis appellatio eo loco accipienda: pariter vt *l. 2. in fin. de integri restitut.* & *l. vlt. de defensor. ciuit.*

II. *Principatum* Prouinciarum vna, in diœcesi obtinebat: veluti, Africa.
Africa, (ait *l. vltim. de tyronibus*,) *omnium intra Africam* (diœceseon) *Prouinciarum obtinet principatum.*

III. *Nomen* Prouinciæ de Metropolis quandoque nomine inditum. Ita Karthago Prouincia *l. 9. de Decurionibus.* Sext. Rufus, *in Breuiario ad Valentin. c. 4. Per omnem Africam sex Prouinciæ factæ sunt, ipsa vbi Carthago est Proconsularis.* Suidas Καρχηδών: ἡ Αφρική. Dicta & *Prouinciæ Carthaginensis.*

IV. Aliæ Mediterraneæ, aliæ mari alluuntur *l. 9. de metallis.* Item aliæ
Contiguæ eædem & *transmarinæ Prouinciæ*: quæ in multis diuerso iure fuere, inque his constituti.

tuti *l. 2. de Pratorib. l. 13. de iure fisci: l. 27. de petitionib. l. 41. 45. 46. 64. de appellation. l. 1. de Comitibus rei militaris*: vel continuæ Prouinciæ *l. 8. circa fin. de desertorib.* vnde *transmarina dilatio*, quæ datur ad probationes ex transmarina Prouincia petendas, *l. vlt. de dilat.*

Italis, transmarinæ Prouinciæ sunt Africanæ: & vicissim *Afris*, Romanæ & Italicæ. Itaque passim apud Africanos Scriptores, & Canones, *transmarinæ Ecclesiæ, transmarini Episcopi, transmarina Concilia.* Ita etiam *transmarina iudicia*, sunt ferme *Romana.*

V. *Termini* Prouinciarum singularum: deque SVA cuiusque priuati Prouincia, EADEMQVE est *l. 10. de accusat. & 16. eod. tit.* quæ ex illa ferme descripta est: & *l. 2. de off. iudicum omnium.*

Extra hos accusatio prohibita. *d. l. 10.* & *16.* & in ea Prouincia accusandus reus: ubi crimen admissum: etiam Senator, quod abrogatum. *l. 13. eod. tit. de accusat.* vt & Euocatio regulariter ad comitatum Principis. *l. 2. de off. Iudicum omnium.*

In Prouincia sua nemo 1. Adsidere potest. *l. 1. de adsessorib.* 2. Executoris munere fungi. *l. 4. de executoribus.* 3. Tabularii *l. 9. de Numerariis.* 4. Domestici, Protectoris, Stratoris, Agentis in rebus. *d. l. 4. de Palatinis S. L.* vel R. P.

In eadem Prouincia, dilationes non tantæ, *l. 41. 45. 46. de appellat.* Præscriptiones aliæ *l. 2. & 3. de his, qui cond. propr.*

Delator bonorum ad Prouinciam, vbi bona erant, dirigebatur: *l. 12. 13. de petitionib.*

Donationum acta intra eandem Prouinciam fieri debebant, in qua res erant, *l. 3. de donat.*

VI. *Metropoles* Prouinciarum. De his *sect. 5.* huius partis, veluti *Tyrus* Metropolis Phœnices, vt testatur subscriptio *l. 11. de tyronib.* Alias repete ex Notitia *Vrbium.*

1. Prouinciæ nomen, quandoque de earum nomine inditum, vide *n. 4 supra.*

2. *Concilia* Prouinciarum in his habita: vt docet inscriptio & subscriptio *l. 2. quemadm. muner. ciuil. l. 15 de appellation. l. 12. 13. de Legatis.*

VII. *Priuilegia* seu singularia iura quarundam Prouinciarum.

Tyronum corpora ipsa in quibusdam Prouinciis exigebantur, in aliis pretia. *l. 2. de tyronibus.*

Annonas Officiorum præstabant nonnullæ, quia transuectioni publicæ, neque arcæ, aliquod compendium deferre poterant. *l. 19. de erogat. mil. ann.*

Africæ Proconsularis Sacerdotales immunes a tyronum præstatione *l. vlt. de tyronib.*

Cursus publicus, in quibusdam Prouinciis exhibebatur, *l. 5. de cursu publico:* vbi vide *Paratitlon.*

Hispaniæ quondam priuilegium quoddam datum circa glebalem collationem: quod abolitum *l. 10. de Senatorib.*

VIII. *Magistratus*, Officia & Munera Prouinciarum. *Proconsules, Consulares, Correctores, Præsides,* seu *Rectores Prouinciarum*, vide *Notit. Dignit.*

Tabularii alii *Prouinciarum*, alii *Vrbium* singularum *lex 5. de iis, quæ administr.* Et quidem duo tabularii in singulis Prouinciis. *lex 12. de Numerariis: l. 30. de susceptoribus.*

Susceptores item duo. *d. l. 30.*

Agentes duo *in rebus* per singulas Prouincias curas gerebant, & cursum publicum gubernabant: *l. 2. de curiosis:* postea singuli tantum *lex 8. eodem titulo:* vide & *Notitiam Imperii.*

Munera Prouinciarum *l. 8. de contrah. empt.*

Sacerdotes, siue, *Sacerdotales*, singulis & solidis Prouinciis præerant: vnde Prouinciæ Sacerdotes. *l. 46. 148. de Decurionibus:* & Prouinciæ seu Prouinciarum Sacerdotium. *l. 75. 174. eod.*

Indeque nomina sortiti, *Asiarchæ, Syriarchæ*, vide *Paratitlon de Paganis.*

IX. *Actus* Prouinciarum, & FATVM, seu aduersa.

1. *Concilia Prouinciarum*, vide *tit. de Legatis.* Habita ea in Metropolitanis Vrbibus *l. 2. quemadm. mun. ciu.*

Publicus tractatus. *l. 148. de Decurionib.*

2. *Legationes* Prouinciarum, vide *titulum de Legatis.*

3. *Infamata* quandoque *Prouincia* integra ob vnius ciuis delictum. *lex 9. de indulgentiis criminum.*

4. *Prouinciæ* quandoque bene gesto ab aliquo munere eum *honesto testimonio prosequebantur:* & quorundam munerum vacationem ei tribuebant. *l. 1. de honor. codicill. l. 25. 52. de Decurionibus.*

X. DIVISIO Prouinciarum.

Vna Prouincia in duas vel plures diuisa.

Hinc *Dacia Ripensis, Lugdunensis Prouincia prima, Pannonia secunda, Syria Cæle, Palæstinæ duæ, Epirus Noua, Mauritania Sitifensis.*

XI. ADMINISTRATIO seu Regimen Ciuile Prouinciarum.

Aliæ Proconsulibus, aliæ Consularibus, aliæ Correctoribus, aliæ Præsidibus parebant.

Quandoque vna administratio in aliam mutabatur.

XII. Quandoque duæ *Prouinciæ iunctæ* erant administratione, seu sub uno eodemque Rectore agebant: veluti *in Italia.* 1. *Æmilia, Liguria* 2. *Apulia, Calabria.* 3. *Lucania, Bruttii.* Quandoque separatos Rectores habebant.

XIII. Prouinciæ, quæ & ipsæ Regiones quandoque dictæ, in peculiares REGIONES diuisæ: Eoque sensu accipienda *Regionum* vox in *l. vltim. de defensoribus ciu. l. 2 de integri restit. l. 10. de Curiosis: l. 8. in fin. & 34. de cursu publico.* (Quæ Græcis χώραι: a quibus & Chorepiscopi.)

XIV. His Regionibus præstituti quidam *d. l. 8. in fin.*

XV. Prouinciæ aliæ, alia varios in vsus conferebant. *l. 19. de erogat. milit. ann. lex 2. 9. de tyronibus.*

V. *De* CIVITATIBVS, *seu* VRBIBVS *aliisque locis.*

I. Ciuitates, Vrbes, ab aliis distinctæ.

Hinc, Ciuitas, oppidum, vicus, castellum, municipium *l. 16. de Episcopis:* vide Augustinum *epist. 50.*

Vrbes, oppida, municipia *l. 8. in fin. de cohortalibus.*

Oppidum, frequens ciuitas, mansio, vicus. *l. 35. de cursu.*

Ciuitates vniuersæ atque Vrbes. *l. 34. de hæret.*

Ciuitates vel oppida loca. *l. 17. de pœnis: l. 8. de donatar.*

Vrbes, vici, castella. *l. 13. de desertorib.*

Ciuitates, municipia, vici, castella. *l. 3. de conlat. donat.*

Ciuitates & oppida, pro eodem *l. 1. de Monachis.*

Ciuitas & *Vrbs* absolute quandoque pro Metropoli: vt *l. 9 de operibus publicis:* vide plura *num. 4.*

II. *Respublica*, pro Ciuitate, vel saltem pro eius re publica *Rubr.* & *l. 2. tit. de locat. fund. iuris. Emphyt. & Reip. l. vnic. de præb. sal. l. 69. de Decur. l. 18. de operib. publ.*

III. *Genera* Ciuitatum. Non eiusdem meriti. *l. 26. de operibus publicis.*

Maiores aliæ, aliæ minores. *l. 12. de Decurionib.* clariores aliæ, aliæ minores. *d. l. 26.*

Oppida & claræ Vrbes opponuntur. *l. 7. vers. Illud etiam de hæreticis:* vide Ausonium *de claris Vrbibus.*

Vrbes maximæ, *Roma* atque *Constantinopolis l. 2. de feriis.*
Oppida abdita. *l. 14. de operibus publ.*
IV. de *Metropolibus*, aliisque *eminentioribus* Ciuitatibus.
Metropoleon mentio *l. 11. de Medicis: l. 14. de operibus publicis: l. 20. de tyronibus.* Cuiusmodi Tyrus Metropolis Phœnices *l. 11. de tyronibus.*
Hæ *Vrbes* κατ' ἐξοχὴν dictæ. *l. 3. de Decur. V. R.* vide *l. 4. de damno.* πόλεις τῶν πόλεων, Ezechielis *cap. 17.* vbi Hieronymus vertit *Ciuitatum matres.* Vt & Ciuitates. *l. 1. de Spectaculis.*
Eminentiores Vrbes. *l. 7. de Curiosis:* Frequentiores totius Prouinciæ. *l. 12. de Legatis.* Opulentiores totius Prouinciæ *l. 13. eod.* frequentissimæ. *l. 11. de Medicis.* Splendidissimæ. *l. 32. de operibus publ.*
Mandata, Edicta Principum in his proponebantur, vt facilius innotescerent.
Concilia Prouinciarum in Metropoli, vel in frequentiore seu opulentiore totius Prouinciæ Vrbe habita. *l. 12. 13. de Legatis: l. 15. de appellat. l. 2. quemadmodum muner. ciuil.*
De Professorum numero & annonis in his *l. 11. de Medicis.*
De operibus publicis in his *l. 14. 32. de operibus publicis.*
Tributa quædam, puta aurum argentum ibi illatum. *l. 32. 34. de annona: l. 2. de susceptoribus.*
Exactores ibi ordinati in secretario Iudicis, admisso populo.
Spectacula seu ludi ibi edita a Sacerdotibus *l. 145. 176. de Decurion. l. 20. de Paganis: l. 1. de Spectaculis.*
Prouinciæ denominatæ de Metropoleon nomine: vt Prouincia Karthago *l. 7. de Decurionibus.*
V. de *Ciuitatibus* in genere.
Vrbibus frequentandis arcana nonnulla, vide *in Constantinopoli.*
Ius Italicum Vrbis Constantinopol. de eo titulus expressus *lib. 14.*
Coloniæ quædam; Colonia Adrimitina, Colonia Agrippina.
Consuetudines suæ ciuitatibus & municipiis seruandæ, *l. vnic. de impon. lucr. describt. l. 22. de susceptorib. l. 68. 101. de Decurion.* seu Leges *l. 51. de Decurionib.*
Nomina Ciuitatum, de Imperatorum, eorumque coniugum nominibus: vt *Eudoxiopolis*, ab Eudoxia Arcadii coniuge: eaque in re Vrbium ambitio, *l. 42. de operib. publ.*
Natales dies Vrbium maximarum, Romæ & Constantinopoleos iuridicis exemti. *l. 2. de feriis:* & *l. 7. Cod. Iust. eod.*
Minoribus ciuitatibus aduersus maiores consultum. *l. 12. de Decurionibus:* & *l. 1. de Spectaculis.*
De operibus publicis & ornatu ciuitatum: *tit. de operibus publicis:* & nominatim *l. 1. 14. 18. 26. 37. 41. 43. eo tit.*
Palatia Principis ibi. *l. 1. ne quis in Palat.*
Res, ciuitatum, res publica ciuitatis. *l. 2. de Iudiciis: l. 6. de Decurion. l. 38. de operibus publ.*
Loca publica ciuitatum. *l. 9. de operibus publ.*
Prata publica, pascua, saltus. *l. 2. 3. de pascuis.*
Fundi *tit. de locat. fund. iuris emphyt.* Reip. vel in *l. voce Respublica.*
Reditus ciuitatum, ex fundis vectigalibus, & ad quid destinati *l. 10. 18. 26. 32. 33. 41. 47. 48. de operibus publicis: l. 1. de locat. fund. l. vnic. de præb. sal. l. 2. de Veteranis.*
Pecuniæ ciuitatum, eiusque ratiocinium & dispensatio *l. 27. 28. de operibus publ.* vide *tit. de Curat. Kal.*
Fœnori collocata, eius curator, Curator Kalendarii *tit. de Curatorib. Kalendar.*
Multæ quædam rei publicæ ciuitatis inlatæ *l. 2. de Iudiciis.*
Debitores ciuitatum *d. tit. de Curat. Kal.*
Serui ciuitatum, seu Vrbium *l. 3. & 4. ad Senatusconsultum Claud.*
Persona & *Partes* ciuitatis. Ordines seu Curiæ, & incolæ *l. 32. de operib. publ.*
Curiæ & collegia, seu Curiales & collegiati, Corporati *l. 146. 156. 162. 179. de Decurion.*
Flamines in singulis municipiis & ciuitatibus, vide *Paratitlon de Paganis: l. 60. de Decurion.*
Cœtus, Concilia, Consilia *l. 4. 148. de Decurion. l. 84. d. tit. l. 20. de susceptorib. l. 3. de inoffic. test. l. 15. de appellat. l. 1. de libertis.*
de Maiore eius parte *l. 177. de Decurion. l. 12. de Legatis:* de duabus partibus *l. 84. 142. de Decurion.*
Decreta, in defensoribus creandis. *l. 1. de defens. eius:* in Legationibus mittendis *tit. de Legat. & decret.*
Administratio, officia, publica.
Curiales seu decuriones. Magistratus, seu Duumuiri municipales *l. 3. 8. de donat.*
Curæ ciuitatum. *l. 1. de honor. cod.* seu Curatores.
Defensores ciuitatum, vide *suo tit. lib. 1.*
Curatores Kalendarii, vide *suo tit.*
Largitionales ciuitatum. *l. vn. de priuil. appar. mag. l. 3. de priuil. eor. qui in s. p. l. 6. 12. 13. de susceptorib.*
Tabularii in singulis ciuitatibus, vide *tit. de numerar.*
Scribæ, *l. 3. d. tit.*
Logographi *d. l. 3.*
Decuriarum ordines *l. 1. de lucris offic.*
Mœnia, Muri, Portæ, vide *tit. de operibus publ. l. 5. de locat. fund.*
Metæ propriæ ciuitatis *l. 174 de Decurionib.*
Pomœria ciuitatum *l. 5. de locat. fundor.*
Fines *l. 2. in fin. de Iudiciis.*
Territoria ciuitatum *l. 45. 46. 58. de hæreticis: l. 18. de lustrali: l. 3. de censitoribus: l. 5. de locat. fundor. l. 186. de Decur. l. 2. ne operæ a conlat.*
Termini ciuitatis *l. 60. de Decurion.*
Spectacula seu Ludi in his, vide *tit. de Spectaculis: l. 145. 176 de Decurionibus: l. 20. de Paganis.*
Priuilegia. Plebs Vrbana a censu seu capitatione immunis. *l. 2. de censu.*
Matre Curiali natus Antiochiæ Curiæ vindicatus *l. 51. de Decurion.*
Intra Vrbes sepeliri vetitum *l. 6. de sepulchr. violat.*
Ingressu Vrbium seu oppidorum Monachi interdicti *l. 1. 2. de Monachis.*
Reparatio ciuitatum *l. 1. de locat. fund. iur. emph.* vide & *Paratitl. de operibus publ.*
Remissa quandoque nonnulla ciuitatibus in commune *l. vltim. de collat. don.*
Admissa in ciuitate grauius punita in sp. *l. 6. vers. si vero de Decurionib.*
Postulata ciuitatum *l. 16. de Legatis.*
VI. de ALIIS locis (quæ in Territoriis Ciuitatum erant.)
de Burgis *l. 2. de his, qui condit. propr.* a quibus burgarii, de quibus *tit. de burgariis.*
De Castris *l. 30. de erog. mil. ann.*
de Castellis *l. 2. de terris limitaneis: l. 13. de desertorib. l. 3. de conlatione donat. l. 16. de Episcopis.*
de Mansionibus, & Mutationibus, vide *l. 9. de annon. & trib.* & *l. 119. de Decurionib. l. 2. de coniug. aduoc.*
In his quoque erant Curiæ & Curiales *dict. l. l. 119. tit. de cursu publ.*
de Oppidis, Municipiis, vide *num. 1. huius cap.* Consule *Paratitlon de Decurion.*
de Pagis, & præpositis Pagorum, *l. 1. de peculio: l. 49.*

l. 49. in fin. de Decurion. l. 16. de cursu: l. 1. de iis, qua administr. l. 8. de susceptor.
de Villis *l. 12. 21. vlt. de hereticis: l. 5. de offic. Rector. Prou.*
de Vicis, & Vicanis *tit. de patrocin. vicorum: l. 5. de offic. Rectoris Prouinc. l. 3. de conlat. donat. l. 16. 33. de Episcopis: l. 13. de desertor. l. 35. de cursu.*
ab Oppidis, ciuitatibus, municipiis, mansionibus separati *d. l. 13 de conlat. donat.* & *d. l. 16. d. l. 35. de cursu.* ab Vrbibus & Castellis *l. 13. de desertor.*
Inter vicos, magni & celebres quidam, *l. 33. de Episcopis.*
Metrocomiæ *l. vltim. de patrociniis vicorum.*
Ecclesiæ & Clerici in Vicis *l. 16. 33. de Episcopis.*
Cursus publicus in Vicis, *dicta lege 35 de cursu.*

PARS SECVNDA:

QVA CONTINETVR

DIOECESEON & PROVINCIARVM NOTITIA.

ACHAIA: de hac vide *l. 11. de Prætoribus: l. vlt. de bonis vacantibus: l. 17. 18. de exaction. l. 33. de annona & trib. l. 17. 18. de exactionibus: l. 11. de Prætorib.*

Proconsulum Achaiæ Notitiam repete ex *Notit. Dignit.*

Corinthus, Metropolis Achaiæ, vide *Corinthus.*

ÆGYPTVS. Ægypti diœcesis *l. vltim. de Episcopali iudicio:* diœcesis Ægyptiaca *l. 97. de Decurionib.*
Ægyptiacus tractus *l. 3. de Indictionib.*
Augustamnica Ægypti Prouincia, v. *Augustamnica.*
Item Libya, vide *Libya.*

Sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis, l. 1. de nauib. non excus. l. 31. de erogat. mil. ann. l. 1. 46. de patrocin. vicorum: l. 3. de milit. veste.
de *Comitibus*, & *Ducibus Ægypti*, vide *Notit. Dignit.*
de *Præfecto Augustali*, seu Ægypti, vide *d. Notitiam*, vnde repetenda Notitia Præfectorum horum.
de Iudicibus sub Præfecto Ægypti *l. 8. 20. de operibus publ.*
de Colonis seu Vicanis homologis per Ægyptum, vide *l. 1. 3. 4. 6. de patrocin. vicor.*
de Curialibus & vectigalium conductoribus *l. 97. de Decurion.*
de Cursu publico per diœcesim Ægypti *l. 38. 51. de cursu.*
de Defensoribus ciuitatum *l. 2. de defens. ciuit.*
de Episcopis & Clericis per Æpypti diœcesim *l. 11. de Episcopis.*
de Nilo, Nilique aggeribus per Ægyptum, *l. vnic. de Nili aggerib. non corrump.*
Indictionis exordium in Ægyptiaca diœcesi a Kal. Maij *l. 3. de indictionib.*
de Iudæis ac Samaritanis per Ægyptum, *l. 18. de Nauiculariis: l. 2. de his, qui ad Eccles. conf.*
Limes Ægyptiacus *l. 52. de tractu.*
de *Comite limitis Ægyptiaci*, v. *Notit. Dign.*
Familiæ militarium apud Ægyptum *l. 31. de erog. mil. ann.*
Monazonton, seu Monachorum cœtus, per Ægyptum *l. 63. de Decurionib.*
Opera publica per Ægypti diœcesin *l. 20. de operibus publ.*
de Paganis sacrificiis, templis, per Ægypti diœcesim *l. 11. de Paganis.*
Disputationes de religione speciatim intra Ægyptum prohibitæ *l. 3. de his, qui super relig.*
Archierosyna Sacerdotum Ægypti *l. 112. de Decurion.*
In seditiones procliuis Aegypti populus. Eo seu ad eas amoliendas spectant *lex 3. de his, qui super relig. l. vnic. de his, qui plebem audent. l. 2. de defensor. ciu.* In his consule *Commentarium.*
de Re tributaria per Aegypti diœcesim *l. 3. de Indictionib.*
de Vicis & Metrocomiis Aegypti *l. vltim. de patrocin. vicor.*
de Alexandria Aegypti Metropoli, vide *Vrbium Notitiam.*
de Colonis homologis, de Aruris *d. l. vltim. de patrocin. vicor.*

ÆMILIA. De hac vide *l. 2. de appell. l. 2. de extraord. l. vnic. de vectigalib.*
Sub dispositione P. P. Italiæ d. l. 27.
Administratione modo iuncta, modo separata a Liguria, vide *Notitiam Dignit.*
Consularis Æmiliæ, de eo vide *d. Notit.*

AFRICAE *diœcesis:* de hac vide quoque *l. 3. de equor. conlat. l. 2. 3. de erog. mil. ann.*
Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, l. 13. de annona & tributis: l. 2. 3. 33. de erogat. mil. ann. l. 8. de exactionibus: l. 10. de metatis: l. 1. de milit. veste: l. 4. de susceptor. l. vnic. si per obrept.
Prouinciæ diœceseos Africanæ, seu Africanæ Prouinciæ vel regiones *l. 3. de equorum conlat. l. 9. de susceptoribus: l. 1. de Legatis: l. 1. de excusat. artif. l. vlt. de concuss. aduoc. l. 2. de relig. l. vnic. si per obrept.*
Intra eam Africa seu Proconsularis Prouincia, Principatum obtinebat *l. vlt. de tyronib.*
de Aduocatis per eam *l. 2. de concuss. aduoc.*
de Appellationibus per eam *l. 5. 6. 33. de appell.*
de Centuriis per eam opulentis, desertis, *l. 10. de ann. & trib.*
Concilia per Prouincias Africanas *l. 1. de Legatis.*
de Curialibus per eam *l. 15. 24. 26. 27. 44. 45. 46. 84. de Decurion. l. 2. de honor. codic.*
de Cursu publico per eam, *l. 15. de cursu publico.*
de Donatistis per eam *l. 37. 38. 39. 41. 44. 52. 54. 55. de haret. l. 1. 2. 3. 4. 5. ne sanctum bapt.*
Edictum Constantini ad Afros *l. 2 de cohort.*
de Episcopis, Ecclesiis & Clericis *l. 29. 31. 34. de Episcopis.*
Iudices *l. 5. de operibus publicis: l. 17. de Pistorib.*

Naui-

Nauicularii Africæ *l. 11. de Curiosis l. 33. de erogat. militar. annon.*
Oleum ex Africa Vrbicario Canoni seu ad vsum V. R. delatum *l. 3. de can. frum. V. R.*
Pistores ex Africa Romam missi, *l. 12. 17. de Pistoribus.* Eodem pertinet *l. 2. de nauicul.*
Possessiones Principis per Africam, & in his Gildonis proscripta bona *l. 7. 9. de metatis.*
Honorati & possessores per Africam, *l. 5. de indulgent. debitor. l. 31. 32. de annona.*
Studiorum ergo adolescentes ex Africa Romam se conferebant, *l. 1. de studiis lib. V. R.*
Tributorum exactioni per Africam incumbebant Rectores Prouinciarum, Præfectus annonæ & Rationales *l. 8. de exactionib.*

ALPES, (id est, *Alpium Prouincia.*)
Edicta duo per Italiam & Alpes, de desertoribus *l. 1. de desertorib.* vbi dixi. Vide Zosimum *l. 6. cap. 2.*

APVLIA & Calabria sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 158. de Decurion. l. 7. de indulgent. debitor. l. 1. quibus equorum vsus.*
Curiæ & Curiales per eas *d. l. 158. & d. l. 1.*
Iudæi per eas *d. l. 158.*
a Latronibus & abactoribus infestatæ, *l. 1. quibus equorum vsus.*
Indulgentia quædam his tributa ab Honorio Anno D. *d. l. 7. de indulgent. debit.*

ARABIA: latrociniis infestata Arabia *l. 4. de pœnis:* vide & Iulianum *Oratione 1. in laud. Constantii, pag. 66. Edit. Petau. & pag. 21. Edit. Spanhem.*
Castra Vetorina in limite Arabico Persis opposito, *l. 15. de erogat. mil. ann.* vide ibidem *not. g.* & *Commentarium* atque *Notitiam Imperii.*

ARMENIA: gentes diuersæ Armeniæ vicinæ, *l. 57. de cursu publico*, & *l. vltim. de auro coron.* vide quæ scribo ad *l. 2. 5. de Legatis.*
Legatis harum ad Comitatum properantibus cursum publicum vsurpare licuit, *d. l. 57.*
Cursus publicus per Armeniam, *d. l. 57. de cursu.*
Duci Armeniæ eum sine euectione vsurpare & euectiones facere non licuit, *d. l. 57.*
Militia & milites per Armeniam, Ducesque Armeniæ, Remistheus Anno D. 396. & 397. sub Arcadio Imp. *l. 15. de re milit. l. 57. de cursu.*
Tributaria res per Armeniam *l. 21. de susceptor.*
Susceptoribus Armeniæ, maiora epimetra data quam alibi, quod longinqua hæc Prouincia esset *l. 21. de susceptorib.*

ASIANA *diœcesis*, seu ASIA: cui præfuit Vicarius. De hac *l. 12. de metallis: l. 4. de Numerar. l. damus 2. de iis, quæ administr. l. 3. de fide Catholica: l. 1. finium regundorum: l. 3. de milit. veste: l. 69. de Decurion.* Vide insignem locum Eunapii *in Vita Maximi pag. 104. 105. 106. Edit. Commelin.*
Auri metalla & aurileguli in ea *l. 12. de metallis.*
Rectores diuersi in ea *d. l. 4. de Numerar. dicta l. damus.*
Vrbes in ea. *Iconium: Antiochia* Pisidiæ, *l. 3. de fide Cathol.*
Comes Asianæ diœceseos, *l. 1. fin. regund.* vide *Notitiam Dignit.*
Vicariorum Asiæ Notitiam, repete ex *Notitia Dignit.*

ASIA: cui præfuit Proconsul. Asia Proconsularis ab Asiana diœcesi separatur *l. 3. de fide Catholica.*
De Clericis per hanc Asiam *l. 9. de Episcopis.*
Sacerdos & Munerarius Asiæ, Asiarcha *l. 2. de expens. ludor.*
Proconsulum Asiæ Notitiam repete ex *Notitia Dignit.*

Attica. Doctrina Attica *l. 11. de Medicis.*

AVGVSTAMNICA: Præses Augustamnicæ Auxentius, *l. 34. de Decurion.* vide *Notit. Dignit.* De hac Prouincia, vide *Notit. Imperii.* Ammianum Marcellinum, *lib. 22. cap. 16.*

B

BETICA: Recta Betica a Consulari primum, postea a Præside, vide *Notit. Dignit.*
Patrimonii per Beticam Procurator *l. 3. de bonis proscript.*
Tributaria res per Beticam *l. 1. 2. de distrahend. pignorib.*
Præsides Beticæ, repete ex *Notitia Dignit.*
Aurum & argentum contulit, *d. l. 2.*
Castulo, Vrbs Beticæ: vide *Notit. Vrbium.*

BITHYNIA sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis *l. 19. de Decurion.*
de Curiis & decurionibus per Bithyniam *l. 5. 19. de Decurion.*
Leges municipales suæ Bithynis quædam fuere, *l. 5. de Decurionib.* vide Plinium *l. 10. epist. 109.* qui ipse PC. Bithyniæ erat.
Vrbes Bithyniæ, Claudiopolis, Prusias, *l. 119. de Decurion.* Nicomedia, Nicæa, Cyzicum, vide *Vrbes.*
Mansiones Bithyniæ, Tottaium & Voris, *l. 119. de Decurion.*
Monetæ & monetarii in Bithynia, *l. 1. de murilegulis:* in Vrbe scilicet Cyzico, vide Sozomenum, *lib. 5. cap. 14.* in qua Vrbe & Thesauri fuere. Ammianus Marcellinus, *lib. 26. cap. 8.*
Viæ per Bithyniam & earum reparatio *l. 5. de itin. mun.*
Ad Bithynos data constitutio a Constantino Magno, cuius partes sunt *lex 1. de Cæsarianis: l. 4. de cohortalibus: l. 1. de murilegulis: l. 5. de Decurion.*

BRITANNIÆ: Decuriones per diœcesim Britanniarum, *l. 2. de exaction.*
Tributaria res per eam *d. l. 2.*
Vicarius Britanniarum Pacatianus *d. l. 2.*
Constantis Imp. in Britanniam transitus Anno D. 343. argumentum ex subscriptione, *l. 5. de extraordin.*

BRVTII (ita scriptum, *l. 7. de indulgent. debitor. l. 1. de relationib. l. 27. de appellat.* Brittii *l. 1. quibus equorum vsus.* Bruttii *l. 1. de appellat.* (alias quoque *Brettii)* Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 7. de indulgent. debit.* ad quem inde appellatum *l. 27. de appellat.* Vinum conferebant. *l. 4. de vsuris.*
a Latronibus & abactoribus infestati *l. 1. quibus equorum.*
Administratio eius Prouinciæ coniuncta fuit cum Lucania, sub eodem Correctore Lucaniæ & Bruttiorum, vide *Notit. Dignit.*
Rhegium sedes huius Correctoris, vide *Vrbes.*
Indulgentia quædam tributorum ei tributa ab Honorio, *d. l. 7. de indulg. debit.*

BYZACENA *Prouincia.* Byzacena *l. vlt. de susceptor.* De hac *d. l. vlt. de susceptorib.*
Concilium Byzacenorum in Colonia Adrimitina: ad quod extat Constantini Magni *l. 1. de libertis, & l. 3. de inoffic. test.*
Consularis Byzacena Prouincia, *l. 12. de diuersis officiis.*
Consularis Byzacenæ præfuit, vide *Notit. Dignit.*
de Clericis per Byzacenam, *l. 59. de Decurion. l. 17. de Episcopis.*
Curiales *l. 60. de Decurion. l. vlt. de susceptorib.*
Emphyteuticarii possessores per eam *l. 3. de conlat. fundor. patrim.*
Equi exacti a Byzacenis *l. 29. de annona.*
Horrea & Præpositi horreorum, seu custodes *l. vltim. de susceptor.*

Tributaria res per eam *l. 13. de indulgentiis debitorum: l. 3. de conlat. fundor. l. 1. de conlat. donatar.*
Vrbes Byzacenæ. Colonia Adrimentina seu Hadrumetum: vide *infra in Vrbibus.*

C.

CALABRIA, sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 168. de Decurion. l. 1. quibus equorum vsus: l. 7. de indulgent. debitor.* ad quem inde appellatum *l. 27. de appellat.*
Latrones & abactores ibi, *l. 1. quibus equorum vsus.*
Iudæi ibi, *d. l. 158.*
Curiæ & Curiales per eam *d. l. 158.* & *d. l. 1.*
Indulgentia quædam ei tributa ab Honorio *d. l. 7. de indulgent. debit.*
CAMPANIA, sub dispositione Præfecti Vrbis eam fuisse ostendere videtur *l. 68. de Decurionib. l. 3. de Suariis: l. 2. de equis Curulib.*
Fuit & sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 7. de indulgent. debit.* ad quem inde appellatum *l. 27. de appellat.*
Forma, cui nomen Augustæ, erat, in Campania sumptu publico reparata *l. 8. de Aquæductu:* & ex ea deinceps aquæ deriuandæ copiam priuatis ducendæ tribui vetitum, *d. l. 8.*
Collegiati per Campaniam *l. 1. de Collegiatis.*
de Cursu publico per eam *l. 24. de cursu.*
Equos voluptatibus profuturos, nequaquam Campanorum populus adsequi poterat antiqua & solemni præbitione, quam si duo millia modiorum fabæ per singulas factiones stabulorum Romæ necessaria conferret, *l. 2. de Equis Curul.*
a Latronibus infestata Campania *l. 2. quibus equorum vsus.*
Pastores rei priuatæ Principis per Campaniam, lanigerarum ouium pecudumque *l. 2. quibus equorum vsus.*
Porcina e Campania in vsum Vrbis Romæ tributa *l. 3. de Suariis.*
Pretia Porcinæ in Campania non ab Officialibus Præfecti Vrbis, verum ab Officialibus Consularis Campaniæ exigi debebant, *d. l. 3. de Suariis.*
Senatores, prædia habebant: eorumque Procuratores & Actores per Campaniam *l. 2. quibus equorum vsus.*
Tributaria res per Campaniam, & indulgentia quædam tributorum ei subinde data tum propter deserta & squalida loca, in quem finem & Inspectores missi.
Consularium Campaniæ notitiam pete ex *Notitia Dignitatum.*
Præfecti Vrbis Iurisdictio intra Campaniam *l. 12. de pœnis.*
Vrbes Campaniæ, Capua, Auellinum, vide *Notitiam Vrbium.*
CAPPADOCIA, Comes domorum per Cappadociam *l. 2. de Palatinis S. L.*
Equi Cappadoces, Palmatii *l. vn. de grege domin. l. 1. de Equis Curulib.*
Cæsarea Cappadociæ, vide *Notit. Vrbium.*
CILICIA sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis *l. 5. de susceptorib.*
Præsidum Ciliciæ Notitiam, repete ex *Notitia Dignit.*
Tarsus Ciliciæ, vide *Notit. Vrb.*
CORSICA, De ea *l. 20. de tyronib.*
Vna fuit e tribus Prouinciis, quarum vnus Rationalis fuit, vide *infra Sicilia.*
Præses Corsicæ, vide *Notit. Dignit.*

D.

DACIA: Præses Daciæ Claudius: ad quem data *l. 2. de inoffic. test.*
Dux Daciæ Ripensis *l. 13. de operibus publ.*
Serdica Vrbs Daciæ, vide *Notit. Vrb.*
DALMATIA sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. vlt. de Curiosis.*
Litora Dalmatiæ, insulæque *d. l. vlt.*
Curiosi remoti ab Honorio ex Dalmatiæ litoribus *d. l. vlt.*

E.

EPIRVS noua. De ea *l. vnic. de stratorib. l. 22. de Episcopis: l. vnic. ne Præfectianus.*
Episcopi, Clerici, Virgines per Epirum nouam *d. l. 22.*
Equis Epirus pollebat: ideo ab Epiro exacti equi pro tributo, *d. l. vnic.* vide Virgilium 1. Georg. & ibi Seruium: Sidonium, *Carm. 6. vers. 45.* vide & Mamertini *Panegyricum ad Iulianum.*
Præsidum Epiri Nouæ Notitiam pete ex *Notitia Dignit.*
Apollonia Vrbs Epiri Nouæ. Ibi data (id est reddita, accepta) *l. 1. de stratoribus*, quæ scripta est ad Præsidem nouæ Epiri: vide Vibium Sequestrem, Peutingeri Itiner. & Antonin.
EVFRATENSIS Prouincia: Limes Eufratensis *l. 2. ne Comitibus: l. 2. de venat. ferar.*
Dux limitis Eufratensis, & eius Officium, *d. l. 2. ne Comitib.* & *d. l. 2. de venat. ferar.*
Præses Eufratensis & eius Officium, *d. l. 2.*
Hieropolitana ciuitas in ea, *d. l. 2.* vide Ammianum Marcellinum, *lib. 14. cap. 8.*

F.

FLAMINIA: a Latronibus & abactoribus infestata *l. 1. quibus equorum vsus.*

G.

GALATIA: Ancyra Galatiæ, vide *Notit. Vrbium.*
GALLIÆ: & Præfectura Prætoriana Galliarum.
Diœcesis Galliarum *l. 11. de Medicis.*
Prouinciæ Galliarum *l. 10. de desertorib. l. 1. sine censu.*
Quinque Prouinciæ, earumque Vicarius *l. 15. de Paganis.*
Lugdunensis prima Prouincia, eiusque Præses *l. 1. sine censu.*
Aurileguli per Præfecturam Prætorianam Galliarum, *l. 9. de metallis.*
Census & capitatio per Gallias *l. 4. 5. 6. de censu.*
Census Gallicanus *l. 1. sine censu:* vide & Eumenium *in Gratiar. act. Flauiensium nomine.*
Centuriones per Præfecturam Prætorianam Galliarum *l. vnic. de Centurionib.*
Clerici intra Gallias, & negotiantium eorum priuilegium, seu Immunitas, major quam intra Illyricum & Italiam *l. 11. de lustrali conlat.*
Collegiati per Præfecturam Prætorianam Galliarum *l. 1. 2. 3. de his, qui condit. propr.*
Coloni per Præfecturam Prætorianam *l. vnic. vtrum vi.*
Ordines & Decuriones seu Curiales per Præfecturam Prætorianam Galliarum *l. 2. de Quæstionib. l. 2. 3. de his, qui condit. propr. l. 36. 75. 140. 148. 171. de Decurionibus: l. vltim. de his, qui condit. propr. l. 33. de operibus publicis:* & nominatim per diœcesim Galliarum *dicta lege 171.*
Primates ordinum *d. l. 33. de operibus publ.*
de Cursu publico per Gallias *l. 17. 28. 30. 35. 50. 58. de cursu.*
Defensores ciuitatum per Præfecturam Prætorianam Galliarum *l. vltim. de his, qui condit. propr.*
Defensores per Præfecturam Prætorianam Galliarum *l. 10. de desertorib.*
Hæretici nulli per Gallias hoc Codice memorantur. Ad Priscillianistas tamen, qui ex Hispania virus suum eo effuderant, pertinere suspicor *l. 7. de fide testium.*

Impe-

H

Senatores per Hispanias *l. 10. de Senator. & gleb. collat. l. 1. de accusat.*

Circa Glebalem collationem peculiaris aliquando Hispaniarum ratio seu priuilegium fuit: verum eo abolito ad aliarum Prouinciarum consuetudinem eæ redactæ, *l. 10. de Senator. & glebali collat.*

Officium summæ rei per Hispanias, seu Rationalis summarum Hispaniæ, *l. 2. de distrab. pignorib. l. vnic. de his, qui se defer.*

Procurator patrimonii, id est rerum priuatarum, per Hispaniam *l. 3 de bonis proscript. l. 2. in fin. de distrahendis pignorib.* vbi Cuiacius lapsus est, qui de Procuratore summarum accepit.

Prouinciæ: Betica, vide *supra*.

Lusitania, ad Lusitanos data *l. 1. de constitut. Princip.*

Res tributaria per Hispanias *l. 1. de discussor.* vide *supra* annona, aurum, argentum, equi, vestis.

Vrbes Hispaniarum. Hispalis, Castulo, Corduba, Tarraco, vide *in Vrbibus.*

I

ILLYRICVM totum *l. 11. de Prætorib.* duplex: Orientale, Occidentale (de Illyrico multa Capitolinus, Spartianus, Pollio, Vopiscus. Apud quos memorantur Præfectus, Dux, Curator Illyrici, Munimenta, Exercitus Illyrici, separaturque a Rhetia, Thracia, Dalmatia, vide & de Illyrico Appianum *Illyric.* Sept. Rufum, Zosimum, *lib. 2. cap. 20. 39.* Ant. Pagium *in Critic. ad Annal. Baron. ad an. D. 380.*

Illyriciani inde *l. 25. de petitionib.*

Partes Illyricianæ, vel Illyrici partes, *d. l. 25. de petitionib. l. 49. de operib. publ.* Tractus Illyrici.

Macedoniæ diœcesis iungitur Illyricum *l. 7. de metallis*, seu Illyrici tractus *l. 8. eod. tit.*

Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ Illyricum Occidentale *l. 28. de cursu: & d. l. 25.*

Prouinciæ Illyrici (Occidentalis) *l. 9. de susceptor. l. 9. in subscript. de indulgent. debitor.*

Præfectus Prætorio suus, Illyrico Orientali: de quo vide *Notit. Dignit.*

Diœceses & Prouinciæ sub eo, *l. 33. de annona & trib. l. 45. de Episcopis.*

Macedonia scilicet & Achaia *d. l. 33. l. 11. de Prætorib.*

Ciuitates Illyrici *l. 4. de Spectaculis*, ciuitates Illyrici & Italiæ *l. 26. 28. de operibus publicis.* Ciuitates Illyrici Orientalis *l. 177. de Decurionibus.*

Clerici intra Illyricum & Italiam: eorum immunitas a lustrali collatione negotiantium in denis solidis, intra Gallias in quindenis, *l. 11. de lustrali.*

Iudices per Illyricum *l. 4. de Spectaculis.*

Metalla & metallarii per Illyricum auri *l. 7. de metallis*, per Prouincias Illyrici *l. 9. in subscriptione de indulg. debit.* Lapidicinæ marmoris *l. 8. de metallis.*

Itaque suus Comes metallorum per Illyricum: cuius mentio *in Notitia*: de quo accipio *l. 3. de metallis.*

Opera publica per Illyricum & Italiam *l. 26. 28. de operibus publicis.*

Rei eo transmissi Romam pœnam ibi luituri, *l. vnic. de mensis olear.*

de Militibus per Illyricum *l. 4. de milit. veste.*

Illyrica expeditio & necessitates Illyricianæ *l. 15. 18. de extraordinar. l. vltim. de equorum conlat.* vide & *l. 49. de operibus public.* ad eam parangariæ exactæ, a quibus nullus immunis *dd. ll.* vt & ad constructionem murorum, & comparationi transuectionique specierum vniuersi sine vllo priuilegio coartati *d. l. vlt. de equorum conlat.*

de Barbarorum incursu in Illyrici (Occidentalis) partes *l. 25. de petitionib.*

Senatores per totum Illyricum, quo multi declinantes Curiam V. R. sese conferebant *l. 11. de Prætorib.*

De Præfectis Prætorio Illyrici & Italiæ, vide *Notitiam Dignit.*

INSVLÆ: Præses Insularum *l. 32. de nauicul.*

ISAVRIA: Orientis diœceseos Prouincia *l. 3. de milit. veste.*

Latrones Isauri *l. 7. de Quæstionib.*

Militarem vestem conferebat, non aurum comparatitium *l. 3. de militari veste.*

ITALIA. Præfecti Prætorio Italiæ, vide *Notit. Dignit.* sub eo Italia, Illyricum, Africa.

Vicarii Italiæ. Horum Notitiam repete ex *Notitia Dignitatum.*

Iudæi per Præfecturam Prætorianam Italiæ, *l. vltim. de feriis: l. 8. de executorib.*

Opera publica per Præfecturam Prætorianam Italiæ, *l. 37. de operibus publicis.*

Italia triplici sensu. 1. Pro Italiæ diœcesi, quo sensu Vicarius Italiæ. 2. Pro tota Italia, & sic generali appellatione complectens quoque Vrbicarias regiones & Siciliam, *l. 9. de extraordinar.* Tertio significatu Italia & Vrbs separantur *l. 20. de tyronib.*

Italia centesimo Vrbis miliario opposita, seu trans centesimum ab Vrbe miliarium *l. 2. de integri restit.*

Italiæ regiones, seu Italia, ab Vrbicariis seu Suburbicariis Regionibus separantur *l. 9. de annona: l. vnic. si per obrept. l. 9. de extraordinar.*

Italia & Alpes separantur *l. 1. de desertoribus:* vbi inscriptio ita habet: *Edicta duo per Italiam & Alpes.*

Regiones seu Prouinciæ Italiæ, & sub P. P. Italiæ *l. 28. de cursu: l. 26. de operibus publ.*

Italiæ Prouinciæ, *Campania, Tuscia, Picenum, Samnium, Apulia, Calabria, Bruttii* & *Lucania* nominantur *l. 7. de indulgent. debitor. Æmilia, Alpes, Apulia, Calabria, Bruttii, Campania, Flaminia, Lucania, Picenum, Samnium, Suburbicariæ regiones Tuscia, Valeria, Venetia*, vide singulas *suis locis.*

Italiæ partes *l. 15. de Episcopis.*

Edicta duo per Italiam & Alpes *l. 1. de desertoribus.*

Italia a Prouinciis, vel a cæteris omnibus Prouinciis, separatur *l. 13. de accusat. l. 2. de integri restit.*

Italos suos, Italiam suam, peculiari effatu Principes quidam vocant *l. 2 de extraord. l. 6. de annona: l. vnic. de his, qui sanguinolentos.*

Ciuitates Italiæ (diœces.) *l. 2. ne operæ a conlator. l. 26. 28. de operibus publ. l. 1. de alimentis, quæ inop. par.*

Clerici intra Illyricum & Italiam negotiantes in denis solidis a lustrali collatione immunes erant, *l. 11. de lustrali collat.*

Cursus publicus per Italiam *l. 24. 25. 28. 31. de cursu publico.*

Militiæ detrectandæ in Italia quidam pollices sibi seu digitos truncabant, *l. 4. de tyronib. l. 1. de filiis milit. apparit.* & nominatim in diœcesi V. R. *d. l. 4.* in Lucania & Bruttiis, *d. l. 1.*

Opera publica per Illyricum & Italiam *l. 26. 28. de operibus publ.*

Pari-

Patrimoniales & emphyteuticarii fundi per Italiam *l. 2.9. de extraordin.*

Immunis ab Annonariis functionibus & a glebali pensione Italia aliquando reddita *l. 4. de indulgent. debitor.*

Vinum ad Cellarii (Principis) vsus a cunctis Italiæ possessoribus conferebatur *l. 6. de annona & tributis.*

Res tributaria per Italiæ diœcesim *l. 6 9. 12. de annona & tributis.*

Comites Italicianorum (titulorum) *l. vnic. de Consularibus & Præsidibus.*

Fluuii Italiæ, *Tiberis, Liquentia.*

Vrbes Italiæ: *Roma, Altinum, Aquileia, Ariminum, Auellina, Brixia, Cæsena, Capua, Concordia, Flauia Faenestri, Florentia, Forum Flaminii, Luceria, Mediolanum, Opitergium, Ostia, Patauium, Portus V.R. Regium, Salernum, Senigalia, Spoletium, Valentia, Venabrum, Verona, Vincentia, Vulsiniensium Vrbs:* vide de singulis *Notit. Vrbium.*

L.

LIBYA: de Duce Libyæ, vide *Notitiam Dignit.*

Liguria, vide *supra Æmilia.*

LVCANIA: administratio eius iuncta cum Bruttiis: Corrector Lucaniæ & Bruttiorum, vide *Notitiam Dignitatum.*

de Clericis per eam *l. 2. de Episcopis.*

de Cursu publico *l. 25. de cursu.*

Leuiorum criminum rei inde in pistrinum Vrbis damnati, *l. 6. 7. de pœnis.*

Vinum conferebant Lucani & Bruttii, *l. 4. de vsuris.* Quibus id concessum, quia longe a Roma distiti erant, vt pecunia dissoluere id possent, eo ipso loco quo vinum traditurі erant, *d. l. 4.*

Indulgentia quædam tributorum ei data ab Honorio *l 27. de indulgent. debitor.*

LVGDVNENSIS Prouincia: prima mentio eius, vt & Antonii Marcellini Præsidis eius in Constantini Magni *l 1. sine censu,* quæ illi inscribitur Anno D. 312. (vt existimo) non 319.

LVSITANI: Ad Lusitanos data prima omnium huius Codicis constitutio, & quidem Constantini Anno 322. *l. 1. de constit. Princip.*

LYCIA Prouincia: Sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis *l 9. de indulgentiis criminum.*

Deuotissima *d. l 9.*

Infamata aliquando sub Theodosio Magno ob Tatiani ciuis Lycii delictum. Verum restituta mox famæ suæ ab Arcadio *d. l. 9.* Vid. Anton. Pagium *in Critic. ad an. 392.* cuius verba legis *ad l. 13. de bon. proscript.*

Lycia & Pamphylia administratione iunctæ sub eodem Præside *l. 2. de censu.*

LYDIA Prouincia: Consularis Lydiæ *Palladius,* sub Theodosio Magno, ad quem data *l. 17. de petitionib.*

M.

MACEDONIA diœcesis: Diœcesis Macedonica *l. 7. de metallis.*

Macedonia *l. 11. de Prætoribus: l. 3. de Senatoribus: l. 8. de metallis.*

cum Illyrico seu Illyrici tractu iungitur, *l. 7. & 8. de metallis.*

Lapidicinæ marmorum per Macedoniam *d. l. 8. de metallis.* Auri metalla, *d. l. 7.*

Res priuata Principis in diœcesi Macedoniæ, *l. 5. de Iurisdict.*

Rationales rei priuatæ in diœcesi Macedoniæ, *d. l. 5.*

Senatores & Macedonia in Senatum Vrbis Constantinopol. nouiter allecti a glebali collatione immunes fuere, *l. 3. de Senatoribus & glebali collat.*

Comes Macedoniæ *l. 2. sine censu:* vide *Notitiam Dignitatum.*

Vicarius Macedoniæ *l. 5. de Iurisdict. l. 4. de Quæstion.* vide *Notitiam Dignitatum.*

De Macedonibus, Achiuis, Thessalonicensi Ecclesia, *l. 33. de annona & tribut.*

Thessalonica, Metropolis Macedoniæ, vide *Vrbes.*

Constantini *l. 3. de extraordinar.* ad Edictum Chalcedonensium & *Macedonensium* (nisi ibi aliter legendum.)

Vrbes Macedoniæ: præter *Thessalonicam, Stobis, Scupis.*

MAVRITANIA. Ad instructionem Mauritaniæ, ex Prouincia Africa pecunia missa *l. 28. de susceptor.*

Militaris res in Mauritania *d. l. 28.*

Mauritania Sitifensis: militaris res per eam *l. 6. de re militari.*

Mauris Sitifensibus inscripta *d. l. 6.* & *l. 64. de Decurion.*

MESOPOTAMIA. Dux Mesopotamiæ *l. 4. de cohortal. l. 6. de filiis milit. apparit.* vide *Notit. Dignit.*

Vicarius Mesopotamiæ *d. l. 4. de cohortalib.* vide *Notit. Imperii.*

MYSIA Prouincia: Curiæ & Curiales *l. 96. de Decurionibus.*

Mysia (secunda scilicet) Thraciarum Prouincia *l. 3. de milit. veste.*

Dux limitis Mysiaci *l. vnic. de lusor. Danub.* vide *Notitiam Dignit.*

Vrbes: *Bona mansio, Viminacium.*

N.

NORICVM: Arelate ciuitas in Norico, vide *Notit. Vrb.*

NVMIDIA: Consularis Numidiæ, vide *Notitiam Dignitatum.*

Agasones de Numidia sibi adiungere soliti stationarii per Africam: plures vero quam duos sibi adsciscere prohibiti, *l 2. de cohort.*

de Clericis per Numidiam *l. 7. de Episcopis.*

Equorum collatio in Numidia *l. 15. de nauicul. l. 29. de annona.*

Milites in Numidia *l. 28. de susceptorib.*

Ad instructionem, id est, ad sumptus militares & limitaneos, Numidiæ ex Prouincia Africa pecunia missa, *l. 28. de susceptorib.*

Nauicularii per eam, subuehendis commeatibus Vrbis Romæ, *l. 15. de nauicul.*

Rationalis Numidiæ *l. 4 de bonis vacantib.*

Constantina Metropolis Numidiæ *d. l. 15.*

Thebeste in Numidia, vide *Notit. Vrbium.*

O.

ORIENTIS seu per *Orientem Præfectus Prætorio,* vide *Notitiam Dignit.*

Imperium Orientis, vide *supra cap. 1.*

ORIENTIS *diœcesis:* De ea *l. 14. de nauicul. l. 7. de Episcopis: l. 3. de erog. mil. ann.* seu orientis partes *l. 3. de milit. veste: l. 3. de fide Cathol. l. 158. de Decurion.*

Omnis Oriens: ab Illyrico & Macedonica diœcesi separatus *l. 7. de metallis.*

Orientales Prouinciæ *l. 14. de nauicul. l. 2. de censu:* seu Prouinciæ Orientis *l. 22. de nauicul.*

In his *Osroëne & Isauria d. l. 3. de milit. veste: Cilicia, d. l 3. de fide Catholica. Phœnice, l. 175. de Decurionibus. Syria, l. 103. de Decurionibus.*

Vrbes in ea in genere *l 22. de operibus publicis: Laodicea, Tarsus, dicta l. 3. de fide Cathol. Antiochia l. 8. de metallis.* Berythus, vide *infra.*

Comitum Orientis Notitiam repete ex *Notitia Dignit.*
Tribuni, Comites, Duces, Præpositi numerorum per Orientis diœcesim sub Magistro militum per Orientem *l. vltim. de erogat. mil. annon.*
Magister militum per Orientem, vide *Notitiam Dignit.*
Classis Seleucena ad auxilium purgandi Orontis, aliasque necessitates Comiti Orientis deputata, *l. vnic. de Classicis.*
Cursus publicus per diœcesim Orientis *l. 41. de cursu.*
Ecclesiæ sancta loca per eam, *l. 26. de Episcopis.*
Fabricæ & Fabricenses *l. 8. de metatis.* Antiochiæ nominatim *d. l. 8.*
Familiæ militarium apud Orientem *l. 31. de erogat. mil. ann.*
Marmora *l. 2. de metallis.*
Metalla in Oriente ac nominatim Docimenum, Proconense, Troadense *l. 9. 11. de indulgentiis debitorum.*
Monachi per Orientem *l. 1. 2. de Monachis.*
Opera publica per Orientem *lex 6. 10. 22. de operibus.*
Templa Paganorum per Orientem sub Arcadio, Asterio Comite Orientis destructa *l. 36. de operibus publ.* Eorumque materia ad Viatum, Pontium, Murorum refectionem ordinata *d. l. 36.*
de Nauiculariis Orientis, Constantinopolim annonam subuehentibus, deque eorum priuilegiis *l. 7. 32. de nauicular.*
Beryto PP. lex data ad Comitem Orientis *l. 1. de gladiatorib. l. 51. 54. de Decurionib. l. 41. de cursu.*

OSDROENA vel *Osdroëne:* De hac, *l. 79. 105. de Decurion. l. 2. de præd. & mancip. Curiali: l. 8. de Paganis: l. 3. de militari veste.*
Orientis diœceseos Prouincia *l. 3. de militari veste.*
Dux Osdroënæ, *d. l. 8.*
Præses Osdroënæ *d. l. 79. & 105.* Officium eius seu cohors, & in ea Princeps Officii & Primipilaris, *d. l. 79. 105.*
Ædessa Vrbs eius *d. l. 79. 105.* De eadem accipio & *l. 8. de Paganis.*

P.

PALÆSTINA: Vtriusque Palæstinæ mentio fit *l. vlt. de Iudæis.*
Trium, *primæ, secundæ,* & *tertiæ, l. 30. de erog. militaris ann.*
Castra per Palæstinam Versabinum, & Mœnænum *d. l. 30.*
Iudæi & Synedria per Palæstinam *d. l. 29. vlt. de Iudæis.*
de Sanctis Palæstinæ locis, accipienda *l. 26. de Episcopis.*
Proconsul, & Consularis Palæstinæ, eorum Notitiam repete ex *Notitia Dignit.*
Dux Palæstinæ *d. l. 30. de erogat. mil. ann.*
Præses Palæstinæ *l. 3. de protostasia:* vide *Notitiam Dignit.*

PAMPHYLIA: Pamphylia & Lycia administratione iunctæ: & ab vno Præside rectæ *l. 2. de censu:* vide *Notitiam Dignit.*

PANNONIA: Diuisa. Pannoniæ secundæ, eiusque *Consularis* mentio *l. 27. de cursu:* vide *Notitiam Dignitatum.*
Veterani per Pannoniam *l. 6. de Veteranis.*
Cursus publicus per *Pannoniam secundam, d. l. 27.*
Vrbes Pannoniæ: *Sirmium, Mursa, Sabaria,* vide *de Vrbibus.*

PHOENICE. Metropolis Phœnices, Tyrus, *l. 11. de tyronib.* vide plura in *Notitia Vrb.*
Baphia Phœnices *l. vltim. de murilegulis.*
Conchyliolegali, seu murilegali in Phœnicia Berythi, *l. 9. de lustrali conlat.*
Curiales & ordines Curiarum per Phœnicen, *l. 175. de Decurionib.*
ad Prouinciales Phœnices data *l. 1. de incest. nupt.*
Consularis Phœnices, vide *Notit. Dignit.*
Damasco scripta lex, data ad Consularem Phœnices *l. 9. de filiis militar. apparit. l. 83. de Decurion.*
Templa per Phœnicen *l. 16. de Paganis.*
de Nuptiis inter fratris vel sororis filiam, & patruum vel auunculum prohibitis ad Prouinciales Phœnices, *l. 1. de incest. nupt.*
Vrbes Phœnices Berythus, Damascus, Tyrus, vide *Vrbes.*

PHRYGIA: Equorum greges Phrygiæ, *l. 19. de Prætoribus.*
Editoribus donati certo numero a Principibus equi e Phrygia, *d. l. 19.*
Phrygia Palæstina male in *l. 3. de protostasia,* rescribendum vel *Hygia Palæstina:* vel *Frygia Pacatiana.*
Docimenum Phrygiæ, vide *Notit. Dignit.*

PICENVM sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 7. de indulgentiis debitorum.* Ideo Consulares Piceni, vide in *Notit. Dignit.*
Appellatum ex Piceno ad eum *l. 27. de appellat.*
Picenum, Suburbicaria regio *l. 12. de indulgentiis debitorum.*
a Latronibus & abactoribus infestatum Picenum *l. 1. 4. vlt. quibus equorum vsus.*
Indulgentia tributorum quædam ei data *l. 7. de indulgent. debit.*
Opera publica per Picenum, veluti stabula, horrea, *l. 17. de operibus publ.*
Palatini per Picenum *l. 4. quibus equorum vsus.*
Vrbes Piceni *d. l. 17.*
Flauia Fanestri Metropolis Piceni *l. 5. de pactis.* Gutherius *de Off. dom. Aug. lib. 1. c. 36.* ridicule, hanc Flauiam, Fenestri vxorem fuisse, tradidit.

PISIDIA. Antiochia Pisidiæ, vide Antiochia in *Notit. Vrb.*

PONTICA diœcesis: De ea *l. 42. de cursu l. 7. de desertoribus: l. vltim. de Principib. Agentium: l. 10. de hæreticis: l. 3. de fide Catholica: l. 3. de milit. veste: l. 12. de exactionib. l. 12. de metallis.*
Tributa, & eorum exactio per Ponticam *d. l. 12. de exact.*
Possessores per eam *d. l. 12.*
Decuriones *d. l. 12.*
Defensores ciuitatum, *d. l. 12.*
Auri metalla & aurileguli in ea *l. 12. de metallis.*
Comes Ponticæ diœceseos, vide *Notitiam Dignitatum.*
Vicarius Ponticæ. Notitiam Vicariorum Ponticæ repete ex *Notitia Dignitatum.*
Cursus publicus per eam *l. 42. de cursu.*
Dux Ponticæ, vide *Notitiam Dignit.*
Hæretici in Pontica, veluti Tascodrogitæ, *l. 10. de hæreticis.*
Vrbes, in Pontica diœcesi, *Cæsarea, Melita, Nyssa, l. 3. de fide Cathol.* vide *Vrbes.*

PROCONSVLARIS *Prouincia,* vide *Africa.*

Q.

QVATVOR REGIONES (in Italia sub Præfecto Vrbis Romæ.)
Harum fit mentio *l. 1. de calcis coctorib.* vbi disquiro plene, quænam eæ sint. Illud *ea lege* cauetur, vt ex iis regionibus, vecturariis calcis Vrbis Romæ 300. boues dentur.

QVINQVE PROVINCIÆ (Galliarum.)

Harum

Harum fit mentio *l. 15. de Paganis*: vbi plene disquiro, quænam eæ sint.

Vicarius harum quinque Prouinciarum peculiaris, *d. l. 15.* vbi & pro Præfecto Hispaniarum iungitur.

TRES PROVINCIAE (id est: *Sicilia*, *Sardinia*, *Corsica*.)

Rationalis harum trium Prouinciarum *l. vnic. communi diuid. l. 2. de susceptorib. l. 51. de petitionib.* cuiusmodi tres memorantur, de quibus vide in *Notit. Dignit.* sub Comite S. L.

R

RHETIÆ: De his sunt tres leges: puta Valentiniani Iun. & Theodosii Magni *l. 15. & 18. de extraordinar.* & Honorii *l. vltim. de conlatione fundorum patrim.*

Rhetiarum limes, *d. l. 18.* seu limes Rheticus *d. l. 15.*

Onerum Rheticorum pensio *d. l. vltim.*

Ad limitis huius instructionem annonæ militares scilicet parangariæ, ab omnibus exactæ *d. l. 15. & 18.*

Sic vt nullus immunis esset, nulla dignitas aut professio *d. l. 15 & 18.* non patrimonialium fundorum, aut emphyteuticorum, aut priuatæ rei possessores, *d. l. vlt.* nisi quod hi dimidiam tantum onerum Rheticorum præstarent partem, *d. l. vlt.*

Vrbes Rhetiarum: *Bauxara*, *Dinumma*, *Mesiatenses*, *vicus Augusti.*

CHRONICON.

Anno D. 355. a Constantio data *Mesiatensi l. 2. de Iurisdict.* 8. Kalend August.

Eodem Anno 4. Nonas Septemb. *Dinummæ*, *l. 8. de exactionib.*

Anno D. 379. a Gratiano data 4. Idibus Aug. *vico Augusti l. 4. de auro coron.* Et 14. Kal. Septemb. Dat. *Bauxare l. 3. de Palatinis.*

Anno D. 382. a Valentiniano Iun. 5. Id. Dec. *d. l. 15 de extraordin.* cuius sensum iam expressi.

Anno D. 390. a Theodosio Magno *d. l. 18. eod. tit.*

Anno D. 398. ab Honorio *d. l. vlt. de conlat. fundor.*

S

SAMNIVM Prouincia: a Latronibus & abactoribus infestata *l. 1. quibus equorum vsus.*

Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *d. l. 1*

Samnium sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ *l. 7. de indulg. debit.*

Indulgentia quædam ei tributa *d. l. 7.*

SARDINIA: Prouincia Sardinia, *l. 16. de cursu.*

Caralis Sardiniæ, vide *Notit. Vrbium.*

Rationalis vnus fuit Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ: de quo supra *in tres Prouinciæ*, vide & *Notit. Dignit.* De Sardinia nominatim fidem facit *l. vnic. communi diuid.*

Præses Sardiniæ, v. *Notit. Dignit.* vnde repete.

Dux Sardiniæ, vide *Notitiam Dignit.*

Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ, *l. 16. de cursu.* Ideo appellatum ad Præfectum Prætorio Italiæ ex Sardinia, *l. 27 de appellat.*

Metropolis Sardiniæ Caralis, vide *Vrbes.*

de Cursu publico in Sardinia *l. 1. 16. de cursu.*

de Clericis Ecclesiasticis *l. 5. de Episcopis.*

Metallarii seu Aurileguli aliarum Prouinciarum prohibiti transire in Sardiniam, *l. 6. 9. de metallis.* Cur? vide *ibi.*

Rei leuiorum criminum in Sardinia in pistrina Vrbis Romæ condemnati, & ad Vrbem Romam destinati *l. 3 de pœnis.*

Patrimoniales fundi vel Emphyteuticarii in Sardinia *l. vnic. communi diuid.*

Portus Sardiniæ diuersi *l. 16. de cursu.*

Publicæ species ad diuersos Portus Sardiniæ angariis deferebantur, *l. 16. de cursu*, quæ scilicet ab ea conferebantur.

Tributaria res per Sardiniam, *d. l. 16.* & *l. 2. de susceptorib. l. 7. de exactionib.*

Rustica plebs seu pagi in Sardinia, *d. l. 16. de cursu.*

Serui fundorum patrimonialium, vel Emphyteuticorum *l. vnic. communi diuid.*

SATVRIANI (γρ. Asturiani) & Subafrenses, de his *tit. 19. lib. 7.* vbi vide quæ dixi.

SCYTHIA: Thraciarum diœceseos Prouincia *l. 3. de milit. veste: l. vnic. de lusor. Danubii.*

Limes Scythicus ad Danubium in diœcesi Thraciarum, *d. l. vnic.*

Sub Magistro militum per Thracias, *d. l. vnic.*

Dux limitis Scythici, *d. l vnic.*

Episcopus Scythiæ Terentius, *l. 3. de fide Cathol.* id est, Tomorum in Scythia. Sozomenus, *lib. 7. cap. 9.*

SICILIA: sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ. Appellatum ex Sicilia ad P. P. Italiæ, *l. 27. de appellat.*

Rationalis vnus Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ, vide *Notitiam Dignit.*

Cursus publicus per Siciliam *l 29. de cursu.*

Patrimoniales & Emphyteutici fundi per Siciliam, *l. 9. de extraordin.*

Separatur ab Italia, & ab Vrbicariis Regionibus, *d. l. 9.*

Tyrones exacti in Sicilia *l. 20. de tyronib.*

Consularis Siciliæ, vide *Notit. Dignit.*

Syracusa, vide *Notit. Vrb.*

SOFANENA: Satrapa Sofanenæ, vide *l. 6. de auro coronario.*

Aurum coronarium ab eo oblatum Imperatori Romano, *d. l. 6.*

SVBVRBICARIÆ REGIONES, Suburbanæ, vide & infra *Vrbicariæ*: & supra *Quatuor Regiones*, vide & *Vicinæ Regiones.*

Suburbicariæ Regiones *l. 9. de annona & tribut. l. 12. de indulgent. debitor.* Suburbicariæ partes *l. 12 de extraordinar. munerib.* Suburbicariæ Prouinciæ, Nouella Valent. inter *Theod. 41. de tyronib. l. 2.*

Suburbicariæ Prouinciæ *l. 13. de accusat.*

Consularis Suburbicariarum regionum, *d. l. 9. de annona.* Iudices Suburbanarum Prouinciarum, *d. l. 13.*

Ab Italia & Italiæ regionibus distinctæ Suburbicariæ, *d. l. 9.* seu Vrbicariæ *l. si per obreptionem: l. 9. de extraordin.*

Tuscia & Picenum Suburbicariæ Regiones *l. 12. de indulg. debit.*

Immunes Suburbicariæ partes a tyronum præstatione *l. 12. de extraordin.*

De capite Senatorio ab his ad P. V. relatum *d. l. 23.*

Tributaria res per Suburbicarias regiones *l. 12. de indulg. debitor.*

SYRIA alibi & *Syria Cœle*: Sub PP. Orientis, *l. 1. de præd. Senat. l. 169. de Decurionib.*

Sub dispositione Comitis Orientis, *l. 103. de Decurionibus.*

Consularis Syriæ Cœles, vide *Notit. Dignit.*

Vrbes *Antiochena* per Syriam ciuitas *l. 169. de Decurionib.*

rionib. vide plura in Vrbibus. *Apamia*, *Daphne*, *Scythopolis*.

Senatoriæ possessiones per Syriam, *l. 1. de præd. Senatorib.*

Fiscales res & causæ, *l. 6. de iure fisci.*

de Syriarchia, & Syriarchis *l. 1 de præd. Senator. l. 2. de expens. ludor. l. 103. de Decurion.*

T

TARRACONENSIS Prouincia: Præses eius Iulianus, ad quem data Constantini *l. 1. de temp. cursu.* Anno D. 316.

THRACIA: diœcesis Prouinciæ Thraciarum, *l. 3. de milit. veste.*

In hac, *Mysia*, *Scythia*, *l. vnic. de lusor. Danub.* earumque Duces.

Vicarius Thraciæ: vide *Notit. Dignit.*

Magister militum per Thracias *d. l. vnic.* vide *Notitiam Dignitatum.*

Aurileguli per Thraciam *l. 7. de metallis.*

Licinius in Thracia a Constantino Magno pulsus V. Non. Iulias *l. 1. de Veteranis.*

Senatores e Thracia in Senatum Vrbis Constantinop. allecti a glebali collatione immunes fuere, *l. 3. de Senatoribus & glebali collat.*

Vrbes. *Bessa.*

TRANSMARINAE Prouinciæ *l. 1. de Comitibus rei milit. l. 13. de iure fisci: l. 27. de petitionib. l. 41. de appellat.* vnde & transmarina dilatio, *l. vltim. de dilationib.*

Ad easdem pertinet & *l. 2. de Prætorib.*

TRIPOLITANA Prouincia: De ea *l. vltim. quorum appellat. l. 12 de diuersis officiis: l. 29. de annona: l. 133. de Decurion.*

Consularis Prouincia Tripolitana *d. l. 12. de diuersis officiis.*

Dux Tripolitanæ, vide *Notitiam Dignit.*

Equi exacti a Tripolitanis, *l. 29. de annona & tribut.*

de Reis & Appellationibus eorum, *d. l. vlt. quorum appellat.*

Præses Tripolitanæ, vide *Notitiam Dignitatum.*

TVSCIA: Florentia Metropolis Tusciæ, *l. 8. de accusationib.*

Suburbicaria Regio *l. 12. de indulg. debitor.*

Consularis Tusciæ, vide *Notitiam Dignit.* vbi habes duorum nomina *Olybrii* & *Claudii.*

Corrector Tusciæ, vide *Notitiam Dignit.*

Calcis 900. vehes, Curiales Tusci inferre ad Vrbis Romæ vsum cogebantur per singulos annos *l. 3. de calcis coctorib.*

Vulsiniensium Vrbs in Tuscia, *l. 61. de Decur.* vbi agitur de Principalium eius Vrbis priuilegio & immunitate.

Indulgentia quædam tributorum ei data ab Honorio *l. 7. de indulg. debit.*

V

VALERIA Prouincia inter Italiæ Prouincias. Italiæ Prouincia: iungitur seu simul nominatur cum Piceno, *l. vlt. quibus equorum vsus.*

Sub Vicario V. R. *d. l. vlt. quibus equorum vsus.*

Pastores Valeriæ *d. l. vlt.*

a Latronibus & abactoribus infestata, *d. l. vlt.* & ideo equorum vsu ibi Pastoribus interdictum *d. l. vlt.*

VENETIA Prouincia. De ea plures obseruationes historicæ.

Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ erat. Ideo appellatum inde ad eum *l. 27. de appellationibus.*

Fuit item sub dispositione Vicarii Italiæ, *l. 2. ne operæ a conlatorib.*

Tributa & tributorum exactio per Venetiam: de ea *l. 1. de executoribus:* seu *l. 10. de exactionibus.*

De Diei Solis obseruantia per Venetiam, *dicta l. 1. & 10.*

Consularis Venetiam regebat, seu administrabat, *d. l. 1. & 10.* cuiusmodi erat sub Valentiniano Sen. Florianus *d. l. 1. & 10.*

Fluuius Liquentia: & Pons eius (in Venetia) *l. 2. ne operæ a conlatorib.* qui sub Valentiniano Sen. reparari iussus Anno D. 370. *d. l. 2.*

Ciuitates Venetiæ: (*Opitergium.* Indicatur ea, *d. l. 2.*) *Altinum*, *Aquileia*, *Concordia*, *Patauium*, *Brixia*, *Vincentia.* Vbi frequenter Imperatores constitere: variasque ibi constitutiones dedere. Ex quibus omnibus breue Chronicon conficere quisque facile per se potest ad illustrationem *historiæ Venetiæ.*

Vrbicariæ regiones, vide & supra *Quatuor Regiones*, *Suburbicariæ*, *Vicinæ.*

De his *l. 3. tributa in ipsis speciebus: l. 9. de extraord. l. 3. quibus equorum vsus: l. vnic. si per obrept. l. 14. de indulg. debitor.*

Prima omnium mihi mentio occurrit Vrbicariarum regionum Anno D. 359. sub Constantio, in *l. 9. de extraord.*

Prouincialium nomine veniebant, & qui Vrbicarias regiones incolebant, *l. 14. de indulgent. debitorum.*

a Latronibus & abactoribus inquietatæ, *d. l. 3. quibus equorum vsus.*


Patrimoniales & Emphyteutici fundi per Vrbicarias regiones, *l. 9. de extraord.*

Vinum populi Romani vsibus ex Vrbicariis regionibus conferebatur *l. 3. tributa in ipsis speciebus.*

Suarii per Vrbicarias regiones *l. 3. quibus equorum vsus.*

ab Italia Vrbicariæ regiones distinguuntur *lex vnic. si per obreptionem: l. 9. de extraordinariis.*

Vrbis Præfectura. Priuata res per Præfecturam Vrbis Romæ, non nisi sciente Comite R. P. tractari poterat, *l. 9. de iure fisci: l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. de scenicis:* Vide *Notitiam Dignitatum.*



PARS

PARS TERTIA:

QVA CONTINETVR

VRBIVM NOTITIA.

A

ADRVMETVM, vide *infra Hadrumetum.*

ÆDESSA, vel Ædesa, Osdroënæ ciuitas *l. 79. 105. de Decurionibus.* De eadem accipio & *l. 8. de Paganis:* vbi agitur de quodam Templo.

Curia Ædesena, & Ædesini municipes, *dicta l. 79. & 105.*

Iouianus Imp. Ædessæ constitutus Anno Domini 363. vnde data ab eo *l. 9. de erogat. milit. ann.*

AFRODISIENSIVM ciuitas (Cariæ alia fuit in Thracia) *l. 37. seu vlt. de annona & tribut.* Episcopus eius ciuitatis Cyrus, cuius merita prædicantur *d. l. vltim.*

AGRIPPINA: Imperatores ibi constitere, legesque dedere.

Constantinus Magnus A. D. 312. (non 319.) vbi data ab eo *l. 1. fine censu.*

Valentinianus Sen. Anno D. 368. (non 365.) vbi data ab eo *l. vnic. ne damna Prouinc.*

Curia & Decuriones Agrippinensium. Ad hos data a Constantino Magno Anno D. 321. *l. 3. de Iudæis.*

Iudæi Agrippinæ sub Constantino Magno *d. l. 3.*

ALEXANDRIA, seu ciuitas Alexandrina *l. 1. 2. de frum. Alex. Ciuitas* absolute, de Alexandria, *l. 19. de operibus publ.* Vide Eunapium *in Vita Ædesii pag. 75. Edit. Commelin.*

Diuisa, vt aliæ ciuitates, in *Curiam* & *Plebem.*

de Curia Alexandrina: eiusque Decurionibus, Primatibus, Principalibus agitur *l. 189. 190. 191. vlt. de Decurion. l. 42. de Episcopis.*

Senatores ciuitatis Alexandrinæ *l. 19. de petition.* ad quos ea lex data.

de Aduocatis *d. l. 189.*

Plebs: de qua *tit. de Alexandrinæ plebis primatibus:* in varia corpora diuisa erat.

Corporati Alexandrini, seu ciuitatis Alexandrinæ, *l. 2. de Alexand. pleb. primatib. l. 42. de Episcopis.* In his

Artifices varii seu operarii. qui ERGASIOTARII dicti *l. 1. d tit. de Alex. pleb. prim.*

Horum Primates, *Archigerontes*, & *Diœcetæ* dicti, *d. l. 1.*

Episcopi Alexandrini *l. 2. 3. de fide Catholica: l. 42. 43. de Episcopis: l. vltim. de his, qui super relig. l. vltim. de Episcop. iud.*

Petrus *l. 2. de fide Cathol.*

Timotheus *d. l. 3.*

Theophilus, *d. l. vlt. de his, qui super relig.*

Legatio Alexandrina, ad Theodosium Iun. Anno D. 416. *l. 42. de Episcopis:* de Legatione Alexandrina, vide & *l. 188. de Decurion.*

Sedes Præfecti Augustalis: ideo PP. ibi lex quæ ad eum data est, *l. 1. de Alex. pleb. prim.*

Eutycheum, locus Alexandriæ, vbi PP. dicitur *d. l. 1.*

Hypomnematographi Alexandriæ, & eorum munus *l. vltim. de Decurionib* vide Strabonem, *lib. 17. pag. 1148. Edit. Almelouεεn.*

Ecclesia Alexandrina venerabilis, *l. vltim. de patrocin. vicor.* qua vetatur illi quoque patrocinium vicorum.

Parabolani Alexandriæ, qui ad curanda debilium ægra corpora deputati erant, num. 500. *l. 42. de Episcopis:* mox 600. *l. 43. eod.*

Spectacula publica Alexandriæ, ad quæ Parabolani accedere vetiti *d. l. 42. 43.*

Nauium titulus Alexandriæ, *l. 2. de Alexandr. pleb. prim.*

Frumentum Alexandrinum, de eo *titulo 26. lib. 14.*

Canon gratuitus ab Imperatoribus Alexandrinæ Vrbi quoque concessus, qui a Theodosio auctus 110. modiis diurnis *l. 2. de frum. Alexandr.*

Commeatus frumentarius ex Alexandria Constantinopolim. Hic Alexandrinus stolus *l. 7. de naucul.* Alexandrina Classis *l. 32. d. tit.* quæ ex Alexandrinæ ciuitatis conditis frumentum transferebat, dispositione PF. annonæ Alexandr. *l. 3. de susceptoribus.* Eum in finem frumentum Constantinopolitanæ Vrbi destinatum Alexandrinam ciuitatem conuectum, *l. 1. de frum. Alex.*

Crithologus, & Zygostates suscipiendo & excutiendo illi admetiendoque præerant: vnde Crithologiæ & Zygostasii munus, *d. l. 1.*

Præfectus annonæ Alexandriæ, *d. l. 3. de susceptoribus.*

Vectigal dinummium ciuitatis Alexandrinæ, *l. 2. de Alexandr. pleb. prim.*

de Legatis ad Gentes Auxumitarum, & Homeritarum missis, Alexandriæ commorantibus *l. 2. de Legatis.*

de Ergasteriis publicis, & domibus super iis extructis, *l. 9. de operib. publ.*

Legationum ex Alexandria ad Comitatum Principis mittendorum forma, *l. 15. de Legatis.*

ALTA RIPA (in Galliis ad Rhenum.) Valentinianus Imp. ibi constitit Anno D. 369. Data ideo ibi ab eo, eo Anno XIII. Kal. Iul. *l. 4. de reparat. appellat.* vbi dixi. Inde sese *Brisiacum* ad eandem Rheni ripam contulit. *Alta ripa* & hodie nomen retinet.

ALTEIVM (in Gallia) Valentiniani Sen. lex Altei data Anno D. 365. vel potius Anno D. 368. aut 370. *l. 3. de actor. & procur.* Forte & ibi (non Altino) data *l. 3. de repar. appell.*

ALTINVM Italiæ. Valentinianus Sen. ibi constitit Anno D. 364. vbi & datæ ab eo *l. 1. 2. quibus equorum vsus: l. vnic. quorum vsus interd. l. 16. quorum appellat. l. vnic. de Nautis Tiber. l. 7. de Pistorib. l. 7. de pœnis.*

Honorius ibi constitit, Anno D. 399. vbi data ab eo *l. 5. & 6. de canone frum. V. R. l. 15. de exactionib. l. 16. de bonis proscriptorum.*

Anno 400. *l. vn. de patrocin. borreor. Portuens.*

Anno 401. *l. vnic. de off. Vicarii.*

Anno 406. *l. 30. de annona & tribut.* nisi hæc lex referenda ad Annum 399.

AMBIANIS (in Galliis) Valentinianus Sen. ibi constitutus mense Augusto A. D. 367. quare ibi data ab eo XV. Kal. Sept. eius Anni *l. vnic. de Ingratis liberis.*

ANCYRA Galatiæ: Imperatores ibi quandoque constitere:
Constantius Anno D. 347. vbi & data ab eo *l. 8. quorum appellat.*
Valens Anno D. 371. vbi & data ab eo *l. 76. de Decurionibus.*
Arcadius Anno D. 397. vbi data ab eo *lex quisquis ad L. Corn. de Sicar. l. vlt. de præd. Senator.*
Anno D. 405. vbi data ab eo *l. 1. ne quis in Palat. l. vnic. ne mensorib. l. 17. de Palatinis.*

ANTIGONIA forte loco Antiochiæ in subscriptione *l. 1. de suscept.* quæ in Macedonia.

ANTIOCHIA: Antiochena per Syriam ciuitas, *l. 169. de Decurion.* De ea vide Eunapium *in Libanio pag. 167. Edit. Commelin.*
Decora ciuitas, *d. l. 169.*
Imperatores Antiochiæ sæpe constitere: vnde & complures datæ ab iis leges.
a Constantino A. D. 338. *l. 23. de Decurionib. l. vlt. de temp. cursu.*
A.D. 339. *l. 1. de incestis nupt.*
A.D. 340. *l. 5. 6. de Prætorib.*
A. D. 342. *l. 33. 34. de Decurion. l. 6. quorum appell.* Forte & *l. 7. de cursu publ.*
A. D. 343. *l. 5. de falsa moneta.*
A. D. 349. *l. 39. de Decurionib.*
A. D. 361. *l. 16. de Episcopis.*
a Iuliano Anno D. 362. *lex, quædam, de officio Rector. Prouinc. l. 1. de domest. & protectorib. l. 51. 52. 53. de Decurion. l. 1. de dominio rei quæ poscitur: l. 29. de appellat. l. 1. de proximis: l. 8. 9. de operibus publ. l. 3. de contrah. empt. l. 1. de indulgent. debitorum: l. 15. de cursu publ. l. 2. de itiner. mun. l. 7. Cod. Iust. de ædific. priu.*
A. D. 363. *l. 5. de sepulchro viol. l. 3. sine censu: l. 55. de Decurion. l. 12. Cod. Iust. de exceptionib.*
a Iouiano Anno D. 363. *l. 2. de metallis: l. 16. de cursu: l. 3. de Suariis: l. 56. de Decurionib.* Nam has leges Iouiano adscribo: vt pote datæ post mortem Iuliani.
A. D. 364. *l. 2. de raptu vel matr. sanct.*
a Valente Anno D. 369. *l. 2. de Aquæductu: l. 5. de metallis.*
A. D. 372. *l. 19. de Prætorib.*
A. D. 374. *l. 8. de murilegulis l. 1. de fabricensib. l. 8. de falsa moneta.*
A. D. 375. *l. 7. de tyronib. l. 79. de Decurionib.*
A. D. 376. *l. 24. de Prætorib.*
A.D. 377. *l. 17. de erog. mil. ann. l. 14. de diuersis officiis.*
Dat. (redd.) Antiochiæ Anno D. 364. *l. 2. de raptu vel matr. sanct.* ad Secundum PP. Anno D. 369. *l. 5. de metallis.*
Propositæ leges Antiochiæ, quæ datæ ad Vicarium Orientis *l. 4. de Veteranis: l. 10. de Decurion.* ad PP. *l. 9. de tyronib. l. 3. de desertorib. l. vlt. de temporis cursu: l. 2. de raptu vel matr. sanctim.*
Data ad Antiochenses Constantii *l. 16. de Episcopis.* Anno D. 361. de immunitate Clericorum.
Magistratus, id est, Duumuiri ciuitatis Antiochenæ. Hi ludos edebant. Eorum census erectus 600. solidorum præbitione, probatusque ab Arcadio *l. 169. de Decurionib.*
Alytarcha Vrbis Antiochenæ *l. 12. de iure fisci.* Alytarcha simpliciter *l. 2. de expens. ludor.* cui vnius cupressi excidendæ, plantandi plures priuilegium datum *d. l. 12. de iure fisci.* Hic erat Sacerdos Vrbis Antiochenæ, qui ludos curabat, sic vt modum ludis positum excedere posset, *d. l. 2.*
de Clericis in Antiochensi territorio *l. 16. de Episcopis.*
de Curia seu Ordine & Curialibus Antiochenis, *l. 51. 131. 169. de Decurionib.* vide & *l. 2. Cod. Iust. de excus. mun.* Ammianus Marcellinus, *l. 14. cap. 7.*
Matre Curiali Antiochena patre licet libero natus, Curiæ Antiochenæ vindicabatur. quod ius firmatum a Iuliano *d. l. 51. de Decurion.* vel primum institutum, Zosimus *lib. 3. cap. 11. in fin.*
Barbaricarii, id est, qui cassides & buccellas argento tegebant, & deaurabant Antiochiæ, *l. 1. de fabricens.*
Fabricæ & fabricenses Antiochenæ ciuitatis, *l. 8. de metatis,* & *d. l. 1. de fabric.* Horum domus a metato immunes, *d. l. 8.*
Ludorum Antiochenorum mentio *l. 169. de Decurionibus:* de his insignis locus Herodiani *lib. 2. cap. 7. in fin.* Procopii *lib. 1. in Persicis, cap. 17.* Eo pertinent quæ de *Magistratuum* ludis supra *de Alytarcha.*
Prata priuatorum Antiochenorum ab animalibus militum depasci, mutilari, vetuit Arcadius *l. 3. de pascuis.*
Thermæ Antiochiæ. Harum mentio *l. 131. de Decurionibus:* vbi agitur de earum calefactione.
Daphne Suburbium Antiochiæ, vide *infra Daphne.*

ANTIOCHIA, vbi data Anno D. 364. *l. 10. de erogat. mil. ann.* videtur insula Antiochia prope Constantinopolim, in Scythia & Propontide: pariter vt Anno D. 369. *l. 5. de metallis.*

ANTIOCHIA (Pisidiæ scilicet) in Asiana diœcesi, *l. 3. de fide Cathol.*
Episcopus eius, Optimus Anno D. 381. *d. l. 3.*

APAMIA, vel Apamea; Publica prata Apamena ab animalibus militum mutilari vetuit Arcadius *l. 3. de pascuis,* si recta ibi lectio est.
Constitit ibi Theodosius Iun. Anno D. 436. data ibi ab eo *l. vltim. de annona,* & *l. vltim. de indictionibus.*

APOLLONIA: Apolloniæ data, id est, reddita Anno 373. (male vulgo 365.) *l. 1. de stratorib.* quæ data est ad Præsidem Epiri nouæ.

AQVÆ: Aquis data Anno D. 325. *l. 1. de erog. mil. ann.* A. D. 333. *l. 4. de diuers. rescr.* Quænam hæ Aquæ, ibi disquiro.

AQVILEIA: Constantinus Magnus ibi constitit Anno 312. vbi tum data ab eo *l. 1. de maternis bonis.*
Anno D. 319. vbi tum data ab eo, *l. 9. de appellationib. l. 6. de Decurionib. l. 1. de tutoribus.*
Anno D. 320. vbi tum data ab eo *l. 1. de raptu virgin. l. vnic. si quis eam, cuius tutor.* ad hunc enim annum hanc legem referre malo. Vide *Commentarium.*
Anno D. 321. vbi tum data ab eo *l. 3. de maleficis.*
Anno D. 326. vbi tum data ab eo *l. vnic. si quis eam, cuius tutor: l. 2. de filiis mil. apparit.*
Constans ibi constitit Anno D. 340. vbi data ab eo *l. 3. de dilationibus: l. 5. de aduocato fisci.*
Valentinianus Sen. Anno D. 364. vbi data tum ab eo *l. 4. de Legatis: l. 59. de donation. l. 17. de Episcopis: l. 9. de petitionib. l. 60. de Decurion. l. 33. de appellat. l. 3. de conlat. fund. patrimon. l. vnic. de priuileg. apparit. Magist. pot. l. 6. de priuil. eorum, qui in sacro Palatio: l. 21. de cursu: l. 2. de officio Rectoris Prouinciæ.*
A. D. 365. vbi datæ ab eo *l. 11. de Pistoribus: l. 13. de erogat. mil. ann.*
Gratianus Anno D. 379. quo ibi ab eo data *l. 2. de desertorib. l. 11. de lustrali collat.*

Valentinianus Iun. Anno D. 380. *l. 10. de murilegul. l. 10. de priuileg. eorum, qui in sacro Palat.*

Anno D. 381. *l. 2. de Equis Curulib. l. 18. de annona.*

Anno D. 384. *l. 6. Cod. Iust. de modo multarum.*

Anno D. 385. *l. 10. de Palatinis: l. 13. de iure fisci: l. 16. de diuers. offic. l. 7. de diuersis rescriptis: l. 20. de annona & tribut. l. 12. de murilegulis: l. 10. de Legatis: l. 46. de appellation. l. 30. quorum appellat. l. 17. de diuers. offic. l. 17. de extraord. l. 1. Cod. Iust. de fundis limitroph.*

Anno D. 386. *l. 17. de nauicular. l. 3. de executoribus: l. 13. de exactionib.*

Theodosius Magnus & Valentinianus Iunior simul, post Maximum Tyrannum ibi deuictum: de quo vide *Chronicon nostrum.*

Anno D. 388. *l. 6. de infirm. his, qua sub Tyrannis.*

Anno D. 391. *l. 11. de Paganis: l. vnic. de possess. ab eo qui his: l. 3. de fide & iure hastæ: l. 2. de priuil. corporat. V. R.*

Honorius Anno D. 400. *l. vnic. de Consularibus & Præsidibus.*

Valentinianus Tertius Anno D. 425. *l. 46. vlt. de Episcopis: l. 62. 63. 64. vlt. de hæreticis.*

ARELAS (Galliarum:) Constantinus Magnus Arelate Anno D. 316. vnde datæ ab eo *l. 5. & 6. de appell.* post Magnentium deuictum.

Constantinus Magnus Arelate Anno D. 326. vbi tum data ab eo *l. 2. de diuers. offic.* vbi vide quæ dixi: si modo ea lex Constantini est.

ARELAPE (Norici ciuitas) nam ita reponam in subscriptione *d. l. 2. de diuers. offic.* si ea Constantini Magni est, vide *Itineraria.*

Ibidem constitit Valentinianus Anno D. 365. per Emonam: inde Aquileiam & Altinum Mediolanum pergens: vbi & data ab eo *l. 2. Cod. Iust. de cond. in publ. horr.* vbi hactenus pariter male *Arelate.*

ARIMINVM: Concilii Arimini habiti, seu Ariminensis mentio *l. vltim. de fide Catholica: l. 15. de Episcopis.*

Dat. Arimini (pro reddita) Anno D. 358. *l. 6. de maleficis:* ad Taurum PP. hic enim Taurus PP. Arimini tum erat.

AVELLINVM, vnde oppidani *Auellinates.* Ordinis Auellinatium fit mentio in *l. 68. de Decurion.* vbi & Ordinarii Iudicis sub quo Auellinates fuere (nempe Consularis Campaniæ) mentio fit sub Vicario Vrbis.

AVGVSTENSIS Suitranea (Zeugitana, vide *Itinerar. Antonini*) ciuitas *l. 1. de domibus ad rem priuatam.*

B.

BAVXARE (γρ. Bauzane in Rhetia) ibi data Anno D. 379. a Gratiano *l. 3. de Palatinis S. L.* vbi vide quæ dixi.

BERSABINVM Castrum in Palæstina, sub Duce Palæstinæ, *lex 30. de erogat. militaris ann.* vide *Notit. Imperii* & auctorem de locis Hebraicis, *fol. 125.*

BEROEA, vide *infra Verona.*

BERYTVS, al. Byritus, vel Byrithus, Metropolis non erat Anno D. 382. imo ei opponitur *l. 11. de tyronib.* Laudes eius Eunapius *pag. 151. Edit. Commelin.* habet.

Conchylioleguli seu murileguli in Phœnicia Byriti, *l. 9. de lustrali collat.*

Propositæ ibi Leges: quæ datæ sunt ad Consularem Phœnices *l. 9. de lustrali collat.* Ad PP. Orientis *l. 63. de Decurion.* (qua etiam agitur de Comite Orientis, vt *l. 2. de Agentib. l. 1. de naufragiis: l. 1. de gladiatorib.*) nisi ibi Propræfecto legendum.

Ad Comitem Orientis *l. 41. de cursu: l. 54. de Decurionibus.*

Pro Præfectis *l. 1. de gladiatorib.* si in inscriptione PP. ita accipimus.

ad Petronium Patricium *l. 7. de filiis mil. apparit.* (quanquam subscriptio forte ibi emendanda.)

ad Magistrum Officiorum *l. 3. de his, qui cum disp.*

Lex quædam quæ inscriptione caret, data Tyro Metropoli, PP. Beryto *l. 11. de tyronib.*

Vt & aliæ leges de re tributaria, sine inscriptione, Dat. vel PP. Byritho: puta *l. 2. de publ. comparat. l. 4. tributa in ips. spec. l. 19. de annona & tribut.*

Sub Constantino Magno A. D. 325. *l. 1. de gladiatorib.*

Sub Iuliano A. D. 362. *l. 54. de Decurionib.* A. D. 364 *l. 2. de Agentibus.*

Sub Valente A. D. 372. *l. 9. de lustrali collat. l. 1. de naufrag.* A. D. 373. *l. 63. de Decurion.*

Sub Theodosio Magno A. D. 381. *l. vltim. de his qui cum disp.*

A. D. 382. *l. 41. de cursu: l. 11. de tyronib.*

A. D. 384. *l. 2. de publ. comp. l. 4. trib. in ips. spec. l. 19. de annona & trib.*

BESSA (in Thracia) Ibi constitit Constantius, vbi & ab eo data Anno D. 340. *l. 30. de Decurion.*

BETORINA CASTRA. Mentio fit eorum in *l. 15. de erogat. mil. ann.* vide *Notitiam Imperii.*

BONA MANSIO: Valentinianus & Valens e Philippopoli, Bonam mansionem profecti ex Thraciis in Mœsiam: vnde data ab iis *l. 1. de priuil. corpor. V. R. l. 12. de erog. mil. ann.*

BONONIA (Galliarum scilicet) Constans Imp. constitit Bononiæ Anno D. 343. vbi & data ab eo *l. 5. de extraordin.*

BRISIACVM: Valentinianus Brisiaci Anno D. 369. digressus Altaripa ad eandem Rheni ripam. Data ideo ibi ab eo *l. 8. de priuileg. eorum, qui in sacro Palat.*

BRIXIA: Valentinianus Iunior ibi constitit Anno D. 382. ibi data ab eo *l. 9. de Legatis.*

Honorius A. D. 396. *l. 27. de Prætoribus.*

Anno D. 399. *l. 3. de habitu quo vti: l. 34. de Episcopis.*

Anno D. 400. *l. 61. de appellat.*

C.

CABILLVNVM. Dat. Cabilluno Constantini M. lex Anno D. 315. puta *l. 2. de pœnis:* vbi vide quæ noto.

CÆSAREA (Cappadociæ scilicet) in Diœcesi Pontica *l. 3. de fide Cathol.* vide Sozomenum *l. 7. cap. 9.* (Eiusque Metropolis) Episcopus eius Palladius, *d. l. 3.*

CÆSAREA (Palæstinæ Metropolis.) Ideo PP. Cæsareæ lex, data ad Dracilianum Agentem vices Præfecti Prætorio *l. 1. de vsuris.* De Cæsarea Palæstina id accipiendum, ibi doceo.

Data Cæsareæ Anno D. 365. Valentis *l. 5. de susceptoribus*, ad Secundum PP. qua & Præsidis Ciliciæ mentio fit.

CÆSENA & Cæsenates: Constans Imp. constitit Cæsenæ. Anno D. 346. vbi ab eo data *l. 38. de Decurion.* nisi *eam legem* referamus ad Annum D. 354. & sic ad Constantium: quod mallem. Ordo Cæsinatium, ad quem scribit Constantius Anno D. 354. *l. 6. de annona* (hic editum *Cæsinatium*) *l. 42. de Decurionib.* (hic dicuntur Cæsenates,

tes, vt Plinio *lib. 14. cap. 6.* & Sidonio Apollinari *lib. 1. epist. 8.*)

Vinum ex collata ab Italis pecunia in cellarii Principis vsum, ibi quoque comparabatur, quo pertinet *d. l. 6. de annona.* De vino generoso, eiusque maxima copia in agro Cæsenati testis Plinius, *d. lib. 14. cap. 6.* & Strabo *lib. 5. pag. 334. Edit. Almelooueen.*

CAPVA: Metropolis Campaniæ: hinc Accepta Capuæ Constantis *l. 1. de salgamo:* quæ data ad Prouinciales. Lecta Capuæ *l. 14. de extraordin.* quæ data ad Præfectum Prætorio. PP. Capuæ *l. 25. de appellat.* data ad Præfectum Prætorio.

CARALIS: Metropolis Sardiniæ. Hinc Acc. Caralis dicitur *l. 1. de cursu publ.* quæ data ad Constantium (Præsidem scilicet Sardiniæ vel PP. Italiæ, sub quo Sardinia erat) quaque id iubetur, ne boues aratris dediti ad cursum publicum abstrahantur, vt & *l. 1. de feriis*, quæ Helpidio inscribitur, vbi disquiro, quænam eius dignitas fuerit. *Caralis*, hodie *Cagliari*, apud antiquos etiam *Carales.*

CARNVTVM (Illyriorum:) Valentinianus Imp. Carnuti constitit: Anno D. 375. ideo ibi data ab eo *l. 12. de accusat.* Zosimus *lib. 2. c. 10.*

CASTVLO PP. Castulone dicitur Constantini M. *l. 1. de distrah. pignor.* A. D. 323. quæ caret inscriptione eius, ad quem ea data est: sed procul dubio ad Præsidem Beticæ data ea: cuius Beticæ Vrbs Castulo, vel Liuio teste *l. 24. c. 41.* vide & Plinium *lib. 3. c. 3.* & quæ dixi in *Commentario* ad h. l. Inde etiam Hannibalis vxor, nomine Helce, erat.

CHALCEDON. Ad Edictum Chalcedonensium & Macedoniensium data a Constantino Magno Anno D. 324. *l. 3. de extraordin.* de adscriptionis forma Acc. Chalcedone Anno D. 365. Valentis, *l. 14. de erog. mil. ann.* Secundo PP.

CIRTA, seu Constantina Cirtensium, vide *infra* in *Constantina.*

CLAVDIOPOLIS oppidum Bithyniæ, *l. 119. de Decurionib.* vide Ptolemæum *lib. 5. cap. 1.* Dionem in vita *Adriani.*

COMPLATVM. Data Complati Anno D. 379. a Valentiniano *l. 10. de diuersis officiis:* ad Viuentium PP.

CONCORDIA. Theodosius Magnus & Valentinianus Iun. ibi constitere A. D. 391. vbi ideo data *l. 11. de fide testium: l. 4. 5. de Apostatis:* ad Flauianum PP. Inde Vincentiam profecti, mox Aquileiam: vnde Constantinopolim rediit Theodosius.

CONSTANTINOPOLIS: Prima omnium lex Constantinopoli data, Anno D. 330. *l. 2. de Iudæis:* quo ipso Anno ea dicata fuit. Sed & eo ipso Anno eo refero *l. 1. de Aquæductu.*

Æterno nomine, iubente Deo donata a se ait Constantinus *l. 7. de nauicul.*

Epitheta: Æterna Vrbs *l. 4. de Spectaculis.*

Alma Vrbs *l. 15. vltim. de metatis: l. 4. de his, qui ad Eccl. l. 5. de iis, qui sup. relig. l. vlt. de Palatinis S. L.*

Amplissima Vrbs *l. 1. in fin. de frum. V. Consp. l. vlt. de calcis coctorib.*

Augustissima Vrbs *l. 32. de nauicul.* Augustissimi nominis *l. 14. de annona ciu.*

Chara nobis ciuitas *l. 33. de hæreticis.*

Conspicua Vrbs *l. 25. de operibus publ.*

Elorentissima Vrbs *l. 4. de Aquæductu: l. 14. de metatis.*

Inclyta Vrbs *l. 58. de hæreticis.*

Maxima Vrbs *l. 2. de feriis.*

Vrbs nostra *l. 14. de numerariis.*

Noua Roma: ideo ad differentiam eius vetus Roma dicta *l. 45. de Episcopis.*

Sacratissima Vrbs *l. 32. de nauicul. l. vltim. de Decurion. & silent. l. 30. de hæreticis: l. 13. de metatis: l. 37. de Episcopis: l. 5. de his qui ad eccles.*

Sacratissimi nominis *l. vnic. de honorat. vehic.* Splendidissima *l. 51. de operib. publ.*

Actuarii Constantinopoli vltra 50. dies morari prohibiti, sub pœna 20. librarum auri, *l. 14. de numerar.*

Ædes Principis Constantinopoli *l. vlt. de calcis coctor.* vicinæ Amphitheatro, & D. Iuliani Portui, *d. l. vlt.* Basilicam Theodosianam accipio, octaua Regione: vide Themist. *p. 161. Edit. Petau.* & veterem Constantinop. descript.

Frequentandæ ciuibus & domibus Constantinopolitanæ Vrbi, varia priuilegia domos habentibus ciuibus indulta.

A metati onere immunes fuere, nisi præsente Comitatu, *l. 14. de metatis.*

Ab extraordinariis item sordidisque muneribus *l. 6. de extraordin.*

Annonæ ciuicæ seu panes de publico dati, vt ædificandi studio magnitudo Vrbis augeretur, *l. 11. de annonis ciuicis.* pro extruendis domibus *d. l. 11.* his qui domus haberent, *l. 11. 12. 13. d. tit.* domibus *l. 2. de frum. V. Const.* Quod a Constantino Magno institutum, isque canon a Constantino institutus dicitur *l. 9. 12. de annon. ciu. l. 2. de frum. V. Const.* vide Socratem *lib. 2. cap. 13.* Sozomenum *lib. 3. cap. 6.* a Theodosio M. auctum fuit *l. 2. de frum. V. Const.* Vnde & ædium panes dicuntur *l. 1. d. tit. de annonis ciuicis:* qui in tantum ædes sequebantur, vt vendi ædes retentis panibus non possent, *d. l. 1.* Consule etiam Eunapium in Ædesio *pag. 39. Edit. Commelin.*

Operibus item publicis ornandæ, Constantius ingenti studio incubuit, vide *l. 13. de Prætoribus*, & quæ ibi notaui.

Frequentando item Senatui, Senatoribus quædam data immunitas *l. 3. de Senatoribus & glebali collat.*

Arca frumentaria Constantinopoli, *l. 1. de frum. V. Const.*

Amphitheatrum Constantinopoli. Eius mentio *l. ultim. de calcis coctorib.* Inter id & D. Iuliani Portum per littus maris fornaces calci coquendæ erant, *d. l. vltim.* vide Vet. descript. Vrb. *regione 2. & 3.*

Annona ex Africa Constantinopolim delata: vt probat *l. 2. de naufragiis*, ex Ægypto & Alexandria.

Annonæ ciuicæ Constantinopoli: de his *l. 1. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. de annonis ciuicis.* Duplex ea: vetus & solita a Constantino scilicet instituta: altera noua a Theodosio M. *l. 12. 13. 14. de annonis ciuicis: l. 2. ne frument. V. Const.* (Hic distincta horrea Constantiaca & Theodosiana, vide Veterem descript. *regione 5. & 9.*

Apostolorum & martyrum Sedes Constantinopoli *l. 6. de sepulchro viol.* In his quoque Theodosius Magnus sepeliri vetuit, *d. l. 6.*

Aquæductus Constantinopoli *l. 1. 3. 4. de Aquæductu:* Aquæductus Theodosiacus *l. 29. 30. de Prætorib.* Ad eundem refero *l. 6. de Aquæductu: l. 23. de operibus publ.*

Expensæ a Prætoribus in Theatrales ludos faciendæ ad huius Aquæductus fabricam conuersus *d. l. 29. & 30.*

Balneum

Singulari priuilegio Curialis vnum e tribus maioribus filiis Senatui dando, eum Curiæ nexu liberabat, *l. 132. de Decurionibus*: (id quod abrogatum *l. vltim. Cod. Iust. eod.*)

Frequentando item Senatui, Senatoribus sese Senatui dantibus, quædam immunitas data *l. 3. de Senatorib. & glebali collat.*

Senatus. Lectæ leges in Senatu, quæ ad Senatum datæ *l. 8. de metallis*: *l. 19. de operibus publicis.*

Sepeliri mortuos in Vrbe Constantinopol. vetuit Theodosius Magnus etiam in Apostolorum vel Matyrum sedibus *l. 6. de sepulchro violat.*

Suarii & Optiones per omnes Regiones Vrbis Constantinop. *l. 22. de diuers. offic.*

Thermæ Honorianæ, & de Porticu eas prœcurrente *l. 50. de operib. publ.*

Thymele Constantinop. *l. 22. de diuers. offic.* id est, chori scenicorum mimorum, vide & *l. 21. eod.*

Propositæ Constantinopoli *l. 152. de Decurion. l. 6. de Aquaductu*: data ad P. V. *l. 50. de Decurionib.* data ad P. P. Orientis & *l. 40. de lustrali collat.* & *l. 1. de locat. fundor.*

Imperatores ibi subinde hæsere: vnde

Datæ quamplurimæ leges Constantinopoli a Constantino M. id est, inde ab Anno D. 330. Constantio, Iuliano, Valente, Theodosio M. Arcadio, Theodosio Iun. quas nullo labore Lector ex Chronologia nostra seruata annorum serie, excerpere poterit. Imperatorum erga Constantinopolim studium, non tantum Constantini, qui eam excitauit; verum etiam Constantii: de quo vide notitiam ad *l. 13. de Prætorib.* Iuliani, Valentis: de quo vide notitiam ad *l. vnic. de Italico iure*, Theodosii Magni: de quo vide *notitiam*. Dat. pro Acc. vel Reddita (vt existimo) *l. 7. de Legatis.*

CONSTANTINA *Cirtensium*, aliæque Constantinæ: Constantinæ Cirtensium mentio, & Ordinis eius ciuitatis in *l. 39. de Decurion.* quæ ad eum data, vbi vide quæ dixi: vide etiam Victorem Schotti in Constantino.

Hic ipsa Constantina est: cuius mentio fit in subscriptione *l. 15. de nauicul.* Acc. Constantinæ: quæ data ad Hesperium PP. apud Æthicum, & in Nou. Valent. *inter Theodos. 23.* Vrbs hæc Concilio, quod inde Cirtense, habito A. D. 412. illustris. Vid. *not. d. ad dict. leg. 15.*

Et in subscriptione Acc. Constantinæ *l. 9. de susceptoribus*: quæ data est ad Vicar. Africæ & *l. 15. de nauicular.* quæ data ad PP. Acc. Constantinæ *l. 1. si quis pec. consl.* Anno 356. ad Rufinum PP.

CONTIONACVM (in Gallia) Data ibi Valentiniani *l. 5. de custod. reorum*: *l. 17. de annona & tribut.* Anno D. 371. *l. 3. de denunciat.* vbi dico *l. 1. de nauicul. fil.*

CORDVBA. Acc. Cordubæ lex data ad Comitem Hispaniarum *l. 1. de accusat.* Anno D. 316.

Osio (Ep. Cordubensi) inscribitur *l. vnic. de manum. in Eccl.*

CORINTHVS: Metropolis Achaiæ: hinc acceptæ dicuntur Corinthi *l. 1. de denunciat. l. 2. de accusationib.* quæ datæ proculdubio ad Proconsules Achaiæ.

CYZICVM. Cynæceia & familiæ Cynæcii Cyzici, ita enim repono loco *Ciliciæ* in subscriptione *l. 7. de murilegulis.* Horum mentio apud Sozomenum, *lib. 5. cap. 14.*

Proposita Cyzico Constantii *l. 22. de appellat.* Anno Domini 343. quæ data ad Scyllacium (vel PP. vel Vicarium Ponticæ.) Forte & ibi PP. *lex 1. de Veteranis*: emendata subscriptione.

Data Cyzico Anno D. 368. vel potius 370. Valentis *l. 17. quorum appellat.* ad Modestum PP.

Data (id est PP.) Cyzici *d. l. 7. de murilegulis.* ad Filematium Com. S. L. vbi male *Ciliciæ* editum.

D

DAMASCVS: Scripta Consulari Phœnices Damasco Anno D. 380. Theodosii Magni *l. 9. de filiis milit. apparit.* & *l. 83. de Decurionib.* quo tempore Theodosius Thessalonicæ erat. Data (id est proposita) Damasci, de Phœnices templis, *l. 16. de Paganis.* Anno D. 399.

DAPHNE: Palatium Daphnense, *l. 2. de Aquaductu.*

Aquæductus qui Palatio Daphnensi vsum aquæ præstabat, *d. l. 2.* quæ data est Antiochiæ.

Lucus Daphnensis, & cupressus in eo: Priuato cupressos inde exscindere ius non fuit. Alytarchæ tantum Vrbis Antiochiæ vnam exscindere datum, pluresque inuicem in eo plantare *l. 12. de iure fisci*: quod postea abrogatum *l. 2. Cod. Iust. de cupressis ex luco Daphn. exscind.*

DELPHVS: Curia Delphorum *l. 4. de Spectaculis.*

DINVMMA in Rhetia, vel in Campis Caninis: Constantius Mesiatensi digressus ibi constitit Anno D. 355. vbi data tum ab eo *l. 8. de exactionib.*

DOCIMENVM (Phrygiæ) vide *Itiner. Peutinger.* Vnde Docimenum metallum, *l. 9. 11. de indulgent. crimin.* vbi iungitur Proconensi & Troadensi.

DORILAVM (Phrygiæ) Pro *Doride*, in subscriptione *l. 4. de erogat. mil. ann.* quæ data ad Helpidium (PP. Orientis) repono Dorilao, quæ Phrygiæ ciuitas erat. Nisi ea *Doris* est in Macedonia.

DOROSTORVM, vel Dorostolum, data ibi Valentis lex Anno D. 367. *l. 1. de iure fisci*: & *l. 14. de susceptoribus*, data ad Com. R. P.

E

EMESA: Data Emesæ a Constantio Anno D. 338. *l. 25. de Decurionib.* In Syria Phœnice, Arabiæ vicina, vide Chronicon nostrum *eius anni*, illi *l.* & anno appositum.

EMONA: Pannoniæ ciuitas Plinio, Ptolemæo, Zosimo *lib. 5. cap. 29.* inter Pannoniam superiorem & Noricum. Data Emonæ a Valentiniano Sen. qui ibi e Pannonia in Italiam, Aquileiam pergens, constitit, Anno D. 364. *l. 2. de auro coronario*, ad Mamertinum PP. vide Chronicon nostrum *eius anni.*

EPIFANIS ordo *l. 21. de erogat. mil. ann.*

EVDOXIOPOLIS: seu Eudoxiopolitana ciuitas. Ciues eius patriam suam Arcadio obtulerunt Anno D. 404. (vt de Eudoxiæ scilicet nomine deinceps nominaretur) *l. 42. de operibus publ.*

Ergasteria in ea ciuitate erant, *d. l. 42.* quæ ab aliis peti vetita *d. l. 42.* Sub PP. Orientis constituta *d. l. 42.* constitit ibi Theodosius Iun. Anno D. 416. vbi datæ ab eo *l. 182. de Decurionib.* & *l. 23. de pœnis*: *l. 4. Cod. Iust. de sacros. Eccl.* Anno D. 423. vbi data ab eo *l. 61. de hæreticis*: *l. 2. de præd. & mancip. Curial.*

F

FLAVIA FENESTRI (rescribendum Fanestri) Metropolis, vt videtur Piceni: & quidem Annonarii Ideo allegata IV. Kal. Maii Anno D. 365. Flauia Fenestri in Secretario *l. 5. de pactis*, quæ inscribitur Valentiniano Consulari Piceni.

FLO-

FLORENTIA: Metropolis Tusciæ (Annonariæ) vt videtur. Ibi certe Anno 366. Valentiniani *l. 8. de accusat.* quæ ad Correctorem Tusciæ data est, Accepta dicitur.

FORUM FLAMINII: Theodosius Magnus Roma Mediolanum tendens ibi constitit Anno D. 389. vbi tum data ab eo *l. 5. de Quæstionib.* ad Tatianum PP.

G.

GENERASTUM: Proposita Generasto lex Constantini Magni data Anno D. 326. ad Dracilianum (Agentem vices Præfecti Prætorio, simul & Palæstinæ Consularem, vt probo ad *l. 1. de vsuris:*) puta *l. 1. de hæreticis.*

GIFYRA: Data Gifyræ a Constantio, vbi tum consistebat, *l. 12 de Prætoribus*, ad Senatum, Anno D. 361. cuius loci subscriptio supplenda in multis legibus, quæ illi sociandæ sunt.

H.

HADRIANOPOLIS: Imperatores ibi quandoque constitere. ideo datæ Hadrianopoli leges Valentiniani & Valentis, qui ibi constitere Anno D. 364. *l. 5. de re militari: l. 9. de exactionib. l. 58. de Decurion. l. 8 de cohortal. l. 10. de nauicul.* Theodosii Magni, qui ibi constitit Anno D. 380. *l. 21. de operibus public.* A. D. 381. *l. 10. de tyronibus.* A.D. 394. *l. 23. de hæreticis.*

HADRUMETUM: Acceptæ leges Hadrumeti, quæ ad Proconsules & Vicarios Africæ datæ sunt: *l. 1. de pœnis: l. 2. de appellat. l. 1. quorum appellat. l. vlt. de fide & iure hastæ:* vt & *l. 10. de iure fisci:* in subscriptione. Dat. pro Prop. vel Acc. Dat. (id est reddita) Hadrumeto Anno D. 365. *l. 10. de iure fisci:* ad Vicar. Africæ.

PP. Hadrumeto lex data ad Probum PP. *l. 2. de Princip. Agent. in reb.* A. D. 380.

Dat. Hadrumeti *l. 19. Cod. Iust. de procuratorib.* ad Concilium Prouinciæ Africæ.

Coloniæ Adrimitinæ (loco *Coloniæ Agrippinæ*) data, id est, reddita constitutio Constantini Magni Anno D. 332. quæ discerpta in duas leges, puta. *l. 1. de liberis*, & *l. 3. de inoffic. testam.* ad Concilium Bizacinorum.

HELIOPOLIS: Proposita ibi, vel Dat. *l. 4. de maternis bonis:* & *l. 8. Cod. Iust. qui admitti ad b. p.* quæ datæ ad Diœcesium (Com. scilicet Orientis.)

HEMONA: vide *supra Emona.*

HERACLEA vel Heraclia (alia Vrbs Macedoniæ, alia Thraciæ) Imperatores ibi sæpe constitere: Ideo Datæ ibi leges.

Constantini M. A. D. 315. *l. 1. de actorib. & conductorib.* A. D. 326. *l. 1. ad L. Iul. de adulter. l. 2. de custod. reor. l. 13. de appell.* (hæc lex ad alium annum pertinet, forte ad Annum 327. vel 329.) A. D. 329. *l. 17. de Decurion.* Retraho etiam huc *l. 13. de appellat.*

Valentis Anno D. 365. *l. 8 de re militari:* vbi Dat. Heracleæ pro Reddita ad Comitem & Magistrum militum.

Theodosii Magni Anno D. 381. *l. 85. 86. 87. de Decurionib. l. 2. de his, qui cum disp. l. 6. de sepulch. viol. l. 3 de fide Cathol.* A.D. 384. *l. 8. de Palatinis: l. 1 6. de Decurionib. l. 1. de expens. ludor. l. 11. de murilegulis: l. vnic. Cod. de Senatusconsultis.* A.D. 386. *l. 2 de Spectaculis:* (forte ad Annum D. 394.) 394. *l. 18. de cohort. l. 12. de scenicis.*

Theodosii Iun. A. D. 4 6. *l. 11 de indulgent. debitor.* vide *Chronicon Alexandr.*

HIERAPOLIS, vel Hierópolitana ciuitas, vt *l. 8. de Censitorib. l. 2. de venat. fer.*

In Eufratensi Prouincia *d. l. 2. de venat. ferar.* vide & Ammianum Marcellinum, *l. 14. c. 8.*

Per eam ciuitatem feræ ad Comitatum, Constantinopolim a Duce transmissæ, transibant, *d. l. 2.*

Legati ab Hierapolitana ciuitate ad Arcadium missi, &c. *l. 8. de Censitorib.*

Datæ ibi leges variæ, ab Imperatoribus, qui ibi aliquando constitere: Constantii Anno D. 343. *l. 35. de Decurion. l. 1. de Lenonib.*

Anno D. 347. *l. vnic. de bonis militum.*

Anno D. 360. *l. 6. de erog. mil. ann* vide Ammianum Marcellinum, *lib. 14. cap. 7. lib. 21. cap. 13.*

Valentis A. D. 365. *l. 19. de Episcop.* A. D. 368. *l. 3. Cod. Iust. de defensor. ciu.* nisi ad Annum D. 370. referantur.

Anno D. 370. *l. vnic. de iure Italico: l. 6. de tyronibus: d. l. 19. de Episcopis: & d. l. 3.*

Anno D. 377. *l. 3. de fisci debitoribus: & l. 3. de milit. veste: l. 1. de Senatorib. & glebali collat.* qua *lege 3.* Osdroënæ, Isauriæ, & Orientis Prouinciarum mentio fit.

Propositæ Hierapoli Anno D. 319. Constantini Magni *l. 1. de Numerar.* data ad Leontium PP.

HISPALIS: Accepta Hispali Constantini Magni *l. 5. de sponsalibus*, quæ data est Anno 3 6. ad Vicarium Hispaniarum, & Accepta XIV. Kal. Maii. Vnde apparet eam Hispaniarum metropolim fuisse, quod probatur ex Ausonio: vide quæ ad *eam leg.* noto.

I.

ICONIUM: In Asiana Diœcesi *lex 3. de fide Catholica.* Episcopus Iconiensis, Amphilochius A. D. 381. *d. l. 3.* vide Sozomenum *lib. 7. c. 9.*

K.

KARTHAGO: Splendidissima dicitur a Constante *l. 27. de Decurionib.*

Prouincia Karthago *dicta l. 7. de Decurionib.* ab eius metropoli. Sic & Sext. Rufus in breuiario, *ipsa vbi Karthago est Proconsularis* (quanquam & huius loci alius sensus esse potest) & Suidas. Vide hæc plenius supra *voc. Afr. Prouinc. Prouincia Karthaginensis.*

Curia Karthaginensis *l. 176. de Decurionib.* seu Senatus *l. 27. de Decurionib.* seu Ordo ciuitatis Karthaginis. Ad quem scripta *l. 32. de appellat. l. 15. quorum appellat. lex 41 de Decurionibus.*

Capitolium Karthagine *l. 34. de annona & trib.* Mentio eius quoque apud Cyprianum *epistola 55. ad Cornelium, & lib. de lapsis, cap. 6.* In hoc inferebatur aurum, quod tributi nomine a possessoribus collatum, *d. l. 34.*

Concilium Prouinciæ Africæ Karthagine habitum: vt docet cum inscriptione iuncta subscriptio *l. 15. de appellat.* & *l. 2. quemadm. mun. ciuil.*

Exactores per Africam ordinati Karthagine in Secretario, populo admisso, constituto tempore *l. 20. de exactionibus.*

Corporati Karthaginis *lex 24. de annona & tributis.*

Forum: Proposita in foro Karthagine sub programmate Proconsulis *l. 41. de hæreticis.*

Frumentum Karthaginense: de eo, *titulo 25. lib. 14.*

Ludi Karthagine a Sacerdotibus Africæ exhibiti, *l. 145. 176. de Decurionibus: lex 19. de Paganis.*

Ad eos conueniebant, ex aliis Prouinciis & Ciuitatibus Sacerdotes.

Ne illi suas Prouincias & ciuitates destituerent diu, constitutum, vt ludi illi a Sacerdotibus suo tempore seu die implerentur.

Deinde, vt post ludos editos intra quinque dies Sacerdotales quique ad suas ciuitates redirent, *l. 176. de Decurionib.* & *l. 20. de Paganis.*

Tribunus voluptatum Karthagine, *l. vltim. de scenicis.*

Sedes ea Proconsulis Africæ: vt diserte docet *l. 32. de annona & tribut.* & *l. 20. de exactionib.* Saluianus *lib. 7.*

Hinc & quæ leges ad Proconsulem Africæ datæ sunt plures, Acceptæ Karthagine dicuntur, *l. 3. 10. quorum appellat. l. 1. de concuss. aduoc. l. 9. de murilegulis: l. 9. de Decurionib. l. 1. de itiner. mun. l. 9. de scenicis: l. 2. de famosis lib.*

Vicarii item Africæ: hinc & leges ad eum datæ ibi Acceptæ, *l. vnic. de parricidio: l. 24. de Decurionib. l. 13. de annona: l. 1 de indulgent. debitor. l. 9. de exactionib. l. 1. de famosis lib. l. 9. de metatis.*

Magistri etiam rei priuatæ Africæ: ibi enim accepta quoque *l. 1. de conlat. fund. patrimon.* quæ ad eum data est. Comitis Africæ, *l. 15. de Decurionib.*

Acceptæ item vel Propositæ leges Karthagine ad Africam pertinentes: Quæ datæ sunt

ad Afros *l. 2. de cohortalib.*

ad Præfectum Prætorio: sub cuius dispositione erat Africa; puta *l. 2. 7. de lustrali conlat. l. 8. de exactionib. l. 13 de extraordinar. l. 1. de excusat. artif. l. 6. de nauicular. l. 88. de Decurionibus: l. 8. de Legatis:* (vbi male inscriptus *P. V*) *l. 5. de Iudæis: l. 1 ne Christ. mancip. l. 1. Cod. de naturalib. lib.*

ad Comitem S. L. *l. 39. de appellat.* quæ de Comite ærarii, id est, de Comite largitionalium titulorum per Africam agit.

ad Proconsulem Africæ *l. 1. de extraordinar. l 2. de famosis lib. l. 9. de Decurionib. l. 9 de murilegulis:* (vt existimo) *l. 9. de scenicis: l. 3 & 10. quorum appell. l 41. de hæret.*

ad Vicarium Africæ *l. 24. 84. de Decurion. l. vnic. de parricidio: l. 1. de famosis: l. 9. de exactionib. l. 13. de annona & trib.*

ad Eucherium (vel Proconsulem vel Vicarium) *l. 9 de murilegul.*

ad Concilium Prouinciæ Africæ *l. 15. de appell. l. 2. quemadm. mun. ciuil.*

ad Tribunum voluptatum *l. vltim. de scenicis.*

Textrina Principis seu Gynæceia Karthagine *l. 9. de murilegulis: l. 24. de annona & trib.* vide quoque *Notitiam Imperii.*

Aurum & argentum a possessoribus per Africam Prouinciam in Vrbe Karthaginensi inferri oportebat, *l. 32. 34. de naucul.*

L.

LAODICEA (Phœniciæ.) Constantius ibi constitit A D. 339. vbi data ab eo *lex vltim. Cod. Iust. qui admitti ad bon. poss.* forte & *l. 15. Cod. Iust. de testam.* adde & *l. 21 Cod. Iust. de Legatis.*

LAODICEA (Syriæ.) In Orientis partibus (diœcesi) ea fuit *l. 3. de fide Cathol.*

Episcopus Laodicensis Pelagius *d. l. 3.* vide Sozomenum *lib. 7. cap 9.*

LASTRONA. Data ibi Constantini Magni Anno D. 326. *l. 1. Cod. Iust. de hæred. decurionum.*

LAVRENTVM *Societas* consortiumque *l. 46. de cursu publ.* quæ data Anno 385.

LAVRIACVM (forte in Batauia) Data ibi a Constante Anno D. 341. *l. 1. de Tabulariis,* quæ repetitur *l. 31. de Decurionib.* ad Catullinum PP.

LVCERIA (in Gallia Circumpadana.) Data ibi a Valentiniano Sen. Anno D. 365. *l. 2. de pascuis.*

LVGDVNVM: vide *supra Lugdunensis Prouincia.*

Constantius Imp. ibi post Magnentium penitus deuictum constitit Anno Domini 353. vbi & ab eo tum data *l. 2. de indulg. crimin.*

M.

MAGONTIACVM, vide *infra Mogontiacum.*

MAMPSYSTA (quæ alias Mompsistea, Mopsuestia, Mompsuestia) in Cilicia, Iouianus Imp. ibi constitit, vnde data ab eo Anno D. 363. *l. 1. de conlat. donatar.* vide Ammianum Marcellinum, *lib. 25. cap. vltim.* & *Commentarium ad d. l. 1.*

MANTEBRVM (in Gallia) Valentinianus Imp. ibi constitit Anno D. 366. vbi data tum ab eo *l. 11. de vsurpatoribus,* ad Florentium Com. S. L.

MARCIANOPOLIS: Episcopus Marcianopoleos Marmarius (Martyrius, Sozomenus 7. *cap. 9.*) sub Theodosio Magno Anno Domini 381. *l. 3. de fide Cathol.*

Acc. Marcianopoli Valentis lex data ad Comitem S. L. puta *l. 1. de vestib. oloueris.*

Datæ leges Marcianopoli ab Imperatoribus, qui ibi constitere.

Constantini Anno. D. 332. *l. 4. de sponsalibus.*

Valentis Anno D. 367. *l. 1. si Curialis relicta ciu. l. 1. de equorum conlat.*

Anno D. 368. *l. 4. de murilegulis: l. 2. de tyronib. l. 2. de milit. veste: l. 2. de patrocin. vicor. l. 35. de appellat.* Forte & ad hunc annum referenda *l. 8. de famosis lib.*

Anno D. 369. *l. 7. de falsa moneta: l. 15. de erogat. mil. ann. l. 11. de petitionib.* vide Ammianum Marcellinum, *lib. 27.*

Anno D. 373. *l. 3. de appellat. l. 10. 11. de accusat.* forte & *d. l. 8. de famosis.*

Acc. Marcianopoli Anno D. 369. Valentis *l. 1. de vestib. oloueris,* quæ data est Nebioduni ad Archelaum Com. S. L.

MARTIATICVM: Quid si *Mantiaticum,* vt sit *Manheim*? (in Gallia) Valentinianus ibi constitit Anno D. 369. vbi data tum ab eo *l. 6 de metallis,* ad Probum PP. indeque digressus Altam ripam.

MEDIANA Suburbanum Naissi indicari videtur in subscriptione *l. 13. de operibus publ.* ad Ducem Daciæ Ripensis: vt & forte *l. 8. de iure fisci.*

MEDIOLANVM: Imperatores ibi subinde constitere. Constantinus Magnus Anno D. 313. vbi data tum ab eo *l. 1. de bonis vacantibus.*

Anno D. 326. vbi data ab eo *l. 3. de falsa moneta.* Et rursum Roma digressus, vbi data *l. 1. vnde vi.*

Constans Anno D. 340. vbi data tum ab eo *l. 1. de sepulchr. viol.*

Anno D. 346. quo data ab eo *l. 6. de annona & tribut. l. 42. de Decurionib.* (quæ leges male referuntur ad A. D. 354.)

Anno D. 348. quo data ab eo *l. 2. si petit. socius.*

Constantius Anno D. 352. quo data ab eo *l. 5. de infirm. his, quæ sub Tyrann.*

Anno D. 354. vide *supra* Anno D. 346.

Anno D. 355. quo data ab eo *l. 2. de his, qui per metum: l. 6. Cod. Iust. qui testam l. 2. de Pistorib. l. 43. de Decurionib. l. 1. de curiosis: l. 2. de Iurisdict. l. 1. de Legatis: l. 6 de famosis lib.*

Anno D. 356. *l. 2 de Legatis: l. 6. de Paganis: l. 2. de bonis proscript. l. 8. 9. de Prætorib. l. 13. de Episcopis.*

Anno D. 357. *l. 4. 5. de maleficis: l. 1. de operibus publ. l. 7. 8. de extraordinar. l. 2. de curiosis: l. 3. de censu: l. 4. de sepulcr. viol. l. 8. 9. de cursu: l. 7. de Iudæis: l. 5. de diuers. rescr. l. 14. de Episcopis.*

Valentinianus Sen. Anno D. 364. vbi data ab eo tum

tum *l. 2 3. de domestic. l. 32. de appellat. l. 6. de bonis proscriptor. l. 62. de Decurionib.*

Anno D. 365. *l. 14. 15. de operibus public. l. 11. de nauicular. l. 2. de præd. nauic l. 2. ne quid publ. lat. l. 8. de Pistorib. l. 1. de fide Cathol. l. 2. de exhib. reis: l. 8. de diuers. offic. l. 10. de petitionib. l. 2. de repar. appell. l. 3. de immun. conc. l. 9. de iure fisci: l. 23. 24. 25. 27. de cursu: l. 1. de desertoribus: l. 10. de cobort. l. 1. de mil. veste: l. 4. quibus equorum vsus: l. 10. 11. 12. de annona: l. 18. quorum appellat. l. 11. de exactionib. l. 10. de numerar. l. 65. 67. de Decurionib. l. 7. de re milit. l. 3. de muril. l. 18 de Prætorib. l. 5. ad Senatusconsultum Claud. l. 2. 6. de pactis: l. 3. de calcis coctorib. l. vnic. de secundo lapsu: l. 2. trib. in ipsf. speciebus.*

Anno D. 373. *l. vnic. ne Præfectiani.* Forte etiam *d. l. 3. de calcis coctor. & d. l. vnic. de secundo lapsu.*

Anno D. 374. *l. 10. de lustrali collat.*

Gratianus Anno D. 379. *l. vlt. Cod. Iust. quemadm. test. aper. l. 5. de hæret.*

Valentinianus Iun. Anno D. 380. *l. 4. 5. de scenicis.*

Anno D. 381. *l. 5. de honor. cod. l. 2. de proximis.*

Anno D. 382. *l. 13. de cobort. l. vn. de superindicto.*

Anno D. 383. *l. vnic. si per obrept. l. 3 de legit hæred. l. 95. 99. 100. de Decurion. l. 8. de censu: l. 5. ad l. Iul. repet. l. 5. de repar. appell l. 4. de contr. empt.*

Anno D. 384. *l. 12. de lustrali: l. 7. de indulgent. crimin. l. 2. vt dignit. ordo: l. 6. de Palatinis: l. 44. de appellat. l. 3. de sentent. ex peric. recit. l. 2. Cod. Iust. de crimine sacril.*

Anno D. 385. *l. 5. Cod. Iust. de diu. rescr. l. 54. de appellat. l. 29. quorum appell. l. 8. de indulgent. crim. l. 46. de cursu: l. 16. de extraordin. l. 6. de Iurisdict. lex 110. de Decurionib. l. 15. de cobort. l. 4. de denunciat. l. vltim. quid probare.*

Anno D. 386. *l. vltim. de fide Cathol. l. 1. de his, qui super relig. l. vnic. de petitor. & desist l. 2. de decur. V. R. l. 18. de Pistoribus: l. 13. de priuil. eorum, qui in s. p. l. 18. de diuers. offic. l. vnic. si de momento: l. 4. de executoribus: l. 114. de Decurionibus.*

Anno D. 387. *l. 13. de medicis: l. 4. de domesticis: l. 48. de appell. l. 4. de Princip. Agent.*

Anno D. 388. *l. 7. de infirm. his, quæ sub Tyr.*

Theodosius Magnus & Valentinianus Iun. simul. Anno D. 389. *l. 8. de infirm. his, quæ sub Tyr. l 3. de decur. V. R. l. 2. de testamentis: l. 4. de legit. hæred. l. vltim. ne quid. publ. lætit. l. 5. de denunciat. l. 17. 19. de hæreticis: l. 16. de cobort. l. 3. de tutorib. l. 120. de Decurion.*

Anno D. 390. *l. 12. de Palatinis: l. 26. 27. 28. de operib. publ. l. vltim. de tutoribus: l. 4 de exhib. reis: l. 17. de accusat. l. vltim. ad l. Iul. de vi: lex 3. de fabricensib. l vltim. ad l. Iul. repet. l. 121. de Decurion. l. 17. de Episcopis: l. 18. de extraord. l. 6. de Agentibus: l. 9. Cod. Iust. de offic. Rectoris Prouinciæ.*

Anno D. 391. *l. 10. de Paganis: l. vnic. de patrib. qui filios: l. 19. de extraord.*

Honorius ferme ibi constitit Anno D. 395. & deinceps, nisi si quando Brixiam sese conferret, vel Rauennam, Veronam, Patauium, Altinum, Aquileiam. Ab

A. D. 402. Rauennam prætulit Mediolano. Idem tamen sese aliquando contulit Mediolanum vt

Anno D. 408. vbi data ab eo *l. 4. de indulg. debitor. l. 20. de bonis proscript.*

Valentinianus III. ab eo nulla lex data Mediolani.

Præfecti Prætorio Italiæ ibi constitere: vt docet *l. 6. de cobort. l. 15. de Episcopis: l. 3. ne quid publ. latit.* Datæ quoque Mediolani, pro redditæ, vel Acceptæ *l. 2. de bonis maternis: l. 2. de murilegul. l. 6. de cobortalib. l. 7. de diuers. offic. l. 15. de Episcopis: l. 3. quibus equorum vsus*, quæ datæ ad Præfectos Prætorio Italiæ. Ciuitas Liguriæ Mediolanum sub Consulari, vide *Liguria.*

MELANTIA forte pro Valentia, vide *infra Valentia.*

MELITA: in Pontica diœcesi *l. 3. de fide Catholica*: Episcopus Melitenus Otreius (Otroinus, Sozomeno *7. c. 9.*) sub Theodosio Magno *d. l. 3.*

MESIATENSE (in Rhætia, & speciatim in Lepontiis) Constantius ibi constitit Anno D. 355. vbi data ab eo *l. 25. de appellat.* vbi scriptum hactenus *Messadensi.*

MINIZUM: vel Mnizum: data ibi ab Arcadio A. D. 398. *l. 3 de his, qui ad Eccles. confug. l. 57. de appellat. l. 33. de Episcopis: l. 16. de pœnis:* in quarum nonnullis agitur de Comite Orientis.

MOENÆNUM *castrum* in Palæstina sub Duce Palæstinæ, *l. 30. de erogat. milit. ann.* vide & *Notitiam Imperii.*

MOGONTIACUM (vel Magontiacum) Valentinianus Sen. ibi aliquando constitit Anno D. 381 vbi tum data ab eo *l. 2. de scenicis:* ad Proconsulem Africæ.

Gratianus quoque Anno D. 377. vbi data ab eo *l. 46. de Decurion.*

MURSILLUM (male Murgillum) in Pannonia: Constantinus Magnus ibi aliquando egit Anno Domini 315. vbi tum data ab eo *l. 1. de Iudæis.*

N.

NAISSUM (in Dacia) Imperatores ibi subinde constitere.

Constantinus Magnus Anno D. 315. vbi data tum ab eo *l. 1. de alimentis, quæ inop. par. l. 1. de Centonar.*

Anno D. 319. *l. vnic. de dolo malo.*

Anno D. 325. *l. 1. de fide testium.*

Anno D. 329. *l. 2 de integri restitut.*

Anno D. 334. *l. 3. de fide testium.*

Constans Anno D. 337. *l. 7. Cod. Iust. de repudiis:* vbi editum *Nesso.*

Anno D. 340. *l. 29. de Decurion. l. 5. de petitionib.*

Valentinianus & Valens Anno D. 364. (vide Ammianum Marcellinum, *lib. 26 cap. 5.* Hinc igitur datæ ab iis *l. 3. 4. 5. 6. de Pistorib. l. 2. de calcis coctoribus: l. vnic. de Saccariis: l. 12. de operibus publ. l. 5. 6. de pœnis: l. 8. de annona & tribut. l. 1. de canone frum. V. R. l. 2. de annonis ciuicis.*

NAISIS: Accepta Iuliani lex Naisis, puta *lex 10. de proximis*, quæ data Antiochiæ ad Secundum PP.

NASONNACUM, vel *Nassonacum* (in Galliis, vt videtur) Datæ Nasonnaci Valentiniani Leges aliquot Anno D. 372. *l. 12. de diuers. offic. l. 1. de off. Præfect. Præt. l. 4. de honor. codicill. l 1. de Quæstor. l. 1. de Magistr. Scrin. l. 1. de Comitib. l. 21. de Prætoribus.*

NEMASIA, *Nemay*, prope Remos (in Gallia) Data ibi a Valentiniano Anno D. 367. *l. 3. de ponderator.* ad Dracontium (Vicarium Africæ.)

NICIA, seu *Nicea*. Imperatores ibi quandoque constitere. Constantinus Magnus Anno D. 325. vbi data ab eo X. Kalend. Iun. *l. 3. de diuersis rescript.* (ibi haberi cœpit pridie eius diei, quo hæc lex data. hoc Anno Concilium Nicænum, cui & Constantinus interfuit.) Arcadius: vbi data ab eo Anno D. 398. *lex 14. de Numerariis.*

Anno D. 405. *l. vlt. de vsuris.* ideo ibi ab eo datæ, quas ad hunc Annum retraho, leges, vide *Chronol.*

NICOMEDIA: Imperatores ibi sæpe constitere Anno D. 326. *l. 1. quemadm. mun. ciuil.*
Anno D. 328. *l. vnic. de mensis olear.*
Constantini Magni victoria de Licinio apud Nicomediam *l. 1. de Veteranis.*
PP. Nicomediæ Constantini Magni leges Anno D. 325. *l. 4. de accusat.* quæ data ad vniuersos Prouinciales: & ibi *PP.* pro *data:* vel certe & PP. & data eodem loco. Ad eundem annum refero *l. 15. Cod. Iust. de testam. mil.* ab A.D. 334.
A. D. 326. *l. 2. ad l. Iul. de adulter.* quæ data ad Euagrium PF. P.
Iulianus, vbi ab eo data Anno D. 362. *l. 8. de erog. mil. ann.*
Valentinianus Sen. vbi ab eo data forte Anno D. 364. *l. 17. de cursu publ.* vbi hodie scriptum *Med.*
Anno D. 367. *l. 16. de annona & trib.* ad Dracontium (Vicarium Africæ.) vbi Nicomedia alia a Bithynica, inque Gallia Belgica quærenda, (forte *Nicro medio.)*
Arcadius: vbi ab eo data Anno D. 397. *lex 32. de Pratoribus.*
Theodosius Iun. Anno D. 326. vbi tum ab eo datæ *l. vltim. de Legatis: l. 21. 22. 23. de diuersis officiis.*
Apud Nicomediam Veterani quidam a Constantino Magno missionem meruere, quibus & certa per Edictum indulsit, vt ipse testatur *l. 1. de Veteranis:* vide Chronicon nostrum & dicta ad *eam leg.*
Ad Edictum Chalcedonensium, & Nicomediensium (ita mallem, quam Macedoniensium) Constantini Magni *l. 3. de extraordin.* accepta Anno D. 324.

NICOPOLIS. Data ibi Anno D. 335. *l. 4. Cod. Iust. de offic. Rectoris Prouinc.* ad Periclem Præsidem. Quænam ea sit, disquiro in *Chronologia h. a.*

NIZIBIS, *vel Nizebis.* Data ibi a Constantino Imp. Anno D. 345. *l. 5. de exactionib.* vide *Chronicon nostrum.*

NOVIODVNVM, (vel Nebiodunum *l. 1. de vestibus oloueris)* Data ibi a Valente Anno D. 369. *l. 1. de vestibus oloueris: l. 2. de fisci debitor* quæ datæ ad Com. S. L. & Acc. Marcianopoli, vide Ammianum Marcellinum, *lib. 27. cap. 4.*

NYSA in Pontica diœcesi *l. 3. de fide Cathol.* Episcopus Nysenus Gregorius Anno D. 381. *d. l. 3. de fide Cathol.* Sozomenus *7. c. 9.*

O.

OPITERGIVM ciuitas eiusque territorium indicatur *l. 2. ne opera a conlatorib.* Anno D. 350. In Venetia Prouincia erat, *d. l. 2.* Pontis Liquentiæ reparationi obnoxia *d. l. 2.*

OSTIA Panis Ostiensis: de eo est *tit. 19. lib. 14.* vide & *l. 1. & 4. in fin. de canone frum. V. R.*

P.

PARISIIS. Valentinianus Sen. ex Italia in Gallias, quas Alamanni tum post Iuliani cædem vastabant, profectus, fuit Parisiis Anno D. 365. mense Octobri, Nouembri, Decembri: vide & Ammianum Marcellinum, *lib. 26. cap. 5.*
Itaque datæ eo Anno ex hac Vrbe ab eo tres leges: puta *l. 13. de annona & tribut. l. 3. de metallis: l. 11. de numerar.*
Inde Valentinianus Remos progressus. Marcellinus *loc. cit.*

PATAVIVM. Valentinianus Iun. Anno D. 382. constitit Patauii, vbi data ab eo *l. vnic. de Medic. non inual. l. 3. de proximis:* & A. D. 383. *l. 3. de Apostatis: l. 14. de accusat.* Honorius ibi quoque fuit Anno D. 397. vbi data ab eo *l. 13. de tyronib.* Anno D. 399. vbi datæ ab eo *l. 1. de religione: lex 17. 18. de Paganis.*

PATAVIO, (Pœtauio) Data a Valentiniano A. D. 372. Patauione *l. 78. de Decurion.* ad Probum PP. vbi disquiro quænam illa sit.

PHILLIPPIS data a Valentiniano & Valente, qui ibi tum consistebant Anno D. 364. *l. 11. de operibus publicis.*

PHILIPPOPOLI data a Valentiniano & Valente, qui ibi tum consistebant Anno D. 364. *l. 19. de cursu:* ad Symmachum P. V. *l. vnic. de Equestri dignit.* ad *Mamertinum* PF. P.

PORTVS *Vrbis Romæ:* de eo *l. 2. 4. de can. frum V. R. l. 12. de operibus publicis: l. 3. de calcis coctorib. tit. de saccariis Portus Romæ: lex 4. vltim. de nauicular.*
Eo canon Vrbis Romæ subuehebatur a nauiculariis *d. l. 4. & vltim. de nauicular.* ex Africa, *d. l. vltim.* ex Hispania *d. l. 4.* vt & a priuatis *l. vnic. d. tit. de saccariis.*
Horrea itaque in eo erant fiscalia, *l. 12. de operibus publicis: l. 4. de canone frum. V. R.* cellulæque, quæ pistorio iure retinebantur, *d. l. 4.* Quæ *horrea Portuensia* ideo dicta: vnde *tit. de patronis borreorum Portuensium.* In quibus scilicet canon Vrbis Romæ condebatur: vnde & Condita Portuensia *l. 9. de Suariis.* Quorum etiam horreorum Patroni quidam erant, de quibus *d. tit. de patronis horreorum Port.* & mensores quoque ibi erant, qui pariter inde mensores Portuenses dicti *d. l. 9. de Suariis.*
Erant & ibi *Caudicarii*, qui a Portu annonam Romam subuehebant, *l. 2. de Pistorib. l. 9. de Suariis: l. 1. de canone frum. V. R.*
Erant & *Saccarii*, qui scilicet aduentitias species seu omnia ad Portum etiam a priuatis aduecta in horrea comportabant: de quibus *tit. 22. lib. 14. de Saccariis.*
Erat & in hoc Portu *Pharos*, ad dirigendum nauiculariorum cursum *l. 3. de calcis coctorib.*
Ad huius vtriusque vsum siue reparationem Terracinenses certum calcis canonem præstabant, *d. l. 3.*
Erant hæc omnia sub cura Præfecti Vrbis, *l. vltim. de nauicul. l. vnic. de Saccariis: l. 42. de operibus publ.* & Præfecti annonæ *d. l. vltim. de nauic.* qui canonis frumentarii inspiciendi causa eo se quandoque conferebat *d. l. vltim. de nauic. l. 2. de canone frum. V. R.* (vide & Sidonium Apoll. *lib. 1. epist. 10.*) Imo & Præfectus Vrbi ipse *d. l. vltim.* vide & exemplum Tertulli apud Ammianum Marcellinum, *lib. 19. cap. 10.*

PRVSIAS oppidum Bithyniæ, *l. 119. de Decurionib.* de hac præter alios, vide & Memnonem *in Excerptis apud Photium Cod. CCXXIV.* De hac ciuitate doctissime disputauit Cellarius *Geograph. Veter. pag. 242. 243. Tom. 2.*

R

RAVENNA. Constantius ibi constitit A. D. 353. vel 354. Ibi data tum ab eo *l. 40. de Decurionibus.*
Data (pro reddita vel Acc.) Anno D. 368. Valentiniani Sen. *l. 66. de Decurion.* ad Rufinum PP.
Data (pro reddita vel Acc.) Rauennæ A. D. 378. Gratiani *l. 2. Cod. Iust. de aduoc. diu. iudiciorum* ad Antonium PP.
Honorius ibi constitit primum Anno D. 399.

Ibi tum data ab eo *l. 15. de Paganis*: dein A.D. 400. vbi data tum ab eo *l. 35. de Episcopis: l. 37. de haeretic. l. 10. de indulgent. criminum: l. 3. de conlat. donat. l. 27. de annona & trib.* & deinceps ferme ab Anno Domini 402. vide *Chronologiam.*

Valentinianus III. ab Anno Domini 426. vide *Chronologiam.*

REGIVM in Italia (& quidem in Bruttiis.) Sedes Correctoris Lucaniæ & Brittiorum. Ideo Acc. Regio, leges ad eum datæ: puta *l. 1. de filiis mil. appar. l. 1. de relation.* cui iungenda *l. 1. de appell.* vide & Olympiodorum *apud Photium Cod. LXXX.*

REGIVM prope Constantinopolim. De hoc accipio subscriptionem *l. 5. de contrahend. empt.* quæ Theodosii Magni est & Accepta dicitur *Regio* Anno D. 384. dataque ad Cynegium PP. Orientis. Et *l. 35. de operibus publicis*, quæ data ad Cæsarium PP. Orientis, dicitur *PP. Regio.* De hac eadem accipio & Hieronymi locum *epist. ad Euagrium.*

REMI. Valentinianus Sen. ibi, Parisiis progressus propter Alemannos Gallias vastantes, constitit Anno D. 366. Datæ ideo eo Anno ibi ab eo *l. 9. de diuers. offic. l. 1. de postliminio: l. 15. de annona & trib. l. 1 de canone frum. V. R. l. 8 & 9. de accusat.* Et Anno D. 367. *l. 4. de metallis: l. 13. de susceptorib.* (in quibus duabus ll. male hactenus editum *Rom.* loco *Rem.*) *l. 9. 10. de re militari: l. 4. de praed. nauic. l. 3. de indulgent. criminum:* in hac *leg.* pariter editum, *Rom.* pro *Rem.*) *l. vlt. de aduoc. fisci: l. 5. de censu: l. 4. de Suariis: l. 10. de poenis.* His adde & *l. 3. ad L. Cornel. de falso*, vbi perperam habet subscriptio *Dat. Treu.*

ROBVR: Valentinianus Sen. Robore fuit (prope Basilicam) teste Ammiano Marcellino *lib. 30. cap. 3.* Quare ibi data ab eo Anno D. 374. *l. 33. de cursu publ.* ad Constantium, vbi vide quæ dixi.

ROMA. *Vrbs*, pro Roma *l. 5. 9. 14. de Senatorib. & gleb. collat. l. 3. de Praetorib. l. vnic. de Equestri dignit. l. 2. de priuil. corp. V. R. Rubrica*, de mancip. *therm Vrbis: l. 1. in princ. de studiis liberalib. V. R. l. 19. de operibus publ.*

Vrbs Roma: *l. 3. de poenis: l. 4. 7. 11. de Prætor. l. 2. de sepulcr. viol. l. 2. de naufragiis: Rubrica de decuriis Vrbis Romæ: Rubr. & l. 4. de priu. corpor. V. R. l. 3. de Suariis: Rubric. de calcis coctorib. V. R. l. 11. de operibus publ. l. 2. de gladiatoribus.*

Æterna Vrbs *l. 14. de tyronib. l. 10. de poenis: l. 18. de annona: l. 2. tributa in ipsis speciebus: lex 3. de decuriis V. R. l. 2. 3. de priu. corpor. V. R. l. 19. de Pistorib. l. 6. de Suariis: l. 1. de calcis coctorib. l. vnic. de saccar. Portus Romæ: l. 11. 12. de operibus publ. l. 14 de tyronib.*

Æternabilis Vrbs *l. 3. de conlat. donatar.*

Augusta ciuitas Roma, *l. 27. de operibus publ.*

Inclyta Vrbs Roma, *l. 19. de operibus publ.*

Maxima Vrbs Roma, *l. 2. de feriis.*

Patria communis *l. 14. de Senatorib. & gleb. collat. l. 21. de Praetorib.*

Sacra Vrbs *l. 3. de habitu, quo vti: l. 2. 3. de canone frum. V. R.*

Sacratissima Vrbs *l. 5. 9. de Senator. & gleb. collat. l. vltim. de testimonial. l. 35. de nauicular. l. 5 de decuriis V. R. l. 12. de Pistorib. l. 5. de habitu quo vti: l. 53. de haeretic.*

Venerabilis Vrbs *l. 49. de appellat. l. vltim. de nauicul. l. 4. de calcis coctoribus: l. 2. de habitu: l. vnic. quibus milit. ad Vrbem: l. 4. de canone frum. l. 5. de Scenicis: l. 2. de Equis Curulib. l. 17. de Pistoribus.*

Veneranda Vrbs *l. 62. de appellat. l. 30. de nauic. l. 5. de canone frum.*

Maiestas propria Vrbi Romæ tribuitur ab Honorio *l. 3. de conlat. donat.* Eunapius etiam *Rerum* Dominam appellat, *in Vit. Porphyr. pag. 15. Edit. Commelin.*

Vetus Roma dicta ad differentiam Constantinopoleos, quæ *noua Roma* dicta, eademque cum veteri Roma prærogatiua donata *l. 45. de Episcopis*: vide & *can. 3.* Concil. Constantinop. & *d. l. 45.*

Reuerentia eius Constantinopoli: Romani nominis Prætura ibi instituta, *l. 25. 29. de Prætor.*

Centesimum Vrbis Romæ miliarium, cum Vrbe Roma, eodemque iure ambulabat, & Italiæ opponebatur *l. 2. de integri restit. l. 62. de haeret.*

Italiæ & Vrbis solum separatur, *l. 22. de tyronibus.*

de Suburbicariis, seu Vrbicariis regionibus supr. *parte 2.*

Ad populum (Vrbis Romæ scilicet) Datæ Constantini *l. 1. 2. de petitionib. l. 1. de censu: l. 2. de tyronib. l. 2. de diu. rescript. l. 1. de iure fisci: l. 15. Cod. Iust. de fide instrum l. vnic. de commiss. resc. l. vnic de infirm. poen. cæl. l. 1. de raptu virginum: l. vnic. de mulier. quæ se seru. propr. l. vn. Cod. Iust. de Concubinis: l. 4. de Episcopis: l. 1. de integri restit. l. 22. Cod. Iust. de admin. tutor. l. vltim. Cod. Iust. quando decreto: l. 25. Cod. Iust. de vsuris: l. 9. Cod. Iust. de precib. Imp. off.*

Constantii *l. 6. de famos. libel. l. 2. de bon. proscript. l. 4. 5 de maleficis: l. 7. de extraord. l. 4. de sepulcr. violat.*

Valentiniani Sen. *l. 8. de re milit. l. 5. de annonis ciu.*

Honorii *l. 2. de habitu: l. vnic. de campo Mart. l. vltim. de gladiator. l. vnic. quibus milit. ad Vrbem:* ad Senatum & populum simul: vide infra ad Senatum.

Lecta apud Acta Romæ; lex Constantii ad Felicem Episcopum, puta *l. 14. de Episcopis.*

Ærarium Vrbis Romæ, *l. 27 de operibus publ.*

Amphitheatrum, Titianum scilicet. Eius mentio *l. 1. de Paganis.* Tactum id fulgure sub Constantino Magno *d. l. 1.*

Canon frumentarius Vrbis Romæ, de eo *tit. 15. lib. 14.*

Annonæ Vrbis Romæ, *l. 18. de annona.*

Annonæ ciuicæ & panis gradilis erogatio: *l. 1. 3. 4 5. 6. de annon. ciu.*

ad Canonem Vrbicarium ex Africa pertinent, *l. 8 13. de annona: l. 6. 10. 12 14 21 24. 25. 30. 36. 37. 38. de nauicular. l. 3 4. 6. 7. vltim. de praed. nauicul. l. 2. 3. vlt. de naufrag. l. 8. de indulg. debitorum.*

Aquæductus Vrbis Romæ, *l. 4. 5. 8. 9. de Aquaductu.*

In his Augusta forma, quæ in Campania publico sumptu reparata ab Honorio, *d. l. 8.* Claudia *d. l. 9.*

Consularis Aquarum Romæ: Maximilianus *d. l. 14.* Versennius Fortunatus *l. 1. de diu. offic.* vide *Not. Imp.* sub Præfecto Vrbis.

Basilica Thermarum Commodianarum Romæ. In ea allegata *l. 3. de pactis.*

Calcis præstatio ad statum Vrbis Romæ reformandum, ad moenia seu opera publica: calcisque eius coctores: de hoc vide *tit. 6. lib. 14.*

Campus Martius Vrbis Romæ, de eo *tit. 14. lib. 14.* Casas seu Tuguria in eo conlocare priuati vetiti, *l. vnic. d. tit.*

de Ciuitatis Romanæ iure, dignitate, & de manumiss-

numiſſionibus: vide *l. vnic. de manumiſſ.* & quæ dixi ad *l. vnic. de hæredit. pet.*
Mater ciuis Romana, tantum a ciuibus Romanis, liberis ingratis, reuocandæ donationis ius habuit, *l. 1 de reuoc. donat.*
Clerici Vrbis Romæ, vide *tit. de Epiſcop.*
Confinia grata locorum Vrbis Romæ *l. 11. de Prætoribus.*
Corporati Vrbis Romæ. De his horumque priuilegiis eſt *tit. 2. lib. 14.* In his
Piſtores & Catabolenſes, de quibus *tit. 3. lib. 14.*
Suarii, Pecuarii, ſuſceptores vini, de quibus *tit. 4. lib. 14.*
Mancipes Thermarum Vrbis, & lignorum ſubuectioni obnoxii, *tit. 5. lib. 14.*
Calcis coctores *tit. 6.*
Curia Vrbis Romæ, id eſt, Senatus *l. 11. de Prætor.*
de Curſu publico per Præfecturam Vrbis Romæ, vide *l. 19. 22. 32. 55. de curſu.*
Decuriæ Vrbis Romæ: de his *tit. 1. lib. 14.*
Dies Iuridici & feriati Romæ, *l. 2. de feriis:* vide & *l. 7. Cod. Iuſt. eod.*
Eccleſiæ Romæ. In his lecta Valentiniani Sen. *l. 20. de Epiſcopis.* Anno D. 370.
Epiſcopi Vrbis Romæ, vide *Parat. de Epiſcopis.*
Fabricæ, vide inf. *Opera publ.*
Factiones Romæ quatuor *l. 2. de Equis Curulib.* Earum Stabula *d. l. 2.*
Fora Romæ. Aproniani. In eo propoſitæ leges, veluti de nauiculariis Honorii, *l. 29. de nauic.* Anno D. 400.
Suarium In eo proponi iubetur *l. 4. de Suar.*
Traiani. In eo propoſitæ leges: cuiuſmodi vndecim hoc Codice occurrunt: datæ ad populum, ad P. V. ad Rationalem Africæ, ſi recte habet inſcriptio *l. 2. de iure fiſci*, ad Comitem R. P. Conſtantini Magni *l. 2. de petitionibus: l. 2. ad L. Corn. de falſo: l. 2. de iure fiſci.* Conſtantii *l. 3. de ſepulchr. viol.* Iuliani *l. 4. ad SC. Claud.* Valentiniani Sen. *l. 1. de priu. corp. V. R.* Valentiniani Iun. *l. 6. ad l. Iul. de adulter.* Honorii *l. 31. de petitionib. l. 4. de conlat. donatar. l. 2. de habitu quo vti: l. vnic de Campo Martio.*
Rerum Venalium *l. 10. de erogat. mil. ann.*
Atrium Mineruæ. PP. Romæ in Artio Mineruæ Anno D. 390. *lex non patiamur, de ſtupratorib.* quæ refertur ex hoc Codice Theodoſiano, ab auctore *Coll. legum Moſaicar. tit. 5.* inſertaque legitur *tit. ad legem Iul. de adulter.* & eadem fuit cum *l. 6. hoc Cod. Iuſt. de adult.*
Gradus Romæ: e quibus annona ciuica ſeu panis (qui inde gradilis dictus) diſtributus *l. 2. 3. 4. 5. de annonis ciuicis & pane gradili.*
Haruſpicinæ vſus Romæ ſub Conſtantino M. *l. 1. 2. de maleficis: l. 2. de Paganis:* ſub Conſtantio *l. 4. de maleficis:* ſub Valentiniano *l. 9. de maleficis.*
Horrea Vrbis Romæ. De his *l. 7. de Prætorib. l. 16. de Piſtoribus: l. 12. de operibus publ. l. 1. 2. de conditis in publ. horr. l. 24. de ſuſceptoribus* fiſcalia *d. l. 12. de operib.*
Præpoſiti horum horreorum, de his *d. l. 24.*
Prætores, qui editionis tempore abſuiſſent, Vrbis Romæ horreis quinquagena millia modiorum tritici inferre compellebantur, *d. l. 7. de Prætorib.* de eadem condemnatione, & de neceſſitudinis titulo (nam ita vocatur) vide *l. 1. & 5. eod. tit.*
Imperatores qui & quando Romæ fuerint.
Conſtantinus Magnus, ter: Quomodo & in Kal. Heruagiano tres eius *Aduentus* notati. A. D. 312. Huc refero *l. 2. de petitionib. & vltro dat.* Primus hic Aduentus Conſtantini Magni ad Vrbem Romam poſt deuictum Maxentium menſe Octobri extremo: vbi ſubſtitit & menſe Nouembri, & potiſſima parte menſis Decembris.
A. D. 315. Menſe Iulio, Auguſto & Septembri. Ibi tum data ab eo *l. 3. de appellat.* (ſi recta eſt ſubſcriptio) *l. 1. de iure fiſci.* Eodem pertinet *l. 1. de diu. reſcript.* quæ PP. Romæ dicitur.
A. D. 326. Menſe Iulio, Auguſto, Septembri. Ibi tum data ab eo *l. 3. de infirm. his, quæ ſub Tyr.* ad Antiochum Præf. Vigil. Ibidemque manſit vſque ad 9. Kal. Octobr. quo die Spoletum peruenit: vbi tum eo die data ab eo *l. 7. de hæreticis.* Eoque pertinet *Profectio Diui* notata menſe Septembri extremo in Kalendar. Heruagiano. Vide *Chron. hiſtor.* & Anton. Pagium *in Critic. ad. an. cit.*
Criſpus & *Helena*, vt mihi quidem videtur Romæ fuerunt: Anno D. 322. quo refero *l. 2. de indulg. crim.* Conſule Pagium *an. cit.*
Conſtantinus A. D. 357. Ibi tum datæ ab eo *l. 9. de nauicul. l. 5. de Numerariis.* De eo vide Ammianum Marcellinum, & Pagium.
Theodoſius Magnus & *Valentinianus Iun.* vna. A. D. 398. Ibi tum datæ ab iis *l. 18. de hæret. l. 25. de operibus publ. l. 49. Cod. Iuſt. de appellat. l. vltim. Cod. Iuſt. de ſeruis fugit. l. 9. de annonis ciuicis: l. 2. de feriis: l. vnic. de mancip. l. 11. de maleficis: l. 5. 6. de Suariis: l. 5. de Aquæductu.*
Honorius A. D. 404. Ibi tum data ab eo *l. 65. de curſu: l. 2. de excoct. vel transl. ann. l. 16 17. de Iudæis: l. 4. de decur. V. R.* vide Claudianum *in VI. Cos. Honorii* de hoc Honorii aduentu Romam: vbi error calculi eſt, cum ſcribit, intra ſæculum integrum ſeu centum annos ter tantum Imperatores Romam aduenisse: *verſu 388.* quod verum quidem eſt de trino Conſtantii, Theodoſii, Honorii Romam intra hos 50. annos Aduentu ad hoc vſque tempus: omiſſis tribus Conſtantinianeis. Accuratiſſime hæc deducta leges apud laudatum Pagium in *Critic. ad an. cit.*
A. D. 407. Ibi tum data ab eo *l. 40. de hæreticis: l. vlt. de Veteranis.*
A. D. 408. *l. 8. de Suariis: l. 43. de hæretic. l. 19. de Paganis: l. vnic. de off. Iud. ciuil.*
Valentinianus Tertius A. D. 426. Ibi datæ ab eo *l. 3. de conductorib. dom. Auguſtæ: l. 33. de petitionibus: l. 14. de Senatoribus: l. 6. de legit. hæred.*
Incolæ. Multi Romæ conſiſtentes in Africa poſſidebant *l. 13. de annona & trib.*
Iura (ſeu leges) ab ea nata *l. 2. de feriis:* vbi vide quæ notaui plura.
Locorum Romæ grata confinia, Senatoribus iucunda *l. 11. de Prætoribus.*
Leges ſeu Conſtitutiones & Edicta Acc. Romæ, quæ data ad Præfectum Prætorio Italiæ. *l. 1. de luſtrali conlat. l. 1. de indulg. crim.* (niſi ibi *PP.* pro *P. V.*) *l. 3. de executorib.*
ad Præfectum Vrbis *l. 5. de accuſ. l. 2. de Prætoribus: l. 2. de poſtulando:* vbi *Rom.* omiſſum: *l. 1. de decur. V. R.* ad Iulianum, dignitate non addita. Fuit hic ſine dubio P. V.
Vicarium Vrbis *l. 1. de Princip. Aegnt. in reb.*
Præfectum annonæ *l. vnic de menſis oleariis.*
Allegatæ in Baſilicis Romæ: veluti in Baſilica thermarum Commodianarum *l. 3. de pactis.*
Lectæ Romæ *l. 4. de extraordin.* In Pantheo *l. 10. de*

10. de Pistorib. in Ecclesiis *l. 20. de Episcop.* in Senatu, vide infr. *Senatus.*

Missæ Romam *l. 1. de tractoriis:* data ad Rufinum PP.

Propositæ Romæ: Idque vel loco adsignato: vt in Foris, vide *supra Fora:* non adsignato: quæ data ad populum, *l. 1. de censu:* (vnde supplenda subscriptio *l. 1. de petitionib.*) *l. 2. de petitionib. l. 3. ad L. Iul. de adulter. l. 4. de Episcopis: l. 2. de habitu: l. vnic. de Campo Martio: l. vltim. de gladiatorib. l. vnic. quibus militantib. l. vnic. de infirm. pœnis cœlib. l. 1. de diu. rescriptis: l. vltim. de gladiatoribus: l. 5. de annonis ciuicis.*

ad Præfectum Vrbi *l. 2. 19. quorum appell. l. 3. de sepulchr. viol. l 5. Cod. Iust. de dilationib. l. 1. de maleficis: l. 8. 18. 23. de appell. l. 3. ad L. Iul. de vi: l. 2. de dilationib. l. vnic. de his, qui ven. ætat. l. 2. de sponsalib. l. vnic. de longi temp. præscript. l. vnic. de ingenuis, qui temp. Tyr. l. 1. de legit. hæred.* si nullum ibi vitium.

ad Præfectum Prætorio (Italiæ scilicet) *l. 28. de appell. l. 4. de desertor. l. 8. de fil. mil. appar. l. vltim. ad L. Corn. de falso: l. 6. de exactionib. l. 9. de extraordin. l. 1. de integri restit. l. 1. ad L. Corn. de sicar. l. 6. de desertorib.*

ad Comitem S. L. *l. 5. de bonis proscript. & l. 1. qui bonis ex L. Iul. cedere.*

ad Rationalem *l. 2. de iure fisci.*

ad Vicarium *l. 3. de famos. libell. l. 1. de his, qui latrones: l. 25. de annona.* PP. in programmate Vari V. C. Vicarii V. R.

Datæ Romæ constitutiones sæpe dicuntur: pro Redditæ, Acceptæ, Propositæ, vt *l. 1. de feriis:* (forte etiam *l. 3. de donationib.*) *l. 2. ad L. Iul. de vi: l. 1. de emend. seruor. l. 15. Cod. Iust. de fide instrum. l. 2. de falsa mon. l. 2. de alim. quæ inop.* (nisi ibi mendum aliquod subest) *l. 1. de pactis: l. 2. de admin. tutor. l. 1. de Suariis: l. 2. de incest. nupt. l. 1. de donat. l. 1. de pascuis: l. 10. de susceptorib. l. vlt. de re iudic. l. 20. de hæret.* Ita quoque Datum Romæ exemplum sacrarum literarum dicitur *l. 43. de hæret. l. 19. de Paganis.*

Recitatæ Romæ leges, quæ datæ ad Præfectum Vrbi, vel Vicarium *l. 6. de indulg. crim. l. 3. de vacantib.* Idque in Palatio, *d. l. 3.* in Senatu, *l. 4. de Senatorib.*

Ligna ex Africa Romam deuecta ad publicas necessitates, *l. 10. de nauicular.*

Ludi, spectacula, scenici Vrbis Romæ, *l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. de scenicis: l. 1. de expensis ludor. l. 1. 2. de Equis Curulibus: l. 2. 3. de gladiatoribus: l. 1. de studiis liberalib. V. R.* vide & *supra Factiones, infra Scenici.* vide & *titulum, de Prætoribus & Quæstoribus:* vbi de ludis ab his ibi editis.

Magistratus Romæ: Iudices Romæ, *l. 11. de operibus public.* sub P. V. *l. 3. de Prætoribus.* Nec ab Vrbe abesse poterant. In Vrbe Roma Magistratibus perfuncti, ab editionibus immunes erant, *l. 11. de Prætorib.*

Consules, Prætores, Tribuni plebis, Senatus. His iunctim inscriptæ leges aliquot: *l. 1. de maternis bonis: l. 19. de accusat. l. vlt. de Iurisdict. l. 2. de Libertis.*

Præfectus Vrbis: Præfectorum Notitiam repete ex *Notitia Dignitatum.*

Præfecti Prætorio quoque partes aliquæ Romæ fuere.

Præfectus Annonæ: vide *eandem Notit.*

Vicarius Vrbis: vide *Notit. Dignit.*

Consularis aquarum: vide *Notitiam prædictam.*

Magister census.

Medici seu Archiatri Romæ, *l. 8. 9. 10. 13. de Medicis.* Medici populares tot Romæ quot Regiones Vrbis: & præter hos medici separati, Portus Xysti, Virginumque Vestalium, *l. 18. de Medicis.*

Monachi intra Episcopatum Vrbis Romæ, *l. 20. de Episcopis.*

Romæ esse prohibiti nonnulli: proscripti *l. 20. de pœnis:* & alii, de quibus *l. vltim. de testimon.*

Romæ agere iussi Senatores editores; neque paruo tempore ab ea abesse his licitum: vide *tit. de Prætorib.* ac nominatim *leg. 7.*

Natalitius dies Vrbis Romæ, feriatus, *l. 2. de feriis:* vide & Sozomenum *lib. 5. c. 16.*

Muri Vrbis Romæ, *l. 53. de hæreticis: l. 3. de Paganis.* Extra muros Templa Gentilium, quæ Constans destrui vetuit, *dicta l. 3.* Iouianus hæreticus sacrilegos conuentus habebat: quod facere prohibitus, & in Boam insulam relegatus, *d. l. 53.*

Opera publica Romæ, *l. 11. 12. 19.* forte etiam 48. *de operibus publ.* seu Fabricæ. Duo Prætores ex quinque argentum inferebant Vrbis fabricis profuturum *l. 19. de Prætorib.* puta Constantiniana Prætura & Flauialis.

De Paganis Romæ, *l. 1. 3. 5. 10. de Paganis.*

Pontifices Gentiles Romæ, quorum de religiosis & sepulchris notio fuit, *l. 2. de sepulchr. violat.*

Palatium Vrbis Romæ. Huius mentio *l. 1. de Paganis: & l. 2. de bonis vacantib.*

Suum vocat Constantinus Magnus *d. l. 1.*

Recitata in Palatio lex data a Constantino Magno, Romæ tum consistente, ad P. V. *d. l. 3. de bonis vacantib.*

Pantheum. Lecta in Pantheo Valentiniani *l. 10. de Pistorib.* Anno D. 368.

Pistrina Vrbis Romæ: de Pistoribus, vide *supra Corporati.* De his *l. 3. 5. 6. 7. de pœnis.*

In ea leuiorum criminum rei condemnati quandoque ex Imperatorum præcepto, nempe cum pistorum inopia esset. Et quidem per Sardiniam, *d. l. 3.* per Præfecturam Vrbanam, *d. l. 5.* in Lucania & Bruttiis, *d. l. 6. 7.* sic vt sub idonea prosecutione Romam mitterentur ad Præfectum annonæ, *d. l. 3. & 6.* sub cuius dispositione Pistores erant.

Populus. Leges ad populum datæ, vide *supra.*

Facultates quandoque proscriptorum, veluti Manichæorum, populo V. R. publicatæ, *l. 18. de hæreticis.*

Populo Romano adstante, teste, audiente, Suarii reuocati ad Suariorum obsequium, *l. 14. de Suariis.*

Priuilegium. Cum extra ordinem aliarum ciuitatum horreis, balneis, ergasteriis, domibus, tabernis, cœnaculis quid indiceretur, Roma ad hac indictione excepta fuit, ob reuerentiam propriæ maiestatis, *l. 3. de conlat. donat.*

Professores seu Magistri Vrbis Romæ, *l. 10. de Medicis & Professorib.*

Studia liberalia Vrbis Romæ: de his *tit. 9. lib. 14.* & nominatim *l. 1. illius tit.* Eo ex Africa studiorum causa conueniebatur, *d. l. 1.*

Leges Academicæ studiosis ibi positæ, *d. l. 1.*

Regiones ipsius Vrbis *l. 8. de Medicis.*

Scenici, scenicæ, Thymelicæ, Vrbis Romæ, *l. 1. 4. 5. 6. 7. 8. de scenicis.*

Salinæ Romæ, *l. vnic. de mancip. thermar. l. 3. de conlat. donat.*

Senatus: Mentio eius *l. 14. in subscript. de Senatoribus.*

Lectæ in Senatu leges, vide inter alias *l. 14. de accusat. l. 18. de Prætorib. l. 19. de operibus publ. l. 8. de metallis.*

Vel recitatæ in Senatu apud P. V. *l. 1. de maternis bonis.* Item, *l. 3. de conduct. domus August. l. 33. de petitionib. l. 14. de Senatorib.* Item, *l. vnic. de resp. prud. l. 2. 3. Cod. Iust. de legib. l. penult. Cod. Iust. si contrarius: l. 7. Cod. Iust. de precib. l. vnic. de cretione. l. 8. de legit. hæred. l. penult. & vlt. de maternis bonis: l. vnic. de bonis, quæ filiis: l. vltim. de reuoc. don. l. 18. de iure delib.* quæ omnes sunt vnius orationis partes.

Leges seu Orationes ad Senatum datæ: Constantini Magni *l. 11. de maternis bonis: l. 1. Cod. Iust. de præd. & aliis reb. l. 4. de infirm. his, quæ sub Tyran.* Valentiniani Sen. *l. vnic. de emend. propinq. l. 1. de nuptiis.* Valentiniani Iun. *l. 3. de accusat.* Valentiniani III. *l. 3. de conduct. dom. August. l. 33. de petitionib. l. 14. de Senator. & glebali.*

Ad Senatum & populum: Honorii *l. 27. de nauic. l. 3. Cod. Iust. quæ res venire: l. 5. de naufragiis: l. 3. de Can. frum. l. 67. de Senatorib. l. 24. de susceptor. l. 2. de Prætorib.*

Senatus & Senatores. Dicitur & Curia *l. 11. de Prætorib,* Roma sedes dignitatis propriæ Senatorum, *l. 11. de Prætorib.* de Senatu & Senatoribus: vide *Paratitlon tit. de Senatoribus.* In ipsa Vrbe Roma Senatores glebalem soluere tenebantur collationem, etsi alibi possiderent.

Stabula factionum quatuor in Vrbe Roma, *l. 2. de Equis Curulib.*

Templa Gentilium extra Vrbis Romæ muros, *l. 3. de Paganis,* in itinere *l. 10. de Paganis,* (id est, in viis, quæ Romam ducebant.)

Thermæ Romæ seu populi Romani publicæ. De his *l. vnic. de mancip. therm. Vrbis Romæ: l. 3. de conlat. donat.*

Thermæ Commodianæ, & in his Basilica *l. 3. de pactis:* vbi ea Allegata dicitur.

Vicinæ Vrbis Romæ Vrbes *l. 20. de hæretic.* Regiones *l. vltim. de habitu, quo vti.*

Vinum Romam collatum: & quomodo id erogandum *l. 1. 2. 3. tributa in ipsis speciebus.* Aliud ex Vrbicariis regionibus, aliud ex Prouinciis, *d. l. 3.*

Arcæ mentio in *l. 26. de susceptorib.* id est, Arcæ vinariæ, (vide Symmachum *lib. 7. epist. 95.*)

Virgines Vestales Romæ. Harum mentio Anno 370. sub Valentiniano Sen. *l. 8. de Medicis.* Medicos hæ separatos a popularibus habuere, *d. l. 8.*

Romesiana *prope Naissum* forte accipienda in subscriptione, *l. 3. de abolitionibus: & l. 8. de Veteranis.*

S.

Sabaria (Pannoniæ Vrbs) Imperatores subinde ibi constitere: & ideo data ibi a Constantino Magno Anno D. 322. prima omnium huius Codicis constitutio, puta *l. 1. de constitutionib.* a Constantio

Anno D. 352. *l. 6. de petitionib.* Hactenus refertur ad Annum 342. Dat. (id est, reddita, vel Acc.) lex Valentiniani Sen.

Anno D. 368. *l. 3. de auro coronario,* ad Probum PP. Proposita ibi lex eiusdem Valentiniani Sen.

Anno D. 369. *l. 15. susceptoribus,* quæ inscripta Probo PP.

Salernum: Accepta dicitur Salerni Anno D. 364. *l. vnic. de priu. apparit. Magister. pot.* quæ data est ad Arthemium Correctorem, (Lucaniæ & Brittiorum, vt existimo.)

Salona: data Salonæ Iuliani Imp. *l. 2. de ponderatoribus,* ad Mamertinum PP. *Data,* hic est, proposita vel Accepta.

Sardica, vide *infra Serdica.*

Scopis, vel Scupis. Data ex ea Vrbe a Theodosio Magno, Anno D. 379. *l. 2. de Palatinis.*

A. D. 388. *l. 119. de Decurionib.*

Scythopolis (Cœles Syriæ Vrbs) Lynifi, seu Lynifarii, obnoxii publico canoni, Scythopoli, *l. 8. de murileg.*

Seleucia ad Orontem: Classis ibi erat, quæ inde Classis Seleucena, quæ ad auxilium purgandi Orontis, aliasque necessitates Comiti Orientis deputata erat, *l. vnic. de Classicis.* Quam Legem refero ad Annum D. 368. Valens Imp. constitit Seleuciæ, Anno D. 372. Ideo Seleucia data ab eo *l. vnic. ne conlat. per logogr.* ad Modestum PP.

Senigalia. Valentiniani lex data Senigalia Anno D. 365. *l. 16. de operibus publicis,* ad Mamertinum PP.

Serdica, vel *Sardica* (in Dacia) Imperatores ibi quandoque constitere. Et ideo datæ ibi plures a Constantino Magno leges, Anno D. 316. *l. 2. de donation. l. 1. de Accusationibus.*

A. D. 317. *l. 1. ad L. Iul. de vi.*

A. D. 319. *l. 1. de abolition.*

A. D. 320. *l. 3. ad Senatusconsultum Claud. l. vnic. de hæred. petition. l. vnic. de infirm. pœn. cœl. l. vnic. de commiss. rescind. l. 4. de iure fisci: l. 1. de custod. reor. l. vnic. de mulierib. quæ se seruis,* (quam ad hunc annum retraho ab Anno D. 326.) *l. 1. de Paganis.*

A. D. 321. *l. 1. de bonis proscriptor. l. 1. de Paganis.* Acc. hoc Anno, quæ data Anno super. *l. 2. de inoffic. testam.* quæ data est ad Claudium Præsidem Daciæ,

A. D. 326. *l. 2. ad Senatusconsultum Claud. l. 1. de hæred. petition. l. 1. de mulier. quæ se seruis,* (retrahenda hæc lex ad Annum D. 320.) *l. 18. de appellation.*

A. D. 327. *l. 4. de exactionib.*

A. D. 329. *l. 18. de appellat. l. vnic. de his, qui sanguin. l. 16. de Decurion.*

A. D. 330. *l. 7. de Episcopis.* a Valentiniano & Valente.

A. D. 364. *l. 3. de Legatis,* ad Mamertinum PP.

Singidunum (in Pannonia) Imperatores ibi quandoque constitere: & ideo data Singiduno a Constantino Magno, Anno D. 334. *l. 2. de aduoc. fisci,* a Constantio Anno Domini 359. *l. 28. de appellat.*

Sirmium (in Pannonia) Proposita Sirmio Anno D. 374. *l. 18. de operibus publ.* ad Probum PP.

Anno D. 315. *l. 1. de testimonialib.* ad Rufinum PP. Directa Sirmio *l. 28. de cursu publico,* ad Probum PP. Dat. Sirmio. pro reddita, vel PP. *l. 8. Cod. Iust. vbi causæ fiscales: l. 7. de susceptorib. l. omnis de iis, quæ administr. l. 7. de Medicis: l. vnic. de oblig. equor. l. 16. de erogat. militaris annonæ: l. 4. de Palatinis.*

Imperatores ibi subinde constitere: & ideo Datæ Sirmio a Constantino Magno A. D. 315. *l. 1. de pignorib. l. vnic. de frum. Karthag.*

Anno D. 317. *l. 7. de appellat.*

Anno D. 318. *l. 3. & 4. Cod. Iust. de dilat.*

Anno D. 319. *l. 1. de denunciat. l. 2. de Relationibus: l. 1. de filiis milit. apparit. l. 2. de bonis vacantib. l. 1. de inoffic. test. l. 3. de priu. eorum, qui in s. pal. l. 1. de sponsalibus: l. 2. de temporum cursu: l. vnic. de bonis decurion.*

A. D. 320. *l. 1. de Prætoribus: l. 5. de accusationibus.*

A. D. 321. *l. 1. de iudiciis: l. 11. de appellat. l. 1. de honor.*

honor. codicill. l. 2. de operibus: l. 1. de conlat. fund. l. 3. de temporum cursu: l. vnic. si pend. appellat. l. 1. de Medicis: vbi PP. pro *Dat. l. vnic. de sentent. passis & restitutis.* Possit quoque ad hunc Annum referri *l. vnic. de his, qui numero liber.*

A. D. 322. *l. 2. de denunciat. l. 1. de liberali causa.*

A. D. 323. *l. 5. de Episcopis.*

A. D. 324. *l. vnic. de his, qui numero liberorum.*

A. D. 326. *l. 5. de accusat. l. 5. de iure fisci: l. 1. de integri restit.*

A. D. 329. *l. 4. de operibus publ.*

a Constante A. D. 338. *l. 5. de operibus publ.*

A. D. 349. *l. 2. de re militari: l. 3. de diuers. offic.*

a Constantio A. D. 352. *l. 5. Cod. Iust. qui testam. l. 8. de petitionibus: l. 3. de priu. eorum, qui in s. p. l. 1. de sponsalib. l. 6. de Veteranis*, ad Consularem Pannoniæ. Forte ab Anno 319. huc retrahenda *l. vnic. de bonis decurionum.*

A. D. 355. *l. 8. Cod. Iust. vbi causæ fisc.* verum ibi error aliquis A. D. 357. *l. 3. de erogat. milit. ann. l. 27. de appellation.*

A. D. 358. *l. 1. de inoffic. dotib. l. 4. de bonis proscript. l. 44. 45. de Decurionib. l. 13. quorum appellat. l. 4. de reuoc. donat. l. 10. de cursu.*

A. D. 359. *l. 14. 15. de Prætorib.*

a Valentiniano Sen. A. D. 364. *l. 7. de pactis: l. 2. de Cæsarianis*, ad Mamertinum PP. vbi *Dat.* pro *Acc.* vel *Reddita*, nisi aliud ibi emendandum.

A. D. 365. *l. 5. de his, quæ administr.* & *l. 7. de Susceptoribus*, datæ ad Probum & ad Mamertinum PP.

A. D. 369. *l. 7. de Medicis & Professorib. l. 1. de oblat. votorum.*

A. D. 374. *l. 18. de operibus publ.* datæ ad Probum PP.

a Gratiano A. D. 378. vel initio Anni 379. Rescriptum ibi datum a Gratiano, cuius mentio fit, quodque abrogatur *l. 5. de hæreticis.*

A. D. 379. *l. 1. de Palatinis S. L. l. 4. de Palat. S. L.* forte *Dat.* ibi pro *reddita*, seu *Acc.*

A. D. 380. *l. 11. de filiis mil. apparit.*

SOLARAMIA (nam ita rescribo loco *Salamariæ*) Data ibi A. D. 383. Theodosii Magni *l. 103. de Decurionib.* ad Proculum Com. Orientis.

SPOLETIVM. Constantinus Roma digressus Mediolanum tendens, atque inde in Pannoniam reuersurus, fuit Spoleti Anno D. 326. vbi data ab eo *l. 2. de hæreticis*, quæ agit de Nouatianis. Acc. Spoletio A. D. 362. Iuliani *l. 5. de Medicis & Professorib.*

STOBIS. Theodosius Magnus ibi constitit A. D. 388. vnde data ab eo *l. 5. de hæretic. l. 2. de his, qui super relig.*

SYRACVSAE. Iuliani lex data ad Mamertinum PP. (Italiæ scilicet) Acc. Syracusis, puta *l. 12. de cursu.* Anno D. 362.

T

TACAPIS lex data ad Vicarium Africæ, puta *l. 33. de appellat.* accepta Tacapis.

TARRACO, vide in Prouinciis, *Tarraconensis*, & in Notit. Dignit. *Præses Tarraconensis.*

TARSVS. In Orientis partibus, id est, in diœcesi Orientis *l. 3. de fide Catholica.* Episcopus Tarsensis, Diodorus Anno D. 381. *d. l. 3.* Sozomenus *lib. 7. cap. 9.*

TERRACINA. Terracinenses calcem phari & Portus Ostiensis vsibus præstabant *lex 3. de calcis coctoribus:* vide & Symmachum *l. 10. epist. 52.*

THAMVGADI. Accepta Thamugadi *l. 2. de honor. codicill.* quæ data est ad Vicarium Africæ Anno Domini 388.

THEBESTE (in Numidia) PP. Thebeste *l. 5. 6. de appellat.* quæ inscribitur Petronio Probiano, (Vicario, vt videtur, Africæ.)

THESSALONICA Macedoniæ Metropolis: Ideo *l. 2. sine censu*, quæ inscribitur Comiti Macedoniæ, Thessalonicæ data, id est, reddita dicitur, quo tempore Constantinus non erat in Macedonia.

Ecclesia Thessalonicensis immunis ab annona & tributis, *l. 33. de annona & tribut.*

Constantinus Magnus Thessalonicæ Anno D. 323. vbi data ab eo *l. 2. de liberali causa.* Anno D. 324. vbi data ab eo *l. 4. de nauicular.* & *l. vnic. de his, qui ven. ætat.* quæ lex, vt existimo, male refertur ad Annum 321. A. D. 327. vbi data *lex 2. sine censu.* Acacio Comiti Macedoniæ.

Constans Thessalonicæ, vbi data ab eo Anno D. 337. *l. 4. de annona & tributis.*

A. D. 346. *l. 7. de exactionibus.*

Theodosius Magnus Thessalonicæ constitit: Anno D. 379. vbi data ab eo *l. 12. de iure fisci.*

Anno D. 380. *l. 1. ad L. Iul. repet. l. 2. de Thesauris: l. 12. de petitionibus: l. 3. de tabulariis: l. 2. de fide Catholica: l. 25. de Episcopis: l. 20. de operibus publicis: l. 81. 82. de Decurionib. l. 12. de extraordin. l. 4. de Quæstionib. l. 2. de Præf. Prætor. l. 2. de Quæstorib. l. 3. de locat. fundor. l. 1. de Primicerio: l. 3. de Agentibus: l. vnic. si quacunque præd. pot. l. 8. 9. de bonis proscript. l. quicunque de iis, quæ admin. l. 3. Cod. Iust. de litigiosis: l. 16. Cod. Iust. de testam. l. 6. de sponsalib. l. 2. ad L. Iul. repet. l. vnic. si Prou. Rector. l. 6. de his, quæ admin. l. vnic. de vsuris rei iudic. l. 10. de filiis milit. appar. l. 8. de annonis ciuicis: l. 13. 14. 15. de petition.*

Anno D. 388. *l. 14. de hæreticis: l. 2. de nuptiis: l. 5. ad L. Iul. de adult. l. 1. de priuati carcer. custod.*

TICENVM. Valentinianus Iun. ibi constitit Anno D. 386. vbi tum data ab eo *l. 11. de Legatis.*

TOPISO, vel Topiro (Macedoniæ) Theodosius Iun. ibi constitit Anno D. 425. vbi data ab eo *l. vlt. de Primicerio:* & *l. vltim. de honor. codic.*

TOTTAIVM Mansio Bithyniæ, *l. 119. de Decurion.*

TREVIRIS, vel Triueris. Clarissima ciuitas vocatur a Gratiano *l. 11. de Medicis.*

Professores, Rhetores, Grammatici Latini & Græci ibi fuere, *d. l. 11.*

Salarium his vberius constitutum, quam cæterarum per diœcesim Galliarum Vrbium & Metropoleon Professoribus *d. l. 11.*

Sedes PP. Galliarum fuit Treuiris. Et ideo

PP. Triueris *l. 50. de cursu*, quæ data est Anno D. 390. ad PP. (supple Galliarum:) Quomodo & Datæ quædam dicuntur, eodem sensu, de quo mox.

Datæ innumeræ leges Treuiris, ab Imperatoribus ibi consistentibus: quas omnes habes *infra* in specimine historiæ Galliæ, seruato Imperatorum & annorum ordine.

Et datæ tamen quædam Treuiris dicuntur, pro Acceptæ, Redditæ: vt tres Constantini leges: puta *l. 1. de his, quæ ex publ. conlat. l. 5. de Veteranis: l. 2. de Numerar.* & duæ Valentiniani Iun. Anno D. 389. puta *l. 3. vnde vi: & l. 5. de proximis:* quæ ad Constantinum PP. (Galliarum scilicet) scripta est.

TROAS. Metalla ibi insignia fuere: hinc metallum Troadense: quod & cum Docimeno & Proconensi iungitur *l. 9. 11. de indulgent. debit.*

TYRVS. Metropolis erat (Phœnices scilicet) *l. 11. de tyron.* quæ data Anno D. 382.

Accepta Tyro lex quæ data est ad Consularem Phœnices: puta Iuliani *l. 52. de Decurion.*

Dat. Tyro Anno D. 394. *l. 9. Cod. Iust. de omni agro deserto*, ad Cynegium PP. quo tempore Theodosius Magnus Constantinopoli erat.

PP. Tyro Anno D. 328. lex quæ data est ad Dionysium Comitem, qui in Synodo Tyria iussu Constantini Magni congregata Cognitor præsedit: puta *l. 4. de famosis libellis.* De Tyro Phœnices metropoli elegans est locus apud Eunapium *in Vit. Porphyrii init. pag. 13. Edit. Commelin.*

V

VALENTIA: Datæ Valentiæ a Theodosio M. Anno D. 386. *l. 22. de annona & trib. & l. 113. de Decurionib.* (vbi forte substituendum *Melantiæ*) Anno D. 389. *l. 49. de cursu publico:* hæc Valentia Italiæ est, inter Romam & Forum Flaminii.

VALLI (Zeugitanæ in Africa: vide *Itinerar.* vtrumque & loca in Commentario *ad h. l.* adducta) PP. Vallis dicitur A. D. 357, Constantii Imp. *lex 7. de iure fisci*, data ad Rationalem summarum.

VANGIONES: Valentinianus Sen. ibi constitit Anno Domini 368. Ibi data ab eo tum *lex 2. de præd. nauicular.* ad Musufilum Vicarium Africæ.

VELOVOCORVM ciuitas. Ibi data a Constantino M. *l. 2. de Veteranis*: forte Velanorum: de quo plenius ad *eam leg.*

VENABRVM: Accepta Venabri Valentiniani *l. 22. de cursu:* quæ & prælata dicitur literis Romæ: dataque ad Volusianum P. V.

VENETIA: Ciuitatis non fit mentio, sed Prouinciæ: de qua supra.

VERONA (in Gallis, haud procul Remis) Anno D. 366. Ibi data a Valentiniano Remis digresso, *l. 9. de Veteranis*, ad Dagalaiphum Magistrum militum.

VERONA (Italiæ.) Valentinianus Sen. ibi aliquando constitit: Anno 364. Ibi ideo data tum ab eo *l. 1. de reparat. appellat.*

A. D. 365. Prælata literis V. C. Vicarii Veronæ, ad Vicarium Hispaniarum, *l. 3. de offic. Rector. Prouinc. l. 4. de custod. reor.* Eodem anno data Veronæ *l. 67. de Decurion.*

A. D. 366. Data Veronæ *l. 9. de Veteranis* (verum vt supra notaui hæc Verona Gallica est.)

Valentinianus Iun. Veronæ Anno D. 383. Ibi ideo data ab eo tum *l. vnic. de mandat. Principum.*

A. D. 384. *l. 107. de Decurionib.* nisi ibi reponatur *Verœæ*, id est, Berœæ.

A. D. 385. *l. 14. de lustrali collat.*

Theodosius Magnus Anno D. 390. Ibi ideo tum ab eo datæ *l. 28. de Episcopis: l. 122. de Decurion. l. 1. de Monachis: l. 19. de nauic.* & vt puto hoc ipso Anno *lex, si vindicari de pœnis.*

Honorius Anno D. 399. Ibi ideo tum ab eo data *l. 59. de appellat.*

VERSAVINVM *castrum*, vide *supra Bersabinum.*

VETORINA *castrum*, vide *supra Betorina.*

VICVS AVGVSTI (in Rhetia) Gratianus ibi constitit Anno D. 379. vbi data tum ab eo *lex 4. de auro coronario.*

VIENNA (Galliarum) Constantinus Magnus ibi constitit Anno D. 316. quare data ibi ab eo *l. 1. de temporum cursu.*

VIMINACIVM (in Mysia) Imperatores ibi subinde fuere.

Constantinus Magnus Anno D. 321. vbi data ab eo *l. 1. Cod. Iust. de ædific. priuat.* A. D. 335. vbi data ab eo *l. 21. de decurion.*

Constantinus & Constans Anno D. 338. vbi data tum *l. 4. de petitionib.*

Iouiani epistola ibi data (id est, reddita) ad Mamertinum PP. Anno D. 363. *l. 8. de Numerariis.* quo tempore Iouianus in Oriente erat.

Item Anno D. 382. Dat. (id est, reddita) Viminacii *l. 89. de Decurionib.* quæ scripta est ad Syagrium PP.

VINCENTIA: Theodosius Magnus & Valentinianus Iun. Mediolano & Concordia digressi ibi constitere Anno D. 391. vbi data ab iis *l. 13. de re militari*, ad Richomerem Comit. & Magistrum vtriusque militiæ. Inde Aquileiam profecti atque exinde Theodosius Constantinopolim rediit. Eodem anno datæ ibidem *l. 2. de Constit. Principum: l. 6. de contrah. emptione.* Flauiano PP. Illyrici & Italiæ. Cæterum in omnibus illis legibus clare *Vincentia* vocatur: non vt nonnulli exprimunt *Vicentia.*


VOCORIVM ciuitas (in Norico) Huius nomen latere putet quis in ciuitate *Velouocorum*, *l. 2. de Veteranis:* verum ibi malo *Velonorum.*

VORIS mansio Bithyniæ: cuius mentio, vt & Tottai *l. 119. de Decurion.*

VVLSINIENSIVM Vrbs: In Tuscia *l. 61. de Decurionibus:* vbi vide quæ dixi, hodie *Bolsena* Principalium & Patronorum eius Vrbis fit mentio *d. l. 61.*

Y

YSCOI data Constantini Magni lex Anno Domini 328. puta *lex 5. de priuil. eorum, qui in s. pal.* ad vniuersos Palatinos. (Esco fluuius in *Itinerar. Peutinger.* qui se in Danubium exonerat, non longe a Serdica.)



PARS

PARS QVARTA
QVA
GALLICANÆ HISTORIÆ
Annales centum Annorum, e Constitutionibus huius Codicis sub vnum Conspectum dantur:

Eorumque adeo exemplo specimen datur aliarum similiter Gentium, & Ciuitatum Annales & Historias ex hoc Codice conficiendi.

Sub CONSTANTINO M.
ANNO DOMINI 312.
Constantino A. II. & Licinio COSS.

LVGDVNENSIS Prouinciæ primæ Præses, Antonius Marcellinus. Ad quem data (prima omnium, quæ hoc Codice extat,) *l. 1. sine censu vel reliquis.* Ex Vrbe Agrippina, vbi tum Constantinus erat. Et pertinet lex ea ad Censum Gallicanum, seu ad rem tributariam, & ad Reliqua tributorum illius Prouinciæ: quorum caussas aperit, iisdemque in futurum occurrit. (Itaque committenda prorsus lex illa cum Gratiarum actione Constantino dicta, hoc ipso anno, vel certe fine superioris anni, Augustodunensium nomine. *Augustodunum* enim Lugdunensis primæ ciuitas fuit, cui tam afflictæ & in Reliquis hærenti Constantinus, & Censum releuauit, & quinque annorum Reliqua remisit. Quod argumentum vnicum est illius Gratiarum actionis. Quam ex *hac leg* non Treueris (quod elegantissimo Liuineio visum) verum Agrippinæ habitam colligas. Agrippinensi certe Ponti, in Francos faciendo, occupatum per hæc tempora Constantinum fuisse, idem Eumenius *Panegyrico* qui incipit: *Vnde mihi* testatur.)

ANNO DOMINI 313.
Constantino A. III. & Licinio III. COSS.

TREVIRIS hoc anno constitutus Constantinus Magnus: vbi data ab eo Kalend. Nou. *l. 2. de annona & trib. l. 1. de exactionib.* (quæ perperam hactenus referuntur ad Annum D. 315) ad Ælianum Proconſ. Africæ. Et 3. Nonas Nouemb. constitutio ad Catulinum, cuius partes sunt *l. 1. de pœnis: l. 2. de appellat l. 1. quorum appellat.* Item 6. Id. Nouemb. *l. 1 de aduoc. fisci*, ad Ælianum Proconſ. Africæ. Et 3. Kal. Ianuar. lex data ad Claudium Plotianum Correctorem Lucaniæ, &c. cuius partes sunt *l. 1. de appellat.* & *l. 1. de relationib.* (Zosimus, *lib. 2. cap. 17.* testatur, Constantinum rebus Vrbanis post Maxentium deuictum constitutis in Galliam reuersum: Et nominatim quidem ad inferiorem Germaniæ limitem, ob repentinos videlicet Francorum per absentiam eius in Gallia motus, docet auctor Panegyrici, qui incipit *Vnde mihi.*)

ANNO DOMINI 314.
Volusiano & Aniano COSS.

TREVIRIS & hoc Anno Constantinus Magnus constitit, vbi data ab eo XI. Kalend. Febr. *l. 10. Cod. Iust. de acquir. & ret. poss.* vbi male editum *PP. Tribon.* item VII. (al. VI.) Kal. Apr. *l. 1. de administr. & periculo tutor.* Et IV. Kal. Nouemb. *l. 1. de priuil. eorum, qui in sacro Pal.* ad Palatinos & benemeritos suos.

ANNO DOMINI 315.
Constantino A. IV. & Licinio IV. COSS.

CABILLVNO data *l. 2. de pœnis. XII.* Kalend. *April.* (Ante sexennium Constantinum, cum aduersus Maximianum (qui Arelaten, mox & Massiliam se contulerat,) moueret, Cabillonensem Vrbem & Portum cum exercitu ingressum auctor est Eumenius Panegyrico, quem Constantino ipsi dixit, hoc initio, *Facerem.* Vide & Ammianum Marcellinum *lib. 14. cap. 10. in gestis* Anno 354. Verum hæc lex de alio Cabilluno omnino accipienda est, vt ad eam ostendo)

TREVERIS hoc eodem Anno a Constantino data dicitur Kalend. Iun. (siue 3. Kalend Ian. vt ita iungatur cum *l. 4. de appellat.*) *l. 2. de nauicul.*

ANNO DOMINI 316.
Sabino & Rufino COSS.

TREVERIS hoc anno constitit Constantinus, a quo data ibi *l. 1. de officio omnium Iudicum.* III. Id. Ian. (Certe, hoc ipso Anno 316. TREVERIS dictus a Panegyriste Gallo Panegyricus, hoc initio, *Vnde mihi.* Constantino ipso præsente.)

VIENNAE consistit Constantinus Magnus, mense Maio, vbi data ab eo *l. 1. de temporum cursu*, ad Præsidem Tarraconensem. Pridie Non. Maii.

ARELATE tandem hoc eodem anno constitit Constantinus: vbi data ab eo *l. 5. 6. de appellat.* Id. Aug. (Et in hac sane Arelatensi Vrbe in lucem editus Constantinus, Constantini Magni Filius, hoc ipso anno: de quo vide Zosimum, *lib. 2. cap. 20.* Post hunc annum Constantinus in Gallia nunquam versatus est: sed missus eo ab eo Crispus C. dein & Constantius.

ANNO DOMINI 320.
Constantino A. VI. & Constantino COSS.

Almeloueenius *in Emendandis ad Fastos pag* 336. putat Gothofredum Consules hoc loco *Constantinum* & *Constantium* consulto adscripsisse. Sed cum in Chronologia agnoscat *Constantinum VI. & Constantinum Cæs. Coss* facile iudicare possumus, *Constantii* nomen in editionem priorem irrepsisse aut Maruillii iniuria, aut typi errore.

VELOVOCORVM in ciuitate, data a Constantino, proponitur Kal. Mart. *l. 2 de Veteranis.* (*Belouacorum ciuitatem* accipiendam credunt plerique. Certe Serdicæ, vel in *Pannonia* Sirmii vel *Aquileia*, non in Gallia, Constantinum hoc anno constitisse, complures huius anni constitutiones docent.

cent. Itaque sic forte legendum: *Velonorum*, olim legebam, *In ciuitate vel O. Vocorio*, id est, *in ciuitate vel oppido Vocorio.* Vocorium Vrbs in *Norico*, cuius meminit itinerarium Peutingerianum, & Ptolemæus, cui dicitur Οὐακόριον: in Itinerario Vocarium, verum de hoc ad *eam leg.*

ANNO DOMINI 321.

Crispo II. & Constantino II. CC. COSS.

AGRIPPINENSIBVS decurionibus inscripta lex Constantini, qui tum in Pannonia agebat: nempe *l. 3. de Iudæis:* qua Iudæos ad Curiam vocari posse concedit. Iudæos itaque per Galliam adhuc, & Belgicam quidem sub Constantino fuisse, ex *hac leg.* apparet.

ANNO DOMINI 325.

Paullino & Iuliano COSS.

TREVERIS Prid. Non. Mart. *l. 1. de his, qua ex publica conlat.* data proponitur: cum tamen hoc anno Constantinus longe a Gallia in Oriente & quidem in Bithynia constiterit. Itaque sic existimo, *Datam*, id est, redditam Treueris Præfecto Prætorio Galliarum, qui in ea Vrbe consistebat: nisi ibi lateat Bithyniæ locus aliquis.

ANNO DOMINI 326.

Constantino A. VII. & Constantio C. COSS.

ARELATO data III. Non. Nou. ad Philippum PP. dicitur *l. 2. de diuers. offic.* Sed illic rescribendum Arelape, qui locus in Norico: nisi ad Annum 353. hæc lex referenda videatur, & sic Constantio hæc lex tribuenda.

ANNO DOMINI 328.

Ianuarino & Iusto COSS.

TREVERIS IV. Kal. Ian. (Iun. Cod. Iust.) data *l. 5. de Veteranis*, ad Maximum. Sed & hic rursum *Data* pro *Reddita* accipi oportet: vt ita Maximum, cui lex illa inscribitur, *PP. Galliarum* fuisse mihi persuadeam.

ANNO DOMINI 331.

Basso & Ablauio COSS.

TRIVERIS Kal. Iul. *l. 2. de Numerariis*, data dicitur. Certe, cum ex aliis huius anni constitutionibus constet, Constantinum Constantinopoli hoc anno hæsisse, de *hac leg.* idem quod de superiore iudicium faciendum: nempe datam eam ad *PP. Galliarum:* in qua illa verba perpende: ab officio *Sublimitatis tuæ.*

ANNO DOMINI 332.

Pacatiano & Hilariano COSS.

COLONIÆ AGRIPPINÆ data dicitur VII. (vel VI.) Kal. Aug. ad Concilium Byzacenorum *l. 3. de inoffic. test.* & *l. 1. de libertis.* (Verum, cum & hoc anno Constantinum in Oriente versatum constet, legam in subscript. illarum legum Coloniæ Adrimitinæ: Colonia enim Adrumetus metropolis Byzacenæ, vide Æthicum *pag. 47. 94.* siu. *pag. 721. 731. Edit. Gronov.*) Quare Valesio non adhæreo, qui hinc colligebat, Constantinum hoc anno Coloniam Agrippinam petiisse, vt ipse quidem credebat, vt cum Francorum Regibus colloqueretur, quos ab Agrippinensibus Rhenus diuidebat.

Sub CONSTANTINO ARELATENSI.

Constantini Magni F. natu maximo.

ANNO DOMINI 339.

Constantio II. & Constante COSS.

TREVERIS data a Constantino Iun. ad Celsinum, *l. 27. de Decurionib.* In *qua leg.* Karthaginis & Africæ mentio fit. Vnde clarum, Karthaginem & Africam Constantino in Imperii partitione obtigisse: etsi de eo postea orta controuersia inter fratres Constantem & Constantinum: vide Victorem Schotti, & Zosimum. (Certe, ex ea Vrbe Constantinus hic Iun. literas illas dedit ad populum Alexandrinæ Ecclesiæ, quibus munitus Athanasius Alexandriam repetiit, ipso Athanasio teste *Apol. 2.* & Socrate, *lib. 2. cap. 2.*

Sub CONSTANTE.

ANNO DOMINI 340.

Acyndino & Proculo COSS.

TATIANVS (Titianus *infra Anno 343.*) PP. Galliarum fuit. (Hieronymus *Chronico* Anno D. 346. *Titianus Vir eloquens Præfecturam Prætorianam apud Gallias administrat.* Itaque in inscriptione *l. 1. de sepulchro violato*, pro *ad Tatianum P. V.* reponam, *P. P.* qui error hoc Codice frequens: vide & *infra Anno D. 343.* quanquam *Fab. Titianum P. V.* Anno 339. 340. fuisse testatur Vetus Notitia P. V.

ANNO DOMINI 341.

Marcellino & Probino COSS.

LAVRIACO data a Constante VII. Kal. Iul. *l. 11. de Decurionib. l. 1. de tabulariis*, ad Catulinum PP. quem locum in Gallia, & Batauia quidem, fuisse censeo.

ANNO DOMINI 343.

Placido & Romulo COSS.

BONONIÆ data a Constante non a Constantio, vt lex præfert, *l. 3. de extraordin.* VIII. Kal. Febr. (id est, Bononiæ *Galliarum*, non Italiæ, quod doctissimo Sigonio visum. Constans enim post pacem cum Francis initam superiore Anno 342. teste Socrate *lib. 2. cap. 10.* Sozomeno, *lib. 3. cap. 5.* Hieronymo, in *Chronico*, huius Anni 343. principio sæua hyeme in Britanniam (subsidio aduersus Scotos & Pictos teste Ammiano *initio lib. 20.*) nauigauit: vt testantur Firmicus Maternus, ad *Constantium & Constantem* scribens, & Libanius, βασιλικῷ. In quam Britanniam solemnis e Bononia transitus fuit: vide inter alios Ammianum *lib. 20. c. 1.* & *lib. 27. cap. 8.*

TREVIRIS data ad Titianum pridie Kal. Iul. *l. 36. de Decurionib.* ad Titianum, supple PP. Galliarum, vide Anno 340. sup. & A. 349. infra.

ANNO DOMINI 345.

Amantio & Albino COSS.

TREVIRIS data a Constante Id. Maii, lex ad Eustathium Com. R. P. *lex*, inquam *7. de petition.* qui

qui proinde Eustathius Com. R. P. fuit sub Occidente. Id quod diserte testatur Philostorgius 3. *cap.* 12.

ANNO DOMINI 349.

Limenio & Catullino COSS.

SILVANVS Comes & Magister Equitum & Peditum: seu militum, cui inscripta *l. 2. de re militari: & l. 3. de diuers. offic.* (Hunc Magistrum militum fuisse per Gallias, & Agrippinæ versatum testatur Ammianus Marcellinus, *lib. 15. c. 5.* Ex his interim duabus legibus apparet errare Valesium, qui Anno demum 355. Magistrum peditum factum scribit.

TITIANO PP. inscripta *l. 3. de re militari.* Tatiano *l. 2. de raptu virg.*

ANNO DOMINI 350.

Sergio & Nigriniano COSS.

MAGNENTIVS e FRANCIS oriundus in Gallia Tyrannus exortus, a quo Constans interfectus: de quo *infra Anno 353.*

Sub CONSTANTIO

ANNO DOMINI 353.

Constantio A. VI. & Constante (id est Gallo.) C. II. COSS.

LVGDVNI data a Constantio VIII. Id. Sept. *l. 2. de indulgent. criminum.* (Magnentius scilicet a Constantio ex Italia in Galliam retrusus apud Lugdunum XVIII. Kal. Septembris ab eodem profligatus fuit: vt Socrates, *lib. 2. cap. 27.* memoriæ prodidit. Itaque lex hæc paucis post eam victoriam diebus a Constantio Lugduni lata: & aliæ duæ sequenti mense in Italia (nempe *l. 5. de Paganis: l. 5. de infirm. his, quæ sub tyr.*) abolendis, videlicet quæ Magnentii Tyrannis inuexerat: Magnentii, inquam, iam mortui, non vt Valesius credidit, viui adhuc.

ARELATO data *l. 2. de diuers. offic.* ad Philippum PP. huc retrahenda mihi videtur. De Constantii sane hoc tempore mora Arelate testis Ammianus Marcellinus, & Athanasius: vide plura in *Chronico.*

ANNO DOMINI 356.

Constantio VIII. & Iuliano C. COSS.

RVFINVS PP. Galliarum: vt testatur Ammianus Marcellinus *lib. 14. cap. 10.* in gestis A. 354. Itaque *l. 1. si quis pecunias consl.* data ad Rufinum PP. quod de hoc Rufino PP. Galliarum omnino accipiendum. In subscriptione interim *leg.* nota, dici eam *Acceptam Constantina.* Eaque *leg.* de custodia Portuum & Litorum agi, ne quis pecunias ad barbaricum transferat. Itaque forte in subscriptione legis legendum *Accepta ad Constantia,* id est, castra, Constantia scilicet. quorum Ammianus Marcellinus meminit in gestis Anni superioris 355. *lib. 15. cap. 11. Matrona,* inquit, & *Sequana amnes magnitudinis geminæ: qui fluentes per Lugdunensem, post circumclusum ambitu insulari Parisiorum castellum Lutetiam nomine, consociatim meant, meantesque protinus prope Castra Constantia funduntur in mare.*

ANNO DOMINI 358.

Datiano & Cereale COSS.

IVLIANI Cæsaris comitatus fit mentio *l. 6. de maleficis,* in Galliis nempe: Vbi exercentes Magiam, vel diuinandi artem, Constantius *illa leg.* insequitur.

Sub IVLIANO A.

ANNO DOMINI 362.

Mamertino & Neuita COSS.

GERMANIANVS PP. Galliarum, teste Ammiano *lib. 21. cap. 8.* in gestis Anno 361. Hoc quoque Anno extat *l. 30. de appellat. ad Germanianum PP.* Quanquam quod *ea leg.* nominatim de Præfectis Vrbis, de Proconsulibus & de Comite Orientis agitur, *PP. Galliarum* tum non fuisse suadere videtur.

SALLVSTIVM Præfectum Prætorio Galliarum hoc Anno fuisse & sequenti disertis verbis Ammianus Marcellinus testatur, *initio lib. 23. cap. 1. & 5. Sallustio,* inquit, *Præfecto per Gallias:* Item, *literas Sallustii Galliarum Præfecti suscepit.* Extant certe plures hoc Anno ad *Sallustium PP.* constitutiones: nempe *l. 7. de erogat. mil. ann. l. 1. de exhib. vel transf. reis: l. 2. de protostasia: l. 1. de auro coronario: l. 53. de Decurion.* Sed ex nulla illarum colligi potest, cuiusnam Præfecturæ administrationem habuerit.

Sub VALENTINIANO Sen.

ANNO DOMINI 364.

D. Iouiano & Varroniano COSS.

Menander, cui inscribitur *l. 17. de cursu publico:* videatur PP. Galliarum fuisse, arg *l. 28. & 30. eod. tit.* Dicitur & his COSS. Dat. Triueris Id. Decemb. *l. 11. de erogat. mil. ann.* ad Mamertinum PP. verum ibi vitium hæret.

ANNO DOMINI 365.

Valentiniano & Valente AA. COSS.

Dat. his COSS. 7. Kal. April. *l. 1. de desertorib.* cuius inscriptio hæc est, *Edicta duo per Italiam & Alpes:* aduersus Desertores. Data item *l. 7. de re militari,* ad Iouium (γρ. Iouinum) Magistrum Equitum & Peditum: qui hoc tempore & deinceps in Gallia fuit.

TREVERIS datæ complures hoc Anno leges proponuntur: vt & Agrippinæ *l. vnic. ne damna Prouincialib.* verum eæ referendæ ad Annum Domini 368. vel 370. vel aliter ibi erratum. Valentinianus Mediolano ex Italia in Gallias profectus, propter Alamannos, qui post Iuliani mortem Gallias vastabant, Parisiis huius anni fine constitit: *Prope Kalendas Nouembris venturo Valentiniano Parisios,* inquit Ammianus Marcellinus, *l. 26. c. 5.* in huius anni gestis: vide eundem & *l. 27. c. 2.* Itaque tres ex hac Vrbe constitutiones a Valentiniano datæ hoc Codice extant: datæ, inquam, hoc Anno mense Octobri, Nouembri & Decembri: nempe *l. 13. de annona & tributis: l. 3. de metallis: l. 11. de numerariis,* ad Rufinum PP. Igitur & fides apud Parisiam ciuitatem exposita, (& Valentiniano oblata) quæ extat inter fragmenta Hilarii, ad hunc annum retrahenda est: quam integritatis & iudicii notissimi Nicol. Faber ille, Anno 362. celebratam credidit.

CVRSVS publici hoc Anno per Gallias mentio fit *l. 82. de cursu:* qua *leg.* id quod iam Galliis proderat circa cursum publicum ad Illyricum & Italiæ regiones extenditur.

ANNO DOMINI 366.

Gratiano NB. P. & Dagalaipho COSS.

TREVERIS data *l. 5. ad Senatusconsultum Claudianum.* Pridie Non. April. quæ inscribitur *ad Secundum PP.* verum ibi *Remis* forte rescribendum.

REMOS Lutetia Parisiorum progressus hoc anno Valentinianus ibi constitit, *Remos* scilicet Lutetia Parisiorum *progressus Valentinianus* (ait Ammianus *lib. 26. cap. 5.*) *statuens interim nusquam extra Gallorum confinia mouere.* Itaque datæ hoc anno plures ex ea Vrbe constitutiones: nempe *l. 9. de diuers. offic.* VII. Id. April. data *ad Germanianum PP.* (Galliarum) vide Ammianum *lib. 26. cap. 5.* & *Prosopogr.* nostram. *l. 1. de postliminio* XVI. Kal. Iun. *vel* Iul. ad Seuerianum Ducem *l. 15. de annona & tributis*: XIV. Kalend. Iun. *l. 1. de canone frum. V. R.* XVIII. Kal. Iul. *l. 10. de pœnis.* VIII. Id. Octobr. (Hæc lex referenda ad annum sequentem 367.) *l. 8. de accusat.* XV. Kal. Decemb. *l. 9. de accusat.* VII. Kal. Decemb. Ex his legibus *l. 1. de postliminio,* data ad Seuerianum Ducem, cuius meminit Ammianus Marcellinus in huius anni gestis *initio lib. 27. cap. 1.* qui apud Galidona Diuitensibus præsidebat & Tungricanis, & prælio aduersus Alemannos equo deturbatus missilique telo per os fixus fuit. Quo prælio infeliciter gesto, cuncti metu compulsi in fugam, Carietto Comes per vtramque Germaniam oppetiit: Erulorum Batauorumque vexillum direptum fuit: vt testatur Ammianus *dicto loco:* multique adeo in captiuitatem a Barbaris (Alemannis) abducti, vt testatur *dicta l. 1. de postlim.* quibus ideo Valentinianus *ea leg.* postliminii ius indulget. Datæ quoque his ipsis COSS. duæ Valentiniani leges: vna, XV. Kal. Octobr. Mantebri, puta *l. 11. de susceptor.* ad Florentium Comitem S. L. altera, Veronæ VIII. Id. Decembr. puta *l. 9. de Veteranis,* (ad Dagalaiphum, de quo mox.) Qui vterque locus haud procul Remis fuit, quo digressus inde Valentinianus & exinde rursum Remos sese contulit: de quo ad *eas leges* plenius. *Dagalaiphus* Magister militum fuit hoc Anno (per Gallias scilicet.) Ad quem data est hoc Anno VIII. Id. Decemb. *dicta l. 9. de Veteranis.* Eum clade ab Alamannis accepta, de qua supra, correcturum huiusmodi gesta a Parisiis missum Ammianus Marcellinus, *lib. 27. cap. 2.* scribit.)

ANNO DOMINI 367.

Lupicino & Iouino COSS.

REMIS, & hoc Anno substitit Valentinianus, ad Iunium mensem vsque. Itaque, ex ea Vrbe datæ complures leges hoc Codice extant: nempe *l. 13. de susceptoribus:* & *l. 4. de metallis:* (in quarum subscriptione perperam legitur hactenus *Rom.* pro *Rem.*) *l. 9. 10. de re militari. l. 4. de prædiis nauicular. l. 3. de indulgent. crimin.*) vbi pariter *Rom.* pro *Rem.* excusum:) *l. 4. de aduoc. fisci: l. 5. de censu: l. 3. ad L. Corn. de falso:* (vbi perperam hactenus *Treu.* pro *Rem.* editum.)

IOVINVS Magister Equitum vel militum (per *Gallias*) hoc anno. Ammianus Marcellinus *lib 27. cap. 2.* a Parisiis aduersus Alamannos missum prodit (Anni scilicet 366. principio) partaque de Alemannis victoria Parisios redeunti Imp. Valentinianum lætum occurrisse, eumque postea Consulem designasse. Data ad eum hoc Anno 367. IV. Kalend. Febr. *d. l. 9. de re militari:* qua *l. 9.* Ducum & Comitum per Gallias scilicet mentio fit, & eorum quibus Rheni est mandata custodia. Item, Regalium, (Francorum scilicet vel Alamannorum) &c. de quibus ad eam *l. 9.* fuse.

FLORENTIVS vel FLORENTINVS PP. Galliarum hoc anno fuit: ad quem data *l. 5. de censu,* quæ ad Censum Gallicanum pertinet. Meminit huius Florentii Præfecti Prætorio Galliarum quoque in huius ipsius anni gestis Ammianus Marcellinus *lib. 27. cap. 7.*

NEMASIÆ fuit mense Augusto Pridie Non. Aug. Valentinianus, vbi data ab eo Pridie Non. Aug. *l. 3. de ponderatoribus.* Qui locus in Gallia fuit *Nomay* prope Remos, de quo ad *eam leg.*

AMBIANIS exinde mense Augusto medio huius anni Valentinianus: Itaque data ab eo ex ea Vrbe *l. 1. de ingratis liberis.* (Et vero Gratianus a patre Valentiniano hoc mense IX. Kalend. Septembris Augustus renunciatus; Hieronymus, *Chronico* Anno 368. (metachronismo vnius anni illi solemni) *Gratianus Valentiniani F. Ambianis Imperator factus.* Ammianus quoque *lib. 27.* narrata Gratiani inauguratione, subiicit, *cap. 8. Profectus itaque ab Ambianis, Treuerosque festinans,* &c. (Valentinianus) Consules & diem quoque huius renunciationis recte notant Socrates, *l. 4. cap. 10.* & Fastorum Siculorum auctor.)

REMOS reuersus Valentinianus: vbi datæ ab eo *l. 4. de scenicis:* & *l. 10. de pœnis,* quibus anni superioris Consules male adscripti: mense Octobri.

TRIVERIS Valentinianus: quo ab Ambianis profectus, vt ex superiore Ammiani Marcellini loco constat. Itaque data ex hac Vrbe III. Id. Octobr. *l. 2. Cod. Iust. de bonis libert.* III. Id. Octobr. Reperitur medio hoc tempore data VIII. Kal. Nouemb. ad Dracontium (Vicarium Africæ) Nicomediæ *l. 16. de annona & frum.* (forte Nicromedio.) Exinde Triueris datæ *l. 7. de priuilegiis eorum qui in sacro Pal.* XIV. Kalend. Decemb. & *l. 29. de cursu publ.* IV. Non. Decemb.

ANNO DOMINI 368.

Valentiniano & Valente II. COSS.

VIVENTIVS PP. Galliarum: ad quem data XI. Kal. Decemb. *l. 4. de censu,* cuius hæc sententia, *a Censu immunes esse in Virginitate perpetua viuentes, & viduas, de quibus ipsa maturitas ætatis pollicetur nulli iam eas esse nupturas. Item, pupillos virilis sexus vsque ad 20. annos: mulieres, donec virum sortiantur.* Per Gallias proinde Deuotas Virgines iam per hæc tempora claret: vide quæ supra notaui. Ad eundem *Viuentium PP.* data & *l. 3. de relationibus* 3. Kal. Ian. de Relationum super delictis Prouincialium, quæ a Rectoribus Prouinciarum, ad Principem fiunt, forma & quidem data Treueris.

TRIVERIS & hoc Anno constitit Valentinianus: & ideo ab eo data III. Kal. Febr. *l. 8. de Medicis & Professoribus* (ad hunc enim Annum retrahenda ea lex, vt alibi ostendo vt & seqq.) Item *l. 18. de Episcopis: l. 1. de his qui cum disp. l. 3. de repar. appellat. l. 1. 2. si vagum mancipium: l. 9. de cohortalib. l. 9. de Pistoribus: l. vnic. de mancipibus therm. l. 10 de exactionib. l. 1. de executoribus: l. 2. de metatis: & l. 5. de tyronibus.* VI. Kal. Mai. Ad eundem Viuentium *PP. Galliarum* hoc anno eodem fuit data *d. l. 5. de tyronib.* cuius hæc sententia est: Digitorum truncatione militiam fugientes, ignis supplicio afficiendos. Data ad eun-

eundem *Viuentium PP. l. 30. de cursu*, quæ de *cursu publico* agit: item *l. 4. de censu:* vbi quoque diserte vocatur Viuentius PP Galliarum. Data & ad eundem *l. 3. de Relationib.*

ALTEIO versatus Valentinianus: vbi data ab eo Pridie Non. April. *l. 3. de Actorib. procur.* Ea Vrbs procul dubio in Galliis erat. Eodemque refero *l. 5. de repar. appell.*

VANGIONIBUS quoque aliquando versatus Valentinianus hoc Anno mense Iulio, data quippe Pridie Kalend. Aug. Vangionibus *l. 3. de prædiis nauicular.* quæ perperam hactenus *Valentinianum & Valentem COSS.* (id est, Anno D. 365.) subscriptos præfert. (Oppositi scilicet Vangiones Alemannis erant: aduersus quos & nominatim aduersus Alemannum Regalem Randonem, qui Magontiacum latenter irrepserat, hoc tempore Valentinianum cum Gratiano expeditionem mouisse Ammianus testatur, *lib. 27. cap. 10.*)

AGRIPPINÆ inde constitit Valentinianus vbi data ab eo Prid. Kal. Octob. *l. vnic. ne damna Prouincialibus*, quæ perperam refertur ad A. D. 365. atque ita a Valesio colligatur: qui & illud addit, credere se non ob aliud Agrippinam petiisse Valentinianum, quam vt cum Francorum Regibus fœdera antiqua ex morte iniret.

TRIVERIS rursum fine huius anni & sequenti Anno versatus Valentinianus: quo reuersus ille cum filio, triumpho de Alemannis obtento. Itaque data Kalend. Decemb. in ea Vrbe *l. 12. de Pistoribus*, & IV. Non. Decembr. *l. 29. de cursu.* & III. Kalend. Ianuar. *l. 3. de Relationib.* (Ammianus *lib. 27. cap. 10. Hisque tali casuum diuersitate peractis milites ad hyberna, Imperatores Treueros reuerterunt.* Et de hoc ingressu & triumpho accipiendus Ausonius Mosella. v. 421. sq.

- - *Augustæ veniens* (Mosella) *quod mœnibus Vrbis*
Spectauit iunctos nati patrisque triumphos.

Quod qui alio referunt, fallunt & falluntur: de quo alibi.

ANNO DOMINI 369.
Valentiniano NB. P. & Victore COSS.

TREVIRIS constitit hoc Anno Valentinianus: leges & primo quidem per primos quinque menses: quare inde datæ plures tum ab eo: nempe *l. 2. de centonariis: l. 6. de Legatis: l. 1. ne operæ a conlatoribus: l. 6. de fide testium: l. 4. 5. de offic. Rector. Prouinc. l. 1. de fructibus & litis exp. l. 7. de bonis proscriptor. l. 4. de relationibus: l. 12. de nauicular. l. 13. de Pistoribus.* ibidem data procul dubio *l. 5. Cod. de feriis.*

COMPLATI Valentinianus: vbi data ab eo XVI. Kal. Iun. (Iul.) *l. 10. de diuers. offic.* ad Viuentium PP. quam ego Vrbem quoque in Gallia fuisse puto.

MARTIATICI Valentinianus Pridie Non. Iun. vnde eo die data *l. 6. de metallis.* Martiaticum accipio locum ad Martianas syluas in Alamannorum solo, vide *Itinerar. Peutinger.* & Ammianum *lib. 21. cap. 8.* ibique Cl. Valesium.

ALTÆ RIPÆ Valentinianus III. Kal. Iul. fuit: inde data quippe *l. 4. de repar. appell. Altæ ripæ* hodiernum nomen remansit: qui locus altero miliari ab Illustr. Heidelberga, haud longe supra confluentes Nicri, inter Nemetes & Vangiones, de quibus Anno superiore. Meminit huius loci *Notitia Imperii* in Duce Magontiacensi: vbi hoc ordine & secundo Rheno loca hæc recenset. *Saletio, Tabernæ, Vico Iulio, Nemetis, Alta ripa, Wangionis, Mogontiaco.*

BRISIACI mox constitit Valentinianus: vbi data ab eo *l. 8. de priuilegiis eorum, qui in sacro Palat.* III. Kal. Sept. (Mentio huius loci quoque in Itinerario Æthici, inter Rauracos & Argentoratum. Qui locus in ripa Rheni dexrra in Alemannorum solo. Cæterum, ad huius & superioris loci hoc anno memoriam pertinet egregie, quod Ammianus scribit *lib. 28. cap. 2. At Valentinianus magna animo concipiens & vtilia, Rhenum omnem a Rhetiarum exordio ad vsque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, castra extollens altius & castella, Turresque adsiduas per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo: nonnunquam etiam vltra flumen ædificiis positis subradens Barbaros fines. Denique cum reputaret munimentum celsum & tutum, quod ipse a primis fundarat auspiciis præterlabente Nicro nomine fluuio, paulatim subuerti posse vndarum pulsu immani, meatum ipsum aliorsum vertere cogitauit,* &c. Ex his clarum, cur Martiatici, Altæ ripæ, Brisiaci, Valentinianus constiterit.

TREVERIM, post Brisiacum, reuersus Valentinianus: vbi datæ ab eo: Pridie Id. Octob. *l. 2. de abolitionibus.* III. Non. Nouemb. *l. 1. de fide & iure hastæ.* IV. Non. Decemb. *l. 13. de nauicular.* X. Kal. Ian. *l. 10. de Veteranis.*

Viuentio PP. Galliarum inscriptæ hoc Anno leges quatuor: quanquam nullibi *Galliarum* nomen additum seu expressum, *L. 1. ne operæ a conlator.* quæ vetat, Operas a collatoribus Prouincialibus exigi: sed, ad prosecutiones extraordinarias caupona, propola vel tabernaria lucrum sectantes cogi. *L. 4. de offic. Rectoris Prouinciæ*, quæ vetat Rectores Prouinciarum religiosa deuerticula sectari. *L. 10. de diuersis officiis*, qua probatur iudicium Viuentii, qui iners vulgus ex officio suo eiecerat: & dicitur ea lex data *Complati*, qui locus procul dubio in Galliis fuit: vide *supra locum* Ammiani: & quæ de *Martiatico* dixi: nisi potius legendum *Cambete:* qui locus ad Augustam Rauracum: vide Itinerarium vtrumque. *L. 1. de fide & iure hastæ*, quæ de distrahendis pignoribus Tributorum causa est.

ANNO DOMINI 370.
Valentiniano & Valente III. COSS.

TREVERIS & hoc Anno constitit Valentinianus: vnde ab eo datæ hoc Anno *l. 1. ne sanctum bapt. l. 1. de stud. lib. V. R. l. 7. Cod. Iust. de postulando: l. 6. de annonis ciuicis: l. 7. de metallis: l. 6. de censu: l. 6. de re milit. l. 64. de Decurionibus. l. 8. de lustrali: l. 5. de tyronibus: l. 71. 72. 73. de Decurion. l. 2. de tabular. l. 31. de cursu. publ.* (vide Ammianum *lib. 28. cap. 5.*)

ALTEIO quoque data *l. 3. de actorib. & procur.* quæ huc forte retrahenda.

Viuentio (PP. Galliarum) inscripta *l. 6. de censu:* cuius hæc sententia: immunes a Censu esse viduas, pupillos, donec suæ tutelæ fiant, item Virgines deuotas. Item, *l. 5. de tyronibus*, (quæ perperam refertur ad Annum D. 365.) ad Viuentium PP. Galliarum diserte data est, quæ est de Murcis.

Iouinus Magister militum, ad quem hoc Anno data *l. 11. de Veteranis.*

ANNO DOMINI 371.
Gratiano II. & Probo COSS.

TRIVERIS constitit Valentinianus: vbi ad mensem Iunium vsque data ab eo *lex 1. de scenicis: l.*

9. de maleficis: l. 5. de indulgent. crimin. l. 5. de murilegulis: l. 75. de Decurionib. quæ duæ leges datæ IV. Kal. Iul.

Viventio PP. inscripta *d. l. 1. de scenicis*, sed male ibi *P. V.* pro *PP.* scriptum (quæ est de scenicis in vltimo vitæ Sacramenta, seu Extrema suffragia poscentibus, ut cum cognitione causæ id eis tribuatur: & conualescentes postea in scenam retrahi non possint,) *l. 75. de Decurionib.* quæ est de Sacerdotum & principalium immunitate.

CONTIONACVM vel CONTIONATVM profectus Valentinianus: vbi mansit mense Iunio, Iulio, Augusto, dataeque ab eo *l. 5. de custod. reor.* postero statim die III. Kal. Iul. *l. 17. de annona & trib.* IV. Id. Iul. *l. 3. de denunciationibus.* IV. Kal. Aug. *l. 1. de natural. filiis.* XVI. Kalend. Septemb. (*Contionacum*, in Gallia fuerit oportet, & quidem inter Treueros & Magontiacum.)

MAGONTIACI inde versatus Valentinianus: a quo ibi data *l. 2. de scenicis.* VIII. Id. Septemb. (vide Ammianum *lib. 29. cap. 4.* qui locus huc omnino pertinet.)

TRIVEROS reuersus Valentinianus: vbi ab eo data *l. 32. de cursu.* III. Id. Decemb. (vide Ammianum *lib. 28.*)

Seuerus Magister militum per Gallias: vide Ammianum *lib. 28. cap. 5. & lib. 29. c. 4.* qui locus proprie huc facit. Ad eum data hoc anno X. Kal. Ian. *l. 11. de diuers. offic.*

ANNO DOMINI 372.

Modesto et Arintheo COSS.

TREVERIS substitit & his Coss. Valentinianus: a quo datæ ibi *l. 14. de Pistoribus: l. 77. de Decurionibus: lex 3. de hæreticis: l. 6. de prædiis naticul. lex 11. de re militari: lex 1. de spectaculis.*

Seuerus Magister militum (per Gallias vt & dixi superiore Anno.) Ad eum hoc anno VIII. Kal. Mai. data *l. 11. de re militari:* qua agitur de adcrescentibus in militia.

PATAVIONE data occurrit XVII. Kal. Iun. Valentiniani *l. 78. de Decurionib.* quæ forte Galliæ Belgicæ ciuitas videatur.

NASSONACVM sese contulit Valentinianus: vbi data ab eo III. Kal. Iun. *l. 12. de diuers. offic.* & III. Non. Iul. *l. 1. de Præfecto Prætorio: l. 1. de Quæstoribus: l. vnic. de Magistr. scrin. l. 1. de Comit. rei milit. l. 4. de honor. codic.* quæ omnes vnius constitutionis partes sunt.

TREVEROS reuersus Valentinianus: vbi datæ ab eo VI. Kal. Iul. *l. 2. de locat. fund. iuris Emphyt. l. 22. de Episcopis.*

ANNO DOMINI 373.

Valentiniano et Valente IV. COSS.

TREVERIS & hoc Anno fuit Valentinianus: vbi ab eo data *l. 1. ne sanctum baptisma*, nisi ad Annum 370. potius ea referenda. Referri potest & ad hunc Annum *l. 6. de re militari: l. 64. de Decurionibus.*

ANNO DOMINI 374.

Gratiano III. & Equitio COSS.

TREVERIS aliquando fuit his Coss. Valentinianus: vbi ab eo data *l. 22. quorum appellat.* VII. Kalend. Iun. & *l. 4. de excusation. artif.* XII. Kal. Iul.

ROBORE inde constitit: vbi ab eo data lex ad Constantinum (PP. Galliarum scilicet) VI. Id. Iul. puta *l. 33. de cursu*) Ammiani locus hic singularis *lib. 30. cap. 3. Secuto post hæc anno Gratiano adscito in trabeæ societatem Æquitio Consule, Valentiniano post vastatos aliquos Alemanniæ pagos munimentum ædificanti prope Basileam, quod appellant accolæ Robur, offertur Præfecti relatio Probi*, &c.

TREVEROS inde reuersus Valentinianus: vbi ab eo data III. Non. Decembr. *l. 1. de sententiis ex periculo rec.* Quo Valentinianus post fœdus ictum cum Macriano Alemannorum Rege ad hyberna discessit Ammianus, *lib. 30. cap. 3.*

ANNO DOMINI 375.

Post Cons. Gratiani III. & Equitii.

TREVERIS data V. Id. April. *l. 16. de susceptoribus:* inde mox Valentinianus pubescente vere in Illyricum se contulit, teste Ammiano *lib. 30. cap. 5.* relicto Treueris Gratiano *lib. 30. cap. 10.*

Sub GRATIANO.

ANNO DOMINI 376.

Valente V. & Valentiniano AA. COSS.

TREVERIS constitit Gratianus his Coss. post mortem patris: vbi ab eo datæ leges *l. 3. de scenicis: l. 4. de hæreticis: l. 23. de Episcopis: l. 2. de quæstionibus.*

Antonius PP. Galliarum. Ita diserte vocatur, ad quem, hoc Anno duæ constitutiones a Gratiano hoc Codice extant: nempe *l. 11. de Medicis & Professorib.* & *l. 2. de quæstionib.* data Treueris (Assentiendum non est Scaligero, qui 2. *Auson.* 17. leges has *ad Antonium PP. Galliarum* datas, aliasque duobus annis sequentibus, ad Ausonium traducit: & pro *Antonii* nomine *Ausonii* nomen substituendum putat. Neque enim tam diu Ausonius PP. Gallias rexit: Sed breuis fuit eius præfectura, in qua ad Consulatum euectus, Anno 379. vide ipsius Ausonii Gratiarum actionem. Gessit eam itaque Anno 378. vt probat *l. 35. de cursu:* vide *infra.*) Ad hunc Antonium extant quoque Symmachi *epist. 5. lib. 1.*

ad SYNODVM aliquam Gallicanam pertinere omnino censeo dictam *l. 23. de Episcopis*, quam liquido non eruo, vt nec omnes Episcopos illi *leg.* inscriptos, Attemium, Euridicum, Appium, Gerasimum. Vide quæ ad *eam legem* scribo.

De PROFESSORIBVS per Galliarum Diœcesim omnem, in Metropolitanis Vrbibus, & nominatim Treueris, eorumque annonis, est *lex illa 11. de Professoribus* ad Antonium PP. Galliaru, elegans & singularis admodum.

ANNO DOMINI 377.

Gratiano IV. & Merobaude COSS.

TREVERIS datæ hoc Anno a Gratiano *l. 3. de quæstionibus: lex 15. de Pistoribus: lex 34. de cursu.*

MOGONTIACVM inde (perperam editum *Morantiaco*) profectus Gratianus: vnde ab eo data lex ad Antonium PP. (Galliarum scilicet) Kal. Aug. *lex*, inquam *6. de officio Rectoris Prouinc.*

TREVEROS inde reuersus Gratianus: vbi ab eo data XV. Kalend. Octobr. *l. 3. tributa in ipsis speciebus.*

ANNO

ANNO DOMINI 378.

Valente VI. & Valentiniano II. COSS.

TREVERIS & hoc Anno constitit Gratianus: vbi ab eo datæ *l. vnic. victum ciuiliter: lex 7. de fide testium:* vtraque pars est vnius constitutionis, datæ Pridie Id. Ianuar. Ad eundem *Antonium PP.* (Galliarum) *lex 37. de appellat.* & *l. 23. 24. 25. quorum appellat.* III. Kal. Feb. *l. 35. de cursu: l. 4. de hæreticis: l. 12. de pœnis.*

Ausonius PP. (Galliarum scilicet.) Ad eum data hoc Anno XII. Kal. Mai. *d. l. 35. de cursu:* (vide ipsummet Ausonium in *Gratiarum actione.* De qua Præfectura Ausonius in Mosella sua sensisse non potuit, (quod tamen Scaliger putabat) cum Idyllium illud scripserit decennio ante: nempe Anno 369.)

Præfecti Galliarum fit etiam mentio hoc Anno XVIII. Kalend. Septembr. in *l. 9. de metallis:* quæ data est ad Vindicianum V. C. Vicarium, & vt ne ex Præfectura Prætoriana Galliarum metallariis in Sardiniam transire liceat.

ANNO DOMINI 379.

Ausonio & Olybrio COSS.

TREVEROS Sirmio reuersus Gratianus: Ideo data ab eo ibi *lex 26. quorum appellat.* Non. April. vitium tamen ibi in mense. De Gratiani ex Illyrico in Galliam reditu: vide Ausonium *in Gratiarum actione*, Zosimum *lib. 4. cap. 24. l. 1. de Princip. Agent.* Prid. Non. Aug.

TREVEROS inde reuersus Gratianus: quare data ibi ab eo *l. 12. de Medicis & Professoribus.* XVIII. Kalend. Octob. *l. 7. de reparat. appellat.* III. Non. Decemb.

CLERICIS intra Gallias negotiantibus, maior intra 15. solidos immunitas a lustrali collatione tributa *l. 11. de lustrali conlat.* intra Illyricum & Italiam, intra 10. solidos.

ALEMANNOS Gallias hoc tempore infestasse, cum Gratianus Anno 378. in Illyricum profectus fuisset, testantur Sozomenus *lib. 7. cap. 4.* Zosimus *lib. 4. cap. 24.* Hi sunt Hostes & Perduelliones, quorum mentio fit *dicta l. 7. de reparat. appellat.* data Treueris ad Siburium PP. (Galliarum) Victoriam de illis Gratiani perstringit Sozomenus *d. loco:* & vt puto Ausonius *Gratiarum actione:* cum ait: *Testis est vno pacatus anno, & Danubii limes & Rheni.*

ANNO DOMINI 380.

Gratiano V. & Theodosiano I. COSS.

TRIVERIS potissimam huius anni partem egit Gratianus: vbi ab eo data *l. 16. de nauiculariis: l. 3. de naufragiis: l. 9. de priuilegiis eorum, qui in sacro Pal. l. 12. de extraordinar. l. 17. de Pistoribus.* IV. Idus Iul. Inde Sirmium profectus.

ANNO DOMINI 381.

Eucherio & Syagrio COSS.

TRIV. data *l. 6. de scenicis*, quanquam ibi forte reponendum *Trid.* loco *Triu. l. 2. vnde vi.* Atque hæ iam vltimæ sunt leges, quas Imperatores Treuiris constituti ibi dederunt. Et error est in *l. 1. vt intra ann.* quæ data dicitur Anno D. 385. Treu. vt ibi ostendo.

Sub VALENTINIANO *Iun.*

ANNO DOMINI 388.

Theodosio A. II. & Cynegio COSS.

MAXIMO Galliarum Tyranno apud Aquileiam a Theodosio debellato, capiteque truncato, Galliarum potitus Valentinianus Iun. Itaque sub eo gesta, statim per Præfecturam Prætorianam Galliæ infirmata datis legibus Aquileiæ *l. 6. de infirm. his, quæ sub tyrannis.* X. Kal. Octobr. & *l. 7. eod. tit.* VI. Id. Octobr. vide *infra Anno prox.*

ANNO DOMINI 389.

Timasio & Promoto COSS.

CONSTANTIANVS PP. Galliarum. Ad hunc data, initio huius Anni, XIX. Kalend. Febr. a Valentiniano *lex 8. de infirmandis his, quæ sub tyrannis:* qua infirmantur quæ sub Tyranno Maximo per Gallias gesta fuerant: puta Dignitates ab eo collatæ: Iudicum sub eo sententiæ: non tamen actus voluntarii. Ad eundem Constantianum PP. Galliarum data V. Kalend. Mart. *l. 4. de legit. hæreditatib.* quæ lex ad ius priuatum pertinet.

TREVERIS data XVIII. Kalend. Iul. *lex 3. vnde vi:* quæ inscripta, ad Messianum Com. R. P. (Certe cum Valentinianum hoc Anno & sequentibus aliquot liquido constet extra Italiam pedem non mouisse, oportet Messianum Com. R. P. Treuiris constitisse: credo, reuocandis, iis quæ ad rem priuatam pertinentia sub Maximo tyranno vsurpata fuerant, & fisco incorporandis rebus Maximi Tyranni: quod omnino suadet lex illa tertia. Proinde, in subscriptione eius *Dat.* pro *reddita* accipio.)

Constantiano PP. (Galliarum scilicet) rursum inscripta VI. Id. Nouembr. *l. 5. de proximis Comitibus dispositionum:* in cuius pariter subscriptione Dat. Triueris, pro reddita accipiendum videtur: Valentinianus enim tum in Italia, vt paulo ante dixi, versabatur: at Treuiris Præfecti Prætorio Galliarum sedes fuit.

ANNO DOMINI 390.

Valentiniano A. IV. & Neotherio COSS.

PP. TRIVERIS XV. Kalend. Iul. *lex 50. de cursu:* quæ data *ad PP.* cuius nomen intercidit: verum & *PP. Galliarum* accipiendum esse ex subscriptione satis constat: & *Constantianum* nominatim exaudiendum, quæ ad superiorem annum dicta, suadent. Argumentum autem illius legis, est de Cursu publico per Præfecturam Prætorianam Galliarum.

ANNO DOMINI 391.

Tatiano & Symmacho VV. CC. COSS.

RICHOMERES Comes & Magister vtriusque militiæ: ad quem data hoc Anno *lex 13. de re militari.*

ANNO DOMINI 392.

Arcadio II. & Rufino COSS.

VALENTINIANO hoc anno apud *Viennam* interfecto, ad Maiorianum vsque, nullum amplius Principum in Gallia constitisse, obseruat Sidonius *Carmine 5. ad Maiorianum.*

Ex quo Theodosius communia iura fugato.
Reddidit auctoris (Gratiani) *fratri* (Valentiniano) *cui guttura fregit.*

Post in se vertenda manus: mea Gallia rerum
Ignoratur adhuc dominis, ignaraque seruit.
Ex illo multum periit, quia Principe (Honorio & Valentiniano III.) *clauso.*
Quicquid erat miseri diuersis partibus orbis
Vastari solemne fuit: quæ vita placeret.
Cum rector moderandus erat? contempta tot annos.
Nobilitas iacuit: pretium Respublica forti (Aetio.)
Rettulit inuidiam. Princeps hæc omnia noster
Corrigit, &c.

Itaque nullæ iam amplius nobis occurrent Principum constitutiones in Gallia datæ. Et locus ille Sidonii eximius insecuti postea Galliarum excidii causas retexens, huc inseri meruit.

Sub HONORIO.

ANNO DOMINI 395.

Olybrio & Probino COSS.

THEODORVS PP. Galliarum. Claudianus Panegyrico dicto in huius postea Consulatum Anno 399.

Sic quum clara diu rerum documenta dedisses,
Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium, cunctaque dedit tellure regendos
Rectores: Hispana tibi Germanaque Thetis
Paruit, & nostro diducta Britannia mundo,
Diuersoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar, Rhodanusque celer, & diues Iberus.
O quoties doluit Rhenus, qua Barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur Iudice ripis.
Vnius fit cura viri, quodcunque rubescit
Occasu, quodcunque dies deuexior ambit.

Hic idem postea Anno 397. 398. 399. PP. Italiæ fuit. Ad hunc igitur Theodorum PP. (Galliarum) datæ hoc Anno leges duæ: nempe *l. 140. 148. de Decur.* quæ leges de Sacerdotibus Prouinciarum eligendis tractant.

ANNO DOMINI 397.

Cæsario & Attico COSS.

VINCENTIVS PP. Galliarum. Ad eum data Honorii *lex 5. Cod. Iust. de Iurisdictione.* V. Kal. Ianuar.

ANNO DOMINI 398.

Honorio IV. & Eutychiano COSS.

VINCENTIVS PP. Galliarum & hoc Anno fuit, ad quem proinde extant hoc Codice per hunc Annum & tres sequentes complures constitutiones: cuius etiam mentio apud Sulpitium Seuerum *dialogo 1. cap. 17.* ad eundem est & Symmachi *epistola 23. lib. 9.* ex qua clare apparet Præfectum Prætorio Galliarum eum fuisse. Theodori enim ea mentio fit (quem PP. Galliarum fuisse ostendimus:) & Hispaniæ.

FELIX PP. (Galliarum.) Ad eum extat *lex 10. de Senatoribus & glebali conlatione*, data IV. Kal. April. *qua leg.* id statuitur, glebam seu glebalem Senatoriarum possessionum collationem, possessionum onus esse, non personarum: Hispanosque in posterum ea parte cæterarum Prouinciarum consuetudinem seruare debere. (Ad *hanc legem* omnino pertinet *epistola 62. lib. 4. Symmachi*; cuius idem argumentum, quod *huiusce legis*: & in *ea lege* etiam nominatim Illustris viri Felicis Præfecti Prætorio, & Hispaniæ mentio fit: Itaque committenda illa cum *hac leg.* tu vide sis eam.)

Hoc Anno igitur datæ ad eum (etsi in inscriptione legum *Galliarum* non additum) duæ constitutiones, quæ tamen vnius & eiusdem legis portiunculæ sunt, XII. Kalend. Mart. nempe, *l. 8. de cursu publico*: & *l. vnic. de Burgariis*, quæ lex de Burgariis Hispaniæ tractat. De Burgariis, vide quæ ad eum titulum dixi. In subscriptione tantum harum legum, reponendum *XII. Kalend. Maii*, non, *Mart.* Hinc interim quoque apparet, Hispanias sub Præfecti Prætorio Galliarum dispositione fuisse.

VICARIVS quinque Prouinciarum, Proclianus: ad quem, vt & ad Macrobium Pro Præfecto Hispaniarum, data hoc anno IV. Kal. Febr. *l. 15. de Paganis, sacrificiis & templis*: cuius hæc inter alias sententia. Sacrificia per eas Diœceses prohiberi quidem: sed ornamenta operum publicorum, id est, simulacra intacta seruari oportere.

QVINQVE PROVINCIARVM mentio quoque apud Symmachum *lib. 4. epist. 30.* hoc ferme ipso Anno: in Notitia Imperii (27. circiter post *hanc legem* annis:) apud Philastrium Brixiensem, (30. circiter post *hanc legem* annis) in *Catalogo hæresium, cap. 61. de Manichæis*: & in Conciliis Gallicanis, Valentino, Taurinensi. Quibus omnibus locis modo Galliis, modo Hispaniis iunguntur; a Britannis certe clare separantur. Itaque certum & indubitatum, Galliarum portionem fuisse, quæ a speciali Galliarum appellatione separata erat: sunt autem hæ, *quinque Prouinciæ* illæ, *Aquitania Prima*, & *Secunda*, & *tres Lugdunensis*. De quo plenius ad *illam legem*.

VINCENTIO PP. Galliarum inscribuntur duæ leges hoc Anno: nempe *l. 26. de annona & trib.* & *l. 1. de centurionibus*. Prioris hæc sententia est: Tributa ab omnibus æqualiter agnosci oportere: Plebem aliorum immunitate non prægrauandum: de quo tamen querelæ tum ex quibusdam Galliarum Prouinciis exortæ, vt testatur ea lex. (Geminam querelam, vide 40. post annis apud Saluianum locis sæpe citatis supra.)

ANNO DOMINI 400.

Stilichone & Aureliano COSS.

VINCENTIO PP. Galliarum inscribuntur sex leges hoc Anno: nempe *l. 6. de metatis*, quæ est de Prætoriis Iudicum a metati onere immunibus, *l. 10. de desertoribus*, quæ de Desertoribus veteranorum filiis ac vagis requirendis agit, & ne eo prætextu Prouinciales inquietentur, *l. 1. 2. 3. de his, qui condit. propriam*: quæ leges agunt de retrahendis Curiarum, Collegiorum, Burgorum, Possessionum, aliisque conditionis suæ refugis, *l. vnic. vtrum vi*, quæ pariter de colonis refugis agit, *l. 61. de cursu publico*, quæ lex vult, Vicarios Præfecti Prætorio Galliarum, & in his Vicarium Hispaniarum euectiones cursus publici facere non posse.

Comitum Gallicanorum fit mentio *l. 1. de Consularibus*: vbi dixi plene.

ANNO DOMINI 409.

Honorio VIII. & Theodosio III. COSS.

DARDANVS PP. Galliarum. Ad hunc extat Honorii *l. 171. de Decurion.* data VII. Id. Dec. quæ de Principalibus Curiarum in Galliis agit. (Cæterum lex hæc ideo ad Annum 412. retrahenda videatur: quia Dardanus, non ante PP. Galliarum esse potuerit, quam sublato Constantino tyranno, qui vniuersa Gallia (nisi qua exteræ gentes eam iam arroserant) potiebatur. Quod certe factum Anno 411. vt testantur Prosper *Chronico*, & Marcellinus *in Chron.* Verum de hoc Dardano PP. Galliarum plura ad *eam leg.*

Hic finis eorum, quæ ad Gallicam historiam pertinent. Nullum quippe deinceps eius vestigium, ob turbatas hoc tempore Gallias, & a Barbaricis nationibus lancinatas, occurrit in his constitutionibus.

PARS QVINTA.

DE MARI, FLVMINIBVS, INSVLIS, MONTIBVS, LIMITIBVS, ET DE BARBARIS GENTIBVS.

MARE Carpathium, a quo Carpathia classis, *l. 32. de nauicularíis*: in quo Insularum Prouincia.

Prouinciæ, quæ mari alluebantur, a custodibus obseruatæ: inter alia, ne aurileguli alio transfretarent, *l. 9. de metallis.*

Huc pertinet & litorum custodia: de qua titulus expressus *lib. 7.*

Transmarinæ Prouinciæ. Earum mentio *l. 1. de Comitibus rei milit.* Singulari & præcipuo iure habiti, qui ibi exercitum duxissent, *d. l. 1.*

Ciuitates maritimæ, mediterraneæ, vt differunt, *l. 22. de annona & tributis*: ita &, quæ a maritimis collata erant, ad mediterraneas deuehi, transferri non debebant, & vicissim, *d. l. 22.*

In vicinum mare vel amnem proiectus parricida culeo insutus, *l. vnic. de parricidio.*

Fluminum aggeres, puta Nili, vide *tit. de aggeribus Nili*, qui & Chomata, vnde & logographi Chomatum, *l. vlt. de patrociniis vicorum.* Pœna eius, qui eos rupisset, *dicto titulo de aggeribus Nili.*

Ripæ virentes. Cum supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit, *l. 13. de re militari.*

Milites seu Legiones Riparenses, *l. vltim. de re militari.* ripenses, *lex 14. de erogat. militaris annon.* Ripenses, *lex 14 de Veteranis: lex 8. de filiis milit. apparit.* Riparenses Castriciani *d. l. vltim.*

In ripa per cuneos auxiliaque constituti, *lex 7. de tyronibus*: vbi Comitatensibus opponuntur.

Classes & Clasici in fluminibus Imperii Romani fuere: de quibus Classicis *titulus 23. lib. 10.* In Oronte nominatim, & apud Seleuciam: de quo *d. tit.*

Nomina quorundam fluminum.

Danubius, limes imperii. Ad eum Scythicus, & Mysiacus limes. Itaque in eo Lusoriæ naues, quarum aliæ iudiciariæ, aliæ agrarienses, *lex unica de lusoriis Danubii.*

Eufrates. Vnde Eufratensis Prouincia: Limes Eufratensis.

Liquentia. Huius mentio in *l. 2. ne operæ a conlatorib.* vt & pontis Liquentiæ, ad cuius instaurationem omnes teneri vult ea lex.

Nilus, de quo, eiusque aggeribus non rumpendis, deque iusta eius incrementorum mensura, *titulo de aggeribus Nili non rumpendis.*

Repurgandi Nili onus: ab eo Corporati ciuitatis Alexandriæ immunes erant, *l. 2. de Alex. pleb. primatib.*

Orontes. Purgando inter alia Oronti, classis Seleucena Comiti Orientis deputata erat, *l. vnic. de Classicis.*

Rhenus limes Galliæ. Huius custodia mandata nonnullis, Ducibus Comitibus, *lex 9. de re militari.*

Tiberis. A Portu Vrbis Romæ, canon Romam subuehebatur per Tiberim nauibus caudicariis. Hinc nautæ Tiberini, de quibus est *tit. 21. lib. 14.* Et caudicarii, de quibus *l. 2. de Pistoribus: l. 9. de Suariis: l. 1. de canone frum. V. R.*

Insulæ, litora, stationes, l. 8. de nauicul. l. 2. de litor. & itin. custod.

In insulam relegatio, deportatio: vide *Paratitlon de pœnis.*

Boa, insula. In eam relegatio, & quidem Iouiani hæretici, *l. 53. de hæretic.*

Carpathus insula: vnde classis Carpathia: de qua *l. 32. de nauicul.*

Cyprus. In Cyprum insulam relegatio, & quidem Eutropii, *l. 17. in fin. de pœnis.*

Dalmatæ litora, omnesque Insulæ *l. vltim. de Curiosis.*

Oasis. Deportationis Oasenæ mentio *l. vnic. de Nili aggerib.* Oasin tamen rectius inter loca deserta referes.

Portus: De custodia Portuum, *l. 5. de litor. & itin. custod. l. 1. si quis pec. consl.*

de Instauratione Portus, *lex 23. de operibus publicis.*

Portus Constantinopoli Theodosianus *d. l. 23.* Iuliani *l. 5. de calcis coctoribus.*

Vrbis Romæ, *l. vnic. de saccariis: l. 2. de canone frum. V. R. l. vlt. de nauicul.* vide plura in Vrbium Notitia.

Expeditionales Portus, *l. 35. de nauicul. l. 2. de naufrag.* Sardiniæ *l. 16. de cursu.*

Conductores Portuum & vectigalium, *l. 3. de indulgent. debitor.*

Portus diœceseos cuiusque Iudicis, *l. 34. de nauicular.*

Prouincia Insularum, earumque Præses, *l. 32. de nauicul.* vide Sext. Rufum Festum, *in breuiario*, & *Notitiam Imperii.*

Insulæ sub dispositione Præfecti Prætorio Orientis, *l. 2. de litor. & itin. custod.*

De Trium Prouinciarum, Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ Rationali: vide *Notit. Dignit.*

Proconnesus insula in Propontide: vbi metallum, quod Proconnense, *l. 9. 11. de indulgentiis debitorum.*

Montes. Alpes memorantur & Italiæ iunguntur, *l. 1. de desertoribus.*

Limites Imperii. fluminibus limitatum Imperium, vt Rheno, *l. 9. de re milit.* Danubio *l. vnic. de lusor. Danub.* Euphrate, vide *mox.*

Limites Imperii. Orientalis nominatim *l. 15. de erog. mil. ann.*

In his limitibus Castra militum, annonaque militaris condita, *d. l. 15.*

Milites, Duces limitum, *d. l. 15. & l. 13. de operib. publ. l. 2. de venat. ferarum.* Limitanei milites *l. 17. de cohortalib.* v. plura *Paratitlo de re militari*, & Notitiam Dignitatum.

Lusoriæ Naues *tit. de Lusor. Danubii.*

Terræ limitaneæ quoque militibus traditæ & ab his excultæ; de quibus terris *tit. 15. lib. 7.* propter curam munitionesque limitis atque Fossati, *d. tit. 15. l. 1.*

Instructio limitis, *l. 21. de annona & trib. l. 15. de extraordin. l. 28. de susceptorib.*

Ad id exactæ Parangariæ, a quibus nemo immunis erat *l. 15. 18. de extraordin.*

Ad limitaneorum annonam Prouinciales etiam longius delegari poterant, *l. 21. de annona.*

Annona transuehebatur ad limitem a possessoribus pro loco ac proximitate possessionum, *l. 11. 21. de annona.*

Limes Mysiacus, Scythicus *l. vnic. de Lusoriis Danub.*

Limes Ægyptiacus, *l. 52.*

Eufratensis limes, *d. l. 2. & l. 1. ne Comitib. & Tribunis lauacra.*
Rheni limes, eiusque custodia: de eo est *lex 9. de re militari.*
Danubii *l. vnic. de Lusor. Danub.*
Rheticus limes, *l. 15. de extraord.* seu limes Rhetianus *l. 18. eod. tit.* ad huius limitis instructionem Parangariæ exactæ ab omnibus *dict. l. 15. & 18.*
Tripolitanus limes: cui Dux Præpositus, *l. 133. de Decurion.*
Turres in limitibus per opportuna loca: veluti in Dacia Ripensi, *l. 13. de operibus publ.*

De Barbaris nationibus, seu gentibus, hostibusque Imperii Romani.
de Postiiminio a Barbaris reuersis, vide *tit. de Postliminio 5. lib. 5.*
de Litium reparatione, his qui per hostes & perduelliones lapsum temporis incurrebant, statim concessa, *l. 7. de repar. appell.*
Barbari tum priuati, tum milites plures in Vrbe Romano fuere. Iique sub Arcadio factionibus opportuni, *l. quisquis*, ad *l. Corn. de Sicar.*
Coniurantis cum Barbaris pœna, *l. quisquis*, ad *l. Corn. de Sicar.*
Barbaris prædandi facultatem dantis, vel prædam cum eis diuidentis pœna, *l. 1. de re milit.*
Ad nationes Barbaras merces quædam deferri prohibitæ, *l. vlt. de litor. & itin. custod.* veluti pecuniæ, *l. 1. si quis pecun. confl.* aliaque, de quibus ad eam *l. vlt.* Ideo etiam modus Viatico positus, *d. l. vn.* Et in vniuersum Curiosi litorum constituti, qui merces excuterent, vide *tit. de litorum & itin. custod.*
Nauium fabricandarum peritiam, qui Barbaros docuere, capitali supplicio afficiendi, *l. vltim. de pœnis.*
Auxilia gentium Barbararum fuere in exercitu Romano. Horum auxiliorum mentio, *in l. 22. de erog. mil. ann.* vbi a Legionibus separantur & vexillationibus, quæ ex Romanis fuere: vide *Paratitl. de re milit.* Hi sunt Barbari, *in l. quisquis*, ad *leg. Cornel. de Sicar.*
Fœderatæ gentes, eorumque Legati, vide *tit. de Legatis.* Fœderati in militia Romana *l. 16. de tyronib.*
Serui apud Romanos Barbari: de his *l. vnic. de ædilit. Edicto: l. 4. de excus. artif.*
Dedititii apud Romanos ex Barbaris multi, vtque in exercitu Romano *l. 16. de tyronib.* qui & ipsi seruos habebant, *d. l. 16.*
Gentiles, inter Romanos: de quibus *l. vnic. de nuptiis Gentilium: l. 1. de terris limit. l. 62. de appellat.* per limitem Africæ *dictis legibus*, Italiæ, *d. l. vnic.* ad curam munitionemque limitis, atque fossati constituti *d. l. 1.* seu tuitionem, *d. l. 1.* His terræ quædam limitaneæ adsignatæ, *d. l. 1.* Cum his connubii ius non erat, *d. l. vnic. de nupt. Gentil.* his præerant Præfecti quidam, *d. l. 62.* in Africa Prouinciæ ad Proconsulem ab his appellabatur, *d. l. 62.* sub Magistro Equitum fuere, *d. l. vnic.*
Ab his Gentilibus Gentilitius mos *l. vltim. de patrociniis vicorum.*
Dedentes se, vel in fidem recepti, inque solum Romanum translati Gentiles nonnulli, terris adscribebantur: vt per Ægyptum, qui *homologi* coloni dicti inde: qui scilicet terras suas deserere non poterant, & functiones publicas, atque liturgos præstare tenebantur, *l. vlt. de patrociniis vicor.*
Læti hi, nominatim per Occidentem dicti, *l. 10. 12. de veteranis:* indeque terræ læticæ *l. 9. de Censitorib.* Lætorum Alamannorum nominatim mentio fit, *d. l. 12.* Hi delectibus obnoxii erant, suosque & peculiares Præfectos habuere, *d. l. 10. & 12.*
Legati Gentilium *l. 5. de Legatis*, de diuersis gentibus *l. 57. de cursu publ.* Regalium *l. 9. de re militari*, per hæc tempora ad Principes seu imperatores missi: puta Rheno vicinorum, Francorum scilicet, seu Alamannorum, de quibus accipienda est dicta *lex 9.* Armeniæ item vicinarum gentium, *d. l. 57.* Ægypto vicinarum, *d. l. 5.*
His cursu publico vti licuit: annonæque & pabula ipsis eorumque animalibus, seu pecoribus præbebantur, *d. l. 9. de re militari: l. 57. de cursu.*
Regales gentium memorantur *l. 9. de re militari:* reguli, *l. 5. de Legatis.*
de *Alamannis* nominatim accipio *legem 7. de repar. appell.* quæ lex data Anno D. 379. Treuiris a Gratiano ad Siburium PP. (vt puto Galliarum) quo pertinent, quæ Ausonius *gratiarum act. c. 3. & Idyll. 8.* habet *v. 28 sq.* vide & Sozomenum, *lib. 7. c. 4.* Zosimum *lib. 4. cap. 24.* quomodo & ad Victoriam de Alamannis refero *legem 2. & 3. ne quid publ. læt.* Ad eosdem quoque pertinet, & ad eorum Regales *l. 9. de re milit.* Lætus Alamannus *l. 12. de veteranis.*
de *Armeniorum Rege* Arsace sub Constantino Magno fœderato, qui possessiones in Imperio Romano quasdam habebat, sed immunes ab annonis & tributis, *l. 1. de annona & trib.*
Gentes diuersæ Armeniæ conterminæ, *l. 57. de cursu publ.*
Axumitæ & *Homeritæ.*
Horum mentio *l. 2. de Legatis.*
Fœderati hi Romanorum fuere: & vltro citroque inter hos Legati commeauere, *d. l. 2.*
Franci ad summas dignitates promoti.
Magnentius natione Francus, *Siluanus*, *Bappo*, *Merobaudes*, *Tautomeres*, *Bauto*, *Ellebichus.*
Richomeres inter alios Comes & Magister militum *l. 13. de re militari*, idemque & Consul.
Regales Francorum, de his accipio *legem 9. de re milit.*
Scythæ, & *Gothi.*
De Barbara, id est, Alariciana vastitate, vide *l. 20. de tyronibus*, seu feritate, *legem 2. de litorum & itiner. custod.*
De Scytharum & Gothorum incursibus accipienda *lex 25. de petitionibus:* & *lex 2. de Postlim.*
Hostium, id est, Gothorum incursione vastata Campania, *l. 2. de indulg. debitor.*
Isauri latrones: de his *l. vlt. de Quæstionib.*
Asturiani & Subafrenses, vide *tit. peculiarem*, de his *19. lib. 7.*
Sarmatæ delectibus obnoxii & legionibus inserendi, *l. 12. de Veteranis.*
de *Scythis* & *Sarmatis* accipio *legem 1. de re militari.*
Hostilis impetus, de quo *in l. 16. de tyronibus*, est Alarici, Dagaisi in Italiam.
Vastitas Barbara in Italiæ siue Vrbis solo & Alariciana *in l. 20. de tyronib.*
Sofanena, cuius mentio in inscriptione *legis vltim. de auro coronario*, vt & Satrapæ Sofanenæ. Hic vna cum aliis Satrapis pro deuotione, quam Imperio Romano debebant, coronam auream Imperatori solemniter & singulis annis offerre tenebatur, *d. l. vlt.*
Barbaries omnis inuitata a Stilichone, *l. 22. de bonis proscript.* Gothi scilicet, Vandali & Alani, Alamanni, Franci, Burgundiones.

GLOS-

GLOSSARIVM
NOMICVM
CODICIS THEODOSIANI.



GLOSSARIVM
NOMICVM
CODICIS THEODOSIANI.

A. Hæc præpositio omissa est, *l. 1. de patrocin. vicor. lib. 11. tit. 24.* Quorum consortio recesserunt, pro *a quorum consortio.* 2.) *A liberis alienare, l. 3. de dotib. lib. 3. tit. 13.* est in fraudem liberorum quid alienare. Quam loquendi formulam etiam usurpat Seuerus Aug. *Nouell. 1.* & Anianus ad *l. 2. de secund. nupt.* Vide *not. g. ad l. 3. de dotib.* 3.) *A vigiliis & laboribus, l. vlt. de primicer. & notar. lib. 6. tit. 10.* idem notat, ac post vigilias, & labores. Consule ibi *notas.*

Ab. *Ab esse,* ἀπεῖναι, *l. 1. ne operæ a conlatorib. lib. 11. tit. 10.* ab hoc obsequio esse patiatur. Et *l 10. de Episcop. & Cleric. lib. 16. tit. 2.* Ab hominibus etiam eorum, qui mercimoniis student, cuncta dispendia esse sancimus. 2.) *Ab* pro, *ex,* vt *leg. 1. de his qui se deferunt, lib. 10. tit. 11.* tertiam ab omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Cod. Iust. hic rescriptum, *ex omnibus bonis.*

Abactor. Abactoribus annumerantur, seu æquantur ii, qui equorum vsum iure sibi denegatum, vsurpant. *l. 1. quibus equorum vsus.* Eorum pœnas, vide *l. 2. 3. quibus equor. vs. lib. 9. tit. 30.*

Abactvm. Animalis *abacti* caussa inter leuiores, *l. 8. de iurisdiction. lib. 2. tit. 1.*

Abalienare. *Abalienandi* facultas, *leg. 2. de secund. nupt. lib. 3. tit. 8.*

Abdicare. *Abdicati re aliqua,* veluti Codicillis honorariis, *l. 1. de codicill. honorar. lib. 6. tit. 22.* reiectus in plebem, quo plus extorquere conatus est, abdicetur.

Abditvm. *Abdita* oppida, metropolibus & splendidissimis ciuitatibus opponuntur, *l. 14. de operib. publ. lib. 15. tit. 1.* 2.) *In abdito conlocare res suas,* i. e. abscondere & clanculum seruare, *l. 1. de pistoribus, lib. 14. tit. 3.*

Abdvcere. *Abducere volentem virginem, & rapere inuitam,* inconsultis parentibus, opponitur *leg. 1. de raptu virgin. vel viduar. lib. 9. tit. 24.* 2) *Abducere licentiam,* pro auferre & adimere, *l. 12. de cursu publ. lib. 8. tit. 5.*

Abhorrere. *Abhorret* nostris moribus, vt quemquam fame confici concedamus, *l. 2. de alimentis, quæ inopes parentes, lib. 11. tit. 27.* Si abhorreant a conditione seruili, id est, si alieni sint, *l. un. de perfect. dignit. lib. 6. tit. 37.*

Abiicere. *Abiecti* dicuntur illi, qui officio non fungentes suo, e schola aliqua eiecti, aut matricula expuncti sunt, *l. 18. & vltim. de agent. in reb. lib. 6. tit. 27. l. 15. de Palatin. S. L. lib. 6. tit. 30. & l. 9. de exsecutor. lib. 8. tit. 8.* militia abiicietur. Dicuntur etiam *eiecti,* & *proiecti.* Vide infr. *proiicere.* 2.) *Abiecti* Episcopatu aut sacerdotio, *l. 35. de Episcop. lib. 16. tit. 2.* 3) abiecta pudicitia, *l. 1. de reuocand. donat. lib. 8. tit. 13.* vel portentosæ vilitatis, abiectæque pudicitiæ.

Abire. Abire permiserint, id est, curia & curiali nexu liberos dimiserint, *l. 2 in fin. quid probare deb. lib. 7. tit. 2.* Fornerius ibi male legit *ambire.* Vid. *not. f. ad leg. cit.* Dimitti alibi dicuntur, vid. *l. 27. 33. 40. de cursu publ. lib. 8. tit. 5.*

Abivrare. Ore petentibus aliquid abiuretur, *l. 2. de bon. vacantib. lib. 10. tit. 8.* id est, subripiatur, aut subducatur. 2.) Pretium abiuratum, *l. vlt. de vestib. olour'. lib. 10. tit. 21.* id est, non præstitum, non solutum. Symmachus *lib. 2. ep. 87. partem pretii proteruus emptor abiurat.* Cassiodorus *X. Var. 3. Non sum callidus abiurator.*

Ablegare. In exilium ablegare, *l. 57. de hæret. lib. 16. tit. 5.*

Ablegatio. De sacerdotibus inquietis & abiectis dicitur, *l. 2. de episcopal. iudicio, lib. 16. tit. vlt.* aliis debent esse constituta ablegatione terrori.

Abnvtivvm duplex, vid. infr. *negatiua duæ.*

Aboleri. Absolute, pro flammis aboleri, *l. 3. 6. 14. de indulgent. debitor. lib. 11. tit. 28.*

Abolitio. De abolitionibus est *tit. 37. lib. 9. & l. 2. vt intra annum. lib. 9. tit. 36. l. 2. ad leg. Iul. de adulter. lib. 9. tit. 7.*

Abominandvs. Abominandi pagani, *l. 26. de Iudæis, lib. 16. tit. 8.*

Abominanter. Si quis filiam fratris sororisque faciendam reddiderit abominanter vxorem, *l. 1. de incest. nupt. l. 3. tit. 12.*

Abradere. Mensuram circuli exterioris in solido *abradere.* Ita legendum *leg. vn. si quis solidi circulum, lib. 9. tit. 22.* ibi: *qui mensuram circuli exterioris adraserit.* Aut rescribendum forte *adroserit.* Vid. *not. s. ad hanc leg.* & ibi varias Codicum MSS. lectiones, & infra voc. *adrodere.*

ABROGARE. Bona *abrogare*, pro *adimere*, auferre, *l. 3. ad leg. Iul. de vi, lib. 9. tit. 10.* 2.) In *leg. 1. qui bonis ex lege Iul. cedere poss. lib. 4. tit. 20.* hæc leguntur: *Nisi forte propriorum dilapidationem bonorum, aut latrociniis abrogatam, aut fortasse naufragio conflatum, docuerit*, vbi *abrogata dilapidatio bonorum latrociniis*, idem plane significare debet, quod bonorum amissio latrociniis. 3.) De legis abrogatione, agit *l. 28. de Episcopis lib. 16. tit. 2.*

ABRVPTVM. *Abruptum periculum*, *l. 28. de petitionib. lib. 10. tit. 10.* est periculum imminens, præceps, & subitum. Glossarium Philox. *abruptum*, ἀπόκρημνον. Ita Tertulliano, *homo abruptus, præceps & mori cupidus, de coron. milit. c. 1.* Idem *de Trinit. c. 7. animos abruptos*, dixit, & *c. 20. Erroris semper est abrupta dementia*, & *de anima cap. 8. abruptum & absurdum.* 2.) *abrupte* & *abrupto* occurrit. Victor *de Cæsar. c. 24. in Alexandr. Romanum statum, quasi abrupto præcipitavere.* Ammianus *lib 14. c. 1. quæ abrupte mariti fortunas trudebat.* Et *lib. 15. c. 2. damnabantur abrupte.*

ABSCESSVS, sunt abdita loca, & recessus. *L. 2. de litor. & itiner. custod. lib. 7. tit. 16.* Omnes stationes nauium, portus, littora, omnes *abscessus* prouinciarum, abdita quin etiam loca, & insulæ.

ABSCISVM, est ademptum. Abscisa spes, multis legibus. Ita *leg. 9. de desertorib. lib. 7. tit. 18.* abscisa spe totius defensionis, i. e. sublata omni defensione. Similiter *l. 35. D. de euictionib.* & auctores optimi, inprimisque Liuius.

ABSENTARE est absentem reddere, *L. 84. de decurionib. lib. 12. tit. 1.* Crimen desertionis absentat, i. e. absentes reddit.

ABSOLVTVS. Cingulo & sacramento militari absolutus. *L. 147. de decurionib. lib. 12. tit. 1.* 2.) *absoluta dignitas*, est, quæ expletis patriæ muneribus curiali obtingit, *l. 94. de decurionib. lib. 12. tit. 1.* eadem lege, *liber honor*, vocatur. 3.) *Absolute*, *L. 20. de extraordinar. lib. 11. tit. 16.* euidenter atque absolute iubemus. *L. 13. §. vlt. D. de ann. legat.* absolute respondere, est, certo, determinate. 4) *Absoluta vox*, id est libera. *L. vltim. de apostat. lib. 16. tit. 7.* Vt vniuersis ab intestato venientibus, etiam post mortem peccantis absolutam vocem insimulationi congruæ non negemus.

ABSQVE. Ita reposui *l. 18. de Prætorib. lib. 6. tit. 4.* absque his, quibus liberum commeatum clementia nostra concesserit, cum antea legeretur, *vbique his quibus &c. Absque his* hoc loco est, *exceptis his.* Eodem sensu occurrit *l. 17. de extraordinar. siue sordid. mun. lib. 11. tit. 16.* absque his, quæ diuali lege præcepta sunt, & apud Victorem *de Cæs. cap. 1.* de Augusto: *Felix adeo (absque liberis tamen simulque coniugio) vt Indi &c. legatos mitterent.* Symmachus *lib. 4. epist. 36. absque paucis.*

ABSTRVSVM, est occultum *L. 9. de desertorib. lib. 7. tit. 18.* Quisquis in domo patrimonioue suo, vel qualibet abstrusa & longissime a se discreta possessione, &c.

ABSVMI, est finiri. Ita *l. vlt. ad leg. Cornel. de sicar.* absumitur vsusfructus.

ABSVMPTVS. *L. 41. de Episcop. lib. 16. tit. 2.* naturali sorte absumptus.

ABSVRDE. *L. 53. de decurionib. lib. 12. tit. 1.* quoniam ex paucis plurima commissa non absurde suspicamur.

ABVNDARE, est superesse, *L. vlt. de infirmand. his, quæ sub Tyran. lib. 15. tit. 14.* Si tamen in eorum, quos pulsauerint, facultatibus, abundare aut residere id potuerint comprobare.

ACCEDERE, ad aliquid, id est, suscipere aliquid. Ita, accedere ad administrationem, *L. 1. D. de contr. tutel. l. 5. D. de magistr. conueniend. l. 20. D. de administr. & pericul. tutor.* accedere ad vectigal conducendum, *l. 1. Cod. Iust. ne tutor vel cur.* accedere ad procurationes vel curas ciuitatum, id est, fieri procuratorem vel curatorem ciuitatis, aut munus curatoris suscipere, *L. 20. de decurion. lib. 12. tit. 1.*

ACCENDI. *l. 29. de petition. & ultr. dat lib. 10. tit. 10.* nullum fomitem calumniæ patimur litis accendi. Symmachus *lib. 1. ep. 82. accendere culpam.*

ACCEPTVM. Accepti expensique ratio *l. 14. de iure fisci lib. 10. tit. 1.* 2.) Accepto ferri, *l. 6. 27. 28. de operibus publ. lib. 15. tit. 1.* Quotiescunque auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto, *l. 13. de susceptorib. lib. 12. tit. 7.* Omnes publicas securitates, quæ gestis tenentur, a susceptoribus ferri accepto, *l. 26. de susceptoribus, lib. 12. tit. 6.* Nec in acceptum, ei qui susceperit, referendum, *l. 28. de susceptoribus.* Calculus nequaquam feratur acceptus, *l. 32. de nauicular. lib. 13. tit. 5.*

ACCESSIO, *fœnus* & *incrementum.* Qui studentes fœnori crescentis in dies singulos pecuniæ accessione lætantur, *l. 18. de lustrali conlat. lib. 13. tit. 1.* eodem sensu *l. vlt. de administrat. tutor. lib. 3. tit. 19.* vsurarum crescat accessio. Horatius *Lib. 1. Ep. 1. multis occulto crescit res fœnore. L. 15. D. de SC. Macedonian.* accessio vsurarum. Hinc titulo de Vsuris: *Frui licet & caussa, & omnibus accessionibus.* 2.) Accessio, *incrementum honoris. L. 42. de decurion. lib. 12. tit. 1.* Si qui ex Præsidibus, vel Perfectissimatus accessione cumulati esse noscuntur.

ACCIPERE, id est, *admittere.* Ita appellationem accipere dicitur Iudex, qui eam a se factam admittit, *l. 4. de appellat. lib. 11. tit. 30.*

ACCIRE manes, *l. 5. de malef. lib. 9. tit. 16.* Vid. infr. *Manes.* Sollicitare vmbras, Manilio *lib. 1. v. 106.*

ACCVSARE non sufficit, quod docet *l. 9. de fide testium lib. 11. tit. vltim.* Quis alioquin erit innocens?

ACERVITAS. *Acerbitas.* Filios contumaces, qui patres vel *aceruitate* conuicii, vel cuiuscunque atrocis iniuriæ dolore pulsassent, &c. *l. vn. de ingrat. liber lib. 8. tit. 14.* Iniuriæ acerbitas, Symmachus *lib. 10. ep. 7.* Pœnarum acerbitas, *l. 2. de raptu virgin. lib. 9. tit. 24.* Scelerosi raptus aceruitas, *l. 1. de raptu vel matrimon. lib. 9. tit. 29.*

ACERBVS. Ad solutionem ab exactore acerbius perurgendi sunt debitores, *l. 6. de diuers. rescriptis, lib. 1. tit. 2.* Ita, acerbus exactor, *l. 33. D. de vsuris.*

ACER. Vbi falsi examen inciderit, *acerrima* fiat indago, argumentis, testibus, scripturarum conlatione, aliisque vestigiis veritatis, *l. 2. ad leg. Cornel. de fals. lib. 9. tit. 19.*

ACIES. Thermas Honorianas Porticus præcurrat *acie* columnarum *l. 50. de operib. publ. lib. 15. tit. 1.*

ACRIMONIA. *L. 7. quorum appellat. lib. 11. tit. 36.* Plerumque accidit, vt aduersarii calliditas testes subtrahat, qui veritatem *audacia* vel *acrimonia* superet. Rectius certe hic legendum, *quo veritatem.* Sensus hic est. Aduersarium, siue accusatorem, id omnibus artibus agere, ne testes caussam rei possint iuuare, testesque ipsum adeo subtra-

subtrahere, aut remouere, quo veritatem superare queat, sola audacia & acrimonia fretus. Sed in Commentario ad hanc legem, hæc malui accipere de ipso reo, qui testes callide subtrahat iudicio, vt ita audacia & acrimonia superet veritatem, atque ita non plene conuinci possit. *Audacia* enim est, quando quis tormenta quæuis suffere potest. Vid. infra *audacia* & Nonius *cap. 4. num 23.* Forte nonnullis placeret hic *testis acrimonia* & *audacia*, qui si in iudicio staret, veritatem omni gratiæ prælaturus esset, ingenita acrimonia, atque generoso animo. Itaque *acrimonia testis* hic, qui veritatis studio incensus a veritatis orbita nunquam recedit, *rigidi seruator honesti*, vt est apud Lucanum. Nam veritati, vt *acritas*, ita *acrimonia* tribui solet. Nonius *cap. 8. num. 80. Acritas: Accius Neoptolemo: Vis veritatis atque acritas.* Idem *cap. 2. n 36. Acrimonia est animi viuacitas. Næuius Lycurgo: Ne ille mei feri ingenii, atque animi acrem acrimoniam. Accius Neoptolemo: Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam.* Sed minus recte Nonius, & dilute nimis, quando animi viuacitatem interpretatur. Auctor enim ad Herennium *lib. 1.* scribit, *Conuenit igitur pudorem & acrimoniam in vultu esse.* Græcorum prouerbium τὸ ἀληθὲς πικρόν. Dio Chrysostomus *initio Troici*, τὸ μὲν ἀληθὲς πικρόν ἐστι καὶ ἀηδὲς τοῖς ἀνοήτοις, *veritas stultis acerba & odiosa est.* Et erat e Stoicorum scitis hoc vnum, *omnes Sapientes acrimonia & auctoritate censeri.* Itaque & similes vino, quod medicaminis vim obtineret, ad compotationes autem ineptum esset. Laertius *in Zenone lib. 7. pag. 508. Edit. Casaubon.* Καὶ αὐστηροὺς δέ φασιν εἶναι πάντας τοὺς σπουδαίους, τῷ μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλων τὰ πρὸς ἡδονὴν προσδέχεσθαι. Καὶ ἄλλον δὲ εἶναι αὐστηρὸν (τὸν σοφὸν) παραπλησίως λέγομεν τῷ αὐστηρῷ οἴνῳ, ᾧ πρὸς μὲν φαρμακοποιίαν χρῶνται, πρὸς δὲ πρόποσιν οὐ πάνυ. *Seueros vero aiunt esse sapientes omnes, quod neque ipsi loquantur ad voluptatem, neque ab aliis ad voluptatem dicta admittant: esse autem & alios seueros (sapientes) qui ad rationem acris vini seueri dicantur, quo ad medicamenta potius, quam ad propinationem vtantur.* Ad hoc Stoicum dogma allusum a Persio, Satyr. 1. 107.

Mordaci radere vero
Auriculas.

& Satyr. 5. Aurem mordaci lautus aceto.

ACTA. De Actorum & gestorum confectione: vide *titulum de appellat. & quorum appellat. Actis* legi instructiones legationum præcipimus *l. 14. de Legatis, lib. 12. t. 12.*

ACTIO. Actiones cremari, id est, instrumenta actionum *l. 3. de iure fisci, lib. 10. t. 1.* 2.) *Actio* pro accusatione. Actio falsi *l. 2. ad l. Corn. de falsis.* Actiones vtrique litigatori tribuuntur, cognitis vtrinque actionibus, *l. 1. de appellat. lib. 11. t. 30.*

ACTOR. Actores dominici, vide *cap. de personis.*

ACTVS Actus Iudicum. Donec ab aliis euocatum locis (consiliarium Iudex) suis *actibus* attribuerit, *l. 1. de assessoribus lib. 1. t. vlt.* 2) *actus* de artibus & suffragiis magicis, *l. 3. de maleficis lib. 9. t. 16.* 3.) Qui in facultates Stilichonis & *actus* ratiocinii videntur esse versati, *l. 21. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Intelligendi hic actores prædiorum. 4.) *Actu municipes*, id est, spontanei. qui municipibus genere aut *actu* obnoxii sunt, *l. 137. de Decurion. lib. 12. 1.* Tales autem sunt Nati patre Curiali, vel initis muneribus Curiæ, *l. 164.* actu muneris ipsius *l. 177. de Decurion.* Occupatio *Actuum* publicorum. Lamprid. Alex. *Actibus publicis operam dabat*, *l. vltim. de repar. appell. lib. 11. tit. 31.* Omnes, qui Curiali obstricti sanguine, diuersis se officiorum priuilegiis & *Actuum* præiudiciis adgregarunt, *l. 134. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Qui tamen in *actu* positi Reip. prouiderunt, *l. 44. de cursu lib. 8. t. 5.* 5.) *Actus* de Rationalibus *l. 3. de honor. Codicillis.* Quos non adumbratis honoribus, sed in actu positos immortalitati coniunximus *l. 6. de honor. codic. lib. 6. tit. 22.* vide & *l. 3. de metat.* Quoad in *actu* fuerint constituti, *l. 3. de numerariis. lib. 8. t. 1.* Probeque in *actu* Reipublicæ diuersatis, *l. 4. de agentibus. lib. 6. tit. 27.* 6) *Actus* publici laboris, pro munere personali, *l. 36. de Episcopis. lib. 16. t. 1.* Actibus nullorum misceantur, *l. vlt. de commeatu. lib. 7. t. 12.* vide infra *Misceri.*

ACVCVLA ὑποκοριστικῶς ab acu. Si præter hæc tria crimina repudium marito miserit, oportet eam vsque ad *aculeam* capitis in domo mariti deponere, *l. 1. de Repudiis. lib. 3. t. 16. Acuncula*, in Onomastico veteri. Acus erat ornamentum muliebre, *l. 27. §. 2. D. de auro, arg.* crinibus ornandis discernendis; vnde & *acus crinalis*, Apuleio *lib. 8. Metamorph.*

ACVLEVS. In eos etiam auctoritatis *aculei* dirigantur qui, &c. *l. 35. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Concitatos *aculeos* acrioris conmotionis non dubitet exerendos, *l. 38. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Aculeos consultissimæ legis incurrat, *l. 1. vt intra annum. lib. 9. t. 36.* Competentes vigoris *aculei* exerantur, *l. 3. de iurisdict. lib. 2. t. 1.*

AD. *Ad* Senatoriæ dignitatis nomen ambiit, *l. 14. de cohortalib.* Si quis *ad* Inlustrem Palatii nostri ambierit dignitatem *l. 1. ad l. Iul. de amb. lib. 9. t. 26.* Ambierit *ad* honores *l. 2. de testimon. ex tribun. lib. 7. t. 2.* Nec *ad* crimen vocari, *l. 14. de cursu. lib. 8. t. 5.* Omnis memoratis intentio *ad* Prouinciæ Rectorem sit, *l. 6. de executorib. lib. 8. t. 8* (Tribonianus hoc immutauit.) *Ad* summum, id est breuiter & in summa *l. 17. 18. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Sciat *se ad veniam* pertinere, *l. 18. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42.*

ADAEQVARI loca *l. 12. de censitor. lib. 13. t. vlt.*

ADAERARE, *abonner, adenerer, asseurer*, ad æris pretium redigere. Annonæ species, adærari, *l. 28. de erogat. ann. mil. lib. 7. t. 4.* Valerianus *epist. ad Zosimum Procurator. Syriæ* apud Pollionem *in Vit. Claudii c. 14. Iam cætera, quæ propter minutias suas scribi nequeunt, pro moderatione præstabis, sed ita vt nihil adæretur.* Antea male adderetur, vt in *l. 15 Cod. Iust. de erog. mil. ann.* adhærere, pro adærari. Adæratæ annonæ *l. 31. d. t.* quæ etiam appellantur ærariæ annonæ *l. 34. 35. 36. d. t.* Quod adæratæ in pretiis exhibentur, cum scilicet *ærariæ* annonæ in ære persoluebantur, pretio taxabantur *dd. ll.* χρυσικαὶ ῥόγαι, καὶ συνήθειαι Mauritio *Strateg. lib. 2. cap. 2. Adærata species.* Illud prouisionis accedat, vt Lucanus possessor & Bruttius, quos longæ subuectionis damna quatiebant, possint, si velint, speciem *adæratam* (*ita γρ.* non moderatam) hoc est septuagenarum librarum compensatione dissoluere, *l. 4. de suariis. lib. 14. t. 4. Adærat*, ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκίζει. in *Glossis.* Ammianus, *lib. 31. cap. 14. in adærandis reliquorum debitis.* In speciebus *adærandis*, *l. 19. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* Quoniam trecentas pene libras blattæ sericæ clandestina fucatione non sine læsæ maiestatis crimine coloratas, & *adæratum*, (id est ære æstimatum, ac proinde venditum, quod testantur mox illa verba, *nundinæ purpuræ*) conchylii non minimum pondus patefactum est, &c. *l. vlt. de murilegulis. lib. 10. t. 20.*

Equos canonicos secundum subiectam vocem iussimus adærari *l. 3. de conlat. equor. lib. 11. t. 17.* Illorum tantum innoxia relinquatur habitatio, quos iamdudum fiscus adæraūit, *l. 8. de desertor. lib. 7. tit. 18.* Adærata leuius *l. vltim. circa pr. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.*

ADÆRATIO. Est compensatio, quæ fit in pecunia vice specierum. In Glossis Cyrilli, ἀπαργυρισμὸς, ἐξαργυρισμὸς, *adæratio.* Dixi late *ad leg. 28. de erogat. militar. annon.*

ADAMARE. Qui nati origine Curiali militare munus *adamauerunt*, &c. *l. 56. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* Si post definitam ætatem ignobile otium *adamauerint. l. 5. de re militari. lib. 7. t. 1.*

ADCORPORARE. Locis fisco adcorporandis, *l. 30. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ADCRESCERE. Adcrescentes in tractatu de Censibus, *l. 3. de priuil. eor. qui in s. p. lib. 6. t. 35.* dixi *tit. de censu.* *Adcrescentes*, *l. 7. de censu lib. 13. t. 10.* vbi dixi. *Adcrescentes* in militia: vide *l. 6. de tyron. lib. 7. t. 13.* in censibus *d. l. 6.* Adcrescentes milites, *l. 11. de re milit. lib. 7. t. 1.* vbi dixi: vide & *Paratitlon* illius, & auctorem subditum Notitiæ Imperii, *c. 5.* Adcrescentes. *l. vnic. de classicis. lib. 10. t. 23.* (erant, qui in quoque corpore legitimi nondum milites erant, quique in promptu habebantur, vt in locum legitimorum amissorum, si ita res tulisset, subrogarentur: dixi fuse ad *l. 11. de re militari.*

ADCVMVLARE. Vt ademtio facultatum, pœnam præmissæ indignationis *adcumulet*, *l. 29. de petitionibus. lib. 10. t. 10.*

ADDICERE. Addicere venditor, dicitur *l. 1. de prædiis & mancip. Curial. lib. 2. t. 3.*

ADEO, id est, tam necessario. Et si adeo aliquid fuerit inchoandum, ab aliis ciuitatibus conueniat temperari, *l. 14. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

ADFATIM. *Adfatim* ea pretia, quæ in Campania per singulos annos reperiuntur, suariis Vrbis Romæ debent solui: ita vt periculo suariorum populo porcinæ species adfatim præbeatur, *l. 3. de suariis, lib. 14. t. 4.* data anno 363. Victor Schotti, illius *l.* σύγχρονος, *in Aureliano cap. 35. Simulque vsus porcinæ carnis, quo plebi Romanæ AFFATIM cederet, prudenter magnificeque prospectauit.* Quibus locis *adfatim* pro viritim accipio: Victor *in Epitome, c. 35. Porcinæ carnis vsum populo instituit:* vsum gratuitum, scilicet. Gl. Philoxeni. *Adfatim*, πάνυ, μεμοιραμένως, κατακόρως. Ab affatu. Agroëtius *de orthograph. affatim, de affatu dictum est.* Eodem sensu, *l. vnic. de mendicantib. validis. Cunctis adfatim, quos in publicum quæstum incepta mendicitas vocauit, inspectu exploretur in singulis.* 2.) *Adfatim*, abunde, satis, *l. 122. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

ADFECTATVM. Adfectatis dolis, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ADFECTIO. Adfectiones, qui alias adfectus, liberi, *l. 3. de naufragiis, lib. 13. t. 9. & l. 11. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* Sic enim ea *l.* repono, *per affectiones*, vt sequentia ostendunt: non quod voluit Burgius, *per factiones:* vide *infra affectiones.*

ADFILIATVS. Anianus, siue interpres, *leg. 2. de legitim. hereditat. lib. 5. tit. 1.* Adoptiuum, id est, gestis ante curiam adfiliatum.

ADFINES. Culpæ adfines, *l. 29. de hæret. lib. 16. tit. 5.* *Cupiditatis adfines*, Tertulliano *de patient. 7.* idololatriæ adfines *c. 10.*

ADFLICTATIO iniuriarum, *l. 22. de appellationibus. lib. 11. t. 30.*

ADFLICTI. Exceptis his, qui crimine Maiestatis fuerint *adflicti*, *l. 8. in fin. de bonis proscr. lib. 9. t. 42.* Si aliquis supplicio fuerit *adflictus*, *l. 9. de bonis proscr. lib. 9. t. 42.*

ADGNATI. Remotis iniuriis, iussimus Veteranis nostris, vel *adgnatis* licere emere, vendere, &c. *l. 9. de Veteranis. lib. 7. tit. 20.*

ADGRESSVS. Quicunque militiam, cum esset Curialis, *adgressus* est, *l. 129. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ADGREGARI. *Adgregandus. Adgregatus.* Si quis in Archiatri defuncti est locum promotionis merito *adgregandus*, *l. 9. de Medicis. lib. 13. t. 3.* Senatorum censibus *adgregentur*, *l. 1. de protostasia. lib. 11. t. 23.* Merito Consularibus *adgregetur*, *l. 6. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Curiis *adgregentur*, *l. 5. de filiis militar. apparit. lib. 7. t. 22. & l. 8. de cohortal. lib. 8. tit. 4.* Muniis Curialibus *adgregentur*, *l. 133. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Si officio cohortis *adgregarit*, *l. 83. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Curiis *adgregabuntur*, *l. 56. de Decurion. lib 12. t. 1.* Ordinibus Curiarum non *adgregentur*, *l. 66. de Decurion. lib. 12. t. 1.* mox, *adgregandos.* Curialibus sine dubio muneribus, atque obsequiis *adgregari*, *l. 1. de filiis militar. apparit. lib. 7. t. 22.* Functorum cœtibus *adgregari*, *l. 10. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* Domesticorum cœtibus *adgregamus*, *l. 2. de domesticis. lib. 6. t. 24.* Vestris cœtibus *adgregentur*, *l. 42. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Qui venerando cœtui Senatus fuerint *adgregati. lib. 12. de prox. Com. disp. 6. t. 26.* Clericorum se cœtibus *adgregarunt*, *l. 15. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* Si quis sacrilegis cœtibus *adgregetur*, *l. 7. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Fisci nostri compendiis *adgregandum*, *l. 54. de hæret. lib. 16. t. 5.* Fisci nostri corporibus *adgregentur*, *l. vnic. de Saturianis. l. 7. t. 19.* Fisci nostri viribus *adgregari*. *l. 21. de Episcopis, lib. 16. t. 5.* Fisci nostri vtilitatibus *adgregandas*, *l. 54. vers. igitur, de hæretic. lib. 16. t. 5.* Sciat fundum fiscalis tituli proscribtione signatum, priuatis rebus nostris *adgregandum*, addendum, incorporandum, *l. 4. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Rei nostræ *adgregata*, *l. 16. de iure fisci, lib. 10. t. 1.* Ei patrimonio, quod nostrum est, placuit *adgregari*, *l. 8. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* Muneribus ciuicis *adgregari*, *l. 17. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Omnes ciuilibus necessitatibus *adgregentur*, *l. 17. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Eo anno, quo fuerint numeris *adgregati*, *l. 7. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* Ciuitatum obsequio *adgregantur*, *l. 79. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Prædicto *adgregentur* obsequio, *l. 2. de filiis milit. apparit. lib. 7. t. 22.* Ne Veteranorum filii officiis Præsidialibus *adgregentur*, *l. 6. de fil. mil. apparit. lib. 7. t. 22.* Officiorum consortiis se *adgregauit*, *l. 7. de fil. mil. apparit. lib. 7. t. 22.* Diuersis se officiorum priuilegiis, &c. *adgregarunt*, *l. 134 de Decurion. lib. 12. t. 1.* Palatinis sunt officiis *adgregati*, *l. 35. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Profanis ritibus *adgregati*, *l. 41. de hæret. lib. 16. t. 5.* Eo tempore, quo iam honoratis viris cœperit *adgregari: l. 20. de Agentibus. lib. 6. t. 27.*

ADHIBERE. Ad necessitatem pensitationis *adhibeas*, *l. 5. de lustrali conl. lib. 13. t. 1.*

ADIECTA, superindicta. Neque *adiectis* sæpius, ac præter primum delegationis Canonem postulatis adficiantur impendiis, *l. 13. de extraord. lib. 11. t. 16.* αὐξανάδια, Synesio. Vid. not. ad h. leg.

ADIPISCI. Adipiscendi licentia testamenti, id est, adipiscendi ex testamento, *l. 17. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ADITIO. Si publicam iudiciorum *aditionem*, amicitiarum forsitan impediuit affectio, *l. vnic. si cert. petat. de chirograph. lib. 2. t. 27.* Aditio Prætoris, *l. 1. §. 2. π. de op. nou. nunc.* 2.) Inque publicis neque priuatis *aditionibus*, id est, conuentibus *l. 12. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ADIVDICARI. Adiudicari fisco res alicuius *l. 4. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

ADIVMENTVM, *les Aydes.* 2.) Si nunquam obstiterit tanta necessitas, vt aliquid in *adiumentum* ærarii nostri publica requirat expensa, adiuuari nos biennali pensione præcipimus, *l. 4. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.*

ADIVNCTA, pro, iniuncta, *l. 10. de curiosis. lib. 6. tit. 20.*

ADIVTORES. De *Adiutoribus* inter officiales dixi ad *l. 10. de cohortalib. lib. 8. t. 4.*

ADLECTI, & *Adlectionis* honor: vide *titulum de Senatoribus.* Adlecti & immunes a Senatoriis descriptionibus, *l. 1. de decurion. & silentiar. lib. 6. tit. 23.* Inter allectos, *l. 8. 9. 10. de domest. & protector. lib. 6. tit. 24.* Inter allectos habeantur nullis Senatoriis muneribus adstringendi: Inter allectos esse mereantur, ita vt a senatoriis functionibus habeantur immunes. Omnes hi *allecti* sunt immunes a functionibus senatoriis, vt patet ex his legibus, item ab oneribus Præturæ, quasi iam reuera iis functi essent. Vid. quæ dixi ad *legem 15. de extraordinar. siue sordid. munerib. lib. 11. tit. 16.* 2.) Alecti, qui a principe publici negotii ergo euocantur. Græci interpretantur, τὲς ὑπὸ βασιλέως καλεμένες. *L. 15. 18. de extraordinar. siu. sord. lib. 11. tit. 16.* Legati atque Adlecti. Vid. *Comment. ad leg. cit.*

ADLECTIO, qua Principis beneficio immunitas a Senatoriis functionibus, Præturæ onere, datur, quasi iam functis, hinc *adlectionis* honos, *l. 10. de Prætoribus. lib. 6. t. 4.* vbi dixi. Adlectio, *l. 7. de domesticis. lib. 6. t. 24. l. 7. de priuil. eor. qui in s. pal.*

ADLEGARE. Donationum instrumenta apud acta *adlegare*, *l. 3. de donat. lib. 8. t. 12.*

ADMINICVLA. Adminicula æquitatis. Vt hoc facto tanquam interposita appellatione, hisdem æquitatis adminicula tribuantur, *l. 30. de appellat. lib. 11. t. 30. l. vlt. Cod. Iust. de his qui per merit.* Adminicula appellationum, *l. 11. de appellat. lib. 11. t. 30.* Adminicula dignitatum, *l. 35. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* sunt officiales, vt *Nouella Valent. 7.* Adminiculo ordinum & possessorum quandoque rei correpti, *l. 31. circa fin. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Qui honestis testimonii *adminiculis* enitentes, talium dignitatum priuilegia insigniaque meruerunt, *l. 25. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Sextans eis ad vitæ adflictæ *adminicula* reseruetur, *l. 6. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

ADMINISTRATIONES, sunt gubernacula prouinciarum. *l. 36. 155. 159. 160. de decurion. lib. 12. tit. 1.* Qui neque ex Administrationibus sunt, & tamen vt perfectissimi delitescunt, *l. 1. in fin. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.*

ADMINISTRARE. Administrare dicuntur Curatores Ciuitatum, & Procuratores, *l. 20. de Decurion. b. lib. 12. t. 1.* & Procurationum *Administrationes*, *l. 1. de honor. codicillis. lib. 6. t. 22.*

ADMINISTRATIVNCVLÆ, tribuuntur principibus officiorum. Ipsos potissimum his *administratiunculis* perfrui iubemus, *l. 10. de cohortalib. lib. 8. t. 4.*

ADMISSIO. Admissionum officium, *l. 3. de priuil. eorum qui in s. p. lib. 6. t. 35.*

ADMITTI. Admitti & flagitari, vt differant, vide *l. 8. de fide test.*

ADMODVM. Hoc *admodum* sufficiente numero *l. 3. de tabul. lib. 8. t. 2.*

ADMONERE, id est, excitare, coërcere, castigare. Flagro, cuius in cuspide infixus breuis aculeus, pigrescentes artus (animalium publicorum) innocuo titillo poterit *admonere*, *l. 2. de cursu publ. lib. 8. tit. 5.* Nonius *c. 4. num. 20.* *Admonere, percutere.* Virgil. *lib. 10. v. 587.*

Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos.

Spart. *Seuero cap. 11.* *Equum ipse residens supra cadauer Albini egit, expauescentemque admonuit, vt effrænatus audacter protereret.* At Seneca II. *de ira 14.* ita: *Sicut tarde consurgentes ad cursum equos, stimulis facibusque subditis* EXCITAMVS. Idem *de clementia lib. I. cap. 14. aliquando admonere etiam veteribus.* Valer. Max. *lib. 1. c. 1. admonere flagello, flagris.* Vide etiam Columellam *lib. 2. cap. 2.* & plura loca apud Brissonium *de V. S.* 2.) Sensu & affectu propriæ salutis admoniti. *l. 7. de hæret. lib. 16. tit. 5.*

ADMONITIO. Legis admonitio *l. 20. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

ADMONITOR, *l. 7. de executor. lib. 8. t. 8.*

ADNECTI. Fisco adnecti, *l. 12. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Adnectere gesta Consultationi, &c. *l. 1. de appellat. lib. 11. t. 30.* vide *infra Sociare.*

ADNITI, *l. 49. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Cum omnimodo filios conducat *adniti*, vt mereantur, &c. *l. 2. in fin. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

ADNOTARE. *Adnotare* personas, id est, videre: *remarquer.* Neque vnquam post hac liceat in loco honesto inhonestas *adnotare* personas, *l. 12. de scenicis. lib. 15. t. 7.*

ADNOTATIO, rescriptum Principis: dixi *Paratitlo de diuers. Rescriptis.*

ADNVMERATIO. Annorum adnumeratio, & adnumeratione annorum sibi adplaudere. Nemo sibi arbitretur annorum *adnumeratione* adplaudendum, *l. vlt. de honor. codic. lib. 6. t. 22.*

ADPETITIO, *adpetitum.* Adpetitæ maiestatis crimen, *l. 2. ne præter crimen maiest. lib. 9. t. 6.* Nec enim patimur alienam innocentiam securitatemque sine crimine damnabili *adpetitione* terreri, *l. 1. de calumn. lib. 9. t. 39.* Vt ad incusantium iurgia facilis *adpetitu* sit vita priuata, *l. 6. de numerar.*

ADPETITOR diuinorum vultuum, id est Principis, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

ADPLICARE, συγκολλᾶν, iungere. Quoscunque vacuos publico inueneritis officio in complexum vestri ordinis *adplicate*, *l. 3. in fin. de naufrag. lib. 13. t. 6.* *Quædam coloniæ propter aquæ commodum, monti applicantur.* *Hyginus de limit. constituend. pag. 165. inter Script. Rei agrar. W. Gœsii.* Conciliabulis eorum se *adplicauerit*, *l. 1. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

ADPONI custodem, proprie, *l. 2. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9. l. 1. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* Sueton. *Tiberio*, *c. 22.* *Hunc Tribunus militum custos* APPOSITVS *occidit:* vide & *Claudio*, *c. 2.* & Martialem *lib. 1. epig. 74.* *Imponi* Ouidio 3. *Amor. Eleg. 4. initio:*

Dure vir IMPOSITO teneræ custode puellæ
Nil agis. ingenio quæque tuenda suo est.

ADPOTVM. Ita *adpota fistulæ.* Aquæductus, qui Dafnensi palatio vsum aquæ præstat, quorundam auiditate tenuatur, *adpotis* maioribus *fistulis*, *L. 2. de aquæductu. lib. 15. tit. 2.* Adpotis est ad potandum admotis. Nisi fortasse in ipsa lege scribi debebat *admotis*, vt cuidam in mentem veniebat. Ita hac lege nonnullorum auiditas vtebatur maioribus fistulis, quam ex largitate imperiali licebat.

ADPREHENSVS. In qua culpa si quis fuerit adprehensus, *l. 1. de erogat. militar. annon. lib. 7. tit. 4.* Ita in furto deprehendi, *l. vlt. D. de furib. baln.*

ADPROBARE, pro probare, non pro assentiri. Quicumque Decuriones patre, atque maioribus adprobantur, *l. 147. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

ADPROPERVM facinus, *l. 6. de maleficis.*

ADRIPERE opus lex cohibet. Aliquid noui operis *adripere* prius quam, &c. *l. 15. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Quodcunque opus inchoandum esse necessario viderint, id arripere non dubitent, *l. 18. d. t.* Horreorum vel stabulorum fabricas arbitratu proprio Prouinciarum Iudices studio laudandæ deuotionis *adripiant*, *l. 37. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.*

ADRODERE, propria vox παραχαράττειν. Emptio venditioque solidorum, quos excidunt, aut deminuunt, aut (vt proprio verbo vtar cupiditatis) *adrodunt*, tanquam leues eos vel debiles nonnullis repudiantibus, iNpeditur, &c. *l. 2. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* In *l. quoque vnic. si quis solidi circulum, adroserit* non *adraserit*, legendum videtur: nisi malis, *abraserit:* vide quæ notaui ad v. *Abradere.*

ADROGATIO. Quæ ordinarii Iudicis nimia *adrogatione* gesta sunt in perniciem ordinis, sine auctoritate, ac iudicio principali, *l. 68. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Adrogatione inlicita Prouincialium, *l. 2. de actorib. & procurator. lib. 10. t. 4.* Vid. Commentar. ad *h. l.*

ADSCISCI. Domus fisci viribus *adsciscantur*, *l. 3. de hæretic. lib. 16. t. 5.*

ADSCRIPTVM. Conlatio *adscribta*, *l. 11. de conlat. donatar. lib. 11. tit. 20.* i.e. recte distributa.

ADSCRIBTIO, *l. 3. 26. de annona. lib. 11. t. 1. & l. 117. de Decurionib. l. 3. de extraordin.* est idem quod partitio *d. l. 26. de annona*, seu distributio, *l. 5. de his quæ administr. l. 4. de extraordin. l. 36. de annona.* (*L'assiette, & departement des Tailles.*) Vnde & adscribtus plebis numerus, *d. l. 26.*

ADSENTATIO, pro consensu, conniuentia, *l. 5. in fin. de locat. fundor. iuris emphyt. lib. 10. t. 3.*

ADSEQVI. Donatum *adsequi* *l. 149. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Equos nequaquam Campanorum populus *adsequatur*, *l. 2. de equis Curialib. lib. 15. t. 10.* Filios sane militarium iuxta prius præceptum, aut patris *adsequi* militiam volumus, aut si, &c. *l. 8. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ADSERTVS. Causa *adserta*, id est probata, *l. 2. de dilation. lib. 2. t. 7.* Eos petere, quos iustis *adsertos* priuilegiis non poterunt obtinere, *l. 136. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

ADSIMVLATVS. Hirenarcharum vocabula, quæ *adsimulata*, (*qui faisant semblant de garder & defendre les sujets és Prouinces*) Prouincialium *tutela*, quietis ac pacis per singula territoria haud sinunt stare concordiam, radicitus amputanda sunt. *l. vn. de Hirenarchis. lib. 12. t. 14.* Paulus V. *sentent. 21. in pr. vaticinatores, qui se Deo plenos ADSIMVLANT. Adsimulatum* itaque hic, pro simplici, *simulatum.*

ADSIMVLARE, pro insimulare, accusare. Ex longinquo si quis est acciendus, non prius adsimulanti adcommodetur adsensus, quam solemni lege se vinxerit, &c. *l. 3. de exhib. reis. lib. 9 t. 2.*

ADSIMVLATIO pro dissimulatione. Nec ea inani (ita γρ.) *adsimulatione* aliqua conualescant, quæ tunc decreta vel facta sunt, cum Paganorum animi, &c. *l. 18. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

ADSIMILATVS. *Adsimilata species crucis*, id est, species ad similitudinem crucis facta. Et sanctæ crucis *adsimilatam* speciem (potius scribendum faciem *adsimilatam*) in contemptu Christianæ fidei, sacrilega mente exurere, *l. 18. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Ἀπεικόνισμα, ἀφομοίωσις, *adsimilatio*, Gloss. Seruitus morti adsimilatur *l. 59. D. de condit. & demonstr.* Is cui bona addicta sunt, bonorum possessori adsimilari debet, *l. 4. §. 21. D. de fideicom. libert.*

ADSIMVLATITIVS. Insignibus Consularium emendicatis, atque *adsimulatitiis*, *l. 5. de honor. codic. lib. 6. t. 22.*

ADSOCIETAS, pro adsociatione. Quotque sint & quales recenti *adsocietate* delecti, *l. 14. de nauicular. lib. 13. t. 5.*

ADSOLET. Vt *adsolet*, *l. vnic. de imaginib. Imperial. lib. 15. t. 4. l. 5. circa med. de metatis. lib. 7. t. 8.* ICtus *de ritu nupt. si qua, vt adsolet in taberna cauponia pudori suo non parcit.* Vt sæpe adsolet, *l. vlt. de commeatu. lib. 7. t. 12.*

ADSPERGERE. Cum infamiæ *adspergitur* vitiis, *l. 3. de inoff. testam. lib. 2. t. 19.*

ADSTRICTVS. Adstrictior quæstio *l. vnic. ad l. Iul. maiest.* Quæstio vel cruenta in eodem argumento Ammianus *lib. 28. cap. 1.*

ADSTRVERE. Scripturam prolator affirmet, quam tamen *astrui* conueniet. *Et mox:* maioribus astrui potest conuentio longinqua documentis, *l. vnic. si certum petat de chirogr. lib. 2. t. 27.* Mecilianus. legatus *adstruxit*, *l. 166. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ADSVETVM. Adsueta officia *l. 21. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* Consueta militia *l. 23. eod.*

ADSVMERE. Adsumere temeritatem. Vniuersos itaque, quos tantum sibi claruerit *temeritatis adsumere, &c. l. 1. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.* Quæstionem, id est, crimen animo adsumere. Excepta sola maiestatis quæstione, quam si quis sacrilego animo *adsumit*, iuste pœnam ad suos etiam posteros mittit, *l. 6. de bonis proscriptor. l. 9. t. 42.*

ADSVMPTIO. Nec Palatini quidem nominis *adsumptionem* huius esse volumus quæstionis exortem, *l. 1. de quæstion. lib. 9. t. 35.*

ADTAMINARE. Ne quis omnino Iudæorum Christianorum comparet seruum, neque ex Christiano Iudaicis Sacramentis *adtaminet*. *l. 5. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* Capitolinus, *Gordianis, c. 27. vt nihil quod ad eorum fortunas pertinet, adtaminaret.* Victor *de Cæsar. c. 16. Quæ imprudentiam regendæ coniugis attaminauit.* Ambrosius, *de instit. virginis. Semel mundo mortua, ne quæso attigeris, ne attaminaueris, quæ sunt istius seculi.* Augustinus *lib. 12. de ciuitate Dei: Rabidus canis facit hominem, quem forte adtaminauerit, contagione pestifera rabiosum.* Gl. Isidori. *Attaminat, Inquinat.* Gl. *Attaminatus*, χειρωθείς. Contra *rem inattaminatam*, dixit Tertullianus *de Coron. mil. c. vlt.*

ADTEMPERIES. Vt Iudicibus immodice sæuientibus fræni quædam *adtemperies* adhibita videatur, *l. 2. de custod. reorum. lib. 9. t. 3.*

ADTEMPTARE, pro, sollicitare. Si quis, non dicam rapere, sed vel *adtemptare*, sollicitare matrimonii iungendi causa sacratas virgines, vel inuitas (γρ. *inuitare*) ausus fuerit, &c. *l. 2. de raptu vel matrim. sanct. lib. 9. t. 15* vide *ll. 9. 10. 11. D. de iniuriis.* Porro de *hac leg.* vide Sozomenum *lib. 6. c. 3.*

ADTEMPTATIO, inlicium, sollicitatio *adtemptatio*, *l. 5. de locat. fundor. iuris emphyt. lib. 10. t. 3.* Omni, venientis extrinsecus, atque occultæ conductionis, adtemptatione submota. Nullius *adtemptationis* molestiam sustinere decernimus, *l. 26. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

ADTERERE. *Adterere notam.* Singulos Iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam *adterere*. (Vel *adurere*: quanquam istud *atterere* seruat etiam Tribonianeus Codex) *l. 4. de Decurion. V. R. lib. 14. t. 1.* Nec patronorum vestrorum familiaris res *adteratur*, *l. 1. de Salgamo. lib. 7. t. 9.*

ADTESTATIO. *Adtestatio* bonorum. Etiam bonorum *adtestatio*, & consensus accedat, *l. 4. in fin. de Agentibus in reb. lib. 6. t. 27.* Propter *adtestationem* fidei, *l. 2. de donat. lib. 8. t. 12.*

ADTINERE. Hi qui inter adcrescentes matriculis *attinentur*, *l. 11. de re milit. lib. 7. t. 1.* Auctor subditus Not. Imperii *c. 5. Extra hos, qui matriculis continentur.)* Nec describtio glebalis eos ideo *adtineat*, *l. 1. de decurion. & fil. lib. 6. t. 23.* His legibus se quoque nouerint *adtinendos*, *l. 19. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Ad conlationem Iuniorum res tantum oportet *adtineri*, *&c. l. 11. de tyronib. lib. 7. t. 13.* Ad oblationem hanc *adtineatur*, *l. 3. de auro Coronario, lib. 12. t. 13.* Multa *adtinendos*, *l. 4. in fin. ne sanct. bapt. lib. 16. t. 6.* Ad onus *adtinendis*, *l. 1. de aquæ ductu. lib. 15. t. 1.* Quos priuatorum domos, non religionum loca, habitationum merito conuenit *adtinere*, *l. 2. de metatis. lib. 7. t. 8.* ubi Cod. Iust. habet, *attingere*. Si aliquibus fortasse rationibus *adtinentur* inpliciti, *l. 7. de re milit. lib. 7. t. 1.* Neminem pro alieni debitis territorii *adtineri*, *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Exactoribus, pro his negotiatoribus *adtinendis*, *l. 12. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Qui pro loco atque ordine iam pactui *adtineatur*, *l. 1. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Occultatores eorum ad subeundam pœnam legibus *adtineri*, *l. 13. de desertor. lib. 7. t. 18.* Ad præscriptam pœnam se nouerint *adtinendos*. *l. 4. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.* *Adtinendis* his nihilominus in officio, &c. *l. 20. de cohort. lib. 8. t. 4.* Nam æquitatis ratio persuadet, nisi idonei fuerint nominati, ipsos quorum est periculum, *adtineri*, *l. 1. quemad. mun. ciuil. lib. 12. t. 5.* Ad vniuersa munia sustinenda, translationesque faciendas omnes Clerici debeant *adtineri*, *l. 15. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Si eos tamen censibus constiterit *adtineri*, *l. 7. de tyron. vers. hi vero qui. lib. 7. t. 13.* Adprobantibus se Sacramentis militaribus adtineri, *l. 3. de immunitate. lib. 11. t. 12.* Obnoxium *adtineri*. *l. vlt. de tabular. lib. 8. t. 2.* Ex omnibus prædiis, quæ iamdudum præstationi calcis cœperunt esse obnoxia *adtineri*, &c. *l. 1. de calcis coctor. lib. 14. t. 6.* Ipse ad redhibitionem eius æstimationis debet *adtineri*, *l. vnic. de secundo lapsu. lib. 11. t. 32.*

ADTRECTARE. Si quis post hac temerario & inconsiderato ausu vllum vsurpata *adtrectauerit* iniuria, *l. 128. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ADTRIBVERE. Quæ beneficia fuerant *adtributa*, intemerata permaneant, *l. 4. de itin. mun. lib. 15. t. 3.*

ADVECTARE. Ita, vt cunctas petitiones cum litteris tuis vnus legatorum *aduectet*, *l. 3. de Legatis lib. 12. t. 12.*

ADVENÆ. Aduenarum coëmtio Iuniorum *l. 7. de tiron. lib. 7. t. 13.* *Aduenæ* iuniores sunt ἄποικοι, qui extraneæ gentis, in Romano solo consident. De aduenæ voce, vide *l. 239. D. de V. S. & Comment. ad d. l. 7.*

ADVENTITIVM. Aduentitiæ necessitatis sarcina, inlationi canonicæ opponitur, *l. 40. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* 2) Aduentitiæ species, *l. vnic. de saccar. Portus Romæ. lib. 14. t. 22.* quæ ex aliis Prouinciis importantur.

ADVECTITIVM, siue aduentitium. Ammianus *lib. 14. c. 8. Antiochia cui non certauerit alia ADVECTITIIS ita adfluere copiis & INTERNIS, & lib. 15. cap. 11. Belgæ non ADVENTITIIS effœminati delitiis.* Et mox: *Aquitani ad quorum litora, merces ADVENTITIÆ conuehuntur*; & *lib. 14. cap. 2. Cum ADVECTITIVM nihil inueniretur.* Victor *de Cæsar. c. 41. Remotæ olei frumentique aduentitiæ præbitiones.*

ADVERSVM. Propter *aduersa* hiemis & casus fortuitos, *l. 26. de nauicul lib. 13. t. 5.*

ADVIVERE, *l. 1. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.* vbi dixi.

ADVLTERINVM. Adulterina nomismata, *l. 1. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* Adulterina moneta *l. 2. eod.* Adulterini solidi, *l. 13. de susceptor.*

ADVLTERATVM. Monetæ adulteratæ figuratio, *l. 8. de indulgent. criminum.*

ADVLTER. Adulter solidorum, *l. 5. de falsa mon.* Adulteratores monetæ, *l. 1. de conlat. æris, l. 8. de indulg. crim.* Qui & Paracharactæ, *l. 9. de falsa mon.*

ADVMBRATVM. *Adumbrata dignitas.* Quicunque fugientes obsequia Curiarum, affectauerint *adumbratæ* nomina dignitatis, etsi eos *spes falsi* honoris inluserit, 30. argenti libras inferre cogantur, *l. 24. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Qui sine administratione *adumbratarum* dignitatum Codicillos honorarios meruerint, *l. 41. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Quos non *adumbratis* honoribus, sed in actu positos immortalitati coniunximus, *l. 6. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* Calpurnius *Ecloga 1. v. 69.*

Iam nec ADVMBRATI faciem mercatus honoris
Nec vacuos tacitus fasces & inane Tribunal
Accipiet Consul.

Vbi *facies*, pro nuda imagine, vt vocat Claudianus. Et *vacui* fasces, id est cassi, atque nullius potestatis, vt vacuus labor Sedulio *lib. 3. claudere per noctem vacuo potuere labore.* Obseruationes vacuæ, Apuleio *lib. 9.* Metam. *confictis obseruationibus vacuis fallens omnes homines*, vti doctissimus Barthius *ad loc. cit. Calpurn.* obseruauit. Oportet enim viribus vacuari; quæ in dispendium publicum *adumbratione* extorta sint, *l. 8. de suariis. lib. 14. t. 4.*

ADVOCATIO, pro aduocatis, *l. 3. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.* Aduocatio fisci pro aduocato. Hancque vocem illius loco substituit *Tribon. l. 41. de appellationib. lib. 11. t. 30.* Qui postea quam ad Iudicem venerit, adhibita *aduocatione* ius debebit experiri, *l. 3. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.*

ÆDES, id est, templum, *l. 8. 18. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Ædes templorum, *l. 3. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

ÆDIFICARE naues, v. *infra Exædificare.*

ÆDIFICATOR. Priuatus *ædificator. l. 137. D. de V. O. l. 46. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

ÆGER. Paschæ celebritas postulat, vt quoscunque nunc *ægra expectatio* quæstionis, pœnæque formido sollicitat, absoluamus, *l. 4. de indulg. criminum. lib. 9. t. 38.* Seneca *lib. 2. de benef. cap. 5. Bonarum rerum sollicita expectatio.*

ÆNEVM. Æneum frumentum. *l. vnic. de frumento Carthaginiensi. lib. 14. t. 15.* vbi disquisitum quid sit.

ÆQVALE. Æquale coniugium, *l. 1. de collegiatis*, vbi

vbi dixi. Omnesque, ad *æquale* Prouincialium cæterorum consortium reducantur, *l. vnic. si per obrept. lib. 11. t. 13.* Pax atque æqualis inlationis forma, *l. 7. de diuers. rescript.*

ÆQVABILE. Quod a nobis exemplo *æquabili* ex iuris prisci est formulis introductum, *l. vnic. de vsuris rei iud. lib. 4. t. 19.*

ÆQVANIMITAS, de adquiescente æqualitati in tributis agnoscendis, *l. vnic. si per obrept. lib. 11. t. 13.*

ÆQVITAS. Æquitatis ratio, *l. 1. quemadmodum munera ciuilia. lib. 12. t. 5.* In muniendis viis iustissimum *æquitatis* cursum reliquit auctoritas, *l. 2 de itin. mun. lib. 15. t. 3.*

ÆQVVM. Inter fiscum meum & parentes suos *æqua lance* diuidatur, *l. vlt. de metall. lib. 10. tit. 19.* Vid. *l. 20. D. de re iudicat. l. 17. Cod. Iust. de collationib.* 2.) Æquum ἐν ςαθμηκῇ Æqua lance & libramentis paribus. Et mox: Æquis ac paribus suspenso statere momentis, *l. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* Tertull. adu. Hermog. *c. 41. si ÆQVALIS MOMENTI in neutram partem pronus & præceps medio, quod aiunt, agine ÆQVILIBRATO impetu ferebatur.* Æquatum examen Virgil. *lib. 12. v. 725.*

Iupiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet.

Æqua lance, quod adagio cesset, *l. 20. de re iudic.* Æqua lance, pariter Symmachus 1. *epist. 86.* & *lib. 2. epist. 56. & lib. 10. epist. 53.* Veteres *Æquilancium.* Gl. Isidori. *Æquilanciorum Æquatio*, vbi corrupte *Æquilatium.* *Æquipondium.* Vitruuius *lib. 10. c. 8.* Idem *lib. 9. c. 3.* Sacoma vocem retinet; Græci enim σήκωμα, ἰσοῤῥοπίαν vocant. V. etiam Gl. Philox. Gl. Cyrill. ἀντίῤῥοπος. *Æquilibrium*, *Æquamentum* Festo, & Nonio *c. 1. num. 11.* & forte *in l. 52. §. 2. D. pro socio.* Lucanus *lib. 4. v. 58.*

- - æquatis ad iustæ pondera libræ
Temporibus vicere dies.

ÆRAMEN. Nemo Iudicum ex diuersis operibus æramen aut marmora, vel quamlibet speciem, quæ fuisse in vsu vel ornatu probabitur ciuitatis, eripere vel alio transferre sine iussu tuæ sublimitatis audeat, *l. 37. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Est autem *æramen*, ornamentum ex ære, vt sunt ænea simulacra, & statuæ æneæ. Paullus *Sent. III. tit. 6. §. 56.* vocat *aramenta.* Vide quæ dixi *not. c. add. leg. 1.*

ÆRARIVS. Ærariæ annonæ, quæ adæratæ in pretiis exhibentur, pretio taxantur, vide *supra* Adærare *ll. 34. 35. 36. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

ÆREVS. Æreæ Tabulæ legum, v. *Paratitlon de Constitut. & edictis.*

ÆS. Qui castrorum expertes habentur, nec in hostem *martio ære* incaluerunt, *l. un. qui a præbit. tiron. lib. 11. tit. 18.*

ÆSTIMATIO. Mensor, qui vel frumenta modio metiatur, vel iustis *æstimationibus* colligat, quanta habeantur in condito, *l. 1. de conditis. lib. 11. t. 14.*

ÆSTIMARE. Nonnulla opera, in quibusdam Vrbibus *æstimant* extruenda, *l. 7. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

ÆTAS. Ædes *ætatis l. 13. D. de tutelis: propter aduersam valetudinem, vel ætatis senium,* senio concussæ *l. 44. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* vide etiam *infra Senium.* Chirographi discuti oportebit *ætatem l. vnic. si certum petat. de chir. lib. 2. t. 27.*

ÆTERNVS. Æterna lex. Æterna lege sancimus. *l. 22. de petition. lib. 10. t. 10.* Æterna Roma, vide *Roma.* Æterni principes. Vid. *Princeps.*

ÆTERNABILIS Æternabilis domus, id est Principis, *l. 5. de locat. fundor. iuris emphyt. lib. 10. t. 3.* Æternabilis Vrbs, Roma *l. 3. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.*

ÆVVM. Æuum passura simulacra, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

AFANTICVM. Afantica, defecta, vastata, fænea ieiuna *l. 3. de censitorib. lib. 13. t. vlt.* *Qui fundum aliquem velut afanticorum mole depressum, cupit aliquatenus releuari.* Ἀφαντικὸν est euanidum, quod parum fructus fert. Euanidi enim vox propria in re rustica, vt patet ex Columella *lib. de arboribus c. 17. nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, & parum fructus ferunt.* Vide *Commentar. ad leg. cit.* & varias ibi virorum doctorum de *afantici* voce coniecturas.

AFFATVS. Vt si ad alium quenquam a memorato Principe dixerit habere *affatus*, petitore detento sacræ literæ cum omnibus chartis signatæ ad meam clementiam transmittantur, *l. 2. de litor. & itin. custod. lib. 7. t. 16.* Sacri *affatus*, *l. 2. quis in gradu. lib. 7. t. 3.* Sunt *affatus sacri*, vt omnibus patet, principis epistolæ.

AFFECTIONES (vt repono) *l. 11. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* sunt, qui alios affectus, seu liberi, vide *supra* Adfectiones. Si quis in parentis aut filii, aut omnino *affectionis* eius quæ nuncupatione patricidii continetur, fata properauerit, *l. vnic. de parricidio. lib. 9. t. 15.*

AFFECTVS, pro liberis, propinquis, proximis, Parentibus, qui affectu præcipuo amantur. Ita vt, qui singulorum tantummodo filiorum probabuntur esse genitores, ex integro vnicis fisco *affectibus* cedant, *l. vlt. de metallis lib. 10. t. 19.* Denique ex perfectissimis honorariis, vel affectibus eorum *l. 26. de decurion. lib. 12. tit. 1.* Capitolinus ideo in *Maximinis c. 23.* quos Herodianus παῖδας καὶ γυναῖκας vocat, *affectus* dicit. Eadem ratione custodiri ergastula præcipit *l. un. de commun. diuidund.* ne *affectus*, id est, liberi, parentes fratres, sorores, diuidantur, sed vt integra apud possessorem vnumquemque seruorum agnatio permaneret. *Et inuigilandum*, ait lex, *ne per prouinciam, aliqua posthac querela super diuisis mancipiorum affectibus perseueret. Quis enim ferat liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris coniuges segregari.* Hoc sensu quoque *affectio* occurrit, *Institut. de publ. iudic. §. 6. Affectus* apud Orosium *lib. 7. cap. 8.* Sidonium *lib. 6. epist. 4.* Saluianum *de gubernat. Dei lib. 1. c. 8.* Capitolinum *in Gordian. c. 6.* Vulcatium in *Auidio Cassio c. 7.* Consule Sauaronem in not. *ad Sidonium l. c.* Casaubonum & Salmasium *ad Script. Hist. Aug. l. c.*

AFFIRMARE. Vt scripturam prolator *affirmet*, id est probet, vide *l. vnic. si certum petat. lib. 2. t. 27.*

AFFLICTARI. Vt actores rei priuatæ nostræ minime necessitatibus terrerentur, adque *adflictarentur* iniuriis, *l. 2. de actor. procur. lib. 10. t. 4.*

AFFLIGERE, vide *supra* Adfligere.

AFVERIT, pro abfuerit. *l. 1. 2. in fin. de commeatu. lib. 7. t. 12.*

AGASONES, ministri stationariorum *l. 2. de cohortal. lib. 8. t. 4.*

AGERE, pro negotiari. Publicani quoque, vt solent *agentibus* superconpellere, *l. 2. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Ita agite, vt boni sæculi poscit affectio.

AGGER publicus, pro via publica. V. Indicem Vitruu. *p. 6. & l. 4. 5. de itin. mun. lib. 15. t. 3. l. 2.*

ne

ne quis in Palatiis maneat lib. 7. t. 10. In remotis *ab aggere* (id est, ab itinere publico,) *publico* ciuitatibus. Gloss. *Agger, strata, via publica.* Seruius *Æn. V. v. 273.* post eum Isidorus XV. *Origin. c. vlt. Agger est media strata eminentia, coaggeratis lapidibus strata:* vide Ammianum *lib. 18. c. 8.* & *lib. 19. c. 8.* vbi vocatur *Itinerarius agger.* 2.) *Aggeres consecrati.* Pergit audacia ad busta defunctorum & aggeres consecratos: cum & lapidem hinc mouere, terram sollicitare, & cespitem vellere, proximum sacrilegio maiores semper habuerint. Iulianus *l. 5. de sepulcbris viol. lib. 9. t. 17.* Agger hic est, quæuis terræ alteriusue rei congestio, coaceruatio. Virgil. *Æn. IX. 567. & fossas aggere complent* 3.) *Aggeres Nili*, vide titulum *de aggeribus non corrumpend. lib. 9. tit 32.* De aggeribus iuxta Ligerim, agitur *Capitular. lib. 4. c. 10.*

AGITARI, agitare, pro cursu publico, *l. 2. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* 2.) Census *agitari* dicitur, *l. 5. de censu. lib. 13. t. 10.* Agitare contractus, *l. 4. ne sanctum baptisma lib. 16. t. 6.* Conuentus *agitari*, *l. 34. de hæretic. lib. 16. t. 5.* Agitare delectus. Tempore delectus *agitandi*, *l. 10. de tyronib. lib. 7. t. 13.* Descriptiones *agitari* dicuntur *l. 173. de Decur. lib. 12. t. 1.* Inter se potius volumus de tempore *agitare* discrimen, *l. 6. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* Agitare examen, *l. 53. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Cuius examen tormentis iam cœperat *agitari*, *l. vlt. de abolition. lib. 9 t. 37.* Explorationem agitare. Vt exploratione diligenter *agitata*, *l. 18. de Agentibus lib. 6. t. 27.* Agitari iudicia *l. 10. de accusat. lib. 9. t. 1.* Agitare ludicras artes. Ludicras artes concedimus *agitari*, *l. 2. de Maiuma. lib. 16. t. 6.* Mercimonia agitare Et mercimonia *agitent*, *l. 7. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Munus publicum agitare. Publicum munus *agitantes*, id est in publico munere constituti, *l. 4. de iis, quæ administr. lib. 8. t. 15.* Quæstionem agitare. V. Symmachum *lib. 10. ep. 46.* *Agitare* Cognitor dictus, *l. 12. de accus. lib. 9. t. 1.* Tempus ætatis agitare. Securi a molestiis munerum omnium publicorum reliquum *tempus ætatis* iugiter *agitabitis*, *l. 4. de Medicis*, *lib. 13. t. 3.* Supplementa numeris agitare. Supplementa numeris mansuetudo nostra decreuit *agitari*, *l. 9. de tyronib. lib. 7. t. 13.* *Agitare*, de cursu aurigarum. Hinc agitandi munus, *l. 7. de scænicis*, *lib. 15. tit. 7.* Vetus inscriptio, HIC IN QVATVOR STABVLIS AGITAVIT. Lamprid. *Commodo c. 8. voluit etiam in Circo quadrigas agitare.*

AGITATORES sunt aurigæ ab agitando *L. 12. de scæn. lib. 15. tit. 7.*

AGMINALIS. Agminales equi *l. 3. 6. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* *Præsidibus*, ait lex illa, *& Rationalibus vsurpandi agminalis, seu parauerediu licentia derogetur*, & mox: *Si a publico itinere aliqua militari via diuertendum fuerit, vbi euectio non erit, publicis vtemini agminalibus*, &c. Lex 6. *Ne quis agminales aut parauereds æstimet postulandos.* Ex illis duabus legibus penitus lectis, apparet eos a Prouincialibus exactos. Agminales igitur equi sunt, qui deficiente cursu publico, ex Prouincialium agminibus vsurpantur. Horum mentio & *l. vlt. §. 21. D. de muneribus.* voc. φορβάδων. φορβάδας, Græci, νομάδας βοσκομένας, vt Suidas explicat φορβὰς ἵππος equus gregarius seu agminalis, qui cum aliis pascitur. Oppianus Κυνηγ. *lib. 1. v. 164.* μυκάδας αὖτ' ἐρίφω, καὶ φορβάδας ὠκέε πώλω. Ita φορβὰς βοῦς, apud Apoll. *Argon. 2.* Sic φορβὰς γυνὴ ἡ πολλοῖς προσομιλοῦσα τροφῆς χάριν. *mulier quæ cuiuis sui copiam facit.* V. & Scholiastem Nicandri. Tatianus ἵππον φορβάδας quoque dixit. In *d. l. vlt. D. de muner.* agminales equos interpretatur Cuiacius quasi quod agmen exercitus sequerentur conueherentque impedimenta, Galli, *le bagage.* Græci ταγματικοὺς: & ab iis diuersos, quos iidem appellant ἀγελαίους, id est, maiores equos, qui & parauerèdi, seu parafredi, vt in legibus Baiuuarorum. Vid. *Commentar. ad l. 13. de cursu.*

AGNATIO, pro filiis, *l. 1. de collegiatis. lib. 14. t. 7. l. 19. in fin. de diu. offic. lib. 8. t. 7.* Agnatio seruorum, id est, liberi, parentes, fratres, sorores, coniuges, *l. vn. de communi diuid. lib. 2. t. 25.*

AGNOSCERE. Vide *leg. 14. 17. 38. de annon. & trib.* Suorum scelerum pœnas *agnoscant*, pro subeant, *l. 5. de gladiatorib. lib. 15. t. 12.*

AGON Gymnicus *l. 3. de scænicis lib. 15. t. 7.*

AGONOTHESIA munus erat ludorum exhibendorum, *l. 109. de Decur. lib. 12. t. 1.* Editores ipsi *agonothetæ*, *l. 2. de expens. ludor.* Vide ibi *Commentarium.* Quales erant quoque Sacerdotes Prouinciarum Metropoleon: Syriarchæ, Asiarchæ, Alytarchæ: de quibus v. *Parat. de Pagan. sacrif. & templ.*

AGRARIENSES naues, *l. vn. de lusoriis Danub. lib. 7. tit. 17.* sic dictæ quod agrarias exercerent, id est, in vigiliis & specula essent. Vide Marcellin. *lib 14. c. 3.* ibique Valesium, & *Commentarium ad d. l. un.*

AGRATICVM, *l. 11. de Veteranis lib. 2. t. 20.* est, quod pro agro concesso penditur. *Agrier, Champart*, in Consuetudinibus Gallicis dicitur. Dixi ad eam legem. Consuli etiam hic meretur du Fresne *in Glossario voc. Agrarium.*

AGRESTIS vita, *l. 1. de his, qui condit. propriam. lib. 12. t. 11.* Si *agrestis vitæ* sit, aut etiam gentis *l. vnic. de off. Præf. Prætor. lib. 1. t. 5.*

ALARES milites & cohortales distinguuntur, *l. 4. de veteranis, lib. 7. tit. 20.* Alares & cohortales dum militant, propria capita excusent.

ALBARII artifices sunt, tecta sarcientes, & tectoria inducentes, vt Tertullianus dicit *de Idololatr. c. 8.* Vide *l. 2. de excusat. artific lib. 13. tit. 4.* ibique *Commentar. & Indicem Vitruuii.*

ALBVM. Album Curiæ. *l. 48. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* ibique *not. d. Adde Præfat. ad Tom. III.* huius Codicis.

ALEA. Belli alea, *l. vn. de lusor. Danub. lib. 7. tit. 17.* Ad belli aleam præparatis. Lucanus *lib. 6. v. 7. Placet alea fati, alterutrum mersura caput.*

ALEATOR. Velut ebrioso, aut *aleatori*, aut mulierculario. *L. 1. de repudiis, lib. 3. tit. 16.*

ALIENARE, id est, impedire, quo minus quis certo loco se sistat, *l. 84. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ALIENIGENA, alterius fundi. Actor eius fundi, in quo alienigena, vel idoneus militiæ vel ante iam traditus latuerit, *l. 2. de desertor. lib. 7. t. 18.* Alienigenæ detentatores, *l. 14. de murileg. lib. 10. t. 20.*

ALIENVS. Hunc a conlatione iubemus esse *alienum*, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.*

ALIMONIA, de annona Vrbis Romæ dicitur. Vestræ liberorumque vestrorum *alimoniæ* exsoluat. Ita Valentinianus Iunior, *l. 18. de annona lib. 11. t. 1.* ad Populum V. R. vide Symmachum *VI. Ep. 26.* Hac eadem voce vtitur Arnobius non semel. 2.) Alimonia, *l. 2. de alimentis, quæ inop. par. lib. 11. t. 27.* 3.) Equorum ex horreis fiscalibus *alimoniam* præberi decreuimus *l. 1. de equis Curulib. lib. 15. t. 10.* 4) Alimoniæ Annonariæ, *l. 2. de Legatis lib. 12. t. 12.* Militares, *l. 6. de cohort. lib. 8. t. 4.* Pauperum reorum in custodia

ult. de custodia reor. lib. 9. t. 3. Seneca *Epist. 18. alimenta carceris* vocat.

ALIQVA pro *aliaqua.* Vid. *l. 1. de accusat. & inscript. not. c. lib. 9. tit. 1.* Quicunque virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit, vel in *aliqua culpa* seu crimine fuerit deprehensus. In *leg. 39. de operib. publ. lib. 15. tit. 1.* legitur: Ædificia, quæ vulgi more parapetasia nuncupantur, vel si *qua aliqua* opera publicis mœnibus cohærent. Sed ibi vt in Cod. Iust. legendum, *si qua alia.*

ALIQVANTI pro aliquot. Si non omnes, possunt tamen *aliquanti* cognosci, *l. 31. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Tertullian. *lib. 3. adu. Marcionem c. 10. Aliquantis enim indignis conueniet vti.* Et quoniam *aliquanti* aut, &c. *l. 9. de Censitor. lib. 13. t. vlt.* Comperimus *aliquantos* relictis muneribus Curiarum scribas, Logographos &c. *l. 3. de tabul. lib. 8. t. 2.* Aliquantos in Tripolitana Prouincia reos, &c. *l. vlt. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Solidorum figura aliquantorum fraudibus deprauata, Auctor *subd. Not. Imp. c. 3.*

ALIQVATENVS. Non prius eidem accipiendi potestas, *aliquatenus*, id est, vllo modo tribuatur, *l. 2. de aquaductu. lib. 15. t. 2.*

ALIQVOLIBET, id est, alioquocunque. *Omnes seu Conchyliolegulis seu ex aliquolibet corpore mercatores, l. 9. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

ALII, id est, reliqui. Datianus enim V. C. Patricius, qui hanc olim gratiam fuerat consecutus, auferri sibi cum tanta instantia depoposcit, cum quanta *alii* poscere consueurunt, *l. 1. de annona. lib. 11. t. 1.* Illustrat hæc Iustinus de Scythis *lib. 2. c. 2. aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt:* & Sidonius *lib. 2. epist. 13. illa refugit celeritate, diuitias deliciasque regales, quæ solent appeti.*

ALLECTI susceptores, vide *Paratitlon tit. de suscept.*

ALLECTI qui, vide supra *Adlecti.*

ALLEGATIO est rescriptum. Gesta, quibus est huiuscemodi *allegatio* inserta, *l. 37. de hæretic. lib. 16. t. 5.* Gesta allegationis. Augustinus de eadem re de qua lex illa, agens *lib. 2. contra lit. Petiliani, cap. 92. num. 202. & c. 97. n. 209* vide & *lib. 1. contra epist. Parmeniani lib. 1. sub fin. cap. 12.* 2.) *Allegationis* officium, *l. 11. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* idem est, ac *allectionis officium*, siue *susceptionis* munus, vti mutauit Tribonianus in *leg. 4. Cod. Iust. de susceptorib. Allecti* enim sunt susceptores tributorum fiscalium. Vid. *Commentar. ad leg. 13 de susceptorib.* 3.) *Allegationes*, de refutatoriis partium, *l. 3. de relationibus, lib. 11. t. 29.* vide *infra Refutatoria.* Allegationes partium *l. 11. de appellat. lib. 11. t. 30.* Interrogatione Iudicis frequentetur, nunc quid noui resideat, quod annecti allegationibus in iudiciaria contentione oporteat, *l. 1. de iudiciis lib. 2. t. 18.*

ALTARIA, de Christianis, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* 2.) *Altaria* sibi vindicabant Imperatores. Hinc illud, Rescriptum de nostris altaribus (id est, e scriniis principis) meruerit, *l. vlt. de locat. fundor. iuris emphyt. lib. 10. t. 3.* vide *Princeps.* Nostris altaribus suggestio offeratur, *l. vlt. de relation. lib. 11. t. 29.*

ALTER pro alio. Ad *altera* functionis officia prohibeo deuocari, *l. 2. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Tertull. *de cultu fœm. c. 2. expingamus nos vt ALTERI* (id est alii) *pereant.*

AMPLEXARI. Etiam illis adsertionibus remotis, quibus nonnulli *amplexantur*, quæ Diuorum Principum consecuti fuere permissu, *l. 3. de prædiis nauic. lib. 13. t. 6.*

AMPLIARE. Dignitatibus *ampliati*, *l. 12. de legatis. lib. 12. t. 12.* Ampliandi voce vtitur & Arnobius *lib. 1. aduers. gentes: Lenociniis ampliare.* Et honoribus *ampliati*, *l 74 de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* 2.) Significat pensionem augere. Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei priuatæ debeat *ampliari. Pensio* additur in Cod. Iust. n. Quæ vox forte non necessaria, v. *infra v. Augmenta, l. 2 de pascuis lib. 7. t. 7.* confer. *l. 1. de pascuis.* Ita ampliari pretia *l. 3. § 5. D. de iure fisci.*

AMPLISSIMVS. Amplissimi Iudices sunt, P. P. *l. vltim. de censu. lib. 13. t. 10.* Amplissimus ordo Senatus, id est Senatorius, vide *titulum de Senatorib.*

AMPVTARE: Amputare licentiam, *l. 16. de operibus publicis. lib. 15 t. 1.* Hirenarcharum vocabula radicitus *amputanda* sunt, *l. vnic. de hirenarchis lib. 12 t. 14.* Memoratum cursum penitus *amputari* decernimus *l. 16. de cursu lib. 8. t. 5.*

AMPVTARI. Ne iusta pœnitudinis humanitas *amputetur*, *l. 56. de appellat. lib. 11. t. 30.* Amputata constitutione, *l. vn. de dominio rei, quæ poscitur. l. 2. t. 5.* Publicus ac noster inimicus diuersis immunitatem dederat, iugorum capitationibus & professionibus *amputatis*, id est, *censu expunctis*, & immunibus redditis, *l. 1. de immunitate. lib. 11. t. 12.* Omnia penitus *amputentur*, quæ tyrannicum tempus poterat habere tristissima, *l. 2. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

AN, pro *vel, aut.* Nullum graui pulsatione Tribunus, Dux ille *an* Comes sit, curialem principalem contingat *l. 128. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* In Cod. Iust. legitur, *Dux ille aut Comes sit.* Sed illud eleganter dictum: cuius exempla multa: vnum hoc e multis. Mamertinus, *Panegyr. Iulian. c. 24. Duo an tria fermie e vetere memoria amicorum paria proferuntur.* Sed hic alii legunt, *Duo aut tria.* Alia loca vide *not. b. ad leg. citat.* & apud Iuretum *in Symmach. lib. 9. ep. 42* Adde etiam *l. 83. D. de acquir. vel omitt. hær. l. 11. D. vt in possess. legat.*

ANGARIAE. De *angariis* & parangariis est pars *tit. 5. lib. 8. de cursu publico.* De his vide Scheffери *librum de re vehicul.* Gl. Cyrilli ἀγγαρέυω, *Angario.* Adde Libanii *Orat.* περὶ ἀγγαρειῶν.

ANGVSTARE. Eiusmodi postulantur curricula, quæ intra spatium lege receptum *angustari* nequeunt, &c. *l. 2. de dilationib lib. 2. t. 7. Qua maris angustat fauces saxosa Carybdos*, Lucanus *lib. 5. v. 232.* angustare aditum, *l. 19. § 5. D. locati.* spatia platearum, *l. 39 de operibus publ. lib 15 t. 1.*

ANGVSTIA, rerum, id est paupertas, *l. vnic. de his, qui numero liberorum, lib. 12. t. 17.*

ANIMA In terrena siue *animarum* descriptione releuata sunt, *l. vlt. de conlat. donat. lib. 11. tit. 20.* vbi paullo ante dicitur, *capitatio humana, atque animalium.* Est autem *animarum capitatio*, quæ pro seruis, colonis, adscriptis, censitis, item animalibus, quæ omnia cum prædio ambulare solent, præstatur.

ANIMALIA, *l. 16. 23. 24. 64. vlt. de cursu publ. lib. 8. t. 5. l. 29. in fin. de Curiosis.* Animalia publica (id est, censui publico deputata) *l. 2. 10. 53. 60. de cursu publ. l. 35. de operibus publicis.* Animalia publici cursus *l. 8. de cursu publ.* 2.) Pro equis, vide *l. 17. 23. 24 64. de cursu publ* 3.) Pro mulis, vide *l. 8. 53. d. t.* 4.) Pro asinis, *l. 38. 41.* 5.) Pro bobus, vide *l. 1. 11. 53. d. t.* Vt apud Græcos ἄλογα, pro equis. Gloss. *Animalia*, ψυχικά, ζῶα ἄλογα. Hesychius, παράβλημα ἀλόγε. Diaconus *in Heraclio pag. 129. Tom. I. Script. Rer. Murator. Romani animalia sua nocte & adaquauerunt, & acceperunt.* Etiam animalia, pro,

pro equis *l. 9. de re milit. lib. 7. t. 1. & l. 4. de murilegulis.*

ANIMVS. Si implacabilem *animum dicant. l. 1. de liberal. cauſſ. lib. 4. tit. 8.* Sed legendum ibi *inducant*, vt Horatius *Serm. I. Sat. 3. v. 2. Vt nunquam inducant animum.* Aut reponendum *ducant*, vt eſt apud Poëtam, *ducit opes animumque freno.* Si qui ædificandi iuxta publicas ædes *animos dederit.* Quem locum ita reſtituo, *ſi qui ædificandis iuxta publicas ædes animoſum ſe dederit. l. 46. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Animum intendere *l. 19. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Ne pietatis præmium apud ſceleſtos & flagitioſos *animos* permaneret, *l. 3. de reuoc. donat. lib. 8 t. 13.*

ANIMOSVS. Homo animoſus, qui ædes ſuas ad ornatum Vrbis excitat, *l. 7. de præd. nauicul. lib. 13 t. 6.* Eodem ſenſu Symmachus *lib. 5. epiſt. 59.* de præparatoriis ad munus: *Multum*, inquit, *rebus omnibus addituros, quas ciuium voluptati ANIMOSO impendio præparamus.*

ANNALES, ſunt acta iudicialia, quæ per annos digeri ſolebant. Hinc *annalibus necti.* Hac igitur lege ſancimus, vt appellatio litigantium intra tempus iure præſcriptum ſuſcepta, nectatur *annalibus*, vt promiſſa relatio intra triginta dies legibus definitos, ad ſacra ſcrinia deſtinetur, *l. 65. de appellation. lib. 11. t. 30.*

ANNECTI. Interrogatione Iudicis frequentetur, num quid noui reſideat, quod *annecti* allegationibus in iudiciaria contentione conueniat, *l. 1. de iudiciis. lib. 2. t. 18.*

ANNIVERSARIVS. Religio *anniuerſariæ* obſecrationis, id eſt, Paſchatis, *l. 7. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Anniuerſario anno tranſcurſo, *l. 11. de ſuſceptorib. lib. 12. t. 6.* Vt indictione *anniuerſariis* vicibus emiſſa, &c *l. 8. de extraord. lib. 11. t. 16.*

ANNONA. Annonæ templorum, *l. 19 de Paganis. lib. 16 t. 10.* vbi dixi plene. Gl. Cyrilli ἀννῶνα, *ſalarium.*

ANNONARIVS. Annonaria, abſolute *l. 1. de domeſticis.* Annonaria exactio, *l. 12. de appellat. lib. 11. tit. 30.* Annonariæ functiones *l. 14. de indulgent. debit. lib. 11. t. 28.* Annonariæ functionis munus intra Italiam, *l. 4. de indulg. debit. lib. 11. t. 28* Neceſſitates *annonariæ, l. 1. de conditis in publ. horr. lib. 11. t. 14.* Annonaria res, vide *lib 11. tit. 1. de annona & tributis.* Annonarii cenſus, *l. vlt. de metallis. lib. 10. t. 19.* v. *infra* Cenſus.

ANNONARII, præerant annonæ militari. Eorum fit mentio *leg. 3. de numerar. lib 8. tit. 1.* vbi dixi. Niſi forte *annoſa* militia, & longa ſtipendiorum mole vexatus, *l. 16. de Agentib. lib. 6. t. 27. Annoſa cornix*, Horatio *3. Carminum 17. Annoſum æuum*, Lucano, *lib. 9. v. 359. Quæſtio, mora annoſa*, Auguſtinus *poſt collat. cap. 25.*

ANNOSITAS. Nemo ſe *annoſitate* tueatur, *l. 113. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Annoſitatis curſus, *l. vltim. de prædiis nauicular. lib. 13. t. 4.*

ANNOTATORES, *l. 3. de ſuſceptorib. lib. 12. t. 6.* erant rationibus obnoxii, *d. l. 3.* qui ſcilicet inlatarum ſpecierum breues ſeu rationes conficiebant. Tabularii, *l. 2. eod. tit.*

ANTEFERRI. Incorporationem bonorum *anteferri* competitionis effectui decernimus, *l. vlt. de incorporat. lib. 10. t. 9.* Antelatæ conſtitutiones precibus ad Principem miſſis, *l. 16. de nauicul. lib. 13. t. 5.*

ANTICIPARE. A nullo ordine, obtentu *anticipatæ* per ſe inlationis, vlterius aliquid exigantur, *l. 10. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.*

ANTISTITES, id eſt Epiſcopi, *l. 11. vltim. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.* Antiſtites Epiſcopi, *l. 20. quorum appellat. lib. 11. t. 36 l. 49. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Antiſtites ſupernæ legis, *d. l. 49. in fin.* Antiſtes ſacroſanctæ legis, *l. 45. de Epiſcopis. lib. 16. t. 2.* Chriſtianæ religionis, *l. vltim. de cuſtod. reorum; lib. 9. t. 3.*

ANTIQVARII ad Bibliothecæ Codices componendos, vel pro vetuſtate reparandos, ſcribendi periti, *l. 2. de ſtudiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.* Antiquarius, recte Gloſſis, ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. Iſidorus *Origin. VI. 14. Librarii autem iidem & Antiquarii vocantur: ſed Librarii ſunt, qui & noua & vetera ſcribunt. Antiquarii, qui tantummodo vetera, vnde & nomen ſumpſerunt.* Auſonius ad Probum *Epiſt. 16. init. oblata per antiquarios mora.* Auguſtinus *de verbis Domini Serm. 44. Laudat antiquarii manum admirans apicum pulchritudinem.* Hieronymus, *ad Florentium. Habeo alumnos, qui antiquariæ arti ſeruiunt:* adde & Sidonium *lib. 9. epiſt. 16.* & Caſſiodorum *de diuinis lectionib. cap. 15. & 30.* vbi ſcite deſcribit antiquarios. Hinc *antiquaria ars*, Hieronymo *epiſt ad Florentium.*

ANTIQVO. Vt eiuſdem vniuerſis actibus *antiquatis*, &c. *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

ANTIQVITAS. Cæterum anteriore tempore adſcitos, ipſa æquum eſt *antiquitate* defendi, *l. 74. de Decur. lib. 12. t. 1.*

ANTRVM. *Antra feralia*, Eccleſiæ hæreticorum, *l. 57. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ANVS. Anus ridicula ſenectute deformis, *l. 8. de ſcænicis. lib. 15. t. 7.*

APERIO. Sublimitas tua det Inquiſitores, *aperiat* forum, indices denunciatoresque ſine inuidia delationis accipiat, *l. 9. de hæretic. lib. 16 t. 5.* Super eodem conquerendi, vocem omnibus *aperimus*, apud Comites cunctos Prouinciarum, *l. 1. de off Rector. Prou. lib. 1. t. 7.* Quando votis communibus felix annus *aperitur, l. vnic. de oblatione votor. lib. 7. t vltim.* vbi dixi fuſe.

APERTVS. *In Apertum deducere.* Et cœptam arcæ diſcuſſionem volumus in *apertum* quæſita ratione *deduci, l. 26. de ſuſceptorib. lib. 12. t. 6.*

APEX. Sublimis *apex* Præfecturæ, *l. 7. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.* Apex de Præfectura, *l. vlt. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* Proconſularis *apicis* dignitas, *l. 7. de Princip. agentum. lib. 6 t. 28.* Sub quoquo *apice* poteſtatis quid donauit, *l. quicunque 6. de iis quæ adminiſtr. lib. 8. t. 15.* 2.) Apices, *de re litteraria, & ſcriptura.* Et in tabulas, formatæ legis huius *apices* inprimat, *l. 4. de priuil eorum qui in ſacro Palat. lib. 6. t. 35.* Sacri *apices*, ſunt principis literæ. Diuinis impetratis *apicibus, l. 2. de Caſtrenſ. lib. 6. t. 32.* Siue elicitis ſpecialiter *apicibus* adnotationis expreſſæ, *l. 27. de petitionib. lib. 10. t. 10.* Lectores diuinorum *apicum*, & hypodiaconi, *l. 7. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.*

APOCHARE. Scias inhibitam eſſe *apochandi* licentiam: ita vt ne ex præſenti, aut futuro vel præterito ſub hoc titulo nummus a Prouinc alibus poſtuletur, *l. 1. tributa in ipſis ſpecieb. lib. 11. t. 2.* Commoda cogitantes Vrbis æternæ, vini ſpeciem ita Prouinciales ſtatuimus conportare, vt *apochandi* præſumptione damnata vina Romam portentur, *l. 2. d. t. tributa in ipſis ſpec. Apochare*, his duabus legibus eſt mutare canonem, vt loquitur *l. 30. de annona: l. 5. de canone frum. V. R.* & quaſi in aliud vertere, fundere: & accipiendo pretium ſeu aurum pro ſpeciebus, apochas ſeu ſecuritates emittere. Quod alias *Adarare* dicitur, vide *ſupra Adarare.* Vide *l. 8. de annona*,

quæ

quæ eidem Symmacho P. V. cui est *d. l. 1.* inscribitur: vide & *d. l. 30. de annon.*

APOCHÆ, *l. 2. 19. 22. de annona l. 27. de susceptor. lib. 12. t. 6.* Cautiones apocharum, *l. 16. de susceptoribus, lib. 12. t. 6.*

ἈΠΟΣΥΝΑΓΩΓΙΣΜΌΣ, vide *Proiici, infra*, & Commentar. ad *leg. 8. de Iudæis, lib. 16. tit. 8.*

APOSTOLI (*Apostres, Lettres dimissoires.*) *l. 7. 20. de appellat. lib. 11. t. 30.* vbi dixi.

APOSTOLI Iudæorum, *l. 14. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* vbi dixi fuse.

APPARATVS. Criminis apparatus. Cum ipsis delationum libellis, cum omni scripturarum & meditati *criminis apparatu*, nefandarum accusationum concrementur auctores, *l. 2. ne præter crimen maiest. lib. 9. t. 6.* 2.) *Apparatus magici.* Ne quis deinceps nocturnis temporibus, aut nefarias preces, aut magicos *apparatus.* (Vide *Kirchmannus de funer. lib. 3. cap. 23.*) aut sacrificia funesta celebrare conetur, *l. 7. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

APPARITIO, pro Apparitoribus, *l. 59. de appellat. lib. 11. t. 30.* Apparitio ciuilis, armata, *l. 31. in fin. de Episcop. lib. 16. t. 12.* Apparitio Prouincialis, id est, Rectoris Prouinciæ Apparitores, *l. 4. ne conlat. translatio. lib. 11. t. 22.* Apparitiones pro Apparitoribus, *l. 15. de proximis. lib. 6. t. 26.*

APPARITORES & apparitio proprie Præfecti Prætorio, *l. 18. 24. 25. de cohort. lib. 8. t. 4.*

APPELLATIO. Appellationis verbum in maioribus rebus dici oportet, *l. 12. de appellat. lib. 11. t. 30.*

APPELLATOR, *l. 2. 14. 15. 28. 56. 67. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 3. vlt. de repar. appell.*

APPETITVS. Appetita innocentia, *l. 41. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

APVD. *Apud* Antiochiam thermæ, id est, *Antiochiæ, l. 131. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ARA. Ara salutis, *βωμὸς ἐλέους, l. 4. 5. de his qui ad Eccles. lib. 9. t. vlt.*

ARATORIA, *terres labourables.* Quid in vineis, oliuis, aratoriis, pascuis, syluis, fuerit inuentum, *l. 7. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Similiter dicit Claudianus *in Cos. Theod. v. 79. quæ gleba faueret frugibus.*

ARATORIVS. Boues aratorii, *l. 1. de pignorib. lib. 2. tit. 30.*

ARBITER. ARBITRA. Singularis meritorum *arbiter*, *l. 11. de proximis Comitib. dispos. lib. 6. t. 26.* In tantum humani generis inimicos *arbitra* æquitate persequimur vt, &c. *l. 10. de petitionib. lib. 10. tit. 10.* Italici iuris auxilium *arbitra æquitate* renouamus, *l. vnic. de iure Italico, lib. 14. t. 13.* Quis tam inueniri iniquus *arbiter* rerum potest, qui, &c. *l. vltim. quemadmodum muner. ciuilia. lib. 12. t. 5.* 2.) *Arbitri*, pro testibus. Aduocata vicinitate, omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur donatam esse rem, in *l. 1. de donat. lib. 8. t. 12.*

ARBITRATIO. Artis huius peritis omne commisimus sub fidei *arbitratione* iudicium, *l. 4. finium regundorum, lib. 2. tit. 26.*

ARBITRIVM, de vltimo arbitrio, *l. 4. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Arbitrium conditum, id est, vltima voluntas, *l. 3. de testament. lib. 4. tit. 4.* extremum arbitrium *ibid.* Arbitrium morientis, id est testamentum, *l. 107. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Arbitrium vltimum, id est, vltima voluntas, testamentum, *l. 124. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) Bonorum virorum *arbitrium*, *l. 1. 2. de maternis bon lib. 8. t. 18.* Arbitrium faciendæ diuisionis, *l. 2. de mat. bonis.* 3.) Arbitrium hastæ. Quibus res huiusmodi sub hastæ solemnis *arbitrio* fiscus addixerit, *l. 1. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17.* Domina, id est, arbitra, ideo hasta dicitur a Iuuenale *Satyr. 3. v. 33.*

Et præbere caput domina venale sub hasta.

4.) *Arbitria*, id est, rescripta principum, seu mandata. Nostra potissimum explorentur *arbitria*, *l. 10. de pœnis, lib. 9. tit. 40.* Arbitria serenitatis nostræ, *l. 11. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

ARCA. Prouinciæ, quæ nec transuectioni publicæ, nec *arcæ* aliquod coNpendium deferre possent, officiorum annonas præstabant, *l. 19. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* Hæc verba videntur intelligenda, de Arca Præfectoria seu sublimium Potestatum, in quam species inferebantur, non ad horrea publica, seu fiscalia, militibus erogandæ, sed ad vsus necessitatesque Præfectorum Prætorio, pertinentes. Vide de arca Præfect. Prætor. Synesium *Epist. 127.* Quod refertur, in conditis, vel in *arca* continetur *l. 2. de his, quæ ex publ. conlat. lib. 12. t. 9.* Arca olearia frumentaria, *l. 2. de Curator. Kalend. lib. 12. t. 11.* vbi dixi. Arca in *l. 26. de susceptor. lib. 12. t. 6.* est arca vinaria, & ad eam illius l. speciem pertinet *Ep. 98. lib. 7.* Symmachi. Arca vinaria, *l. 3. de calcis coctorib. lib. 14. t. 6.* Symmachus *lib. 9. ep. 121. & lib. 10. ep. 42. 47.* Eadem intelligitur, *l. 26. de susceptoribus.* In eam referebatur pretium vini ex Campania, Tuscia, exacti. 2.) Arcæ ratio, seu aurariæ Principis ratio, *l. 29. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Arcæ ratiocinia, aurum quod ad rei priuatæ rationem pertinet, *l. 30. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Arcæ ratiocinium, ratio, arca fiscalis, *l. 12. de numerar. l. 29. 30. de susceptor.* Quid esset dixi in Commentar. ad *has leges. Quod iamdudum, vel fisco, vel arcæ est vindicatum, de tuo magis conferre videbere, quam de suo reddere.* Ambrosius *lib. 1.* aduersus Symmachum *sub init.* De *arcis* variis, vide *Comment. ad l. 24. de susceptorib.* consule etiam *du Fresne in Glossario voc. arca.*

ARCANA. Sacri Consistorii *arcana*, *l. 28. de Prætor. lib. 6. tit. 4.* Qui admitti intra Consistorii *arcanum* meruerunt, *l. vlt. de Honor. Codic. lib. 6. t. 22.* 2.) Arcana Philosophiæ rimari, *l. vlt. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.*

ARCARII sunt susceptores, quibus reditus domui Principis debiti tradebantur *l. 14. 32. de susceptorib. lib. 12. t. 6. l. 11. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* dixi de iis, atque arcis, quibus præfecti erant, late *in Commentar. ad d. leg. 14.* Gloss. *Arcarius* ὑποδέκτης χρυσοῦ, ὁ ἐπὶ τῆς δημοσίας τραπέζης. Arcarii erant, qui reditus domui Principis debitos a colonis rei priuatæ accipiebant, *l. 11. de iure fisci, lib. 10. t. 1. l. 14. de susceptor.* quæ leges eædem sunt. Macarius *bomilia 16. §. 11. in fin. pag. 253. Edit. Lips. Pritii.* ἔχουσι δὲ καὶ φόβον οὐ τῶν φοβουμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα, *metum vero habent, non tamen eum, qualis est, qui extimescunt malos Spiritus.* Hic autem nonnulli legunt, ἔχουσι δὲ καὶ φόβον οὐ τῶν Ἀρκαρίων, &c. Et *pag. 254. 255.* ὡς οἱ ἐγκεχειρισμένοι Ἀρχὰς ἐπαρχότητος, ἢ θησαυρὸν βασιλικὸν πάντα τὸν χρόνον ἐν μερίμνῃ εἰσι, μήπως ἄρα προσκρούσωσι τῷ βασιλεῖ, *& sicut ii, quibus gerendæ Præfecturæ aut custodiendi thesauri regii, cura commissa est, nunquam curis vacant, ne quo pacto regem offendant:* vbi pro ἀρχὰς Brissonius legit ἀρκὰς, *de V. S. voc. Arcarius.*

ARCHIATRI, v. *tit. de Medicis.*

ARCHIATRIA, *l. 8. de Medicis lib. 13. t. 3.*

ARCHIEROSYNA, *in l. 112. de decurionibus lib. 12. t.*

12. t. 1. Est, vt ostendit inscriptio legis, Sacerdotium Ægyptiacæ Prouinciæ.

ARCHITECTI, *l. 1. 2. 3. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.*

ARDINIENSIS panis sordidus, *l. 5. de annonis ciuicis. lib. 14. tit. 17.* vbi dixi. Tales quos Plato Comicus in *Nocte longa*, (Comœdiæ nomen est) κιλικίυς, *cilicios* vocavit, & in *Alexandro*, ἀγελαίυς, *gregales*; Alexis, Φαιὺς, *fuscos*. Vide Athenæum *lib. 3. cap. 15.* Πλάτων δ' ὁ κωμωδοποιὸς, ἐν νυκτὶ μακρᾶ τὺς μεγάλυς ἄρτυς καὶ ῥυπαρὺς κιλικίυς ὀνομάζει. *Plato vero Comicus in longa nocte magnos panes & sordidos cilicios vocat.* Theocrito *Idyl. 24. in fin.* est ἄρτος Δωρικὸς, quem ita describit: ἀσφαλέως κε φυτοσκάφον ἄνδρα κορέσσαι, *qui facile etiam fossorem satiare posset.* Vide Heinsium *in Lection. Theocrit. cap. 25.* ibique Glossam Apollonii. Ejusmodi erant *panes cibarii* apud Romanos, quibus viliores vescebantur rustici. Cicero *Tusculan. V. 34. Ptolemæo peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis, cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.* Consule *Clauem Ciceron. Cl. Ernesti, voc. cibarius.* Nonius *cap. 2. num. 188.* cibarium neutro genere dictum tradit, de pane sordido aut alio indigno. Isidorus *Origin. XX. 1. cibarius est, qui ad cibum seruis datur, nec delicatus.* Apuleius *Metamorphos. lib. 6. pag. 110. Edit. Lugd. Batau. apud Ioan. Maire: Sed ante pedes eius residens humilis, & pane cibario contenta.* Vide etiam Hieronymum *Epistol. ad Paulinum.* Talis panis fuit etiam *cumanus*, cujus meminit Lucilius *lib. 25.* apud Nonium *cap. 5. voc. accrosum num. 97.* & *pag. 1500. Tom. II. Corpor. Poëtar. Edit. Londinens. farre aceroso, oleo decumano, pane cumano.* Consule Commentarium *ad leg. 5. de annon. ciuic.* vbi late dixi.

ARGENTARIVS. Argentaria multa, male appellantis, *l. 20. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

ARGENTARII, *l. 37. de Decurion. lib. 12. t. 1.* iidem cum Barbaricariis, vide *infra Barbaricarii.* Argentariorum fabricæ, *d. l. 37.*

ARGVMENTA. Manilius *lib. 5. v. 414.*

Quæsitor scelerum veniet, vindexque reorum,
Qui commissa suis rimabitur ARGVMENTIS
In lucemque trahet tacita latitantia fraude.

L. 2. dd. leg. Cornel. de fals. acerrima fiat indago, *argumentis*, testibus, scripturarum conlatione. Sunt autem *argumenta*, quæ citra testium depositionem, citra scripturarum collationem, citra alia veritatis vestigia, vi animi & rationis colliguntur. Quintilianus *Instit. lib. 5. c. 10. Argumentum est ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud.* Vide plura in *Commentar. ad dict. leg.* 2.) Qui vel leui *argumento* a iudicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare, *l. 28. de hæretic. lib. 16. t. 5.* Vbi *argumentum* est, thema, titulus, articulus fidei, aut *propositio*, cuius quis arguitur. 3.) Arugmentum, in examinatione & supplicio reorum. Passio S. Euphemiæ apud Prosperum Martinengium: *Confestim conscripta sunt omnia argumenta rotarum.* Vid. du Fresne *in Glossar. voc. argumentum.*

ARGVTVS. Ac ne alicuius fallax & *arguta* solertia ab huius se præcepti intentione subducat, *l. 6. de sepulchro viol. lib. 9. tit. 17.* 2.) *Arguto pectine.* Nec eiusdem infectionis (conchylii) *arguto* pectine solidanda fila decurrant, *l. vlt. de vestib. olouer. lib. 10. t. 21.* Recte Lucas de Penna translatione, hoc ex *principio Æneidos septimæ*, indicauit:

ARGVTO tenues percurrens PECTINE telas:

Vbi Seruius male *Arguto*, interpretatur, *garrulo, stridulo, sonanti*: vt *Forte sub arguta consederat ilice Daphnis.* Apuleius *lib. 2. Metamorph. p. 23. Edit. Lugd. B. 1623.* hoc imitatus est: *Et pectinis arguti dente tenui discriminatur.* 3.) Argutum est celer, festinum. Simili allusione Symmachus *lib. 4. epist. 52.* dixit, se *tres literas* quas acceperat *omnes ARGVTO legendi transitu percurrisse. Geminas*, inquit, *fratrum communium litteras in cumulum extulit, tertius honor scriptorum tuorum. Itaque vt rerum bonarum difficilis est electio, paulisper hæsi*, &c.

ARMARI. Iubemus insurgere leges, *armari* iura gladio vltore, *l. 3. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.* 2.) *Armare*, pro animare. Si colonum ad contumaciam retractationis *armauerit*, *lib. 2. de censitor. lib. 13. tit. vlt.*

ARMATVS. Armata militia, *l. 12. de diu off. lib. 8. t. 7. l. 5. 6. de re militari. lib. 7. t. 1.* Armatæ naues. Armatæ naues instrumentis suis, *l. vnic. de lusor. Dan. lib. 7. t. 17.* Eumenius in *Panegyr.* Constantino dicto, *c. 13. Cum totus Armatis nauibus Rhenus instructus sit.* Armatum Sacramentum, *l. 181. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* est, sacramentum militare.

ARRIPERE. Arripere examen, *l. 61. de appellat. lib. 11. t. 30.*

ARS. Ars calliditatis, *l. 105. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Curiales plerique ad inane vocabulum militiæ cucurrerunt, ac tanta *arte* rem gerunt, vt nec muniis militaribus obsequantur, nec oneribus oppidaneis prosint, *l. 40. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Artes fraudulentæ, *l. 49. de decurion.* artes insidiosæ, *d. l. 49.* Artes magicæ. *l. 3. & 5. de malefic. lib. 9. tit. 16.* Qui *magicis* accincti *artibus*. &c. Multi *magicis artibus* ausi sunt elementa turbare. Dicuntur *dict. l. 5.* etiam malæ artes. Ut quisque suos conficiat *malis artibus.* Ammiano *lib. 14. c. 1. artes nefandæ, & lib. eod. cap. 7. artes vetitæ, lib. 28. c. 1.* artes prauæ, *Hispanillæ cuiusdam artibus prauis adfectasse coniugium.* Lactantio *l. 2. c. 17.* artes execrabiles.

ARCTARI. Nec ad iacturam veteris dominii sub iniuria properæ festinationis *arctandus. l. 27. de petitionib. lib. 10. t. 10.* Idem itaque est, *arctari*, quod *cogi*. Religione iurisiurandi testes *arctari* præcepimus, *l. 3. de fide testium. lib. 11. t. vlt.* Ad necessitatem conlationis *arctentur*, *l. 7. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Ad redintegrationem specierum *arctari*, *l. 9. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Ad solutionem debiti *arctari*, *l. 3. ad l. Iul. de ambit. lib. 9. t. 26.* Ad simulationem iubemus *arctari*, *l. vlt. ad l. Iul. repet. lib. 9. t. 27.*

ARCTVS. *Arctiores metæ* temporum, id est, breviores, *l. 1. de reparat. appellat. lib. 11. tit. 31.*

ARTICVLVS, est caput quoddam legis, seu certa positio. Secundum legem, quæ de hoc *articulo* emissa, *l. vnic. si secundo nupserit mulier. lib. 3. t. 9.* Ita *l. 142. D. de V. S. non possunt omnes articuli legibus comprehendi.* Et *l. 1. D. de rer. diuis. Summa rerum in duos articulos deducitur.* 2) Articulus idem est, quod interlocutio, a qua appellare non licet. Vid. *l. 1. 3. 23. quorum appellat. lib. 11. tit. 36.*

ARVA. Præcipimus vt Veterani, quibus bona mens est, aut *arua versent*, (id est rus colant,) aut certe in optimis negotiis pecuniam tractent, *l. 7. de Veteranis lib. 7. t. 20.*

AS est integra solida quantitas, seu, vniuersitas. Peræquatis territoriis nonam partem tantummodo *præteriti assis*, publicarum toleret functionum, *l. 12. de indulg. debit. l. 11. t. 28.*

ASCODROGITA, vide *l. 10. 65. de haret.* ibique *Commentar.*

ASIARCHA, vide *Comment. ad leg. 1. de præd. Senat.*

ASPECTVS. Sane, quæ quondam sacrata, sacrificiis deceptionem hominum præstiterunt, ab vsibus lauacrorum, vel publicis *affectibus* (γε. *aspectibus*) separentur, ne inlecebram errantibus præstent, *l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Ne publicos oculos nudatus incestet, atque ita confundat aspectum, *l. 13. de re militar. lib. 7. tit. 1.* Efferri cognouimus cadauera per confertam populi frequentiam: quod quidem oculos hominum infaustis incestat *aspectibus*. Iulianus *leg. 5. de sepulchr. violat. lib. 9. tit. 17.* Et mox *eadem lege*, liberari conuenit populi totius *aspectus*. 2.) Aspectus in operibus publicis. Ita *leg. 25. de operib. publ. lib. 15. tit. 1.* Turpe est publici splendoris ornatum, priuatarum ædium adiectione corrumpi, unde, si publicis nitoribus *faciem adspectus deterioris* inducit, &c. Censorinus *de die nat. cap. 8.* Signorum σχηματισμὸς, *conspectum* appellat. *Quid autem sit conspectus, & quot eius genera, pauca prædicam.* Arabes & hodie passim *aspectus*, græci inferioris æui βλέψεις vocant.

ASYLVM. Ad scholam Agentum in rebus passim plurimi velut ad quoddam *asylum* conuolarunt, *l. 18. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

ASYNDETON elegans occurrit *l. 6. ad leg. Iul. repetundar.* Iubemus, hortamur.

ATRVM. Aut tabescentes artus *atro* sanguine permixta sanie defluentes, *l. 1. de emendat. propinq. lib 9. t. 12.*

ATROX. Atrox audacia serui vel liberti volentis dominum vel patronum accusari, *l. vnic. ad l. Iul. maiest. lib 9. t. 5.* Quos *atrox* cupiditas in scelera compulit sæuiora, *l. 7. de indulg. crimin. lib. 9. t. 38.*

ATTERERE. Vt eosdem non *atterat* damno culpa temeritatis alienæ, *l. 2. vnde vi. lib. 4. t. 22.*

ATTINERI. Is profecto debebit iustius *attineri* ad illa præstanda, &c. *l. 5. vers. cui vero non vendita, de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.*

ATTONITVS. Qui ex Quæsturæ honore, aut efficaci Mag steria, aut Comitiua vtriusque ærarii nostri *attonito* splendore viguerunt, *l. 2. de Quæstorib. lib. 6. t. 9.* Est autem attonitus splendor, stupendus, quique attonitos reddere valet. Vide loca collecta, *not. e. ad leg. cit.*

AVCTIO, *l. 1. & vltim. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17* Et, vt putat Cujacius, *l. 1. de fisci debitoribus. lib. 10. tit. 16.* Nam illa verba, *nonnulli fiscalem refugiant functionem*, ita refingit, *nonnulli fiscalem refugiant auctionem.* Sed tu vide, quæ ibi monui *not. f.*

AVCTOR, id est, is a quo bona aliqua promanant, *l. 107. 123 de Decurionib. lib. 12. t. 1. l. vltim. circa fin de conlat. donat. lib. 11. t. 20. l. 19. de nauicular. lib. 13. t. 5. l. 8. de prædiis nauicul. lib. 13. t. 6. l. vlt. fine censu. lib. 11. t. 3.* Vt beneficia hæredes ab *auctoribus* suis impetrata percipiant. Anianus *ad l. 2. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2.* Idem eodem sensu *ad. l. 8. eod. tit.* Successorem *auctoris* sui culpa comitatur, *l. 5. vnde vi. lib. 4. t. 22.* 2.) Auctor, a quo quid proficiscitur. Peccata suos teneant *auctores*, *l. 18. de pœnis. lib. 9. t. 40.* 3.) Auctores libertatis, & *l. 3. Cod. Iust. de donat. quæ sub modis*, id est patroni. Cessent liberti capitalium criminum tumultu, & nefariæ delationis indiciis, auctores libertatis incessere, *l. 1. ne præter crimen maiest. lib. 9. t. 6.*

AVCTORAMENTVM dicitur de sacramento militari: Inde Militiæ *auctoramentum*, *l. 1. de quæstionib. lib. 9. t. 35.*

AVCTORARI se dicebantur, qui intercedente auctoramento vel sacramento, ad ludum se sponte, pretio accepto, vendiderant. Vniuersi, qui in Vrbe Roma gladiatorium munus impendunt, prohibitum esse cognoscant, sollicitandi *auctorandos* milites, &c. *l. 2. de gladiator. lib. 15. t. 12.*

AVCTORITAS. In muniendis viis iustissimum æquitatis cursum reliquit *auctoritas* iuris prudentum, *l. 2. de itin. mun. lib. 15. t. 3* Si vero domini *auctoritate*, vel iussione, vrgeantur, *l. 1. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.* 2.) *Auctoritas*, pro lege, *l. vnic. de Centurion. lib. 12. t. 15.* 3.) *Auctoritas*, pro rescripto, *l. 31. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* 4.) *Auctoritates*, id est, probationes. Reliqui, qui superflui fuerint, Prouinciis sine dilatione datis *auctoritatibus*, restituantur, *l. 17. in fin. de Palatin. S. L. lib. 6. t. 30.* Nimirum videtur, *auctoritatibus datis*, hic idem esse ac, adductis a curia probationibus, quibus manifestum fieret, hominem, velut curialem repetendum esse. Sed forte rectius etiam quis per *auctoritates* intelligeret, mandata seu literas Iudicum. Vide Iuretum *ad Symmach. lib. 3. epist. 69.* 5.) Euectionis *auctoritas*, *l. 2. de curiosis. lib 6. t. 29. l. 27. de cursu. lib. 8. t. 5.* est, data licentia vsurpandi cursus publici. 6.) Auctoritas, pro edicto Iudicis. Volumus creditorem editi Iudicis edictum mereri, *auctoritateque* postibus debitoris affigere, *l. vnic. si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27* in veteri lapide *apud Gruterum DCXLVII. 7. EX AVCTORITATE TVRCI APRONIANI V. C PRÆFECTI VRBIS.* 7.) In eos iudiciorum *auctoritas* exseratur, *l. 10. in fin. de numer. lib. 8. t. 1.* 8.) Auctoritates, id est, sententiæ Iurisconsultorum, *l. vlt. de integri restitut. lib. 2. t. 16* vide quæ dixi *ad l. 8. de diuersis rescriptis. lib. 1. t. 2.*

AVCVPARI Nihilque illis, qui messium tempus adsolent *aucupari*, Agratici nomine deferatur, *l. 11. de Veterans. lib. 7. t. 20.* Dum popularem plausum alienis spoliationibus *aucupantur*, *l. 1. de spectaculis. lib. 15. t. 5.*

AVDACIA. Audacia testis. Plerumque accidit, vt aduersarii calliditas testes subtrahat, qui veritatem *audacia* vel acrimonia superet, *l. 7. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Vide supra *voc. acrimonia.* An, vt *Audax* Cratinus, Persio *Satyra 1. v. 137.* cuius comœdia omnium liberrima, & conuiciis, nullo sale conditis, referta. Est *Audacia* hic proprie hominum, quibus a tormentis & minis nullus timor. Ita confectores, Contifices, qui se bestiis obiicerent AVDACES vocat, Claudianus *in Manlii Theodori COS. v. 292.*

AVDACES legat ipsa viros, qui colla ferarum, Arte ligent, certoque premant venabula nisu, Εὐδοκιμῆντας τῇ τόλμῃ, *nobiles audacia*, dixit Iustin. *Nouella 105. cap. 1.* A Græcis eadem ratione *paraboli*, & *parabolani* dicti, vide *infra Paraboli.* Audacia est igitur testium (& seruorum maxime) quæ PATIENTIA seu DVRITIA tormentorum, qua quidam ita tormenta contemnunt, vt falsum dicere nullo modo adigi possint, *leg. 1. §. 23. D. de quæstionibus.* Audacia furoris, *l. 7. Cod. Iust. vnde vi.* Optatus Mileuitanus *lib. 1. de Schism. Donatist. cap. 26. o rabida furoris audacia.* De his verbis mira comminiscitur Cuiacius *Obseruat. IV. 10.* Vigilius Tapsens. *lib. 1. contra Eutychen. Illud etiam solita furoris audacia reprehendere solet.* Si quis de cætero vetiti furoris *audacia*, *&c. l. 4. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* 2.) *Audacia*, de inuasore, *l. 3. vnde vi. lib. 4. t. 22.* 3.) Audacia,

dacia, de raptu, *l. 2. 3. de raptu virginum. lib. 9. t. 24. 4.) Audacia tyrannica.* Nullus sibi honorem audeat vindicare, quem Tyrannica concessit *audacia*, *l. 6. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.*

AVDIENTIA. Episcopalis, *l. vlt. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Seuerus Sulp. *lib. 2. cap. 49. aliis Episcopis AVDIENTIAM reseruare.* 2.) Iudicis *audientia*, *l. 2. de temporum cursu, lib. 2. t. 6.* Nulli prorsus *audientia* præbeatur, qui causæ continentiam diuidit, *l. 2. de Iudiciis. lib. 2. t. 18.* quæ lex data ad P. V. *Audientia* Vicarii Vrbis Romæ, *l. 29. de appellat. lib. 11. t. 30.* Audientia diuersorum, *l. 30. de appellat. lib. 11. t. 30.* scil. P. V. Procos. Comitum, Vicariorum. Aut subtractos *audientiæ* longa tabe consumere, *l. 1. de custod. reor. lib. 9. t. 3.* quæ verba ad omnes Iudices pertinent. Sedem tuam sacra vice, *audientiam* præbere sancimus. *l. 61. de appellationib. lib. 11. t. 30.* quæ ad P. V. data est. Manentibus his, quæ de audientiæ discretione superioribus sunt decreta præceptis, *l. vlt. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* quæ Comiti & Duci inscribitur. Si in sacræ cognitionis examine *audientiam* necessitas publica vel ægritudo Iudicis abnegauerit, *l. 3. de repar. appell. lib. 11. t. 31.* quæ lex ad P. V. data est.

AVDITIO. Prouinciarum iudices sciant, si quas cœlestes perscribtiones super reddenda militia elicuerit Prouincialis apparitor, quas non ante præcelsa sedes tua librauit, *auditionem* huius legis intercessione depulsam, *l. 26. de cohortalibus, lib. 8. t. 4.* Sub tuæ sedis *auditione*, *l. 32. de nauic. lib. 13. t. 5.*

AVDITORIVM. sacrum, auditorium *l. 33. 40. 44. 64. 67. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 4. 5. vlt. de repar. appellat. lib. 11. t. 31. l. 2. de pactis.* Cum in nostro *auditorio* dari minime dilationem oporteat, *l. 3. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Qui a præiudicio appellauerit, vel ab executoribus rerum antea statuarum atque alterius *auditorii* præpropere iudicia popoścerit, &c. *l. 2. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

AVDITVS. Nefanda (monstruosis nominibus auctorum) prodigia sectarum ab ipso etiam aboleantur *auditu*, *l. 6. de hæretic. lib. 16. t. 5.*

AVELERE. Nec vllius temporis *auellet* obliuio, *l. 15. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

AVERTA, *l. 47. 48. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* Est pera, mantica, seu sarcina veredarii, id est, eius qui veredo vtitur, vehitur, vetus interpres Horatii, *in lib. 1. Satyra 6. v. 106. Pera, mantica, auerta.* Σκεῦος, sarcinam vocat Suidas *voc.* ἀέρτη. ὑπομασχάλιον. *Eclog. Basil. 58. tit. 17.* ἢ δὲ ἀβέρτα, τουτέστι τὸ ὑπομασχάλιον, ὅπερ ἐπιφέρεται καὶ τῷ νώτῳ, καλεῖται δὲ ἀβέρτα, ἐκ τοῦ ἀπεστράφθαι. *Auerta vero id, id est, lateralium, quod in tergo gestatur: vocatur autem auerta ex eo, quod auersa sit.* Auertarius equus, *l. 22. de cursu publ. Vt Parhippum vel AVERTARIVM nullus impune præsumat, nisi cum nostræ serenitatis arbitrio aliqua necessitate cogente, Vir Inl. Mag. Off. textui euectionis addiderit.* Qui pro equi ornamento laterali pectori substricto, vel antilena, lorisque, plerique omnes accepere, turpiter lapsi sunt. Vide quæ dixi *d. l. 47. Gloss. Philox. Liba*, ἀβέρτης, qui locus corruptus: forte *Lixa*, qui quod sarcinas domini ferret, ἀβέρτης quoque dictus fuerit. Hesychius etiam ἀορτῆς, ζίφισης ὑπὸ Μακεδόνων.

AVFERRE. Auferenda absolute, censu eximenda: vt & *remouenda, l. 13. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.*

AVFVGERE. Nec pœnam conuictus *aufugiat* (in Codice Iust. *limitem effugiat*) *l. vltim. finium regundorum. lib. 2. t. 26.*

AVGMENTVM. Augmentum honoris seu incrementum, *l. 57. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Honoris *augmentum* non ambitione, sed labore ad vnumquemque conuenit deuenire, *l. vlt. de re milit. lib. 7. t. 1.* Augmentum honoris, *l. 3. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Augmentum pensionum. In locis rei priuatæ *augmenta* (*huius legis* sensum vide *l. 3. de locatione fundorum iuris emphyt. lib. 10. tit. 2.* vt & *l. 2. de pascuis & supra*, v. *ampliari.*) pensionum non esse facienda, *l. 1. de pascuis. lib. 7. t. 7.* Is qui nutu nostro in schola Agentum in rebus *augmenta* perceperit, *l. 9. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* Vectigalium inlibata *augmenta*, *l. 48. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* 2.) Augmenta tributi, *Creue.* Claudianus *in IV. COS. Honorii v. 495. Impia continui cessant AVGMENTA tributi.* Ammiano *lib. 17. c. 3.* Indictionale AVGMENTVM. & apud Cassiodorum *lib. IX. Var. 10.* ex quo vel maxime patet, AVGMENTVM, proprium tributi nomen esse. Augmentum & superindictitium, *Creuë. l. vlt. de conlat. fundor. patrim. lib. 11. t. 19.*

AVGVSTVS. Augusta ciuitas *Romana*, *l. 27. de operibus publ. lib. 5. t. 1.* Augustæ memoriæ Valentinianus, *l. 7. de proximis. lib. 6. t. 26.*

AVGVSTALES id est, Præfecti Augustales, seu Ægypti, *l. 4. de patrociniis lib. 11. t. 24. Vid. Notitiam Dign.* hinc & *Augustalianum* iudicium, id est, Augustalis Præfecti iudicium, *l. vlt. de patrociniis vicorum. lib. 11. t. 24.* Augustalianum Officium, id est, officiales Præfecti Augustalis, *l. 3. de indiction. lib. 11. t. 5.*

AVIDITAS, de eo, qui vltra licitum aquam ex aquæductu publico, vel rei priuatæ deriuat; *l. 2. 6. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* 2.) Competitorum *auiditas* super vacantibus ac caducis. Cum forte largitatem nostram *auiditas* (cupiditas, *l. 29.* inhiatio *l. 15.* libido, *l. 25.* inhiantium prædæ, *l. 27.*) circuit postulantium, *l. 11. de petition. lib. 10. t. 10.*

AVITVS. Auita *lex*, *l. vnic. de honor. codicill. lib. 6. tit. 22.*

AVRA. Qui *auræ* communis haustu & lucis aspectu diu priuati sunt, *l. 22. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

AVRARIA *functio*, *l. 11. 13. 18. 19. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* id est, lustralis conlatio. *Auraria Pensio*, id est, lustralis conlatio, *l. 3. de testimoniali ex trib. & l. 36. de Episcopis. Auraria Præstatio*, *l. 19. de annona. lib. 11. t. 1.* id est tributa, quæ in auro præstantur: vide *l. 32. eod.* Auraria principis ratio, *l. 29. de susceptor. lib. 12. t. 6.* id est, lustralis collationis, quæ hic *auraria* simpliciter vocatur, & apud Cassiodorum *II. Var. 26.* Aurariis tamen quas tempus efflagitat iuuare Rempubl. statuimus expensis, *l. 13. de cohort. lib. 8. t. 4.*

AVRATAE *paragaudæ*, *l. 2. de vestib. oloueris. lib. 10. tit. 20.* quo loco, de paragaudis fuse dixi.

AVSPICATVS *dies*. Quis enim dies est bene auspicatus a funere? Iulianus *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t. 19.*

AVSPICARI. Nil *auspicari* quenquam noui operis patieris, *l. 16. de operib. publ. lib. 15. tit. 5. Auspicatur* passiue. Post celebratam denunciationem litis exordium *auspicatur*, *l. 4. de denunciatione. lib. 2. t. 4.*

AVSPICIA. Inter ipsa cognitionum *auspicia*, *l. 6. de denunciat. lib. 2. t. 4.* A primi quoque honoris *auspiciis*, *l. 4. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Cum vterque

que pari eiusdem gradus niteretur *auspicio l. 2. quis in gradu præf. lib. 7. t. 3.* Cuius exordium testatæ apud Iudicem competentem actionis nascetur *auspicio*, *l. 2. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.*

AVSTERITAS. Vt alterutram partem digna legum tenere possit *austeritas*, *l. 8. de Iurisdict. lib. 2. t. 1.* Austeritas vigoris publici, *l. 3. de calcis coctorib. lib. 14. t. 6.*

AVSVS. Ausu graui, adque damnabili, *l. 2. de his, qui sup. relig. lib. 16. t. 4.*

AVT. ponitur pro *vel*, *etiam*. Nec cuiquam *aut* (id est, *vel*: nisi malis, *vt*, id est, velut. Nam quod Fornerius III. *Quot. 11. ob desiderium* reposuit: nil opus) delectationis desiderio, erudita fœminea, Musicæ artis studio, liceat habere mancipia, *l. 10. de scenicis, lib. 15. t. 7.* Qua lege haberi Psaltrias Theodosius vetuit. Vide *Commentar.* & ibi alia loca Symmachi Arnobiique, ex quibus clarum fit, *aut*, idem significare, quod *&*, *etiam*, *vel*.

AVTHENTICVM. Authentica pittacia, *l. 11. 13. 16. de erogat. mil ann. lib. 7. t. 4.* Vide *Commentarium ad d. l. 11.*

AVTOPRACTORVM impetratio, *l. 4. ne conlationis transl. lib. 11. t. 22.* Est, vt quis sponte tributa inferat, sic vt a compulsore compelli, exigi, vt cæteri, non possit. Studium spontaneæ deuotionis eleganter vocat, *l. 34. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* Αὐτοπραγία Græcis, *actio spontanea.* Inter Stoica dogmata apud Laërtium *lib. 7. in Zenone*, *pag. 511. Edit. Stephan.* ἐλευθερία ἐστὶν ἐξουσία αὐτοπραγίας: δουλεία, στέρησις αὐτοπραγίας. *Libertas, potestas est per se agendi, seruitus autem priuatio arbitrii sui & voluntatis.* Αὐτόπρακτος, *spontanea.* Sponte autem fit, quod sine alterius interuentu vel ope fit.

ΑΥΤΟΚΑΤΑΚΡΙΤΟΣ, suopte iudicio damnatus, *L. 7. de fals. moneta, lib. 9. tit. 21.* Si quidem ipse, se dignum condemnatione iudicauit.

AVTVMNVS pro *autumnalis.* Et *autumnis* fœtibus decerpendis. *L. 2. de feriis. lib. 2. tit. 8.* Vbi Tribonianus male reposuit, *autumnos*, intelligens *autumnos dies.* Sic *autumnum* frigus, Ouidio *Metamorph. III. v. 729.* *Autumna* tempestas. Gellio *XIX. 7.*

AVELLERE. Atque ita omnia suo corpori, a quo sunt *auulsa*, restituet, *l. 15. de iure fisci. lib. 10 t. 1.*

AVXILIA (Barbarorum) in exercitu Romano. Ea a legionibus & vexillationibus, (vtpote quæ ex Romanis compositæ) separantur, *l. 22. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* vide *Festum* in v. *Auxiliares.* Per cuneos & *auxilia* in ripa constituti, *l 7. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* 2.) *Auxilium* prouocationis, *l. 10. 13. 14 37. de appell. lib. 11. t. 30.* & *l. 1. de repar. appellat.* Idem est quod suffragium, perfugium, adminiculum, iuris remedium: vide *suis vocibus.* 3.) *Auxilium* de iure liberorum, *l. 1. de iure lib. 8. t. 17.* Martialis, *lib. 2. epig. 9.* *Solatium:* παραμυθία Dioni *lib. 55.* quo loco scribit, Liuiæ, extincto filio Druso, datum ius trium liberorum, ἐπὶ παραμυθίᾳ, *in solatium.*

B

BAFIA loca in quibus fucabatur seu tingebatur purpura, *l. 1. de murilegulis lib. 10. t. 20.* vbi dixi. Consule etiam Brissonium *de V. S.*

BAIVLI sunt portatores. Vide Schedas Festi, *voc. baiulus*, & du Fresne *in Glossar. voc. baiuli.* Pecuniæ *baiulos* hinc inde produci, *l. vnic. si certum pet. de chirogr. lib. 2. t. 27.*

BALLVCA. *l. 3. 4. de metallis. lib. 10. t. 3.* vbi dixi. denotat autem, arenam aurosam, seu minuta ramenta nondum excocta. *Baluca*, ψήγμα χρυσοῦ ἀκαθάριστον. *Gloss.* Prudentius *hymno D. Laurent. II. v. 196.*

Quod terrulentum ac sordidum
Flammis necesse est decoqui.

Crudus puluis Persio, *Satyra II. v. 66.*

& stringere venas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.

BARBARICARII, *l. 1. de fabricensibus. lib. 10. t. 22.* & *l. 2. de excusat. artific.* Erant qui arma, argento & auro, decorabant, *d. l. 1.* Barbarico scilicet opere. De quibus plura & plene ad eam *l. 1.* vide & *Notit. Imper. fol. 42.* & *141.* & *l. 1. Cod. Iust. de præp. agent.* Hinc & Βαρβαρικὸν, *armamentarii* genus, cuius fit mentio apud Theophylact. Simocat. *lib. 5. hist. cap. 13. Tom. I. Script. Rer. Byzant.* vide Meursium *in Glossar.* & du Fresne *in Gloss. lat. voc. barbaricarii.*

BARBARI. Prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam linquere sæuitia immanium *Barbarorum*, *l. 1. in fin. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.*

BASILICA. Vide *Ind. Vitruu.*

BASTAGA, est onus transuectionis, ἀπὸ τοῦ βαστάζειν. Hinc Sollicitudo *bastagæ*, *l. 11. de cohortalib. lib. 8. tit. 4.* Hesychius: βασταγή, βάρος. Consule du Fresne in *Glossar. voc. bastaga.*

BASTAGARII, sunt, qui species fiscales animalibus transuehebant. Βασταγιάρης, *baiulus*, ἀχθοφόρος, in corona pretiosa, & apud Portium. Vide Meursium & du Fresne *in Glossar.* & *Glossarium* explicationi Officiorum magn. eccles. additum. *inter Script. R. Byzant. L. 4. de murilegul. lib. 10. tit. 20.* Decimum animal *bastagariis* pro reparatione præbeatur. *L. 11. eod tit.* Ne vnquam *bastagariis* militiam vel suam deserere liceat.

BEATITVDO. Constantinus A. dixit: Magis magisque conueteranis meis *beatitudinem* augere debeo, quam minuere, *l. 2. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

BELLARE. Qui sudore *bellandi* stipendiorum gradus vsque &c. *l. 7. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

BELLVM. Si tanta Clericorum ac Monachorum audacia est, (in retinendis reis addictis ductisque ad supplicium) vt *bellum* potius quam iudicium futurum existimetur, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

BENEFICIVM, pro immunitate, pro rescripto aduersus ius commune. Extraordinariorum munerum *beneficia*, id est immunitates, *l. 18. de extraordin. lib. 11. t. 16.* *Beneficium* quibusdam datum plebis iniuria est, *l. 9. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Eodem sensu. Generale præceptum beneficio speciali anteferendum est, *l. vltim. de constitut. Princip.* & *Nouella Valentiniani inter Theodosianas 42.* Omni amoto priuilegio beneficiorum possessores sublimitas tua præcipiat vniuersos muneribus adstringi. Beneficii prærogatiua, id, est, rescripti ad ius commune, *lib. 2. de iudiciis. lib. 2. t. 18.* 2.) *Beneficii* vox, de aquæ concessione ex aquæductu publico, *l. 6. de aquæduct. lib. 15. tit. 2.* vbi late ex Frontino dictum.

BENEFICIARII, *l. 5. & 7. de cohortalibus. lib. 8. t. 4.* οἱ ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν μαγιστράτων τεταγμένοι. Gloss. *Basilica*, ita enim legendum non

μετα-

μεταράνων: neque vt putat aliquis βεταράνων. Conquirendis hominibus malis criminumque reis per Prouincias occupati erant, vt curiosi & stationarii. Itaque curiosis iungit eos Tertullianus, *lib. de fuga in persecut. cap. 13.* vide Eusebium *histor. Eccles. lib. 9. cap. 9.* & Spartianum, *Hadriano c. 2.* & Veteres *Inscriptiones*: dixi plene ad *d. l. 5.* Consule etiam Salmasium ad Spartiani *loc. cit.* Torrentium ad Sueton. *Tiber. c. 12.* Rittershusium ad Plinium *lib. 10. ep. 32. 36.* Du Fresne *in Glossar. vtroque.*

Benemeriti. Palatinis & benemeritis suis salutem Constantinus, *l. 1. de priuil. eorum, qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* Lampridius *Alexand. Seuero cap. 16. Si de re militari tractaret, adhibebat milites veteres & senes ac benemeritos.* Omnibus *benemeritis* Veteranis, quam volunt, patriam damus, *l. 8. de Veteranis, lib. 7. tit. 20.*

Benignus. In eo sane larga ac *benigna* his licentia tribuetur, *l. 16. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

Blandiri. Blandiri sibi, id est, vani aliquid sibi in causa sua persuadere, Blandiri sibi *auctoritate* aliqua, id est, Rescripto, aut quadam lege. Ac ne sibi aliqua auctoritate *blandiantur* qui ea conantur euertere, &c. *l. 15. de Paganis lib. 16 tit. 10. Blandiri sibi iussione.* Iussio, qua sibi Iudææ legis homines *blandiuntur*, &c. *l. 99. de Decurion. lib. 12. t. 1. Blandiri sibi honore.* Nec sibi posthac eo honore *blandiantur*, quo se ipsi indignos iudicauerunt, *l. 1. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.* Ita vt nihil sibi ex his, quos adepti fuerant, honoribus *blandiantur*, *l. 12. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14. Blandiri statuto.* Ne eis nouelli statuti, quod fuerat elicitum, *priuilegio*, transeundi ad Sardiniam spes improba *blandiatur*, *l. 9. de metallis. lib. 10. t. 19. Blandiri priuilegio.* Submoto priuilegio militari, quo sibi Actuarii *blandiuntur*, *l. 125. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Iudæos & Samaritanos, qui sibi Agentum in rebus *priuilegio blandiuntur*, omni militia priuandos esse censemus, *l. 16. de Iudæis. lib. 16. t. 8. Blandiri sibi obiectu criminis.* Nemo tamen *sibi obiectu* cuiuslibet criminis *blandiatur*, de se in quæstione confessus, veniam propter flagitia sperans adiuncti, *l. vlt. de accus. lib. 9. t. 1. Blandiri sibi consensu.* Nec vllus *sibi* ex posteriore consensu valeat raptæ *blandiri*, *l. 1. de raptu vel matr. sanctimon. lib. 9. t. 25.* Ita Augustinus *in Psalm. 98. Non sibi ergo blandiantur, quia eos in quibusdam exaudit Deus.* Omitto alia.

Blanditiae. Verum huius beneficii maritis & vxoribus inter se vsurpatio non patebit, quorum fallaces plerumque *blanditiæ*, vix etiam opposito iuris rigore, cohibentur, *l. vnic. de infirm. pœn. cœl. lib. 8. t. 16.*

Blandus. *Blandum* ministerium delatoris, alicui bona caduca delata denuntiantis, quæ ipse postea a Principe petat, *l. 2. de petition. lib. 10. t. 10.* Inde male credulas mentes ad spem secundæ indulgentiæ *blandus* error inuitat, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.*

Blatta. *purpura.* V. Gregor. Turon. *lib. 2. c. 38. Blatta* autem significat cruorem, seu bullam sanguinis concreti. Inter blattas excellebat, quæ Oxyblatta dicebatur, *l. 1. Cod. Iust. quæ res venire.* Cedrenus *in Tiberio pag. 310. Edit. Venet. inter Script. Rer. Byzant.* ςολὰς σωληνωτὰς βλαττίῳ ὀξέος, *stolas rugosas siue tabulatas*, Oxyblatteas. Blattium ὀξὺ, siue acutum, purpura scilicet fulgentissima, quæ acumen & flos ipse. Lotas inposterum serica *blattæ* ac mataxæ &c. *l. 13. de murilegul.* vbi de *blatta* latissime exposui. Adde *Glossarium* Cedreni, & du Fresne *in Glossar. vtroque.*

ΒΩΜΟΣ ἐλέῳ, ara salutis, *l. 4. & 5. de his, qui ad Eccles. lib. 9. t. vlt.* vbi dixi.

Bonus. *Bona mens.* Præcipimus, vt Veterani quibus *bona mens* est, aut arua versent, aut certe, &c. *l. 7. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Bonorum cœtus, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.* congressus, *l. 13. eod.* Æstimatione, si res diuidi *bonorum* (ἀγαθῶ ἀνδρὸς δοκιμασίᾳ. *Gloss.*) *virorum arbitrio* permittenda, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* & *l. 2. eod.*

Bonuscula. Vno tamen petitorio singulorum bonuscula iubemus adscribi, *l. 29. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* Sidonius *lib. 9. epist. 6. Retractare, quantum de BONVSCVLIS auitis paternisque sumptuositas domesticæ charybdis abligurisset.* Ita *reculæ* siue *resculæ* apud Saluianum non semel. Donatum, *in V. Virgilii.* Iuonem *epist. 91. 101.* in Capitularibus *lib. 7. cap. 192.*

Brevis. *Mora breuis* Præsertim cum si voluntas continuata perstiterit, *breuis* (facile, procliue, & vt loquitur Theodosius *l. vltim. de legitimo hæred. Non ita laboriosa vel sumptuosa est testandi occasio*) *mora* sit recentibus vetustatem innouare temporibus, *l. 6. de testam. lib. 4. t. 4.*

Brevis vel *breue*, est tabella, in qua & nomina debitorum, & priuata quæque negotia adnotantur. Genere masculino occurrit *l. 3. de fisci debitorib.* Inter chartulas deportati, *breuis quidam* adseueratur *inuentus. Titul. 25. lib. 11. de quadrimenstruis breuibus*, & *leg. 1. eius tit.* vbi consule *Commentarium.* Alia loca vide apud Brissonium de V. S. & du Fresne in *Glossar. latin.*

Bucellae mundae, Sunt panes mundi, *l. 5. de annonis ciuicis. lib. 14. tit. 17.* vbi dixi.

Buccellatum, *l. 6. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* vbi dixi fuse. Dicitur &, expeditionalis annona, *l. 4. 5. d. tit.* Erat frumentum, ad diuturnitatem vsus excoctum, vt solet panis nauticus, *du Biscuit.* Ammianus *lib. 17. cap. 8. Viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad vsus diuturnitatem excoctum, BVCCELLATVM, vt vulgo vocant, humeris imposuit libentium militum.* βϰκελλος *Constantio Porphyrog. de them. them. 6.* & κρικελλωειδὲς ψωμίον, *ibidem, panis in modum circuli factus.*

Bucculae, *l. 1. de fabricensibus. lib. 10 t. 22.* Cassidibus ea lege iunguntur. Fuisse certa buccarum cassidibus, vtrinque dependentia tegmina putat Turnebus *Aduersar. IX. cap. 16. Buccula*, παράγναθις *Gloss.* Iuuenalis, *Satyra X. v. 134. fracta de casside buccula pendens.* Capitolinus *Maximino cap. 3. Fecit & spathas argenteas, fecit etiam aureas; fecit & galeas gemmatas, fecit & bucculas.* Hinc & *Bucculæ* in mechanica apud Vitruuium, *lib. 10. cap. 15.* Regulæ quædam dictæ quæ in catapultis dextra & sinistra ad canalem, in quo telum, affigi solitæ, quarumque opera missile dextra ac sinistra, ne in ipsa epitoxide vacillaret, continebatur. *Buccula* Cupidinis apud Apuleium *Metamorphos. lib. 6. pag. 111. Edit. Lugd. Ioan. Maire.* est bucca pusilla. *Iupiter prensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata, consuauiat.* Consule du Fresne *in Glossar. latin. voc. buccula*, qui existimat, *bucculam* non fuisse cassidis partem, quæ demissa buccam tegat, sed *vmbonem clypei*, seu scuti partem eminentiorem. *Buccularum structores*, occurrunt in *leg. vlt. D. de immunitat.* quos, clypeorum confectores, interpretatur laudatus Du Fresne.

Burgarii, *Burgus*, vide *titulum de burgariis 14. lib. 7.*

BVSTVM pro ipso sepulcro. Pergit audacia ad busta diem functorum & aggeres consecratos &c. Iulianus *l. 5. de sepulcr. violat. lib. 9. tit. 17.* vide Festum *voc. bustum.* Seruius ad illud *Æn. XI. v. 850. terreno ex aggere bustum; bustum*, inquit, *hoc loco sepulcrum.* Huc pertinent illa Lucani *lib. 4. v. 815. nullo contextus Curio busto.* Quod Græci τύμβον, Cicero *de Legib. 2. cap. 26.* bustum vocat.

C

CABALLATIO, pro capitatione, seu capito, & pabulo animalium, seu equorum, & caballorum. His scholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dederimus, de ærariis annonis singulos solidos per opinatores, Caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora præberi oportet, *l. 34. de erogat. militar. ann. lib. 7. tit. 4.* vbi vide quæ dixi fuse.

CADO. Quod ex cuiuscunque patrimonio *ceciderit* (inde *caduca.* Simili forma cadere in commissum. Strabo *lib. 17.* πίπτειν εἰς Καίσαρα.) in casum, & legibus, & recto iuris ordine, fisci aduocatis agentibus, vindicetur, *l. 3. de petitionib. lib. 10. t. 10.*

CADVCVM. *Cadura bona*; de his vide *l. vltim. de bonis vacantibus. lib. 10. t. 8. l. 2. de incorporatione. lib. 10. t. 9. l. 11. 12. 20. 27. 30. 31. vltim. de petitionibus. lib. 10. t. 10. Caduca bona, damnati.* Ad beneficium legis Valentinianæ pertineant *postumi* quoque puniti patris, vt bona faciant non *caduca*, *l. 10. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42. Caduca mensa olearia*, *l. vnic. de mensis oleariis. lib. 14. t. 24.* Intelligitur, modus olei, ciui Romano gratuito destinatus, qui certo casu in fiscum cadit. Vt caducus panis, caduca popularia, caduca relicta. *Caduci panes*, *l. 1. de annonis ciuicis*, *lib. 14. t. 17. Caduca popularia*, *l. 2. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.* sunt annonæ ciuicæ vacantes, *l. 8. de annonis ciuicis*, quæ scilicet abeunte aliquo ex vrbe, *l. 7. d. tit.* vel obeunte, *dict. l. 8.* fisci rursum viribus vindicantur, *d. l. 1.* in horreorum conditis reseruantur, *d. l. 7.* mox petentibus aliis ex eodem ordine deferendæ, *d. l. 7.* Hæc *popularia*, vocantur in *l. 3. tribut. in ipsis specieb. lib. 11. tit. 2.* commoda popularia, in *leg. 3. de annon. ciuic. lib. 14. tit. 17.* alimenta popularia & *l. 27. dict. tit.* annona popularis. *Caduci* titulus, *l. 7. de hæret. lib. 16. tit. 5.*

CAEDERE metallum, *l. 1. 2. de metallis. lib. 10. t. 19.*

CAESARIANI, de his *titulus. 7. lib. 10.* vbi v. *Paratitlon.* vsurpat & hoc nomen Arrianus, *lib. 3. in Epictet. c. 24.* Erant autem Officiales Procuratoris Cæsaris, vnde etiam iis nomen, bonaque ad Principem deuoluta, velut vacantia, occupabant. Consule du Fresne *Glossar. voc. Cæsarianus.* & Cuiacium ad *leg. 7. Cod. de iur. fisci.*

CALAMITAS. Deficiente *calamitate* membrorum, *l. 1. de fil. mil. appar. lib. 7. t. 22.*

CALCARIENSES, *l. 37. de Decurion. lib. 12. t. 1.* sunt, qui obstricti erant excoctioni calcis.

CALX. Qui inculpatim ad *calcem* terminumque militiæ peruenerint, *l. 20. de Palatinis S. L. lib. 6. t. 30.* Si intra prædicti temporis *calcem* suis partibus absfuisset, *l. 64. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Hinc & *extra calcem.* Quæ locutio iam nota.

CALCVLVS. Quotiens fiscalis *calculi* satisfactio postulatur, *l. 19. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Dies solis, qui repetito in se *calculo* reuoluuntur *l. 2 de feriis. lib. 2. t. 8.*

CALLIDVS. *Callida ars*, de tacito fidei commisso in fraudem legis, *l. 27. de Episcopis. lib. 16 t. 2.* Callidæ debitorum artes, *l. 32. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Hoc *callido* (*l. 7. D. de Publiciana*) consilio reppererunt, vt, &c. *l. 161. de Decurion. lib. 2. t. 1.* Fraus *callidæ* molitionis, *l. 161. de Decur. lib. 12. t. 1. Callidis* litigatorum obiectionibus, *l. vlt. de infirm. his quæ sub tyran. lib. 15. t. 14.*

CALLIDITAS. Ars *calliditatis*, *l. 105. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Calliditas aduersarii, *l. 7. quorum appellat. lib. 11. t. 36. Calliditatis* auxilium, *l. 9. d. t. Calliditas* negotiatorum, *l. 16. de lustrali conlat. lib. 13. 1.*

CALVMNIÆ, id est, lites, actiones improbæ, *calumniosæ criminationes*, vt Arnobius *lib. 1. initio*, vocat. *Calumniarum faces.* Ne igitur ea quæ aboleri ante censuimus, nouis calumniarum *facibus* inardescant, *l. 2. de Curat. Kalend. lib. 12. t. 11. Fomes calumniæ.* Nullum fomitem *calumniæ* patimur litis accendi, *l. 29. circa fin. de petition. lib. 10. t. 10.* A Palatinis procul vniuersas *calumnias*, siue nominationes iubemus esse summotas, *l. 1. de priuil. eor. qui in s. p. lib. 6. t. 35. Subitæ calumniæ*, *l. vlt. de indictionib. lib. 11. tit. 5.* quibus prouinciales, non ante præmoniti, sæpe ab officialibus cogebantur soluere indebita.

CALVMNIARI & reprobare materiem seu massam obryzi, *l. 12. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.*

CANALIS. Neque tamen sit cuiusquam audacia, qui parangarias aut paraueredos in ciuitatibus ad *canalem* audeat commouere, *l. 15. de cursu. lib. 8. t. 5.* Sufficit duos tantummodo curas gerere, & cursum publicum gubernare, vt licet in *Canalibus publicis* hæc necessitas explicetur, numerus tamen amplior esse non debet, *l. 2. in med. de curiosis. lib. 6. t. 29. Canalis* autem est via publica, quo sensu occurrit etiam apud Apuleium *lib. 6. pag. 160. & lib. 9. pag. 204. Edit. Lugd. & Canon. 21. Synodi Sardicens. pag. 651. Tom. I. Concil. Harduini.* Athanasium *Apolog. 2. pag. 768. Tom. I. Oper Edit. Lips.* Vide *Commentar.* ad *dict. leg. 2. & 15.*

CANCELLARIVS. De eo dixi *ad l. 3. de assessor. lib. 1. tit. 12.*

CANDIDATVS ordo, id est Senatorius, *l. 22. de Prætor. lib. 6. t. 4.* vbi dixi *add. l. 1. de habitu.*

CANON, *l. 19. de exactionib. lib. 11. t. 7. Canon. Rubr. l. 3. t. 5. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15. l. 2. de conditis in publ. horr.* Vrbicarius *d. l. 3.* Vrbanus *l. 27. de naucul.* Canon Frumenti: vnde *Canon frumentarius d. t. Canon*, pro *reditu*, & *pensione.* Si ciuitatis eius Respublica tantum in tertia parte pensionis non habeat, ex aliarum ciuitatum Reipublicæ canone præsumant, *l. 15. de operib. publ. lib. 15. t. 1. Canon*, pro reditu annuo ex fundis & locis cuiusque ciuitatis seu Reipublicæ, *l. 33. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Qui dempto *canone* possessiones cuiuslibet iuris donationis obtinent titulo, *l. 5. de conlat. donatar. l. 11. t. 20. Canon*, præstatio tributorum ordinaria, solemnis, *l. 30. 31. de annona. lib. 11. t 1. l. 8. 13. de extraordin. lib. 11. t. 16.* vide & *titulum de canone frumentario V. R.* Hinc, *canonici tituli*, *l. 36. de annona. Canonica*, absolute, *l. 2. de extraord. lib. 11. t. 16. Canonicæ præbitiones*, vel tributa, *l. 4. trib. in ipsis specieb.* vide solemnis *infra. Canon ex possessionibus.* Ex possessionibus Gildonis, quæ ad nostrum ærarium sunt deuolutæ, *canonem* omnium titulorum ex integro solemni more inputata cautione solui præcipimus, *l. 16. de bonis* pro-

proscript. l. 9. t. 42. Canon anniuersarius, *l. vlt. de Iudæis lib. 16. t. 8.* Aurarius *Canon*, *l. 13. de extraord. lib. 11. t. 16.* Primus delegationis *canon*, *l. 13. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* *Canon fundorum* Reipublicæ, & iuris templorum, *l. 5. de locat. fundor. iuris emphyt. lib. 10. t. 3.* Canon *metallicus*, est quod fisco ab his, qui metalla exercent, præstatur, *l. 4. de metallis. lib. 10. t. 19.* De cuius modo, vide *l. 3. 8. 10. 11. 12. eod.* Canon *priuatæ rei*, *l. vlt. de his quæ ex publ. conlat. lib. 12. t. 9.* Obnoxios Scythopolitanos lynifos publico *canoni*, *l. 8. de murileg. lib. 10. t. 20.* Terracinensis præstationis *canon*, *l. 3. de calcis coctor. lib. 14. t. 6.* Senatorius *Canon*, *l. vltim. de prædiis Senatoriis. lib. 6. t. 3.* Canon vestium, *l. 2. de militari veste. lib. 7. t. 6.* Idem est, ac Vestes Canonicæ, *l. 1. de distrah. pignor.* Vestis collatio annua, *l. 3. de militari veste.* Canon sacratissimæ Vrbis, *l. 35. de nauicular. l. 13. t. 5.*

CANONICA & consueta, quæ extraordinariis opponuntur, *l. 2. de extraord. lib. 11. t. 16.* *Canonici equi* militares, *l. 3. de equorum conlat. lib. 11. t. 17.* *Canonicæ indictionis* tributum, *l. 14. de proxim. Comitib. disp. lib. 6. t. 26.* Quod opponitur superindicto, venalicio *d. l. 14.* Canonica inlatio, *l. 40. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Xenia, aut munuscula, quæ *canonica* ex more fecerunt, *l. vn. ne damna prouincial. lib. 11. t. 11.* Solemnes & *canonicæ* pensitationes, *l. 2. de concuss. aduoc. lib. 8. t. 10* Canonicæ species, veluti vestes atque equi, *l. 14. de naucul. lib. 13. t. 5.* Canonici tituli, & superindictitii opponuntur, *l. 36. de annona. lib. 11. t. 1* Vestes *Canonicæ* & equi, *l. 1. de distrab. pignor. quæ trib. causa. lib. 11. t. 9.* Vox hæc a Græcis postea quoque vsurpata: apud quos κανονικὸν tributum ordinarium, & κανονικάριοι, huius exactores.

CANTABRARII, *l. 2. de collegiatis. l. 14. t. 7.* vbi dixi plene. Sunt, qui in solemnibus Gentilium, & per Africam nominatim cantabra seu vexilla per Vrbem tulere: (vt Nemesiaci signiferi, qui signa Deorum.) *Banniers, ou porteurs de banniere aux processions.*

CANTATVM. Hoc toto iure *cantatum* est, vt scripturam prolator affirmet, *l. vn. si certum petat. de chirograph. lib. 2. tit. 27.* Vide & *l. vlt. de pignoribus.* Sua sunt ICtis ἄσματα, carmina, id est, regulæ, axiomata. Sic vsu fori receptas sententias, Carmina seu Cantilenas fori dicere possis: vide & *infra Decantare.*

CAPACITATIS *priuilegium & modus.* Et donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus, conlata in vxorem, obseruanda est: tanquam si maritos eis natura, non pœna subduxerit, *capacitatis* priuilegio videlicet & modo inspecto (id est, quantum vxor per leges decimarias capere ex bonis mariti possit.) Et mox, in quantum capere potuit. *Capacitas* eodem sensu apud Gaium *lib. 12. ad l. Iul. & Papiam in l. 55. D. de legat. 2.* vnde & solidi *capacitas*, apud Vlpianum fragm. *tit. 16. §. 1.* vide quæ dixi plenius *ad c. 12. l. Iul. de maritandis ordinibus.* Vt consideretur quid capere potuerit, *l. 1. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

CAPERE, de adquisitione ex liberalitate vel testamento alicuius, *l. 20. in fin. de Episcop. lib. 16. t. 2.* *Capiendi vbertas*, de pretio maiore tyronis venditi, *l. 9. de tyronib. lib. 7. t. 13.* id est, accipiendi pretii maioris spes.

CAPESSERE. Sitque omnibus æqua conditio *capessendi*, (id est acquirendi, capiendi ex bonis) quod quisque mercatur, *l. vnic. de infirm. pœn. cœl. lib. 8. t. 6.*

CAPITALITER. Si quis post hæc fuerit in hac machinatione deprehensus, *capitaliter*, (id est, capitalem rem,) se fecisse cognoscat, *l. 6. de falsa moneta. lib. 9. t. 21.*

CAPIO pignorum, *l. 7. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* vide *tit. de distrahend. pignoribus quæ tributorum causa. lib. 11. t. 6.*

CAPITA, pro animalibus & veredis nominatim, *l. 6. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

CAPITATIO. Describtione facta pro *capitatione* aut iugatione, *l. 1. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.* Plebeia *capitatio*, *l. 36. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Capitatio, *l. 2. de excoct. vel transl. ann. lib. 7. t. 5.* Capitatio, *l. 2. 4. vlt. de censib. lib. 13. t. 10.* Plebeia capitatio, *d. l. 4.* Hæc vocatur, Exactio plebis, *l. 6. d. t. de censib.* Est autem *capitatio*, census impositus per *capita*, seu iuga. Hinc & *præstatio* vel *capitatio*, *l. vltim. de cens.* Dividiturque in capitationem *humanam*, & *animalium*, siue animarum. Vide *Commentar. ad leg. 6. de conlat. donatar.* vbi late dixi.

CAPITVLA legum, *l. 4. de falsa mon. lib. 9. t. 21.*

CAPITVLARII, *l. 3. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* Ne exactorum vel turmariorum, quos *capitularios* vocant, curam subeant, vel obsequium temonariorum, vel prototypiæ. Symmachus *lib. 9. epist. 10.* *Postulant Capitularii taxationem tyronis.* Vide *Commentar. ad dict. leg. 3.*

CAPITVLARIA, id est, *capitularia functio.* Omnium vilium munerum, ac totius *capitulariæ*, siue (vt rem quam volumus intelligi communi denunciatione signemus) temonariæ functionis fieri iubemus exortes, *l. 14. de extraordin. lib. 11. t. 16.* Est autem *capitularia functio*, onus tironum seu capitum exigendorum.

CAPITVLI onus seu necessitas, *l. 15. de extraordin.* Et *leg. 18. eod. tit.* Temonis, siue *capituli* onera non sentiet. *Capitulum* autem idem quod *capitatio.*

CAPITA. Pro iugorum numero vel *capitum*, quæ possidere noscuntur, adstringi cogantur. *l. 5. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* Capita sunt iuga. 2.) Capite censi, *l. 26. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

CAPITVM, *l. 7.* (vbi vide quæ dixi) *l. 13. 17. de erogat. mil. ann. lib 7. t. 4. l. 1. de domesticis & protector. l. 10. de numerar. lib. 8. t. 1* Idem est quod Capitatio, *l. 8. 16. de erogat. mil. ann.* Erat nempe fœnum & palea, seu pabulum animalis, dixi fuse ad *d. l. 7.* Ammianus *lib. 22. c. 4* *Pabula iumentorum, quæ vulgo dictitant capita.* Hesychius, Καπητὸν, παράβλημα ἀλόγων. *pabulum iumentorum.*

CAPTATI, pro, *postquam captauerunt*, vel, *captantes*, vel, *captauerunt*, vel, *qui captant.* Quod nonnulli, *captati* aliquorum momentarias necessitates, sub hac conditione fundos opimos conparent, &c. *l. 1. sine censu, vel reliquis. lib. 11. t. 3.* apud Valerium M. *lib. 9. cap. 5.* legit Lipsius *spreto mortali habitu diuinum captatus est*, ductu veteris Codicis: vbi legitur, *caput latus est.* Ita ex aliis Codicibus idem *cap. 8.* reponit, *exiguo momento maxima rei casus fluctuatus est.* Huic simile apud Tertull. & Sallustium, *homo ventus*, & *aduentus*, id est, qui venit, aduenit: in XII. *Sol occasus.* Ita apud Lucretium *lib. 4. v. 1240.*

- - penetratum
Ægre admiscetur muliebri semine semen.

Et tamen Tribonianus, quia hoc obscurius erat, reposuit, *captantes.* Consule Salmasium *in Solinum pag. 39. Edit. Traiect.* qui hanc loquendi formam, multis confirmat locis.

CAPTIO. Eiusmodi captio minime admittatur, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Sic enim fiet, vt testan-

testantium successiones sine aliqua *captione*, (id est *fraude*,) seruentur, *l. 1. de testamentis. lib. 4. t. 4.* vbi dixi. Quoniam inter alias *captiones* (Captio, quæ alias fraus, damnum, ζημία) præcipue commissoriæ legis crescit asperitas, *l. vnic. de commissoria rescindenda. lib. 3. t. 2.* Quam pœnam illi etiam sustinebunt, qui *captione* (forte, captiose) supplicatione delata, speciale rescriptum in fraudem sanctionis extorserint, *l. 33. in fin. de Decurion. lib. 12. t.*

CAPTIOSVS. In iudicio *captiosæ* præscriptionis vincula, *l. 1. de Episcop. iudicio lib. 16. t. 12.* Captiosum aliquid, *l. vlt. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2.*

CAPTVS, *conditio.* Pro *captu* virium & mediocritate censuum, *l. 8. in fin. de cobort. lib. 8. t. 4.*

CAPVT. Atque ideo calumniosissimum *caput* & personam iudicio irritæ delationis infamem deportatio sequatur, *l. 2. de calumniator. lib. 9. t. 39.* Suum *caput*, patris ac matris & vxoris, si tamen eos superstites habeant, omnes excusent, si censibus inditi habeantur, *l. 4. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* vide eadem *l.* alia adhuc exempla. Si oblatus iunior fuerit, qui censibus tenetur insertus, ex eo tempore, quo militiæ sacramenta susceperit, proprii census *caput* excuset, ac si quinquennii tempus fida obsequii deuotione conpleuerit, vxoriam quoque *capitationem* merito laborum præstet inmunem, *l. 8. de tyronib. lib. 7. t. 13.* Vniuersi qui militaria Sacramenta susceperint, eo anno quo fuerint numeris adgregati, si tamen in suscepto labore permanserint, inmunes propriis *capitibus* mox futuri sint: conpletis vero quinque annorum stipendiis, qui Comitatensibus numeris fuerit sociatus, patris quoque & matris, nec non & vxoris suæ *capitationem* meritis suffragantibus excusabit. Hi vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti, cum proprio *capite* vxorem suam tantum post quinque annos, vt dictum est, præstet immunes, si tamen eos censibus constiterit attineri, *l. 7. de tyronib. lib. 7. t. 13.*

CARCERALIS. Claustra *carceralia*, *l. 23. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Custodia *carceralis*, *l. vltim. de custod. reorum. lib. 9. t. 3.*

CARITAS. Soluta matrimonii *caritate*, *l. 3. de sponsalibus. lib. 3. t. 5.*

CARMINA dira, castis precibus opponuntur, quæ scilicet adhibebantur sacrificiis Consultoriis, *l. 7. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Inde nostrum *Charmes.* Dicuntur suffragia, *l. 3. de maleficis.* Contamina, *l. 6. d. t. de malef.* pro quo in Iust. repositum CARMINA. *Nefariæ preces*, magici apparatus, *l. 7. d. t.* Fremor, stridor, murmur, de quo alibi.

CARPTIM. Quod quidem non solum in generali iubemus bonorum petitione seruari, verum etiam si *carptim*, vel vacantia rura poscentur, aliqua etiam huiusmodi, quæ viritim solent obtentu liberalitatis inuadi, *l. 12. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* Delatores, ab ipsis qui bona nobis delata, vel *carptim* suscipiunt, fundos vel vacantia rura, &c. *l. 13. de petitionib. lib. 10. t. 10.* Carptim minutatim, a Carpere, minuere, Virgil. *Georg. III. v. 215.* *Carpit enim vires paulatim, vritque videndo Fœmina.*

CARVCA, *l. vnic. de honor. vehicul. lib. 24. t. 21.* vbi dixi plene.

CASARII. Quotue mancipia in prædiis occupatis vel Vrbana vel Rustica vel quarum artium generibus inbuta teneantur: quot sint *Casarii* (in Cod. Iust. male *censuarii*) vel Coloni, *l. 7. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.* Casati in Capitularibus, *lib. 1. c. 68. lib. 3. c. 74. lib. 4. c. 75. lib. 5. c. 136.* Qui scilicet intra casam seruiunt. Casatorum Ecclesiæ mentio apud Iuonem *ep. 29.* & in vetusto lapide, dixi plura ad *d. l. 7.*

CASSVS. Inanes vmbras & *cassas* imagines dignitatum Codicillis honorariis sectantes, *l. 74. de Decur. lib. 12. t. 1.* Non sint *cassa* iudicia, *l. 4. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Si quis priuatorum eiusmodi rescribtione nitatur, *cassa* eadem sit, *l. 3. de immunitate. lib. 11. t. 12.* *Cassi* honoris argumentum, *l. 57. de Decurionibus lib. 12. t. 1.*

CASSARE. Nam cum in priuatis causis, quæ contra leges fuerint elicita, *cassantur*, &c. *l. 30. de annona. lib. 11. t. 1.* Si quæ quolibet genere fuerint elicita vel emendicata, *cassentur*, *l. 8. de Suariis. lib. 14. t. 4.* Pacta per vim & metum apud omnes satis constat *cassata*, viribus respuenda, *l. 4. de pactis. lib. 2. t. 9.* Superiore lege *cassata*, *l. 6. de contrahend. empt. lib. 3. t. 1.* Cassatis, quæ hoc modo impetrata sunt, *l. 3. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26.* Cassatis, quæ pragmaticis vel adnotatione manus nostræ potuerint impetrari, *l. 52. de hæretic. lib. 16. t. 5.*

CASSIDES & bucculæ, *l. 1. de fabricensibus. lib. 10. tit. 22.*

CASTELLA, *l. 2. de territ. limit. lib. 7. t. 15.* a quibus Castellani milites, *d. l. 2.* Vid. *Commentar. ad d. l. 2.* 2.) *Castella* aquarum, vide *tit. de aquæductibus* & Vitruuianum *Indicem.*

CASTRA, *l. 5. 10. de re militari. lib. 7. t. 1. l. 1. de commeatu. lib. 7. t. 12.* Castra, *l. vlt. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35. l. 5. de re militari. lib. 7. tit. 1.*

CASTRENSES. *Est & alia militia regiarum familiarum: Nam & CASTRENSES appellantur, munifici & ipsi solemnium Cæsareanorum.* Tertullian *de Corona, c. 12.*

CASTRENSIANI, qui sub dispositione Castrensis S.P. sunt; de quibus est *tit. 32. lib. 6.*

CASTRENSIA munia, id est, in Palatio obita, *l. 2. de tractoriis. lib. 8. t. 5.*

CASTRICIANI. Sed ne (de) ipsis quidem Pseudocomitatensibus legionibus, seu de Riparensibus Castricianis ceterisque cuiquam eorum transferendi militem copiam adtributam, *l. vltim. de re militari. lib. 7. t. 1.* Aurelianus in *epist.* ad Vlpium Ciuicum apud Vopiscum *Aurel. c. 38.* *Hi, compressi sunt, septem millibus Hiberorum Ripariensium, & Castrianorum & Daciscorum interemptis.* In Tribon. Cod. Iust. est *Castrensianis.* Itaque *Castriani* sunt, qui in castris erant: Riparienses, qui prætendebant ad ripas fluminum. Atque *Castriciani* & *Castriani* sunt iidem.

CASTVS. Vt seruetur honestas, & verecundia *castis* moribus perseueret, *l. 1. de Maiuma. lib. 15. t. 6.* *Castæ preces.* Cum nos iusta institutione moneamus, *castis* Deum *precibus* excolendum, non diris carminibus profanandum, *l. 7. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Castæ preces, id est, mortem alterius non spectantes, quæ & ideo *diris carminibus* opponuntur, quæ ab incertorum consultoribus adhibita, de alterius fine quærentibus. Huiusmodi enim impia non tantum vota, sed & sacrificia, neque vlla res frequentior: & de his astrologi, haruspicesque consulti. Iuuenalis *Satyra III. v. 42.*

- - motus
Astrorum ignoro. funus promittere patris
Nec volo nec possum.

Et *Satyra VI. v. 565.*

Consulit ictericæ lento de funere matris
Ante tamen de te Tanaquil tua: quando sororem
Efferat, & patruos. vid. *infra spes. Castius propositum;*

Nec

Nec se sub simulatione fallaciæ eorum scilicet nominum (quibus plerique vt cognouimus, probatæ fidei propositi *castioris* dici ac signari volunt) maligna fraude defendant: cum præsertim nonnulli ex his Encratitas, Apotactitas, &c. *l. 7. de hæretic. lib. 16. t. 5.* *Casta sacerdotia.* Vt veræ ac Nicænæ fidei sacerdotia *casta* permaneant, *l. 3. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* *Gerulus castissimus.* Hæc sine pretio nuntiari excipique sancimus: gerulum iubemus esse *castissimum*, Indices nummarios esse prohibemus, *l. 4. ne quid publ. lætit. lib. 8. t. 11.* Auctor subditus Notit. Imp. c. 4. *Si Prouincias CASTI & integritatis cupidi moderentur.* Vide *Commentar. ad cit. leg. 4.*

CASTITAS. *Castitatis adfectio*, de clericatus voto & professione, *l. 44. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Castitatis tempus, de Paschali, *l. 8. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Idem tempus, appellatur, auspicium cærimoniarum, *l. 4. de quæstion. lib. 9. t. 35.* *Castitas*, sordibus & auaritiæ opponitur. Vitruuius *c. 1. nullum opus sine fide & castitate fieri potest.* Ante enim incesserat auaritiam. Eodem modo, in *oratione pro L. Manilia*, vsurpatur.

CASVS pro morte. *l. 6. de legit. hæred. lib. 6. t. 1.* & ita quoque Tribon. substituit in *l. 10. Cod. Iust. de suis.* Quod ex cuiuscunque patrimonio ceciderit in *casum*, *l. 3. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* Symmachus, *lib. 10. relat. ad Valent. Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus CASVS fecit caducas?*

CATABOLENSES, *Rubr. & l. 9. 10. de pistorib. & catabol. lib. 14. t. 6.* sunt, qui delatam ad Vrbem Romam annonam ciuicam & ligna ad horrea veterinis comportabant. Ideo pistoribus iunguntur, *d. t.* Alioquin generaliter *Catabolenses* sunt, omnes, qui vehenda veterinis onera conducebant, *Chartiers*, ἀπὸ τῦ καταβάλλειν, quod est comportare. Meminit eorum quoque Cassiodorus *III. Variar. 10. IV. 47. in fin.* dixi plane ad *d. l. 9.* Κατάϐολος etiam est nauale, emporium, quo comportantur & exonerantur merces. Suidas: *ἐπίνηον, παραθαλάσσιον χωρίον, ἢ προσορμητήριον, ὃ λεγόμενος κατάϐολος: castellum maritimum, aut portus, qui & dicitur* κατάϐολος. & statim *δύναται δ' ἐπὶ παντὸς ἐμπορίυ καὶ παραθαλασσίυ χρήσασθαι τῷ ὀνόματι τύτῳ, ὃν νῦν οἱ πολλοὶ κατάϐολον καλῦσι. potest vero pro quolibet emporio vel oppido maritimo accipi nomen hoc, quod nunc multi κατάϐολον vocant.*

CATHOLICVS, Catholica, Communio, *l. 46. de hæretic. lib. 16. t. 5.* Concilium Catholicum, *l. 4. de Episcopis.* Catholica Disciplina, *l. 9. de hæreticis.* Ecclesiæ Catholicæ, *l. 3. de fide Catholica, lib. 16. t. 1. l. 6. 47. 54. de hæreticis: l. 31. de Episcopis: l. 1. de annona.* Fides Catholica *tit. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* Catholica Lex, *l. 1. de hæreticis.* Catholica Obseruantia, *l. 54. de hæreticis.* Catholica Obseruatio, *l. 5. d. t.* Catholica Religio, *l. 28. de hæret.* Catholica Sanctitas, *l. 4. 11. de hæret.* Catholica Secta, *l. 5. de Episcopis. lib. 16. t. 2. l. 42. 44. vltim. de hæreticis.* Catholica Veneratio, *l. 38. de hæret.* Christianorum Catholicorum nomen, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 2.* Ita & D. Augustinus *9. Confess. 1. Catholicum Christianum*, dicit.

CAVDICARII, *l. 2. de pistoribus. lib. 14. t. 3.* & *l. 1. de canone frum. V. R. l. 9. de suariis.* Erant, qui caudicibus, seu caudicariis nauibus annonam P. R. a Portu Vrbis Romæ per Tiberim subuehebant. Vide & Senecam *de breuitate v. c. 13.* Dixi plene ad dictas leges. Romæ amnicos nauicularios Aurelianum constituisse Vopiscus refert.

CAVEA ferarum *l. 2. de venat. ferarum, lib. 15. t. 11.* male Brissonius *d. V. S.* pro *cauea theatri* accipit. Cauea est quod vocamus, *cage.* Caueæ hæ portatiles. aliæ caueæ theatrales: quibus feræ dum emitterentur, includebantur: vnde ὑπόγαια Herodiano *in Commodo lib. 1. c. 15.* ferreis aut ligneis *portis* obstructa: *Clathros cauea*, vocat Horatius *sub fin. art. poët.*

CAVSARI. Neque enim de inmaturo præiudicio, temporis possunt breuitate *causari*, *l. 161. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Causari, est causam prætendere, excipere, conqueri. *Causari Testamenta parentum.* Liberis parentum iudicia inofficiosa *causantibus*, *l. 5. de inoff. testam. lib. 2. t. 19.* Quod si se forsitan *causetur* absentem, *l. vnic. si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Vt vires sibimet *causetur* locorum incognitas, *l. 4. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* Nihil sibi numeratum *causetur*, *l. vnic. si cert. petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.*

CAVSA. Ut si causam non tenuerit, cautum legibus supplicium delator excipiat. *l. 12. de petition. lib. 10. tit. 10.*

CAVSARIÆ vel honestæ missiones, *l. 9. de desertor. lib. 7. t. 8.* vbi dixi.

CAVSATIO. Si quando *causatio* (causari tempestatem, vel vim fluminis, *l. 2. §. 3. D. si quis cautionib.*) est, de impetu procellarum, &c. *l. 9. de naufragiis. lib. 13. t. 9.* Ne qua *causatio* vectigalium nomine relinquatur, &c. *l. 24. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Pia causatio Symmacho *2. epist. 36.* de vxoris vtero causatio *epist. 22.* de fruge causatio *lib. 5. epist. 48.* Nulla debet esse *causatio*, quin solidi ex quocunque titulo congregati, in massam obryzæ soliditatemque redintegrentur, *l. 12. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* Vniversis *causationibus* pulsis, *l. 2. de sponsalibus. lib. 3. t. 5.*

CAVSIDICINA. *l. vlt. de cohortal. lib. 8. tit. 4.* *Causidicinam* profiteri, *l. 188. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

CAVSIDICVS, id est, aduocatus, *l. 2. de postulando. lib. 2. t. 10.*

CAVTVS. Quem penitus liberum inquisitio tam *cauta* deprehenderit, *l. 1. quid prob. deb. ad quamcunque mil. lib. 7. t. 2.* v. illam *leg.* Studio *cautæ* celeritatis nouerint explicandam, *l. 21. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Priscarum legum *cautio*, *l. 1. de priuileg. corp. V. R. lib. 14. t. 2.*

CAVTIO, pro chirographo, quod protritum, vide *l. vnic. si cert. petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.*

CAVTIONES. Cum neque testibus credita pecunia probaretur, *neque cautionibus* quæ (breui) inserta sunt doceantur, *l. 3. de fisci debitor lib. 10. t. 16.* *Cautiones*, id est, Apochæ, *l. 2. de annona. lib. 11. t. 1.* Cautiones Apocharum, *l. 16. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* Cautiones, *l. 2. de annona. lib. 11. t. 1.* sunt securitates Apochæ.

CAVTIVM nobilitas, de marmoribus, *l. 14. de metallis. lib. 10. t. 19.*

CELEBRARE *Contractus.* Vide & *infra Emptio.* Contractus sine vlla culpa *celebratus*, *l. 1. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* Nec inter emptorem & venditorem solemnia in exquisitis cuniculis *celebrentur*, *l. 2. d. t.* Cognitio *celebrata.* Donec repererit cognitio *celebrata* discrimen, *l. 3. de exhib. reis lib. 9. t. 2.* Conuenticula celebrare, id est agitare, *l. 37. de Episcopis. l. 16. t. 1.* Post *celebratam denunciationem*, *l. 4. de denunciat. lib. 2. t. 4.* Celebrata describtio, *l. 173. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Distributionem *celebrare*, *l. 4. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* Diuisionem *celebrare*, *l. vnic. de his qui se defer. lib. 10. t. 11.* Cum editio muneris *celebratur* (celebrari certamina, *l. 21. D. de annuis leg.*) *l. 1. de Pretoribus lib. 6. t. 4.* Qui editionem

nem *celebrare* censuerunt, *l. 13. de Prætoribus. lib. 6. t. 4.* Emptio *celebrari* dicitur, *l. 8. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* Emptiones *celebratæ*, *l. 2. de præd. & mancip. Curial. lib. 12. t. 3.* Exactio *celebrari* dicitur, *l. 15. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* Exactionem *celebrari*. *l. 5. de executor. lib. 8. t. 8.* Ex eo die, ex quo iussio nostra fuerit *celebrata*, *l. 16. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* Et apud Iudicem Interpellatione *celebrata*, *l. 2. de distrah. pignor. lib. 11. t. 9.* Quoniam vias, pontes, per quos Itinera *celebrantur*. *l. 36. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Ludis *celebrandis*, *l. vlt. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* Per quorum terras Murus *celebratur*, *l. 51. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Nominatio magistratuum *celebrari* dicitur, *l. 1. quemadm. mun. ciuil. lib. 12. t. 5.* Nominationes *celebrari* dicuntur, *l. 84. de Decur. lib. 12. t. 1.* Nominatio (ad Magistratum) *celebrari* dicitur, *l. 10. de appellat. lib. 11. t. 30.* Celebrare sacrificia, *l. 2. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Celebrari solutio, seu collatio tributorum dicitur, *l. 13. de annona. lib. 11. t. 1.* & *tit. ne conlatio per logographos celebretur.* Celebrata est, pro celebratur, *l. 15. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

CELEBRITAS Hominum. Qui in hominum erit *celebritate* versatus, *l. vlt. de liberali causa lib. 4. t. 8.* Paschæ *celebritas*, *l. 4. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Celebritas perfidiæ, vel solemnitas diræ communionis de hæreticorum conuentibus, cœtibus, *l. 12 de hæretic. lib. 16. t. 5.* Celebritas votorum, *l. 8. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

CELERIS *redhibitio*, *l. 4. vnde vi:* Reformatio, *l. vnic. vtrum vi:* Executio: celeri executione reuocari, *l. vnic. de inquil. & colon.* Est autem possessionis per vim vel alio modo ablatæ interuersæue restitutio.

CELERITAS. In interdictio quorum bonorum, cessat licentia prouocandi, ne quod beneficio *celeritatis* inuentum est, subdatur iniuriis tarditatis, *l. 22. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Studio cautæ *celeritatis* nouerint explicandum, *l. 21. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

CELLÆ. Vide Vitruuianum *Indic.*

CELLARIVM & *Cellarienses* species. Dixi plene ad *l. vlt. de officio Iudicum omnium. lib. 1. t. 10. l. 9. 16. de indulg. debitor. lib 11. t. 28.* Cellarium, *l. 6. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* Sunt species annonariæ ad Principis vsum. Seruius *Æn. I. v. 707. Inter Penum & Cellarium hoc interest, quod Cellarium est paucorum dierum: Penus vero longi temporis.* Et lapsus Beroaldus, qui Seruium erroris arguit, quasi Cellarium nunquam pro ipsis rebus reconditis accipiatur. Annonæ & *cellaria* Iudicum: de his vide quæ dixi *l. vlt. de off. Iud. omn.*

CELSIORIS militiæ ac fastigii viris, *l. 8. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Ita *Celsæ potestates.* Ammianus, *lib. 14. cap. 1. & 10. lib. 16. cap. 12.*

CENATICA, *l. 12. de erogat. ann. mil. lib. 7. t. 4.* Exactionis genus erat quoddam quod milites a possessoribus seu Prouincialibus exigebant. *Superstatutorum graue atque inusitatum quoddam nomen Cenaticorum*, ait lex citata. Nominis hæc ratio videtur, quod quasi pro cœna exigeretur.

CENSERE, pro decernere, constituere, præcipere, ait ICtus *in l. 111. D. de V. S* & Festus. Hoc sensu in legibus sequentibus accipienda vox ea, *l. 4. de Medicis lib. 13. t. 3. l. vlt. de vsuris lib. 2. t. vltim. l. vlt. de curiosis lib. 6. t. 29. l. 53. de cursu lib. 8. t. 5. l. 7. de malefic. lib. 9. t. 6. l. 9. de indulg. crim. lib. 9. tit. 38. l. vlt. de incorpor. lib. 10. tit. 9. l. 4. de patrociniis vicor. lib. 11. tit. 24. l. 2. de indulgent. debitor. lib. 11. t. 28. l. 32. quorum appellat. lib. 11. t. 36. l. 171. de Decurionib. lib. 12. t. 1. l. 176. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 179. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 190. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. vnic. de auri publ. prosecut. lib. 12. t. 8. l. 36. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 7. de aquæductu. lib. 15. t. 2. l. 4. Cod. Iust. eod. l. 20. de Episcopis. lib. 16. t. 2. l. 21. de Episcop. lib. 16. t. 5. l. 45. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 1. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6. l. 41. in fin. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7. l. 20. de Iudæis. lib. 16. t. 8. l. 3. ne Christianum mancip. lib. 16. tit. 9. l. 16. de Palatinis S. L. lib. 6. tit. 30. l. 14. de pœnis. lib. 9. tit. 40. l. 21. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Censeri honore. Qui Clericatus honore *censentur l. 44. de Episc. l. 16. t. 2.* Passiua obseruatio est, *censeri*, hoc est, exigi, & aliqua re æstimari. Martialis *VIII. Epigr. 6. Hi duo longæuo censentur Nestore fundi.* Iuuenalis *Satyra VIII. initio: Longo sanguine CENSERI.* Omitto alia.

CENSIO. Vbicunque Manichæorum conuentus vel turba huiusmodi reperitur, Doctoribus graui *censione* multatis, domus, &c. *l. 3. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

CENSOR, *l. vltim. de censu. lib. 13. t. 10.* qui alias censitor: Vide *titulum 11. lib. 13.* Censor apud Suidam τιμητής, vt in *Gloss.* ἀπογραφεὺς καὶ τιμητής.

CENSVRA. Aderit armata *censura*, quæ nefariorum capita ceruicesque detruncet, *l. 1. de off. Rector. Prou. lib. 1. t. 7.* Reddi Vrbibus debita *censura* præcipimus, *l. 170. de Decurion. lib. 12 t. 1.* Iudices *censuræ* P. P. subditi dicuntur, *l. 108. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Censura tua hanc Iudicibus licentiam amputabit, &c. *l. 16. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* quæ inscripta P. P. Legibus *censuram* experiantur vltricem, *l. 5. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.*

CENSVS. Ceteros (seruos) quos rectæ religionis participes constitutos, in suo *censu*, nefanda superstitio iam videtur esse sortita, vel deinceps, &c. *l. 4. ne Christianum mancip. lib. 16. t. 9.* In *suo censu*, est in bonis suis. De censu *tit. 10. l. 13.* Census ἀπογραφὴ ἐσίας, ἀποτίμησις. *Gloss.* Ad *Census annonarios* transire, dicuntur metallarii, qui conditione propria relicta, priuatorum nexibus inplicantur, priuatis censibus suum nomen indiderunt, *l. vltim. de metallis. lib. 10. tit. vlt.* Criminalis vero programmatis tenor hanc tantum ferat de iure censuram, vt inter reos adnotato non tam *censum* debeat transferre, sed famam, *l. 29. de petition. lib. 10. t. 10.* Censum transferre, id est, facultates, bona. Omnes quibus est *census* angustia, *l. 4. de Senator. & glebali conlat. lib. 6. t. 2.* Si regendis pupillaribus *censibus* (substantiis *Tribon.*) pares esse non possunt, *l. 3. de Tutoribus. lib. 3. t. 17.* Ne *census sui* quisquam intercepta lucra exploret, sed e contrario cum pulchritudine ciuitatis etiam fortunas suas auctas esse lætetur, *l. 50. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* Ciuium censum cupimus ampliari, *l. 42. d. t.* Dispar census (Tribon. *patrimonium*) est *l. 2. de falsa mon.* Census tenuis, id est paupertas, *l. vnic. de his qui numero liberorum. lib. 12. t. 17.*

CENSVALES functiones, *l. 12. de indulg. debitor. lib. 11. tit. 28.*

CENTENÆ dignitas, *l. 1. de Cæsarianis: l. 3. de cohort. l. 1. de murileg. l. 5. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* quæ leges inter se coniungendæ. De *Centenæ* dignitate: vide *Comment. ad l. 7. de Agent.*

CENTENARII, vnde Centenæ dignitas, in schola Agentium in rebus, *l. 6. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* Ducenarii, & *Centenarii*. *l. 1. de concuss. aduoc. siue app. lib. 8. t. 10. l. 1. t. 9. de exactionib.* Erant offi-

officiales Iudicum, vt dixi plene ad *l. 8. de Agentib. & 1. de exact.* quos tributorum exactores Iudices mittere soliti, *d. l. 1. & 9.* Quod idem de sexagenariis dicendum *dict. l. 1.* & *l. 2. de annon. & trib. lib. 11. t. 1.*

CENTENARIUM æris, vocat *l. vltim. de conlat. æris. lib.* 11. *t. 21.* Centum libras æris.

CENTENIONALIS nummus, *l. 2. si quis pecunias conflau. lib. 9. t. 23.* Qui & *Centenionalis* communis, *l. 1. eod. tit.* A maiorina, seu maiore, seu decargyro separatur, *d. l. 1. 2.* Vtraque pecunia aliquando prohibita: *d. l.* 1. verum centenionalis rursum in conuersationem publicam & vsum publicum reducta, *d. l. 2.* dixi de his numris fusius ad eam *l. 2.*

CENTESIMUM *miliarium, l. 2. de integri restitut. lib. 2. tit. 16.* idem notat, quod *centesimus lapis*, & continebantur hoc centesimo miliario regiones suburbicariæ. vide *Comment. ad d. l.*

CENTONARII, de his *tit. 8. lib. 14.* vbi Dendroforis iunguntur & fabris. De iisdem vide & *l. 162. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Non confundendi sunt cum *Centenariis*, vti rescribendum *l. 20. de paganis*, qui centenis plebis videntur esse præfecti, vt instruerent pompam sacrorum gentilitiorum. *Centonarii* autem qui fabris iunguntur *l. cit.* circa domos & ædificia sarta tecta habenda occupabantur. Vid. *Commentar. ad l. 1. de centonar.*

CENTURIÆ agrorum, *l. 10. de annona & trib. lib. 11. t. 1.* vbi dixi.

CENTURIONES: de his *tit. 15. lib. 12.* Hi certum corpus in municipiis constituerunt, vt ex *tit. cit.* patet, obieruntque munera personalia. Quidnam vero eorum muneris fuerit, hodie vix liquet. Forte vigiliis nocturnis in municipiis præfuere. Vid. *Commentar. ad d. l.* 2.) *Centuriones* inter officiales, *l. 1. de offic. Rectoris Prouinc. lib. 1. tit. 7.*

CEPHALÆOTÆ, *l. vlt. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.* Videntur esse, *capitationis* in vicis collectores: vel certe, qui capitationis rationes & censuales libros tractabant: quales in ciuitatibus Tabularii; vel, qui collectam capitationem ad ciuitatem, cui vicus suberat, deferebant.

CERTARE. *Certantibus studiis* deuotionis exsoluant, *l. 11. de exactionib. lib. 11. t. 7.*

CERVIX. Earumque *ceruicibus* inposita iuris imperia, velut quædam iuga soluimus promiscue omnibus, *l. vnic. de inf. pœn. cœl. lib. 8. t. 16.* 2.) Liberti si quadam iactantia vel contumacia *ceruices* erexerint, *l. 1. de libertis. lib. 4. t. 11.* Iudicem desidem ac resupina *ceruice* (Subtilior itaque illa, quam verior, Seruii differentia *ad Æn. II. v. 707. Ceruix quum numero singulari dicitur, collum significat: si plurali vtamur, superbiam ostendimus*) tantum titulum gerentem, &c. *l. 6. de custod. reor. lib. 9. t. 3.* dixi *in v. Resupina.* 3.) Heraclianum hostem publicum iudicantes, digna censuimus auctoritate puniri, vt eius resecentur infaustæ *ceruices, l. 21. de pœnis lib. 9. t. 40.*

CERUSSA, *l. 1. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* plumbum est acuto aceto solutum, quo incrustabantur apud antiquos tabulæ, quibus inscribere solebant transmittenda ad seram posteritatem. *Citata l. 1. Certa per edictum* (veteranis) *indulsimus, quæ encausto & cerussa conscribere detur eis licentia.* Hinc *tabulæ cerussatæ in l. 1 de aliment. quæ inop. parent. lib. 11. tit. 27.* Æreis tabulis, vel cerussatis scripta, proponatur lex.

CESPES. Erecta *effossis aræ cespitibus, l. 12. de Paganis. lib. 16. tit. 10.* Aræ rusticæ ex cespitibus congestis struebantur. Horat. *III. Carm. 8.*

- - *positusque carbo in Cespite viuo.*

Pergit audacia ad busta diem functorum & aggeres consecratos: cum & lapidem hinc mouere, terram sollicitare, & *cespitem* vellere proximum sacrilegio maiores semper habuerint. Iulianus *l. 5. de sepulch. viol. lib. 9. t. 17.* Sidonius *lib. 3. epist. 2.* de sepulchro violato pariter agens. *Quid plura? iam niger CESPES ex viridi, iam supra antiquum sepulchrum glebæ recentes.* Hieronymus *ad Innocentium. pag. 153. Tom. I. Oper. Edit. Francf. Recens a Clericis cespes ostenditur, & dudum superiecta humus.* Virgil. *III. Æneid. v. 304.*

- - *Manesque vocabant*
Hectoreum ad tumulum viri di quem cespite inanem.

Cespes Africanus. Si quod prædium in quolibet *cespitis* Africani loco, &c. *l. vlt. de prædiis nauic. lib. 13. t. 6.*

CETERUS. Legis a nobis paulo ante latæ, *ceteræ* quidem cautio necessaria nobis admodum visa est, sublata vero, &c. *l. vlt. de donat. lib. 8. t. 12.* Vt *cetera* huiusmodi homines pœna sequatur, *l. 5. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 7. Cetera* munerum publicorum obire non abnuant, *l. 1. de honorar. codicill. lib. 6. tit. 22. Cetera morum*, Symmacho *1. epist. 17. terrarum*, apud Festum. Auien. *in descr. orbis.* Augustino *conf. lib. 9. cap. 7. Circi*, Cassiodoro *Variar. 57. facinoris cetera*, Rufino in versione Iosephi *de bell. Iud. lib. 6. cap. 1. veritatis*, Apuleio *2. de Asino. Cetero modo* suis desideriis vindicando, *l. 10. de metallis. lib. 1. t. 19.*

CHALDÆI. *L. 4. de malef. & mathemat. Chaldæi* ac Magi & cæteri. Sunt autem Genethliaci & Astrologi, quorum frequens est apud veteres mentio. Vide loca collecta *in Commentar. ad d. l. 4.*

CHARTÆ ἁπλῶς, pro famosis libellis, *l. 7. de famosis lib. 9. t. 34.* Sidonio *lib. 1. epist. 11. famosa charta*, Aniano ad *l. 1. de famos. libell.* & *Famosa chartula*, Eidem *ad ad leg. 9. de famos.*

CHARTULA. Inter *chartulas* deportati, breuis quidam adseueratur inuentus, *l 3. de fisci debitor. lib. 10. t. 16. & l. vlt. Cod. Iust. eod.* Intelligendæ autem hic sunt chartæ, res vel curas domesticas continentes, vt loquitur Symmachus *lib. 5. Ep. 34.*

CHILIARCHA, *l. 20. de Paganis. Chiliarchas* insuper vel Centenarios, vel qui sibi plebis distributionem vsurpare dicuntur, &c. ex quibus patet hos χιλιάρχας, millenis plebis præfuisse ad instruendam pompam saerorum gentiliorum. Vide *Commentar. ad d. l.*

CHLAMYS, *l. 1. de habitu quo vti oport. l. 14. tit. 10.* Nullus Senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed *chamydis* terrore deposito, &c. Vide *Commentar. ad d. leg.*

CHOMATA, id est, aggeres Nili, aggestæ terræ moles, quibus aquas continent. Logographi *Chomatum, l. vlt. de patroc. vicor. lib. 11. t. 24.* Hesychius χῶμα, ὕψωμα γῆς, ἔχθη. Hinc & παραχώματα *60. Basil. tit. 22. Aggeres, moles*, Latinis: Gallis, *chaussées, leuées. Adsepta* Apuleio ni fallor. *Metamorphos. lib. 2. pag. 35. Edit. Lugd. & pag. 39. Edit. Pricæi.* vbi perperam *adepta Coptica* legebatur. Vid. etiam *l. penult. D. de extraordinar. criminibus*, Iosephum *Antiquit. Iud. lib. 2.* & alia loca in *Commentar. ad leg. 1. de Nili aggerib.* Logographi itaque *Chomatum* fuerunt, qui muniendæ Nili ripæ tuendisque chomatibus, siue aggeribus, præerant.

CHRISTIANITAS. *l. vlt. de spectaculis. lib. 15. t. 5. l. vltim. de Apostatis. lib. 16. t. 7. l. 19. 23. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* vtitur & Ambrosius *sermone* 10. vt *Romanitas*,

manitas apud Tertullianum; *Paganitas*, *l. vlt. de spectaculis.* Est autem *Christianitas*, religio Christiana; obseruatio Christianitatis, siue cultus religionis Christianæ, *l. 112. de Decur. lib. 12. t. 1.* Veneranda *Christianitas*, *l. 26. de Iudæis lib. 16. t. 8.* 2.) *Christianitas* pro clericatu, *l. 123. de decurion. lib. 12. tit. 1.* vt apud nos olim, Episcopalis audientia, dicebatur, *Curia Christianitatis, Cour de Chrestienté, c'est à dire, Cour d'Eglise* V. Pasquier *3. des recherches chap. 26.* vide *Commentar. ad l. 1. 2. de postlimin.*

CHRISTIANI pro clericis *l. 2. de postlimin. lib. 5. tit. 5. l. 50. 123. de decurion. lib. 12. tit. 1. l. 11. de pistorib.*

CHRISTIANVS, *Christianæ legis* votum, pro clericatu, *l. 16. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

CICATRICES. Gloriosorum vulnerum *cicatrices* (in milite) *l. 12. de Veteranis, lib. 7. t. 20.*

CINGVLVM. Absolutos *cingulo* militiæ ad propriam functionem reduci, *l. 25. de cohort. lib. 8. t. 4.* Absolutus *cingulo*, militia abiicietur, *l. 9. de executor. lib. 8. t. 8.* Cingulum dignitatis alicuius, vel militiæ, *l. 11. de muner. lib. 8. t. 1.* Cinguli honore, *l. 14. de priuil. eorum, qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* Cingulum militare, *l. 181. de Decur. lib. 12. t. 1. l. 147. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Cingulum militiæ, *l. 18. de Palatinis. S. L. lib. 6. t. 30.* Nullius *cingulo* dignitatis vtantur. *l. 1. de conductor. & hominib. domus August. lib. 10. t. vlt.* Soluto *cingulo* matricula conuenit aboleri, *l. 11. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Vllo *cinguli* obiectu frustrabuntur, *l. 2. de conduct. & homin. dom. Augustæ. lib. 10. t. vlt.* Soluto militiæ *cingulo*, *l. 16. de cohort. lib. 8. t. 4.* Cingulo priuari, *l. 4. de his, qui super religione lib. 16. t. 4.* Quisquis *cinguli* sacramenta desiderat, *l. 2. quid prob. deb. ad mil. lib. 7. t. 1.* Spoliati *cingulo* ad priorem statum reuocentur, *l. 29. de cohort. lib. 8. t. 4.*

CIRCITORIA dignitas in militia equestri, *l. 2. de fil. mil. appar. lib. 7. t. 22.* vbi dixi plene.

CIRCITORES, Eorum fit mentio *l. 3. de agent. in rebus. lib. 6. tit. 27.* Erant hi inter equites, qui duobus equis vel saltem vno, cum seruo, merebant, & binas ideo accipiebant annonas. De his dixi in Commentar. ad *d. l. 3. & ad leg. 2. de fil. militar. apparitor.* Consule etiam du Fresne *in Glossar. latin. voc. Circitor.*

CIRCVIRE. Super vacantibus ac caducis cum forte largitatem nostram auiditas *circuit* postulantium prius, &c. *l. 11. de petition. lib. 10. t. 10.*

CIRCVLVS. Nullis *circulis* (hæretici) coeant, nullum colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant, *l. 11. de hæreticis lib. 16. t. 5.* περιστατεις Græcis. Inde περίστατοι, qui corona hominum cingantur: apud Isocratem θαυματοποιοὶ περίστατοι. vide notas *ad d. leg.* 2.) *Circulus solidi.* vide *tit. 22. si quis solidi circulum lib. 9.* κύκλον quoque Procopius *3. Gothic. cap. 1. pag. 112. Edit. Venet. inter Script. R. B.* vocat.

CIRCVMCELLIONES, *l. 52. de hæret.* vbi dixi.

CIRCVMDARE, id est, *constringere*, *impedire.* Cui, si per impugnantium profectionem, *circumdato*, ad comitatum pergere aut peruenire liberum intra curricula præfinita non fuerit, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.*

CIRCVMDVCTIO ad assertorem quærendum, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* vbi dixi.

CIRCVMFLVERE. Si *patrimonio circumfluat*, id est, si diues sit, *l. vnic. de off. Præf. Præt. lib. 1. t. 5.*

CIRCVMIRE *templa.* Nemo Templa circumeat, nemo delubra suspiciat, *l. 11. de Paganis. lib. 16. t. 10.* perlustrare, *l. 10. eod. tit.* παραπορεύεσθαι. Polybio *lib. 9. pag. 545. Edit. Casaubon.* αἱ δὲ γυναῖκες παραπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς θεοὺς, πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη· τοῦτο γὰρ αὐταῖς ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. *Mulieres vero circa Deum delubra discurrunt, supplicia diis faciunt, ædium sacrarum pauimenta crinibus passis mundant. Is namque illis mos est, quoties in aliquo insigniore & grauiore periculo patria versatur.* Arnobius *lib. 1. pag. 2. Edit. Stewech. Cum per omnia supplices irent templa.* &c. Eadem vox in Litaniis & Processionibus Christianorum, Gregorius noster *3. c. 29. Vt muros ciuitatis psallendo CIRCVIRENT.* Ita *Circumire ædes sacras*, *l. 7. §. 1. D. de offic. Proconf.*

CIRCVMSCRIPTVS. Suis patrimoniis cum viuendi *circunscripta* temporibus, *l. 18. in fin. de extraord. lib. 11. t. 16.*

CIRCVMSCRIPTOR. Non inlusor vtilitatis alienæ, nec futuræ disceptationis *circumscribtor* occurrat, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.*

CIRCVMSPECTVS. Horum omnium fideli *circumspectoque* dilectu, *l. 8. de Medicis. lib. 13. t. 3.*

CITATIORES, id est, proniores, *l. 3. de exactionib.*

CITVS. Et *citam* remeandi accipiant facultatem, *l. 17. de re milit. lib. 7. t. 1.*

CITATORIA, id est, citationes. Omnia *citatoria*, omnium scilicet causarum, atque personarum, ad Principes (officii) specialiter reuocari præcipimus, *l. 5. de Princip. Agent. lib. 6. t. 28.*

CIVICVS. *Ciuicæ annonæ:* de his *tit. 17. lib. 14.* & sic nominatim vocantur, *l. 9. 10. 11. illius tit.* Ciuici honores, *l. 7. de nauic. lib. 13. t. 5. l. 4. 29. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ciuica Munera, *l. 7. 27. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ciuica Onera, *l. 26. de Decurion.* Ciuicum Nomen, *l. 46. de Decurion.*

CIVILIS, Ciuiles honores, *l. 5. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ciuiles necessitates *l. 17. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ciuile ius pro XII. Tabulis, *l. 9. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.* Ciuilis iuris, id est, iuris Reipublicæ, *l. vlt. in pr. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Ciuilia munera, *l. 1. 5. 17. 25. 36. 37. 46. 78. 175. 191. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Ciuilia Munia, *l. 147. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ciuilia Officia, *l. 37. de Decurion.* Ciuilia Onera, *l. 36. d. t.* Ciuiles partes, militari nomini opponuntur. Illos tantum tironum, &c. munus adstringat, quos honorarios vocauit antiquitas, vel qui fasces *ciuilium partium* consecuti, nulla prius laboribus rudimenta posuerunt. De ipsis etiam militaris nominis viris, &c. *l. vnic. qui a præbit. tyronum. lib. 11. t. 18.* Huc pertinet locus Vegetii *lib. 1. c. 5. Tunc plures militiam sequebantur armatam. Nec dum enim CIVILIS pars florentiorem abduxerat iuuentutem.* Ciuilis causa militari iudicio opponitur, *l. 8. de iurisdictione.*

CIVILITER. Nec vllus inquirat, vtrum *ciuiliter* (iure communi. *Nouella Valent. 10.*) rem actam constet an turbide, *l. omnis 5. de iis, quæ admin. lib. 8. t. 15.* Ad exigenda debita ea, quæ *ciuiliter* poscuntur. *l. 1. de pignorib. lib. 9. t. 30.* His verbis Anianus fiscalia debita seu tributa intelligit. Verum de priuato etiam accipi posse, vox *Creditoris* in *ea lege* ostendere videtur, si retineatur.

CIVES aurigæ, sunt cuiuscunque ciuitatis aurigæ, *l. 3. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* Ciues plebeii, *l. 53. de decurion. lib. 12. t. 1.*

CIVI-

CIVITAS pro Metropolitana, *l. 1. de spectaculis. Ciuitatium*, *l. 16. de Legatis. lib. 12. t 12.*

CLABVLARIS *cursus*. dixi plene ad *l. 23. de cursu. lib. 8. tit. 45.*

CLABVLARIAE *regiones*, *l. 43. de curs. lib. 8. tit. 5.*

CLANCVLO. Obreptiue aut *clanculo* supplicare, *l. vlt. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.*

CLANDESTINVS. Quod si *Clandestinis* artibus putauerit inrependum, *l. 7. de cohort. lib. 8. t. 4. Clandestina* fraus *l. vlt. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Digma *clandestinum*, *l. 9. de suariis. lib. 14. t. 4. Clandestina* supplicatione, *l. 27. in fin. de susceptor. lib. 12. t. 6.*

CLARESCERE. Vt facilius accepti expensique ratio *clarescat*, *l. 14. de iure fisci lib. 10. t. 1.*

CLARISSIMVS. Domum *clarissimæ* memoriæ Eusebii ex Consule, *l. 1. de annona & trib. lib. 8. t. 1.*

CLARISSIMATVS, id est Senatoria dignitas, *l. 180. 183. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

CLARISSIMI, *l. 52. de hæret. lib. 16. t. 5.* sunt Consulares, Præsides.

CLARISSIMVS, id est Senator, *l. 23. de appellationib. lib. 11. t. 30*

CLASSES Vrbis Constantinopolitanæ, *l. 21. de diu. off. lib. 8. t. 7.* sunt *corpora*, vt docet *l. 22. eod.*

CLASSICI, de his *tit. 23. lib. 10.* vbi dixi.

CLAVSVS. Vt imminens accusatio nullis *clausa* temporibus petitorem possessoremue deluderet, *l. 2. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.* Ex die *clausi* renuntiatique census, *l 5. de censu lib. 13. t. 10.*

CLAVSTRA carceris, *l. 2. de custod. reor. lib. 9. t. 3. Claustra* carceralia, *l. 23. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Claustrorum tutamina, sunt conclauia in carcere, *l. 3. de custod. reor. lib. 9. t. 3.*

CLAVSVLA Donationis vel possessionis occurrit, *l. 1. de bonis vacant. lib. 10. tit. 8.* hunc in modum: *Cum adiacentibus, & mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni iure suo:* siue quod idem significat, *Integro statu.*

CLIBANARII *scutarii*, *l. 9. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.* id est, equites Cataphracti. Horum mentio quoque in Notitia Imperii *fol. 42.* & apud Eutropium *lib. 6. cap. 7.* Lamprid. *Alexandro cap. 56.* Vegetium *lib. 3. cap. 6.* Eorum descriptionem v. apud Ammianum *lib. 16. cap. 10.* & Suidam, *in v.* θώραξ. Eos describit & Claudianus in VI. *Consul. Honor. v. 569.* sequ. Consule *Commentar. ad dict. l. 9.* & du Fresne *in Glossar.*

CLIENTELA. Qui *clientelam* susceperint rusticorum, *l. 4. de patrociniis vicor. lib. 11. t. 24.*

COADVNARE. Velut castrense peculium Filiifamilias assessores post patris obitum vindicant, si quid licitis honestisque lucris *coadunare* potuerint, *l. 2. de assessorib. lib. 1. t. vlt. Coadunata summæ in vnam*, *l. 9. §. vlt. D. de pactis.*

COALESCERE. Ne deinde (id est *deinceps*) facinora inpunita *coalescant*, &c. *l. vlt. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.*

COARCTARE. Ad solutionem debiti *coarctandi* sunt, *l. 2. si certum petat. de suffrag. lib. 2. t. 29.*

COCTVS. Coctum aurum, *l. 1. de ponderator. lib. 12. t. 7.* vide quæ ad *eam leg.* dixi.

CODICILLARIVS. *Codicillariæ dignitates*, *l. 7. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.*

CODICILLI. De *Codicillis*, atque epistulis dignitatum: vide *titul. 22. lib. 6. de honorar. codicillis.*

COECATVS. Fide deuii, & mente *cæcati*, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

COELICOLAE. De his *l. 19. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* & *l. 43. de hæret. lib. 15. t. 5.* dixi fuse ad *d. l. 19.*

COELITVS. Infusa *cælitus* sanctitas, id est, baptisma, *l. 4. ne sanctum baptisma, lib. 16. t. 6.* 2.) *Cælitus*, id est a Principibus. Iuxta formam *cælitus* datam beneficio principali, *l. 16. de murileg. lib. 10. t. 20. l. 23. de Palatinis. lib. 6. t. 30. l. 2. de castrens. lib. 6. t. 32.* Simili ratione *cælestes litteræ, &c.*

COENOBITAE, Monachi, *cænobitæ*, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.* seu *Synoditæ*, vt est in *l. 57. de appellat.* quæ eadem est lex. Dixi *tit. de Monachis.* Similes κοινόβιοι, οἱ τὰς ὀσίας κοινὰς ἔθετο, *cænobitæ, qui facultates communes habuerunt*, & κοινοβίον nomen, & genus, inter Pythagoricos: de quo vide Iamblichum, de *Vit. Pythagor. lib. 1. cap. 6. pag. 43. cap. 18. pag. 84. Edit. Commelin.* τῶν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν ὀσίαν διέταξε, καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου διατελεῖν. *Pythagoreorum fortunas simul & conuictum toto vitæ tempore communem transigere præcipit.* Vide & Gellium *lib. 1. cap. 9.* κοινόβιοι, qui Charondæ in legibus ὁμοσίπυοι, ὁμόκαποι Epimenidi Cretensi, *sodalitia*, *consortia* vocat Ammianus *lib. 15. cap. 9.*

COENOSVS. Erepto splendore eius (Eutrop.) & Consulatu a tætra inluuie & a commemoratione nominis eius, & *cænosis* sordibus vindicatio, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

COENVM. Nullus omnino immundo fimo, sordidatis fluentis, commune poculum polluat, atque ita & turbido potum *cæno* misceat, *l. 13. de re milit. l. 7. t. 1.* Eos, qui orthodoxorum ritu fuerint initiati, *cæno* profanatarum religionum hæreticorumque sordibus polluere moliatur, *l. 6. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.*

CAERIMONIAE. Quadraginta diebus, qui auspicio *cærimoniarum* Paschale tempus anticipant &c. *l. 4. de quæstion. lib. 9. tit. 35.* Cærimoniæ hic νηστεία, *ieiunium:* vide Socratem *lib. 5. cap. 21.* Sozomenum *lib. 7 cap. 19.*

COETVS, de Curiis ciuitatum, *l. 42. 66. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Hinc *cœtus Curiarum*, *l. 23. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* Vid. *Paratitlon de decurion.*

COGERE, *colligere*, *exigere*, *congregare.* Cogere debita. Cogendis obuium debitis prouocationis suffragium, *l. 39. de appellat. lib. 11. t. 30.* Ne cunctantes *cogerentur*, *l. 1. de liberali causa lib. 4. t. 8.* Poëta *Æn 11. v. 235. accitos alta intra limina cogit.* Cogendarum intuitu pensionum a fundis patrimonialibus, *l. 17. de extraord. lib. 11. t. 16.* Cogere animalia, *l. 2. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* Ammianus *lib. 15. initio. Equorum permutatione veloci, vt nimietate COGENDI quosdam extingueret.* Eodem sensu, *l. 39. D. ad l. Aquil.*

COGNATVS *Sanguis.* Qui venerandum *cognati sanguinis* vinculum profano cœcus violauit incestu, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Martialis quoque *lib. XII. Epigr. 44. Vnice COGNATO iunctum mihi sanguine nomen.* Vid. *not. g. ad dict. leg.*

COGNITOR, Iudex, *l. 4. de Iurisd. lib. 2. t. 1. l. 10. de Iurisd. lib. 2. t. 1. l. 2. de fructib. & lit. exp. lib. 4. t. 18. Cognitor*, Iudici opponitur, *l. 5. ad l. Iul. repet. Cognitor* priuatarum litium, ad diff. Procuratoris vel Rationalis *l. 5. ad l. Iul. repet*

COGNITORES, id est, Iudices & Rectores Prouin-

vinciarum, *l. vlt. de adminiſtr. & periculo tutor. lib. 3. t. vlt.*

COGNITOR, præſentis Procurator: vide *tit. de cognitorib. lib. 2. t. 12. Attournes en la couſtume de Normandie.*

COGNITIONALIS ſententia, *l. 32. de petitionib. lib. 10. t. 10.*

COGNOSCERE, pro *agnoſcere*, *l. 17. de Prætor. lib. 6. t. 4. Cognoſcere* annonarias functiones, pro agnoſcere, *l. 4. in fin. de annona lib. 11. t. 1. Cognoſcere* cenſum, id eſt, agnoſcere, *l. 4. de cenſitor. lib. 13. t. vlt. Cognoſcenda*, abſolute, quæ agnoſcere, ſubire quis tenetur. Iubemus eos ad munera relicta, & ad *cognoſcenda* coniungi, *l. 129 de Decurion lib. 12. t. 1.* ita, *defendenda l. vnic. de Irenarchis lib. 12. t. 14.* Functiones publicas *cognituri*, *l. vlt. de patrociniis vicor. lib. 11. t. 24.*

COHAERERE. Querimoniam, quæ finali *cohæret* cum proprietate controuerſiæ, *l. 1. finium regundorum lib. 2. t. 26.*

COHIBERE. Si vero intra præſtitutum modum *litigii ſumma ſe cohibet. l. 49. de appell. lib. 11. tit. 30.* Id eſt, litigii ſummam non excedit. *Gloſſ. Philox. cohibet*, καμμύει καταμύει

COHORTES Cohortium nomine, officia Rectorum Prouinciarum, donata, *l. 2. de cohort lib. 8. t. 4.*

COHORTALINI, *l. 26. 28. de cohort. lib. 8 t. 4. l. 184. de Decurion lib. 12. t. 1. l. 14. de priuil. eorum, qui in ſ. p.* ſunt Prouinciales Apparitores, *d. l. 26.* Ab Apparitoribus P. P. ſeparantur, *d. l. 14.*

COHORTATIO inponitur, non neceſſitas imperatur, *l 2. de publ. compar. lib. 11. t. 15.*

COITIONES profanæ & inlicitæ hæreticorum, *l. 7. de hæret. lib. 16. t. 5.* Coitio vetitæ congregationis, *l. 12 de hæreticis. lib 16 t. 5.*

COLLATIVVM. pro *collatione*. Nullis, aut equorum oblationibus, aut quibuſcunque præterea de *collatiuo* omnium, poſtulatis parere cogantur, *l. 3 de proxim. Comitib. diſp. lib. 6. t. 26.* Vbi late dixi.

COLLEGIATI. De his eſt *titulus 7. lib. 14.*

COLLIGERE, συνάγειν, συνιέναι, *Abſolute.* Damus copiam *colligendi* his, qui ſecundum ea ſentiunt, quæ Ariminenſi concilio decreta ſunt, *l. vlt. de fide cathol. lib. 16. t. 1.* Mox his, qui ſibi tantum exiſtimant *colligendi copiam* contributam, &c. *d. l. vlt.* quod repetitum *l 1. de his, qui ſuper religione. lib 16. t. 4.* Si licentiam dederit *colligendi*, *l. 21. de hæret. lib. 16. t. 5.* Congregationes *colligere*, *l. 14. de hæret. Cohors hæreticorum colligi* dicitur. Ne in quoquam loco ſacrilega cohors talium hominum *colligatur*, *l. 20. de hæret.* Vide quæ ſcripſi ad *l. 36. de hæret.* Inde *Collectiones d. l. 36.* συνάξεις quas *Collectas* ſcripta Eccleſiaſtica ſæpe vocant. 2.) *Colligere plebem.* De his qui plebem audent contra publicam diſciplinam *colligere* (*ſuſcipere*, *defendere* in *l. vn. illius tituli*) eſt *tit. 33. lib. 9.* 3.) *Colligere* dicitur de expoſitis, vide *leg. 1. de expoſitis. lib. 5. tit. 7.* Inde *collectitii.* vid. *not. e. ad cit. leg.* 4.) Summa *collecta*, *l. 1. de frum. V CSP. lib. 14. t. 16* Cuius tota ſubſtantia 30. librarum argenti æſtimatione *colligitur*, *l. 9. de piſtorib. lib. 14 t. 3.* Et de præterito, ſi qua ipſis poſſidentibus reliqua *colliguntur* a ſemetipſis ſciant ſine aliqua excuſatione ſoluenda, *l. 14. de murilegulis. lib 10. t. 20.* Ad eum modum, quem habitæ concertationis impendia ſupputata *collegerint*, &c. *l. 2. in fin. ſi vagum petat. mancip. lib. 10. t. 12.* Et ſuſceptorum ſubſtantiæ & fideiuſſorum facultates diligenti deſcribtione *collecta*, ad officii notitiam perferantur, *l. 25. de ſuſceptoribus. lib. 12. t. 6.* Menſor, qui vel frumenta modio metiatur vel iuſtis æſtimationibus *colligat*, quanta habeantur in condito, *l. 1. fin. de conditis in publ. horreis. lib. 11. t. 14.* Sciat intra anni metas debere *collectis* ratiociniis ad proprium iudicem remeare, eique ſuam efficaciam oſtendere, quid eius inſtantia exactum fuerit, &c. *l. 9. de executor lib. 8. t. 8.* Ex ſumma, quæ quinquennii perpenſis frugibus *colligitur*, *l. vlt. de annona. lib. 11. t. 1.* Ita ſe a coniunctis accepturum ſolidos nouerit, vt integri pretii modus in 36. tantummodo ſolidis *colligatur*, *l. 7. de tyron. lib. 7. t. 13.* 5.) Litigatores quorum intereſt, *collectis* omnibus geſtis, & ipſius Relationis exemplis, veniendi ad comitatum, *l. 47. de appellat. lib. 11. t. 30.* Hinc *Collecta ſcriptura. Quid portendat ab haruſpicibus requiratur, & diligentiſſime ſcriptura COLLECTA ad noſtram ſcientiam referatur, l. 1. de Paganis.* Ita *facultates diligenti deſcriptione COLLECTÆ deferantur, l. 25. de ſuſceptoribus.* Apud Scriptores alios de *colonis, p. 92 99. 111. 117. Edit. Rigat. COLLECTVS iugerationis modus: collecta territoria: agri menſura collecta.* Colligere de tenui quæſtu *l. 10. 14. de Epiſcopis. lib. 16. t. 2.*

COLOBIA. De his dixi *ad leg. 1. de habitu, quo vti oportet intra vrbem, lib. 14. tit. 10.* Erant autem *colobia* veſtimenta ſine manicis.

COLLOCARE, vide *infra Conlocare.*

COLONATVS, *l. 33. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

COLOR, *prætextus.* Breuis hæc videtur iniuria, quæ inani honeſtatis *colore* velatur, &c. *l. 6. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* Nullius iuris *color* proficiat, *l. 3. de abolition. lib. 9. t. 37.* Nihil ex his quæ inſtaurationi, ornatibusque ſingulis deputauit antiquitas, nullius *colore* occaſionis auferri volumus, *l. 47. de operibus publ lib. 15. t. 1.* Etſi *color* petitionis aut ratione aliqua aut tempore poſſit admitti, *l. 18. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* Symmacho *lib. 5. epiſt 54.* in hoc eodem argumento color fiſcalis. *His auſibus COLOR FISCALIS adhibitur, veluti ob inquiſitionem mobilium ex bonis, quæ meruit Euſebius, diuinæ domus debitorum.*

COLORARE. Vtrum is fuerit petitionis hortator, qui iniquæ retentionis inuidiam aliquo neceſſe habuit *colorare* velamine, *l. 2. ſi vagum mancip. lib. 10. t. 12.* Licet ſub teſtamenti vocabulo ereptæ, cum perfectæ non ſint, euanuiſſe videntur: tamen diſpoſitiones vltimæ *coloratam* (ſi pater inter filios diſponat) iuris imaginem referentes, iuſtius in ſe legum procliuem fauorem debent prouocare, *l. 1. de famil. hercisc. lib. 2. tit. 24.*

COMITARI pœnæ criminoſos dicuntur, *l. 180. de Decurion lib 12. t. 1.* Sceleris tanti auctores capitali pœna, proſcribtione *comitante* plectentur, *l. 4. in fin. ne Chriſtian. mancip. Iudæus. lib. 16. tit. 9.*

COMITATENSES. Scrinia largitionum *Comitatenſium*, id eſt, Comitis S. L. *l. 7. de Palatinis S. L. Lib. 6. t. 30.* Largitionales *Comitatenſes*, *l. 6. de diuerſ. offic.* Officium largitionum *Comitatenſium*, *l. 3. 7. de priuil. eorum qui in ſ. pal.* Largitionales *Comitatenſes* ſunt officiales Comitis largitionum, *l. 6. de diuerſ. offic. lib. 8. t. 7.* Theodoretus *hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 22.* καὶ ὁ τῶν κομητατησίων δὲ λαργιτιώνων κόμης, στρατιωτῶν ἐπαγόμενος ἄμετρον πλῆθυν, *& Comes etiam Largitionum Comitanſium, inmenſam militum multitudinem ſecum ducens.*

COMITATENSES *numeri*, *l. vltim. de re milit. lib. 7. t. 1.*

t.1. & l.10. de numer. lib.8.t.1. Erant, qui in id constituti fuerant, vt Comitatum Principis sequerentur, ita vt ibi consisterent, vbi Comitatus esset, *l. 17. de re milit.* Horum alii, pedites erant: vnde legiones Comitatenses, *l. vltim. de bonis militum.* Alii Equites: vnde vexillationes Comitatenses, seu cunei, *d. l. vnic.* Ammianus, *lib. 29. c. 5. Cum Comitatensi auxilio militis pauci Theodosius Magister militum mittitur.* Comitatense militiæ munus, *l. 38 de Decurion. lib. 12. t. 1.*

COMITATVS, vide *l. 2. de officiis Iudicum omnium. lib. 1. t. 10.* Comitatus est, vbi rerum domini sunt: vt Anianus exponit *ad l. 20. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

COMITIANI, *l. 18. de cohort. lib. 8. t. 4.* sunt officiales Comitis Orientis.

COMITIVA *honoraria*, *l. 150. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.*

COMITIVA sedes, id est Comitis S. L. *l. vlt. de conlat. æris. lib. 11. t. 21.*

COMMACVLARE Quæ prædictorum se consortiis *conmaculauerint.* Et mox: illicitis memoratarum nuptiarum sceleribus commaculari, *l. 3. de incestis nupt. lib. 3. t. 12.* Ne viduitatem stupri procacitate *commaculet*, *l. 2. de repudiis.*

COMMANERE. In ædibus *commanendi* habeant facultatem, *l. 2. ne quis in Palat. man. lib. 7. t. 10.*

COMMEARE, iter facere. Callida machinamenta *conmeantium* (transeuntium, *l. 7.*) ac simulatæ obseruationis ingenia & fraudes depellant, *l. 6. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Nec einensis euectionibus dandam *commeandi* cuiquam facultatem grauitas tua cognoscat, *l. 27. de cursu. lib. 8. t. 5.* Qui viri, & euectiones *commeantium* exactissima cura inspicere debebant, *l. 23. de cursu. lib. 8. t. 5.* Vt securitas antiqua vel consistentibus, vel *commeantibus* reparetur, *l. vlt. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Quotiens eos *commeare* per Prouinciam Sardiniam necessitas publica persuaserit, *l. 16. de cursu. lib. 8. t. 5.* Quotiescunque ex diuersis Prouinciis ad sacrum mansuetudinis nostræ Comitatum legationes quas instruxere decreta, necesse erit *commeare*, &c. *l. 10. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Per quorum prædia ductus *commeat. l. 1. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* id est, vt eadem *l.* paulo ante, *per quorum fines formarum meatus transeunt.* 2.) Breues *commeare* dicuntur, *l. 2. in fin. de bonis vacantibus. lib. 10. t. 8.* cum scilicet mittuntur ad Comitem R. P. 3.) Commeandi officium, id est, naucularii, *l. 27. de nauic. lib. 13. t. 5.*

COMMEATVS. Commeatus annonæ, *l. vnic. de patronis horreor. Portuensium: lib. 14. t. 23. Ne vnquam veteris erogationis ratiocinium, NOVIS COMMEATIBVS inseratur.* L. 18. *de annona. lib. 11. t. 1. Eius anni atque Indictionis exordio, quæ NOVVM denuo annonæ COMAEATIBVS poscit obsequium.* Et *l. 32. de nauicular.* commeatus pro canone frumentario ponitur. *Commeatus P. R.* Lamprid. *Alexand. cap. 21. Commeatum populi Romani sic adiuuit, vt quum frumenta Heliogabalus euertisset vicem de propria pecunia reponeret.* Nam *commeatus* significat exercitus & hominis etiam priuati alimoniam. Imo cum plures naues vna aliquo appellunt, *commeatus* dicuntur. Huc pertinet locus Catonis *origin. lib. 2. Si indu nauis putidas atque sentinosas commeatum onerare volebant.* παρασίτησις. *Gloss. Phil.* ita enim legendum: cum vulgo editum sit: *Commeatus*, παράςησις. Frumentarius *commeatus*, *l. 32. de nauicular. lib. 13. t. 5* Onus frumentarii *commeatus*, qui per Orientales nauarchos ex Alexandrinæ ciuitatis conditis debuerat transferri. *Hispanienses* atque *Alexandrini commeatus*, apud Symmachum *lib. 10. epist. 50. Macedonici*, apud eundem *lib. 3. epist. 82.* Idem, *annonarium commeatum*, appellat, *lib. 9. epist. n. 4. Frumentarios commeatus* pariter, *lib. 10. epist. 31.* Sæpe, apud Ammianum, vox ea eo sensu, *lib. 14. 18.* & alios. Vide Iuretum *ad Symmach.* Commeatus maritimi naucularioriorum Alexandrinorum, Orientis, *l. 7. in fin. de nauicular. lib. 13. t. 5.* Commeatus annonarii, *l. 3. ne conlationis transl. lib. 11. t. 22.* 2.) *Commeatus*, pro itu, reditu, *l. 15. de Agentib. lib. 6. t. 27. lib. 16 de palatin. S. L. lib. 6. tit. 30.* Vt ciuitatis Prouinciæ suæ finibus peregrinos expeterent *commeatus*, *l. 161. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* De *commeatu* hoc est *tit. 12. lib. 7.* 3.) Commeatus est facultas merces importandi & exportandi. Et ne rarior sit diuersarum mercium *commeatus*, *l. 1. de litorum & itin. cust. lib. 7. t. 16.*

COMMEMORATIO criminis, *l. 2. de custod. reor.*

COMMENDARE. Quæque antiqua consuetudine *commendantur*, *l. vlt. de iure fisci. lib. 10. t. 1.*

COMMENTITIA venditio. Aduersus *commentitias* venditiones & aduersus Tutorum insidias, &c. *l. 1. de integri restitutione. lib. 2. t. 16.*

COMMENTVM cretionis, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* *Commentum fraudis* Fraudis huius *commenta* facile comprimuntur, *l. 43. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 3. Cod. Iust. de exception.* Frustrationis *commentum. l. 21. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Audax commentum.* Abstineant patrocinijs agricolæ, subiugandi supplicio, si talia sibimet adiumenta *commentis* audacibus conquisierint, *l. 2. de patrociniis vicor. lib. 11. tit. 24* *Commentum, detestabile*, *l. 1. de pistorib. lib. 14. t. 3* *Exquisitum. Commentum.* Nec exquisita *commentis* ars eiusmod subornetur, vt, &c. *l. 15. de pœnis. lib 9 t 40.* *Fœdum Commentum.* Fœda *commenta*, id est, emendicata ad honores vel empta suffragia, *l. 1. si certum petatur de suffr. lib. 2. t. 28.*

COMMENTARIENSIS, vide *Paratitlon, lib. 9. de custod. reorum.*

COMMENTARII, pro Commentarienses. P. P. *l. 21. de appellat. lib. 11. t. 30.*

COMMILITONES. Aut sciant se non absque deuotionis nota, & morsu honoris alieni *commilitonibus* esse postponendos, *l. 10. de re milit. lib. 7. t. 1.*

COMINVS partibus constitutis, *l. 2. de fructibus & lit. exp. lib. 4. t. 18.*

COMMISSVM est, cuius dominium vectigali acquiritur. Vitium *commissi*, vide *l. 3. de administrat. & pericul. tutor. lib. 3. t. vlt.* Commissi offensa *d. l. 3.* Commissi legem incurrere, id est, *in commissum cadere.* Absque omni mora auro suscipiendo: ne quis in aliena ciuitate sumptus faciat, vel (quod est grauius) legem commissi frustratus incurrat, *l. 2. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Et mox *ead. leg.* commissi nexu liberatus. Tale commissum, *l. 18. de susceptor.*

COMMODA, de re annonaria proprie, *l. 25. de annona. lib. 11. t. 1. l. 2. 3. trib. in ipsis spec l. 8. de Medicis & Professor.* Hinc, commoda annonaria, *d. l. 8.* Publica, *d. l. 25.* Popularia, *d. l. 3.* Populi, *d. l. 8.* 2.) Commoda, pro annona speciatim, *l. 3. de canone frum. V. R. lib. 14. tit. 15.* Commoda annonarum, *l. 10, 12. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* late dixi *ad d. l. 12.* 3.) *Commoda* Curiarum, *l. 43 de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Commoda* Publica, *l. 36. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Commoda* Oppidanea, *l. 43. de Decurion.*

Commodum publicum, *l. 8. quorum appellat.* 4.) *Commodum* Fisci, *l. 10. quorum appellat. lib. 11. tit. 36.* Fisci *commodis* iussimus vindicari, *l. 8. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* Qui curam fiscalis *commodi* gerit, *l. 8. de appellat. lib. 11. t. 30.* Patroni fiscalium commodorum, *l. 3. de aduocato fisci. lib. 10. t. 15.* Fiscalia *commoda*, *l. 14. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Debita quæcunque Vicani fisci docebuntur *commodis* intulisse, *l. 1. de patrociniis vicorum. lib. 11. t. 42.* 5.) *Commodum* sententiæ latæ, *l. 6. quorum. appellat.* Nec libellos suscipi, qui in damna fiscalia, commodum sententiæ latæ aut dilatione suspendant, aut terrore (*iniecto iudicibus, & quidem terrore appellationis*) detorqueant. 6.) *Commoda* domus priuatæ principis. Commoda, quæ domui nostræ debentur, *l. 32. quor. appellat. lib. 11. tit. 36.* 7.) Largitionalia *commoda*, *l. vltim de immunitate lib. 11. tit. 12.* 8.) *Commoda militum. Cæsar apud milites de commodis eorum, non Frustrabo vos milites.* Diomedes *lib. 1. p. 395. apud Putsch. inter Grammaticos.* Ouidius *de Art. am. I. v. 131. Romule militibus scisti, dare COMMODA solus. Gloss.* Philoxeni. Commodum, τὸ σιτώνιον, ita lego, vel τὸ ϛρατιωτικὸν ὀψώνιον; editum τὸ ϛετονιωνόν: male Vulcanius τὸ ὤνιον reponit. 9.) Commoda Prouincialium, *l. 1. 3. de Legatis. lib. 12 t. 12.* 10.) *Commoda publica*, de capitatione, *l. 36. de Decur. lib. 12 t. 1.*

COMMODVS. Commoda nobis visa est ea dispositio, quæ, &c. *l. 6. de naucular. lib. 13. t. 5.*

COMMODARE. Qui seruo, &c. pecuniam *commodat: mox* nisi specialiter vt pecuniam *commodet*, a domino fuerit postulatus. *Item*, si fuerit commodata pecunia, *l. vnic quod iussu. lib. 2. t. 31.* *Commodatum* pro mutuo Vide quæ dixi ad *l. illam not. 1.* 2.) *Commodare* conhibentiam *l. 8. de appellationib. lib. 11. t. 30.* id est, *conniuentiam tribuere* Ita *commodare* patientiam, *l. 13 quorum appell lib. 11. tit. 30.* Horatius I. *Epist. 1. v. 40. Si modo culturæ patientem commodet aurem.* 3.) *Operam commodare.* Emendis vendendisque rebus *operam* voluerint *commodare*, *l. 14. de lustral. collat. lib. 13. tit. 1.*

COMMODERATA (tentet alius, *cum moderata*) dispositione tua retentis, *l. vltim. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.*

COMMODITATES patriæ, *l. 190. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

COMMONERI. Singularum ciuitatum ordinibus *commonendis*, &c. *l. 5. de filiis mil. appar. lib. 7. t. 22.*

COMMONITORIVM, est præceptum, mandatum, quo negotium alicui committitur. Hinc *commonitoria* a principe dantur, *Instructions*, *mandata*, Ammianus *lib. 28. c. 1. commonitorium cum Augusti literis tradidit.* Dantur etiam a priuatis, *Commissions* appellares recte. Huius generis commonitorium occurrit *l. 2. si certum petat. de suffrag. l. 2. tit. 29.* vbi quidam commonitorium de suffragio dederat, promiseratque in eo simul ἀντίδωρον Si quis, *ait lex*, dum solo *commonitorio de suffragio* nititur, bona duxerit occupanda. Marcellinus *lib. 28. c. 1. commonitorium repertum est, manu scriptum Hymetii, petentis, vt obsecrata ritu sacrorum solennium numina, erga se Imperatores delinirent.* Commonitorium principis occurrit *l. 27. de erogat. militar. annon* vbi dixi, & *l. 10. de curios. lib. 6. tit. 29.* Curiosi idonei transmittantur, *commonitoriis* competentibus atque mandatis instructi. Consule etiam Iuretum ad Symmach. *lib. 5. ep. 22.*

COMMOTIO, pro ira. Circa hos maxime vrgenda *commotio* est, qui, &c. *l. 62. de hæret. lib. 16. t. 5.* Commotio Iudicis, *l. 14. quorum appellat. lib. 11. tit. 36* Sine vllo metu Iudiciariæ *commotionis*, *l. 1. de Palatini S. L. lib. 6. t. 30.*

COMMOVERE. Calumnias commouere, *l. 1. in fin. de aduocato fisci. lib. 10. t. 15.* 2.) *Commouere*, id est, *Mouere* de loco in locum. Si quis vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumue extra ordinem *commoueat*, *l. 14. de cursu. lib. 8. t. 5.* Qui Parangarias aut parauEredos in ciuitatibus ad canalem audeat *commouere*, *l. 15. de cursu. lib. 8 t. 5.*

COMMVNE, τὸ κοινὸν, *prouincia*, aut *ciuitatis.* Legatos dixisse libere, quæ illorum fuerant *a communi* fidei constantiæque commissa, *l. vlt. de Legatis. lib. 12 t. 12.* Symmachus *lib. 4. epist. 46 Legationem illis Campanorum Prouincialium COMMVNE mandauit: & lib. 1. epist. 11. Ambrosium, ad Dominos & Principes nostros Stilia COMMVNE legauit.* Vide *not. b. ad leg. cit.* & Iuretum *in Symmach.*

COMMVNIS. Neque eos quicquam, vltra hanc formam in cursum habere *commune l. 7 de curiosis. lib. 6. t. 29.* *Communes*, *Dies* festis opponuntur, *l. vni. de imag. nib. imper. lib 15. t. 1.* *Communes*, id est profani. *Commune* pro *profano*: sic κοιναῖς χεῖρες, *communes*, *illotæ*, apud *D. Marcum cap. 7. v. 2.* κοινοῦν *Matth. 15. v. 11.* *Communicare*, vt recte vertit vetus interpres, id est, *inquinare*, *polluere.* Quod Tertullianus imitatus est, *lib. de pudicitia*, *cap 8.* *Non vasculorum inquinamentis*, *sed eorum, quæ ex ore promuntur, hominem communicari.* Et *lib. de spect. cult*, *c. 17.* *Quæ ore prolata communicant homines.* *Communes Literæ*, quibus vti communiter mos erat. His ideo opponuntur apices seu literæ, quibus formia Principis vtebantur *l. 3 ad l. Corn. de falso lib 9. t 19.* Communetus, *l. 23. de hæret. lib. 16. t. 5.* Commune poculum, vide *infra Poculum.* Quod in *commune* omnibus profuturum est, *l. 1. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* In *commune* omnibus profuturum communi labore curetur, *l. 49 de operib. publ. lib 15. t. 1.* Varro 2. *de vita pop Rom* apud Nonium *cap. 7. num. 11.* *Non IN COMMVNE spectant*, *sed suum quisque diuersi commodum focilantur.*

COMMVNIO. Catholicæ *communionis* cultus, *l. 46. de hæreticis lib. 16. t. 5.* *Communione* criminis implicato, *l. 4. de hæret. lib. 16. t. 5.* Communione istius muneris separentur, *l. 3. de indulg. crim. lib. 9. t 38.*

COMMVTARE. Qui merces, emendo atque vendendo, *commutantes*, *l. 8. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

COMMVTATIO. In mercimonii *commutatione*, *l. 7. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Anonymus auctor subditus Notitiæ Imperii, *cap. 1. commutationum necessitatem*, vocat, quam paullo ante *emendi & vendendi vtilitatem*, dixerat. Vid. *l. 1. D de contrahend. empt.* Apuleius *Apolog. Sane pretio mutaui.* Nouella Valentin an. 10. *de confirmand. iis, quæ administr.* Commutatio instar emptionis obtinet.

COMPARARE. Ne vllis parentibus aut propinquis in capiendis ab intestato hereditatibus præferantur coniuges, vel etiam *comparentur*, *l. vlt. de legitim. hæred. lib 5. t. 1.* 2.) Suffragio *comparato*, *l. 5. de decurion. lib. 12. tit. 1.* Idem est, quod, *suffragio parato.*

COM-

COMPARATIO publica, quæ & *Synoneton:* de ea *tit. 15. lib. 11. de publica comparatione*, vide *ibi Paratitlon*, & commentarium *ad leg. 1.*

COMPENDIA, pro reditibus & vectigalibus cuiusque ciuitatis, *l. 26. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* 2.) Per inlicitæ ambitionis *compendia* prouecti non merito probantur esse, sed pretio, *l. 86. de Decur. lib. 12. t. 1.* Vbi *compendia* sunt, per quæ quis non ordine, aut per gradus, ad quamcunque rem enititur. 3.) Fisci nostri *compendiis* profutura, *l. 179. de Decur. lib. 12. t. 1.* Tricenas auri libras *compendiis* fiscalibus conferent, *l. 25. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

COMPENSATIO. Numerus ex adcrescentibus primitus reparetur, ac si *compensatio* non potuerit conuenire, &c. ita demum, &c. *l. 6. de tyronibus. lib. 7. t. 13.*

COMPETENTISSIME. Diuinum Iulianum hoc *competentissime* decreuisse comperimus, *l. 2. de actorib. procurat. lib. 10. t. 4.*

COMMPETITIO, pro querela eius, qui se a peræquatore prægrauatum queritur, *l. 5. de censu:* & *l. 4. 15. de censitoribus. lib. 13. t. vlt.* Si eadem per alias *competitionum* nebulas detectus fuerit amisisse, *l. vnic. de rei vindicat. lib. 2. t. 23.* vbi petitiones intelligendæ, de quibus est *titulus 10. lib. 10.*

COMPLEXVS. Quoscunque vacuos publico inueneritis officio in *complexum* vestri ordinis adplicate, *l. 3. in fin. de naufrag. lib. 13. t. 9.* Complexus ordinis Senatorii, *l. 57. de decurionib. lib. 12. tit. 1.* 2.) *Complexum*, passiue. Hoc quoque legis auctoritate complexo, *l. 28. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* *Complecti* passiuo significatu apud Tertullianum quoque *adu. Hermog. c. 31.*

COMPONERE. Vt si vnus patruus seu duo pluresue sint, siue filius filiiue eorum, vsque ad nepotem extiterint, in partem tertiam *componant*, *l. 2. de legitim. hæred. lib. 5. t. 1.* vide & *l. 7* ibi: *compositionis* nomine. 2.) *Componere Pratorium*, est rebus necessariis instruere, *l. vlt. de offic. Iud. omnium. l. 1. tit. 10.* 3.) Compositæ pacis si erit efferenda tranquillitas, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.*

COMPROBARE, *l. 4. de accusat. lib. 9. t. 1. l. 12. de famos. libell. lib. 9. t. 34.* Idem est Adprobare, *l. 6. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t 27.* *Comprobare* his de rebus, *l. 1. de famos. libellis. lib. 9. t. 34.*

COMPELLERE. Quos atrox cupiditas in scelera *compulit* fæuiora, *l. 7. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

COMPVLSOR. Erat exactor, qui tempore elapso, quo tributorum exsolutionem factam oportebat, ad compellendos prouinciales mittebatur. Vid. *l. 34 de annon. & tribut. lib. 11. tit. 1.* vbi late dixi. *l. 186. de decurion. l. 5. de Off. Rect. prouinc. l. 7. de executor.* ἐπέικτης, græcis in libris βασιλ. & apud Cedrenum *in Leon. Philosoph.* ἐπέικτης τȣ̃ βασιλέως. Vide du Fresne *in Glossar.* vtroque voc. *compulsor*, & ἐπέικτης.

CONCEPTACVLA aquarum, *l. 2. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* vbi dixi. Immissaria & receptacula, Vitruuio *lib. 8. c. 7.* Castella, *l. 5. eod. tit.*

CONCERTATIO. Habitæ *concertationis* impendia supputata, *l. 1. in fin. si vagum petat. mancip. lib. 10. t. 12.*

CONCEDAS, id est remittas, *l. 17. de Prætoribus. lib. 6. t. 3.*

CONCESSA, pro remissa, indulta, *l. 3. de immunitate. lib. 11. t. 12.*

CONCIDERE. Ne tanta res eorum *concidat* vilitate, *l. 8. de donat. lib. 8. t. 12.* vide legem ipsam.

CONCILIABVLA hæreticorum, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* *Conciliabula* damnatæ dudum opinionis, id est, hæreticorum, *l. 5. de hæret. lib. 16. t. 5.* Funesta *conciliabula* hæreticorum, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Conciliabula* Iudæorum, *l. 1. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

CONCILIARE. Quæ ex earum rerum quæstu ac fructibus *conciliata* sunt, *l. 2. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* *Conciliat*, συναθροίζει, *Gloss.* Philox. vide quæ ad *eam legem* dixi.

CONCILIATRIX. In masculis, si repudium mittant, hæc tria crimina inquiri conueniet, si mœcham, vel medicamentariam, vel *conciliatricem* repudiare voluerit, *l. 1. de Repudiis. lib. 3. t. 16.* vbi dixi.

CONCINNATVS. Commentitia & *concinnata*, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Vid. ibi *Commentarium in fin.*

CONCILIVM sanctissimum Catholicæ, venerabileque. Est *Ecclesia Catholicorum*, *l. 4. de Episcopis Eccles. lib. 16. t. 2. & l. 1. Cod. Iust. de sacros. Eccles.*

CONCITATVS. *Concitatos* aculeos acrioris commotionis non dubitet exerendos, *l. 38. de hæret. lib. 16. t. 5.*

CONCITATOREM iudicii, qui inquietudinem inferre temptauerit, *l. 2. de bonis vacantib. lib. 10. t. 8.*

CONCLVDERE. Indultum nostrum eo præcepti fine *concludimus*, vt, &c. *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. tit. 38.*

CONCORDARE. Cum omnis hæreditas dote dicitur exhausta, *concordare* (id est, bona occasio est, legibus quibus aliquid introductum, concordes & similes casus ad eandem vtilitatem vel æquitatem tendentes, addere, supplere, *l. 13. D. de legibus*) legibus promptum est, vt ad exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, *l. 1. de inoffic. dotib. lib. 2. t. 21.* Itaque male Tribonianus, qui hoc sibi immutauit, *leges legibus concordare promptum est.*

CONCORDIA quietis ac pacis, *l. vnic. de hirenarchis. lib. 12. t. 14.*

CONCVRRERE. Docuit tua sublimitas, exactionem tributorum Senatus non posse *concurrere*, adeo vt in nonnullis Prouinciis Senatorii Canonis medietas in debitis resideret, *l. vlt. de prædiis Senat. lib. 6. t. 3.* *Concurrere* autem exactio tributorum dicitur, quæ respondet breuibus tributorum seu canonis, neque quicquam in reliquis residet.

CONCVSSIO. Non perpetui exactores in continuata vexandorum Prouincialium potestate veluti *concussionum* dominatione, teneantur, *l. 22. de susceptor. lib. 12. t. 6.*

CONCVSSVS. Ædes ætatis senio seu fortuitis *concussæ* (veluti incendio, vt in sp. d. l. 44.) casibus, *l. 44. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *Concussum* terræ motu ædificium, *l. 95. D. locati.* *Concussus* paries, *l. 18. §. 11. D. de damno inf.* 2.) Si quis a Iudice fuerit aliqua ratione *concussus*, *l. 6. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.* Quicunque se a Comite domorum meminerit esse *concussum*, *l. vltim. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.*

CONDEMNATIONES, *l. 27. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Facultatum suarum *condemnatione* vindicetur, *l. 16. de re militari:* vide quæ dixi *ad l. 12. eodem tit.* *Condemnatio*, proprie de multa *l. 38. de appellat. lib. 11. t. 30.* confer *eam legem* cum *l. 25. Cod. Iust. eod.* *Condemnationes*, sunt multæ, *l. vlt. de ponderatoribus. l. 12. t. 7.* Ipse 150. libras argenti: & eius officium parem summam *condemnationis* inferre cogetur, *l. 48. de appellat. lib. 11. t. 30.* Vid. *leg. 4. ne sanctum baptism. in fin.*

CONDI decreta a Prouincialibus conciliis dicuntur, *l. 1. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

CONDICTVM pondus. Cum pondere quod a nobis moderantibus *condictum* (hactenus, *conditum*, male) est, *l. 13. de Pretorib. lib. 6. t. 4.*

CONDIGNVS. Sed quoniam nec *condigna* crimini vltio est, nec par pœna peccato. Et *mox:* vt cum vix par pœna his possit flagitiis mueniri, neque *condignis* tantum nefas cruciatibus expiari, *l. 1. de crimine peculatus. lib. 9. t. 28.*

CONDITA, *l. 3. 15. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* (vbi late in *Commentar.*) Quæ & horreorum condita, *l. 10. de numerariis. lib. 8. t. 1. leg. 7. de annon. ciuic. lib. 14. tit. 17.* Fiscalia condita, *l. 16. de erogat. mil. ann.* *Condita militaria*, Spartiano in *Hadriano cap.* 11. ἀποθετὸν, conditum, *Gloss.* Cyrilli, ἀποθετὰ, *Nouella Iust. 163.* sunt annonæ in horreis repositæ, reconditæ, in castris limitaneis. Vide *Castra*, & Capitolinum *in Gordian. c. 28.* Ammianum *lib. 14. c. 2. lib. 18. c. 2.* De Conditis est *tit. de conditis in publicis horreis. lib. 11. t. 14. l. 2. de his quæ ex publ. conlat. l. 9. de suariis.* Ex *l. 1. de conditis*, intelliges clare *condita* dicta frumenta in horreis ad vsum Vrb. Rom. adde *leg. 2. eius tit. Condita* etiam ad militarem vsum. Vide *l. 1. 3. 5. 11. 16. 17. 32. de erogat. mil. ann.* *Condita*, sacræ largitiones. Quod refertur in *conditis*, vel in arca continetur, *l. 2. de his quæ ex publ. conlat. lib. 12. t. 9.* Alexandrinæ ciuitatis *condita*, *l. 32. de nauicular. lib. 13 t. 5.* Portuensia *condita*, *l. 9. de suariis, lib. 14. t. 1.* (Vt annonariæ species aut vina dicuntur *Condita*, & *in conditis* ea quis habere dicitur, ita pecunia *confiscata*, in fisco vel sacco condita, apud Suetonium *Aug. c. 102 quam summam repræsentari iussit, nam & confiscatam semper repositamque habuit.* & Tertullianus *de fuga c. 12.* eleganti vtitur translatione, *Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiscato habent.* Apud Manilium *lib. 2. pag. 56. Edit. Scaliger.* ex *occulto: Quam rata sint fossis, scrutatur, vota metallis, Atque ex occulto, quantum contingere posit.*) Horatius 1. *Carm. 1.*

Illum si proprio CONDIDIT horreo
Quidquid de Libycis verritur areis.

Conduntur fructus geminum mihi semper in annum, Ausonius *Idyllio 3.* προβολὴν quoque & ἀφορμὴν Græci. Scholiastes Euripidis *Medea:* ἣν ἡμεῖς προβολὴν καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν, Ἀττικοὶ ἀφορμὴν καλοῦσι, *quam nos* προβολὴν, *vitæ, vocamus, Attici dicunt* ἀφορμὴν. *Condita monilia.* Quisquis thesauros & *condita* ab ignotis dominis tempore vetustiore monilia quolibet casu repererit, *l. 2. de thesauris. lib. 10. t. 18.* IC. *l. 31. D. in fin. de acquir. rer. domin. CONDIDERIT sub terra. Deposita* alii dicunt hac in re. Manilius, *lib. 4. pag. 91. Edit. Scaliger.*

- - *scrutari cæca metalla,*
DEPOSITAS & opes - -

Thesaurus inde *l. 31. D. de adquir. rerum dom. Vetus DEPOSITO pecuniæ.* Cassiodorus VI. *Var. 8. DEPOSITIVÆ pecuniæ, quæ longa vetustate competentem dominum amiserunt.* 3.) *Conditi* modii, id est, in publico conditi, locati, *l. 21. de suscepto-ribus. lib. 12. t. 6.*

CONDITIO præceptorum, *l. vlt. de sent. ex periculo recit.* id est, tenor, forma sententiæ, & quidem militaris. 2.) *Conditio*, de nuptiis. Quod si in conditionis delectu mulieris voluntas certat sententiæ propinquorum, *l. 1. de nupt. lib. 3. t. 7.* 3.) *Conditio* (ex eo ipso quod in territorio ciuitatis possidet ad Curiam vocatur) *possidendi*, est lex possessori dicta. Ex possidendi conditione vocatur in Curiam, *l. 5. fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 4.) *Conditio*, *l. vnic. de rei vindicat.* qui locus accipiendus de conditione occupatoria. 5.) Donatio *conditionibus* faciendi ac non faciendi *suspensa*, *l. 1. de donation. lib. 8. t. 12.*

CONDITIONALES, *l. vlt. de ponderator. lib. 12. t. 7.* sunt, qui conditione personæ actui alicui tenentur. Dixi ad eam legem. Occurrunt etiam *Servi conditionales, leg. 5. de iure fisci. lib. 10. tit. 1.* qui quales fuerint, disquiro ibi in *Commentario.* Annonarii & Actuarii *Conditionales*, *l. 3. de numerariis. lib. 8. tit. 1.* de his ad *d. leg.* Consule etiam du Fresne *in Glossar. latin. voc. conditional.*

CONDITVS, *humatus.* Quolibet in loco sanctorum est aliquis *conditus* (humatus *initio leg.*) *l. vltim. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.*

CONDITOR. Quæ legis suæ verba aliis quoque scitis clemens *Conditor* explanauit, *l. 14. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Veteres Iuris voluerunt *conditores*, i. e. Iurisconsulti: *l. 1. de cognitoribus. lib. 2. t. 12.*

CONDONARE. Quibus omnibus *condonamus*, ne exactorum curam subeant, *l. 3. de priuileg. eorum qui in s. p. lib. 6. t. 35.* Non prius otio *condonetur*, quam, &c. *l. 16. de cohort. lib. 8 tit. 4.* Ita his quoque honorem congruum *condonamus*, *l. 9. de domesticis lib. 6. t. 24.*

CONDVCIBILE, *l. 3. de indictionibus. lib. 11. t. 5.* Damus itaque optionem, vt quod *conducibile* senatui videtur, eligendi habeat potestatem, *l. 13. de tyron. lib. 7. t. 13.* *Conducibili* deuotione volumus festinare, *l. 4. de itin. mun. lib. 15. t. 3.*

CONDVCTELA vectigalium, Anianus *in interpretatione l. vnic. de vectigalibus. lib. 4. t. 12.* pro *conductione.*

CONFERRE. Vicariis *conferatur*, *l. 11. de proximis Com. disp. 6. t. 26.* id est, *vicariis exæquetur.*

CONFERTVS. Per *confertam* populi frequentiam, & per maximam insistentium densitatem, *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.*

CONFESSIO *Augurum, & Vatum.* Nemo haruspicem consulat, &c. Augurum & vatum *praua confessio* (id est, *professio, responsio*) conticescat, *l. 4. de maleficis. lib. 9. t. 16.* 2.) *Confessiones* testium, *l. vlt. ad leg. Iul. de vi lib. 9. tit. 10.* sunt, testium depositiones.

CONFESSI. De conuictis & *confessis*, v. *l. 1. 7. 31. 13. vlt. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

CONFICERE. Multi magicis artibus ausi elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant, & Manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos, *conficiat* malis artibus, inimicos, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Aut proprium fortassis inimicum sub huius vindictæ nomine consilio atrociore *confecerit: l. 11. eod.*

CONFIDENTIA. Catholicæ *confidentiæ* stabilita constantia, *l. 37. de hæret. lib. 16. tit. 5.* cui opponitur Donatistarum *desperatio; fucata perfidia.*

CONFINIVM. Eum gradum honorariæ administrationis petat, quem proximiore *confinio*, loco ordinis sui cognoscit esse contiguum, *l. 7. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* 2.) Locorum Romæ grata *confinia* Senatoribus, *l. 11. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* 3.) *Confinium* temporis. Si in *confinio* legitimi temporis petantur, *l. 2. de dilationib. lib. 2. t. 7.*

CONFLARE. Nec *conflandæ* criminationis erit occasio, *l. vlt. de his, qui ad Eccles. lib. 9. t. vlt.* Criminis *conflatur* inuidia, *l. 61. de appellationib. l. 11. t. 30.* 2) Proprie dicitur *conflari* pecunia, *l.*

l. si quis pec. conflauerit, vnde *conflatores*, *l. 1. de conlat. æris.*

CONFLICTVS, de caussis & litibus, *l. 40. de appellat. lib.* 11. *t. 30.* Quandiu priuato iurgio æquis *conflictibus* decertatur, *l. 32. de petition. lib. 10 t. 10.* Exercendum interpartes iure *conflictum*, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.*

CONFOVERE, est *occultare.* Actorem qui in perniciem fortaſſe domini, aut ſceleris participatione *confouit* (desertorem) aut diſſimulatione, neglexit, *l. 4. de desertor. lib. 7. t. 18.*

CONFVGA. Quidquid fuerit interiacens, *confugas* interioris templi vice, tueatur, *l. 4. de his, qui ad Eccleſ. lib. 9. t. vlt.* προσφύγας, *l. 5. eod. tit.*

CONFVNDERE. Vt eos nec inuitos, nec volentes cœno propriæ ſectæ *confundat*, *l. 4. ne Christian. mancip. Iud. lib. 16. t. 8.* Idem hoc quod *l. 22. de Iudæis. Iudaica nota FOEDARE.* Ita *l. 13 de re milit. lib. 7. t. 1. Publicos oculos nudatus inceſtet, & CONFVNDAT aſpectum.* Cum ſupra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo conſiſtit, nullus omnino abluendo equorum ſudore deproperus, publicos oculos nudatus inceſtet, atque ita *confundat* aſpectum, ſed procul a cunctorum obtutibus, &c. *d. l. 13. de re militari.* Ambroſius I. *offic. 18. Quæ abſcondenda accepimus, & ſi caſu aperiantur hæ partes, confunditur verecundia: ſi ſtudio, impudentia æſtimatur.* 2.) Qui diuinæ legis ſanctitatem neſciendo *confundunt*, *l. 25. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.* 3.) Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti non decet: nam & perſona dehonoratur, & dignitas Sacerdotalis excepta *confunditur*, *l. 8. de fide teſtium. lib. 11. t. vlt.*

CONFVSIO bonorum, id eſt collatio, *l. 8. de bonis proſcriptorum. lib 9. t. 42.* eodem ſenſu apud Paulum *V. ſent. 9. in fin.*

CONFVSVS. Iubemus omnes numerarios, non eos modo, quos plebe *confuſa* vulgus abſcondit, ſed primos etiam, &c. *lex 8. de numerariis. lib. 8. tit. 1.* Qui pacem publicam actuum perturbatione *confuſam* rebelli contumacia miſcuerunt, *l. 31. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

CONFVTARE. Vt qui perperam vel petita, vel erogata notauerit, *confutetur*, *l. vnic. de quadrim. breuibus. lib. 11. t. 25.*

CONFVTATVS. Si quis exactorum ſuperactionis crimine fuerit *confutatus*, &c. *l. 1. de ſuperexactionib. lib. 11. t. 8.*

CONGEMISCERE. Viginti ſibi antepoſitos ex *congemiſcat*, *l. 16. de deſertor. lib. 7. t. 18.* Nec inputari ſibi, quod exſoluerint *congemiſcant*, *l. vnic. de quadrim. breuib. lib. 11. t. 25.*

CONGERERE, pro inſerere. Nemo in refutatione aliquid *congerat* (mox, *ingerere* vocatum) quod adſerere intentione neglexerit, *l. 11. de appellationibus. lib. 11. t. 30.* 2.) Si quid vel parſimonia vel prouiſione, vel mercatoria, honeſtati tamen conſcia, *congeſſerint*, *l. 14. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.* id eſt, ſibi parauerint. 3.) Cuius negligentia perniciem formæ *congeſſerit* (pro *ingeſſerit*) *l. 1. de aquæductu. lib. 15. t. 1. (l. 1. Cod. Iuſt. eod.)*

CONGESTIO. Sepulchri ruinas terræ (*l. 57. D. locati.*) *congeſtione* celare, *l. 2. de ſepulchr. viol. lib. 9. t. 17.*

CONGLVTINARI argumenta dicuntur: cum ex pluribus coniecturis, præſumptionibus argumentum deducitur. Plerumque accidit, vt fortuna iudicii argumenta *conglutinet*, quorum ſimilitudine opprimatur reus, qui non poſſit vera ratione conuinci, *l. 7. quorum appellat. lib. 1. t. 36.*

CONGREGARE. Curiæ *congregentur*, *l. 105. in fin. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* His abiectis de officio, qui Palatino inconſiderate ac vulgo ſunt *congregati*. *l. 15. de Palatinis S. L. lib. 6. t. 30. 2.)* Species quæ in Prouinciis a poſſeſſoribus *congregantur*. *l. 21. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

CONGRESSVS. In ipſo latrocinio vel *congreſſu* violentiæ, *l. 5. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.*

CONGRVVM. *Emendatio congrua, lex 191. de Decurionibus. lib. 12 t. 1. 2.)* Si veteribus finem cum ſignis limes incluſus *congruum* erudita arte præſtiterit, *l. 4. finium regundor. lib. 2. t. 26.* 3.) *Congrua* obſequia, *l. 49. in fin. de Decurionibus. lib. 12 t. 1.* 4.) Ad ſpeciem priſtinam, & vſum *congruæ* vtilitatis inſtaurent, *l. 16. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

CONHIBENTIA. *l. 27. 39. de Epiſcop. lib. 16. t. 2. l. vlt. de aquæduct. lib. 15. tit. 2.* pro *conniuentia.* Proboſa *conhibentia*, de eo, qui tacitam fidem accommodat. in ſp. *d. l. 27.* Culpabilis *conhibentia*, *l. 10. quorum appellation. lib 11. t. 36.* Si quando damnabilem voluerit *conhibentiam* commodare, *l. 8. de appellat. lib. 11. t. 30.* Gloſſ. Cyrilli *conhibeo*, καμμύω, quod a Vulcanio mutari non debuit. Et Μύω *conhibeo*, *conniueo.* Qui tam ignaue *conhibentiam* adhibuerit, *l. 26. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Si *conhibentia* domini patuerit, *l. 21. de Epiſcop. lib. 16. t. 5. Conhibentia* Iudicantum, *l. 24. ne hæret. lib. 16. t. 5.* Si per *conhibentiam* huiusmodi appellationem admiſeris, *l. 2. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Officium ſi *conhibentiam* præſtet Iudici, *l. 59. in fin. de appellat. lib. 11. t. 30.*

CONHIBERE, pro *conniuere. Conhibente* curia, *l. 71. de decurion. lib. 12. tit. 1. Conhibente* Iudice, *l. 77. de decurionib.*

CONIVGIA, pro coniugibus, *l. 3. de re militari. lib. 7. t. 1. Coniugia* Clericorum, id eſt, coniuges, *l. 14 de Epiſcop. lib. 16. t. 2.*

CONIVNCTIO, pro coniuge, *l. vnic. in fin. de Burgariis. lib. 7. t. 14.* (confer. *l. 58. de curſu*, quæ illi legi coniungenda.) 2.) Cum & in deliberationibus *coniunctionum* futurarum, commodis proſpiciatur hæredum, *l. 149. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Id eſt, *futurorum coniugiorum.*

CONIVNCTISSIMVS. Neceſſariæ *coniunctiſſimæque* perſonæ, *l. 5. de donat. lib. 8. t. 12.* ſunt, liberi & parentes, quos Paulus etiam IV. *ſent. 1. coniunctarum* perſonarum appellatione intellexit.

CONIVRATVS. Vix enim fieri poteſt, vt per hæc tempora omnem teſtium conſcientiam mors *coniurata* ſurripiat, *l. 6. de teſtam. lib. 4. t. 4.*

CONIVRATIO. Superſtitioſa *coniuratio*, de hæreſi, *l. 53. de hæret. lib. 16. t. 5.*

CONIVNGERE. Inter ſe potius volumus de tempore agitare diſcrimen, quam cum his vlla vſurpatione *coniungere* (*committere*) quos non adumbratis honoribus, ſed in actu poſitos immortalitati *coniunximus*, *l. 6. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.*

CONLOQVI. Qui nec paciſcendi, nec *conloquendi* (*conloquendi*, id eſt, *tranſigendi*: vide *l. vlt. Cod. Iuſt. de feriis.*) de negotio ſubſtantiam habuit, *l. 6. de pactis. lib. 2. t. 9.*

CONLOCARI. Conductio vectigalium *conlocari* alicui dicta, cum ei in licitatione addicebatur, *l. vnic. de vectigalib. lib. 4. t. 12.* 2.) Manſionem *conlocare*, *l. 9. de re milit. lib. 7. t. 1.* 3.) *Conlocare* pecuniam, id eſt, fœnori conlocare, *lex 1. in fin. de Curatoribus Kalend. lib. 12. t. 11.*

CONLVBIO, pro *conluuio*. Reddatur vnusquisque patriæ suæ, qui habitum Philosophiæ indebitæ & insolenter vsurpare cognoscitur: exceptis his, qui a probatissimis adprobati, ab hac debent *conlubione* (in Cod. Iust. perperam *conlusione*) secerni, *l. 7. de Medicis. lib. 13. t. 3.*

CONLVDIVM. Iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi *conludio* quæratur ex miseris pretium gaudiorum, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11. Conludium*, συνηλασμός. *Gloss Phil.* *Conludia* fœda, *l. 39. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Absque vllius gratiæ *conludio*, *l. 41. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

CONMANERE. In eorum domibus nullus hospitalitatis iure *commaneat*, *l. 1. de metatis. lib. 7. t. 8.* A conductoribus sub quibus CONmaneant, *l. 52. de hæret. lib. 16. t. 5.* Ne diuturnitas *commanentium* vlla ex parte prædium vexet, *lex 10. de metatis. lib. 7. t. 8.* vide *l. 1. eod.*

COMMERCIA Neque vtilem vitam *commerciis* exhibent, *l. 7. de Veteranis. lib 7. t. 20.*

CONMVNIVM *liberorum ius*, *l. vltim de iure liber. lib. 8. t. 17.* vbi dixi: & *l. 9. de infirmand. his, quæ sub tyrannis.*

CONNECTI. Senatui *connecti*, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

CONNVBIVM cum personis non potest esse seruilibus, *l. 6. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

CONPARATITIVM aurum, *l. 3. de militari veste. lib. 7. t. 6.* quod pro veste datur comparanda.

COMPESCERE. Sed & his personis legem imponimus, vt crimen abolitione *compescant*, *l. 2. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* Corrigat propinqui iuuenis erratum & priuata animaduersione *compescat*, *l. vnic. de emendat. propinqui. lib. 9. t. 13.*

COMPETENS. Iudicem *competentem*, *l. 1. de prædiis & mancip. Curialium. lib. 12. t. 3.*

CONPETENS. Censuimus etiam in absentes pro *conpetenti* vltione debere *consurgi*, *lex 14. de pœnis. lib. 9. tit. 40.*

CONPLACITVM. Aut suum tantum munus agnoscat, aut si *conplacito* opus est, magis alteri ipse societur, quam eidem alter annectatur, *l. 14. de extraord. lib. 11. t. 16.* *Complacitæ conditiones.* Hisque penitus cognitis vel recipiantur si (conditiones, pactiones) *complacitæ* sunt, *l. 1. de donat. lib. 8. t. 12.* Vid. ibi *not. m.* & Symmachi loca.

CONPLEXVS. Obnoxiis municipum *complexui* relinquendis, *l. 8. de cohort. lib. 8. t. 4.*

CONPLORATIO. Nec tenuiores in querellas infructuosæ *coNplorationis* incurrant, *l. 6. de nauiculariis. lib 13. tit. 5.*

COMPONERE. Domesticos & Notarios Consularibus *componimus*, *l. 2. in fin. de primicerio & Notar. lib. 6. t. 10.* i. e. *æquamus.*

CONPVLSOR, *l. 7. de executorib. lib. 8. t. 8. l. 3. 4. de concuss. aduocat. lib. 8 t. 10. l. 34. de annona. lib. 11 t. 1. l. 15. de exactorib. l. 4. ne conlat. transl. l 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* est, qui præterito tempore quo tributorum solutionem factam oportuit, mittitur ad compellendos Prouinciales eosque exigendos. Dixi plene ad *d. l. 1. de concuss. aduoc.* & iam supra *voc. Compulsor.*

CONPERTA *integritas*, *l. vnic. de sent. pass. & restit. lib 9. t. 43.*

CONQVESTI *Prouinciales* per legatos ad Principes missos, *l. 21. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

CONQVIESCERE hæreses earumque cœtus iubentur, *l. 4. 5. de hæret. lib. 16. t. 5.*

CONQVIRERE, de tenui quæstu, *l. 14. 15. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Abstineant patrociniis agricolæ subiugandi supplicio: si talia sibimet adiumenta commentis audacibus *conquisierint*, *l. 2. de patrociniis vicor. lib. 11. t. 24.* Quod anterioris ætatis industria *conquisiuit*, *l. 14. de proximis inf. lib. 6. t. 26.* Labore dignitas *conquisita*, *l. 14. de proximis lib. 6. t. 26.*

CONSANGVINEVS filius adoptiuo opponitur, *l. 2. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.* *Consanguinei*, *l. 5. de suariis. lib. 14. t. 4.* sunt filii, posteri, successio generis, *l. 7. eod.* *Consanguineus*, pro agnatione, *l. 1. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.*

CONSCELERATVS. Aduocatos, qui *consceleratis* depactionibus suæ opis egentes, spoliant atque denudant, &c. *l. 1. de postulando. lib. 2. t. 10.*

CONSCIENTIA. Verecundæ & tacitæ *conscientiæ* remuneratione contentus, *l. 177. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) *Conscientia* pro consensu, *l. 27. de operibus publ. lib. 15. t. 1* 3.) Conscientiæ fructus, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* 4.) Conscientiam Principis fallere, *l. vnic. de his, qui a non domino. lib. 4. t. 10.* 5.) Qui vitæ suæ tempore diuersis *conscientiam* suam dicuntur polluisse criminibus, &c. *l. 30. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* Cum veteris iuris auctoritas, de se confessos ne interrogari quidem de aliorum *conscientia* sinat, *l. vlt. de accusat. lib 9. t. 1.* Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super *conscientia* scrutetur aliena, *l. vltim. de accusat lib 9. t. 1.*

CONSCIVS. Dicat securus & bene sibi *conscius* dicat; si probauerit, &c. *l. 4. de accusat. lib. 9. t. 1. 2.* *Mercatura* honestati *conscia*, *l. 14. de episcop. lib. 16. tit. 2.*

CONSCRIBERE. Iuniores in arma *conscribere*. *l. 12. de tyronibus. lib. 7. t. 13.*

CONSECRARE. Quæ sunt sanctionibus *consecrata* (id est, constituta) violant, *l. 22. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

CONSENESCERE *leges* dicuntur. Vt vetustatis auctoritas & appellandi facultas & origo repetatur, scilicet *consenescente* priore lege, qua istiusmodi potestas videtur exclusa, *l. 23. de appellat. lib. 11. t. 30.*

CONSILIANTES, qui ad Consilium conueniunt, qui consultant, *l. 12. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Horatius III. *Carm. 3.*

Gratum elocuta consiliantibus
Iunone Diuis.

Tacitus 2. *Histor. c. 53. Rediere omnes Bononiam rursus consiliaturi.* Cicero 15. *ad Atticum 9. Difficili ad consiliandum legatione.* Priscianus, *de praex. Rhet. Consiliabantur de vrbe condenda.* Inde & *Consiliator* apud alios.

CONSILIVM & *concilium* promiscue; v. *ll. 12. 13. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Si Iudæi ad Christianæ religionis lucem de tenebris propriæ superstitionis *consilio* meliore migrauerint, *l. 28. de Iudæis. lib. 16. tit 8.* Nisi prauæ mentis errorem reuerendam aduersus fidem *consilii* emendatio correxerit: ita lego *lege 4. ne sanctum baptisma. lib. 6 tit. 6.*

CONSISTERE. Nec enim patimur frequenter iterari, quæ *consistere* prima actione non quiuerint, *l. 1. de calumn. lib. 9. t. 39.* 2.) *Consistat*, pro *constet*, *l. 6. de accusationibus. lib. 9. t. 2.*

CONSISTORIVM Principis, est vbi Princeps consistit. Dixi *ad leg. vn. de Comit. Consistorian.*

CONSOCIATIONES, quas proximas putamus esse criminibus, ait Valentinianus, *l. 1. de studiis liber. V. R. lib. 14. t. 9.* Consociationes sunt ὁμιλίαι.

CONSOLARI sua tristia oblectatione (id est, ludis) *l. 169. de Decurion. lib. 12. t. 1. Consolatio παραμυθία*, de ludis.

CONSONVS. Vt si sint salui *consonas* (ita repono: hactenus, *vt sint salui cum senuas*) consequantur pœnas indulgentiæ, *l. 2. in fin. de Veteranis. lib. 7. t. 20. Consona* ciuium fama, *l. 75. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

CONSORS, *l. vnic. de dominio rei qua poscitur:* vbi dixi.

CONSORTES, *l. 164. de Decurion. lib. 12. t. 1.* sunt Concuriales. Habeat vnaquæque ciuitas *consortem* (mox *socium*) munerum, quem habuit in professione collegam, *l. 2. ne conlat. transl. lib. 11. t. 22.*

CONSORTES socii sunt, qui communiter, communi nomine, iunctis nominibus, rem a Principe impetrarunt, *l. 2. si petitionis socius. lib. 10. t. 14.* 2.) *Consortes* sunt, plures coniuncti, vni tironi exhibendo, si exiguas possessiones haberent. Illud etiam similiter definitum est, vt hi tantum a *consortibus* segregentur, quorum iugatio ita magna est, vt accipere non possit adiunctum: cum pro suo numero in exhibendo tirone solus ipse respondeat, *l. 7. de tyronibus, vers. illud etiam lib. 7. tit. 13.* Et mox *ibidem:* qui primo anno, & suo & *consortis* nomine tironem dederint.

CONSORTIVM, pro coniunctione, & communione. Vel communione criminis *consortium* personæ superioris optans, *l. vltim. de accusationib. lib. 9. t. 7.* 2.) *Consortium* pro collegio & ordine. *Consortium* Curiæ *l. 19. 177. de Decurionibus lib. 12. t. 1. Consortium* Curiale, *l. 33. 175. eod. Consortium* Ordinum, *l. 41. 42 eod.* Consortium Senatus, *l. 73. 74. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* 3.) *Consortium* pro *communione hæreditaria.* Quod filiis in potestate constitutis obuenerit, cum patre mortuo sui iuris fuerint, præcipuum habere eos, & sine cuiusquam *consortio* placuit. *l. 1. de maternis bon. lib. 8. tit. 18.* 4.) *Consortium* pro coniugio illicito. Etiam de fæminis, quæ prædictorum se *consortio* commaculauerint, custodiatur, *l. 3. de incest. nupt. lib. 3. tit. 12.* 5.) *Consortium* pro coniugio licito. Inter pares honestate personas nulla lege impediente, fiat *consortium*, *l. vlt. de nuptiis. lib. 3. tit. 7.* 6.) *Consortium*, pro vicinia, & connexis ædificiis. Horrea, ex quatuor lateribus priuatorum *consortio* (id est, ne sociata cohæreant, vt *l. 39. eodem tit.*) separata sint, *l. 38. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Confer & *l. 4.* eiusdem tituli.

CONSPECTVS. Vtilitate *conspecta*, *l. 30. de erogatione mil. ann. lib. 7. tit. 4.* id est, bene perpensa.

CONSPECTVS. Iudiciorum *conspectu* segregari, id est, foro arceri, *l. 1. de postulando. lib. 2. t. 10.* 2.) Sub nostris acta *conspectibus*, *l. 8. de priuil. eorum, qui in s. pal. lib. 6. t. 35.*

CONSPICVVS. Ab omnibus quacunque *conspicui* fuerint dignitate, *l. 8. de cursu. lib. 8. t. 5.*

CONSPIRATIO. Communi omnium bonorum *conspiratione*, *l. 11. de heret. lib. 16. t. 5.*

CONSTANTIA & fides, de legatis, *l. vlt. de Legatis. lib. 12. t. 12.* 2.) *Constantia* definiendi in Iudice requiritur, *l. 55. de appell. lib. 11. t. 30.* Iudex constans, *l. 9. D. de off. Præsidis*, opponitur infirmo disceptatori. Rerum iudicatarum *constantia*, *l. 15. de pistorib. lib. 14. t. 3.*

CONSTANTIANA *Pratura*, vide *l. 5. 13. 25. de Pratoribus. lib. 6. t. 4.* vbi dixi.

CONSTITVERE. Præsertim cum neque nouam *constitui* fabricam iusserimus, antequam vetera reformentur, *l. 14. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* vt *institui*, *leg. 16. eod. tit. Constituta*, pro prostituta, conculcata, *l. 7. de Iudais. lib. 16. t. 8.*

CONSTRICTVS. Tum demum omnia ea, quæ velle nos perspicis inquisitione *constricta*, Rationalis rei priuatæ tradantur officio, *l. 7. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

CONSTRINGERE. Hac pœna *constringimus*, *l. vltim. de aquaductu. lib. 15. t. 2.* Quos diuersi mercimonii cura *constringit*, *l. 19. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Officium adque ipsum Iudicem auri pondo dena *constringent*, *l. 28. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Quos officii sollicitudo *constringit*, *l. 1. de denuntiatione. lib. 2. t. 4.* Par conditio & sollicitudo *constringat*, *l. 4. de itin. mun. lib. 15. t. 3.*

CONSVETVDO, de more veteri haruspices consulendi, *l. 2. de maleficis: l. 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Hi, quos Curagendarios, siue Curiosos, Prouincialium *consuetudo* appellat, *l. 1. de Curiosis. lib. 6. t. 29.* Ammianus *lib. 17. c. 8. Francos, quos Salios, consuetudo vocauit, & lib. 31. c. 3. Alanos, quos Tanaitas, consuetudo appellauit. Consuetudinis* solemnia, de aruspicina, *l. 2. de maleficis. lib. 9. t. 15.* Eodem sensu, *Mos veteris obseruantiæ*, *l. 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.* & *Præterita vsurpationis officia*, *d. l. 2.* αἱ συνήθειαι τῶν ἐθνῶν, pariter de aruspicum & vatum constitutionibus, *canone Ancyran. 24.* 2.) *Consuetudines* manumissionum, id est solemnia, *l. 13. de his, qua sub tyr. lib. 15. t. 14.*

CONSVLI haruspices, Mathematici, harioli dicti, *l. 4. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Suetonius, *Tiberio. cap. 38. vetuit haruspices secreto, & sine testibus Consuli.* Consultus astrologus. *l. 15. §. 13. D. de iniur.* 2.) *Consulere*, sibi prospicere bene vel male. Singuli loca debent quæque sortiri, vt sibi *consulant* vel negligentia vel labore, *l. 2. de itinere mun. lib. 15. t. 3.* Vt *vehementissime consulere*, pro *asperius* & *seuerissime*, κολάζειν, *cauere*, apud Spart. *Hadr. cap. 12.* 3.) *Consulere* spirantia exta, proprie, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Seruius in hæc verba IV. *Æneid. v. 64. Trepidantia consulit exta, Proprie*, ait, *dixit CONSVLIT: Aruspices enim exta consulere dicuntur, cum inspiciunt*: vide *infra Inspicere.*

CONSVLARITAS. id est, Consulis dignitas, *leg. 74. de decurionib. lib. 12. tit. 1.*

CONSVLTVS. *Consulta* præceptione mandauimus, *l. 63. de decurion. lib. 12. t. 1.*

CONSVLTATIO, *l. 3. 4. de relation. lib. 11. t. 29. Rubr.* & *l. 8. 34. 35. 47. 66. de appellationib. lib. 11. t. 30. l. 9. de diuersis rescriptis lib. 1. t. 2.* quæ & *consultum*, *l. 11. d. tit. de appellat. lib. 11. t. 39.* Est *relatio ad Principem*, super aliquo dubio a Iudice facta. 2.) *Consultatio*, Haruspicum, Augurum, Vatum, &c. Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, vt inspectione iecoris extorumque præsagio vanæ spem promissionis accipiat: vel (quod est deterius) futura sub execrabili CONSVLTATIONE cognoscat, *l. 9. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Vlpianus *apud auctorem collat. legum Mosaic. tit. 15. num. 2.* sub titulo de Mathematicis & Manichæis. *Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum est, qui visi erant vel CONSVLERE vel exercere.* Mox: *Et varie puniti sunt hi, qui id exercuerunt, pro mensura scilicet & CONSVLTATIONIS. Nam qui de Principis salute*, &c. vide Ammianum *lib. 16. cap. 8.* Tertull. *Apolog. cap. 35. Non enim ea mente de charis CONSVLITVR qua de dominis.* Paulus V. *sentent. 21. §. 3. Qui de salute Principis: vel, de summa Reipubl-*

publ. Mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores CONSULIT, cum eo qui responderit, capite punitur. Omitto alia innumera aliis præoccupata. Vide & Tacitum *lib. 16. Annal. c. 30. 31.* Spartianum *Seuero cap. 2.* alii dicunt, *scrutari, perscrutari, interrogare.*

CONSULTISSIMUS. *Lex consultissima.* Iuxta D. Iuliani *consultissimam* legem, *l. 20. de cursu lib. 8. t. 5.* Aculeos *consultissima* legis incurrat, *l. 1. vt intra annum lib. 9 t. 36.* Princeps consultissimus. Iuxta D. Pii, *consultissimi* Principis instituta, *l. 4. de donat. lib. 8 t. 12. Definitio consultissima.* Consultissima definitione statuimus, *l. 11. de Agentibus. lib. 6. t. 27. Consulti* ἁπλῶς pro Iurisconsultis. Definitione iuris, *consultorum* omnium, consona responsione firmatur, *l. 8. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2.* Horatius *II. Epist. 2. v. 160. Quadam si credis Consultis mancipat vsus.* Vetus Interpres Horatii *1. Satyr. 1. Consultor, qui consilium rogat, nam CONSULTUS est, qui dat consilium. Gloss* Cyrilli ἀγαθοσύμβουλος, *benesuasor, Consultus.*

CONSULTUM, pro Consultatione seu relatione ad Principem, *l. 11. de appellationibus. lib. 11. t. 30.*

CONSUMPTA *causa*, i. e. amissa, perempta, *l. 37. de appellat. lib. 11. t. 30.*

CONSUMERE actionem, *l. 14 §. 13. D. quod metus causa: l. 2. D. de priuat. del.*

CONTAGIO & *Contagium.* Nonius *c. 3. num. 57. Contagio fœminin. genere appellatur. Sallust. Post vbi contagio quasi pestilentia inuasit. Contagio neutro. Lucretius lib 3. Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.* Donatistarum hæreticorum, Iudæorum noua adque inusitata detexit audacia, quod Catholicæ fidei velint sacramenta turbare. Quæ pestis adque *contagio* ne latius emanet, ac profluat, *l. 44. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Rutilius *lib. 1. de Iudæis agens v. 397.*

LATIUS excisæ pestis CONTAGIA serpunt,
Victoresque suos natio victa premit.

Sallustius *Catilin. c. 10.* & apud Nonium *l. c. Post, vbi contagio quasi pestilentia inuasit.* Hæreticorum polluta *contagia* pelli vrbibus vicinis, &c. *l. 20. de hæret. lib. 16. t. 5* Quæ lex proprie ad Manichæos pertinet. Ambrosius *epist 81. Omnes qui illos viderunt quasi quædam CONTAGIA refugerunt.* Vt nec præsentiæ, criminosorum *contagione*, (Catholici) fœdentur, *l 62 de hæret. lib. 16. t. 5.* Homines semel munere diuinitatis ablutos, *contagione* profanæ repetitionis infecerint, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6. Contagio*, de hæresi, *l. 56. de hæret. lib. 16. t. 5.* Iudaicis semet polluere *contagiis*, *l. 3. de Apostatis. lib 16. t. 7.* Quod diuinum præmium Consulatus, lutulentum prodigium (Eutropius) *contagione* fœdauit, *l. 17. de pœnis lib. 7. t. 40.* Claudianus pariter in hunc *Eutropium lib. 1. v. 489.*

Inquinat hic omnes CONTAGIA fascibus, oro
Defendas ignaua tuis.

Quandoquidem hæc scelera velut *contagium* quoddam funestæ pestis debeant declinari, *l. 2. de crimine pecul. lib. 9. t. 28.*

CONTAMINA *magica*, id est percunctationes, consultationes. Sis quis magus, vel magicis *contaminibus* adsuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, *l. 6. de maleficis. lib. 9. t. 16.* In *Cod. Iust.* legitur, *carminibus.* Aliis placuit *cantamnibus.* Vide *Commentar.* ad *cit. leg.*

CONTAMINARI gaudia lætitiamque communem, &c. *l. 8. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

CONTAMINATIO. Fotinianæ labis *contaminatio*, *l. 6. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

CONTAMINATUS. *Contaminata* religio bustorum, Iulianus, *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.*

CONTEMPLATIO. Periculi sui *contemplatione* prouideant, vt &c. *l. 1. quemad. mun. ciuilia. lib. 12. tit. 5.*

CONTENTUS. Vel sibi vacans vel alieno obsequio *contentus* (id est, intentus) *l. 17. de re milit. lib. 7. t. 1.*

CONTESTATIO, pro scribtura, libello, *l. 8. de famos. libell. lib 9. t. 34.* Vt omnes deinceps cautiones intra duodecennium vim *contestationis* accipiant, 2.) Iure delata *contestationibus* tempora, *l. vnic. si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Pro *exceptione*, & quidem *ea leg* pro exceptione non numeratæ pecuniæ, v. *legem ipsam.*

CONTEGERE. Sin vero tantum nefas simili taciturnitate *contexerint*, *l. 21. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* 2.) *Contextæ* naues dicuntur, *l. vnic. de lusor. Danub. lib. 7. t. 17.* Nonaginta recenti fabricatione *contextas* lusorias, *l. vnic. de lusoriis Danubii. lib. 7. t. 17.*

CONTINENTIA, id est, tenor, series. *Continentia* venditionis. Cur enim *continentiam* (an *conticentiam*) venditionis alienæ inquisitio palatina rimetur? *l. 29. in fin de petit lib. 10. t. 20.* vide *eam legem ipsam. Continentia* causæ. Nulli prorsus audientia præbeatur, qui causæ *continentiam* diuidit, &c. *l. 2. de Iudiciis. lib. 2 t. 18.* vbi dixi. *Continentia*, id est, *tenor*, συνοχὴ, περιοχὴ. Ita, *iuxta edicti nostri continentiam*, *l. 40 Cod. Iust. de liber. causa*: id est, *iuxta tenorem.* Græce illo loco ἀκολουθίαν. Scripturæ *continentia*. Etiam si iisdem scripturæ *continentia* (id est, tenor: male Alciatus hoc explicauit) non fuerit intimata, *l. 3. de testam. lib. 4. t. 4.*

CONTINENTES, Monachi, Ecclesiastici aut ex Ecclesiasticis, vel qui *continentium* se volunt nomine nuncupari, *l. 20 de Episcop. lib. 16. tit 2.* Concil. Carthag. Anno 397. seu *canon 38 Cod. Afric. pag. 883. Tom. I. Concil. Harduin. Clerici vel CONTINNENTES ad virgines & viduas, nisi ex iussu vel permissu Episcoporum, non accedant.* Vide Commentarium *ad d. l.*

CONTINERI. Scientes magis religionibus, quam officiis & labore corporis vel sudore, nostram Rempublicam *contineri*, *l. 16. de Episcop. lib. 16. tit. 2.*

CONTINGENS. Pro rata *contingentis* muneris, *l. 32. in fin. de nauic. lib. 13. t. 5.*

CONTINUUS. Apostatarum sacrilegum nomen singulorum vox *continua* accusationis incesset, & nullis finita temporibus huiuscemodi criminis arceatur indago, *l. vlt. de Apostatis. lib. 16 t. 7. Continua*, id est, perpetuæ, vt *l. vlt. de Episcopali iudicio: CONTINUA lege sancimus*, id est, *perpetua*, in *æternum victura*, vt alibi loquuntur Imperatores. 2.) Iter *continuum.* Omniumque sit adceleratum iter, & *continuum*, nec illi liceat residere, *l. 10. de metatis. l. 7. t. 8.* 3.) Nisi in *continua* quacunque Prouincia, *l. 8. circa fin. de desertor. lib. 7. t. 18.* * Id est, *contigua*: sic *continua prædia*, *l. 31. D. de seruit. præd. rust. l. 7. D. commun. præd.*

CONTRADICTORII libelli, vide *l. vnic. de his qui potent. nomina*; vbi dixi. *lib. 2. t. 14.*

CONTRAHENS, secum trahens, vel trahens simpliciter. Curialem *contrahens* originem, *l. 58 de Decurion. lib. 12. t. 1.*

CON

CONTROVERSIÆ vox propria, vbi de controuersiis agrorum agitur, *l.* 1. 3. *finium regundorum. lib.* 2. *t.* 26. vide quæ scripsi ad *d. l.* 1. vnde *finalis controuersia, d. l.* 1. *t.* 3.

CONTVBERNALES, milites, *l.* 33. *de erog. mil. ann. lib.* 7. *tit.* 4. vbi dixi, vide & *Commilitones.* Viceni quidem solidi pro singulis equis a Prouincialibus exigantur: septem vero *contubernalibus* (deuotissimo militi *l.* 3. *eod.*) ministrentur, *l.* 3. *de equorum conlat. lib.* 11. *t.* 17.

CONTVBERNIVM personarum seruilium, *l.* 6. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. 2.) Illas etiam fœminas, liberas a *contubernio* scænici præiudicii durare. præcipimus, *l.* 4. 9. *de scænicis. lib.* 15. *t.* 7. Id est, *a vinculo naturalis conditionis*, vt paulo ante loquitur. 3.) *Contubernium* serui, *l.* 1. 3. 5. *de SC. Claudiano. lib.* 4. *t.* 8. imo, pro seruo ipso, *d. l.* 1. 4.) *Contubernium*, de gynæciarii complexu cum ingenua muliere, *l.* 3. *de murileg. lib.* 10. *t.* 20.

CONTVERI. Horum (Officialium vel ex Officialibus Proconsulis Africæ) interest huiusmodi explorare rationem & quærere qualitatem eorum, quorum ad *contuendum* cura commodior est, *l.* 31. *de susceptor. lib.* 12. *t.* 6. Ad *contuendum*, id est, ad inspiciendas, & explorandas vestes, quæ conferuntur. Vide quæ pro huius loci defensione aduersus Cuiacium & Rævardum, ad *eam legem* notaui.

CONTVMACIVS, quam decus publicum sinebat, erectos *l.* 3 *vnde vi. lib* 4. *tit.* 22. *Contumacius erecti*, sunt homines audaces superbique.

CONTVMACIA. Rebellis *contumacia* de seditiosis, *l.* 31. *quorum appellat. lib.* 11. *t.* 36.

CONTVMACITER, pro *grauiter.* Constantius A. dixit. Apertius indica, quæ sunt maxime munera, quæ vos *contumaciter* grauant, *l.* 2. *de Veteranis. lib.* 7. *t.* 20.

CONTVMAX Iudex dicitur, qui appellationem interpositam legitime, recusat, *l.* 59. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30.

CONTVMELIA. Nonnulli proterue (id faciunt (id est, accusationem adulterii instituunt) & falsis *contumeliis* matrimonia deformant, *l.* 2. *ad l. Iul. de adulter. lib.* 9. *t.* 7. *Contumelia*, in hac re propria: nam & ὕβρις & ὑβρίζειν, *de adulterio*, apud Græcos, quod & Vlpianus ad Demosthenem notauit. Ita Aristoteles *Nicom. lib.* 7. *cap.* 6. ἐδεὶς ὑβρίζει λυπέμενος, *nemo dolore affectus pudicitiæ vim affert.* Hinc & ὑβρίδες *stupratores.* Basilius Seleuciensis *orat* 41. ἐξυβρίζων εἰς ἑτέραν, *alteram petulanti amore prosequens.*

CONTVRBARE. Nec sententiam iudicantium aut inlico patrocinii sui fomite, iura *conturbent*, *l.* 1. *de conductor. & hominibus dom. August. lib.* 10. *t. vlt.*

CONVALESCERE, de eo quod nunc primum obtinet: non quasi antea iam valuerit. Sententia super hos lata sine aliquo cunctamine *conualescat*, *l.* 23. *in fin. de Decurion. lib* 12. *t.* 1.

CONVECTARE. E vicesimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas *conuectare*, *l.* 9. *de erogat. mil. ann lib.* 7. *t.* 4.

CONVEHI pabula, de translatione annonæ, *l.* 9. *de annona & tribut. lib.* 11. *t.* 1. Inde, conuectio annonæ. Ammiano *lib.* 14. *cap.* 10. *Atque monstraret, quam ob causam annonæ CONVECTIO sit impedita.* Euectionem Eumenius in *Gratiarum actione cap.* 7. *Cum paucarum frugum nobis difficilior sit EVECTIO, quam cæteris plurimarum.*

CONVENIRE. In secundas nuptias non sine patris sententia *conueniant*, *l.* 1. *de nuptiis. lib.* 3. *c.* 7. In secundas *conuenire* nuptias, *l.* 4. *de reuoc. don. lib.* 8. *t.* 13. *Conuenire* in matrimonium, *l.* 15. *D. de ritu nupt. l.* 121. §. 1. *D. de V. O.* Gellius *lib.* 18. *c.* 7. 2.) *Conueniri* ad munerum societatem, *l.* 17. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. id est, adstringi, cogi.

CONVENTICVLA hæretiorum, *l.* 10. 20 *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. *Conuenticula* tumultuosa, *l.* 4. 5. *de his qui super religione. lib.* 16. *t.* 4.

CONVENTVS, *l.* 3. 4. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. Agere *Conuentus*, *d. l.* 4. *Conuentus* Vrbis, *l.* 8. *de Paganis. lib.* 16. *t.* 10. Festos *conuentus* ciuium & communem omnium lætitiam, *l.* 17. *de Paganis. lib.* 16. *t.* 10.

CONVERSATIO, pro vsu publico forensi, & negotiatione. Singulis quibusque annis ea pretia porcinæ possessor adnumeret, quæ vsus publicæ *conuersationis* adtulerit, *l.* 2. *de suariis, lib.* 14. *t.* 4. Æs. quod dichoneutum vocatur, non modo deinceps largitionibus inferatur; verum de vsu penitus & *conuersatione* tollatur, ac nemini publice hoc habere liceat, *l.* 1. *de conlat. æris. lib.* 11. *t.* 21. Centenionalem nummum in *conuersatione* (id est, in vsu publico vt est, *l.* 1. *eod.*) publica tractari præcipimus, *l.* 2. *si quis pecun. consl lib.* 9. *t.* 23. Pecunia, quam habet (negotiator) in *conuersatione*, *l.* 72. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Iuxta pretia quæ reperiuntur in publica *conuersatione*, *l.* 3. *de suariis. lib.* 14. *t.* 4. In quinis denis solidis inmunem vsum *conuersationis* exerceant, *l.* 11 *de lustral. collat. lib.* 13. *tit.* 1. 2.) *Conuersatio* pro administratione. Omnes adolescentes, qui paternam frugem vel maiorum patrimonia vrbana vel rustica *conuersatione* (omissum a Triboniano) rectius gubernare cupiunt, *l. vnic. de his qui ven. ætatis. lib.* 2. *t.* 17.) Non ante ex eius officii *conuersatione* (πολιτεία, *administratione*) remouendus, quam vitæ finis, &c. *l.* 23. *de cohort. lib.* 8. *tit.* 4. 3.) *Conuersatio* pro quotidiana vitæ consuetudine. Vt ab omni contractu eos, & propemodum Romana *conuersatione* submouerit, *l.* 48. *de hæret. lib.* 16. *tit.* 5.

CONVETERANI. Constantinus A. dixit: magis magisque *Conueteranis* meis beatitudinem augere debeo, quam minuere, &c. *l.* 2. *de Veteranis. lib.* 7. *t.* 20. Vt milites commilitones; ita Veteranos, Conueteranos suos, vocauere Principes: vide Rittershus. *in Plinium p.* 130.

CONVICANI, *l. vltim. de patrociniis vicor. lib.* 11. *tit.* 24. Eiusdem vici homines.

CONVICIVM. Conuicio pulsare, vel atrocis iniuriæ dolore, *l. vnic. de ingratis liber. lib.* 8. *tit.* 14. vide *infra Pulsare.*

CONVICTI. De *conuictis* & confessis, vide *l.* 1. 7. 31. 32. *vlt. quorum appellat lib.* 11. *t.* 36.

COPIA de annonis ciuicis, *l. vlt. in fin. de suariis. lib* 14. *t.* 4. 2.) *Copiæ*, de commeatu, canone & annona P. Romani frequenter. Incertus auctor Panegyrici; *vnde mihi cap.* 18 *sancte Tibri, tu Romæ tuæ altor COPIIS subuehendis.* Et in commune, pro omni annona. *Copiæ mansionum*, apud Eumenium *Panegyr. c.* 16 vide & Senecam *6. de benef. cap.* 7. Omitto alia apud Symmachum complurima, & alios. Experimentis nuperrimis palam factum est ædificiorum quæ horreis adhærebant, incendiis fiscales copias laborasse, *l.* 4. *de operibus publ. lib.* 15. *t.* 1.

COPIATÆ. Clerici vero, vel hi quos *copiatas* recens

cens vsus instituit nuncupari; ait Constantius Ann. D. 360. *l. 15. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Negotiatores omnes protinus conuenit aurum argentumque præbere: Clericos excipi tantum, qui *Copiatæ* appellantur. Constantius Anno D. 387. *l. 1. de lustrali conlat. l. 13. t. 1* de his dixi plene ad eam *l. 15.* ex Epiphanio. *Gloss.* Philoxeni. *Bispelliones*, νεκροθάπται, κοπιάται.

COPVLARE. Exedras, quæ Septentrionali videntur *adhærere* porticui; *& mox*, iis vero, quæ tam Orientali, quam Occidentali lateri *copulantur*, &c. *l. vlt. de operibus publ. l. 16. t. 1.* id est, adhærent. 2.) Quam sibi vxorem *copulauerat* affectu, *l. 6. de tyron. lib. 7. t. 13.* Qualibet necessitudine *copulatus*, *l. 49. de decurionib. lib. 12. t. 1.* Pistorum corpori *copulentur*, *l. 10. de pistoribus, lib. 14. t. 3.* Caudicariorum corpori minime de cetero *copulandos*. *l. 2. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Nonnulli Curiis derelictis, domesticorum seu protectorum se consortio *copularunt*, *l. 37. de Decurion. lib. 12 t. 1.*

COQVERE, pro decoquere, interuertere; ita forte accipienda vox *coquendum* in *l. vnic. de auri publ. prosecutor. lib. 12. t. 8.*

CORNICVLARII *leg. 10. de cohortal. lib. 8. tit. 4.* vbi plenissime dixi. Consule etiam Brissonium *de V. S.* & du Fresne *in Glossar. voc. Cornicularius.*

CORONARIVM aurum quid, vide *Paratitlon de Auro Coronario. lib. 12. t. 13.* Seruius *ad 8 Æneid.* ad illa *v. 721. Dona recognoscit populorum Aurum coronarium*, inquit, *quod triumphantibus hodieque a VICTIS gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores propter concessam vitam. Ideo ergo dicit, dona: si hoc non esset, spolia diceret.* Vide & Gellium, *lib. 5. c. 6.* 2.) *Coronarium* aurum, quod Patriarchis præstabatur, *l. vlt. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* vbi dixi: vide *l. 14. 17. eod. tit.*

CORONATI, *l. 38. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Hi videntur fuisse clerici, qui sese ad ecclesiarum defensionem judiciis sistere. Nomen finxere a coronis clericorum insigni. Vid. Commentarium *ad h. l.*

CORPORA de Curialium Corporibus, *l. 70. 21 de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) Militaris *corporis* virum *l. 2. de Comitibus rei milit. lib 6. t. 14.* 3.) *Corpus tractoriarum*, i. e. Diploma euectionis. In tractoriarum *corpore* præfinitus quinque dierum numerus adscribatur, *l. 2. de tractoriis. lib 8. t. 6.* 4.) Notas etiam Pauli atque Vlpiani in Papiniani *corpus* (Homeri corpus *l. 52. D. de legat. 3.*) factas præcipimus infirmari, *l. vnic. de resp. Prud. l. 1. t. 4.* 5.) *Corpora* tironum, pretiis tironum opponuntur, *l. 2. 7. de tyron. lib. 7. t. 13.* Et *corpora*, pro tyronibus absolute, *d. l. 7.* Sic *corpora* seu σώματα, pro *seruis*, v. Moschionem apud *Athenæum*, & Epiphanium, in ἀγκυράτῳ, *Pollucem, Harpocrationem*, Aristotelem *de miraculis audit. Demosthenem, contra Eneg.* Pro tironibus in *corporibus* postulatis, pretia conferri iubemus, *l. 14 de tyran. lib. 7. t. 13.* 6.) *Corporis* iniuria, id est quæstio, *l. 39. 75. de Decur. lib. 12. t. 1.* 7.) *Corpora*, pro bonis, *l. 3. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42.* 8.) *Corpus*, pro reo, *l. omnis 5 circa fin. de iis quæ administr. lib. 8. t. 15.* 9) *Corpora*, bona, facultates, patrimonium, *l. 1. de Curatoribus Kal. lib 12. t. 6.* *Corpora*, pro rebus hæreditariis, *l. vnic. quorum bonor. l. 4. t. 21.* Adrepto rerum quolibet *corpore*, *l. 1. de legitimis hæred. lib. 5. t. 1.* Huc referenda illa verba: Etsi iniustum atque dedecus videtur mulieres ad Latumclauum atque insignia procedere, tamen *Corpora* eam Præturam, iuxta glebam paternæ substantiæ cognoscere poterunt, *l. 17. de Prætoribus. lib. 6. tit. 4.* Ita enim lego, cum hactenus scriptum sit, *tamen carbonariam præturam*, nullo plane sensu. *Corpora*, id est, *res hæreditaria*, vocantur ad sumptus Præturæ. Hæc coniectura, sin minus placet, adi *Commentarium ad h. l.* & de *Charonaria* Prætura, aliam obserua.

CORPORALIS *contumelia*, iniuria, id est, quæstio, contumelia, *l. 39. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Corporalis* traditio, *l. 1. 8. de donat. lib. 8. t. 12.*

CORPORALITER. Inductione *corporaliter* impleta, *l 2. de donation. lib. 8. t. 12.* Quam (dotem) se *corporaliter* tradidisse docuerit, *l. 15. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

CORRVMPERE. Si quis post exactum commeatus diem, indultum beneficium morando *corruperit*, *l. 3. de commeatu. lib. 7. t. 12.* 2.) Opera *corrupta* desidia, *l. 2. de operibus publicis. lib. 15 t. 1.*

CREATOR id est nominator, qui nominat ad publica munera alium, *l. vlt. de Decurion. lib. 12, t. 1. l. 1. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* Creatores, *l. 1. in fin. de Curator. Kalend. lib. 12. t. 11.*

CREDERE *exigendum*, pro, exigere. Qui huiusmodi functiones *crediderint* exigendas, *l. 4. de spectaculis. lib. 15. t. 5.*

CREDVLVS. Male *credulæ* mentes, *l. 4. ne sanctum baptisma. lib. 16. t 6.*

CREDVLITAS *recta*, de fide Catholica dicitur. Vnam & veram fidem Catholicam, quam recta *credulitas* confitetur esse retinendam, *l. 2. de relig. lib. 16. t 12.*

CRESCERE. Crescit audacia conniuentia Iudicum. Nec per cohibentiam Iudicantum, &c. eiusmodi audacia negligatur & *crescat*, *l. 24. de hæretic. lib. 16. t. 5.* 2.) *Crescere pecunia*, fœnore seu vsura, dicitur. Qui studentes fœnori, *crescentis* in dies singulos pecuniæ accessione lætantur, *l. 18. de lustrali conlat. lib. 13 t. 1.* Horatius *3. Carm. 16. v. 17. CRESCENTEM sequitur cura pecuniam, Maiorumque fames.* Iuuenalis, *Satyra 14. v. 139.*

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia CREVIT.

Horatius rursum *1. epist. 1. v. 80.*

Multis occulto CRESCIT res fœnore.

Ouidius *1. Fastor. v. 211*

CREVERVNT & opes, & opum furiosa libido.

CRETIO. De *Cretione* vel bonorum possessione est *titulus 1. libri 4.* De *cretione* sublata est pars *tituli 18 lib. 8.* vbi dixi plene. *Cretionis* Commentum, *l. 1. de maternis bon. lib. 8. t. 18.* *Cretionis* obseruantia, Necessitas, *l. 4 de maternis bon. lib. 8. t. 18.* *Cretionis*, Solemnitas scrupulosa, *l. 8. de maternis bonis lib. 8. t. 18.*

CRETA *hæreditas*, *l. 2. de integri restitut. lib. 2. tit. 16.* Mox cum *creta* fuerit vel adita hæreditas.

CRIMEN. Moderator eiusque officium ad *crimen* suum nouerit pertinere, &c. *l. 32. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.*

CRIMINARI. Neganda est accusatis licentia *criminandi*, priusquam se crimine quo premuntur, exuerint, *l. 11. de accusat. lib. 9. t. 1.*

CRIMINATIO, id est accusatio, *l. 5. de accusationib. lib. 9. t. 1.* Nulli Iudicum quemquam omnino inconsulta nostra clementia in vllo genere *criminationis* tristi liceat proscribtionis tempestate percellere, *l. vnic. ne sine iussu Princip. lib. 9. t. 41.* Nullis vero *criminationibus* implicanda sunt, &c. *l. 3. de maleficiis. lib. 9. t. 16.* Ne mortuos perpetua vexet *criminationis* iniuria, *l. 5. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

CRIMI-

CRIMINOSE. Si quid egerint *criminose*, *l. 190 de Decurionibus, lib. 12. t. 1.*

CRIMINOSVS. *Criminosa* commercia, *l. 4. de censitoribus. lib. 13. t. vlt. In iudicando criminosa est celeritas.* Publius *Mimus.* Quo remotis, abiectis pessimis *criminosis*, *l. 18. in fin. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Si apparitor diffugerit *criminosus*, *l. 15. de cohort. lib. 8. t. 4.* In reos *criminosos*, *l. 11. de Iurisd. lib. 2. t. 1.* Qui, ad publicum, deduxerint *criminosum*, *l. 21. de pœnis. lib. 9. t. 40.* *Criminosi*, *l. 35. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Criminosa* religio, *l. 13. de hæret. lib. 16. t. 5.* Vnumquemque *criminosum* non dignitas debet, sed pœna comitari, *l. 108. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* *Criminosum* contagione, *l. 62. de hæret. lib. 16. t. 5.* Facultas supplicandi *criminosissimis* patet, *l. 4. de pœnis. l. 9. t. 4.*

CRVDELITAS. Illud etiam obseruabitur, vt neque his qui stratorum funguntur officio, neque ministris eorum, liceat *crudelitatem* suam accusatoribus vendere, & innocentes intra carcerum septa leto dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere, *l. 1. de custod. reor. lib. 9. t. 3.*

CRVENTVS. Conditio *cruenta*, de fidiculis & tormentis. *l. 2. de quæstion. lib. 9. t. 35.* Sententiæ *cruentæ*. Qui *cruentas* excepere sententias, *l. 31. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Spectacula *cruenta* dicuntur, *l. 1. de gladiatorib. lib 15. t. 12.* quæcunque spectacula, in quibus humanus sanguis effunditur. Quæ Constantius in *d. l. 1.* in otio ciuili & domestica quiete displicere sibi profitetur. Scilicet in acie & bellorum tempore egregium spectaculum cadentis hostis, *Bene olere hostem occisum.* Hæc huiusce legis sententia est; quam nemo dum viderat.

CRVOR. *Cruor* conchylii, *l. vlt. de vestibus olouerís. lib. 10. t. 21.* Cassiodorus inter alia, I. *Variar. 2. Color, nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea.* Vide *Commentar.* ad *banc leg. Crustæ vestes.* His quoque vestibus nouerint abstinendum, quas græco nomine a latino, *Crustas* vocant, in quibus alio admixtus colori, puri rubor muricis in ardescit. *l. 11. de Scenicis. lib. 15. tit. 7.* De *crustis* his vide *Commentar. ad leg. cit.*

CVBITVS Nili, *l. vlt. de aggerib. Nili.*

CVDI pecunia, *l. 3. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* *Cudi* æs, *l. vlt. eod. tit.*

CVSIO monetalis, *l. 18. de extraord.*

CVIQVE pro, *cuiquam*, *l. 41. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* nisi *cuiquam* reponendum putes.

CVIVSMODI. Quæcunque ex *cuiusmodi* (ita repono: hactenus legitur *huiusmodi*) fœce progenitæ, &c. *l. 9 de scænicis. l. 15. t. 7.* Ita *leg. 4. eodem tit.* ex qua hæc noua desumpta, scriptum est: *Mulieres, quæ ex viliori sorte progenitæ.* Fornerius *III. Quotid. 12.* reposuit hic, *ex humiliori.*

CVIVSQVE, pro cuiusquam, *l 3. de maleficis. lib. 9. tit. 16.*

CVLMEN. Diuersa *culmina* dignitatum Consulatui cedere decernimus, *l. vnic. de Consulibus. lib. 6. t. 6.* Militare *culmen*, id est, Magistri militum, *l. vnic. de Consulibus, Præfectis, Magistris Militum. lib. 6. t. 6.* *Culmen*, de PP. & COS. Claudianus *in Manlium Theodorum*, qui COS, & PP. Italiæ erat: *Culmen vtrumque tenes.*

CVLPABILIS cohibentia, *l. 10. quorum appellat. lib. 11. t. 26.* Si ad nostræ serenitatis notitiam *culpabilia* gesta peruenerint, *l. 3. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Quos vita *culpabiles*, & origo habet ignobiles, *l. 18. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

CVLTIO. Christiana *cultio*, *l. 21. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* *Cultionis* diuinæ via, id est, *Clericatus*, *l. 49. vers. vel si propinquorum. de decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) Qui ex rebus nostris vel paruum vel minorem iugerationis modum studio *cultionis* exercet, *l. 33. de Decurion. lib. 12. t. 1.* id est, agriculturæ.

CVLTVRA. Boues *cultura* terræ inseruientes, *l. 1. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* 2.) *Cultura*, pro cultu, & adoratione. Excedens *cultura* hominum dignitatem superno numini reseruetur: *l. vnic. de imagin. Imp. lib. 15. t. 4.* quod paulo ante vocauerat adorationis ambitiosum fastigium.

CVLTVS diuinæ reuerentiæ, id est Clericatus, *l. 49. in med. de decurion. lib. 12. t. 1.* *Cultus* legis nostræ, id est Clericatus, *l. 21. de Episcop. lib. 16. t. 2.* 2.) *Cultus*, pro ædium ornamentis. Ne otiosis ædium *cultibus* Prouincialium patrimonia fortunæque lacerentur, *l. 15. de cursu. lib. 8. tit. 5.* *Cultus* domorum, *l. 7. de prædiis nauicul. lib. 13. tit. 6.*

CVM *neque* excusari quisquam *poterit*, &c. *l. 7. vers. contra hæc de tyron. lib. 7. t. 13.*

CVMQVE. Aurum siue argentum (*quodcunque*, in *Cod. Iust.* quod non probo, non ad materiam collationis id pertinet, sed ad tempus) *cumque* a possessore confertur, Arcarius vel susceptor accipiat. *l. 32. de susceptor. lib. 12. t. 6.* *Cumque*, pro *quandocunque*, vide *l. 2. de susceptor l. 2. de conlat. fundor. l. 35. de annona.*

CVMVLARE. Collatio rei mobilis inita, integra fide hac ratione *cumulatur*, *l. 2 si certum petatur de suffr.* vbi dixi. Milites recordentur commoda sua, extrinsecus detrimentis Prouincialium non esse *cumulanda*, *l. 12. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Comitiuæ tertii ordinis honore *cumuletur*, *l. 9. de suariis. lib. 14. t. 4.* Si familiaris rei amplitudo *cumuletur*, *l. 13. de lustrali. lib. 13. t. 1.* Quos peractæ militiæ labor protectoris honore *cumulauit*, *l. 14. de lustrali. lib. 13. t. 1.* Qui emeritæ militiæ honore *cumulati* sunt, *l. 7. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Perfectissimatus accessione *cumulata*, *l. 42. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Agentes in rebus, quos diuæ memoriæ pater noster, vnius gradus dicitur adiectione *cumulasse*, *l. 7. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

CVMVLATIVS, pro, plus. Ne quidquam oneris, vehiculis publicis *cumulatius*, quam ratio fiscalis posceret, superponeretur, *l. 20. de cursu, lib. 8. t. 5.*

CVMVLVS. *Cumulum* debiti minime nutriri commodum ipsis debitoribus, *l. 1. de Curatoribus Kalend. lib. 12. t. 11.* Nihil de his viginti annis superet publicorum *cumulus* horreorum, *l. 16. de indulgent. debitor. lib. 11. t. 28.* Si non omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit *cumulum*, *l. 25. de annona. lib. 11. t. 1.* 2.) Cum ad dignitatum *cumulos* elati fuerint, *l. 15. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.*

CVNCTAMEN. Sententia super his lata sine vllo *cunctamine* conualescat, *l. 23. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

CVNCTARI. Ne *cunctantes* (vel *cunctanter*) cogerentur, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.*

CVNCTVS. Indifferenter *cunctum* possessorem obnoxium videlicet publicæ functioni, conpellet, &c. *l. 36. de annona. lib. 11. t. 1.*

CVNEI auxiliares, *l. 1. de tyron. lib. 7. t. 13.* Per *cuneos*, & auxilia in ripa constituti, *l. 7. d. t.* De *cuneis*, vide plura ad *l. vnic. de bonis militum. lib. 5. t. 4.*

CVNICVLI. Quosdam operta humo esse saxa dicentes, id agere cognouimus, vt defossis in altum

tum *cuniculis* alienarum ædium fundamenta labefactent. *l. 14. de metallis, lib. 10. tit. 19.* Martialis *lib 13. Epigr. 60.*

Gaudet in EFFOSSIS habitare CVNICVLVS antris,
Monstrauit tacitas hostibus ille vias.

2.) Cuniculi, dolus, insidiæ, & fraudes occultæ. Cessantibus his, quæ quibusdam *cuniculis* & subreptionibus impetrata noscuntur, *l. 3. de protostasia, lib. 11. t. 23.* Nec inter emptorem & venditorem solemnia in exquisitis *cuniculis* celebrentur, sed fraudulenta venditio penitus sepulta depereat, *l. 2. de contrab. empt lib. 3. t. 1.*

CVPIDE. Quod vnusquisque compulsor insolenter egisset, aut *cupide, l. 5. de officiis Rectoris Prouinc. l. 1. t. 7* id est, *auare.*

CVPIDITAS, de superexactoribus, *l. 1. de superexact lib. 11. t. 8.* Si quis scit venalem de iure fuisse sententiam: si quis pœnam vel pretio remissam vel vitio *cupiditatis* ingestam, *l. 6. ad l. Iul. repetundarum lib. 9. t. 27.*

CVRÆ *ciuitatum*, id est, officium curatoris Ciuitatis, *l. 20. de Decurionib. lib. 12. t. 1. & l. 1. de honor. codicillis.* 2.) *Cura*, speciatim pro cura & sollicitudine cursus publici, & litorum, ne quis illicitas merces exportaret. *l. 2. 4. 5. vlt. de curiosis. lib. 6. t. 29. & l. vnic. ne Præfectianus exactoris vel curiosi, lib. 12. tit. 10.* 3.) *Cura*, pro potestate patria, vel de obsequio filiorum. A quibus sese meminerint vinculis *Curæ*, (hactenus *Curiæ*, male) exutos, *l. 16. in fin. de Prætor. lib. 6. t. 2* vide *antecedentia.* 4.) Sollicitudinis *curam* impendere, *l. 21. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

CVRAGENDARII. De iis, vide *l. 1. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Iidem cum curiosis. *Hi, quos curagendarios siue Curiosos Prouincialium consuetudo appellat.*

CVRARE. Singuli loca debent quæque sortiri, vt sibi consulant vel negligentia, vel labore. Igitur eos loca iuxta morem priscum delegata *curare* oportebit, *l. 2. de itin. muniendo. lib. 15. t. 3.* ab huius oneris *curatione, l. 4. eod. t.*

CVRATORICII *equi, l. 29. de annona, lib. 11. t. 1.* *Curatoricio* nomine flagitari dicuntur, *l. 2. de equorum collatione.* An *Cursatoricii & Cursatoricio* nomine, argumento *l. 63. de cursu publico*, quæ *d. l. 29.* iungenda. An *Cursuales*, vt vocat *l. 64. de cursu publico?* Minime. Sed *curatoricii* dicti, quod ab iis collati sunt, quibus per Africam cura aliqua demandata fuit. Vide *Commentarium ad d. l. 29.* Ab his sane diuersi sunt qui *Canonici* militares dicuntur, *l. 3. de equorum conlat.*

CVRIA pro Curialibus, *lex 4. de spectaculis. lib. 15. tit. 5.* 2.) *Curia*, pro Senatu, *l. 10. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* & quidem Vrbis CSP. in *l. 48. de Decurion. lib. 12. t. 1.* ibi, *albo Curiæ.* 3.) Ad *Curiam* deuocari, *l. 7. de Episcop. lib. 16. t. 2.* non est, reum ad secularem magistratum trahi, sed *ad Curiale aliquem munus eligi*, nominari, deposci: qui sensus etiam *l. 1. eod. tit. & l. 9.* &c. Labuntur, qui aliter accipiunt. Ad munera Curialia deuocari, *l. 11 d. t.*

CVRIOSIOR. Indago *curiosior, l. 13. de hæret. lib. 16. tit. 5.*

CVRIOSITAS *diuinandi.* Sileat omnibus perpetuo diuinandi *curiositas*, *l. 4. de maleficis. lib. 9. t. 16.* περιεργία. Actorum 19. *v.* 19. τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, vbi recte, qui *curiosa exercentes*, vertunt: nam & de libris mox combustis sequitur. Hinc *Curiosi.* Catullus *epigr. 7. ad Lesbiam v. 11.*

Quæ nec pernumerare curiosi
Possint nec mala fascinare lingua.

Horatius *epod. 17. v. 76.*

An quæ mouere cereas imagines
(Vt ipse nosti curiosus,) & Polo
Deripere lunam vocibus possum meis?

Vnde *Curiositas.* Tertullianus *c. 9. de Idololatr.* vbi de Magia, *Angelos desertores, proditores huius Curiositatis:* & *l. 1. de cultu fœmin. c. 2. de muliebri habitu. Et incantationum vires prouulgauerunt, & omnem curiositatem vsque ad stellarum interpretationem designauerunt.*

CVRIOSVS. Cum semper in petendo debeat esse sollicitus, quicunque est in impetrandi occasione *curiosus*, *l. 16. de petition. lib 10. t. 10.*

CVRRERE. *Currit adscriptio.* Hoc pacto inpendiis ordinandis, vt adscribtio *currat* pro viribus singulorum, *l. 34. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* 2.) *Currit* licitatio. Initiuant auctionem hastis habitis & (ita γρ.) citatione *currente l. 1. de domib. ad rem priu. pert. lib. 10. t. 2.* 3) Scripta dicuntur *currere.* Quid super his gestum sit, scribtis *currentibus* instruente, *l. 41. de appellat. l. 11. t. 30.* 4.) *Currere* ad prouocationis auxilium, pro *recurrere*, *l. 10. de appellat. lib. 11. t. 30.* 5.) Curiales plerique ad inane vocabulum militiæ *cucurrerunt*, *l. 40. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 6.) *Currere ad legiones &c.* Ad legiones vel ad diuersa officia *currentibus*, *l. 13. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ad suffragia *cucurrisse*, *l. 43. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

CVRRICVLVM. Numero stipendiorum & *curriculis* euolutis, *l. 15. de diu off. lib. 8. t. 7.* Quindecennii transcursus *curriculo*, *l. 14. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* Post XXV. annorum *curricula*, *l. vlt. de Princ. ag. lib. 6. t. 28.* Sin præstituta temporis *curricula* defluxerint, *l. vlt. ad l. Iul. repet. lib. 9. t. 27.* Intra anni *curricula*, *l. 2. vt intra annum, lib. 9. t. 36.* Curricula temporum, *l. 4. de denunciat. lib 2. t. 4.* Annorum moderata *curricula*, *l. 171. de Decurion lib. 12. t. 1.* Eadem temporis *curricula*, *l. 5. de inoffic. testam. lib. 2. t. 19.* Transacto anni *curriculo*, *l. 54. de appellationibus. lib. 11. t. 30.*

CVRSVALES *equi*, *l. 64. de cursu. lib. 8. t. 5.* cursuales redæ, *l. 9. de Legatis.*

CVRSVS. *Æquitatis cursus.* In muniendis viis, iustissimum æquitatis *cursum* reliquit auctoritas, *l. 2. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* 3.) *Cursus* pro nauigatione. Nauicularii non promiscue, sed per vicissitudines rite seruatas iuges *cursus agnoscerent* & exiguos implorent, *l. 6. de naucul. lib. 13. t. 5.* *Currere* enim bonis auctoribus est nauigare. Statius *Syluarum III. 2. v. 87.*

Quos tibi CVRRENTI præceps ferat Adria mores.

Virgil. III. *Æneid. v. 191.*

Vastumque caua trabe CVRRIMVS æquor.

Propertius: *Currerent lintres.*

Horatius dixit *Epist. I. 1. v. 45.*

Currit mercator ad Indos
Per mare, pauperiem fugiens.

Dictæ & naues ambulare Catoni *de re rust. c. 1.* *Aut mare aut amnis qua naues ambulent.* Et *cursus* nauium. V. Gellium, *lib. 10. c 26.* Itaque & *pedes* pro remis nauibus tributi. Hinc & *currus* pro naue. Catullus *de nupt. Pelei, v. 9.*

Ipsa leui fecit volitantem flumine currum.

Æschylo *in Prometheo*, ναυτίλων ὀχήματα. Euripides *Medea* ναυτία ἀπήνη. Vide Schefferum *de milit. naual. p. 2.* Muretum *Var. Lect. lib. 1. c. 11.* De *cursu publico* est *titulus lib. 8. t. 5.* vbi v. *Parat.*

CVSIO monetalis, *l. 18. de extraord. lib. 11. t. 16.*

CVSTODIA, pro custode, *l. 13. in fin. de pœnis. lib. 9. tit. 40.* 2.) *Custodiæ*, pro his qui in custodia, quo sensu & Tertullianus *adu. gentes cap. 9.*

D.

DAMNABILIS. Si quando *damnabilem* voluerit cohibentiam (conniuentiam) commodare, *l. 8. de appellat. lib. 11. t. 30.* Elicitum *damnabili* subreptione rescriptum, *l. 7. de diu. rescr. lib. 1. t. 2. & l. 20. de annona & trib. lib. 11. t. 1.*

DAMNATIO perpetua, *l. 1. de falsa. mon.* pro perpetua deportatione.

DAMNARE. Conductisue pro paupertate personis, quas sors *damnauit* humilior, *l. 2. de lenonib. lib. 15. t. 8.*

DAMNOSVS. *Damnosa* conuentionis molestia, de superindicto, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. tit. 20. Damnosa* hæreditas, *l. 149. de Decur. lib. 12. t. 1.*

DAMNVM. Si quis ad fugienda sacramenta militiæ fuerit inuentus truncatione digitorum *damnum (dispendium corporis*, ait, *l. 1. de filiis mil. apparit. lib. 7. t. 22.)* corporis expedisse, *l. 5. de tyron. lib. 7. t. 13.* Iuuenalis, de castore, *Satyr. XII. v. 35.*

- - *cupiens euadere DAMNO*
Testiculorum

2.) *Damnum famæ*, id est infamia, *l. 2. vt intra annum. lib. 9. t. 36. l. 1. Cod. Iust. de modo multarum.* Damnum existimationis, *l. 1. Cod. eod. si cont. matris volunt.* 3.) Publica *damna*, *l. vltim. de his qui condit. propr. l. 12. t. vlt.* 4.) *Damnum* pudoris, id est infamia, *l. 41. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Ausonius:

Quantum deprensi DAMNA PVDORIS emunt.

5.) Si a militaribus Prouinciales quælibet *damna* pertulerint, *l. 21. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Nec vero quisquam orbus habeatur: proposita huic nomini *damna* non noceant, *l. vnic. de infirm. pœn. cœlib.*

DARE *necessitatem*, pro imponere, *l. 1. de fide testium. lib. 11. t. vlt.*

DATA. *Lex.* In subscriptionibus legum frequens & passim occurrit. Suidas, δατὸν παρὰ Ῥωμαίοις σημασία τῆς ἡμέρας καὶ τοῦ καιροῦ, ὅτε τις ἢ ἐκ πόλεως ἢ ἔκ τινος τόπου ἀποσταλῇ. *Datum apud Romanos est significatio diei aut temporis, cum quis aut ex vrbe, aut ex alio loco litteras mittit.* Magno in Notis DAT. *Data.* 2.) Loca *data.* Si per errorem aut incuriam domini, *loca data* ab aliis possessa sunt, ipsis solis cedere debent, *l. 1. finium regundorum. lib. 2. t. 26.* quæ lex inscripta Comiti Diœceseos Africanæ. *Loca data*, sunt loca & centuriæ militibus veteranisque assignatæ. Vide quæ scripsi ad *l. illam*, *& l. 16. D. de adquir. rerum dominio.* 3.) Fastis, si honor *datus* (dare nomen Fastis Cassiodorus II. *Var. 1.*) fuerit regalium trabearum, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.* Hinc & *dati fasti* dicuntur, cum ipsorum consulum nomina efferebantur, nuntiabantur: ita enim accipio illud Sidonii 8. *ep. 6. Itaque, vt primum breui peracta, nec breuis sportula, Datique fasti acclamatum est*, &c.

DE pro *ab.* Dextera leuaque *de* (pro quo Tribonianus *ex*: male: melius, si *ab* dixisset) ipsis formis XV. pedibus intermissis, arbores habeant, *l. 1. de aquæductu. lib. 15. t. 2.*

DE *cetero*, id est, in posterum, *l. 4. de aquæductu. lib. 15. t. 2. De cetero*, *l. 14. de agentib. lib. 6. t. 27.*

DE *futuro*, *l. 8. de annona. lib. 11. t. 1.*

DE *integro.* Vt apud eos de integro (vide quæ dixi ad *l.* vbi de *intexto* forte legendum) litiget tanquam appellatione suscepta, *l. 16. de appellat. lib. 11. t. 30.*

DEBILES *solidi*, *Foible*: non iusti ponderis, *l. 2. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.*

DEBILITAS. *Debilitatis* obtentu inconueniens bellico operi, *l. 83. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DEBILITARE. Ne paucorum absentia *debilitet*, quod a maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, *l. 142. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DEBITA, pro publicis debitis, *l. 54. de Decurion. lib. 12. t. 1. Debita pro publicis. l. 39. de appellat. lib. 11 t. 30.* Eodem significatu, *l. 3. ad L. Iul. de ambitu. l. 6. quor. appellat. lib. 11. t. 36. l. 6. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2.* vt Rubr. *lib. 11. de indulg. debitor.* Quod nec Anianus, nec Tribonianus intellexere. Quæ causa fuit Triboniano interpolandæ legis illius *6.* in *l. 4. Cod Iust. de diuersis rescriptis.* Eundem errorem errant, qui in *l. 2. Cod. Iust. ex quibus causis infamia*, pro *debitorum* reponunt, *tributorum. Debitorum* enim vox ibi pro tributis. 2.) *Debita*, pro tributorum debitis, *l. 1. 3. 7. de exaction. lib. 11. t. 7. l. 26. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4. l. 1. de distrab. pignor. lib. 11. t. 9. l. 1. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.* Titulo & *l. 3. 4. 5. 9. vlt. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.* 3.) *Debitum*, absolute, de tributis *l. 15. 19. 31. 34. de annona. lib. 11. t. 1.* Nec temere apparitor Prouincialis debiti reum, quem Rationalis officium ad solutionem cogit, abducat, *l. 4. de Palatinis S. L. lib. 6. t. 30.* 4.) *Debitum*, de fiscali, *l. 14. de appell. lib. 11. t 30. Debita* & *debitores*, de fiscalibus proprie, *l. 9. de muner. lib. 8. t. 1. Debitum* & *debitor*, pro fiscali, *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* Quidue in *debitis* habetur, vel penes quos resederit, *l. 9. de executor. lib. 8. t. 8.* Vt in nonnullis Prouinciis Senatorii canonis medietas in *debitis* (in reliquis) resederet, *l. vlt. de prædiis Senator. lib. 6. t. 3.*

DEBITVS. *Debiti* curiæ, id est, Curiali nexu obligati, *l. 136. 139. de Decur. lib. 12. t. 1.* Originales ac *debitæ* curiæ, *l. 159. de Decurionib. lib. 12. t. 1. Debitæ* functiones, *l. 154. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* id est, functiones Curiæ debitæ, Curiales.

DEBITORES, pro tributorum debitoribus, *l. 1. 7. 16. de exactionib. lib. 11. t. 7. l. 1. de discussor. lib. 11. t. 26. l. 3. 9. 11. 14. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.*

DECANICA, *l. 30. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* quæ Carceris Ecclesiastici vsum præbuere: ibi dixi plene. vide *Nouellam Iustin. 79. c. 3.* & Iulianum *Constit. 73.* Basilius Diaconus *in libello ad Theodosium & Valentinianum in Concil. Ephesin part. 1. cap. 17. num. 3. pag. 1337. Tom I. Concil. Harduin.* κἀκεῖθεν τυπτόμενοι ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δεκανικῷ, κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς ὡς δημίους καὶ ὑπευθύνους τιμωρίᾳ ἐξύλισαν: *inde cæsi in carcerem abducimur, ibique nos, vt nequam sceleratos nudos ad palum alligarunt.* Consule etiam *Goarum in not. ad Codin. c. 14.* Gretserum *lib. 3. obseruat. ad Codin.* du Fresne *in Gloss. gr. voc.* Διακόνικον.

DECANI. De *decanis* est *tit. 33. lib. 6.* vbi vide Commentarium. Ambrosius meminit *Epist. 20. n. 4. pag. 853. Edit. Benedictin.* Fuerunt autem *Decani* militiæ palatinæ genus, adhærentes Principis famulationibus, finitimi agentibus in rebus & mensoribus.

DECANTARE. Iuris & legum auctoritatibus *decantatur* (in Cod. Iust. immutatum *declaratur*) per

per seruum vel procuratorem, colonum vel actorem seu conductorem præiudicium possessioni, inuito vel inscio domino, imponi non posse, *l. 2. de pign. lib. 2. t. 30. Decantari* dicuntur, quæ regularia: sua sunt Iurisconsultis ἄσματα Carmina vt Philosophis: quo sensu apud Catonem: *Si Deus est animus, nobis vt Carmina dicunt.* Vide *supra* Cantatum ex *l. vnic. si certum petatur de chirogr.*

DECARGYRVS nummus, idem cum maiore pecunia, *l. 2. si quis pecun. confl. lib. 9. t. 23.* seu *maiorina*, quæ ex argento & ære conflata, *l. 6. de falsa mon.* Δεκάργυρον autem dictum credo, quod decima pars eius argentum esset: sicut *Electrum* est, μίγμα χρυσȣ̃ καὶ ἀργύρȣ, in quo quinta argenti portio est, teste Plinio *lib. 33. cap. 4.* cuius mentio & apud Siluium *lib. 1. v. 229.*

hic omne metallum
Electri, & GEMINO pallent de semine VENÆ

Diuersus a *Centenionali*, *d. l. 2.* vide quæ ad *eam l. 2. & 6.* dixi.

DECEDERE administratione, *l. vlt. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.*

DECEMPRIMATVS. Vide *l. 7. de domesticis. lib. 6. t 24* & *Paratitlon* eius tituli.

DECEPTVS. Etiamsi laqueos *deceptæ* ignorationis exciderit, *l. 16. de petition. lib. 10. t. 10.*

DECEPTIO. *Deceptionem* hominum præstare dicuntur simulacra, *l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

DECERNERE. Iudex sententiam *decernat*, *l. 5. de iurisdict. lib. 2. t. 1.*

DECERPERE. Nihil hic subripiendum (hinc *subreptitium*) *decerpet* ambitio, *l. 19. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Quod si huic Archiatrorum numero aliquem aut conditio fatalis, aut aliqua fortuna *decerpserit*. *l. 8. de Medicis. lib. 13. t. 3.* Conuictis in quæstione violentiæ perfugia appellationis *decerpsisse*, *l. 14 quorum appellation. lib. 11. t. 36.* Symmachus *in relat. lib. 10. ep. 54. Nil ille decerpsit sacrarum Virginum priuilegiis.*

DECERTATIONES, pro certaminibus, & laboribus in militia peractis. Filios quoque eorum (Veteranorum) defendant *decertationes*, quæ in patris persona fuerunt, (forte *profuerunt*) *l. 2. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

DECESSOR, *l. 1. de distrah pignor. quæ trib. causa lib. 11. t. 9.* Quidquid in tempus vsque dispositionis habitæ a Viro inlustri *decessore* sublimitatis tuæ, &c. *l. vlt. vers. quidquid de patroc. vicor. lib. 11. t. 24. Decessores*, *l. 3. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

DECIDERE. Cuius modum ponderatione certa *deciderit* suarius, *l. 4. de suariis. lib. 14. t. 4.*

DECLINARE suam Curiam, *l. 5. 73. 120. de Decur. lib. 12. t. 1. Declinare* Obsequia, *l. 33. de Decurion.* publicorum munerum obsequia *declinare*. *l. 16. de Decurion. Declinare* Munia, *l. 50. de Decurion.* & *l. 4. de lustrali conlat.* quæ ex illa desumpta. *Declinare* Munera ciuitatis, *l. 8. de decur. Declinare* functionem, *l. 129. de Decurionibus. lib 12. t. 1. Declinare* laborem Curialis officii, *l. 85. de Decur. lib. 12. t. 1 Declinare* onera Curialia, *l. 98. de Decurionibus. lib. 12. t. 2.*

DECOCTIO. Natalium *decoctio*. Cum ius vetus ingenuas fiscalium seruorum contubernio coniunctas ad *decoctionem* natalium cogat, *l. 3. ad SC. Claud. lib. 4. t. 9.*

DECOCTOR pecuniæ publicæ, *l. 117. de Decurion. lib. 12. t. 1. Decoctorum* vitia, *l. 15. de pistorib. lib. 14. t. 3.*

DECOLORARI. Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, *decolorari* non oportet consortio sororiæ appellationis, *l. 44. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Ambrosius *epist. 4. Noxiæ sunt conuersationes cum insipientibus & inficiunt sobriam mentem atque DECOLORANT.* Marcellinus in edicto suo, quod refertur inter *acta collat. Carthagin. Africam vario religionum genere inquietari DECOLORARIQVE passus non est.* Symmachus *lib. 2. epist. 75. Ne innocentiam Senatorum obnoxia rumoribus suspicio DECOLORET.* Omitto his similia, quæ Iuretus in suis ad Symmachum miscellaneis præoccupauit *pag. 76. 77.*

DECORVS. *Decora ciuitas*, Antiochia, *l. 169. de Decurionib. lib. 12. t. 2.*

DECORA. Ornamenta Vrbium ac *decora* marmorum (ita morum decora Symmacho *1. epist. 19.*) *l. 26. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* 2.) Vt quos ad vitæ *decora* domesticæ laudis exempla non prouocant: saltem correctionis medicina compellat, *l. vnic. de emendat. propinq. lib. 7. t. 13.*

DECOXIT. Nemo eorum semel in interuersione conuictus, id rursus officium gerat, in quo ante *decoxit*, *l. 27. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Si susceptores de Curia dati, aliquid vel negligentia vel fraude *decoxerint*, &c. *l. 9. de susceptorib. lib. 12. t. 6.*

DECRETA, *Rubr. l. 1. 10. 11. 16. de Legatis. lib. 12. t. 12.* & *l. 15. de accusat. lib 9. tit. 1.* erant, quæ in communi consilio, conciliοque Prouinciæ vel ciuitatis conuenerant: quæ in illis ad Principem legatis ferme tradebantur. 2.) *Decreta* pro constitutionibus, edictis, sanctionibus, *l. 43. de appell. lib. 11. t. 30.* confer cum *l. 65 eod.* 3.) *Decreta*, pro responsis & rescriptis Principis, *l. 8. de appellat. lib. 11. t. 30.* 4) *Decretum* in alienandis minorum bonis, *l. vnic. de his, qui veniam æt. lib. 2. t. 17.*

DECVRRERE *fila pectine.* Arguto pectine solidanda fila *decurrant*, *l. vlt. de vestib oloueris lib. 10. t. 21.* (Virgilius initio septimi Æneidos, *Percurrere.*

Arguto tenues percurrens pectine telas

Vbi Seruius: *aut manu percurrens, aut ictu pectinis: vt videmus: aut quia apud maiores stantes texebant: vt hodie linteones, videmus: est autem Homeri qui ait:* ἱστὸν ἐποιχομένην. (id est, *telam percurrentem*)

Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine denset opus. Ouidius *3. Fastorum, de Minerua & Quinquatribus.*

DECVRSVS. Si internis negotiis vsquequaque *decursis* ex euidenti claruerit, &c. *l. vnic. de off. Præf Prat. lib. 1. t. 5. Decursis* hastis. *l. 1 de fisci debitorib. lib. 10. t. 16. l. 2. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17.* Post Magistratus *decursa* insignia, *l. 21. de Decur lib. 12. t. 1.* Ratione *decursa*, *l. 10. de Legatis. lib. 12 t. 12.* Siue mancipationis *decursa* fuerit solemnitas, *l. 4. de donat. lib. 8. t. 12. Decursis* stipendiis, *l. vlt. de domesticis lib. 6. t. 24* Quos *decursi actus* inlustrat auctoritas, *l. 3. de metatis. lib. 7. t. 8.* Militiæ ordine ac labore *decurso*, *l. 20. de Agentib. lib 6. t. 27.*

DECVS. Domorum cultu *decus* Vrbium potius quam fructus adquiritur, *l. 7. de prædiis nauicul. lib. 16. t. 6. Decus* sumptuosum, *d. l. 7.* Contumacius, quam *decus* publicum sinebat, erectos, *l. 3. vnde vi.* Quem maxime rustica plebs, id est, pagi, contra *decus publicum* (id est, publicam vtilitatem) tolerarunt. *l. 16 de curs. publ. lib. 8. tit. 5.* Qui inhoneste & contra *decus* sæculi, vel honorem militiæ versabuntur, *l. 3. de curiosis. lib. 6. t. 29.* 2.) *Decus*, pro ornamentis operum publicorum, *l. 1. de operibus publicis lib. 15. t. 1. Decus* sumptuosum de marmoribus

quibus

quibus exornatæ domus, *l. 7. de præd. nauic. lib. 13. t. 6.*

DECVTITVR. Quandoquidem neque aurario canoni, sub priuilegiis æstimato, aliquid ex ea iubentibus nobis præbitionum diuersitate *decutitur*, *l. 13. de extraord. lib. 11. t. 16.*

DEDECORANDO ambitu, *l. 2. de Comitibus rei milit. lib. 6. t. 14.*

DEDECVS. Manichæorum *dedecus*, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

DEDISCERE. Qui docere se dicunt, quod aut nescire, aut *dediscere* (ita γραπτέον) sit decorosium, *l. 13. de hæret. lib. 16. t. 5.* Nempe, si quid prauum didiceris, id dediscere laudabile est. Primum est, praua nescire; proximum, dediscere.

DEDITITII & fœderati in exercitu Romano, *l. 16. in fin. de tyronib. lib. 7. t. 17.* vbi dixi plene.

DEDITVS. Sit eculeo *deditus* vngulisque sulcantibus latera perferat pœnas, *l. 6. in fin. de malef. lib. 9. t. 16.* Hic *Editus* non improbabiliter tenet quis. Eculeus enim sublevatus, & altus. Prudentius in *hymno Romani X. v. 466.*

Audite cuncti, clamo longe ac prædico
Emitto vocem de catasta CELSIOR.

Vnde & *pensilis vir apud eundem; ibid. v. 451.*

Scindunt vtrumque milites teterrimi
Mucrone bisulco PENSILIS *latus* VIRI.

Vnde vox frequens in *Vitis martyrum*, *in equuleo suspendi*, *leuari in equuleum*, *sublimem tolli*: αἰωρεῖσθαι Græcis, *Sozomeno*, & aliis. Pomponius apud Nonium Marcellum *cap. 2. num. 284. Et vbi insilui in cochleatum eculeum, ibi tolutim tortor.* In eculeo SVBLIMIS, Rufino *lib. 1. c. 36.* Ἐπὶ ξύλου κρεμάσας, Theodoretus, *lib. 3. c. 10.* Statius in *Mammete*:

iubet altius ergo
Sanctum suspendi, tormentisque acribus amens
Pulsat vtrumque latus, dum carpitur vnguibus vncis
Nullam dat Mammes vocem.

DEDVCI ignibus ferri materies. Vt venæ nobilis, & quæ facile *deducatur* ignibus seu liquescat, ferri materies præbeatur; *l. 2. de fabricensibus. lib. 10. t. 22.* Iuuenalis *Satyra VII. v. 53.*

Sed vatem egregium, cui non sit publica VENA
Qui nil expositum soleat DEDVCERE.

Deductum carmen apud Virgil. *Eclog. 6. v. 5.* Confer Erythræi *Indicem Virgil. voc. deductus.* Lanæ quoque & fila deduci dicuntur: Iuuenalis *Satyra VII. v. 224.*

Qui docet obliquo lanam DEDVCERE *ferro.*

Catullus *de nuptiis Pelei v. 312.*

Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis. Legem citatam illustrat etiam Plinius *lib. 34. c. 14. Mirumque cum excoquatur* VENA, *aquæ modo* LIQVARI *ferrum, post ea in spongias frangi.* 2.) Quos in officium ministeriumque prædarum vel capiendi vbertas, vel formido simulata *deduxerit*, *l. 9. de tyronib. lib. 7. t. 13.* id est, seduxerit. 3.) Eique qui *deducendus* erit. (id est, e longinquo accersendus, exhibendus,) *l. 3. de exhib. reis lib. 9. t. 2.*

DEDVCTIOR paulo *numerus*, id est minor, *l. 11. de Medicis lib. 13. t. 3.*

DEFECTA, sunt squalida & ieiuna. *Defecti fundi*, inanes, steriles, caduci. Quotiens *defectorum* (antiticorum *paulo ante*) leuamen exposcitur, vt squalidiora adque ieiuna culta atque opima conpensent, *l. 3. de censitor. lib. 13. t. vlt.* Eodem sensu *Defectæ* domus, *l. 3. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.* & in *ead. lege*, fœni & *defecti*. Id quod *defecta* possessioni inspectoris arbitrio adscribitur, *l. 12. de censitor. lib. 13. t. vlt.* 2.) *Defecta* animalia, i. e. cursui publico inutilia. Vt si forte defecta fuerint animalia, *l. 24. de curs. lib. 8. tit. 5.*

DEFECTIO *prædiorum*. Possessor Africanus pro destitutis possessionibus cogitur tributa dependere: quod ne accidat, hac definitione sancimus, nullum eorum prædiorum *defectione* (ita reponendum) prægrauari, *l. 31. de annona. lib. 11. t. 1.*

DEFENDENDA. Celsitudinis tuæ sedes Prouinciarum *defendenda* suscipiat, *l. vnic. de hirenarchis. lib. 11. t. 14.* *Defendenda* sunt ea, quæ defensione egent. Breuiter, Prouinciarum defensiones, seu Prouincias defendendas.

DEFENDERE sibi ius, & vsurpare, *l. 3. de maternis bon.* Exceptio *defendere* dicitur, *l. 6. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

DEFENSACVLA fisci, *l. 2. de aduoc. fisci. lib. 10. t. 15.* id est, aduocatio fisci: dicitur enim aduocatus fisci, & defensor, *l. 3. de dilatione*: seu, defensor domus Principis, *l. vltim. de actoribus procurator.*

DEFENSARE. Quos Clerici *defensandos* receperint, *l. 3. in fin. de his, qui ad Eccles. lib. 9. t. vlt.* Nec quemquam præteritæ cuiuspiam voluntatis priuilegio *defensari*, *l. 17. de hæret. lib. 16. t. 5.* Si quis rem nostram cœperit lite pulsare, Rationali præsente confligat, quo *defensante* controuersia omnis agitetur, *l. 5. de iurisd. lib. 2. t. 1.* Vel quocunque modo a Clericis fuerit *defensatus*, *l. 5. de his, qui ad Eccles. lib. 9. t. vlt.* Quos non ætatis *defensabit* infirmitas, *l. 134. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Nec prærogatiua militari *defensetur*, *l. vlt. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.*

DEFENSIO. Sub religionis *defensione*, (id est, *prætextu*) *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* 2.) *Defensio legitima*, pro defensione, seu tutore, *l. 2. de distrah. pignor. lib. 11. t. 9.*

DEFENSOR, id est, aduocatus, *l. 2. de postulando. lib. 2. t. 10.* Aduocati vocem defensoris loco substituit Tribon.

DEFENSORES, id est aduocati, *l. 3. de dilation. lib. 3. t. 17.* 2.) Testamentarii *defensores* & legitimi, *l. 3. de Tutoribus. lib. 3. t. 17.* sunt tutores. Per inquisitionem dati minoribus *defensores* iubebunt, *l. vlt. de Tutorib. lib. 3. t. 17.* Minorum *defensores*, *l. 1. de administr. & periculo tutor. lib. 3. t. vlt.* *Defensores* minorum, pro tutoribus & curatoribus, *l. 1. de denunciat. lib. 2. t. 4.*

DEFENSVS. A conlatione tutos *defensosque* seruari præcipimus, *l. 2. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.*

DEFESSA ætas, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Cui opponitur, solida ætas *ea lege*. *Defessæ* senectutis extrema, *l. 16. de cohortalib. lib. 8. t. 4.*

DEFICIENTIS voluntas, *l. 1. ad l. Cornel. de falso lib. 9. t. 19.*

DEFIGERE. Qui magicis adcincti artibus aut contra hominum moliti salutem, aut pudicos ad libidinem *defixisse* animos detegentur, *l. 3. de maleficiis. lib. 9. t. 16.* Reponeret aliquis *deflexisse*, vt aurea quoque editum, sed propria vox hæc. *Defixiones*, Νευρολυτικόν, Gloss. Pauli *V sentent. tit. 23. § 15. Qui sacra impia nocturnaue, vt quem obcantarent*, DEFIGERENT, *obligarent*, *fecerint*, &c. Plinius *lib. 28. c. 2. Defigi diris deprecationibus, nemo non metuit.* Omitto alia.

DEFINIENDVM. Illud *definiendum* esse censemus, *l. 176. de Decur. lib. 12. t. 1.*

DEFINITIO. Hac aperta *definitione* decernimus, *l. 2.*

l. 2. de Indiction. lib. 11. t. 5. Consultissima *definitione* statuimus, *l. 11. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* Oraculi nostri *definitione*, *l. 16. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* Quæ *definitio* si fuerit præterita, *l. 4. de Princip. agent. in reb. lib. 6. t. 28.* Salutari *definitione* censuimus, *l. 16. de Palat. S. L. lib. 6. t. 30.* Id aperta *definitione* sancimus, *l. 6. de iustod. reor. lib. 9. t. 3.* Hac *definitione* sancimus, *l. 31. de annona. lib. 11. t. 1. Definitio iuris*, id est regula, *l. vnic. victum ciuiliter, in fin. lib. 9. t. 20.* & *initio leg.* a plerisque prudentium generaliter definitum est. *Definitione* iuris, Consultum omnium consona responsione firmatur, *l. 8. de diuersis rescript. lib. 1. t. 2.* Vltima *definitio*, id est, sententia definitoria, *l. 1. de sentent. ex periculo recit. lib. 4. t. 17.*

DEFINITIVA *sententia*, *l. 18. 29. quorum appellation. lib. 11. t. 36. Definitiua* inter partes dicta sententia, *l. 2. si vagum petat. mancip. lib. 10. t. 12.*

DEFINITVM. Euidens sanctionis *definitum* est, *l. 125. de Decur. lib. 12. t. 1.* 2.) Particip. præter. *Definitum* est, *l. 2. de Iurisdictione.* Constitutionibus perspicue *definitum* est, *l. 28. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DEFIT. Cui desit in functionibus numerus personarum. Ita lego in *l. 123. in fin. de decurion. lib. 12. t. 1.*

DEFIXVS. Iuxta nummaria *defixa* (id est, *præfixa*) *pretia l. 29. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

DEFLECTENS. Nihil sibi *deflectens* a iustitia indignatio Cognitorum intellegat licere, &c. *l. 6. de quæstion. lib. 9. t. 35.*

DEFLERE, de Prouincialium querelis, *l. 186. de Decurionib. lib. 12. t. 1. l. 9. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

DEFLVERE successiones maternæ ad liberos. Cum ad liberos maternarum rerum successiones defluxerint, *l. 2. de maternis bonis.* 2.) *Defluunt* tempora. Nullis eum temporum, quæ ex rescriptorum editione *defluunt*, moris esse ludendum, *l. 5. de denuntiat. lib. 2. t. 4.* 3.) Artus sanie, corruptoque sanguine *defluunt*. Aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie *defluentes*, *l. 1. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.* Virgil. *8. Æneid. v. 487. sanie taboque fluentes.*

DEFORMARE. Matrimonia *deformare*. Nam etsi omne genus accusationis necessitas inscribtionis adstringat, nonnulli tamen proterue id faciunt (accusationem adulterii instituunt) & falsis contumeliis *matrimonia deformant*, (*initio leg. fœdare* connubia) *l. 2. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.*

DEFORMATIO *manus*. Eos qui amputatione digitorum castra fugiunt, tua sinceritas non sinat manus *deformatione* defendi, *l. 4. de tyronib. lib. 7. t. 13.*

DEFORMIS. Vicarii etiam adfecti *nota deformi*, (id est, infamia) tricenas auri libras conferent. Iudices autem ordinarii similiter *deformati* (infamia) quinas denas cogentur exsoluere, *l. 15. de pœnis. lib. 9. t. 40.* 2.) Quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, *l. 11. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Ideo Vrbs *ruinis deformari* dicitur. Plinius *lib. 10. epist. 75. Locus nunc deformis ruinis*: vide *Brissonium de V. S.*

DEFORMITAS. Is quem *obsequii deformitas* militia secernit, offerri militiæ non potest, *l. 8. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* Sunt, qui de Eunuchis accipiunt: malum de iis, qui ad Gynæceum aliquid pertinens tractant, vide *Vegetium. lib. 1. c. 7.*

DEFRAVDARE. Sed vt cum functio vlla non teneat, conlatio non *defraudet*, *l. 6. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

DEFVGA. Ne passim vagari, Curiæ vel collegii *defugas*, in publica damna patiantur, *l. vlt. de his, qui condit. propr. lib. 12. t. vlt.*

DEFVGERE originem, *l. 13. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Quisquis ex nauiculariorum corpore *defugiens* solita munia, &c. *l. 11. de nauic. lib. 13. t. 5.*

DEGENER. Ingratus & *degener* ciuis, *l. 18. de annona. lib. 11. t. 1.* Qui stipendiis militaribus *degenerem* latebram præbuisse monstrantur, *l. 4. de desertor. lib. 7. t. 18.* Mox: *Degeneri* morte gladium subiturus. Nam cuius vita probrosa fuit, eius mortem degenerem esse oportet. Si quis militaris prosapiæ *degeneri* mente officiorum se consortiis adgregauit, *l. 7. de filiis milit. appar. lib. 7. t. 22.* Si non otio & tempore *degeneri* paternam exuere virtutem, *l. 155. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DEGVSTATVM *fulgore*, κυρίως, pro *tactum, disiectum, derasum, exustum.* Haruspicinæ vocabulo, ni fallor, proprio. *Si quid de Palatio nostro aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit*, ait Constantius, *l. 1. de Paganis lib. 16. t. 10.* Lucretius etiam *lib. 2. v. 192.*

Nec cum subsiliunt igneis ad tecta domorum
Et celeri flamma DEGVSTANT tigna, trabesque.

Pro quo idem, *lib. 5. Ambesse*, id est, *ambedere*, dixit *v. 397.*

Ignis enim superauit, & AMBENS multa perussit.

Vt Lucanus, *lib. 6. v. 266.*

Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis ADEst.

Eodem sensu Virgilius, *lib. XII. de lancea infixa, v. 376.*

summum DEGVSTAT vulnere corpus. Vide Commentarium *ad h. l.*

2.) Qui ad annos ferme duodeuiginti nati, liberales litteras *degustauerint*, *l. 1. de excus. artif. lib. 13. t. 4.* Id est, mediocrem earum scientiam habeant: vide Vitruuium in eadem re *lib. 1. c. 1.*

DEHONORARE. Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet, nam & persona *dehonoratur*, *l. 8. de fide testium. lib. 11. t. vlt.*

DEI *donum*, thesaurus: vide *l. vlt. de thesauris. lib 10. t. 18.* dixi in v. *Fortuna donum.*

DEIECTI *sacerdotes*. Vt veneratio Sacerdotibus debetur innoxiis, ita & pœna moderata inquietis atque *deiectis*, *l. 2. de Episcop. Iud. lib. 16. t. 12.*

DEINDE, pro deinceps, *l. vlt. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.* Victor *Schotti cap. 20. in fin. Sic deinde, laborantibus secundarum initia, earumque auctores memoriæ sunt.* Quem locum Vir Doctus parum accurate sollicitat.

DELERI. Nullus his iudicatis conetur inniti, quæ & tempore & auctore *delentur*, *l. 8. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.*

DELECTVS (militaris) *l. 3. de tyron. lib. 7. t. 13. Delectus* Iuniorum, *l. 3. 10. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* dicitur haberi, *d. l. 3.* agitur, *d. l. 10.* Symmachus *lib. 6. epist. 58. Iuniorum delectus vrbanis familiis imperatus Gloss.* Isid. *Delectus agitur*, id est, *probatio fit tyronum*, 2.) Inter arbitros & patronos aliquem oportet esse *delectum*, *l. 2. de postulando. lib. 2. t. 10.*

DELEGATIO & *delegatoria l. 1. de annon. l. 8. de extraord. l. un. ne conlat. per logograph. l. 16. de exactionib. l. 22. de erogat. militar. annon.* Sunt descriptio-

ſcriptiones, quibus exigendarum annonarum, & tributorum, modus continebatur. Suidas: δηλεγατίων κατὰ Ρωμαίοις ἡ ἐνταγὴ τῆς σιτοπομπείας, καὶ ἡ ἀννωνῶν μετακομιδή. *Delegatio*, *apud Romanos vocatur procuratio rei frumentariæ*, & *annonæ transportatio*. Vide *not. h.* ad *leg. 1. de annon.* & *Commentar. ad l. 22. de erogat. milit. annon.* Du Fresne *in Gloſſar. voc. delegatio.*

DELEGATVS. Igitur eos loca iuxta morem priſcum *delegata* curare oportebit, *l. 2. de itin. mun. lib. 15. t. 3.*

DELEGARI. Annonas omnes quæ vniuerſis officiis adſolent *delegari* (*adſignari*, Mandari, *l. 1. de domeſticis.*) *l. 35. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Opinatoribus nihil ſit cum poſſeſſore commune, cui non militem, ſed exactorem, ſi ſit obnoxius, conuenit imminere. Iudices itaque, qui Prouinciales paſſi fuerint opinatoribus *delegari*, eiusdem quantitatis duplex pœna retinebit, *l. 16. de exactorib. lib. 11. t. 7. Delegari* opinatoribus, id eſt, *exigendos committi*. Vt mox: ſi per *ſemet exigendos voluerint delegare* militibus. Vltra id tempus, ſi tarditas adferatur tunc militi (opinatori) debiti poſtulati *delegandam* eſſe rationem, *l. 34. de annona. lib. 11. t. 1.* Opinatores, quibus ſpecies in diuerſis Prouinciis *delegantur*, *l. 1. de exact. & transl. lib. 7. t. 5.* Mox, cum opinatores in Prouinciis *delegantur*, *d. l. 1.* Tunc militi debiti poſtulati *delegandam* eſſe rationem, *l. 24. de annona. lib. 11. t. 1.*

DELICATVS. *Delicatæ veſtes*, ſed & linteamen amictorium noſtrorum vſibus neceſſarium, *l. 48. de curſu. lib. 8. t. 5. Delicati pueri*, apud Spartianum *Hadriano cap. 4.* qui Imperatori in miniſterio ſecretiore. *Gratiſſimi delicatorum*, Sueton. *Tit. cap. 7.* quos græci παῖδας ἁπαλὰς vocant. *Deliciæ* apud Plutarchum *Antonio*, & Sueton. *Vitell. cap. 12.*

DELICIÆ. Manſura pœna in eos, qui ad inrigationes agrorum, vel hortorum *delicias* furtiuis aquarum meatibus abutuntur, *l. 7. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Eſt qui ita tentat: *Ad inrigationes agrorum vel hortorum, deliciis furtiuis aquarum meatibus abutuntur*; (de quo dixi ad *eam legem*) docte & ingenioſe: ſed non ideo vere hic. Ad hortorum *vſum* dixit Frontinus.

DELICIOSVS. His, quos *delicioſis* nutrimentis eneruatos eſſe perſpeximus, *l. 5. de fil. mil. appar. lib. 7. t. 22.*

DELVBRA, *l. vlt. de pagan. lib. 16. t. 10.* Cuncta eorum fana, templa, *delubra*. Erant cellæ Deorum ad templa additæ. Dixi in Commentar. *ad leg. cit.*

DEMENTES væſanique hæretici, *l. 2. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.*

DEMENTIA Eunomianorum, *l. 32 de hæreticis lib. 16. t. 5.* Hæreticorum *dementia*, *l. 24. de hæret. lib. 16. t. 5.* Obſtinationis animi *dementia*, hæreſis, *l. 6. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

DEMIGRARE. Ex conſortio Curiali ad officium *demigraſſe*, *l. 175. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Patrimonia nauiculariorum, quæ quolibet genere in extraneorum dominia *demigrarunt*, *l. 2. de prædiis nauicular. lib. 13 t. 6.* Ad quorum iura terrulæ *demigrauerint*, *l. 51. de operibus publ lib. 15. t. 1.*

DEMITTERE, pro mittere. Quæcunque naues ex quolibet portu ſeu litore *demittuntur*, nullam concuſſionem vel damna ſuſtineant, *l. vltim. de litor. & itinerum cuſtod. lib. 7. t. 16.*

DEMOLIRI ſepulchra, *l. 1. de ſepulchr. viol. lib. 9. tit. 17.*

DEMORARI, vnde noſtrum *demeurer*. Si in libertate eſſet per annos ſedecim *demoratus*, *l. 3. de liberali cauſa. lib. 4. t. 8.* vide *l 2. §. 4. D. de iudiciis. l. 8. Cod. Iuſt. qui petant tutor.*

DEMOVERE *ſe*, pro, abire, relinquere communionem. Qui licet ex Manichæis orti, ſenſu tamen & affectu propriæ ſalutis admoniti, ab eiusdem vitæ profeſſionisque collegiis, pura ſemet dediti religione *demouerint* tali inmunes a crimine, *l. 7. de hæret. lib. 16. t. 5.*

DENARISMVS, *l. 107. 123. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Aliquando accipitur pro computatione per nummos æreos, vt apud Epiphan. *de ponderib. in fin.* In dictis legibus autem *Denariſmus* ſignificat, quamcunque exiguam præbitionem in pecunia, aut denarium argenteum, quem pro ſingulis dare iugis decuriones cogebantur. Vide *Commentarium ad d. l. 107.*

DENDROFORI: de his pars *tit. 8. lib. 14. de Centonariis & Dendrophoris.* Centonariis & fabris iunguntur *d. t.* Horum certum corpus fuit in oppidis *l. 1. d. t.* Multa eorum mentio in veteribus inſcript. Dixi plene ad *eam legem*. An iidem cum his Dendroforis accipiendi ſint, quorum mentio *l. 20. de Paganis. lib. 16. tit. 10.* dubito. *Dendrophori* profeſſionis gentilitiæ nomen per Africam, *l. 20. de Paganis. lib. 16. tit. 20.* vbi dixi.

DENOTARI. Et ſuis apertis criminibus *denotentur*, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

DENOTATIO, pro ignominia. Cum denotatione Iudicum, *l. 3. de exaction.* vbi vide quæ dixi plura.

DENSITAS, id eſt frequentia. Efferri cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam, & per maximam inſiſtentium *denſitatem*, Iulianus, *l. 5. de ſepulchr. viol. lib. 9. tit. 17.*

DENVNCIATIO, vox haruſpicinæ & fulguralis nominatim diſciplinæ. *Eam autem denunciationem atque interpretationem, quæ de tactu Amphiteatri ſcripta eſt*, *l 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Ammianus, *lib. 30. cap. 5. Sortem DENVNTIARAT ei ſupremam prodigiis ingerentibus multis: nam apud Sirmium FVLMEN excuſſum Palatii partem incendit*, ἀποτέλεσμα Græcis: vt ipſi denunciandi artem exercentes, dicebantur ἀποτελᾶν, apud Ptolemæum & eius interpretem: ὁ γὰρ ΑΠΟΤΕΛΩΝ ἢ καθ' ὅλα ἔθνη καὶ πόλεις ἀποτελεῖ, ἢ τόνδε τινὰ τῶν ἀνθρώπων: *Diuinatoriam artem exercens, aut denuntiat integris gentibus, aut vrbibus, aut ſingulis tantum.*

DEPACTVS pro turpi pactione læſus. Cum ſupplicans inique ſe oppreſſam, & poſt ſententiam ſacri auditorii *depactam* eſſe commemoret, *l. 2. de pactis. lib. 2. t. 9.*

DEPASCI, pro affligere. Prototypiæ munus, quod Prouinciarum interna *depaſcitur*, ab imis, vt dicitur, radicibus eruatur, *l. 7. de tyron. lib. 7. t. 13.*

DEPECTVS. Si quis nihil cum parentibus puellæ ante *depectus*, inuitam rapuerit vel volentem abduxerit, *l. 1. de raptu virginum. lib. 9. tit. 24.* Forte hic legendum *depactus*. Vid. *not. d. ad h. l.*

DEPECTIO. Vt ſi circa *depectionem* (*corruptionem*, *Anianus*, recte) id fiat, poſtulata humanitas præbeatur; ſin aliquid ſuſpicionis extiterit, quod manifeſtus reus *depectione* celebrata legibus ſubtrahatur, *l 1 de abolition. lib. 9. t. 37.* Aduocatos, qui conſceleratis *depectionibus* ſuæ opis egentes ſpoliant atque denudant, &c. *l. 1. de poſtulando lib. 2. t. 10. Depector litium* Apulejo *in Apolog. 2.* Vid. *Comment. ad d. l. 1.*

DEPELLERE. Et fraudes *depellant*, *l. 6. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

DEPENDERE, de tributorum solutione. Vt in locis propriis conlata frumenta *dependat*, *l. 29 de annona. lib.* 11 *t.* 1. Possessor Africanus oro destitutis possessionibus cogitur tributa *dependere*. &c. *l. 31. de annona. lib. 11. t.* 1. *Dependere* de illatione tributorum, *l. 13. de susceptorib. lib 12. t. 6. Dependuntur.* In hac voce frequens error, vt *defenduntur* extet, pro *dependuntur*: vt *l. 12. de annonis ciuic. lib. 14. t. 17.* Item apud Salvianum, *lib. 5. Si respicias quod defendunt, abundare arbitreris: si respicias quod habent egere, reperies.*

DEPENSIO. Lustralis auri *depensio*, *l. 11 de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Theatralis per Prætores facienda *depensio*: *l. 29. de Prætor. lib. 6. t. 4.* Etiam, pretium his, qui adærare voluerint, *depensionis*, *l. 32. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

DEPLORATIO. Velut licito committi frequenti læsorum *deploratione* (comploratio, *l. 6. ne nauicul* Subclamatio, *l. 4. de exactionib.*) didicimus, &c. *l. vlt de superexactionib. lib. 11. t. 8.* Vt si intra præfinitum tempus nulla fuerit delata querimonia, omnis posthac *deplorationum* aditus obstruatur, *l. 2. de naufrag. lib. 13. t. 9.*

DEPONERE. Defensor qui absentiæ iustas allegationes *deponat*, *l. 23. de Decurion. lib. 12. t. 1. Deponere* querimoniam, *l. 67. de appellationibus. lib. 11. t. 30.*

DEPOPVLATIO. Sub clade Barbaricæ *depopulationis*, *l. vlt. de infirm. his, quæ sub tyran. lib. 5 t. 14.*

DEPOPVLATOR Iudæorum, *l. 14. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

DEPORTATIO. *Deportationis functio*, *l. 14. de Iudæis. lib 16. t. 8.* id est Apostolatus, tributum (ἀποςολῆς ἐπικαρπία, ἀποςολὴ) quod totius orbis Synagogæ Patriarchæ Hierosolymitano exsoluebant, coronarii auri nomine. Vide & *l. 17. vlt. d. tit.* dixi fuse ad *d. l.* 14.

DEPOSITVS. Neue ex eorum facultatibus, vel *deposita* deneget, vel accepta non prodat, *l. 21. de pœnis. lib. 9. t. 40.* In *deposito* conlocantur fructus possessionum appellatione facta ab executione, *l. 25 quorum appellat. lib. 11. t. 36. idoneo* collocantur, eadem *l.* paullo ante.

DEPRAEDATIO, *l. 2. de re militari lib. 7. t. 1.*

DEPRAVITAS. Scæuitas paternæ *deprauitatis*, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16 t. 6.*

DEPRAVATVS. Si quis fuerit eiusmodi infortunio *deprauatus*, vt debeat subleuari, &c. *l. 1. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Tentare posset etiam aliquis *degrauatus*: Quamquam illud temere non sollicito. *Deprauatus*, id est inutilis ad munia sustinenda redditus: nisi ad animum, vt sæpius vox ea referatur.

DEPRECATIO, ἀξίωσις, desiderium, preces, libellus supplex, *l. 6. de accusat. lib. 9. t. 1.*

DEPRESSVS, pro reiectus. Contestatio, quæ caput alterius contra iuris ordinem pulsat, *depressa* nostris legibus iaceat, *l. 8. de famos. lib. lib. 9. t. 34.*

DEPRIMI reus, aliena & propria voce dicitur, qui conuictus & confessus, *l. 7. quorum appellat. lib. 11 t. 36.* vide *infra Opprimi.*

DEPRIMERE ἐν ςαθμικῇ. Nec pondera *depriment*, nullo examinis libramento seruato, *l. 1. de ponderator. lib. 12. t 7. Pessundare* propria voce & pondus ipsum vergere, Virgil. *Æn. XII, v. 727. quem damnet labor, & quo vergat pondere letum.* Vide *Commentar. ad leg. cit.*

DEPROMI sententia dicitur, *l. 56. de appellation. lib. 11. t. 30.*

DEPROPERARE, *l. 182. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DEPROPERVS, id est, valde properus & probrosus. Nullus omnino abluendo equorum sudore *deproperus* (cum supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit) publicos oculos nudatus incestet, atque ita confundat aspectum, sed procul a cunctorum obtutibus, &c. *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1. Properium, Glossis* Philoxeni, Cyrilli *Properium*, ὀνειδισμός. *Improperat*, ὀνειδίζει; vnde *properus* & *deproperus*. Tribonianus cum hoc non intelligeret, reposuit inepte *deproperans*. Vt *deparcus* apud Suetonium *Nerone cap. 30*, & Apuleium *Apolog. pag. 263. Edit. Lugdun. Ioan. Maire.* qui Plauto *in Persa triparcus*, in *Aulularia, parce parcus.*

DEPVLSVS. Sciant, auditionem, huius legis intercessione *depulsam*, *l. 26. de cohort. lib 8. t. 4.* Omnes omnium criminum reos vel deportatione *depulsos*, vel, &c. *l. 10. de indulgent crim. lib. 9. t. 38.* Dierum distinctione siue interpretatione *depulsa* *l. 1. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.* Totius dignitatis exceptione *depulsa*, *l. 92. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Id officium a quo *depulsus* est, vsurpasse, *l. vlt. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Seruitute *depulsus*, *l. 2. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* Vt *lacte depulsus*, Virgilio. ἀπογαλακτίζω, *lacte depello*, *Gl.* Cyrilli. Tribonianus male *seruitute depulsa*. *Depulsis* Curialium munerum sollicitudinibus, *l 5. de re milit lib. 7. t. 1.*

DEPVTARE. Eorum commodo *deputabuntur*, *l. vltim. de pactis. lib. 2. tit. 9.* Ita vt decima pars, fisci nostri vtilitatibus: decima, ei cuius locus est *deputetur*, *l. 11. de metallis. lib. 10. t. 19.* Annonas horreis antiquitus *deputatas*, has redhibere compellas, qui eas in damna publica ausi fint, occupare *l. 12. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini *deputarunt*, *l. 6. in fin. de indulg. crim. lib. 9 t. 38.* Curiæ *deputari*, *l. 33. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ludicris ministeriis *deputarentur*, *l. 4. de scænicis. lib. 15. t. 7.* Eorum vsui *deputari*, *l. 51. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* Nihil ex his, quæ instaurationi, ornatibusque singulis *deputauit* antiquitas, &c. *l. 48. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

DERIVARE. Aquam, & aquæ vsum in suum fundum. Aquam ad suum fundum ex aquæductu publico *deriuando*, *l. 4 de aquæductu. lib. 15. t. 2. l. 2. Cod. Iust. eod.* Quicunque aquæ vsum putauerit *deriuandum*, *l. 6. de aquæductu lib. 15. t. 2.* ἐπὶ τὸ χωρίον τὸ ὕδωρ ἐφέλκεται. Gregor. Nyssenus *de Virgin. c 8.* 2.) Fallaciter incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius iuris color, velut *deriuata* excusatione proficiat, non publica abolitio, &c. *l. 3. de abolition. lib. 9. t. 37.* In notitiam serenitatis nostræ *deriuetur*, *l. 26. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

DEROGARE. Scripturæ diuersæ, & fidem sibi inuicem *derogantes*. *l. 2. de fide test. & instrum. lib. 11. t. vlt.*

DESAEVIRE. Ne diu apparitorum praua admodum venalisque perfidia in publica impune commoda *desæuiret*, censuimus, &c. *l. 14. de pœnis. lib. 9 t. 40.*

DESCENDERE. In conditiones *descendat*, *l. vlt. de tyron.* Nulla præditos dignitate ad sordida *descendere* connubia seruularum, etsi videtur indignum, minime tamen legibus prohibetur, *l. 6. de Decurion lib. 12. t. 1.*

DESCRIBERE, id est, descriptione seu adscriptione facta exigere, *l. 8. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* itaque, *descripserit vel exegerit*, ait ea lex, vel ἐξηγητικῶς. 2) Rusticos colonosque vestros inter ne-

ter negotiatiores *describi* non oportet, *l. 3. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

DESCRIPTVS, cui adscriptio imposita, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DESERI, destitui, *l. 82. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DESERTVS. *Deserta* appellatio, seu prouocatio, quæ intra tempus non interposita. *l. 14. de appell. lib. 11. t. 30.* Hinc in foro nostro *Desertion d'appel. Desertæ* centuriæ, *l. 1. de annona. lib. 11. t. 1.* Quæ & defectæ (vnde prædiorum defectio, *l. 31. eod.*) Destitutæ possessiones, *d. l. 31.* Inutiles, *l. 4. eod. Deserti* agri, *l. 12 eod. Deserta* loca, & vastas solitudines sequi Monachi iubentur, *l. 1. de Monachis. lib. 16. t. 3. Desertum* prædium, *l. 14. de censitor l. 13. t. vlt.* & *ibidem: de desertis* nihil postea conqueratur.

DESERTIO. *Desertionis* crimen, *l. 11. de desertorib. lib. 7. t. 18. l. 84. de Decurion. l. 12. t. 1.*

DESERVATIO, vel potius *deseruitio*, de religione, & Iudaica nominatim, *l. 20. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Hinc & formula illa bis in *l. 4. de Iudæis: qui Synagogis DESERVIVNT.* Ita *l. 4. D. de his qui not. inf. Qui certaminibus sacris deseruiunt.*

DESERVIRE. Vt cuncti restituti Curiarum *muniis* (ita γε non *munus*) cum omni posteritate *deseruiant*, *l. 139 de Decurion. lib. 12. t. 1.* Religionis obsequiis *deseruire*, *l. 26. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Nec vlli extraordinario oneri *deseruire*, *l. 4. de nauic. lib. 13. t. 4.*

DESIDERIA, *l. 6. 7. 8. 9. 12. 16. de legatis. lib. 12. t. 12. l. 9. 66. de Decurionibus*, sunt, quæ in communi *consilio* ciuitatis, Prouinciæ, Diœceseos, a Principe postulari conuenerat: legatisque ad Principem missis tradebantur. Si qui *desideria* sua explicare cupientes, ferri sibi a quoquam suffragium postulauerint, &c. *l. 2. si certum petat. de suffragiis. lib. 2 t. 29.* Eodem sensu Sueton. *August. cap. 5. Tanta comitate adeuntium DESIDERIA excipiens*, &c. 2.) *Desiderium*, de eo qui extrema suffragia, id est, baptismum vel eucharistiam in extremo vitæ poscit, *l. 1. de scenicis, lib. 15. t. 7.* vide quæ dixi ad *eam leg.* vnde & *Desiderata* pro ipso sacramento: Gloss. *Desiderata*, λειτουργία, τελετή. Quæ Iosephi Scaligeri obseruatio est *ad Tibullum p. 171.* Hoc ideo, quia catechumeni, qui toto κατηχήσεως tempore sacra Synaxi, siue κοινωνίᾳ excludebantur, diem illum τῆς κοινωνίας multis votis ac desideriis prosequebantur: hinc factum, vt ipsa κοινωνία, *desiderata* diceretur. 3.) *Desideria* patrimoniorum. Animos diuina obseruatione deuinctos non decet patrimoniorum *desideriis* occupari, *l. 104. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Decimas fisco, decimas etiam domino repræsentent, cetero modo *suis desideriis* vindicando, *l. 18. de metallis. lib. 10. t. 19.*

DESIDIA. Qui ad se intellegit vel *desidiæ* inuidiam, vel industriæ gloriam pertinere, *l. 5. de executor. lib. 8. t. 8.*

DESIDIOSVS. Qui sine commeatu aliquo annum in penatibus propriis, vel in quibuslibet locis, *desidiosa* quiete transegerit, &c. *l. 16. de desertoribus. lib. 7. t. 18.*

DESIGNATIO ad Præturæ onus aliasque functiones, *l. 7. de Senator. lib. 6. t. 2. l 31. de Pratorib. lib. 6 t. 4.* vbi dixi. Vide Symmachum, *lib. 10. epist. 59.*

DESOLARI. Quoniam Curias *desolari* cognouimus, his qui per originem obnoxii sunt, militiam sibi poscentibus, *l. 13. de Decurion. lib. 12. t 1.*

DESOLATVS. *Desolata* loca, *l. 10. de indulgent. crimin. lib. 9. t. 38.* Claudianus *lib 3. de raptu Proserp. v. 154.*

Dum vacuas sedes & DESOLATA pererrat Atria.

Statius *Thebaid. 1. v. 653.*

quod DESOLATA Domorum Tecta vides.

Aula *desolata* desertaque subsidiis, Sueton. *Calig. 12. Desolatum* rus. Qui vicis, quibus adscribti sunt, derelictis ad alios seu vicos seu dominos transierunt, ad sedem *desolati* ruris redire cogantur, *l. vlt. de patroc. vic. lib. 11. t. 24.*

DESPERATIO. Sed sola miseris (coniugibus orbis) ad poscendum auxilium (ius liberorum) sufficiat *desperatio* liberorum, *l. 1. de iure liberor. l. 8. t. 17.* vbi dixi. Donatistarum *desperatio* fucata perfidia, *l. 37. de heret. lib. 16. t. 5.* cui opponitur Catholicæ *confidentia* stabilita constantia. *Desperati* a Gentilibus Christiani vocati: vide Lactantium *lib. 5.* & Minutium Felicem. In vet. Gloss. *Desperatus*, παράβολος. Eos vero, quibus lentum regressum necessitas *desperationis* indixit, &c. *l. 11. de indulg. crimin. lib. 9. t. 38.*

DESPONDERE puellam pater, mater, tutor, curator, affinis dicitur, *l. 4. de sponsalib. lib. 3. t. 5.*

DESTINARE. Reum carceri *destinare*, *l. vnic. de priuati carceris custod. lib. 9. t. 11.* Nec denegent vocem in supplicium sententia *destinatis*, *l. 20. de appellat. lib. 11. t. 30.*

DESTITVERE, pro negligere. Placuit, vt potestas quidem & ius fruendi res liberorum suorum in sacris constitutorum penes patres maneat: *destituendorum* autem liberorum eis licentia derogetur, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* Et in earum Metrocomiarum locum, quas temporis lapsus vel *destituit*, vel viribus vacuauit, ex florentibus aliæ subrogentur, *l. vltim. de patrociniis vicorum. lib. 11. t. 24.*

DESTITVTVS. *Destitutæ* possessiones, *destitutio*, *l. 31. de annona. lib. 11. t. 5.* Vt sarcina *destituta* possessionis possit melioribus sociari, *l. 14. de censitor. lib. 13. t. vlt. Destituti* copulatione coniugii principalis, id est vidui, *l. 3. de maternis bonis.*

DESTRINGERE, pro distinere. Quæ magnificentiam tuam probabili cunctatione *destringant*, *l. 3. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

DESTRICTVS. Placet *destricta* moderatione præscribere, *l. 40. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Quæstio *destricta*, *l. 3. de naufragiis. lib. 13. t. 9.* Cursus publici obseruatione *destricti*, *l. 4. de cursu. lib. 8. t. 5.* id est, occupati, obstricti, destinati. Bona quæ suariæ functioni *destricta* sunt, *l. 1. de suariis. lib. 14. t. 1.*

DESTRINGI. In illos gladii sui ius & seueritatis exerceant, in quos statim *destringi* ferrum iura præcipiunt, *l. vnic. ne sine iussu. lib. 9. t. 41.*

DETENTARE. Quos militia armata *detentat*, *l. 16. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* Qui hæc loca sub conductione *detentant*, *l. 3. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Quos ad præsens labor publicus officiumue *detentat*, *l. 21. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

DETENTATORES, *l. vltim. circa finem de conlat. donatar. lib. 11. t. 20. l. 14. de murileg. lib. 10. t. 20. l. vlt. de patrociniis vicor. lib. 11. t. 24. l. 5. de suariis. lib. 14. t. 4.* Quod si quispiam in his locis fuerit *detentator* inuentus, *l. 2. de terris limitaneis. lib. 7. t. 15.*

DETERMINATVS. Ante causam examinatam & *determinatam*, *l. 2. de appellat. lib. 11. t. 30.*

DETERRIMVS. Nexu conditionis *deterrima* adstrin-

stringatur, *l. 4. ad SC. Claud. lib. 4. t. 9.* Superstitio *deterrima* Gentilium, *l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

DETESTABILIS. Quibus inustas constiterit esse notas *detestabilis* turpitudinis, *l. 1. de inoffic. testam. lib. 2. t. 19.* *Detestabilia* commenta, *l. 1. de pistor. lib. 14. t. 3.*

DETESTATI. Quæsiti adducantur in publicum, ac *detestati* criminosi congrua & seuerissima emendatione resecentur, *l. 35. de hæret. lib. 16. t. 5* *Detestati* pro *detestabiles*: nisi legas *detecti*. Cæterum de Manichæis sermo est.

DETESTANDVS. Nomen *detestandum* gladiatorium, *l. 2. de gladiator. lib. 15. t. 12.* Inliciti ac *detestandi* emptores dicuntur, qui in officio publico positi quid comparant, *l. 2. de iis, quæ administr. lib. 8. t. 15.*

DETEXIT, pro emersit, detecta est, *l. 44. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

DETINERE. Vt suspectæ scribturæ & falsæ reos esse *detinendos*, *l. 7. de fide testium. l. 11. t. vlt.* Nullo alio modo posse firmas *detineri*, nisi, &c. *l. 3. de donat. lib. 8. t. 12.*

DETORQVERE. Ab his concessa quædam conantur priuilegia *detorquere*, *l. 5. de priuileg. eorum, qui in s. palat. lib. 6. t. 39.* *Detorquere* commodum sententiæ latæ, terrore appellationis, *l. 6. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

DETRECTARE. Fidem *detrectare*, *l. 9. in fin. de numer. lib. 8. t. 1.* dicuntur, qui non ex fide & officio officium gerunt.

DETRIMENTVM. Vnius immunitas cæterorum est *detrimentum*, *l. 5. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

DETVLERIT. Si quis super inuasis sui iuris locis *detulerit* querimoniam, &c. *l. 2. finium regund. lib. 2. t. 26.* vt *l. 2. qui finalem retulerit quæstionem.*

DEVERTERE. Si quis iter faciens ab itinere vestro *deuerterit* (id est deuiarit, vt eadem lex ait) *l. 25. de cursu. lib. 8. t. 5.*

DEVERTICVLA. Iudex non *deuerticula* deliciosa sectetur, *l. 4. de off. Rector. Prou. lib. 1. t. 7.* Neque enim paulo *deuerticulo* (milites) abducendi sunt ab excubiis sibi pro publica vtilitate commissis, *l. 33. de cursu. lib. 8. t. 5.*

DEVIVS, Recta nauigatione contempta litora *deuia* sectatus, *l. 33. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Plurimi collegiati, cultum Vrbium deserentes agrestem vitam secuti in secreta sese & *deuia* contulerunt, *l. 1. de his, qui condition. propr. lib. 12. tit. vlt.* Fide *deuii* & mente cœcati, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* *Deuii* errores rebaptizantium, *l. 23. ne sanct. baptism. lib. 16. t. 6.*

DEVIARE. Qui vel leui argumento a iudicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint *deuiare*, *l. 28. de hæret. lib. 16. t. 5.* Postquam fide *deuiauerint*, *l. vlt. de apostat. lib. 16. t. 7.* Vniuersi qui a Catholicæ religionis dogmate *deuiare* contendunt, *lex 13. de Paganis. lib. 16. t. 10.* 2.) Ab itinere solito *deuiari*, (id est, vt mox sequitur, *ab itinere recto deuerti*) *l. 25. de cursu. lib. 8. t. 5.*

DEVOCARE. *Deuocari* ad Curiam. Ad Curiæ consortium *deuocari*, *l. 19. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Deuocari* ad Ciuilia munera. Ad ciuilia munera vel Curiæ *deuocari*, *l. 1. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* Qui ad Curiam *deuocati* sunt, *l. 7. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Mox, minime ad Curias deuocentur, *d. l. 7.* *Deuocari* ad Extraordinaria. Qui ad extraordinaria minime deuocantur, *l. 1. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* In irritum *deuocari*, *l. 53. de Decurion. lib. 12. t. 1.* In irritum gesta *deuocentur*, *l. 5. de iis, quæ admin. lib. 8. tit. 15.* In irritum *deuocari*, *l. vnic. si per obreptionem fuerit impetrata. lib. 11. t. 13.* *Deuocare* in iudicium. Qui alterius famam, fortunas, caput denique & sanguinem in iudicium *deuocauerint*, *l. 11. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Deuocari* ad Prosecutiones equorum vel præbendas operas. Neque ad prosecutiones equorum vel ad præbendas operas *deuocentur*, *l. vlt. de excus. artif. lib. 13. t. 4.* *Deuocari* ad Conlationem negotiatorum. Ad negotiatorum conlationem non *deuocari*, *l. vlt. de excus. artif. lib. 13. t. 4.*

DEVOLVTVS. *Deuoluta* res. Res quæ ex matris successione fuerint ad filios deuolutæ, *l. 1. de maternis bonis.* Triginta annorum *deuoluto* curriculo, *l. vnic. de act. certo temp. fin. lib. 4. t. 14.*

DEVOTVS. Executio *deuota* Iudicum & officiorum, *l. 65. de appellat. lib. 11. t. 30.* Vnusquisque Prouincialium nostrorum arbitratu proprio & mente *deuota* species petitas hisdum pretiis, quæ in foro rerum venalium habentur, libens præstet ac distrahat, *l. 2. de publ. compar. lib. 11. t. 15.*

DEVOTE ac strenue militando, *l. 10. de domesticis. lib. 6. t. 24.*

DEVOTIO fidei, *l. 23. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Dies feriati & *deuotionum*, *l. vltim. de nauicular. lib. 13. t. 5.* Fideli *deuotione*, *l. 46. de hæret. lib. 16. t. 5.* Priuilegia Ecclesiarum omnium quæ seculo nostro Tyrannus inuiderat, prona *deuotione* reuocamus, *l. vltim. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* *Deuotio* absolute, *l. 22. 29. 32. 34. 35. de annona. l. 11. t. 1.* *Et deuotio* publica, *l. 20. de ann.* & *l. 7. de diu. rescr.* De tributorum illatione, seu de deuotione, quæ debetur in collatione tributorum, vel diligentia in illatione tributorum: Contra negligentia, mora, *indeuotio* dicitur, Vid. infr. *Indeuotio*. Vnde & *deuotissimus* ipse collator seu Prouincialis, *l. 5. de annona.* Vniuersos quos tantum sibi claruerit temeritatis adsumere, vt præbeant latebram, (colonis) & defensione repromissa aditum implendæ *deuotionis* (tributi) obcludant, &c. *l. 1. de patrociniis vicor. lib. 11. t. 24.* *Deuotionem* aurariæ functionis agnoscant, *l. 19. de lustrali collat. lib. 13. t. 1.* Vnius anni, hoc est, tertiæ indictionis, *deuotione* congrua, a locorum dominis, pensio conferatur, *l. 3. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* In vna libra auri solidos septuaginta duos obryziaci Principibus offerendi *deuotionem* animo libenti suscipimus, *l. vnic. de oblat. votorum. lib. 7. t. vlt.* 2) *Deuotio* pro fide. Considerantes Africæ *deuotionem* (quod in fide manserat aduersus Attalum) vsque &c. *leg. 6. de indulgent. debitor. lib. 11. t. 28.* 3) *Deuotio*, de obsequio militari, *l. 10. de re militari. lib. 7. t. 1.* seu obsequio, quod a milite rei publicæ debetur. *Deuotionis* nota, in ea lege est, crimen læsæ deuotionis. Si quinquennii tempus fida obsequii *deuotione* (tyro) compleuerit, *l. 6. de tyron. lib. 7. t. 13.* Ipsorum etiam qui militaturi sunt, priuilegibus accedentibus facilius *deuotio* prouocabitur, *l. 7. de tyron. lib. 7. t. 13.* 4) *Deuotio* Principalitatis. Habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata *deuotio*. *l. 6. de quæstion. lib. 9. t. 35.* 5) *Deuotio* aduersus Principem. Habeant præteritas dignitates sperentque sui *deuotione* venturas, *l. 9. de indulg. crim. lib. 9 t. 38.* Si quis *deuotionis* suæ, ac salutis publicæ custodiam gerit, nomen suum profiteatur, & ea quæ per famosum prosequenda putauit, ore proprio edicat, &c. *l. 7. de famos. libellis. lib. 9. t. 34.* 6) *Deuotio* pro affectu

in

in Rempubl. & vbi quid publice interest. Propter immensas vastitates viarum, certatim studia cunctorum ad reparationem publici aggeris conducibili *deuotione* volumus festinare, *l. 4. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* Vniuersi *deuotionis* studio contendant, *l. vn. de ingenuis qui tempor. tyranni seruierunt, lib. 5. t. 6.* Horreorum vel stabulorum fabricas arbitratu proprio Prouinciarum Iudices studio laudandæ *deuotionis* adripiant, *l. 37. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* 7) Solitæ *deuotionis* officia, de spectaculorum editionibus, *l. 4. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* 8) *Deuotionis* tuæ officio obseruatum, *l. 2. de fil. mil. apparit. lib. 7. t. 22.* Tua *deuotio*, ad Magistratum aliquem, forte P.P. *l. 1. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* 9) *Deuotio* a Satrapis Romano Imperio debita, id est, *cultus*. Omnes Satrapæ pro deuotione quæ Romano debetur Imperio, coronam, &c. *l. vlt. de auro coronario. lib. 12. t. 13.* Id est, *deuotione*, qua colunt comiter, maiestatem Imperii Romani, quod prædicat de Cappadocibus Sextus Rufus in *breuiar. cap. 11. Cappadoces ita maiestatem coluere romanam, vt in honorem Augusti Cæsaris Mazaca, cuitas Cappadociæ maxima, Cæsarea, nuncuparetur.* 10) *Deuotio* pietas aduersus Deum. Hinc dies *Deuotionum l. vlt. de nauicular. lib. 13. t. 5.* sunt dies diuino cultui dicati.

DEVOTVS. DEVOTISSIMVS. Dio *lib. 53. ad A. V. C. 727.* καὶ νῦν προτρεπόμενοι τὸν κρατοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι σοὶ ΚΑΘΟΣΙΩΜΕΘΑ. *& hodie etiam, qui Imperatorem verbis adhortantur, se ei dicunt esse sacros.* Ita male versum. Reddendum enim: *Dicere solent, Deuoti Tibi simus.* Notum iam illud D. N. M. Q. E. Seneca *3. de benef. 4. Nemo non deditum se & deuotum professus est: & si quod aliud humilius verbum, quo se oppigneraret, inuenit.* *Deuotissimi* domestici, *l. 6. 8. de domest. & protector. lib. 6. t. 24. l. vn. de præpos. lab. lib. 6. t. 15.* *Deuotissimi* Protectores, *l. 9. de domest. & protect.* *Deuotissimi* milites. Fortissimi ac *deuotissimi* milites, *l. 17. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Valerianus apud Pollionem, *in Claudio cap. 14. Virum deuotissimis quibusque ac fortissimis veterum præferendum, l. 13. de metat. lib. 7. t. 8. l. 28. de suscept. lib. 12. t. 6. l. 3. de equorum conl. lib. 11. t. 17. l. 19. de Paganis. lib. 16. t. 10. l. 2. de excoct. & transl. ann. lib. 7. t. 5.* Nemesianus Cynegetico, *v. 82.*

Et fidos ad bella duces, & milite multo
Agmina, queis forteis animas DEVOTIO menteis.

Deuotissimæ nobis Prouinciæ Lyciæ priorem famam meritumque inter ceteras renouari censemus, *l. 9. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Quæ specialiter a Prouincialibus *deuotissimis* conferenda sunt, *l. 5. de annona. lib. 11. t. 1.* Quod ab obnoxiis sæpe debetur *deuotissimi* quique coguntur exsoluere, *l. 186. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Deuoti*, qui fisco, quod debent, soluunt. Principales *deuoti* & nihil debentes, habeant priuilegium, &c. *l. 126. de Decur. lib. 12 t. 1.* *Deuoti*, qui annonas & tributa inferunt, *l. 4. in fin. de naufrag. lib. 13. t. 9.* *Deuotum* possessorem ab omni inquietudine liberamus, *l. 10. de metatis. lib. 7. t. 8.*

DEVOVERE. Qui intra apparitionis amplissimæ Præfecturæ Prætorianæ sacramenta se *deuouerit*, *l. 14. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.*

DIACATHOCI, *l. 1. de fisci debitorib. lib. 10. t. 16.* (vnde & Diacathocia, *l. 7. Cod. Iust. de omni agro deserto*) sunt possessores patrimonialium fundorum, seu priuatæ rei, perpetuo iure locatorum: de quo vide *Commentar. ad d. l.*

DIACONICA, *l. 30. de hæret. lib. 16. t. 5.* vbi dixi plene.

DIADOTAE. Nulli omnino per præpositos pistorum, & diadotas nulla in specie præbeatur annona, nisi quem substantem, atque in præsenti constitutum, postulare constiterit, *l. 28. de erogatione militaris annonæ. lib. 7. t. 4.* διαδότης, *distributor, diuisor.*

DIAMETRVM, *desebet, descal, Detrimentum & iactura* specierum susceptarum & nauiculario commendatarum. *Si quando nauicularius extra modum centesimarum, diametrum incidisset, intra dies quinque, ex quo portum venerabilis vrbis esset ingressus, Vrbana præfectura, quid euenisset detrimenti inquireret. l. vlt. de nauicular. lib. 13. t. 5.* Nam pro diametro, siue detrimento, quod necessario incurritur, antequam frumentum perferri Romam a nauiculariis potuit, data ipsis *centesima*, i. e. vna libra, in centum libras frumenti. *Diametra, l. 5. de naufragiis. lib. 13. t. 9.* Quemadmodum quod τὸ μέτριον excedit, dicitur ὑπέρμετρον: ita, quod ei abest, διάμετρον. Harpocration διάμετρον, τὸ ἐλλεῖπον, ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρωθέντος, Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους εἰσαγγελίᾳ: *Diametrum, quod rei iuste mensuratæ ad mensuram deest. Dinarchus in accusatione contra Callisthenem.* Consule Commentarium *ad d. leg. vlt.*

DICATIO pro deuotione. Imp. Constantinus A. Floriano Præf. Edictum autem continens indulgentiam nostram ad deuotionem tuam misimus, & vt tua *dicatio*, & cuncti agnoscant quid præstitimus memoratis, *l. 1. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Qui accusandi fiduciam gerit, oportet comprobare, nec occultare, quæ scierit: quoniam prædicabilis, erit ad DICATIONEM publicam merito peruenturus, *l. 2. de famos. libell. lib. 9. t. 34.* Vbi *dicatio* publica, est deuotio, quæ publice debetur & præstatur, & quæ exinde laus sequitur, & *prædicabilis*, Vir laude, & prædicatione dignus. Igitur verba id innuunt: Virum prædicatione dignum laudem maximam consequuturum, vt *l. 7.* eod. *tit.* ait, vel *Gloriam* reportabit, *l. 6. ad l. Iul. repetundar. Ad dicationem* πρὸς καθοσίωσιν. Gloss. Philoxeni. *Dicationis* tuæ est, ad Correctorem Lucaniæ & Bruttiorum, *l. 1. de appell. lib. 11. t. 30.* Ad *Dicationis* tuæ officium, ad officium, ad Proconf. Afric. *l. 21. de appell. lib. 11. tit. 30.* In Veteribus monumentis, *Nomini Majestatique eius dicatus & deuotus.* Consule *not. m. ad leg. 1. de Veteranis.* Salmasium *in Not. ad Pollion. Gallien. c. 14.* Du Fresne *in Glossar. voc. dicatio.*

DICATVS. Insulis *dicatus.* Curiales maneant in sinu patriæ, & veluti *dicati* insulis, mysterium perenne custodiant; sit illis piaculum inde discedere, *l. 122. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DICHONEVTVM (διχώνευτον) æs, quod & figuratum, *l. 1. de conlat. æris. lib. 11. t. 21.* id est, conflatum.

DICTATOR. Nullus igitur obsistat cœtibus *dictator*, nemo consiliis obloquatur, *l. 1. de Legatis. lib. 12. t. 12.* vbi vide quæ dixi.

DICTARE. Vltioni, quam ratio ipsa *dictabit*, conueniat subiugari, *l. 3. de patrocin. vicor. lib. 11 t. 24.* Quo eam formam statuere possimus, quam modus facti contemplatioque *dictauerit*, *l. 10. de pœnis, lib. 9 t. 40.*

DICTIO. De dotis *dictione*, vide *tit. de dotibus. lib. 3. tit. 13.*

DICTVS. *dicta dos.* Dos data, aut *dicta*, aut promissa, *l. 3. de incestis nupt. lib. 3. t. 12.*

DIEM *functi.* Pergit audacia ad busta *diem functorum* (*defunctorum*, supposuit *Tribon.*) *l. 5. de sepul.*

sepulcbris viol. lib. 9. t. 17 Prætorem *diem functum*, *l. 17. de Prator. lib. 6. t. 4.*

DIFFICVLTAS *locorum.* Quod se armis aut locorum *difficultate* tueatur, *l. 31. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

DIFFVSIVS. Qui in latius *diffusiusque* porrigitur, *l. vnic. de lusor. Danub. lib. 7. t. 17.*

DIGERIES. Animal vero a possessore tradendum ob *digeriem* prius vnius tantum noctis ieiunitate, vacuetur, *l. 4. de suariis. lib. 14. t. 1.*

DIGERERE. Exceptis his, quos eminentissimæ tuæ sedis specialiter consideratio *digessit*, *l. 4. de conlat. transl. lib. 11. t. 22.* i. e. quos P. P. relatione sua ad Principem facta, censuit esse excipiendas. *Digerere*, est, *exprimere*, *ingerere*, *enumerare.* Nisi propria adnotatione *digesserit* Senatorium nomen agnoscere, *l. 2. de Senat. & gleb. conl. lib. 6. t. 2.* Priusquam primipili pastum *digesta* ratione compleuerint, *l. 16. de cobort. lib. 8. t. 4.* Ita tamen, vt singularum quoque centesimarum ratio semper euidens scientiæ tuæ *digesta* referatur, *l. 11. de iure fisci: l. 14. de susceptor.* quæ leges eædem sunt. Apocharum vel securitatum *digesta* signatio, *l. 19. de annona. lib. 11. t. 1.*

DIGMA, indicium, specimen (*monstre, eschantillon.*) Vnus è patronis custodiam Portuensium suscipiat conditorum, clandestinum ad collegas *digma* missurus, ne quid ex specie fraus occulta vectorum (cum) pessimæ qualitatis inmutet, *l. 9. de Suariis. lib. 14. t. 4.* Harpocration: δεῖγμα, κυρίως τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων, καὶ ὁ τόπος εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο. *Digma, proprie est specimen, quod de singulis rebus venalibus monstratur, sed & Digma locus est, in quem specimina ferebantur.* Quod iisdem plane verbis Moschopulus, *p. 80.* Suidas, & Etymologici auctor exscribunt. Ita ἀρτόδειγμα Polluci *lib. 9. Segment. 84. pag. 999. Edit. Hemsterhuis.* De loco, qui Digma, fuse dixi ad *d. l. 9.* In rebus liquidis, *Gustus*, seu γεῦμα. Ammianus *lib. 21. cap. vlt.* INDICIVM vocat, seu, *probam. Ei vebiculo insidenti, vt Principibus solet, annonæ militaris offerebantur INDICIA, vt ipsi nominant proba:* vide & *l. 13. de annona & trib.* & *l. vlt. de superexact.*

DIGNATIO. Quæ, dum in palatio constituti sunt, aut labore proprio, aut *dignatione* nostra quæsiuerint, *l. vltim. de priuileg. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* *Dignatio* principis est eius liberalitas, munificentia, donatio. Ideo *peculia, dignatione principis quæsita*, hac lege, sunt peculia, quæ donis principum palatini consecuti sunt, vt paullo ante *ead. leg.* vocantur.

DIGNISSIMI & meritis, & facultatibus eligendi Sacerdotes, & ad alia munera, *l. 140. 146. de Decur. lib. 12. t. 1.*

DII *te seruent*, *l. 2. de Veteranis:* vbi dixi.

DILABI. Ne sub specie dignitatis facinora *dilabantur*, *l. 2. de exbib. reis. lib. 9. t. 2.*

DILACERATIO. Non absque publicæ *dilacerationis* incommodo, officia peracta repetuntur, *l. 3. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26.* Vide *infra Lacerare.*

DILANEARE. Si dominus *dilaneauerit* pœnis publicis corpus (serui) ferarum vestigiis latera persecando, vel exurendo admotis ignibus membra, &c. *l. 1. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.*

DILAPIDATIO. Nisi forte propriorum *dilapidationem* bonorum aut latrociniis irrogatam, aut fortasse naufragiis incendioque conflatam, &c. *l. 1. qui bonis ex l. Iulia cedere. lib. 4. tit. 20.* Quadruplum deinceps etiam proprii *dilapidatione* patrimonii exsoluat, *l. 19. de annona & trib. lib. 11. t. 1.* *Dilapidatis* facultatibus, *l. 14. de pistorib. lib. 14. t. 3.* *Dilapidare*, euertere rationem, *l. 1. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.*

DILATARI. Tempora *dilatari*, id est produci, *l. 4. de denuntiat. lib. 2. t. 4.*

DILIGENTIA. Ea quæ in conpetenti loco sollers *diligentia* præparauit, *l. 1. de spectaculis. lib. 15. t. 5.*

DILIGERE. Errorem suum *diligere* dicuntur, qui in suo errore perseuerant, *l. 2. in fin. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.*

DILVCIDVS *Dilucida* & probatissima veritatis quæstio, *lib. 1. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

DIMENSIO i. e. certa temporis dilatio, *l. 2. de dilat. lib. 2. t. 7.* vide & *l. vnic. de his, qui veniam ætatis.*

DIMICARE. De patria, de liberis, de fortunis, de vita denique *dimicare*, *l. 5. de accusat. lib. 9. t. 1.*

DIMITTERE. Euectiones *dimittere*, *l. 33. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

DINOSCERE. *Dinoscant*, *l. 1. de suariis. lib. 14. t. 4.* Iuuen. *Satyra 10. v. 2. sequ.*

pauci DINOSCERE possunt
Vera bona, atque illis multum diuersa remota
Erroris nebula.

DINVMMIVM vectigal Alexandrinæ Vrbis, *l. 2. de Alexandr. plebis primat. lib. 14. t. vltim.* vbi dixi: δικέρατον Græce dicas: quale ad reficiendos Vrbis muros a Leone Iconomacho institutum refert Cedreno *fine Tom. I. Edit. Reg.* a Nicephoro, si fides Constantino *Manass. in Annal. pag. 93. Edit. Reg. inter Script. R. B.*

DIOECESIS quid, vide *Topograph.*

DIOECETA, *l. 1. de Alexandr. pleb. primat. lib. 14. t. vlt.* vbi dixi.

DIRECTVS. *Directo iure* atque perpetuo absque omni quæstione volumus obtineri, *l. 2. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* *Directum ius* est, quod nullo iure labefactari potest. 2.) *Directus*, propria vox in agrimensoria. Quod si altera pars moras attulerit, ne possit controuersia finiri, ad locorum ordines & *directus*, agrimensor dirigatur ad loca, *l. 1. finium regund. lib. 2. t. 26.* Sed suspecta est vox *directus* in ea lege, maluitque Cl. Goesius & *delectus.* vide *Commentarium ad h. l.* *Directura* Innocentio *de casis lit. pag. 2. 44. inter Script Rei agrar. Goësii.* *Dirigi termini*, Aggeno *Commentar. in Frontinum pag. 52. Ed. cit.*

DIRECTORIA, id est, itinera recta, recta nauigatio. Vrbani etiam vsus frumenta, si quando vel fortuna vel ratio in Africæ coegerit residere litoribus, adtingere nullus audeat, aut mutatis *directoriis* quopiam, præter sacram Vrbem præscribti vllius innouatione transmittere, *l. 3. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.* *Directoria*, sunt viæ directæ, solemnes. Itaque & in hac materia δηριγευόμενος, quasi dicas *director viarum, mansionum* (qui alias *metator*) qui scilicet viam *dirigit*, præparat apud Suidam: vide & *infra Præparare.*

DIRIGERE. *Dirigere* actionem, *l. 6. de denuntiat. lib. 2. t. 4.* *Dirigere* consultationem seu relationem, *l. 1. de appell. lib. 11. t. 30. l. 1. 4. 5. de relation. lib. 11. t. 29.* (id est, ad Principis scrinia mittere: v. *l. 34. 65. de appell.* seu ad Comitatum, *l. 1. 8. d. t.*)

DISCEPTATIO, Iudicis, *l. 13. de accusat. lib. 9. t. 1.* id est, cognitio. Productos e custodiis reos *disceptationi* debitæ subdere, *l. 18. de accusat. lib. 9. t. 1.*

9. t. 1. Iudicantum *disceptatio*, *l. vlt. de denuntiat. lib. 2. t. 4.* Quotiens in *disceptatione* constiterit inique discussionem factam, *l. 1. de discussorib. lib. 11. t. 26.* *Disceptatio* Principalis, id est, cognitio Principis, *l. 11. de appellat. lib. 11. t. 30.*

DISCEPTATOR pro Iudice, *l. 55. de appellationibus. lib. 11. t. 30.* Prætor liberale negotium *disceptator* ipse examinet, *l. 16. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

DISCEPTARE Iudex dicitur, *l. 4. de Iurisdict. lib. 2. tit. 1.*

DISCERE. Numerarii qui publicas rationes ciuitatum versutis fraudibus lacerare *didicerunt* (consueuerunt) *l. 6. de numer. lib. 8. t. 1.*

DISCIDIVM, de hæresi, *l. 2. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* (διχοςασία)

DISCINGERE pro distinguere & iudicare, dirimere. Vt non culmine *discingantur* inæquali, sed tempore, *l. vlt. de Palat. S. L. lib. 6. t. 30.* Iudex in audiendis ac *discingendis* litibus, &c. *l. 2. de offic. Rector. Prouinc. lib. 1. t. 7.* vide Sauaronem in Sidonium *lib. 2. ep. 7.* & Iuretum in Symmachum *lib. 10. ep. 32.* Discingere negotia, *l. 64. de appellat. lib. 11. t. 39.* Discingere causam, *l. 2. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Discingere, *l. 3. eod.* Rufinus histor. *Ecclesf. lib. 10. cap. 2.* *His omissis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum contentione DISCINGITE*: vbi & *distinguite* alibi legitur. Nulli posthac sine nostræ Maiestatis auctoritate *discingendi* Agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia, *l. 17. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Vt exploratione diligenter agitata, *discingendo* abicias punitione cohercendos, *l. 18 de Agentib. lib. 6. t. 27.* Quando omne huiusmodi iurgium solo præcipimus iure *discingi*, *l. 4. finium regundor. lib. 2. t. 26.* Quicunque apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicato *discincti*, *l. 20. de diu. off. lib. 8. t. 7.*

DISCIPLINA. Apostolica *disciplina*, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* *Disciplina* Catholica, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 28. de Episcop. lib. 16. t. 2.* 2.) *Disciplina*, pax, quies. Per omnes regiones, in quibus fera & periculi sui nescia Latronum feruet insania, probatissimi quique atque districtissimi Defensores adsint *disciplinæ*, & quotidianis actibus præsint, *l. vlt. de defensor. ciuit. lib. 1. t. 11.* *Disciplina* publica, id est, pax publica, quies, securitas, *tit. & l. vnic. de his qui plebem audent contra publ. disciplinam colligere. lib. 9. t. 33* (v. & *l. 1. §. 12. D. de off. P. V.* Tribonianus male in *Remp.* mutauit.) Si quis contra euidentissimam iussionem suscipere plebem & aduersus publicam *disciplinam* defendere fortasse temptauerit, &c. *d. l. vnic.* Apuleius *lib. 3.* *Et de latronis huius sanguine legibus vestris, & DISCIPLINÆ PVBLICÆ litate.* *Et lib. 10. ne de paruis indignationis elementis ad exitium disciplinæ ciuitatisque seditio procederet.* Habet seueritas multa, quæ sumat ad sarciendam publici officii *disciplinam*, vt abstineant tam cruentis, *l. 2. de quæstion. lib. 9. t. 35.* Nullus omnino Principatum, ceteraque officia repetere audeat, cum *publicæ disciplinæ* semel gesta sufficiant, *l. 2. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26.* 3.) *Disciplina*, ordo domi seruatus. Filii de inofficioso agentes docere debent, se parentibus iugiter obsecutos, vt naturæ ipsius religio flagitabat, *disciplinam* illæsam inoffensamque seruasse, *l. 2. de inoffic. test. lib. 2. t. 19.* 4.) Probabilis sæculo *disciplina*, *l. 44. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Vbi late dixi. *Disciplina*, πολιτεία, quæ alias *secta*, vide *infra Secta*, conuersatio. Ita χριςιανῶν. vel Ἀποςολικὴ πολιτεία, apud Clementem Alexandrinum & Sozomenum. Et *Disciplina* hac lege pro clericatu. Tertullianus *de Idololatria, cap. 20.* *Verum enim vero cum conuersatio diuina disciplina non factis tantum, verum etiam verbis periclitetur.* Et *libro de virginibus velandis cap. 1.* *Hac lege fidei manente, cetera iam disciplinæ & conuersationis admittunt nouitatem correctionis.* Omitto alia. 5.) Vetus *disciplina*, ordo vetus. Cursus publici præpositos scire præcipimus, si sibi, & militiæ suæ consulunt, nihil eos contra veterem *disciplinam* debere præsumere, *l. 9. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Teneat apparitio *veterem disciplinam*, nec a suggestionibus necessariis metu eius cui ad tempus paret, retrahatur, *l. 59. de appell. lib. 11. t. 30.*

DISCRETIO. Separatio. Discrimen. Manentibus his, quæ de audientiæ *discretione* superioribus sunt decreta præceptis, *l. vlt. quorum appell. lib. 11. tit. 36.* Stabit legitima seruitutis libertatisque *discretio*, *l. 33. de petition. lib. 10. t. 10.* Oportet inter eos, &c. esse *discretionem*, *l. vltim. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Hac *discretione* seruata, *l. 7. circa med. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.* Dummodo superstitiosa coniuratio exilii ipsius *discretione* soluatur solitariis & longo spatio inter se positis insulis in perpetuum deportatis, *l. 53. de hæret. lib. 16. t. 5.*

DISCRIMEN, periculum. His quorum salus ad *discrimen* vocatur, *l. 6. de accusat. lib. 9. t. 1.* *CVRIAM SVVM NOSSE DISCRIMEN* formula interlocutionis, in sp. *l. 71. de Decur. lib. 12. t. 1.* quæ sic id innuit: *Curialium penuriam in periculum reliquorum recidere.* Vide *Commentar. ad h. l.* Quicunque in *discrimen* capitis arcessitur, *l. vlt. de accusat. lib. 9. t. 1.* Rerum *discrimen*, iactura bonorum, *l. 76. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DISCVRSVS, de nauibus iudiciariis, *l. vnic. in fin. de lusor. Danub. lib. 7. t. 17.* 2.) *Discursus nutricum redempti.* Nutricibus, quorum detestabile ministerium fuisse arguetur redemptique *discursus* pœna immineat, vt eis, &c. *l. 1. de raptu virginum. lib. 9. t. 24.* Discursus sunt, *internuntia, messages, allées & venuës, portepaquets.* Errat enim Vir Doctus Lindenbrogius, qui pro διαλογισμῷ accipit. Martialis, VII. *ep. 38.* de salutatoribus Romæ:

Discursus varios, vagumque mane.

Seneca de iisdem, *c. 3. de breuit. vitæ*; *Dic quantum ex isto tempore abstulerit officiosa per Vrbem DISCVRSITATIO* (al. *DISCVRSATIO*.) Forte & hoc sensu Iuuen Sat. 1. v. 86. *Gaudia, DISCVRSVS nostri est farrago libelli.* Quos περιθέοντες ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, traducit Lucianus *in Nigrino.* Firmicus *lib. 8. c. 6.* *Ac per omnium limina matutinis semper salutationibus DISCVRRENT.* 3.) *Discursus* veredorum, &c. *l. 16. de cursu lib. 8. t. 5.*

DISCVSSIO. Vt omnium bonorum & munerum ciuilium *discussione* perfunctus, *l. 5. de Decurionibus lib. 12. t. 1.* Tentet aliquis *decursione*, id est, decursis omnibus muneribus. Sed nil temere mutandum: *discussio omnium honorum & munerum* dici videtur, de eo, qui si discutiatur, omnibus honoribus functus appareat: vide *tit. de discussoribus* simili sensu. 2.) *Discussio* pecuniæ, *l. 14 de iure fisci. lib. 10. t. 1.* id est, per quam excepti & expensi ratio clarescit, vt hac ipsa lege explicatur. 3.) In *discussionibus* Comitiuas iterare, *l. vlt. ad leg. Iul. de ambitu. lib. 9. tit. 26.* est *Comitiuam Discussionum* denuo ambire. *Comes* enim *Discussionum* est, cui discutiendum, inquirendum opus publicum, vel discutiendæ rationes, seu impensæ publicæ committuntur extra ordinem. Vide *Commentarium ad h. l.* & varia ibi Cassiodori & Symmachi loca.

DISCVSSORES, reliquorum inquisitores, exactores: de quibus vide *tit. de discussorib. lib. 11. t. 26.*

DISCVTERE. Cum accusatores serui dominis intonent, nemo iudiciorum expectet euentum, nihil quæri, nihil *discuti* placet, *l. 2. ne præter crimen maiest. lib. 9. t. 6.* Vide *Commentar. ad h. l.*

DISPENDIA negotiatorum, id est, tributa & collationes, quæ a negotiatoribus præstabuntur, *l. 10. de Episcop. lib. 16. t. 2.* 2.) Enormia *dispendia* sunt graues expensæ, *l. 111. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 3.) *Dispendia* pecuniaria, *l. 190. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 4.) Pudoris *dispendium*, *l. 1. de habitu. lib. 14. t. 10.* *Dispendium* Existimationis, *l. vlt. Cod. Iust. de pœn. iudic.* 5.) *Dispendium*, *l. 15. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* est quod nos Galli vocamus DESCAL.

DISPENDIOSVS. Propterea, quod veteris (vini) *dispendiosa* videtur erogatio, *l. 25. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

DISPOLIATIO quinquaginta librarum auri, id est multa, *l. 6. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.*

DISPOLIATOR. Prædam, velut infirmi sexus *dispoliator* inuaderet, *l. 28. de Episcop. lib. 16. t 2.*

DISPOSITIO, *l. vltim. circa finem de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.* Vt reuerentissimi Sacerdotis præceptis ac *dispositionibus* obsecundent, *lex 43. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Rectorum consiliis & *dispositione* vniuscuiusque ciuitatis fiat adscribtio, *l. 3. de extraordinar. lib 11. t. 16.* Omnia igitur, quæ consuetudo vel *dispositio* nostra amplectitur, cuncti implere pariter conpellantur, *l. 10. de extraord. lib. 11. t. 16.* Salubris nostra *dispositio*, *l. 8. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* 2.) *Dispositio*, pro *prouisione*. Nauicularios Africanos, qui idonea publicis *dispositionibus* ac necessitatibus ligna connectant *l. 10. de nauic. lib. 13. t. 5.* Publicis *dispositionibus*, id est, prouisionibus, necessitatibus: vide *l. 1. de proximis.* Capitolin. *Gordian. cap. 28.* *Cuius viri tanta in Republ. dispositio fuit vt*, & mox *cap. 29.* *Tantum habuerat conditorum, vt vacillare dispositio Romana non posset.* vide & Ammianum *lib. 19. cap. 11.* vbi de Anatolio: apud eundem *disponere*, pro *annonæ prouidere*, *lib. 14. cap. 7.* Ita non semel dispositio hoc sensu apud veterem *Periegetæ Interpretem.* In Ariminensi Synodo super Ecclesiarum & Clericorum priuilegia tractatu habito, vsque eo *dispositio* progressa est, vt iuga, quæ videntur ad Ecclesiam pertinere, a publica functione cessarent, *l 15. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Quid nostris itineribus, quæ publica vtilitate mouet, magna atque anxia *dispositione* vix vicenorum agminalium numerus subministrari queat, *l. 3. in fin. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

DISPONERE, in ordinem redigere, *l. 2. 3. de prædiis Senator. lib. 6. tit. 3.*

DISPVNCTIO. *Breuis*, seu tabella contributionis. Celebratæ describtionis *dispunctio* societur, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DISSEMINARE. Quotiescunque quid per terrarum orbem *disseminatur*, *l. 3. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.*

DISSIMILE est. Nec enim crimen dissimile est rapere, & ei, qui rapuerit, rapta seruare, *l. 2. de crimine pecul. lib. 9. t. 28.* (ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας. *Vterque fur est, & qui recipit, & qui furatur.* Phocylides *sent. v. 129.*

DISSIPARE *sepulchra.* Eadem etiam pœna, qui *dissiparunt*, vel ornatum minuerunt, teneantur, *l. 2. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.* *Dissipare* ædificium, *l. 3. §. penult. D. de incendio.*

DISSOCIARE, distinguere, separare. Qui *dissociata* in ius diuersum mancipia traxerunt, in vnum redigere eadem cogantur, *l. vnic. de communi diuidundo. lib. 2. t. 25.* *Dissociata locis.* Ouid. 1. *Metam. v. 25.*

DISSOLVERE de præstatione munerum curialium *l. 110. de decurion. lib. 12. tit. 1.* Nisi patriæ, quicquid debet, ante dissoluerit.

DISTENDI. Per varias Prouincias, per quas res nostra *distenditur*, *l. 12. de tyron. lib. 7. t. 13.* id est, per quas prouincias Res principis priuata, siue domanium, extenditur.

DISTINGVERE. Causas appellationis euidenti adfirmatione *distinguant* (edant, dicant distincte) *l. 30. de appell. lib. 11. t. 30.*

DISTRICTVS. Contra delatores seueritatem iudicum inplorare ferro *districtam*, *l. 3. de petition. lib. 10. t. 10.* 2.) Probatissimi quique ac *districtissimi* Defensores adsint disciplinæ, & quotidianis actibus præsint, *l. vlt. de defensor. ciuit. lib. 1. t. 11.*

DITARE. Patrimonium, quod ex ordine nauiculariorum aduenerit, prodat, pro moderatione quem *ditat*, *l. 49 de Decurionib. lib. 12. t. 1. γρ. pro moderatione quæ eum ditat:* alioquin subintelligenda vox *is*, *is quam ditat.*

DITATVS spoliis Prouincialium, *l. 22. de cohortalib. lib. 8. t. 4.*

DIVALIS lex, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Lege *diuali*, *l. 2. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* Præceptum *diuale*, *l. 6. de domesticis:* statuta diualia, *l. 5. de numerar.* sanctio *diualis* Nouell. *Theod. 19.* ita *Diuorum arbitria*, Ammiano *lib. 28. cap. 1.* vbi vide Lindenbrogium.

DIVERSA sunt, quæcunque species fiscales variæ & diuersæ. Operas ad prosecutionem equorum, *vel diuersorum* neminem Prouincialium præbere permittimus, *lex 12. ne operæ a conlatorib. lib. 11. tit. 10.* Sollicitat hunc locum Mercerius, rescribens *diuersorium.* Male: vt ad *eam legem* ostendi. Quid quod διαφόρων appellatione (cui respondet *Diuersorum* vox) pecuniæ intelliguntur? Maccabæorum *2. cap. 1. v. 35.* καὶ οἷς ἐχαρίζετο ὁ Βασιλεὺς πολλὰ ΔΙΑΦΟΡΑ ἐλάμβανε καὶ μετεδίδε, *& quibus Rex bene cupiebat, his multas acceptas pecunias, conferebat. cap. 3. v. 6.* ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων ἀναρίθμητον εἶναι, *quod multitudo pecuniarum inumerabilis esset.* τῶν διαφόρων, *est* τῶν χρημάτων. Vide & *Ecclesiastici, c. 7. v. 20. & c. 27.* τοῦ διαφόρου vox eo sensu sæpe apud Aristotelem, Dionysium Halic. alios. Ita quoque Theophrastus *Character. 10.* ἡ δὲ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν, *sordida parcimonia est studium parcendi sumptibus supra modum.* Consule Casaubonum *ad h. l.* qui loca hic adducta omnia illustrauit.

DIVERSVS. Habeant ex vagantibus, siue ex *diuersis*, vbi elegerint, agros, *l. 8. de Veteranis lib. 7. t. 20.* Quicunque vel conflare pecunias vel ad *diuersa* vendendi causa transferre deregitur, &c. *l. 1. si quis pecunias confl. lib. 9. t. 23.* id est, ad diuersa loca. *Diuersorum* criminum rei, *l. 18. de accusationib. lib 9. t. 1.* *Diuersa* culmina dignitatum Consulatui cedere decernimus, *l. vnic. de Consulib. lib. 6. t. 6.* id est, alia omnia: vt mox: *Omnibus fastigiis dignitatum.* Aduersos hæreticos & *diuersi* dogmatis sectatores, *l. 47. de heret. lib. 16. t. 5.* Et ne rarior sit *diuersarum* mercium commeatus, *l. 1. de litorum & itinerum custod.*

ftod. lib. 7. t. 16. Hæreticis *diuersa nomina*, sed vna perfidia, *l. 60. de hæret. lib. 16. t. 5.* Officio quoque Iudicum *diuersorum*, *l. 16. de iure fisci. lib. 10 t. 1.*

DIVERSATVS, pro versatus. Probeque in actu Reipublicæ *diuersatis*, *l. 4. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

DIVERSORIVM, *l. 4. de offic. Rector. Prou. lib. 1. t 7.* vide Nonium c. 1. *n.* 301. & Symmachum, Marcellinum, Apuleium in *Comment. ad h. l.* Est autem *diuersorium* hoc æuo locus aut secessus amœnus & delitiosus.

DIVES. Hi, quibus ad exercenda metalla priuata *diues* marmorum vena consentit, &c. *l. 11. de metallis. lib. 10. t. 19.*

DIVI Principes a successoribus vocabantur, vide Brissonium *de V. S.*

DIVIDERE. Quia totam inhibere non possumus ratione *diuidimus*, *l. 149. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

DIVINVS. Diuinæ reuerentiæ cultus, cultionis via, *l. 49. de Decurion. lib. 12. t. 1.* pro Clericatu. 2) Diuinorum vultuum adpetitor, pro falsæ monetæ cusæ reo: nempe, quia vultus Principis in moneta, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

DIVISIO. Architecti, qui *diuisiones* partium incisionesque seruant, *l. 3. de excus. artif. lib. 13. t. 4.*

DOCILIS. Qui aquarum inuentos ductus & modos *docili* libratione ostendunt, *l. 3. de excusation. artif. lib. 13. t. 4.*

DOCVMENTVM. Post *documenta* fidelis obsequii, *l. 8. de priuileg. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* 2.) *Documentum* libelli, de periculo sententiæ, *l. 40. de appellat. lib. 11. t. 30.* 3.) *Documenta*, *probationes*, *l. 41. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Ad nos *documentorum* probationumque pensanda libramenta mittantur, *l. vnic. ne sine iussu Princ. l. 9. t. 41.* Sciant cuncti, præmeditentur, ante præcaueant, eam se rem deferre debere, quæ munita sit testibus, instructa *documentis*, signis luce clarioribus expedita, *l. 3. de abolition. lib. 9. t. 37.*

DOGMA. Catholicæ religionis *dogma*, *l. 13. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Hæretici *dogmatis* infamia, *l. 1. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.* Sceleum *dogma* hæreticorum, *l. 19. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

DOLOR in exequiis secretum amat, Iulianus, *l. 8. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.*

DOLOR, propria vox in adulterii crimine. Proximis necessariisque personis tantum adulterii concessa accusatio, quos verus *dolor* ad accusationem impellit, *l. 2. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* Vide & *l. 9. de accusat. lib. 9. t. 1.* Iuuenalis *Satyr. X. v.* 314.

exigit autem
Interdum ille dolor plus, quam lex vlla dolori
Permisit.

Vide & *l. 4. Cod. Iust. de adulter.* in eadem re Phædrus *lib. 3. fab. 11. v. 28.*

Nihil respiciens, dum DOLOREM vindicet;

Hinc & dolor maritalis, *l. 15. §. 6. D. ad L. Iul. de adult.* Non prius quemquam sinceritas tua iubebit, adduci, quam solemnibus satisfecerit, qui nititur fidem *doloris* adserere, *l. 9. de accusat. lib. 9. t. 1.* vbi dixi.

DOMESTICVS. Clandestinis ac *domesticis* fraudibus facile quiduis pro negotii opportunitate confingi potest, vel id, quod vere gestum est, aboleri, *l. 5. de donat. lib. 8. t. 12.* Fructus *domesticos* (vide *infra vernacula*) suis possessionibus innatos, *l. 12. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Vt quos ad vitæ decora *domesticæ* laudis exempla non prouocant, Saltem correctionis medicina compellat, *l. vnic. de emendat. propr. lib. 9. t. 13.*

DOMINATIO. Non perpetui exactores in continuata vexandorum Prouincialium potestate, veluti concussionum *dominatione*, teneantur: sed, &c. *l. 22. de susceptorib. lib. 12. t. 6.*

DOMINI, Imperatores: vide Brissonium *de V. S.*

DOMINICVS. Dominicæ possessiones, id est Principis, *l. 8. de lustrali. lib. 13. t. 1.* *Dominica* res, id est, Principis res priuata, *l. 2. de his qui condit. propr. lib. 12. t. vlt. l. vlt. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* Si villa *dominica* fuerit, *l. 21. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Dominicus* actor, id est, actor rei priuatæ Principis, *l. 11. de Iurisdict. lib. 2. t. 1. l. vlt. de conlat. fundor. patrimon. lib. 11. t. 19.* 2.) *Dominicus* dies, Dies Solis, *L. S. de Spectacul. lib. 15. tit. 5.* *Dominico*, qui septimanæ totius primus est dies, &c. Vide *Commentarium ad leg. 1. de feriis, lib. 2. tit. 8.*

DOMINIVM *possessionis*, pro vsufructu, *l. 2. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* & *l. 3. D. si vsufruct. pet.* Ita proprietas redituum, *l. 14. circa fin. Cod. Iust. de sacros. Eccl. Dominicum* possessionis, *l. 1. C. Gregor. si sub alterius nom. res empta erit, tit. 7.* &c. vide quæ scripsi ad *d. l. 2.* 2.) *Dominium*, pro possessione. Vsum aquæ veterem, longoque *dominio* constitutum singulis quibusque manere censemus, *l. 7. de aquaductu. lib. 15. t. 2. l. 4. Cod. Iust. cod.* 3.) Sacrum *dominium*, *l. 15. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* *Domanii* vox Barbara in huius legitimæ hodie locum intrusa.

DOMVS ab ædificiis separantur, *l. 3. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.* & quidem ampliores fuisse ostendit. 2.) *Domus* defunctorum, id est, sepulcra. Qui ædificia Manium violant, *domos* vt ita dixerim defunctorum, Constantius, *l. 4. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* Portus corporis, *Ennio. DOMVS ÆTERNA passim* in Inscriptionibus. Et Ecclesiastes: *sepulchra eorum DOMVS in æternum*, Tibullus III. *El. 2. v. 23.*

Atque in marmorea ponere sicca domo.

Vide quæ dixi ad *eam legem*, & *infra Sedes*, & *Quiescere*, & Broeckhus. *ad Tibull. l. c.* Stabula cadauerum dixit Tertull. *de resurr. cap. 37. Nec ipsa monumenta aliud quam cadauerum stabula.*

DONARE. Nisi forte ille, qui hæc pertulit, contemnat, & *donet*, in se quod pertulit, *l. 2. de abolitionib. lib. 9. t. 37.*

DOTALES fundi, *l. 7. de pistorib. lib. 14. t. 3.* sunt fundi addicti pistrino, qui in originem adscribti corpori (Pistorum) *dotis* nomen & speciem retentant, *l. 3. de pistorib. dotis nomine* & titulo nuncupantur, *d. l. 13.*

DVBIVS. *Dubiæ* interpretationis ambages hac sententia resoluentes, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

DVBIETAS. *Dubietatis* ambiguum, *l. 86. de Decurionibus lib. 12. t. 1.*

DVBITARE. Illud omnino *dubitare* non conuenit, *l. vnic. de in offic. donat. lib. 2. t. 20.*

DVCATVS, *l. vlt. de domesticis lib. 6. t. 24.* est dignitas Ducis. Sedulius *in epist. ad. Rom. cap. 2.* de Mosis officio agens, DVCATVM vocat.

DVCENA. *Ducenæ* dignitas, *l. 1. de Cæsarianis: l. 3. de cohort. l. 1. de murilegul. lib. 10. t. 20. l. 5. de Decurion. lib. 12. t. 1.* quæ leges omnes inter se coniungendæ. De *Ducenæ* dignitate, vide quæ dixi ad *l. 3. de cohort.*

DVCENARII, *l. 8. 20. 21. de Agentibus in rebus, lib. 6. t. 27.* (vnde Ducenæ dignitas, *d. l. 20. 21.* & *l. 3. de cohort. l. 1. de Cæsarian. l. 1. de murilegul. l. 5. de Decurion.*) Erant proximi Principibus in schola Agentium, *dict. ll. 8. 20. 21.* Igitur *Ducenarii*, vel *Centenarii*, *l. 1. de concuss. aduoc. siue apparit. lib. 8. t. 10.* vbi dixi: *l. 1. 9. de exactionib lib. 11. t. 7. l. 8. de Agentib. lib. 6. t. 27.* erant officiales Iudi-

Iudicum, vt dixi plene ad *d. l. 8. & 1.* Quos tributorum exactores Iudices mittere sunt soliti, *d. l. 1. & 9.* Quod idem de *sexagenariis* dicendum, *d. l. 1.* & *l. 2. de annon. & trib. lib. 11. t. 1.*

DVCERE. *Ducente* fortuna. Eos, qui suadente numine, vel ducente fortuna thesauros reppererint, *l. vlt. de thesauris. lib. 10. t. 18. Ducente* libidine. Ne decuriones in gremia potentissimarum domorum *libidine ducente* confugiant (ancillis earum se coniungendo) *l. 6. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

DVCIANVS. *Duciani apparitores*, id est, ducis apparitores, *l. vnic. de quadrim. breuib. lib. 11. t. 25.* Officium *Ducianum*, id est Ducis, *l. 2. de venat. fer. lib. 15. t. 11. Ducianus, l. vlt. de litor. & itin. custod. lib. 7. t. 16.* est Ducis limitis alicuius Officialis.

DVCTVS (pro quo Tribonianus in *l. 1. Cod. Iust. eod. aquaeductus* reposuit) pro *aquaeductu*, *l. 1. de aquaeductu. lib. 15. t. 2.*

DVDVM, pro, ante biennium, *l. 9 de Senator. lib. 6. t. 2.* collata cum *l. 5. eiusdem tit.*

DVM *ad vixerint*, *l. 1. in fin. de legitim. haeredit.* vbi dixi.

DVODEVIGINTI, *l. 58 de Decur. lib. 12. t. 1.*

DVPLVS. *Duplorum* fructuum poena, *l. 12. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

DVRARE. Si quis Decurionum, &c. militiae sacramenta *durasset*, &c. *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Id est, militiae stipendiis perfunctus fuisset. Sunt tamen, qui reponunt, *curasset*. Et forte non inepte.

DVNTAXAT, pro scilicet, *l. 13. de Praetorib.*

DVRVS. Si *duriores* casus & tristiorem fortunam Imperatoria humanitate molliamus, *l. 17. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

DVO. *Duum* mensium spatia, *l. 2. de Decur. lib. 12. t. 1. Duum* mensium tempora, *l. 10. de appellationib. lib. 11. t. 30.*

DVVMVIRALES in *l. 2. quemadm. mun. ciuil. lib. 12. t. 5.* sunt duumuiratu functi: confer *l. 42. de Decur. lib. 12. t. 1.*

DVCERE. Quem sors militiae in eum progressum *duxerit* (*euexerit*) *l. 2. quis in gradu. lib. 17. t. 3.*

DIPTYCHA, *l. 1. de expensis ludorum. lib. 15. t 9.* dixi in *Commentario ad eam leg.* Est, qui *diptycha* a munerariis siue editoribus ideo missa ad amicos putat, vt in his notarent amici quae vellent, siue, quae notare visa in spectaculis.

ΔΥΣΦΗΜΙΑΣ *euitatae* exempla a Principibus in constitutionibus suis: in *l. quisquis vlt. ad l. Cornel. de sicar. lib. 9. t. 14.* ibi de nece ETIAM: *l. 1. de maleficis. lib. 9. t. 16.* ibi, *nec ob alteram causam: l. 4. de Paganis. lib. 16. t. 10.* ibi, *licentiam delinquendi perditis negari:* Vide quae dixi ad *Theoph. tit. de his, qui sui.* Ita etiam Δυσφημία euitata, *l. 2. de quaestionib. lib 9. tit. 35* ibi: Maiestatis tantummodo reos, *& quae nefanda dictu sunt conscios aut molientes* ex ordine municipali maneat tam cruenta conditio. Per *molientes* enim eos intelligit, qui Magiam & maleficas exercebant artes, quique de Principis vita consultationes faciebant. *Moliri aliquid* dicuntur malefici, *l. 3. 4. de malefic.* quos ideo perstringit *l 1. de malef. & l 4. de pagan.* Ad illa autem verba: *Nefanda dictu*, sequentia pertinent. Vt, *filius non nominandus, l. 3. in pr. de liberis & posth. Non nominandus coquus*, in Grunnii Corocottae porcelli testamento. *Non dicendus filius*, apud Apuleium sub finem *lib. 5. homo cum gemitu nominandus*, apud Ammianum Marcellinum *lib. 28. c. 1.*

E.

EBRIOSVS. Placet mulieri non licere propter suas prauas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, vel ut *ebrioso*, aut aleatori, aut mulierculario, *l. 1. de Repudiis. lib. 3. t. 16.*

ECCLESIASTICI sunt Episcopi, Clerici, *l. 5. 20. 21. de Episcop. lib. 16. t. 2. Ecclesiastici*, id est Clerici, *l. 49. in med. de Decur. lib. 12. t. 1.* 2.) *Ecclesiasticus*, pro eo qui officium aliquod in Ecclesia sustinet, *l. 1. de lenonib. lib. 15. t. 8.*

ECVLEVS. De *Eculeo*, vide *Paratitlon tit. de poenis.*

EDAX. flamma *edax*. Materia diu multumque *flammae edacis* examine in ea obryza detineatur, quemadmodum pura videatur, *l. vlt. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.*

EDICERE. Ore proprio *edicat. l. 7. de famos. libell. lib. 9. t. 34.* Praeter eum qui *edicere* cogitur, vtrum pro possessore an pro haerede posideat, *l. 12. in fin. de fide testium. lib. 11. t. vlt.*

EDICTVM, quo latens aliquis citatur tam in ciuili quam criminali causa, *l. 29. de petitionibus. lib. 10. t. 1. Edicto*, tertio vocari, *l. 23. de Decur. lib. 12. t. 1. Edictis* euocari, *l. 119. de Decur. lib. 12. t. 1. Edictis* vocati, *l. 161. de Decur. lib. 12. t. 1.*

EDITIO ludorum, *l. 1. de expens. lud. lib. 15. t. 9. Editiones*, & *editiones* munerum pro ludis: vide *l. 1. 6. 11. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 21. 22 25. 29. 32. de Praetorib. lib. 6. t. 4.* vnde, Editores, *l. 5. 7. 18. 31. Editiones* pro ludis aut spectaculis, *l. 1. de spectaculis. lib. 15. t. 5.*

EDVCTVS. Reus poenam carceris sustineat, atque ita postmodum *eductus* apud Acta audiatur, *l. 2. de custod. reor. lib. 9. tit. 3.*

EFFECTVM pro effectus. Inauditus, ac sine effecto remeare protinus iubeatur, *l. 11. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

EFFECTVS. *Effectui* tradi, *l. 8. de operibus publ. lib. 15 t. 1.*

EFFERRI cadauera bis, *l. 5. de sepulchro viol. lib. 9. t. 17.* vox propria. Donatus. *Efferri proprie dicuntur cadauera mortuorum.* Omitto alia. Graecis pariter ἐκφέρεσθαι. 2.) Compositae pacis, si erit *efferenda* tranquillitas, *l. 4. ne quid publ. laetit. lib. 8. t. 11. Efferenda*, id est, orbi nuncianda.

EFFICACIA. Si ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium Iudicem remeare, eique suam *efficaciam* ostendere, quid eius instantia exactum fuerit, *l. 9. de executor. lib. 8. t. 8. Efficacia* vox hic propria. Ita Vlpianus *l. 33. D. de vsuris*; in Curatore Reip. requirit, *vt non acerbum se exactorem, nec contumeliosum praebeat, sed moderatum & cum EFFICACIA benignum, & cum INSTANTIA humanum.* Eo sensu Seneca, *de breuit. vitae, cap. 6. Ausus est gratiam suam interponere tam EFFICACITER, vt quaedam iudicia constet ab illo rapta.*

EFFICAX. Magisteria *efficax*, pro Magisteria officiorum, *l. 2. de quaestorib. lib. 6. tit. 9.* 2.) Neque enim debet esse vnquam *efficax* vsurpatio, quae possit animalibus publici cursus inferre perniciem, *l. 8. de cursu. lib. 8. t. 5.*

EFFICERE. Sacros vultus *efficere*. Neue (pictores) a Iudicibus ad efficiendos sacros vultus, aut publicorum operum expolitionem sine mercede cogantur, *l. vlt. de excus. artificum lib. 13. t 4.* Quintilianus *lib. 12. cap. 10. Phidias, Diis quam hominibus EFFICIENDIS melior artifex traditur.* Non improbabiliter tentat Vir elegantissimus Forneri-

nerius I. *Quotid.* 15. *effigiandos*, quod etiam a Mainardo V. C. adnotatum postea vidi. Vide, quæ dixi ad *eam leg. not. f.* sic Apuleio I. *Florid. initio*: *truncus dolamine effigiatus.* Minucius Felix Octauio *c. 3. in lapides effigiatos, vnctos & coronatos.* Possis tamen EFFINGENDOS, legere, vt *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* vel INFICIENDOS, vide Plinium, *lib. 33. c. 3.* & Plutarchum ἐν αἰτίοις. Verum nil mutandum.

EFFINGERE. *Effingenda.* Omnes statuas, omnia simulacra, tam ex ære, quam ex marmore, seu ex fucis, quam ex quacunque materia, quæ apta est *effingendis* (simulacris scil.) *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40. Gloss.* Cyrilli ἀποτυπῶ, *effingo*, ἀποτύπωμα, *effigies.*

EFFOSSIONES. Saxorum *effossiones.* Cuncti, qui per priuatorum loca, saxorum venam laboriosis *effossionibus* persequuntur, &c. *l. 10. de metallis. lib. 10. t. 19.* De metallis auri argenti Poëta I. *Metam. v. 148. EFFODIVNTVR opes, irritamenta malorum.* De termino excauato Iuuenalis *XVI. v. 38. Et sacrum EFFODIT medio de limite saxum.*

EFFVNDERE. Rescripta dicuntur *effundi*, quomodo & *preces fundi*, *l. 5. Cod. Iust. de ædificiis priuat.* Rescripta iis tantum negotiis opitulentur, quibus *effusa* docebuntur, *l. 9. de diuersis rescript. lib. 1. t. 2.*

EGREGIATVS, dignitas, *l. 3. de cohortalib. l. 1. de Cæsarianis: l. 1. de murileg. l. 5. de decur. lib. 12. t. 1.* quæ leges omnes inter se coniungendæ. Adi *Comment. ad h. leg.* & Du Fresne *in Gloss. voc Egregiat.*

EGRESSVS. *Egresso* ad publicum, *l. 2. de his qui super relig. lib. 16. t. 4.*

EIECTVS. *Eiecti* pistorum corpore, *l. 15. de pistorib. lib. 14. t. 3.*

ELATVS. Eminentium dignitatum *elati tituli*, *l. 74. de decurion. lib. 12. t. 1.* Vide ibi *Commentar. p. 450. T. IV.*

ELECTVS testamento hæres, *l. 107. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

ELEMENTA turbari a Magis, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.* dixi in *Turbare.*

ELICERE. Aquam *elicere*, *l. 5. de aquæductu. lib. 15. t. 2. l. 3. Cod. Iust. eodem.* Quidquid (aquæ) ex rescribto fuerit *elicitum*, *l. 8. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Ne quis Claudiam, interruptis formæ lateribus adque perfossis, sibi fraude *elicitam* existimet vindicandam, *l. vlt. de aquæductu. lib. 15. t. 2.*

ELIMATVS. A te probata, atque *elimata* ad nos desideria perferantur, *l. 8. de Legatis. lib. 12. t. 12.* i. e. bene limata.

ELIMINARE, est extra limen proiicere. Pacuvius: *Quoniam clam vos eliminat.* Vid Nonius *cap. 1. num. 179.* Competitorem quinquennii possessor *eliminet*, *l. vnic. de quinquennii præscript. lib. 4. t. 15.*

ΚΛΕΙΨΙΣ τȣ̃ Magis, *l. 9. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Vid. *Magis.*

ELOGIVM, de exhæredatione, *l. 28. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Nisi forte auia *elogia* inurenda impiis nepotibus iusta semotis ratione monstrauerit, *l. 4. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.* Vide loca alia huc pertinentia apud Brissonium *de V. S. voc. elogium.* 2.) *Elogium* est textus malorum gestorum, item ordo criminum & vitiorum, vt veteres Glossæ exponunt. Vide *Lexicographos*, & Brissonium *de V. S.* Quicunque in hac fraude fuisset inuentus sub *elogio*, adiuncto idoneo executore (*prosecutore*) mox ad Africam atque ad V. C. P. F. ann. iudicium deduceretur, *l. vltim. de nauicul. lib. 13 t. 5.* Ligatus ferreis nexibus cura Prouincialis officii sub *elogio* ad debitum mittatur examen, *l. 9. de executoribus. lib. 8. t. 8.* Adde *l. 6. D. de custod. reor.* & quæ dixi *not. k. ad leg. 31. de Episcop. lib. 16. tit. 2.*

ELOQVIVM. Legati eloquium, quod apud Principem exponit, eloquitur. Quæ pietatem nostram Viri spectabilis Comitis & Legati decernere coegit *eloquium*, *l. 34. in fin. de annona. lib. 11. t. 1.* Claudianus, de Quæstore *Manlio Theodoro. v. 35.*
- - *oracula Regis ELOQVIO creuere tuo.*

ELVERE. Sit satis immensorum cruciatuum semel *eluisse* supplicia, *l. 22. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Perpetua infamia inustus, vt nec speciali quidem rescribto notam vel *eluere* (ita repono, hactenus *eruere*) mereatur, *l. 8. de Decur. lib. 12. t. 1.*

EMENDICATVS. Per priuilegia *emendicata* dignitatis effugiant, *l. 7. de testimon. lib. 7. tit. 21.* Dignitas *emendicata*, *l. 153. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Affectata vel *emendicata* huius ordinis gratia, *l. 129. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Insignibus Consularium *emendicatis* atque adsimulatitiis *l. 5. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* *Emendicata* suffragia decretorum, *l. 15. de accusat. lib. 9. t. 1. l. 75. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Emendicato* suffragio, *lex 7. de Palatinis S. L. lib. 6. t. 30.* *Emendicato* suffragio, *l. 19. de Agentibus. lib. 6. t. 27.*

EMENSVS. Emensis 60. annis, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Nec *emensis* euectionibus, dandam commeandi cuiquam facultatem, grauitas tua cognoscat, *l. 27. de cursu. lib. 8. t. 5.* Nec *emensa* militia relictæ originis inuidia quatiatur, *l. 14. de priuileg. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Ante stipendia *emensa*, *l. 4. de re militari. lib. 7. t. 1.* Tempore prouocationis *emenso*, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Vel iniuncti negotii tempus *emensum* est, *l. 15. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

EMERITVS. Veteranos autem, post *emeritæ* missionis epistulas, *l. 4. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Post palmam laboris *emeriti*, *l. 3. de Princip. agent. lib. 6. t. 28.* Post *emeritam* missionem, *l. 11. de priuil. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Testimonium *emeriti* laboris, *l. 7. de re militari. lib. 7. t. 1.* Ad finem *emeriti* laboris, *l. 3. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

EMIGRARE. Quoties codicillis vel sacris affatibus, vllus ex alio ad alium gradum, cum iisdem stipendiis *emigrarit* (ascenderit) *l. 2. quis in gradu, lib. 7. t. 3.*

EMITTERE. *Emitti* appellatio dicitur, *l. 58. de appell. lib. 11. t. 30.* Cautiones *emitti* dicuntur, *l. 1. de susceptoribus, lib. 12. t. 6.* Euectiones *emittere*, *l. 33. de cursu publ lib. 8. t. 5.* Securitates *emissæ*, *l. 27. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Securitatem *emittere*, *l. 32. de susceptorib. lib. 12. t. 6.*

EMOLVMENTA. Rei annonariæ *emolumenta* tractantes, vt cognosceremus, &c. *l. 1. sine censu. lib. 11. t. 3.* *Emolumenta*, id est, *tributa*, *annonæ.* Vt præceptis congruis *emolumentis* opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare, *l. 16. de exactionib. lib. 11. t. 7.* Fiscalia *emolumenta*, *l. 13. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Nemo ex nostra iussione, præcipuis *emolumentis* familiaris iuuetur substantiæ, *l. 1. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* id est, immunitate ab annona & tributis. Ita rei annonariæ *emolumenta*, *leg. 1. fine censu. lib. 11. t. 3.* 2.) *Emolumenta*, de militari stipendio, *l. 28. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* 3.) *Emolumenta*, vetusta rudera. Nouum quoque opus, qui volet in Vrbe moliri sua pecunia, suis operibus absoluat, non contractis veteribus *emolumentis*, non effossis nobilium operum substructionibus, *l. 19. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *Emolumentis*, ab emoliri.

EMORTVVS. Ne hæreditariæ quæstiones temporum varietate longorum prorsus *emortuæ* in rediuiuos semper exagitentur conflictus, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

EMPHYTEVTICI, emphyteuticarii fundi: de his vide *titulum 3. lib. 10. & Paratitl.*

EMPTORES. Inliciti ac detestandi *emptores* dicuntur, qui in officio publico constituti quid comparant, *l. 2. de iis qua administr. lib. 8. t. 15.*

ἘΝ ΔΙΑ ΆΤΟΙΝ. *Vmbras & nomina:* id est, adumbrata nomina, *l. 2. de honor. codic. lib. 6. tit. 22 quam leg.* confer *cum l. 24. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

ENCAVTVM. *Encautum l. 1. de Veteranis. lib. 7. t. 20. l. 4. de extraord. mun. lib. 11. t. 16.* fuit autem *Encautum*, scripturæ species quædam, quæ a Principe solo vsurpabatur, purpurea videlicet, cum cocti muricis & conchylii ardore paginæ signarentur. Sacrum ideo *encautum* dicitur *l. 6. Cod. Iust. de diuers. rescript.* Vid. *Comment. ad leg. 1. de veteran.* vbi late dictum. Adde Du Fresne *in Glossar.* voc *encaustum*, Brissonium *de V. S. voc. ead.* Montfaucon *Palæograph. Græc. pag. 2. sequ.*

ENCAVTARIA ciuitatum ac Prouinciarum, *l. vlt. de censu. lib. 13. t. 10.* sunt libri censuales, seu *Catastra*, inde nomen habentes, quod encauto scripti erant. Vide *Commentar. ad h. leg.* & ad *leg. 1. de veteran.*

ENERVARE. Hi quos debilitas fortuita, aut morbus & corporis valetudo confecta ita *eneruauerit*, vt ad vsum, &c. *l. 5. de re militari, lib. 7. t. 1.* Quos deliciosis nutrimentis *eneruatos* esse perspeximus, *l. 5. de filiis mil. appar. lib. 7. t. 22.*

ENITI. Honestis testimonii adminiculis *enitentes* talium dignitatum priuilegia insigniaque meruerunt, *l. 25. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

ENIXVS. Iudices tuitionem pulsatis præstare iubemus *enixam*, *l. vnic. de quinquennii præscript. lib. 4. tit. 15.*

ENORMITAS. Qui *enormitatem* inpendii non recusant, *l. 21. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

ENORMIS. *Enormia* stipendia, sunt graues expensæ, *l. 111. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Vt *enormium* vehiculorum vsus intercidat, *l. 17. de cursu. lib. 8. t. 5.*

ENTHECA pistrinorum, sunt dotes & instrumenta pistrinorum. Officinam cum animalibus seruis, molis, fundis dotalibus, pistrinorum postremo omnem *enthecam*, *l. 7. de pistorib. lib. 14. t. 3.* vide & *l. 12. de operibus publ. & Commentar. ad h. l.* 2.) *Entheca*, ἀφορμή, & quicquid sepositum conditumque vsus alicuius & præsidii caussa. Ita *Entheca populi Romani*, est annona publica, seu Canon vrbicarius. Annonas antiquitus horreis imputatas hos redhibere compelles, qui eas in damna publica ausi sunt occupare, quorum substantiam *entheca* populi Romani proficere præcipies, *l. 12. de operib. publ. lib 15. t. 1.* dixi ad *eam leg.* Adde Harpocrat. *Lex. voc.* ἀφορμή, & ibi Maussacum. 3.) *Entheca*, pro instrumento & instructo rustico & vrbano. Quantum auri & argenti, vestium ac monilium, vel in specie vel in pondere, & in quibus speciebus, quidve in *Enthecis* (apothecis, *Tribon.*) sit repertum, *l. 7. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

ἘΠΑΝΌΡΘΩΣΙΣ. Indecorum est, imo (vt verius dicamus) inlicitum, &c. *l. 112. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

EPIMETRA. *l. 15. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* sunt, quæ a conlatoribus, susceptoribus specierum annonariarum, supra & præter modum collationis dabantur ad leuandum dispendium, *pour le DESCAL*; de quibus vide *l. 3. 14. 15. 21 de susceptorib. lib. 12. t. 6.* *Mantisam* Latini veteres vocabant. Festus, *voc. Mantisa. Mantisa additamentum dicitur lingua Tusca, quod ponderi additur: Sed deterius, & quod sine vllo vsu est. Lucilius: Mantisa obsonia vincit.*

EPISTOLARIS. Rescriptum *epistolare*, literæ responsoriæ. Promisisse solutiones *epistolari* rescripto, *l. vnic. si certum pet. de chirogr. l. 2. t. 27.*

EQVINVS. *Equinum* pecus, *l. 2. quibus equorum vsus. lib. 9. t. 30.* *Equina* animalia, *l. vlt. eod.*

ERECTVS. Quoniam Gamalielus existimauit se posse inpune delinquere, quod magis est *erectus* fastigio dignitatum, *l. 22. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Punientes, contumacius, quam decus publicum sinebat, *erectos*, *l. 3. vnde vi. lib. 4. tit. 22.* vbi dixi.

EREPTIO, Ac si quid *ereptio* (*eruptio*, Cod. Iust. accuratius) factiosa temptauerit, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ERGA. Si proximis *erga* nos iuuantibus codicillos reportauerit, *l. 74. in fin. de Decur. lib. 12. t. 1.*

ERGASIOTANI, siue, *ergasiotarii*, *l. 1. de Alex. pleb. primatibus. lib 14. t. vlt.* *Artifices* Alexandrini sic dicti. Ἐργασιώτας, *artifices* vocant Græci: ab ἐργασιώτης, *Ergasiotarius:* vt a Græco λίνυφος, *linifarius*, *l. 16. de murilegul.* a Græco παράβολος, *Parabolarius*, Firmico, *mathes. 8.* Sic ἐργάτας operarios Poëtæ ἐργατίνας dicunt. Vt ferme credam in *l. 42. 43. de Episcop.* non *Parabolani*, sed *Parabolarii* legendum quoque, quo ipso errore hactenus in *d. l.* legitur *ergasiotanorum:* quod tamen Cujacius 23. *Obseru.* 3. tuetur. Vide *Commentar. ad d. l. 1.* Du Fresne *in Glossar.* Brissonium *de V. S.*

ERGASTERIA, *l. 9. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 5. de metatis. lib. 7. t. 8. l 14. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Erant tabernæ negotiationi & mercimoniis agitandis, destinatæ.

ERGASTVLA. Tracta de *ergastulis* nomina, *lex 8. de tyronibus. lib. 7. t. 13.*

ERIGERE. Nonnunquam se altius *erigente* censura, *l. 8. de desertor. lib. 7. t. 18.* Ceruices *erigere*, *l. 1. de libert.* 2.) Mulieres honore maritorum *erigimus*, *l. 7 de Iurisdict. lib. 2. t. 1.* Prouinciales pro imminentibus necessitatibus omnes inuitamus edicto, quos *erigit* ad militiam innata libertas, *l. 17. de tyron. lib. 7. t. 13.* Sexcentorum solidorum præbitionem, qua magistratuum census Antiochenæ per Syriam ciuitatis, cum frequenter nutaret, *erectus est*, gratanter admisimus, *l. 169. de decurion. lib. 12. t. 1.*

EROGATIO militaris annonæ, vide *titulum 4. lib. 7. de erogat. milit. annonæ.* *Roga* quoque stipendium militum, apud Cedrenum, Curopalatem, Diaconum: & ῥογάτορες, Curopalatæ milites stipendia facientes, ῥογεύειν apud Nicetam *in Manuele lib. 1. num. 3.* militibus stipendium dare. Vide du Fresne *in Glossario* vtroque *voc. roga*, ῥόγα, ῥογεύειν.

ERROR, de Mathematicorum professione, *l. 8. t. 12. seu vlt. de maleficis & mathem. lib 9 t. 16.* 2) *Error* hæresum, *l. 11. 13. 19. 20. 41. 60. 63. 64. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ERVDITVS. *Eruditus*, in falsa moneta facienda. Qui venerabiles formas sacrilegio *eruditus* inpressit, *l. 6 de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum *erudita* arte præstiterit, *l. 4. finium regund. lib. 2. tit. 26.* Nec cuiquam *erudita* feminea Musicæ artis studio liceat habere mancipia, *lex 10. de scænicis. lib. 15. t. 7.* Quæ (Palatinos) intentos *eruditis* studiis, itinerum prolixitas & expeditionum difficultas exercet, *l. vltim. de priuileg. eorum qui in s. palat. lib. 6. t. 35.*

ERVMPERE. Nemo Iudicum in id temeritatis *erumpat*, *l. 37. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* (& *l. 13. Cod. Iust. eod.*)

ERVE-

ERVERE, de metallario opere, *lex 8. de metallis. lib. 10. t. 19.* Manilius, *lib. 5. v. 533. Et coquet argenti glebas, venamque latentem ERVET.* Pacatus Panegyr. *cap. 28. Quod de montium venis, aut fluminum glareis quæsitor Bessus, aut scrutator Callaicus ERVISSET.* 2.) *Eruere*, inuestigare Qui occultatus fuerit, *eruatur, l. 9. de desertorib. lib. 7. t. 18.*

ET pro, *id est:* stabulis, & receptaculis animalium publicorum, *l. 35. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

ETIAM, pro, *licet, quantumlibet*, initio *legis 2. de publica comparatione. lib. 11. t. 15.* vt docet coniunctio, *l. 4. tributa in ipsis spec. lib. 11. t. 2.*

EVAGARI. Copia latius *euagandi*, id est, cursus publici, *l. 39. de cursu. lib. 8. t. 5.* Tribuni vel milites nullam *euagandi* per possessiones habeant facultatem, cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant, *l. 12. de re mil.* V. Lamprid. *Alex. Seuero c. 51.*

EVECTIO, id est licentia cursus publici vsurpandi, *l. 4. 5. 8. 9. 12. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 27. 29. 32. 33. 38. 40. 41. 43. 44. 49. 52. 54. 55. 56. 57. 59. 61. de cursu publ. l. 2. de curiosis. l. 9. de Legatis:* vnde *euectiones* dare, *d. l. 12. in fin.* Emittere, *d. l. 33.* Facere *l. 5. 9. 12. 13. 19. 29. 38. 43. 52. 56. 57. 61. d. t.* Præbere, *l. 4. 18.* pro licentiam cursus publici facere. Itaque & 2.) *euectio*, pro ipsis literis, quibus euectio conceditur, *l. 9. 14. 22. 23. 29. 35. 49. d. t.* Vnde & series *euectionis, d. l. 22.* textus *euectionis, d. l. 22. in fin.* auctoritas *euectionis, d. l. 27. & l. 2. de curiosis.* Harum euectionum mentio apud D. Augustinum *epist. 55.* Seuerum Sulpitium, *lib. 2. cap. 42.* Symmachum, non vno loco, Cassiodorum XI. *Var. 9.* 2.) *Euectio*, de subuectione, conuectione, transuectione nauicularia specierum annonariarum, *l. 6. de prædiis nauic. lib. 13. t. 6. Cuius nomine vindicatio competit euectionis, ac melioratæ rei &c.* vbi tamen legendum *euictionis*. Sed occurrit *Naualis euectio* apud Victorem Vitensem *lib. 5. de persecut. Vandal. cap. 6. Omnis ciuitas euectione nauali de proximo ad Hispaniam confugit.* Fredegarium Scholast. *Chron. continuat. part. 2. in fin. pag. 676. Nauali euectione properat. Et continuat part. 3. pag. 679. Edit. Ruinart. Cupientes nauali euectione euadere.* Quibus locis *naualis euectio*, est expeditio, vsus omnis naualis. 3.) Tertium genus euectionis naualis ad cursum publicum: de quo vide quæ dixi ad *l. 48. de cursu publico.* 4.) *Euectio*, pro ipso cursu publico, *l. 3. de cursu. lib. 8. t. 5.* ibi, *Si a publico itinere aliqua militari via deuertendum fuerit, vbi euectio non erit, publicis vtemini agminalibus.* Quicunque de scriniis, aut Agentibus in rebus, vel etiam ex officiis Palatinis, his videlicet, qui sacrarum & priuatarum remunerationum Comitibus obsecundant, sex mensium spatium supra diem commeatus aut iussionem *euectionis* affuerit, is in inferiorem locum, &c. *l. 2. de commeatu. lib. 7. t. 12. Euectiones* publici cursus: vide *tit. 5. lib. 8. de cursu publico.*

EVERSOR. Officialis Comitis thesaurorum semel deprehensus *euersor*, &c. *l. 14. de diuersis officiis. lib. 8. t. 7.*

EVERTERE *rationem.* Si quem susceptorem euertisse constiterit rationem, & ad soluendum non esse idoneum, &c. *l. 1. de susceptor. lib. 12. t. 6.* Mox: Quidquid ille dilapidauit. Parauaredorum exactio multorum patrimonia, *euertit, l. 7. de cursu publ. lib. 8. t. 5. l. 1. D. si familia furtum.* Si quis sane decurio *euertens* fiscalia commoda, fugiens Curiam, &c. *l. 14. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

EVIDENS. *Euidenti* præceptione, consulentes, *l. 5. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15. Euidenti* præceptiones decernimus *l. vlt. de canon. frum.* Si *ex euidenti* claruerit, *l. vnic. de offic. Præfect. Præt. lib. 1. t. 5.*

EVOCATORIA, *l. 3. de Decur. & fil. lib. 6. t. 23.* Augusta iussio vocatur, *l. 14. de proximis. lib. 6. t. 26.* Vide *Commentar. ad h. leg.*

EVOLARE. Qui abhinc quinquennio desertis propriæ apparitionis obsequiis in ordines indebitos *euolarunt, l. 15. de diu. offic. lib. 8. t. 7.*

EVOLVTVS. *Euoluta* curricula, *l. 4. de reparationib. appellat. lib. 11. t. 31.* Si gemino lapsu causa fuerit *euoluta, l. vnic. de secundo lapsu. lib. 11. t. 32.* Si definitum tempus fuerit *euolutum, l. 22. de Præt. lib. 6. t. 4. Euoluto* anni spatio, *l. 25. de annona. lib. 11. t. 1. Euolutus* temporibus, *l. 1. de appell. lib. 11. t. 31.* Numero stipendiorum & curriculis *euolutis, l. 15. de diu. off. lib. 8. t. 7.*

EVOLVERE, pro *exsoluere.* Eas, quas melior viuendi vsus vinculo naturali conditionis *euoluit*, retrahi vetamus, *l. 4. de scænicis. lib. 15. t. 7.*

ΕΥΦΗΜΙΣΜΟΥ *formula.* Quod non optamus, *l. 4. de collat. donatar. lib. 11. t. 20.* vide plura *infra in v. Quod.*

EX. Sequestret pecuniam litigaturus *ex falso, l. vnic. si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* pro *de falso*: vel *ex falso* moto a se, id est, propter falsi crimen a se motum. *Ex* possessionibus Gildonis, quæ ad nostrum ærarium sunt deuolutæ, canonem omnium titulorum *ex integro* solemni more inputata cautione solui præcipimus, *l. 16. de bonis proscr. lib. 9. t. 42. Ex integro*, non, denuo & de nouo, sed plene, integre. *conf. l. 28. de susceptor. lib. 2. t. 6. Ex* pro a. Nec ab illis qui *ex patre* sunt, vindicentur, *l. 7. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

EXACVERE. Ne diutius in perniciem Curiarum, latitandi spes, & solatium eos inpunitatis *exacuat, l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

EXÆDIFICARE naues, *l. 28. de nauiculariis. lib. 13. t. 5.* Propria hæc vox. vide Plautum & Seruium ad Virgilium.

EXAGGERATVS. Et officium in quatuor partibus multa *exaggerata* constringat, *l. 5. ne quid publ. læt. lib. 9. t. 11. Exaggeranda* sententia, *l. 3. D. de Decurionibus.*

EXAGOGÆ: (ita enim restituo) *l. 6. de naucul. lib. 13. t. 5.* sunt euectiones nauales: *euectiones* nominatim vocantur, *l. 6. de prædiis nauiculariorum:* σύκων ἐξαγωγὴ, καὶ σίτου ἐξαγωγὴ, apud Isocratem, Plutarchum. Commeatus, *l. 7. de naucul.* Conuectio, *l. vlt. de præd. naucul.* Transuectio, *l. 1. de nauib. non excus. lib. 13. t. 7.* ita ἀναγωγαὶ Athenæo his verbis *lib. 9. cap. 16.* τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἔρυκι καιρός τις ἐστιν, ὃν καλοῦσιν ἀναγωγάς. *tempus quoddam est in Eryce Siliciæ, quod vocant transuectionem.* Aelianus ἀναγώγια vocat, I. ποικιλ 15. ex Athenæo.

EXAMEN ἐν σταθμικῇ, ligula, γλωσσίδα Græci vocant. Nullo examinis libramento seruato, *l. 1. de ponderator. lib. 12. t. 7.* Persius *Sat. I. v. 20.*

EXAMENVE improbum in illa
Castiges trutina. Seruius *ad XII. Æneid. v. 725. Examen proprie est filum, quo trutina regitur.* Cassianus *collat. 23. cap. 3.* Vetus Schol. Persii. *Examen est lingua*, &c. Virgilius XII. *Æneid. v. 725.*

Iupiter ipse duas, æquato examine lances
Sustinet.

Examen auri edaci flamma. Materia diu multumque flammæ edacis *examine* in ea obryza detineatur, quemadmodum pura videatur, *l. vlt. de*

de ponderatorib. lib. 12. t. 7. 2.) *Examen*, pro iudiciali cognitione. *l. 3. vnde vi. lib. 4. t. 22. Examen* cognitoris, *l. 181. de decurion. lib. 12. tit. 1.* 3.) *Examen*, pro iudicio. In examine poscere, *l. 1. de matern. bonis*, & ita hic vertunt βασιλ. ἐν δικαστηρίῳ. *Examen* adhibere, *l. 36. de appellat. lib. 11. t. 30. Examen* agitare, *l. 37. de appellat. lib. 11. t. 30. Examen* Iudicis, *l. 172. 175. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Iudex intendendi *examinis* & cognoscendi causas, habeat potestatem, *l. 18. de accusat. lib. 9. t. 1. Examini* Præfecti Prætorio Decreta legationum Prouincialium subdita, *l. 4. 15. de Legatis. lib. 12. t. 12.* (in eandem sententiam, vide *l. 3. 8. 10. 12. 14. eod.* Ita Concilio Sardicensi, *canone 9* cautum. *Qui Romam venerit* (Legatus) *Sanctissimo Fratri & Coëpiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces, quas habet, tradit: vt & ipsa prius EXAMINET SI HONESTÆ & iustæ sint*, &c.

EXAVCTORITAS. Militans *exauctoritatem* subibit decurio vel anceps relegatione annua plectetur, *l. 35. de cursu. lib. 8. t. 5. Exauctorandi* vox nota, a qua minus frequentata altera, *Exauctoritas.*

EXARDERE. Si iudex vel in condemnationibus exprimendis, vel in corporalibus iniuriis vltra licitum contra Curialem *exarserit*, *l. 47. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

EXCELLERE *moribus*. Magistros studiorum, doctoresque *excellere* oportet moribus primum, dein facundia, *l. 5. de Medicis. lib. 13. t. 3.* Vegetius *lib. 1. cap. 7.* de Tirone: *Et genere si copia suppetat, & moribus debet excellere.*

EXCEPTVS. *Excepta* omni concussione, id est, *exclusa*, *l. vlt. de frum. V. CSP. lib. 14. t. 16.*

EXCEPTOR publicus, *l. 151. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* & *Nouella Valent. inter Theodos. 23.* est, qui conficiendis gestis municipalibus præerat: qui *Amanuensis* vocatur, apud *veterem formularum auctorem form. 3.*

EXCIDIVM. Accipientem pudoris fortunarumque manebit *excidium*, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.* Quibus in legum nostrarum & in religionum *excidium* conhibentiam præstiterunt, *l. 29. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXCIPERE. *Excipere* Cruentas sententias, *l. 13. de bonis proscr. lib. 9. t. 12. Excipere* Stilum proscriptionis, *l. 15. de bonis proscr. lib. 9. t. 42. Excipere* Publicam sententiam *l. 17. eod.* Sic pœnam *excipere*. Saluianus *lib. 1. p. 19. Sententiam subiit, paradisum perdidit, pœnam damnationis EXCEPIT*, & *p. 37. Excipit vim sententiæ*, & *p. 52. Excipit iudicium.* Tum enim ordinis Senatorii complexus *excipiet*, &c. *l. 57. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

Nam si subeuntur prospera castra
Me pauidum excipiat tironem porta secundo
Sidere. Iuuenalis *Satyra 16. initio.*

EXCITARE. In contumacem vigor iudiciarius *excitesur*, *l. 19. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

EXCITATVS. In eos proculdubio vindicaturus, quorum fuerit deuota desidia *excitata*, *l. vnic. de officio Vicarii. lib. 1. t. 6.* (forte *indeuota.*) *Excitata* autem est, cognita, perspecta.

EXCLVDERE, erogare, promere. Actuarii, nisi expleto 30. dierum spatio, pittacia authentica confestim tradiderint, species quas ex fiscalibus conditis dissimularint *excludere*, vel numero, cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare, &c. *l. 16. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Educere Horatius dixit, *horreo deripere*, de horreo promere *3. Carm. 28. v. 8.*

Parcis DERIPERE horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram.

προσαιρεῖν Græci, quod notum. Alio sensu excludi aqua *l. 1. §. 2. D. de aqua & aqu. pluu. arc.*

EXCOLERE vetera opera, *l. 19. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* Ædificium, *l. 44. D. de vsufr.*

EXCVBIAE. Officium tuum sollicitis obseruet *excubiis*, *l. 1. de Alex. pleb. primat. lib. 14. t. vlt.* Vinciatque custodia, & *excubiis* sollertibus vigilanter obseruet, *l. 13. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

EXCVLPERE, exsculpere. An exactores, vltra quam oportuit, de fortunis Prouincialium aliquid *exculpere* voluerunt, *l. 3. de annona. lib. 11. t. 1.* Nihilque amplius Duces Sportulæ solemnia prætextu conentur *exculpere*, *l. 9. de cohort. lib. 8. t. 4.* Statutum multæ modum ab his mox iubemus *exculpi*, *l. 65. de appellat lib. 11. t. 30.* Cum si ea prouocatio aduersum leges fuerit emissa, facile post iudicium sacri examinis ab huiusmodi litigatoribus multa possit *exculpi*, *l. 44. de appellat. lib. 11. t. 30.*

EXCVRARE. E cursu clabulari singulas angarias ad exhibendam humanitatem venientibus *excuretis* (hactenus male, *excusetis*, vide quæ ad *eam l.* dicta nobis:) & mox, *aliquid excurare vltra quam*, *l. 5. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

EXCVRRERE. Quæ securitas ad Ordinariorum iudicum, Officiorumque terrorem debebit *excurrere*, *l. 11. de extraord. lib. 11. t. 16.*

EXCVSSVS temporibus, *l. 7. de repar. appell. lib. 11. t. 31.*

EXECRABILIS. *Execrabilia mysteria* hæreticorum, *l. 57. de hær. lib. 16. t. 5. Execrabiles* Manichæorum conuentus, *l. 35. de hæret. lib. 16. t. 5. Execrabiles* religiones & professiones, id est hæreses, *l. 61. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXECRANDVS. *Execranda* sceleris temeritas, de hæreticis, *l. 51. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXEDRA, *l. vltim. de operibus public.* vide *Vitruu. Ind.* Sunt loca seu diætæ, non deambulandi gratia prope porticus ædificata, sed consessus caussa, multorumque hominum capacia, qui coire, docere, disputare, audire cupiebant. Vid. *Comment. ad cit. leg.*

EXEMPLA. Vt quos ad vitæ decora, ad domesticæ laudis *exempla* non prouocant, saltem correctionis medicina compellat, *l. vnic. de emendat. propinq. lib. 9. t. 13.* Neque Curialis aut cohortalini filius conditione deserta ad aliam audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum *exempla* præiudicant, *l. 28. de cohort. lib. 8. t. 4.*

EXEMPTVS. Negotium temporibus *exemptum*, *l. 1. de temporum cursu. lib. 2. t. 6.* id est, cuius tempus elapsum.

EXEQVI, pro consequi, *l. 5. de metatis.* Exequi proprias allegationes in iudiciis, *l. 45 de Decurion. lib. 12. t. 1.*

EXERCERE *Exercere* adulterinam monetam (*l. 6. §. 1. D. ad L. Iul. priuil.*) *l. 2. de falsa mon. lib. 7. t. 21.* 2.) *Exercere* agros, *l. 10. de lustrali conlatione. lib. 12. t. 1.* rus, *l. 5. Cod. Iust. de vectigal.* Qui ex rebus nostris vel paruum, vel minorem iugerationis modum studio cultionis *exercet*, *l. 33. de Decur. lib. 12. t. 1. Exercere* Loca. Vt loca absentium squalentia, & situ dissimulationis horrentia *exerceant*, *l. 11. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* 3.) *Exercere* metalla, *l. 11. 13. de metallis. lib. 10. t. 19.* Exercitium metallorum, *l. 3. eod.* Pacatus, Panegyrico *ad Theodosium cap. 28. Nec enim, qui Regibus mos est, EXERCENDIS inuigilabat metallis, vt latentia natura bona in vsum arcesseret*, &c. 4.) Opus exercere.

cere. Vt sub præsentia eius opus, quod *exerceri* cœptum fuerit, construatur, *l. 13. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

EXERCITATIO. Si & censu opulenti erunt, & *exercitatione* quantulacunque eruditionis, *l. 8. de cohortalibus. lib. 8. t. 4.*

EXERCITIA *terrarum.* Quot sint casarii vel coloni, quot boum, *exercitiis* terrarum atque vomeribus instruentium, *l. 7. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Vide supra *exercere.* Huc pertinent illa Horatii *Epod. 2. v. 3. rura bobus exercet suis.* 2.) Pistrinorum *exercitium*, *l. 6. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Vide Sueton. *Octauio c. 4. l. 18. §. 1. D. de instructo, l. vlt. D. de excusat.*

EXERERE. Iudices auctoritatem suam *exerant* in contumaces debitores, *l. 16. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* In eos vigor iudiciarius *exeratur*, *l. vlt. de superexact. lib. 11. t. 8.* Pœna conpetens *exeratur*, *l. 1. de abolition. lib. 9. t. 37.* Pœna *exeratur*, *l. 32. de petition. lib. 10. t. 10.* Conpetens in eum vindicta & præsens sententia *exeratur*, *l. 2. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Capitalis in eum seueritas *exeratur*, *l. vlt. de desertoribus. lib. 7. t. 18.* Seueritas conpetens *exeratur*, *l. 8. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* 2.) Versutias *exerere*, *lex 27. quorum appellationib. lib. 11. t. 35.* 3.) *Exeri* adsertio dicitur. Si plena, vt iubemus, adsertio per litigatorem in iudiciis *exeratur*, *l. 11 de appellation. lib. 11. t. 30.* Huc pertinent illa: In aliquem supplicium *exeri* (pro quo Tribon. *exerceri*,) *l. 1. ad l. Iul. de vi. lib. 9. tit. 10.*

EXERTVS. *Exerta* auctoritate mandamus, *l. 34. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* *Exerta* dupli animaduersione, *l. vnic. ne conlatio per logog. lib. 11. tit. 4.* Ita vt *exerto* vigore Præfecti Vrbis libræ auri pondus exactum, &c. *l. 13. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

EXHAVRIRE. Peremptoria præscriptio, totius negotii cognitionem tollere, & vires principalis negotii *exhaurire* dicitur, *l. 3. de diuersis rescript. lib. 1. t. 2. (l. 2. Cod. Iust. de precib. imp. off.)*

EXHAVSTVS. *Exhaustum* spatium, id est, elapsum tempus, *l. 1. de repar. appell. lib. 11. t. 31.*

EXHIBITIO. Publici cursus *exhibitio* (id est, *cura mancipatus*,) *l. 51. de cursu. lib. 8. t. 5.* *Exhibitio* thermarum, id est calefactio, *l. vn. de mancip. thermar. lib. 14. t. 5.*

EXHIBERE. Humanitatis instar *exhibere*, *l. 6. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.* vide *infra Humanitatis. Exhibere* ludos, *l. 2. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

EXIGI, id est, celebrari. Editiones in his (locis) debent *exigi* quas delegit antiquitas, *l. 1. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* 2.) *Exigi*, id est, censeri, æstimari, dici, constitui: Cunctis accusationis huius licentia absque metu delationis indulta. Neque enim *exigi* (id est, haberi,) conuenit proditorem, quem pro pudicitia religionis inuitat humanitas, *l. vlt. de raptu vel matrim. lib. 9. t. 25.* 3.) *Exigere*, quandoque pro definire, constituere. Virgil. 4. *Æneid. v. 476.*

Decreuitque mori, tempus secum ipsa modumq;
EXIGIT

4.) Quinque auri librarum multam *exigatur*, *l. 2. de murilegul. lib. 10. t. 20.* Totiens multam *exigatur*, *l. 54. vers. ac ne id solum de hæret. lib. 16. t. 5.* Indiscreta dignitate pœnas debitas *exigatur*, *l. 1. de priuil. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* vide *infra Petantur.* Sancimus quinquaginta auri libras officium Palatinum de suis facultatibus *exigi*, *l. 22. de petition. lib. 10. t. 10.* 5.) Si iure delata contestationibus tempora debitor taciturnus *exegit*, *l. vnic. si certum petatur de chirogr. lib. 2. t. 27.*

Id est, *transiit, abire fiuit:* hinc exactum pro transcurso, præterito, vide *Nonium.*

EXILIVM. Deportationis exilium, *l. 1. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26.*

EXIMIVS. Meritum *eximiæ* singularisque virtutis, *l. 16. de Episcop. lib. 16. tit. 2.* est clericatus. ὑψηλὴν πολιτείαν, Gregorius Nyssenus variis locis vocat: Latini Scriptores, *sublimius* propositum. Vnde contra apud D. Augustinum, *Laicus inferioris propositi:* Probabilis seculo disciplina, *l. 44. de Episcop.* 2.) Quorum *eximius* labor, *l. 3. de Agentibus in rebus. lib. 6. t. 27. l. 34. D. de donation.*

EXISTIMATIO. Vniuersa integra in liberos proximos vel in quoscunque alios arbitrii sui *existimatione* (pro arbitrio suo) transcribant, *l. 27. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

EXITVS. Deportationis *exitum* sortiatur, *l. 5. de Decur. lib. 12. t. 1.* Tenet quis *exitium.*

EXORCISTA, *l. 121. de Decurion. lib. 12. t. 1.* vbi dixi.

EXORS. Conlatione Iuniorum habeantur *exortes*, *l. 13. de Agentib. lib. 6. tit. 27.* vt a tyronum præbitione reddantur *exortes*, *l. 2. de Palat. S. L. lib. 6. t. 30.* *Exortes* omnino volumus esse pœnarum, *l. 2. de quæstion. lib. 9. t. 35.* Quæstionis *exortem*, *l. 1. de quæstion. lib. 9. t. 35.*

EXOSVS. Institutio Deo atque hominibus *exosa*, *l. 12. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXPECTARE. *Expectante* populo, pro spectante, *l. 6. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* 2.) Eos par atque ipsos reos pœna *expectet*, *l. 1. de his qui latrones. lib. 9. t. 28.* 3.) *Expectaretur*, id est, timeretur, *l. 32. de nauicular. lib. 13. t. 5.*

EXPEDIRE. Si quis ad fugienda sacramenta militiæ fuerit inuentus truncatione digitorum damnum corporis *expedisse* (procurasse) *l. 5. de tyronibus. lib. 7. t. 13.*

EXPEDITIONALIS annona, *l. 4. 5. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* est *buccellatum* & *acetum:* vide *supra buccellatum.* Forte vox ea restituenda apud Suidam: vbi sic scriptum, ἐσκεπονδίαι κατὰ Ῥωμαίους στρατιωτικὰ ἐφόδια. *Escupondiæ apud Romanos nominantur commeatus militum.* Scribam ἐξπεδῖται; quamquam in Glossis Basilicis, σεσκεπόνδια editum. Vide *not. 4. ad d. leg. 4.* ibique Lud. Kusteri sententiam. 2.) Portus *expeditionales*, *l. 35. de nauicul. lib. 13. t. 5.* *Expeditionales* portus, *l. 2. de naufrag. lib. 13. t. 9.*

EXPENSIO. *Expensionis* modum, *l. 24. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

EXPENSÆ vel *Expensa* proprie de annona militari, *l. 22. de annona & trib.*

EXPERS. Officiis publicis atque Militiæ muneribus *expertes*, *l. 6. de honor. codic. lib. 6. t. 22.*

EXPERIENTIA, de Parabolanorum cura, qui curandi gerunt *experientiam*, *l. 43. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

EXPERIMENTA. *Experimentis* nuperrimis palam factum est, *l. 4. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

EXPETI, adorari. *l. 38. de hæret.* 2.) *Expeti* vocibus populi ad clericatum, *l. 49. de decurionib. lib. 12. t. 1.*

EXPIARE. Condignis tantum nefas cruciatibus *expiari*, *l. 1. de crimine peculatus. lib. 9. t. 28.* Grauis est ista commotio, ac non ferenda iracundia iudicis, quæ effusione humani sanguinis *expiatur*. *l. 14. quor. appellat. lib. 11. tit. 36.*

EXPLANARE. Quæ legis suæ verba aliis quoque scitis clemens conditor *explanauit*, *l. 14. quorum appellation. lib. 11. t. 36.*

EXPLICARE. Eo tempore, quo contractus solemniter

niter *explicatur*, *l. 2. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* *Explicare* desideria, *l. 7. de Legatis. lib. 12. t. 12.* 2.) Qui *explicauerit* (adplicauerit) mansionem, si forte boues non habuerit, immorari debet, *l. 1. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* Munus *explicare*, *l. 177. de Decur. lib. 12 t. 1.* Prætores qui loco p imo sunt, in *explicando* munere non cogantur excedere, *l. vlt. de Prætor. lib. 6. t. 4.* *Explicare* (id est peragere) necessitatem, fungi munere, *l. 1. de protostasia. lib. 11. t. 23.* 3.) *Explicare* opus, *l. 21. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* 4.) Aduersario supræsedente, quominus *explicaret* (id est, adimpleret) ea quæ spoponderat, *l. 5. de pactis. lib. 2. t. 9.* 5.) *Explicari sacris*, id est, solui familia & potestate patris, *l. 7. de Decur. lib. 12. t. 1.*

EXPLORARE. Præsentium vel futurorum *explorare* veritatem, *l. 9. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Valerius *lib. 1. cap. 6. Solemnique sacrificio voluntates Deorum EXPLORARET.*

EXPRIMERE condemnationes Iudex dicitur, *l. 47. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

EXPROMI. Supplicium iustæ animaduersionis *expromi*, *l. 44. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXQVISITVS. Placet mulieri non licere propter suas prauas cupiditates marito repudium mittere *exquisita* causa, (colore quæsito) velut ebrioso aut aleatori, aut mulierculario, nec vero maritis per quascunque occasiones vxores suas dimittere, *l. 1. de Repudiis. lib. 3. t. 16.* Nec *exquisita* commentis ars eiusmodi subornetur, vt, &c. *l. 15. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Nec inter emptorem & venditorem solemnia in *exquisitis* cuniculis celebrentur, *l. 2. de contrab. empt. lib. 3. t. 1.* Neque vmbra aliqua *exquisitæ* defensionis aut muniminis obducetur, *lex 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Protrahens matremfamilias e domo sua in publicum, capitali pœna, vel *exquisitis* potius exitiis suppliciisque plectatur, *l. 1. de officio Iudicum omnium, lib. 1. t. 10.* *Exquisita* lucra, *l. 32. in fin. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* *Exquisitis* pœnis, *leg. 3 ad l. Iuliam, de adulteriis. lib. 9. t. 7.* *Exquisitis* remediis prospexit, *l. vlt. de mauicular. lib. 13. t. 5.* Qui terminatam rescribto, vel consultatione quæstionem *exquisito* suffragio refricare conabitur, *l. 6. de appellat. lib. 11. t. 30.*

EXSECARE, (marmora, lapides) de lapidicinis, *l. 8. 11. de metallis. lib. 10. t. 19.* Secare, *l. 1. eod.*

EXSECRANDVS. Delatorum *exsecranda* pernicies, *l. 2. de petition. lib. 10. t. 10.* Exsecrabiles nuntiatores, *l. 4 Cod. Iust. eod.* *Exsecranda* dæmonum sacrificia, *l. 23. de Paganis. lib. 16. t. 10.* *Exsecrandæ* hostiarum immolationes, *l. vltim. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

EXSECVTIO, de obsequio & officio Agentis in rebus, *l. 11. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

EXSEQVI pro consequi, *l. 5. de metatis.* Sibi quisque obnoxium *exsequatur* (pro, persequatur) *l. 16. in fin. de Palatin. lib. 6. t. 30.* *Exsequi* proprias allegationes in iudiciis, *l. 45. de Decur. lib. 12. tit. 1.*

EXSEQVIÆ. Dolor in exsequiis secretum amat. Iulianus *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.* *Exsequiarum* pompa. Iulianus *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.*

EXSERENDVS. In eos protinus vltio competens *exserenda* est, *l. 22. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

EXSORS. Omni inquietudine ciuilium functionum *exsortes*. *l. 9. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Temonariæ functionis fieri iubemus *exsortes*, *l. 14. de extraord. lib. 11. t. 16.* Nec hi sane pœnæ *exsortes* futuros sese credant, &c. *l. vnic. de saturianis. lib. 7. t. 19.*

EXSVRGERE. Mox in ipsos capitaliter *exsurgendum*, *l. 7. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

EXTERMINARE. Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis *exterminentur* iudiciis, si posthac eos ad fines earum vel propinqui putauerint deferendos, *l. 20. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Ab ipsis etiam Vrbium mœnibus *exterminato* furore propelli iubemus, *lex 6. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* *Exterminatus* genitali solo ad quamcunque in longinquo positam ciuitatem mittatur, *l. 1. de falsa mon lib 9. t. 21*

EXTIMARE pro existimare. Qui vero id vobis *extimatis* conducere, *l. 2. de maleficis. lib. 9. t. 15.*

EXTOLLERE. Duumuirum impune non liceat *extollere* potestatem fascium extra metas propriæ ciuitatis, *l. 174. de Decur. lib. 12. t. 1.*

EXTORRIS. *Extorres* (sustineri potest: etsi probabiliter admodum elegantissimi ingenii Vir Fornerius II. *Quotid 9. exortes* reponat) fint ab omnibus quibus inhiauerant bonis, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Vide ibi *notas*. *Extorrem* impetrata fortuna, *l. 6. de custod. reor. lib. 9. tit. 3.* ἐκπίπτοντα τῆς ἀξίας, Græcis. Ex vel de ciuitatibus pellantur *extorres*, *l. 31. 32. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXTRA noxam esse, *l. 40. de hæret. lib. 16. t. 5.*

EXTRANEVS. *Extranearum* sibi mulierum consortia interdicta cognoscant (Clerici) *l. 44. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* συνεισάκτους Græci *canone 3. Concilii Nicæni:* vbi recte Rufinus & vetus interpres, συνείσακτον EXTRANEAM vertunt: eosque secuti alii; plura dixi ad *d. l. 44.* Adde Muratorii *Disquisit. de Synisactis & Agapetis p. 218. Anecdot. Græcor.*

EXTREMVS, Defessæ senectutis *extrema*, *l. 16. de cohortalibus. lib. 8. t. 4.* *Extrema* suffragia sunt sacramenta *l. 1. de scænicis. lib. 15. t. 7.* vide *infra Suffragia*: & quæ dixi ad *eam leg.*

EXTRINSECVS. Aliunde. Nam ita eos munimus, vt nullius conuentioni patiamur *extrinsecus* subiacere *l. 2. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17.* Salua possidentium proprietate, quibus in perpetuum quæsita est firmitas possidendi, deliberationis nostræ sit, qualiter his, qui allegationes suas probauerint, beneficio lenitatis nostræ *extrinsecus* debeat subueniri, *l. 3. de bonis vacantibus. lib. 10. t. 8.* Multæ quoque nomine dimidium *extrinsecus* pretii cogatur inferre, *lex 20. de Prætoribus. lib. 6. t. 4.*

EXTRVDERE. Nec enim videtur conueniens, cum inlustribus viris vnam, in qua ipsi habitant, domum excusare concessum sit, alios (puta militares viros) & sua omnes domu *extrudere*, & alienis ædibus inferre molestiam, *l. 15. de metatis. lib. 7. t. 8.* Legendum hic forte: *& suis omnes domibus extrudere.*

EXVERE *se crimine*. Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, *exuerint*, *l. 12. de accusat. lib. 9. t. 1.* Ita quoque Chrysostomus, *homil. 2. in epist. ad Rom.* τό τε ἔγκλημα ἀποδυσάμενος τῆς ῥαθυμίας, *exuens crimen desidiæ.* Imo & Latini sæpe. Imo & Iosephus 2. ἁλώσ. *cap. 8.* ἀπεδύσατο τὰς πρὸς βασιλεῖς αἰτίας, *exuens culpam apud Reges*, &c. Quare recte locum illum Chrysostomi tuetur Doctissimus Doucæus. Nullis *exuendum* se indulgentiis recognoscat, *l. 11 de Paganis. lib. 16. t. 10.* Antequam re conuicta crimen agnoscat, & *exuat* dignitatem, *l. 1. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.* *Exuere* potestate, id est, *emancipare*. Vt liberos suos *exuant* potestate, *l. 16. de Prætor. lib. 6 t. 4.* & mox, vinculis curæ *exutos*. Propriis facultatibus *exuatur*, *l. 5. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.*

Ea

Ea pecuniæ taxatione quam dederint, *exuantur*, *l. 5. de iis quæ admin. lib. 8. t. 15.* *Exutus* omni patrimonio suo, *l. vnic. de his qui se defer. lib. 10. t. 11.* *Exui*, excusari, liberari. Neque ob hoc sordido quolibet, minimoue *exuatur*, *l. 153. in fin. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Ita reponendum: hactenus *tueatur*. Curiales in exitium Curiarum se conantur *exuere*, &c. *l. 149. de Decurion. lib. 16. t. 1.* Si quis municipum militiam debitis prætulerit functionibus, nullis priuilegiis, nullis postremo temporibus *exuatur*, *l. 154. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Inlustrium Virorum liberos, si non otio & torpore degeneri paternam *exuere* virtutem, *l. 155. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Curialia vincula non *exuant*, *l. 155. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Præiudicio contractæ, non suo vitio, tarditatis *exutus*, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10*

EXVRGERE. Ne clementia nostra ob contumaciam dissimulantium in maiorem indignationem *exurgat*, *l. 146. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

F

FABRICAE, sunt opera publica, *l. 13. de Pratorib. lib. 6. t 4.* *Fabricæ*, horrea publica. Quos inuenies *fabricarum*, (id est, horreorum publicorum: de his enim *hac lege* agitur) destructionis auctores, &c. *l. 12. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Eam fabricam, quam administrationis tempore debueras fabricare, *l. 13. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* loquitur de turribus in limite. *Fabrica* publica, *l. 30. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *Fabrica* formæ, pro aquæductu, l. 1. *de aquæductu. lib. 15. t. 1. l. 1. Cod. Iust. eod.* Ne aliquid nouellum adgrediantur opus, veterum inlustrium *fabricarum* reparatione neglecta, *l. 16. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

FABRICATIO (fabricari nauis dicitur, & *l. 13. §. 1. D. de manum. test. l. 3. D. de vacat. & excus.* & locis aliis) lusuriarum, (nauium lusoriarum) *l. vnic. de lusoriis Danubii. lib. 7. t. 17.* *Fabricatio* publica, id est opus publicum, *l. 2. de sepulchro viol. lib. 9. t. 1.*

FABVLÆ *nutricum*. Et quoniam parentum sæpe custodiæ Nutricum *fabulis* & prauis suasionibus deluduntur, *l. 1. de raptu Virginum. lib. 9. t. 24.*

FACIENDA. Ab Edicti nostri tenore, quo tempora negotiis *facienda* (statuenda, præfinienda) esse censuimus, *l. 7. de iure fisci. lib. 10. t. 1.*

FACES *calumniarum*. Ne igitur ea, quæ aboleri ante censuimus, nouis *calumniarum facibus* inardescant, *l. 2. de Curator. Kalend. lib. 12. t. 11.*

FACIES Principis in nummo, *l. vnic. si quis solidi circulum. lib. 9. t. 22.* Iuuenalis *Satyr. XIV. v. 291.*

Concisum argentum in titulos FACIESQVE minutas.

Vide *infra Vultus.*

FACILE, id est, temere, *l. 4. de Agentib. in reb. l. 3. de fide testium.*

FACTA. Honorati, qui lites habere noscuntur, his horis, quibus causarum (suarum) merita vel *facta* panduntur, residendi cum Iudice non habeant facultatem, *l. vnic. de officio Iudicum ciuilium. lib. 1. t. 8.* In quibusdam Cod. Iust. *fata*, vt *l. 41. hoc Cod. de appellat.* disceptationis *fata*. Sed *facta* recte tuetur Cuiacius *Obseruat. XVI.* Vide *not. g. ad d. l.*

FACTIO de eo, qui moram iniicit alicui, ne ad diem se sistat, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.* 2.) Si quis Barbaris scelerata *factione* facultatem deprædationis in Romanos dederit, *l. 1. de re militari. lib. 7. t. 1.* 3.) *Factio* scelesta, coniuratio in Principem. Quisquis cum militibus, vel priuatis Barbaris, scelestam inierit *factionem*, aut factionis ipsius susceperit sacramenta, &c. *l. quisquis 5. ad l. Corn. de sicar. lib. 9. t. 14.*

FACTIONARII, qui præerant factionibus agitatorum. Erant enim quatuor factiones, seu scholæ agitatorum circensium, a diuersis coloribus nomen habentes, quarum frequens est mentio apud Scriptores huius æui. Equos Hispani sanguinis vendendi solitam *factionariis* copiam non negamus, *l. 1. de equis Curulib. lib. 15. t. 10.* vbi dixi.

FÆX. Quæcunque ex *cuiusmodi fæce* progenitæ scænica officia declinarint, *l. 9. de scænicis. lib. 15. t. 7.* Ex viliori sorte, *l. 4. eod. tit.* vnde hæc nona repetita. Ita scribendum, pro *huiusmodi*. Abit nimium Fornerius III. *Quot. 12.* cum reponit *humiliori*. Quos origo habet ignobiles, & ex seruili *fæce* prorupisse demonstrat, *lex 18. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* Seruili *fæce* descendens, *l. 21. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

FALCIDIA. De *falcidia*: vide & *l. 28. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

FAMA. Nouis molitionibus industriæ captare *famam*, *l. 2. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *Famæ* & propriis laudibus prouidere Iudex publicis operibus debet, *l. 20. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Quæ res in eam *famam* mali iugitate peruenit, vt, &c. *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

FAMOSA ἁπλῶς pro famosis libellis, *l. 7. de famosis libellis lib. 9. t. 34.* Græci quoque φάμωσσον, φάμυσσον. Harmenopulus *lib. 5. tit. 1. §. 24.* *Glossa* βασιλ. *voc.* φάμυσσα. Suidas *in voce* Ἰοβιανός. Ἀπέσκωπτον δὲ αὐτὸν ᾠδαῖς καὶ παρῳδίαις καὶ τοῖς καλουμένοις Φαμώσοις, *insectati eum sunt carminibus & parodiis & famosis libellis.* Tzetzes *Hist. Chil. 13. v. 489.*

> Φάμυσσα δέ μοι λέγεσθαι τοῖς νομογράφοις νόει,
> Τὰ ἔγγραφα ληρήματα κατὰ τῶν ὑπερόχων
> Ἅπερ λαθραίως καὶ κρυφῇ ταῖς ἀγοραῖς ῥίπτονται.

Photius *Nomocan. tit 9. c. 36.* bis *pag. 1022. Edit. Iustelli*, ποιούντων φάμυσσα, vbi vide Balsamonis *notam. Eclog. Basilicon lib. 35. tit. 1. c. 19. pag 322. Edit. Leonclau.* ὁ διὰ φάμυσσον καταδικασθείς, *is, qui ob carmen famosum damnatus est.* Alia loca vide apud Du Fresne *in Glossario voc.* φάμωσσον. Claud. Salmasius ad Capitolini *Antonin. c. 8.* illa, *famosa voce percussus est*, vrget, rescribitque *famoso percussus est*, quasi famoso libello. Verum, recte se Capitolini habent verba, nihilque mutandum, vti apparet ex *Commentario ad dict. leg. 7.*

FAMOSVS. Eunomiani, Macedoniani, Arriani nec non Apollinariani inter sacræ religionis officia pro suis erroribus *famosa* sunt nomina, *l. 13. de hæret. lib. 16. t. 5.*

FAMILIAE. Successio *familiæ*, *l. 57. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Eodem sensu quo, in XII. *AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO: SI AGNATVS NEC ESCIT, GENTILIS FAMILIAM HÆRES NANCITOR.* 2.) *Familia* Conchilegulorum, *l. 5. de murilegul. lib. 10. t. 20.* Gynæcei, *l. 7. de murileg.* 3.) *Familia*: de his, qui circa cursum publicum destinati, occupati, *l. 21. de cursu. lib. 8. t. 5.* 4.) *Familia*

lia militum, *l. 3. de re militari. lib. 7. t. 1.* Ammianus *lib. 20. c. 4. Familiarum* militarium quoque Codinus in *Constantinopol. Origin. p. 10. Edit. Reg.* meminit. Has secum ducere, nisi ex Principis auctoritate non licuit, *d. l. 3.* & Ammianus *d. loco.* Harum appellatione quid veniat. vide *d. l. 3.* 5.) *Familiæ* videntur dicti ii tirones, qui in castris quidem erant, sed nondum in numeris. Fortissimi ac deuotissimi milites, *familiæ* quoque sed & cæteri quibuscunque præditi dignitatibus, *l. 17. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Tam numeris, quam *familiis*, nec non & impedimentis, *l. 28. eod. tit.* Adæratarum annonarum, quæ *fam liis* præberi consuerunt, *l. 31. d. t.* Vide *Commentar. ad d. l. 17.* 6.) In pabulis vel sumptu *familiæ* ministrando, *l. vlt. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* Vide Frontinum, *de Colonis pag. 111. inter Script. Rer. agrar. Wilelm. Gœsii.* & Mauricii 2. *strateget. cap. 2.* Dixi ad *eam l. 17.* vbi & sequentes leges illustraui. Si quos etiam Veterani seruulos *familiasue* ad agrum duxerint, immunes perpetuo possideant, *l. 8. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* A Prouinciarum Rectoribus caueatur, vt tam numeris, quam *familiis* nec non & impedimentis præter eas annonas, quæ adærantur, id tantum in specie præbeatur, quod militis flagitarit inspectio, *l. 28. de erogatione militaris ann lib 7. t. 4.*

FAMILIARES, a seruis separantur, *l. 3 ne præter crimen maiest. lib. 9. t. 6. Familiares*, Domesticos interpretatur *Anianus.* In *ead. leg.* mox legitur: *familiaritati* & dominio inhærere. 2.) De *familiaribus* epistolis, vide *l. vnic. quod. iussu. lib. 2. t. 31.*

FAMVLANTES, Curiales functionibus & muneribus Curiæ satisfacientes, *l. 96. de Decurionibus. lib 12 t. 1.*

FAMVLARI. Functioni *famulari*, *l. 35. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Obsequio *famulata* seruili, *l. 3. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* In qua eum Gentilitia constiterit superstitione *famulatum*, *l. 12. de Paganis. lib. 16 t. 10.* v. Tertull. *de Idololatr. c. 3.* Vt priuatis indulti meatus mensura *famuletur*, (sufficiat) *l. 6. de aquæductu lib. 15. t. 2.*

FAMVLATVS. Qui tituli possint *famulatus* nexibus liberare eum, *l. 3. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* Iugo laxatus herili, *Claudiano in IV. Cos. Honor. v. 614.* Prouinciarum Iudices, ita nostris *famulatum* statutis deferendum esse cognoscant, *l. 23 de Iudæis. lib. 16. tit.* 8.

FANVM, *l. vlt. de pagan. lib. 16. tit. 10.* Erat quicunque locus diis dicatus, consecratus. *Fanorum* mentio quoque fit *l. 12. 13. 19. dict. tit.* Vide *Comment. ad d. leg. vlt.*

FAS est, sequi nos paternæ dispositionis arbitrium, *l. 11. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14. Fas* erit excusari, *l. 155 de Decur. lib. 12. t. 1. Fas* non est, *l. 1. de operibus publ. lib. 15 t. 1.*

FASCES ciuilium partium consecuti, nulla prius laboribus rudimenta posuerunt, *l. vnic. qui a præbitione tironum. lib. 11. t. 10.* Duumuirum impune non liceat extollere potestatem *fascium* extra metas propriæ ciuitatis, *l. 174. de Decurion. lib. 12. t. 1. Fascis* multæ, *l. 22. de appellat. lib. 11. t. 30. Fasces* consularitatis, *l. vlt. ad l. Iul. de ambitu.*

FASTIBVS pro *fastis.* Ita demum de *fastibus publicis* hi, qui ex superfluo veniunt, eximantur, *l. 6. de tyronibus, lib. 7. t. 13.* His Consulibus reuerentia in lectione recitantium tribuatur: qui tunc in Oriente annuos Magistratus, *victuris* perpetuo sunt *fastibus* auspicati, *l. 9. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.* Ita vtrobique legi *fastibus* potest: Imo in priore debet. Lucanus *lib. 10. v. 187.*

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus:

Quo loco Lucanum Seruius male reprehendit ad *III. Æn. v. 326.* scribens: *Nam liber, qui dierum habet computationem, secundæ declinationis est: vnde errauit Lucanus dicendo, &c.* Columella IX. 14. *sequor nunc Eudoxi & Medonis FASTVS Astrologorum*, quem locum etiam annotauit pro Lucano contra Seruium Ph. *Beroaldus.* Horatius *Carminum IV. 14. v. 4.* vt est in Codicibus nonnullis, obseruante Torrentio:

Per titulos memoresque fastus

Varro, *in Ephemeride apud Priscian. l. 6. p. 711. inter Grammat. Putschii. Postea honoris virtutum causa Iulii Cæsaris, qui fastus porrexit, mensis Iulius appellatus est.* Sidonius ad Maiorianum *Carm. XII. v. 8.*

Sic lustro Imperii perennis acto
Quinquennalia Fastibus dicentur.

Vide Priscianum, *lib. 6. de desinentibus in VS. pag. cit.* & *Commentar. ad d. leg. 6. de tironib.* in quo Horatii locus, male ex *tertio* libro *carminum* excitatus, suo loco reddendus restituendusque est. Cæterum *Fastorum* cum de Coss. agitur mentio signata. Claudianus *in VI. Honorii Consulatum v. 640.*

Iamque nouum FASTIS aperit felicibus annum.

Item Panegyr. *in Stelicon. lib. 2. v. 4.*

FASTISQVE suum concesserit annum.

FASTIDIVM vel gratia cognitoris, *l. 6. de Iurisdict. lib. 2. t. 1.* Suscipientium *fastidium*, i. e. repudiantium probam massam obryzæ, *l. 12. de susceptoribus lib. 12. t. 6.* Ne fluctuet dubius, si de alieno (adsertoris scilicet) necesse habebit pendere *fastidio*, *l. vlt. de liberali causa. lib. 4. t. 8.*

FASTIGIVM. Ambitiosum adorationis *fastigium*, *l. vnic. de Imaginibus imp. lib. 15 t. 4.* in Cod. Iust. *fastidium.* Consulatus præponendus est omnibus *fastigiis* dignitatum, *l. vnic. de Consulibus. lib. 6. t. 6.* Nec personæ merito nec honoris *fastigio* defendendus est, *l. 1. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Summum Præfecturæ *fastigium*, *l. vlt. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* Ad Præpositi sacri cubiculi gradum *fastigii. l. vnic. de præpos. sacri cubiculi. lib. 6. t. 8. Fastigium* Presbyteri, *l. 121. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Nec intelligunt *fastigiis* promotionis in sublime prouectos, ab immunitate legitima exui minime oportere, *l. 5. de priuil. eorum qui in s. pal. l. 6. t. 35.* Senatorium *fastigium*, *l. 2. de Senator. & glebali conlat. lib. 6. t. 1.*

FASTVS. Numerariorum *fastus* vel rapaces quæstus, *l. 11. de priuil. eorum qui in sacro pal.*

FATA disceptationis. Ad eos iudices disceptationis *fata* transeant, &c. *l. 41. de appellat. lib. 11. t. 30. Fata retractari.* In criminalibus (causis) in quibus vitæ hominum salutisque quodammodo *fata* retractantur, appellationes, &c. *l. 20. de appellat. lib 11. t. 30.* 2.) *Fata* pro morte. Si quis eorum *in fata* concesserit, *l 34. de erogat. mil. ann lib. 7. t. 14.* Cum *in fata* concedit, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2* Sin vero *fati* munus expleuerint, *l. vlt. de metatis. lib. 7. t. 8.*

FATALIS. Conditio *fatalis*, *l. 8. de Medicis. lib. 13. t. 3.* Mors. *Fatalis* necessitas, pro morte, *l. vnic. de bonis decur. lib. 5 t. 2. Fatalis* necessitas. *l. 2. de emendat. seruor. lib. 9. t. 12.* Si *fatali* sorte fuerit consumptus, *l. 3. de dotibus. lib. 3 t. 13.* id est, morte. Si quis filiam Decurionis suo iunctam consortio *fatali* sorte perdiderit, *l. 124. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

FATIGARI vtilitas prouincialium dicitur tributorum exactione. Ne separatim ab vnoquoque auro exacto, multis & assiduis incrementis Prouincialium vtilitas *fatigetur*, *l. 2. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Ammianus *lib. 17 cap. 10. Militibus alimenta præberet, susceptorum vilium more, securitates*

ritates accipiens pro illatis: quas si non ostendisset in tempore, sciret se rursum ea de re FATIGANDVM. Et diutius non oportet priuatorum siue fisci emolumenta *fatigari* (id est, *eludi*) *l. 4. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* Ne Prouinciales rei priuatæ nostræ *fatiget* immunitas, *l. 6. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* Ne publicarum rerum statum *fatigent*, *l. 3. de spectaculis. lib. 15. t. 5. Fatigatos* itineribus *l. 3. de Episcopal. iud lib. 16. tit. vlt.* ita enim ibi legendum, non *flagitatos*. Vid. *not. f. ad leg.*

FATISCERE. Lex cohibet aliquid noui operis adripere prius quam ea, quæ victa senio *fatiscerent*, repararent. *l. 15. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

FAVENTES. Ignoscentes facto potius quam *fauentes*, *l. 24. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

FAVOR. Quodlibet *fauoris* gratiam præferens, *l. 5. de appell lib. 11. t. 30.* Minax *fauor* Rectoris Prouinciæ, *l. vnic. si quacunque præditus potest. lib. 3. t. 11.* vide *eam leg.* Male in Iustinianeo *fauor*. Cunctos Iudices admonemus, vt ludorum quidem, quibus moris est intersint festiuitati, & oblectamentis *fauorem eliciant populorum*, *l. 2 de expens. ludor. lib. 15. t. 9.* Symmachus *lib. 6. epist 42. Longe ante ludos, & ipsos iungendis equis erudire debemus, & nouitate eorum fauorem plebis allicere.* Vid. *not. d. ad d. l. 2.* Fauentes editionibus populos, ea lex, *plausores* vocat.

FAVORABILIS editio, *l. 145. de Decur. lib. 12. t. 1.*

FAVSTVS. Si quando *faustorum* nuntiorum gaudia Prouincialibus intimantur, *l. 3. ne quid publ. latit. lib. 8. t. 11.*

FECVNDITAS. *Fecunditatis priuilegium*, idem cum iure liberorum, *l. 8. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* vide quæ dixi ad *c. 14. l. Iul. de maritandis ordinib* Sin autem sola supererit mater, Papiæ tamen legis priuilegiis destituta, neque trino partu *fecunditati* publicæ gratiosa *l. 9 de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.* Petantur futuræ partitudinis testimonia, adhibitisque custodibus *fecunditas* publica seruetur, *l. 10. de bonis proscript. lib. 9. t. 42. Fecunditas, de liberorum numero.* Principum liberi, si singuli essent, memoratæ ciuitatis Curialibus iungerentur: sin vero bini, diuisa *fecunditate* singuli militiæ, singuli vero Curiæ necterentur, *l. 105. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.*

FELIX. Quando votis communibus *felix* annus aperitur, *l vnic. de oblat. votor. lib. 7. t. vlt.* Quos emeritos *felicibus* castris, &c. *l. 3. in fin. de testimon lib. 7. t 21. Felicis* natalis nostri die, *l. 6. de curiosis, lib. 6. t. 29. Felicibus* pro salute Reipublicæ expeditionibus occupati, *l. 14. de metatis. lib. 7. t 8.* Lautum adeo *felixque* patrimonium, *l. 11. de fil. mil. appar. lib. 7. t 22.* Populus *felix*. Non inuidemus, sed potius cohortamur amplectenda *felicis populi* studia, gymnici vt agonis spectacula reformentur, *l. 3. de scænicis. lib. 15. t. 7.* Qui proxime signis *felicibus* adplicati militiæ rudimenta timuerunt, *l. 4. de desertor. lib. 7. t. 18.* Lucanus I. *v. 374. per signa decem felicia castris.*

FELICITAS. Si quis Senatorium fastigium generis *felicitate* sortitus, &c. *l. 2. de Senatoribus & glebali conlat. lib. 6. t. 2.* ἐκ προγόνων λαμπρότατος ὤν, *a maioribus illustrissimus*, Synesius *epist. 38.*

FELICITER. Ex quartadecima *feliciter* futura indictione, *l. vlt. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.*

FERAX Si quis *feracium* ramorum fetus hebetauerit, *l. 1. de censitoribus lib. 13. t. vlt. Cultorum feracium multiplicantes annuos fructus*, Ammianus *lib. 14. cap. 6.*

FERALIS. Insutus culleo & inter *ferales* eius angustias comprehensus, serpentum contuberniis misceatur, *l. vnic. de parricidio. lib. 9. t. 15.* Antra *feralia*, Ecclesiæ hæreticorum, *l. 57. de hæret. lib. 16. t. 5.* Infandæ & *ferales* mentes Apostatarum, *l. 5. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Ministri *ferales*, *l. 6. de custod. reor. lib. 9. t. 3.* Sunt *clauicularii*, ministri, qui carcerem & reorum custodiam gerebant. *Feralia mysteria* hæreticorum *l. 7. vers. illud etiam, de hæret. lib. 16. t. 5. Feralis pestis.* Hos (magos) quoniam naturæ peregrini sunt, *feralis pestis* absumat, *l. 5. de maleficiis. lib. 9. t. 16* Viuicomburium accipio: etsi Græci gladii pœnam, & Photius 9. *Nomoc. 25.* bestiarum supplicium intelligant: vide quæ ad *eam leg.* dixi. *Feralia sacrilegia* rebaptizantium, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6. Feralis secta* Iudæorum, *l. 1. de Iudæis. lib. 16. t. 8. Feralibus* carcerum tenebris, *l. 1. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Metallorum *ferales officinas vocat* Tertull. *lib. de cultu fœm.*

FERIRE. Multa *feriendum*, *l. 40. de hæret. lib. 16. t. 5.* Quinque librarum auri multa protinus *feriatur*, *l. 179. de Decur. lib. 12. t. 1.* Capitali sententia *feriatur*, *lex 8. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Capitali sententia *ferietur*, *l. 2. de raptu vel matrim. sanctimon. lib. 9. t. 25.* Multa duarum librarum auri *feriatur*, *l. 5. de fabricensib. lib. 10. t. 22. Feriri damno.* Anianus ad *l. 5. de diu. rescript. lib. 1. tit. 2.* multari. Eadem vtrumque raptorem seueritas *feriat*, *l. 1 de raptu vel matrim. sanct. lib. 9. t. 25.* Quinis auri libris *feriendos*, *l. 8. de murilegulis. lib. 10. t. 20.* Quæ occultatores certa *feriri* pœna voluerunt, *l. 162. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Quinque libras auri multæ nomine *feriatur*, *l. 15. de re militari. lib. 7. t. 1.* Ex condemnatione *ferietur*, *l. 7 in fin. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Memorata multa *feriendos*, *l. 4. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.* Decem libris auri condemnatione *feriendum*, *l. 5 de Iurisdict. lib. 2. t. 1.* Quinque librarum auri condemnatione *feriantur*, *l. 8. in fin. de Iurisdict. lib. 2. t. 1.* Capitali sententia esse *feriendos*, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Pontius *in V. D. Cypriani. Sententia ex tabella recitata est: ita: Cyprianus gladio feriatur.* D Ambrosius *5 epist. Resistentes gladio feriri. Publica iactura* nauium quoque dominis *feriendis*, *l. 1. de nauib. non excus. lib. 13. t. 7.* Vltimo supplicio *feriantur*, *l. 36. de hæreticis, lib. 16. t. 5.* Fortunarum propriarum *feriantur* dispendiis, *l. 34. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Quinquaginta libris condemnatione *feriantur*, *l. 15. quorum appellat. lib. 11. t. 36. Feriri* multa, *l. 3. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Centum librarum auri multa *ferietur*, *l. vltim. ne conlat. transl. lib. 11. t. 22.*

FERITAS. Barbarica *feritas*, *l. 2. de postlim. lib. 5. t. 5.* Hoc enim & Tyrannici furoris & Barbaricæ *feritatis* occasio persuadet, *l. 2. de itor. & itin. custod. lib. 7. t. 16.*

FERRI pœna *l. 1. ne præter crimen maiestat.* Vid. *Paratitlon de pœnis*

FERVOR, *l. vlt. de legit. hæred.* Per omnes Regiones, in quibus fera, & periculi sui nescia latronum *feruet* insania, *l. vltim. de defensor. ciuit. lib. 1. t. 11.*

FESSVS. Nam remedia *fessis* quibusque (Prouincialibus) necessaria, nostro arbitrio decernentur, *l. 14. de Legatis lib. 12. t. 12.*

FESTINVS. *Festina* celeritate, *l. 52. de hæret. lib. 16. tit 5.* Qui ceteros in labore positos *festina* cupiditate transierint, *l. 7. de re militari. lib. 7. tit. 1.*

FESTIVITAS. *Festiuitas* Paschæ, *l. 6. in fin. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.* Solemnes *festiuitates*, id est, ludi, & officia magistratuum, *l. vnic. de Præposit. sacri cubicul. lib. 6. t. 8.* *Festiuitas* de spectaculis, *l. 3. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* Vt ludorum intersint *festiuitati*, *l. 2. de expensis ludorum. lib. 15. t. 7.* Exceptis Alytarchis, Syriarchis, Agonothetis, itemque Asiarchis, & ceteris, quorum nomen votiua *festiuitatis* solemnitas dedicabit, *l. 2. de expens. ludor. lib. 15. t. 9.* Principis natalium *festiuitatibus*, *l. 30. de Prætor. lib. 6. t. 4.* Id est, ludis & spectaculis.

FETVS ramorum feracium, *l. 1. de censitor. lib. 13. t. vlt.* *Fetus* Agrorum, *d. l. 1.* vide *infra Fœtus.*

FIDVS. Si quinquennii tempus *fida* obsequii deuotione (tyro) conpleuerit, *l. 6. de tyron. lib. 7. t. 13.* *Fida* perueſtigatione, *l. 3. de tabul. lib. 8. t. 2.* *Fida* prosecutio, *l. 175. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

FIDELIS. Fidelis in Ecclesia qui: vide *Sacra*, & *titul. Apostat.* *Fidele*, id est, firmum, ratum. Stabit ratum ac *fidele*, quod iudicia nostra rescribserint, *l. vlt. de appellat. lib. 11. t. 30.* Ita Poëtæ Persio *Satyra 2. v. 41.*

- corpusque FIDELE senectæ

Quod scilicet firmum ad senectam. Artis huius peritis omne commisimus sub *fideli* arbitratione iudicium, *l. 4. finium regundor. lib. 2. t. 26.* Agrimensor dirigatur ad loca, vt si *fidelis* inspectio tenentis locum esse probauerit, *l. 1. finium regundor. lib. 2. t. 26.* Horatius *de Art. Poet. v. 181.*

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus:

vide quæ notaui ad v. *Inspectio.* Est autem *fidelis* inspectio proprie hic, quæ fit ex fide terminorum. *Fidelis* obsequii officia, *l. 5. & l. 8. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* Mos retinendus *fidelissimæ* vetustatis, *l. 4. de testam. lib. 4. t. 4.* vide Rittershus. *in Plin. p. 131.*

FIDES. Super *fide* casus, (id est, super veritate) examen agitetur, *l. 2. de naufrag. lib. 13. t. 9.* *Fides Catholica*: titulus de ea 1. *lib. 16.* *Fides* censuum, *lex vltim. ne conlatio translatio. lib. 11. t. 22.* Patroni fiscalium commodorum *fidem* cum veritate tueantur, *l. 3. de aduocato fisci. lib. 10. t. 15.* Venditionis atque emptionis *fidem*, nulla circumscriptionis violentia factam, *l. 1. de contrab. empt. lib. 3. t. 1.* Quotiens in discrepatione constiterit inique discussionem factam, & *fidem* facti non poterit adprobare discussor, *l. 1. de discussoribus. lib. 11. t. 26.* *Fides* hastæ, *tit. 17. lib. 10. de fi de & iure hastæ.* *Fides* Testium & instrumentorum, *titulus libro 11. vlt.* *Fides* & constantia, de legatis, *l. vltim. de Legatis. lib. 12. t. 12.* *Fides*, pro depositione, *l. vlt. de fide testium. lib. 11. t. vlt.* eiusque probatio. Placiti *fides*, *l. 5. de pactis. lib. 2. t. 9.* v. Symmachum *lib. 7. ep. 108.* *Fides* viarum, id est, constantia. Claudianus *de raptu lib. 2. v. 188.*

- - astra viarum
Mutauere fidem.

FIDICVLÆ, vide *l. 7. 2. de quæstion. lib. 9. t. 35.* & Isidorum. V. *Etym. 25.*

FIDVCIA. Qui accusandi *fiduciam* gerit, oportet comprobare, *l. 2. de famosis libell. lib. 9. t. 34.* 2.) Pignoris adque *fiduciæ* obligatio, *l. 9. de infirm. his quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.* De *fiducia* in emancipationibus, vide *l. 3. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.* vbi dixi *in Commentar.*

FILIIS, pro *filiabus.* His, qui supererunt ex priore suscepti matrimonio *filiis* relinquat, *l. 2. de secundis nuptiis. lib. 3. t. 8.* vide *ipsam legem.* Lenones patres, qui suis *filiis* vel ancillis peccandi necessitatem inponunt, nec iure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur ancillis *filiabusque* si velint, liceat, &c. *l. 2. de lenonibus. lib. 15. t. 8.* Tribonianus reposuit, *filiabus.*

FILICON: vide *infra Philicon.*

FIMVS. Vt nullus immundo *fimo* sordidatis fluentis commune poculum polluat, *l. 13. de re milit. lib. 7. tit. 1.* Mox: turbido potum cœno misceat.

FINES, pro domibus, *l. 20. de Episcop. lib. 16. t. 2.* ibi, *viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos ad fines earum vel propinqui putauerint deferendos.* Lapsus enim Baronius, qui vna voce, *Adfines* vel *affines* legit. 2.) Sine vllo ætatis *fine*, *l. 3. de indulgent. debitorum. lib. 11. t. 28.*

FIRMVS. Aui nostri pro patribus *firma* lege sancxerunt, *l. 2. de reuoc. donat. l. 8. t. 13.*

FIRMATVS. *Firmata* ætas, *l. vnic. de his, qui veniam æt. lib. 2. t. 1. 7.* *firmissima*, *d. l. vnic.* vbi dixi. Virgilius *Eclog. 4. v. 37.*

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

Lucanus *lib. 2. v. 631.*

Tunc sobole e tanta natum, cui firmior ætas Affatur.

FIRMAMENTVM. Nemo scriptis proprium auferat robur, & non scriptis, sub prætextu nostri, vel potentium nominis, ingerat *firmamentum*, *l. 5. in fin. de testam. lib. 4. t. 4.*

FIRMARE, pro affirmare. *Firmantes*, pro affirmantes, *l. 1. de his qui per metum Iudicis. lib. 11. t. 34.* Vt septem vel octo annorum constitutos nominasse *firmentur*, *l. 29. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

FISCALIA absolute, sunt annonæ, tributa quæ fisco debentur, *l. 7. de annona. lib. 11. t. 1.* pro quo alibi, fiscale onus, *l. 17. d. t.* pensitatio fiscalis, *l. 12. eod.* D. Ambrosius *in ep. ad Romanos c. 13.* *Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicuntur FISCALIA, vt subiectionem præstent*, &c. Scholia Anonymi ad illa Iuliani *Antecess. c. 72.* tributa fisco. *Nota*, inquit, *quando is, qui nihil possidet, FISCALIA dare cogitur.*

FISCALIS. Copiæ *fiscales*, id est, annona publica reposita in horreis, *l. 4. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Fiscalis panis, seu Ostiensis, *l. vnic. de pretio panis Ostiensis. lib. 14. t. 19.* qui de fiscali frumento, quod Ostiæ, pistoribus vendito confectus, populo Romano vendebatur: v. *l. 1. 4. de canon. frum. V. R.* Eius mentio in veteribus Glossis Persii, ad illud *Satyræ III. v. 112.*

Populi cribro decussa farina.

Farinam, inquit, *panem non deliciosius crebro discussum, sed plebeium de populi annona, id est, FISCALEM dicit.* Lapsus Lipsius 2. *de magnitud. 10. p. 125.* qui ex eo de Scholiastis loco, *Fiscalem* eundem cum *Gradili* putauit. Gradilis enim gratuitus: Fiscalis, venditus, vt ex illa *l. vnic.* constat manifestissime.

FISTVLÆ, quibus ex castello aqua in priuatorum prædia ducebatur *l. 2. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* vbi dixi: vide *Frontinum de Aquæductu.*

FIXVS. *Fixum* edictum, *l. 29. de petition. lib. 10. t. 10.* vt in ea *l.* repono. *Fixæ leges*, quod notum. ex Brissonio *Formul. lib. 2. num. 17.*

FIGERE. Æternam *fiximus* legem, ne vnquam, &c. *l. 11. de murileg. lib. 10. t. 20.*

FLAGELLVM, pro quadriga, quod vno flagello, vel auriga regeretur. Singulos solidos per singulas redas, id est, quas quadrigas vel *flagella* appellant,

Iant, percipiatis, *l. 5. de curiosis. lib. 6. t. 29.* Vide *Commentar.* ad *h. l.*

FLAGITIVM, de contubernio Decurionis & ancillæ, *l. 6. in medio. de Decurion. lib. 14. t. 1.* 2.) *Flagitium* morum, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* 3.) *Flagitia* Iudæis tribuuntur, *lex 6. de Iudæis. lib. 16. tit. 8.*

FLAGITARI & *admitti* vt differunt, Vid. *l. 8. de fide testium.*

FLAGITIOSVS. Sin vero *flagitiosa* ignauia delitescat, *l. 4. de desertor. lib. 7. t. 18.*

FLAMINES, municipiorum, ceu cuiusque ciuitatis Sacerdotes, de his v. *Parat. tit. de Paganis. tit. 10. lib. 16.*

FLAMINIVM, id est, honor & sacerdotium flaminis. Post *flaminii* honorem & Sacerdotii, &c. *l. 21. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Sidonio *lib. 5. epist. 7.* FLAMONIVM. *Hi sunt, qui inuident prædia prouincialibus; flamonia municipibus.* Et Isidori Gloss. *Flamonium, honor qui datur Flaminibus.* Inscriptiones veteres pariter *Flamonium* præferunt, vt apud Gruterum CXCV. 5.

L. FL. VALENS
OB. HONOREM
FLAMONII
B. P. D.

Et apud eundem CCLIV. 5.

M. VLP. HAD F. DIVI TRAI. NEPOT
DIVI. NERVAE. PRONEP. AEL. HAD
ANTONINO. AVG. PIO. PONT. MAX
TRIB. POT. V. COS. IIII. P. P
Q. AVRELIVS. Q. F. PAP. TERTIVS
DEC. COL. SARM. OR. HONOR
FLAMOMI - - - ET
H. S. LXXX. N AD. ANNONAM
DEDIT
L. D. D. D.

Flaminium veteres. Hinc *flaminio abire* dixit Valer. Maximus *lib. 1. cap. 1. num. 4.* & *flaminio decedere*, Gellius *lib. 10. cap. 15.* Vide etiam Tertullianum de *spectacul. c. 12.* Valesium ad Marcellin. *lib. 28. c. 6.* & *Commentarium ad leg. 21. de Decurionib.*

FLATVRARII, qui pecunias conflabant, *l. 6. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* vbi dixi.

FLAVIALIS Prætura: *l. 5. 13. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

FLOS. In ipso ætatis *flore*, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. tit. 20.*

FLORENTISSIMVS. Florentissimus cœtus, id est Senatorius, *l. vlt. de vsuris. lib. 2. t. vlt. Florentissimis* legionibus inserendus, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

FLVCTVARE. Ne fluctuet dubius, *l. vltim. de liberali causa. lib. 4. t. 8.*

FLVENTA. Nullus immundo fimo sordidatis *fluentis* commune poculum polluat, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.*

FOEDVS. Et quoniam ad potentium domus confugisse quosdam relatum est Curiales, vt tam *fœda* perfugia prohibeantur, multam statuimus, *l. 50. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Fœda* commenta, sunt quæsita Palatinorum suffragia, quibus nonnulli ad honores & officia adspirabant, *L. 1. si cert. pet. de suffrag. lib. 2. t. 29.* *Fœda* vexatio rei familiaris, est erogatio, profusio. Dum vniuersi indebitæ dignitatis infulas fœda *familiaris rei vexatione* mercantur, *l. 27. de decurion. lib. 12. t. 1.*

FOEDARE. Ne volentibus liceat temere *fœdare* connubia, proximis necessariisque personis solummodo placet copiam deferri accusandi (adulterii) *l. 2. ad l. Iul. de adulter. l. 9. t. 7.* Deformant matrimonia *in fin. l.* 2.) Iudaica nota *fœdare*, id est circumcidere, *l. 22. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* 3.) Quæcunque ab his *fœdantibus* honores, consumpta sunt, *l. 26. de Decur. lib. 12. t. 1.* De his, qui *honorarias* dignitates pretio consecuti.

FOEDVS. Secludimus mulierem, quæ in secundi matrimonii *fœdus* innubserit, *l. 1. de reuocat. donatar. lib. 8. t. 13.* Ac si numero maritorum matrimonii *fœdere* fulcirentur, *l. vnic. de infirm. pœn. lib. 8. t. 18.* *Fœdus* coniugale, *l. vlt. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.* *Fœdus* naturale, de proximis, *l. 44. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Curiam cui aut necessitudinis *fœdere*, aut nexu sanguinis teneantur, *l. 122. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

FOEDERATI & Dedititii in exercitu seu militia Romana, *l. 16. in fin. de tyron. lib. 7. t. 13.* ad quam *l.* dixi fuse.

FOEDITAS. Adulterii *fœditas*, *l. 4. de indulgentiis criminum. lib. 9. t. 38.*

FOEMINEVS. Mancipia *fœminea* erudita Musicæ artis studio, *l. 10. de scænicis. lib. 15. t. 7.* id est *psaltriæ.*

FOENEI, defectiue, qui fœneos & defectos agros possident. Nouerint igitur officia ad se omne dispendium redituum, si occultatis idoneis, eorum locum *fœneos* defectosue subiecerint, *l. 3. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.* Apud Ciceronem quoque *fragm. Cornel. cap. 1. homines fœnei*, hoc est nullarum virium, sine ingenio, sine literis. Ortum Prouerbium a pilis, seu simulacris hominum ex fœno, ad proritandos tauros in spectaculis: Vide Asconium in *Cornel.* Ita *fœneos Imperatores*, vocauit Pescennius teste Spartiano *in Pescen. c. 12.* τὲς ὀδένας καὶ ὀτιδανὲς. Consule Salmasium *ad Spartian. l. c.*

FOETVS feracium ramorum hebetare, *l. 1. de Censitorib. lib. 13. t. 11. Fructuarii arborei fœtus*, Ammiano *lib 23. c. 6.* & paulo post, *arborum fœtus.* Cassiodoro I. *Variarum 12. fœtus arborei & 35. messium fœtus.*

FOLLIS. Primæ Præturæ, quæ Flauiali nuncupatione signatur, viginti & quinque milium *follium* erogationem præscripsimus, *l. 5. de Prætorib. lib. 6. tit. 4.* Vide Commentarium ad *h. l.* & ibi conspectum legum omnium, in quibus facta *follis* mentio. Est autem follis proprie crumena vel pecuniæ sacculus, Vegetius *lib. 2. cap. 20.* Sed pro ipsa pecunia cœpit accipi, & docuit Gronouius *de pecun. veter. IV. 13. 16*, follem sequiori æuo idem fuisse, quod sestertium apud antiquos. Sunt autem duo follium genera, vt ex legibus huius Codicis, quas collectas vides, *ad d. l. 5*, Epiphanio *de mensur. & ponderib. in fin. Glossis* βασιλ. Suida *voc.* φόλις, est colligere. Vel enim κατὰ δηναρισμὸν, pro specie nummorum æreorum, folles dicuntur, vt in *d. l. 5. l. 3. de Veteran. l. 3. de pistorib.* vel καθ' ἀργυρισμὸν, pro maiore, pecuniæ summa, quæ in follibus colligitur, accipiendi, *l. 21. de prætorib. lib. 6. t. 4.* Candidati (Præturæ) cum *duos folles*, aut *quatuor*, aut certe amplius in possessione habebunt. Vide *Commentarium ad leg. vn. de mens. oleariis, lib. 14. t. 24.* & *ad leg. 1. si quis pecun. conflauer. lib. 9. tit. 23* Du Fresne *in Glossario vtroque*, Petauium *Diatrib. de folle Tom. II. Oper. Epiphan. pag. 431.* Baronium *in Annal. ad an. 330. n. 43.* Brissonium *de V. S.*

FOMES, pro augmento. Iubemus quidquid ex prædicta ratione adcreuerit, ad cumulum memoratæ auri quantitatis, & frumentarii tituli *fomitem* redundare, *l. vlt. de frum. V. CSP. lib. 14. t. 16.* 2.) *Fomes*, incitamentum. Nullum *fomitem* calumniæ patimur litis accendi, *l. 29. in fin. de petition. lib. 10. t. 10.* Cauendum est enim, ne in-

ficiandi *fomitem* ministremus obnoxiis, *l. vnic. si cert. petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Nec sententiam iudicantum aut inlicito patrocinii sui *fomite* iura conturbent, *l. 1. de conductor. & domin. dom. August. lib. 10. t. vlt.*

FONS μεταφορικῶς. Legum *fonte* demanans sententia, *l. 3. de pactis. lib. 2. t. 9.*

FORINSECVS. Inuigilantibus *forinsecus* quoque officiis publicis, *l. 4. de desertor. lib. 7. t. 18. Extrinsecus*, reposuit *Tribon.* Sed vocis huius elegantiam similibus exemplis recte stabilit & asserit Sauaro in Sidonii *lib. 7. ep. 14.*

FORMAE, pro aquæductibus, *l. 1. 8. 9. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* & *l. 3. de calcis coct. V. R.* Hinc & *formarum* meatus, *d. l. 1.* (vt aquarum meatus, *d. l. 8.*) fabrica *formæ*, *d. l. 1.* repurgium *formarum*, *d. l. 1.*

FORMA, pro castello, quo aqua, cùm ad mœnia Romanæ Vrbis venisset, excipiebatur primum: indeque per matrices fistulas in alia castella minora diffundebatur, *l. 5. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Isidorus *Or. 19. c. 10. Formæ, per quas aquæ per modulos certos diuiduntur.* Vide & Frontinum *de aquæductu.* Sidonium *lib. 1. epist. 5.*

FORMAE erant gradus certi in singulis scriniis & scholis, & quasi characteres, quibus manipuli, sic vt dicam, scholarium & scriniariorum inter se distabant. Haut aliter, vt inter Comites, alii ordinis primi, alii secundi, alii tertii fuere, sic inter Palatinos *S. L.* siue in scriniis Comitis S. L. fuere qui *Primæ formæ, Secundæ & Tertiæ*, dicebantur, *l. 7. de Palatinis S. L. lib. 6. tit. 30.*

FORMA, pro ratione & dispositione. *Forma* indictionis, *l. 19. de annona lib. 11. t. 1. Forma* inlationis, *l. 20. de annona:* & *leg. 7. de diuersis rescript. Forma* iuris, *l. 146. de Decurion. lib. 12. t. 1. Forma* Legis, *l. 147. de Decurion. li. 12. t. 1. Forma* publici iuris, *l. 2. de Decur. lib. 12. t. 1.* Omnes, quos olim legum *forma* complectitur, *l. 8. de iis, quæ administr. lib. 8. t. 15* 2.) *Forma* nummi, *l. vnic. si quis solidi circulum. lib. 9. t. 22.* Venerabiles *formæ* sunt vultus Principis monetæ impressi, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* 3.) Oraculi nostri *forma* comprehendit, *l. vnic. in fin. de rei vindicat.* i. e. præscriptum edicti. 4.) Pretii *forma.* Non semper, nec in omnibus locis vna est *forma* pretiorum, &c. *l. 2. de suariis. lib. 14. t. 4.* Hinc FORMALE pretium: cuius stata vnaque semper forma est, *l. 62. D. ad l. Falcidiam.*

FORMARE nummum falsa fusione, *l. 3. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* Nummus *formari*, *l. 1. de expens. ludor.* 2.) *Formare* sententiam, *l. 2. vt intra annum. lib. 9. t. 36.*

FORMARI, pro informari. Cunctos *formari* plenius conueniet, vt in &c. *l. 2. de publ. comparat. lib. 11. t. 15.*

FORMIDABILE. Iudicum *formidabile* ministerium, *l. 1. vnde vi. lib. 4. t. 22.*

FORMIDO. His qui tempore conpetenti non appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegetur. Omnes igitur qui contra Præfectos Vrbi, &c. sub specie *formidinis* prouocationem non arbitrantur interponendam, a reuocanda lite pellantur, *l. 30. de appellat. lib. 11. t. 30.*

FORMVLÆ. FORMVLAS iuris ac legum qui pandat, *l. vlt. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.* Voluntates, *Tribonianus.* formulis vtpote sublatis. Sunt autem *formulæ iuris atque legum*, legis & iuris textus & dispositiones. Hoc sensu Iuuenalis *VIII. v. 50.*

Qui iuris nodos & legum ænigmata soluat.

Vbi Schol. id est, *quæstiones obscuras.* Sidonius etiam *lib. 4. epist. 1. Iurisconsulto obscurum* tribuit: vide & Nouellam *Theodosii 1.* & cætera, quæ *ad eam l. vlt. notaui.* Iurisconsultum Cicero *1. de oratore c. 55. Formularum cantorem* appellat. Nam & horum erat formulas componere. Vide Valer. Maxim. *lib. 8. cap. 2.* Itaque & *formularii*, qui formulas concipiebant apud Quintil. *lib. 12. c. 13. ad fin.*

FORTIS. Viri *fortes*, de militibus, *l. 12. de Veteranis*, *l. 28. de cohortalib.* Hinc formula illa, qua Imperatores milites alloqui soliti, *Fortes & fidi:* de qua vide Ammianum, *lib. 15. c. 6.* & *lib. 20. c. 5.* ibique Lindenbrogium. Etiam Christiani in suis supplicationibus, sic orabant, *Fortis esset exercitus & fidus.* Vide Prudentium in *Martyrio Romani Hym. X. v 416.* Tertullian. *Apologetico cap. 30.* & in epistola apud Vopiscum *in Aureliano cap. 41. Felices ac fortes exercitus Senatui Populoque Romano.* Themistius, *orat. 7. p. 88. Edit. Harduin.* ἡ Ῥωμαίων φωνὴ, τοῖς στρατιώταις ἐξ ἀνδρείας μόνης τὰς ἐπωνυμίας νομοθετήσας, *Romanorum lingua militibus de sola fortitudine imposuit nomen.*

FORTISSIMI milites, *l. 17. de erog. mil. ann. l. 4.* & *l. vlt. de milit. veste.* Consule *not. d. ad d. l. 17.*

FORTVITI casus, pro incendio, *l. 46. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

FORTVNA, pro conditione. Incongrua alicui *fortuna l. 183. de Decur. lib. 12. t. 11.* Miseranda *fortuna*, id est egestas, *l. vnic. de patrib. qui fil. distrax. Fortuna* pro origine, conditione, *l. 14. de priuileg. eorum, qui in s. pal. lib. 6. t. 35. Fortuna*, pro conditione, *l. 172. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Decurio, *fortunam* (conditionem) quam nascendo meruit, non mutet, &c. *l. 118. de Decur. lib. 12. t. 1. Fortuna* iudicii, *l. 7. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Experiantur iurgandi *fortunam*, *l. 2. de offic. Iudicum omnium. lib. 1. t. 10.* Si vsus fuerit in iudicio prosperiore *fortuna*, vel eadem *reclamante* deuictus, *l. vlt. de cognit. lib. 2. t. 12. Fortuna*, pro sæuitia maris, *l. 3. de canone frument. V. R. lib. 14. t. 15.* vide *l. 5. de naufrag.* quæ iungenda. *Fortunæ*, id est facultates, *l. 123. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1. Fortunæ*, pro bonis, *l. 20. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42. Fortunæ* donum, thesaurus. Eos qui suadente numine, vel ducente *fortuna*, thesauros reponerent, &c. *l. vltim. de thesauris. lib. 10. t. 18.* Thesaurus, *fortunæ donum*, *l. 63. §. 1. D. de acquir. rerum dominio.* Dei beneficium, *l. vnic. Cod. Iust. de thesauris:* δῶρα namque θεῶν dicta antiquis τὰ τυχηρὰ, id est, *fortuita.* Plutarchus, *quomodo legendi sint Poetæ;* τὰ τυχηρὰ τῶν ἀγαθῶν, ΔΙΟΣ ΔΩΡΑ κέκληκε, πλούτους καὶ ἀρχὰς καὶ πάντα ὅλως τὰ ἐκτός. *Fortuita bona, diuitias, principatus, & omnia omnino, quæ sunt extra nos, vocarunt Iouis dona. Fortunæ* munus de bonis ex defuncti successione alicui quocunque titulo delatis, *l. 27. de Episcop. lib. 15. t. 2. Fortunæ* iniuria miserabiles, morbo fatigati, debiles, *l. 2. de officio Iudic. omn. lib. 1. t. 10.* Omnes, quos parentum miseranda *fortuna* (id est paupertas) in seruitium, dum victum requirunt, addixit, &c. *l. vnic. de patribus qui filios distrax. lib. 3. t. 3.* Prosperioris *fortunæ* iudicio, *l. 14. de proximis. lib. 6. t. 26.*

FORVM competens cuiusque, patriæ forum, seu Cognitoris proprii, *l. 110. de Decurion. lib. 12. t. 1. Fori* præscribtionis obex, *l. 164. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Fori præscribtio, *l. 1. de accusat. lib. 9. t. 1.* Aperire *forum.* Sublimitas tua, det

Inqui-

Inquisitores, aperiat *forum*, indices delatoresque sine inuidia delationis accipiat, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.*

FOSSATVM. Munitio limitis atque *fossati*: *mox*, cura *fossati*, tuitioque limitis: *mox*, prouisio *fossati* limitisque, *leg. 1. de terris limitaneis. lib. 7. t. 15.* vbi dixi. Consule du Fresne *in Glossario vtroque.*

FRACTVS. Nisi qui aut *fractus* senio aut membris debilis, aut paruitate deformis, indignus consortio virorum fortium reperitur, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Ennius: *Sicut fortis equus spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia, fractus senio requiescit.* Ita vt *fractis* viribus grandæuam proferat senectutem, *l. 7. de fil. mil. appar. lib. 7. t. 22.*

FRAVS. Si in aliquo *fraudium* scelere fuerint deprehensi, *l. 11. de numer. lib. 8. t. 1.* Sine *fraude* molitionis, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.* Deprehensus *in fraudem*, *l. 9. de suariis. lib. 14. t. 4.*

FRAVDATOR. Callidi *fraudatores*. Nec enim fas est eludendi licentiam callidis *fraudatoribus* relaxari, *l. 8. quorum appellation. lib. 11. t. 36.*

FRAVDATORIVS. *Fraudatorium* Interdictum: vide *l. 1. de integri restit. lib. 2. t. 16.*

FRADVLENTVS. *Fraudulentæ* Artes, *l. 9. de Decurion.* Consilia *fraudulenta*, *l. 49. de Decur. lib. 12. t. 1.* Vorax & *fraudulentum* Numerariorum propositum, *l. 4. de numer. lib. 8. t. 1.* vbi dixi. Iisdem tribuuntur Fraudes versutæ, *l. 6. d. t.* fraudes, *l. 8. 15. d. t.* Fraudium futelæ, *l. 7.* Fraudium scelus, *l. 11.* Collusio, a Sidonio, *lib. 2. epist. 1.* & Fastus & rapaces quæstus, *l. 11. de priuil. eorum, qui in sacro pal.*

FREDIANI, professionis gentilitiæ nomen per Africam, *l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10.* vbi dixi.

FRENVM. Vt iudicibus immodice sæuientibus, *freni* quædam adtemperies adhibita videatur, *l. 2. de custod. reor. lib. 9. t. 3.* Qui aduersus statuta huius oraculi, auida cupiditatis noluerit *frena* cohibere, &c. *l. 6. de aquæductu. lib. 15. t. 2.*

FREQVENTARE. Et crebra interrogatione *frequentetur*, num quid noui resideat, *l. 1. de Iudiciis. lib. 2. t. 18.* Vide quæ dixi ad *eam leg.* Vt in monetis tantum nostris cudendæ pecuniæ studium *frequentetur*, *l. 3. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* Agite igitur securi atque ita patrimonia vestra tenete, colite, *frequentate*, vt boni seculi poscit affectio, *l. 19. de petition. lib. 10. t. 16.* Quo remotis, abiectis, pessimis, criminosis, spectata militia in statum pristinum reuocata bonorum virorum collegio *frequentetur*, *l. 18. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

FRIVOLVS. Quicquid elicitum fuerit, *friuolum* iudicetur, *l. 4. de denuntiat. lib. 2. t. 4.*

FRONS. Atque hæc omnia per eos commissa, qui ad tegumenta *frontis*, sacerdotii nominis titulos præferebant, *l. vltim. de Episcop. iudic. lib. 16. t. 12.* Id est, ad tegendam audaciam & impudentiam.

FRVCTVS aridi, *l. 15. de susceptorib. lib. 12. t. 16. l. vlt. in fin. de iure fisci.*

FRVGES arentes, *l. 1. de vsuris. lib. 2. t. vlt.* sunt messes. ξηρὸς καρπός, Nouella *Iustin. 32.* Larido & vino opponuntur, *d. l. 15. de suscepto r.* Humidis frugibus, *d. l. 1.* Harum non tantum dispendium, quantum humidarum, *d. l. 15.* 2.) *Fruges*, pro bonis. Omnes adolescentes, qui honestate morum præditi, paternam *frugem*, vel maiorum patrimonia gubernare cupiunt, *l. vnic. de his, qui veniam ætat. lib. 2. t. 17.*

FRVI, cum accusatiuo. Integra beneficia *perfruantur*, *l. 2. de Veteranis.* Potestas & ius *fruendi* res liberorum suorum, *l. 1. de maternis bonis.* Veteres verbum *frui*, seu vt loquebantur *fruisci*, accusandi casui iunxisse Nonius Marcellus *cap. 2. num. 343.* & A. Gellius *lib. 3. c. 22.* testantur. Ita Cato apud Gellium, *loc. cit. Si quid est, quod vtar, vtor: si non est, ego sum, cuique per me vti atque frui licet.* & Nonius: *Quod magno opere quæsierunt, id frunisci non queunt.* Symmachus *lib. 2. ep. 22. Frui agrorum salubritatem*, & in *auctario ep. 3. Autumni bona raptim fruamur.*

FRVSTRA, id est temere. Ex priuatorum sollicitudine contractuum, qui *frustra* negantur, *l. 29. de petition. lib. 10. t. 10.*

FRVSTRARE. Ne conludio mancipum, quæ sunt iussa *frustrentur*, &c. *l. 110. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

FRVSTRATORIVS. *Frustratoriæ* defensiones, *leg. 16. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* *Frustratoriæ* dilationes, *l. 1. quorum appellation. lib. 11. t. 36.* Prouocationes *frustratoriæ*, *l. 4. 9. 10. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

FRVSTRATIO, tergiuersatio, mora. Si qui fiscale debitum per sententiam luere iussi appellationem *frustrationis* commento crediderint opponendam, *l. 21. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Frustratio* diuturna, *l. 8. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Cuiuslibet excusationis alterius *frustratione* submota, *l. 33. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Moratoriæ *frustrationes*, *l. 3. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Vt omnibus *frustrationibus* amputatis in petitorem corpora transferantur, *l. vnic. quorum bonorum. lib. 4. t. 21.* Omissa *frustratione* teneantur, *l. 1. de fisci debitor. lib. 10. t. 16.* *Glossæ Philos.* ἀνυπερθέτως, *inmoranter, incunctanter.* Omni *frustratione* submota, *l. 38. de Decur. lib. 12. t. 1.* Sine *frustratione* aliqua restituti, *l. 139. de Decur. lib. 12. t. 1.*

FRVSTRATVS, cui mora & frustratio iniecta, *l. 2. de susceptorib. lib. 12. t. 6.*

FVCATIO, de purpuræ tinctura. Quoniam trecentas libras blattæ sericæ clandestina *fucatione*, non sine læsæ maiestatis crimine, coloratas patefactum est, *l. vlt. de murilegul. lib. 10. t. 20.*

FVCARE. Ministri *fucandæ* purpuræ Ammiano, *lib. 14. cap. 9.* *Fucandæ* vel distrahendæ purpuræ. *l. 1 Cod. Iust. quæ res vendi.* Ausonius *Panegyr. cap. vlt. Prætextam meam purpuræ tuæ luce FVCATAM.* Virgil. *IV. Georg. v. 335.*

- - - Vellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore.

FVCATVS. Fucatum *nomen hæreticorum*, *l. 15. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Perfidia *fucata*, Donatistarum desperatio, *l. 37. de hæret. lib. 16. t. 5.* Est illud, quod Donatistæ Iuliano Apostatæ, quo videlicet ab eo restituerentur, dicere ausi sunt. *Quod apud eum solum iustitia locum haberet:* vt testatur Augustinus variis locis: vide *eum lib. 1. contra Respons. Parmen. cap. 7. in fin. & contra literas Petil. lib 2. cap. 97. & epist. 48. ad Vincentium:* & *epist. 166. ad Donatum.* Male itaque qui vocem hic *fucata* sollicitat & *fugata* intrudit.

FVCI. Simulacra, tam ex ære, quam ex marmore seu ex *fucis*, quam ex quacunque materia quæ apta est effingendis, *l. 7. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Nazarius, *Panegyrico cap. 12. Aboleri hic vultus non potest, vniuersorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ, aut pigmentorum FVCIS renidet.* Male itaque, qui *ex fusis* reponunt. Ausonius *Idyll. 7.*

Bissula nec ceris, nec fuco imitabilis vllo.
Vid. *not. q. ad d. l. 17.* 2.) Ad *Fucum* iniquitatis augendum lex nostri Genitoris adscita est, *l. 14. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

FVERIT, pro est. Sed quoniam verendum *fuerit* ne, &c. *l. 49. vers. sed quoniam, de Decurion. lib. 12. t. 1.*

FVGA. Nec rescribta aut adnotationes, ad munerum *fugam* prodesse permittimus, *l. 137. de Decur. lib. 12. t. 1.*

FVGAX. Causas plurimi de *fugaci* seruo instituentes, *l. 8. de iurisdict. lib. 2. t. 1.* Ipsorum est prouidentiæ, militaturis potius quam *fugacibus* instruere necessaria supplementa, *l. 6. de desertor. lib. 8. t. 18.* In locum *fugacium* subrogentur, *l. 119. de Decur. lib. 12. t. 1.* Vt *Currax* apud *Caium IC. l. 18. D. de Ædil. Edict.* & Gratium *v. 89. Cyneget.*

Nam fuit & laqueis aliquis CVRRACIBVS vsus. Vid. Barthium *ad h. l.*

FVGERE. Ab administratione *fugiat*, neque tutor esse desinat, &c. *l. vnic. de sentent. pass. & rest. lib. 9. t. 43.* 2.) Quodam tempore admissum est vt non subscribtio, sed professio criminis, vno sermone ex ore *fugiens* tam accusatorem quam reum de vita, &c. dimicare cogeret, *l. 5. de accusat. lib. 9. t. 1.*

FVGITIVARIVS, *l. 1. in fin. si vagum petatur mancip lib. 10. t. 12.* Est, *hac lege*, serui fugitiui occultator. Alias, qui seruos fugitiuos persequitur, quo sensu in *l. 18. D. de præscriptis verbis:* & apud Paulum I. *sentent tit.* 6. *de fugitiuis:* Florum *lib.* 3. *cap.* 19. Varronem, 1. *de re rust. c.* 14. occurrit.

FVLCIRE. Qui variis honoribus *fulciuntur*, *l. 1. de patrociniis vicor. lib. 11. t. 24.*

FVLGOR, pro *fulgure:* & vtrumque pro *fulmine* seu κεραυνοβολίῳ. *Si quid de Palatio nostro, aut cæteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit*, *l. 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Res apud veteres Scriptores obuia: vt Haruspicinæ propriam vocem existimem. Suetonius *in* Octauio *c. 29. cum lecticam eius FVLGOR* (sic est in ed. Plant. ceteræ *fulgur*) *perstrinxisset, seruumque prælucentem exanimasset.* Ita Plinius quoque non semel. Glossarium κεραυνοβόλιον ἡμερινὸν, *fulgur diurnum:* vide & *Festum:* item κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωΐ, νυκτερινὸν, *fulgur submanum.* Capitolinus *Antonino Pio p. 20. & fulgur cœlo sereno sine noxa in eius domum venit.* Hæc fere exscripta e Casaub. ad Suet. l. c. conf. etiam ad Domit. c. 15.

FVMARE. Omnia loca, quæ thuris constiterit vapore *fumasse*, *l. 12. de Paganis lib. 16. t. 10.*

FVNCTIONES, de Curialibus muneribus, *l. 29. 87. 129. 134. 137. in fin. 139. in fin. 180. 182.* & *l. vlt. de Decurion. lib. 12. t. 1. Functiones* Curiæ, *l. 72. 74. 83 Functiones* Curiales, *l. 96. Functiones* Curialium munerum, *l. 155.* officiorum, *l. 77. Functiones* Debitæ, *l. 134. 148. 154. Functiones* Municipales, *l. 172.* Patriæ, *l. 74.* Patriæ debitæ, *l. 91. 116.* Publicæ, *l. 119. 140. 183.* & *l. vlt.* Publicorum munerum, *l. 76.* 2.) *Functiones*, de ludis & spectaculis, *l. 4. de spectaculis, lib. 15. t. 5.* 3.) *Functio* de tributorum præstatione, *l. 36. de annona. lib. 11. t. 1.* Vnde & *functiones* annonariæ, *l. 14. eod. tit. in fin. functiones* suariæ, *l. 1. 10. de suar. lib. 14. tit. 4. Functio* publica, *d l. 36.* Munia *functionis*, *d. l. 10. in princ.* In *Glossis* Palæmon. quoque *functionem*, *Tributorum exsolutionem* exponit. *Functiones* tributariæ Sidonio *lib. 7. in concione* post epistolam 9. *Functio* muricis, *l. 12. de murileg. lib. 10. t. 20.*

FVNDATVS. *Fundata* actio, *l. 7. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.*

FVNESTVS. *Funesta* conciliabula hæreticorum, *l. 19. de hæret. lib. 16. t. 5. Funestorum* Consulum (qui sub tyranno) nomina iubemus aboleri, *l. 9. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14* Eunomianorum *funesta* conuenticula, *l. vltim. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 16. Funesta* sacrificia. Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia *funesta* celebrare conetur, *l. 7. de maleficis. lib. 9. t. 16.* vide *tit. de Paganis, sacrif.* Isidorus, *VIII. Originum cap. 9. Arioli vocati, propter quod circa aras Idolorum nefarias preces emittunt, & FVNESTA sacrificia faciunt. Funesta* vox serui vel familiaris dominum accusare volentis, *l. 3. ne præter crimen maiestatis. lib. 9. t. 6.*

FVNESTARE. Si quis incestis sese nuptiis *funestarit*, *l. 3. de incestis nupt. lib. 3. t. 12.*

FVRIALIS. Animi *furiales*, *l. 12. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

FVROR hæreticis tribuitur, *l. 6. 25 60. de hæreticis. lib. 16. t. 5. Furor* Donatistarum, *l. 38. de hæret. lib. 16. t. 5. Furor* Eunomianorum, *l. 31. 32. de hæret. lib. 16. t. 5 Furor* famosorum libellorum. Intercidat *furor*, famosorum sæpe vt constituimus, libellorum, *l. 8. de famos. libell. lib. 9. t. 34.* Iudicum *furor.* Quod si quis forte iudicum in hanc pertinaciam inliciti *furoris* eruperit, *l. 85. de Decurion. lib. 12. t. 1. Furor*, de violentiæ crimine, *leg. 3. vnde vi:* & *l. 4. ad l. Iul. de vi.* Hoc enim & Tyrannici *furoris* & Barbaricæ feritatis occasio persuadet, *l. 2. de litor. & itin. custod. lib. 7. t. 16.*

FVRTIM. Ineundos *furtim* existimant contractus, *l. 8 de contrah. empt. lib. 3. t. 1.*

FVRTIVVS. Mansura pœna in eos, qui ad inrigationes agrorum vel hortorum delicias, *furtiuis* aquarum meatibus abutuntur, *l. 7. de aquæductu. l. 15. t. 2. l. 4. Cod. Iust. eod.* Quæ de *furtiuis* compendiis obscure capta ac parta sunt, *l. 2. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* Furtiua compendia, sunt nundinationes. Vide Varronem *Eumenidibus not. e. ad d. l. 2.* A fructu *furtiuæ* impetrationis arcemus, *l. 39. de cursu. l. 8. t. 5. Furtiua* rescripta, *l. 2. de Episcop. iudic. lib. 16. t. 12.*

FVSIO, pro indictione. Considerantes Africæ deuotionem, vsque in initium *Fusionis* quintæ vniuersa reliqua relaxari præcipimus, *l. 6. de indulg. debitor. lib. 11. t 28.* Alioqui pro functionibus & inlationibus publicis. *Gloss. Philox. Fusio* εἰσφορὰ δημοσίων: ita enim legendum & mox: *Fusiones*; συντέλειαι, εἰσφοραί. Vide & *l. 27. §. 3. D. de vsufruct. & quemadmodum.* 2.) *Fusio nummi.* Si quis nummum falsâ *fusione* formauerit, *l. 3. de falsa mon. lib. 9. t. 21.*

FVSTES. *Fustibus* verberari, *l. 5. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* vbi de *Fustuario supplicio* aliquammulta dixi.

FVTILITAS verborum. Etiamsi incœptum, neque impletum esse testamentum memoretur, vel si à *futilitate* verborum, vel solemnitate iuris inanis scriptura esse dicatur, *l. 1. de famil. hercisc. lib. 2. t. 24.* Ita legi potest quoque: sed melius forte *à subtilitate.*

FVTVRA. *Futuris* regulam imponunt constitutiones, *l. 3. de constitut. Principum, lib. 1. t. 1.* Ne quis *futura* sub execrabili consultatione cognoscat, *l. 9. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Id est, *cognoscere studeat.* Iuuenalis *Satyra VI. v. 556.*

Et genus humanum damnat caligo FVTVRI.

FVTVRA, Incerta, *l. 7. de Paganis*, vocantur. Vid. *infra Incerta.*

GAV-

G.

GAVDERE. Eos qui Curialibus muneribus obnoxii honorariis dignitatibus *gaudent*, &c. *l.34. de Decurion. lib.12. t.1.* Nec tanti criminis patimur libertate *gaudere*, *l. 2. de lenonib. lib.15. t.8.* R. familiari *gaudentes*, *l. 5. de filiis milit. apparit. lib. 7. t. 22.*

GAVDIVM. & *gaudium* commune de Paschali, *l.8. de indulg. crim. lib.9 t.38.* dicitur & *lætitia*, *lætitia communis*, *d. l.8. & 6. eod.* 2) Iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi concludio quæratur ex miseris pretium *gaudiorum*, *l.4. ne quid publ. læt. lib.8 t.11.* Si quando faustorum nuntiorum *gaudia* Prouincialibus intimantur, *l.3. eod. tit.*

GEMINVS. *Geminæ* suspicioni obnoxius, id est alterutri, *l.11. de maleficis. lib. 9. t.16.*

GENERALIS. *Generali* lege sancimus, *l. vltim. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* *Generale* præceptum (id est constitutio, Edictum) speciali beneficio anteferendum est, *l.vlt. de constit. Princip. lib.1. t.1.* *Generales tituli*, *l.9. de indulgent. debit. lib. 11. t.28.* His contraria, vt accipio, personalia debita, *l. 3. eod.* *Generales* itaque *tituli*, qui non ab vno colliguntur, sed ab omnibus viritim: *personalia debita* vero, quæ ab vno præstantur fisco: puta a publicanis, telonariis, conductoribus Portuum, vectigalium, *d. l. 3.*

GENERALITAS. Promiscua *generalitate* (generali lege, *C.Iust.*) decernimus, *l. vnic. ne in sua causa quis iud. lib.2. t. 2.*

GENIALIS torus, id est, coniugalis. Inprimis maritum *genialis* tori vindicem esse oportet, *l. 2. ad l. Iul. de adulter. lib.9. t.7.* Qui *genialis* tori ac lectuli fuit inuasor alieni, *l. 6. de indulg. criminum. lib. 9. t.38.* Apuleius, *lib.2. Metamorphos. pag.22. Edit. Lugdun. apud Ioan. Maire. Anexu venereo. hospitis tua tempera, & probi Milonis genialem torum religiosus suspice.* Apud Virgilium quoque VI. *Æneid. v. 603. Geniales tori.* Cassiodorus *epist.37. lib.1. Genialis tori maculam deprehensi adulteri sanguine diluisti.*

GENITALIS. Ciuitates *genitales*, *l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10.* *Genitalis* Curia, cui quis nascendi & originis iure tenetur, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Similis etiam condemnatio ordines ciuitatum manebit, nisi ornamentum *genitalis* patriæ decreti huius auctoritate defenderint, *l.37. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 13. Cod. Iust. eod.* Solum *genitale*, *l. 177. in princ. de Decurionibus*, *lib. 12. t.1.*

GENITIVI in *ium. Parentium*, *l.90. de Decurion. lib.12. t.1.* vt ibi legitur in vltima Editione Parisina. Ita etiam sæpenumero *Ciuitatium*, & apud Plautum *Casina Act. III. sc.3. v. 22. meretricium. Non matronarum est officium, sed meretricium.* Genitiui in *um. Recedentum*, *l. 115. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

GENITOR, pro patre, *l.7. de donation.*

GENIVS. *Genium* mero venerati Gentiles, *l.12. de Paganis*, *lib. 16. t.10.* Persius *Satyra II. v.3.*

Funde MERVM GENIO ---

Tibullus *eleg.8. lib.1. v 49.*

--- *GENIVMQVE choreis*

Concelebra, & multo tempora funde MERO.

Vide Censorinum *de die Natali*, *c.3. &* Martianum Capellam *lib.2. Philolog.* Horatius ad Pisones *de Arte Poet. v. 209.*

- - - - *vinoque diurno*

Placari Genius, &c. ...

Sosipater *lib. 1. Instit. Grammat. pag.26. Genium* explicat, τὴν τύχην, τὸ ἑκάστου δαίμονα, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν. *Genium esse vniuscuiusque fortunam, quem cuique Iupiter ipsi tanquam præpositum rectoremque adiunxerit.* M. Antoninus Imper. *lib. 5. de vita sua:* ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρίστησι τὸν ἑκάστου δαίμονα καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ. *Inspectorem cuilibet imposuit suum genium, & custodiam ipsi eius demandauit.* Arrianus *in Epict. lib. 1. cap. 14.* Consule de genio etiam Lindenbrogii *notas ad loc. Censorini citat.* & Barthium *ad Rutilii Itinerar. lib.I. v. 328.* qui latissime de genio exposuit.

GENTILES. *Gentilium* voces à Christianis retentæ: *Diui Principes*, *expiari*, *fata*, *fortuna*, *genialis torus*, *lares*, *manes*, *Penates*, *piaculum*, *Venus.* 2) Gentiles, de his agitur, *l. vnic. de nuptiis Gentilium:* vbi dixi, *l.1. de terris limitaneis. lib.7. t. 15. l. 62. de appellat.* Sunt ii *Barbari*, & male Brissonius *de V. S. Ethnicos* seu *Paganos* hac voce accipit.

GERERE. Bona *gerere*, id est, administrare. Filiis suis Curatore (si id ætas poscit) petito, bona sua idoneis sedula religione *gerenda* committat, *l 27. de Episcop. lib. 16. t. 2. l. 23. in princ. D. de pecul. legato.* Ita Prouincias gerere, *l.2. §.11. D. de origine iuris:* ἐγχειρίζειν τὰς ἐπαρχίας. Populum gerere. Lucifer *ad Constant. Imp. lib.1. pro Athanasio pag.184. Tom. IV. Bibl. Patr.*

GERVLVS, *l.4. ne quid publ. læt. lib.8. t.11. l. 29.31. de appellat. lib. 11. t.30.*

GENVINVS. Functio *genuina*, *l. vlt. de suar. lib.14. tit. 4.* est functio originaria, cui quis natus est, aut cui nascendi iure tenetur. *Genuinus* Natalis Principis dies, *l. 11.17. de proximis Comitib. disp. lib.6. t. 26.* Dies *Genitialis* Capitolino *in v. Pertinacis sub fin.* si modo locus mendo vacat, Γενέθλιος, vt est in *Glossis Philoxen.* quo in lucem editus. Alius à *Natali Imperii.* Eodem sensu non semel apud *Mamertinum in Genethliaco Maximian. c. 1. 2. 19.* quod hactenus vel non intelligitur, vel corrumpitur, & in *geminis* mutatur. Itaque & locis illis omnibus V. C. Iuretus *geminum* tuetur, *genuinum* assero. Tu vide eum ad Symmachi *lib. 1. epist. 125. & Commentar. ad d. l. 11.*

GESTA. Gestorum appellatio de contractibus, *l. vnic. de sent. pass. & restit. lib. 9. t. 43.* ibi: *Ita tamen, vt gesta per filium, cuius consilia legitima ætas firmauerat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeunte.* 2) *Gesta* ὑπομνήματα. *Gloss. Philox.* Sub testificatione *gestorum*, *l. 28. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* *Gestorum* testificatio, id est, acta publica, *l. 41. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Publicas securitates, quæ *gestis* tenentur, *l. 26 de susceptor. lib.12. t. 6.* *Gestis* lectæ securitatis, *l. 26. de Decurionibus. lib.12. t. 6.*

GESTIENS, lætitia & desiderio plenus. Quas oratum *gestiens* populus primas ingreditur, *l. 4. de his qui ad Eccles. lib. 9. t. vlt.*

GLADIVS. *Gladii* ius, *l. vnic. ne sine iussu Principis. lib. 9 t. 41.* Ordinarii Iudices habent, *d. l. vnic.* Nisi vel antiquitate participati Senatus, vel præstituti temporis prærogatiua muniatur, vel ius *gladii* habuit, vel præconium, qui honores concessi ceteris, & antiquum instar Senatorii nominis fuerint consecuti, *l. 74. de Decurion. Gladii* pœna, *l. 1. de off. Rect. prou. gladio* vltore puniri, *l. 3. ne præter crimen maiestat.* Vindex legum *gladius*, *l. 6. de annon. ciuic.* Vide *Paratitlon de pœnis*, *Tom. III pag. 314.*

GLEBA. De *Gleba*, *& Glebali collatione:* vide *titulum 2. lib. 6.* vbi consule *Paratitlon.* Gleba possessio quæcunque, *l. 72. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Pro rata possessionis suæ *glebam* inutilem & conlationem eius & munera (ne) recusent, *l. vlt. de patr. vicor. lib. 11. t. 24.*

GLEBATIO Senatoria, *l. 12. de Senator. l. 6. t. 2.* est glebalis collatio.

GLORIA. Quanquam innumeris legibus scriniorum *gloria* decoretur, *l. 14. de proximis. lib. 6. t. 26.*

GLORIOSVS. *Gloriosa* adolescentia, *l. vltim. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9. Gloriosorum* vulnerum cicatrices (in milite) *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Vide & §. 1. *Iust. de exc. tut.*

GRADATIM. *Gradatim* Curiæ munera explenda, decurrenda, *l. 75. 77. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

GRADILIS panis, *Rubr.* & *l. 2. 3. 6. de annonis ciuicis & pane gradili. lib. 14. t. 17.* qui de, vel in gradibus *d. l. 2. 3. 4. 5.* erogabatur populo palam: de quo ad *d. l. 2.* plene dixi.

GRADVS. *Gradu* succedere dicitur substitutus, *l. 107. de Decurion. lib. 12. t. 1.* ibi: quicunque hæres Curiali, vel legitimus, vel electus testamento *graduue* successerit.

GRÆCITAS. *Græcitatis* facundia, *l. vltim. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.*

GRAMINA. Qui noxiis quæsita *graminibus* & diris immurmurata secretis, mentis, & corporis venena composuit, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

GRANDÆVVS. Ita vt fractis viribus *grandæuam* proferat senectutem, *l. 7. de fil. mil. appar. lib. 7. t. 22.* Si infractis viribus *grandæuam* præferat senectutem, *l. 83. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

GRASSARI. Plerique expulsi de Ecclesiis occulto tamen furore *grassantur*, *l. 2. ne sanctum baptisma. lib. 16. tit. 6.* Quicunque vltra centesimam iure permissam, aliquid sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli pœnæ obligatione constrictus, ablata redhibebit. Hi vero, qui antea pari furore *grassati* vspiam detegentur, in duplum extorta restituant, *l. 2. de vsuris. lib. 2. t. vlt.* In cuius ingenuitatem adsidua petitorum solet libido *grassari*, *l. 25. de petition. lib. 10. t. 10.* Statuta in sepulchrorum violatores pœna *grassetur*, *l. 1. in fin. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.* Vsurpatione quorundam in publici cursus damna *grassante l. 25. de cursu. lib. 8. t. 5.*

GRATANTER. *Gratanter* admisimus, *leg. 169. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

GRATIA. *Gratiam* appellationis fiuerit, id est, fecerit gratiam appellationis reuocandæ, *l. 48. de appellat. lib. 11. t. 30.* 2.) *Gratia*, id est baptisma, *l. 1. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.* Diuina *gratia*, *l. 5. d. t.* Cyprianus *epist 17. lib 3.* siu. *ep. 18. Edit. Ioan. Felli. Audientibus, si qui fuerint periculo præuenti, etsi in exitu constituti, vigilantia vestra non desit, implorantibus DIVINAM GRATIAM misericordia Domini non denegetur.* Qui locus committendus cum *l. 1. de scænicis.* Ita etiam *Gratia* communionis, *l. 5. de Apostatis.* Græcis χάρις sæpe pro *baptismo* & *Eucharistia*, apud Cyrillum sæpius hæ locutiones occurrunt: τῆς θείας χάριτος μεταλαμβάνειν, *accipere diuinam gratiam*, & προσιέναι πρὸς τὴν οὐράνιον χάριν, *ad cœlestem venire gratiam*, de participatione cœnæ Dominicæ: similime apud Latinos, *venire ad Gratiam:* vide *Optatum lib. 5. cap. 7.* Nec minus sæpe de baptismo: χάρισμα, χάρις: in 4. *Mystagogica Cyrilli num. 8. pag. 322. Edit. Benedictin.* προσέρχεσθαι τῇ χάριτι, est accedere ab baptismum, &c. vide quæ ad *eam l. 1.* dixi. 3.) *Gratia locorum.* Quæ etiam *gratia*, & quæ amœnitas sit locorum, *l. 7. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* 4.) *Gratiam* patriæ implere principales dicuntur, iubentur, *l. 171. de Decur. lib. 12. t. 1.* 5.) Nec infamiam criminis tollit, sed pœna *gratiam* facit, *l. 5. de indulg. crim lib. 9. t. 38.* Ita sacrorum neglectorum *gratiam facere*, Symmach. *lib. 2. epist. 7.*

GRATIOSVS. *Gratiosa* auctio, *l. vltim. de fide & iure hastæ. lib. 10. tit. 17.* est, in qua multa nec conludium fiunt, vt Anianus explicat. *Gratiosa* conhibentia, vel ignobili dissimulatione, *l. 1. de extraord. lib. 11. t. 16.* Neque trino partu fecunditati publicæ *gratiosa*, *l. 9. de bonis proscript. lib. 9. t. 42. Gratiosa* professio ordinis, cui quis se sponte & vltro subiicit. *l. 177. de Decurion lib. 12. t. 1. Gratiosæ* sententiæ, *l. vlt. de suariis. lib. 14. t. 1. l. 5. D. de calumniator.*

GRATVLARI Nec *gratulentur* se priuilegio esse munitos, quorum professio per legem cognoscitur esse damnata, *l. 14. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

GRATVLATIO. Nihil ab inuitis *gratulationis* nomine exigendum esse decreuimus, *l. vlt. ne quid publ. lætit. lib. 6. t. 11.* vbi vide quæ dixi.

GRAVE, & contra rerum ordinem iudicamus, vt &c. *l. vlt. de exaction. lib. 11. t. 7.*

GRAVITAS tua, *l. 1. de Episcop. lib. 16. t. 2. Grauitas:* titulus Ducis Daciæ Ripensis, *l. 13. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

GRAVIS spes, pro opimo prædio, *l. 13. de Senatorib. lib. 6. t. 2.*

GREGARII milites, *l. vltim. de militari veste. lib. 6. t. 7.* vbi dixi.

GREGALES. Damnato portentosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur *gregalibus*, ne Christianorum appellatione abutantur, *l. vlt. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Ita Macrobio histriones eiusdem gregis *Gregales*, *lib. 2. c. 10.*

GREMIA *domorum.* Ne Decuriones in *gremia* potentissimarum domorum libidine ducente confugiant (seruulis seu ancillis earum se coniungendo) *l. 6. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

GREX. E *grege* cohortalinorum, *l. 26. de cohortalibus. lib. 8. t. 4. Grex*, de hæreticorum corpore, *16 de hæreticis. lib. 16. t. 5. Grex* Donatistarum, *l. 54. vers. huiusmodi autem, de hæret. l. 16. t. 5.*

GVBERNACVLA. Ei *gubernacula* rerum tradenda sunt, *l. vnic. de sent. passis. lib. 9. t. 43. Gubernacula* Prouinciæ, *l. 77. de Decurionibus. lib. 12. t. 1. Gubernacula* Vrbium principales administrare dicuntur, *l. 171. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

GVBERNARE. Quicunque ampliorem ex re priuata nostra iugerationis modum cultura & sollicitudine propria *gubernauerit*, *l. 33. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

GYMNICVS agon, *l. 3. de scænicis.*

GYNÆCIARII, de his vide *tit. 30. lib. 10.*

H.

HABILIS. Vel armis gerendis *habiles*, *l. 4. de filiis milit. appar. lib. 7. t. 22.*

HABITVS. *Ciuitatis.* Omnibus tabulatis, ad formam peristylinam excitatis, ciuitatis *habitus* reuocetur, *l. 45. de operibus publ. lib. 15. t. 1. Habitus* faciei. *Habitus* faciei, in nummo modo maior, modo angustior expressio, *l. vnic. si quis solidi circulum. lib. 9. t. 22. Habitus* Philosophiæ, *l. 7. de Medicis. lib. 13. t. 5. Qui Philosophiam fastu & HABITV mentiuntur.* Symmachus *lib. 1. epist. 14 Habitus*, pro veste & cultu corporis, *l. 12. de scænicis. lib. 15. t. 1.* vide *tit. de habitu quo vti oportet intra Vrbem. lib. 14. tit. 10.* Eo sensu frequen-

quenter Suetonius: hinc & *manipulario habitu inter milites, in Calig.9.*

HÆRERE. Officium, penes quod culpam neglectæ iussionis *hærere* manifestum est, *l.10. de priuil. eorum qui in s. pal. lib.6.t.35.*

HÆRESIS *naualis*, id est conditio, functio, *l.penult. vlt. de præd. nauic. lib.13.t.6.*

HERESIOTAE, id est functioni, conditioni adstricti: *Heresiotæ* nauicularii. His autem nauiculariis, qui fuerint instituti, seruari priuilegia Africana decernimus, ita vt facultatibus propriis per succedaneas hæreditatum (γρ. *Heresiotarum*) vices, perpetuo sint obnoxii functioni, *l.14. de nauic. lib.13.t.5. Heresiotæ*, οἱ κοινωνοῦντες τῆς αἱρέσεως ναυτικῆς, *qui participes sunt nauicularia functionis*, ut θιασῶται, *sodales*, *l. ult. D. de collegiis*, & apud Harpocrationem, *voc.* θίασος: θιασῶται, οἱ κοινωνοῦντες τῶν θιάσων. Vt *Ergasiotæ* & *Ergasiotarii*, *l.1. de Alexandrinæ plebis primatib.* Et iuuat maxime, quod lex illa ad Alexandrinos nauicularios pertinet. Apud quos professionum nomina, & nauticæ nominatim rei, voces Græcæ hoc Codice plures. Ita *Stolus Alexandrinus*, *l.7. de nauicul.*

HARENA. Neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem *harena* suscipiat, lanista doceat, &c. *l.11. de pœnis. lib.9.t.40.*

HARVSPICINA, *l.9. de maleficis.*

HASTA olim in foro posita venditiones a fisco celebrabantur: vide *titulus de fide & iure hastæ, lib. 10. t.17.* & hæ formulæ: Sub *hasta* distracta comparare, *l.2. de distrahend. pignor. Hastis* decursis comparare, *l.2. de fide & iure hastæ: l.1. de fisci debitor. Hastis* habitis, *l. 1. de domib. ad rem priu. pert.* Sub *hastæ* sollemnis arbitrio, *l.1. de fide & iure hastæ.* Inde & *subhastatio publica*, *l.3. d. t.*

HAVSTVS. Qui auræ communis *haustu*, & lucis aspectu diu priuati sunt, *l.12. de pœnis. lib.9.t.40.*

HEBETARE. Si quis sacrilega vitem falce succiderit, aut feracium ramorum fetus *hebetauerit*, *l.1. de censitor. lib.13.t. vlt.*

HENOTICON, siue edictum de vnitate. Vide *l.2. de religione: l.38. de hæreticis. lib.16.t.5. l.2. 3. de fide Catholica. lib.16.t.1.* dixi plene ad *d. l.38.*

HERCVLEA *decuria*, *l. 46. de cursu. lib.8.t.5.* Suffragium *herculeæ* decuriæ, *d. l.46.* Eo licet post officialem militiam indepto officialis a mancipatu cursus publici non excusatur, *d.l.46.*

HERMOGENIANI equi, *l. vnic. de grege dominico. lib.10 t.6.* seu Hermogenis equi, *l.1. de equis Curulibus. lib.15. t.10.* quibus locis dixi plene.

HIEROFANTÆ agrorum (tento, *sacrorum*,) *l.14. de Paganis. lib.16.t.10.* vbi dixi plene.

HIPPOCOMVS, *l.37.50. de cursu publ. lib. 8.t.5.* Est, qui cursum publicum mouenti adiungebatur, curaturus animalia & reuecturus postea veredos ad suam mutationem seu mansionem: V. & *l.48. eod. Postillon*, de quibus accipio, quod horum saga veredarii, in vsus suos vertere ipsisque hippocomis subtrahere vetiti, *dicta leg 37.50. Hippocomorum* voce vtitur Xenophon, Plutarchus.

HOLOSERICA vestis, *l.1. de expens. ludor. lib.15. tit.9.* vbi dixi.

HOMO, pro tyrone, *l.7. vers. contra hæc, de tyronib. lib. 7. t.13.* 2.) Conductores & *homines* domus Augustæ, *tit.* & *l.1. de conductor. & hominib. domus August. lib.10. t.vlt.* 3.) Hominis appellatione in *l. vnic. quod iussu. lib.2.t.31.* intelliguntur serui, coloni, conductores, procuratores actoresue possessionum, vt apud Græcos ἄνθρωπος. Quem locum corrupit Tribonianus. *Homines*, id est coloni, *l.3. de lustrali conlat. lib.13.t.1.*

HOMOLOGI coloni, *l. vltim. de patroc. vicor. lib.11.t.24.* Sunt coloni adscriptitii vicis, & fundis adstricti, de quibus dixi in *Commentario ad d. l.* Forte eiusmodi homologi fuere serui tres, Chresto Syracusano additi, vt in via ei ministrarent, in epistola Constantini ad Chrestum apud Eusebium *lib. X. cap. 5.*

HONESTAMENTA, sunt honorum prærogatiuæ, προνόμια, προτίμια, πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. Ita vt illi etiam, qui Præsidatum ante tempus reportarunt, post expletos honores ciuicos *honestamentis* præstitis potiantur, *l.4. de Decurion. lib.12. t.1.* Symmachus *lib.1. epist.3. Qu d quod hanc liberalitatem cumulastis amplissimo testimonio. Cuius ego HONESTAMENTVM praeopto muneribus. Honestamenta morum*, Apuleius, *in Apologia. pag.276.* Contra, *dehonestamentum.* Symmachus, *lib.10. epist.39. Ex vsu operis, non in dehonestamentum Cyriadis V.C. asserebat remedium huiusmodi esse prouisum.* Et Salustio, *dehonestamentum honorum, hist. fragment. lib. 1. in orat. Lepidi num. 21. Dehonestamenta amicitiarum*, Tacito *hist.2. cap.87.* Sallustium imitatus Ammianus, Procopium tyrannum scribit *lib.26. c.6. adde honestamentum bonorum sublatum.* Inhonestamentum, Apuleio *Apolog. pag. 275.* & Graccho apud Isidorum *Origin. II. 21.* Exceptis eminentium elatis titulis dignitatum, si *honorario* nomine a (vel ac) summo gradu vsque ad Consularitatem haut exiguis profecto meritis amplissima sibi *honestamenta* pepererunt, *l.74. de Decurion. lib.12.t.1.*

HONESTAS. Omnes adolescentes, qui *honestate* morum prædití, &c. *l. vnic. de his qui veniam ætatis. lib.2.t.17.* Lætitia populis ita relinquenda, vt seruetur *honestas*, & *verecundia* castis moribus perseueret, *l.1. de Maiuma. lib.15.t.6.* vide & *l.2.*

HONESTVS. *Honesta* missio, *l.43.45. de Decurion. lib. 12. t. 1. Honestorum* cœtus, id est aduocatorum, *l. 1. de postulando. lib. 2. t. 10.* vbi dixi. *Honestiores* testes, *l.3. de testib.*

HONOR. Si quis filium suum armorum *honore* condignum, &c. *l.8. de re militari. lib.7. t.1.* Fastis si *honor* datus fuerit regalium trabearum, *l.4. ne quid publ. læt. lib. 8.t. 11.* In *honorem* æternæ Vrbis, *l.3. de priuil. corpor. V. R. lib.14.t.2.*

HONORARE. Vel redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara cespitibus vanas imagines (humiliore licet muneris præmio, tamen plena religionis iniuria) *honorare* temptauerit, *l.12. de Paganis. lib.16.t.10.* vide & quæ notabo *in v. præmium.* Vt *honorem diis haberi* proprie dictum, quod notum, ita & Dii *honorari*, Arnobius *lib.7. Aiunt omnino sacra hæc HONORANDIS instituta esse cælestibus, & ea quæ faciant honoris ergo facere:* idem, *Nidoribus COHONESTATIS deos & succis.* Cui geminus hic locus Theodoreti in θεραπευτικῇ *serm.7.p.104.* σφόδρα γὰρ αὐτοὺς χαίρειν οἱ ποιηταί φασι τῇ λοιβῇ καὶ τῇ κνίσσῃ, *valde enim eos gaudere dicunt poëtæ libatione & nidore. Nam Honores* pro sacris, vt Marcellus, & Seruius ad tertium Æneidis notant. *v.406.* & apud Tacitum, *lib. 16. Annal. c.21.* vide Nonium *c.4. v. Honor num.231. Sine honore*, est sine sacrificio: vide & Symmachum *1. epist.43.*

HONORARIVS. De *honorariis* codicillis est *tit. 22. lib.*

22. *lib.* 6. *Honoraria* dignitas in *l.* 138. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. est Senatoria dignitas. Imaginarias tantum atque *honorarias* meruerint dignitates, *l.* 7. *de honor. codic. lib.* 6. *t.* 22. Nam hi quos *honorarii* tantum nominis suffragia prosequuntur, *l.* 44. *de cursu. lib.* 8. *t.* 5.

HONORATI, *l. vnic. de honorat. veh. lib.* 14. *t.* 12. sunt dignitatibus quibuscunque perfuncti, ciuilibus militaribus. *Gloss. Honorati*, ἀξιωματικοί.

HONORATISSIMVS. *Honoratissima* quiete donetur, *l.* 55. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1.

HORREATICÆ species, quæ in horreis conditæ, *l. vlt. de conditis in publ. horreis. lib.* 11. *t.* 14.

HORRENS. Loca absentium squalida, & situ dissimulationis *horrentia*, *l.* 11. *de Veteranis. lib.* 7. *t.* 20.

HORRIDVS. Parcat insuetis *horridus* carcer aliquando luminibus, *l.* 6. *de indulg. crim. lib.* 9. *t.* 38.

HORROR. Inscriptionis *horror*, *l.* 8. *de Iurisdict. lib.* 2. *t.* 1.

HOSPITALITAS. *l.* 11. *de metatis. lib.* 7. *t.* 8. *Hospitalitatis* munus, *l.* 3. *eod.* est munus Hospitii præbendi, *l.* 18. *de Medicis.* Siue Hospitum recipiendorum, *l.* 16. *de metatis. l.* 3. 10. *inf. de medic. Hospitalis* molestia, *d. l.* 18. Infausta *hospitalitatis* præbitio, *l.* 12. *de metat. lib.* 7. *t.* 8. quid sit, vide quæ ad *eam leg.* dixi.

HOSPITARI. Sint ab omni *hospitantium* iniuria *defensata*, *l.* 5. *circa med. de metat lib.* 7 *t.* 8. Et postibus *hospitaturi* nomen adscribunt, *l.* 4. *de metatis. lib.* 7. *t.* 8.

HOSPITES. *Hospitum* inquietudo, *l. ult. de decur. & silent.* pro metati onere.

HOSTIS *communis salutis*, maleficus, *l.* 11. *de maleficis. lib.* 9. *t.* 16. Hoc conuitii genere Christianos olim prosecuti Gentiles: dum *publicos hostes* vocarent: quod notum. Ita Cicero 3. *offic cap.* 29. Piratam *COMMVNEM HOSTEM omnium* vocat. *Hostis publicus.* Quamuis plurimis petentibus facultates eorum qui sub *hoste publico* egerunt, adque in prælio pœnas debitas pependerunt, liberalitas nostra largita sit &c. *l.* 4. *de bonis vacantibus. lib.* 10 *t.* 18. data anno 346. ad Rationalem NVMIDIÆ. De quo hoste publico accipiendum sit, hoc mihi non liquet. Vide tamen coniecturas in Commentario *ad h. l.* Prædia ex Gildonis *hostis publici* & satellitum eius bonis, &c. *l.* 7. *de metatis. lib.* 7. *t.* 8. Heraclianum *hostem publicum* iudicantes, &c. *l.* 21 *de pœnis. lib.* 9. *t.* 40. *Hostis publicus* Stilico, *l.* 1. *de litorum & itin. custod. lib.* 7. *t.* 16.

HVCVSQVE. Ita vt vetusta ætate seruatum est, *hucusque* prærogatiua veniente, *leg.* 1. *de lucris officiorum. lib.* 8. *t.* 9.

HVMANITAS. *Humanitatis instar exhibere.* Omnia, quæ supra terram vrnis clausa, vel sarcofagis corpora detinentur, extra vrbem delata ponantur, vt & *humanitatis* instar exhibeant, &c. *l.* 6. *de sepulchr. viol. lib.* 9. *t.* 17. Id est, prætereuntes humanæ conditionis admoneant. Varro 5. *de lingua pag.* 38. *inter Autor. Lingu. Latin. sepulchra ideo secundum viam sunt quo prætereuntes admoneant, & se fuisse & illos esse mortales.* Plura dixi ad *eam leg. Humanitas*, de his nominatim, quæ in fauorem litigatorum, reorum. Hinc *iudiciorum humanitas*, Symmacho *lib.* 7. *epist.* 82. Ita *Pœnitudinis* iustæ humanitas. Intra triduum appellatorem habere licentiam arbitrium commutandi, ne iustæ pœnitudinis *humanitas* amputetur, *l.* 56. *de appellationibus. lib.* 11. *t.* 30. Prouocationis *humanitas* pro alio ad supplicium ducto, addicto. Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus, *l.* 16. *de pœnis: l.* 57. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. vide & *l.* 6. *D. de appellat* Huc pertinet Symmachi locus *lib.* 7. *ep.* 82. ex quo intelligimus, ob peregrinationem longam *gratiam* litigatori quoque factam, cum causa ad propiorem iudicem transfertur. Iudices omnibus dominicis diebus productos reos a custodia carcerali videant, interrogent, ne his *humanitas* clausis per corruptos carcerum custodes denegetur, victualem substantiam non habentibus faciant, *l. vlt. de custod. reorum. lib.* 9. *t.* 3. *Humanitas* denegetur: id est, ne inhumaniter habeantur. Quicunque propria voluntate eum quem domum receperit, necessariis rebus oleo, ligno, aliisue huiusmodi noluerit adiuuare, facultatem sibi istius rei sciat esse concessam. Nec spontanea in vobis *humanitas* retardetur, &c. *l.* 1. *de salgamo. lib.* 7. *t.* 9. *Humanitatis contemplatio.* Monachis & Clericis in causa criminali pro addictis supplicio interponere appellationem licet, *humanitatis* consideratione, ait *lex.* 16. *de pœnis. lib.* 9. *t.* 40. & *l.* 57. *de appellat.* quæ eadem. Iurisconsultus in *l.* 6. *D. de appellat. Credo enim HVMANITATIS ratione omnem prouocantem audiri debere.* Quibus, si quicquam in usu vestium vel alimoniæ impensum est, *humanitati* sit præstitum, *l.* 2. *de postliminio. lib.* 5. *t.* 5. *Humanitati* multa tribuunt Iurisconsulti: quæ ego hic non cogo. Consule sis quæ P. Daniel *ad Petronium p.* 88. 89 Neque enim exigi conuenit proditorem, quem pro pudicitia religionis inuitat *humanitas*, *l. vlt. de raptu vel matr. sanct. lib.* 9. *t.* 25. *Humanitatis* necessitate commoniti, *l.* 21. *de susceptorib. lib.* 12. *t.* 6. *Humanitas*, pro abolitione, *l.* 1. *de abolitionib. lib.* 9. *t.* 37.

HVMANVS. *Humana* capitatio, atque animalium, *l. vlt. de conlatione donatar. lib.* 11. *t.* 20. quæ paulo post terrena siue animarum descriptio. *Humani* generis inimici, delatores a Valentiniano vocantur, *l.* 10. *de petitionibus. lib* 10. *t.* 16. vide *Inimici.* Cum aliquis fuerit *rebus humanis* exemptus, *l. vnic. de bonis mil. lib.* 5. *t.* 4. Si quis tam alienus ab *humano sensu* est, vt hac indulgentia ad contumaciam abutatur, &c. *l.* 2. *de exactionib. lib.* 11. *t.* 7. Vnum maximum *humanæ vitæ* malum delatorum exsecranda pernicies, *l.* 2. *de petition. lib.* 10. *t.* 10. *Humaniorem* placuit sequi viam, *l.* 23. *de Decurion. lib.* 12 *t.* 1.

HVMATVS. *Humatum corpus* nemo ad alterum locum transferat. *l. vlt. de sepulchr. viol. lib.* 9. *t.* 17.

HVMERI. Ærariæ præstationis adiectio, quam citra priscam consuetudinem Prouincialium *humeris* Tatianus imposuit, &c. *l.* 23. *de annona. lib.* 11. *t.* 1.

HVMILIS. *Humili veste* Pantomimus, *l.* 12. *de scænicis, lib.* 15. *t.* 7. vide ibi *Commentarium.*

HVMILITAS, ταπείνωσις, status humilis & abiectus, *bassesse.* Vt, Miseræ *humilitatis* inclinati despectu, *l.* 41. *de Episcopis. lib.* 16. *t.* 2 Promotus regradationis *humilitate* plectetur, *l.* 2. *de cursu publ. lib.* 8. *t.* 5.

HYBRIDA VOX, *Melloproximi:* vide *infra Melloproximi.* Vide complusc ula exempla apud Forn. V. *Quotid.* 2.

HYPOMNEMATOGRAPHI Alexandriæ, *l. vlt. de Decur. lib.* 12. *t.* 1. Mentio hypomnematographi Alexandrini apud Strabonem *lib.* 17. *pag.* 1148. *Edit. Almeloueen.* Dixi de eo in *Commentario ad h. l.*

HYPODIACONI, *l.* 7. *de Episcopis.* Vide *Commentar.*

I.

IACTVRA existimationis, rerum discrimen, *l. 76. de Decurion. lib. 12. t. 1. Iactura* Infamiæ, *l. vlt. Cod. Iust. de secundis nupt.*

IAM IAMQVE. Militarium filios, qui gestis armis idonei non esse dicuntur, curiis *iam iamque* tradi oportet, *l. 32. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

IAM NVNC, id est, ex die præsenti, continuo ilico. Prisco *iam nunc* ordine reuocato, *l. 2. de Palatinis sacrarum largit. lib. 6. t. 30.* Cessent *iam nunc* rapaces officialium manus: cessent, inquam: nam si, &c. *l. 1. de off. Rector. Prou. lib. 1 t. 7.* Constantinus A. dixit: *Iam nunc* munificentia mea omnibus Veteranis id esse concessum perspicuum sit, *l. 2. de Veteranis, lib. 7. t. 20.* Omnes *iam nunc* studio negotiationis intenti seu conchylioleguli, seu ex quolibet corpore mercatores ad pensitationem auri, quod negotiatoribus indicitur, conpellantur, *l. 9. de lustrali collat. lib. 13. t. 1.* Quibus tamen ternos ex summa supradicta *iam nunc* solidos præberi mandauimus, *l. 17. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* Electos igitur Inspectores *iam nunc* censuimus esse mittendos, *l. 31. de annona & tribut. lib. 11. t. 1.*

IANVA. *Ianuam adolescentiæ patefacere.* Cum vicesimi anni clausa ætas adolescentiæ patefacere *ianuam* cœperit ad firmissimæ iuuentutis ingressum, *l. vnic. de his, qui veniam ætat. impetr. lib. 2. t. 17.*

ICTVS plumbatarum, *l. 80. 85. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Consule *Commentarium ad h. leg.*

IDOLA, *l. 13. de Paganis. lib. 16. t. 10. l. 6. de Apostatis.* quæ alibi imagines, *l. 12. d. t.* Simulachra, *l. 6 8. 10. 12. 20. de Paganis.*

IDONEVS. Si res mobilis est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta, appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur & *idoneo collocetur* (in *deposito conlocetur* paulo post *eadem lege*, id est, sequestro) reddenda ei parti, pro qua iacer cognitor iudicauerit, *l. 25. quorum appellat. lib. 11. t. 36. Idonei* re & fide, *lex 9. de susceptoribus. lib. 12. tit. 6. Idonei* Tam moribus quam facultatibus, *l. 7. eod. tit.* Fidelis iam, & *idoneus, l. vnic. de patronis horreorum port. lib. 14. t. 23.* vbi proprie *idoneus*, de eo qui facultatibus idoneus est.

IECVR. *Iecoris* inspectio in sacris: *l. 9. de Paganis. lib. 16. t. 10. Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, vt inspectione iecoris, extorumque præsagio vanæ spem promissionis accipiat.* Huius ἡπατοσκοπίας obuia apud veteres exempla. Consule *Commentarium ad h. l.* & Fabrotti *notas.*

IEIVNVS. Squalidiora adque *ieiuna* culta atque opima conpensent, *l. 3. ad Censitor. lib. 13. t. vlt.* De *ieiunis* ac desertis possessionibus, *l. 5. de collat. donatar. lib. 11. t. 20.*

IEIVNITAS. Animal vero a possessore tradendum ob digeriem prius vnius tantum noctis *ieiunitate* vacuetur, *l. 4. de sicariis. lib. 14. t. 4.*

IGNAVE. Iudici, qui tam *ignaue* conhibentiam adhibuerit, *l. 26. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

IGNAVIA. De *ignauiæ* latebris vel sera indagatione retractus, *l. 83. de Decurion. lib. 12. t. 1. Ignauiæ* latebris vel sera indagatione protractum, *l. 7. de fil. mil. apparit. lib. 7. t. 22.* Quidam *ignauiæ sectatores*, desertis ciuitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, & specie religionis cum cœtibus monazonton congregantur. Hos igitur erui e latebris, &c. *l. 63. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

IGNIS. *Igne* larem venerati Gentiles, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

IGNOBILIS. Si post definitam a nobis ætatem, *ignobile* otium adamauerint, *l. 5. de re mil. lib. 7. t. 1.* Si quid eorum gratiosa conhibentia, vel *ignobili* dissimulatione temeritas admiserit Curialis, *l. 11. de extraord. lib. 11. t. 16.*

IGNOSCENS. *Ignoscentes* facto potius quam fauentes, *l. 24. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

IGNOTVS. Thesauros & condita ab *ignotis* dominis tempore vetustiore monilia, *l. 2. de thesauris, lib. 10. t. 18.* Poeta *Æn. I. v. 362.*

VETERES tellure reclusos
Thesauros IGNOTVM argenti pondus & auri.

Vide & *l. 31. in fin.* D. *de adquir. rerum dominio.*

ILLE. In splendidissimum ordinem Senatorium, & ILLAM nobilissimam Curiam cooptentur, *l. 122. de Decur. lib. 12. t. 1.*

ILLVMMINARE. Ad *illuminandam* hæreditarii debiti fidem, *l. vn. si cert. petat. de chirogr. lib. 2. t. 72.* vide *Iur.* in Sym. *p. 147. Illuminare* veritatem, *l. 10. 12. Cod. Iust. de quæstion. l. 10. §. 5. D. de quæstionib.*

IMVS. Qui ad *imam* vsque scelerum nequitiam peruenerunt Manichæi, *l. 64. de hæret. lib. 16. t. 5.*

IMAGINARIVS. Apochæ *imaginariæ*, *l. 2. de annona. lib. 11. t. 1.* Titulus *imaginariæ* venditionis, *l. 58. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Quia præuenisset *imaginario* eandem, quam ille actu inlustrauit, apice, dignitatem, *l. vlt. de honor. codic. lib. 6. t. 22. Imaginarias* tantum atque honorarias meruerint dignitates, *l. 7. de honor. codic. lib. 6. t. 22.*

IMAGO. Inanes vmbras & cassas *imagines* dignitatum codicillis honorariis sectantes, *l. 74. de Decour. lib. 12. t. 1.* Qui se aut actibus subsequuntur, aut codicillorum pari *imagine* fulciuntur, *l. vltim. de honor. codic. lib. 6. t. 22. Imagines*, & simulacra, vel idola pro eodem, *l. 12. de Paganis. Imaginem* principalis disceptationis accipere P. V. Romæ dicitur, *l. 11. de appellat. lib. 11. t. 30.* Vide ibi Commentarium. *Litis imago*, Quintil. *lib. 4. cap. 1. & 2. Imaginem* nauicularii induere, *l 5 & 9. D. de iure imm.*

IMBIBERE. Testes sunt leges a me in exordio Imperii mei datæ, quibus vnicuique quod animo *imbibisset*, colendi libera facultas data est, *l. 9. de maleficis. lib. 9. t. 16. Imbibere* pro discere. Lucretius *lib. 3. v. 1010.*

Qui petere a populo fasces sæuasque secureis
IMBIBIT.

Omitto sexcenta. Id postea sequior ætas *præsumendi* verbo extulit.

IMMANIS. Qui fide imbutos *immani* furore rebaptizare deteguntur, *l. vlt. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.*

IMMANITAS. Et pro criminum *immanitate* damnatos, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Pari sceleris *immanitate*, *l. 4. quorum appellation. lib. 11. t. 36.* Impositorum tormentorum *immanitas*, *l. 7. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

IMMODERATVS in exactione, *l. 19. de Decur. lib. 12. t. 1. Immoderatus* venditor, *l. 1. de prædiis & mancip. Curialium, lib. 12. t. 3.*

IMMORARI. Neque vlterius cuiquam hoc loco liceat *immorari*, *l. vnic. de Decanis. lib. 6. t. 33.*

IMMORTALTAS. Quos non adumbratis honoribus, sed in actu positos *immortalitati* (ita rescribo) coniunximus, *l. 6. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* vide quæ ibi dixi.

IMMVNITAS operum publicorum, pro immunitate a collatione ad opera publica, *l. 6. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

IMMVRMVRARE. Qui noxiis quæsita graminibus & diris *immurmurata* secretis mentis & corporis venena composuit, *l. 6. de indulgentiis criminum. lib. 9. t. 38.* dixi de *murmure magico* plene ad *legem 5. de maleficis*: vide Meursium in Theocritum *pag. 7. 8.*

IMPATIENTIA litigatoris, *l. 54. de appellat. lib. 11 t. 30.*

IMPENDIA, tributa, collationes. Neque adiectis sæpius, ac præter primum delegationis canonem postulatis, adficiantur *impendiis*, *l. 13. de extraord. lib. 11. t. 16.*

IMPENDERE. Vniuersi, qui in Vrbe Roma gladiatorium munus *impendunt*, *l. 2. de gladiatorib. lib. 15. t. 1.*

IMPERFECTVS. *Imperfecta* ætas, *l. 3. de sponsalib.*

IMPERIALIS auctoritas, *l. 30. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* Auxilium *imperiale*, *l. vnic. de his, qui veniam ætatis.* Beneficium *Imperiale*, *l. 5. de denunt. lib. 2. t. 4.* *Imperialis* largitas, *l. 2. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* *Imperialia* præcepta, *l. 2. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Sunt mandata quæ Iudicibus dabantur.

IMPERTIRE. Nominationes *impertiunt*, *l. 1. quemadm. mun. ciuil. lib. 12. t. 5.*

IMPETRARE. *Impetrata* subreptitia, scil. Rescripta, *l. 13. de medicis, lib. 13. t. 3.*

IMPETRABILE. Cum *impetrabile* huius fuerit postulatum, *l. vlt. de petition. lib. 10. t. 10.* De voce *Impetrabilis*: vide Durandum Casellium I. *var. 9.*

IMPETRATIO obscura, pro subreptione: v. *Obscurum.*

IMPETVS. Centurionum aliorumque officialium parua magnaque poscentium intolerandi *impetus* oblidantur, *l. 1 de offic. Rector. Prou. lib. 1. t. 7.*

IMPIGER. *Impigro* quinquennii labore, *l. 6. de re milit. lib. 7. t. 1.*

IMPII sunt, qui patriam vitant prælato rure Curiales, *l. 2. si Curialis relicta ciuit. lib. 12. t. 18.* vide *infra Improbus.* *Impius* terminus, pro morte, *l. vltim. de domestic. lib. 6. t. 24.*

IMPLACABILIS. Hæredes si *implacabilem* animum inducant, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.*

IMPLERE functiones, *l. 140. 148. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Necessitatem solutionis *implere*, *l. 12. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Iudicantem, nisi post sententiam dictam *impleuerit* suas partes, &c. *l. 31. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Id est, executioni tradiderit. *Implere* summam conlationis tribus vicibus, *l. 15. de annona. lib. 11. t. 1.* Eumenius, *Flauiensium nomine cap 11.* *Desperatio perfruendi debiti, etiam id quod dari poterat inhibebat: nec erat ratio conandi, cum non esset spes vlla* COMPLENDI.

IMPLICATVS. Si sit aliquis sceleribus *implicatus*, *l. 21. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

IMPLICITVS. *Impliciti* sceleris auctores, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.*

IMPLICARE. Sese fraudibus *implicauerunt* (miscuerunt, *l. 3. de contrahend. empt. lib. 3. tit. 1.*) *lex 3. de iure fisci. lib. 10. tit. 1.*

IMPOSITVS. Si quis simulacra *imposito* ture venerabitur, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

IMPRESSIO: vide Iur. in Symm. *p. 71.*

IMPROBITAS profanorum, de hæreticis, *l. 4. de hæret. lib. 16. t. 5.*

IMPROBVS. *Improbum*, quod contra leges fit. *Improbum* cœptum, de eo, qui citra, vel supra modum euectionis cursum publicum vsurpare nititur, *l. 2. vt curiosis. lib. 6. t. 29.*

IMPROBE, de eo qui cursui præsidens prædas & rapinas exercet, *d. l. 2 in fin.* Non *improbum* tamen est, &c. *l. 4. de cursu. lib. 8. t. 5.* id est, non improbatum. *Improbus*, peruasor finium vel agrorum alienorum, *l. 4. fin. regundor. lib. 2. tit. 26.* Ne peruasionibus *improborum* protelandæ cognitioni præbeatur occasio, *l. 5. de denunciat. lib. 2. t. 4.* Iuuenalis *Satyr. XVI. v. 36.*

conuallem ruris auiti

Improbus, aut campum mihi si vicinus ademit.

Improbitas ideo *incubatoris*, eleganter B. August. *homilia* 30. Raptor, fur *improbus*, *l. 14. §. 12. D quod metus causa. l. 2. § 10. D. de vi bon. raptor.* *Improbus*, qui patriam deserit. Parui habito generis & originis nexu plerique, muniis oppidaneis *improbe* destitutis ad militiam confugisse dicuntur, *l. 45. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Improbus* Iudex, *l 6. ad. l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.* Iuuenalis *Satyra XIII. v. 3.*

improba quamuis

Gratia fallaci Prætoris vicerit vrna.

Vt miseri homines longis ac pene perpetuis actionum laqueis implicati ab *improbis* petitionibus vel a cupiditate præpropera maturo fine discedant, *l. 1. de Episcop. iudic. lib. 16. t. 12.* Sola sit igitur huiusmodi legibus (γρ. litibus) vna præscriptio, qua *improbi* petitoris refrænare possit inuidiam, *l. 4. finium regundor. lib. 2. t. 26.* Si intentio petitoris *improba* iudicetur, *l. 1. de fructibus & litis exp. lib. 4. t. 18.* Sub specie iudicati iure alienum *improba* temeritate peruasit, *l. 2. vnde vi. lib. 4. t. 22.* Inlicitæ adque *improbæ* voces libertorum patronos accusantium, *l. vlt. ne prætor crimen maiest. lib. 9. t. 6.*

IMPROVIDVS. Error *improuidus*, *l. 3. ad SC. Claud. lib. 4. t. 9.*

IMPVNITAS. Crimina *impunitate* coalescunt, *l. vlt. de defensor. ciu. lib. 1. t. 11.* vbi dixi. Si crimen apud se probatum *impunitate* donauerit, *l. vlt. ad l. Iul. de vi. lib. 9. t. 10.*

IMPVRE. *Impurius* ad patriam reuertatur, id est, cum dedecore, *l. 1. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.*

IMPVTARE, *alloüer.* Susceptoribus ea summa *imputanda*, &c. *l. 21. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

IN. *In actu.* Viri illustres *in actu positi*, *l. vnic. de Comitib. qui inlustr. ag. adsid. lib. 6. t. 15.* In *commune.* Quamuis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio *in commune* omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur, *l. 2. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* Quæ Ciuitatibus, vel Curiis vel officiis *in commune* remissa sunt, *l. vlt. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Cum omnes *in commune*, si necessitas exegerit, conueniat vtilitatibus publicis obedire, *l. 2. de nauib. non excus. lib. 13. t. 7.* Siue integra diœcesis *in commune* consuluerit, siue singulæ inter se voluerint Prouinciæ conuenire, *l. 9. de Legatis. lib. 12. t. 12.* *In commune consulere* quoque Ammianus. Consule doctissimum Sauaronem, qui plurima veterum loca congessit ad Sidonium *lib. 7. ep. 7.* Vt non singulis indulta personis, sed *in commune* dignitati vel corpori eiusmodi beneficia docebuntur fuisse concessa, *l. 15. de extraord. lib. 11. t. 16.* Vbi *in commune* (ita γρ.) cœperint conueniri, *l. 10. de tyron. lib. 7. t. 13.* *In domos.* Conuenticula eorum *in domos*, *l. 58. de hæreticis. lib. 16. t. 1.* *In annonarum suarum commoda* id est, pro annonarum suarum commodis, *l. 10. de erogat. mil. ann.* *In fata.* Quibus vsi non fuerint,

rint, qui *in fata* concedunt, *l. 2. de diuerſ. reſcript. lib. 1. t. 2.* *In fœminam*, id eſt, inſtar fœminæ, *l. 3. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* *In functionem* permanere, *l. 16. de murileg. lib. 10. t. 20.* *In lucro* habere, *l. 5. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *In Hieropolitanam Vrbem* reſidentes, *l. 2. de venat fer. lib. 15. t. 11.* *In* (id eſt, *poſt*) *mortem* quoque inquiſitio tendat, *l. 40. de hæret. lib. 16. t. 5.* *In ſeruilem conditionem*, id eſt, inſtar ſeruorum, *l. 1. de fugitiuis colonis.* *In nuptias* conſortiumque conuenire, *l. 8. ad l Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* *In poteſtatem eſſe.* Cicero: *Quum veſtros Portus, atque eos Portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis*: de quo vide Gellium *lib. 1 cap. 7. in mentem eſſe*, Plautus. *In propria* reuocentur officia, *l. 25. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* Domus, *in quas* nefarios conuentus habitos claruerit, *l. 58. de hæret. lib. 16. t. 5.* Criminibus in (de) quibus videntur argui, *l. 27. in fin. de petition. lib. 10. t. 10.* *In quo.* Et *in quo* libentius adquieſcant, proprio æquanimitatem docemus exemplo, *l. vnic. ſi per obrept. lib. 1. t. 13.* *In reliquum*, id eſt deinceps, *l. 3. de proximis.* *In ſe ferre ſententiam.* Quem ſi mora forſitan prolixior delectarit, nec intra anni metas ad priuatæ rei Comitis examen occurrerit, ſciat ſeipſum *in ſe tuliſſe* ſententiam: nec ſubeundi vltra certaminis experiendam eſſe fortunam, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.* Qui ſi per anni metas defuerit, *in ſe* videbitur tuliſſe ſententiam, *l. 30. in fin. eod.* αὐτοκατάκριτος. D. Paulus *ad Titum, cap. vlt. vers. 11 ſibi damnatum*, vertit Tertullianus, *Canone 18. Eccleſ. Afric. ſi autem ad Concilium vniuerſale occurrere noluerit, ipſe in ſe damnationis ſententiam dixiſſe iudicetur*: vide Forn. VI. *Quotidian. 21.* In ſe *ſententiam ferre dicuntur*, qui ſe interficiunt, cum criminis rei eſſent, *l. 3. §. 6. D. de bonis eorum qui ante ſentent.* Et omne *in tantum* inefficax ſit, &c. *l. 20. de Epiſc. lib. 16. t. 2.* Ferri non poteſt *in titulo* militaris laudis *inrepere*, eos, &c. *l. 1. de teſtim. ex Tribunis. lib. 7. t. 21.*

INANIS. Grauis hæc videtur iniuria, quæ *inani* honeſtatis colore velatur, &c. *l. 6. de contrab. empt. lib. 2. t. 1.* Curiales plerique ad *inane* vocabulum militiæ cucurrerunt, *l. 40. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Inanes* vmbras & caſſas imagines dignitatum codicillis honorariis ſectantes, *l. 74. de Decur. lib. 12. t. 1.* Vacuæ & *inanes* ſine naturali ſucceſſione fortunæ, *l. 123. in fin de Decurion. lib. 12. t. 1.* Neque *inanibus* immorari ſinatur obiectis, *l. 4. de contrab. emt. lib. 3. t. 1.*

INANITER reſidere apud aliquem, quod ſine cauſa apud aliquem eſt, *l. 6. de pactis. lib. 2. t. 9.* vel ex non iuſta cauſa, *d. l 6.* *Inaniter* prouocare, *l. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

INAPTVS. *Inaptos* militiæ, *l. 5. de filiis militar. apparitor. lib. 7. t. 22.*

INARDESCERE. Ne igitur ea quæ aboleri ante cenſuimus nouis calumniarum facibus *inardeſcant*, *l. 2. de Curator Kalend. lib. 12. t. 11.* In quibus alio admixtus colori puri robur muricis *inardeſcit*, *l. 11. de ſcænicis. lib. 15. t. 7.*

INBECILLVS. Intra 20. etiam ſtipendia dimiſſus, quoniam *inbecilli* & debiles cenſibus non dedicantur, eodem beneficio vtatur, *l. 4. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

INBVTVS. Myſteriis Chriſtianis inbuti, *lex 19. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

INCASSVM. Ita impetrata largitate fruatur, ſi *incaſſum* ſe pulſari ſub iudiciaria cognitione probauerit, *l. 16 de Agentib. lib. 6. t. 27.* *Incaſſum*, *l. 9. de Legatis. lib. 12 t 12.*

INCENDIA. Quos inter *incendia* (initia) Tyrannidis adſumtæ fidelis pœnitudo reuocauit, &c. *l. 11. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

INCENSITI & *adcreſcentes*, *l. vnic. de claſſicis lib. 10. t. 23* incenſiti ſunt, qui cenſualibus paginis adſcripti nondum erant, quique in exemptorum cenſu locum ſubrogabantur: vt *l. 7. de tyronib.* vbi dixi. Vid. infr. *Inceſſis.*

INCERTVS. *Incerta* abſolute. Si qui vetitis ſacrificiis diurnis nocturniſque, velut vaſanus ac ſacrilegus *incertorum* conſultor animum (ita γρ.) inmerſerit, &c. *l. 7. de Paganis. lib. 6. t. 10.* Vlpianus apud auctorem coll. *legum Moſaic. t. 15.* *Vt Mathematicis, Chaldæis, Ariolis & ceteris qui ſimilem INCERTVM fecerunt: aqua & igni interdicatur*, vbi reponendum clare *incertorum quæſtum*, vel *artem*, aut quid aliud ſimile. *Futura, l. 9. eod. tit. de Pagan.* *Incertum* abſolute. Ambiguitatis humanæ *incertum* Rufino *lib. 16. cap. 7.* Si tamen eorum libri, propter antiquitatis *incertum*, codicum collatione firmantur, *l. vnic de Reſp. Prud. lib. 1. t. 4.* Equis, quos in curulis certaminis ſorte, vel contentionis *incertum*, vel annorum ſeries, vel diuerſa ratio debiles fecit, *l. 1. de equis Curulib. lib. 15. t. 10.* Ætatis *incertum*, *l. 49 D. de fideiuſſor.* *Incertum*, Morbi. Symmacho *lib. 2. epiſtola 36.* & ſimilia multa.

INCESSANTER. Et ſine aliqua futuræ priſtinæ contentione *inceſſanter* ſtipendia meruerit, *l. 28. de cohortalib. lib 8. t. 4.* Nec exiſtimationem latentis *inceſſ. t*, *l. 29. de petitionib. lib. 10. t. 10.*

INCESSIS. Ex *inceſſibus* atque adcreſcentibus in eorum locum qui defenſi militia fuerint, alios præcipimus ſubrogari, *l. 7. in fin. de tyronibus. lib 7. t. 13.* Veteri ſcriptura pro *incenſitis*. Tertullianus adu. *Praxeam, c. 8.* editum olim, *ac ceſſu eius* pro *ac cenſu eius.* *Incenſis*, vt *illiberis*: *incenſis*, id eſt, incenſitus, qui cenſibus adſixo opponitur; de quo *l. 6. eodem tit.* vide *ſupra Incenſiti.*

INCESTARE. Qui Chriſtiani nominis ſacramenta tortitos alio rurſus baptiſmate non purificant, ſed *inceſtant* lauacri nomine polluentes, *l. 2 ne ſanctum bapt. lib. 16. t. 6.* Cum ſupra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo conſiſtit, nullus omnino abluendo equorum ſudore deproperus publicos oculos nudatus *inceſtet*, atque ita confundat aſpectum, ſed procul a cunctorum obtutibus, &c. *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.* Efferri cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam & per maximam inſiſtentium denſitatem; quod quidem oculos hominum infauſtis *inceſtat* aſpectibus, &c. Iulianus, *l. 5. de ſepulchris viol. lib. 9 t. 17.* Virgilius *Æn. VI. v. 150.*

totamque inceſtat funere claſſem.

INCISIONES, in architectura, *l. 3. de excuſat. artif. lib. 13. t. 4.* vide ibi *Commentar.*

INCLAMATVS. Per longioris temporis interualla *inclamatus*, aduertat conſutari debere, &c. *l. vnic. ſi cert. petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.*

INCLEMENS. Quia excludere caſus & *inclementem* non poſſumus cohibere fortunam, *l. 5. de naufrag. lib. 13. t 9.* *Inclemens fortuna*, id eſt, naufragium.

INCLINARI dignitas. Ne plebi mixta dignitas *inclinetur*, *l. 12. de Legatis. lib. 12 t. 12.* Tentet aliquis, *inquinetur*, non ego. Miſere humilitatis *inclinato* deſpectu, *l. 41. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.*

INCLVSVS. Si veteribus finem cum signis limes *inclusus* congruum erudita arte præstiterit, *l. 4. finium regundor. lib. 2. t. 26.*

INCOLATVS, *l. 5. 46. 52. 141. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INCOLONATVS, *l. 52. d. t. de Decurion.*

INCOMMODVM. Quinque librarum auri multetur *incommodo*, *l. 18. de diu. off. lib. 8. t. 7.* Reipublicæ *incommodum* est Curias hominum paucitate languescere, *l. 32. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Deportationis *incommodo* subiugetur, *l. 92. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INCOMMODE. Quicunque locus in Palatio huius Vrbis priuatis ædificiis *incommode* occupatus est, *l. 47. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

INCONCVSSVS. Ac volumus *inconcussum* æternumque durare, *l. 6. de domesticis. lib. 6. t. 24. Inconcussa* æternitate, *l. vltim. de censu. lib. 13. t. 10.* ἀσαλεύτως *Gloss.* ἀσάλευτος. *inmotus, inquassatus. inconcussus. Inconcusso* iure, *l. 9. de operibus publ. lib. 15. t. 2.* Robore *inconcusso*, *l. 50. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

INCONGRVVS. Neminem obnoxium Curiæ & publicis functionibus inuolutum ad *incongruam* sibi fortunam deinceps aspirare, *l. 183. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

INCONSVLTE. Ne eos *inconsulte* pertinaciæ sero pœniteat, *l. 1. de conductor. & hominibus domus Augustæ. lib. 10. t. vlt.* Id est, imprudentis, inconsideratæ.

INCONVENIENS. Bellico operi *inconueniens* iudicetur, *l. 7. de fil. mil. mil. appar. lib. 7. t. 22. Inconuenientia*, *l. vnic. in fin. de saturian. lib. 7. t. 19.* id est, sibi suisque vsibus minus conuenientia.

INCONVVLSVS. Cesset rescribtorum Hirenarchas circiter *inconuulsa* simplicitas, *l. vnic. de birenarchis. lib. 12. t. 14.*

INCORPORATIO bonorum fisco, seu rei priuatæ delatorum: de hac est *titulus 9. lib. 10.*

INCORRVPTVS. *Incorrupta* ordinis adstipulatione, *l. 177. de Decur. lib. 12. t. 1.*

INCREDVLITAS Iudaica, *l. 19. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

INCREMENTVM. *Incrementis* dignitatum vtilis augeatur immunitas, *l. 5. de priuileg. eorum qui in sacro palat. lib. 6. t. 35. Incrementum* honoris. *l. 57. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* 2.) *Incrementa*, κυρίως de his quæ ad Vrbis alicuius bonum, cultum & decus addita, *l. 169. de Decurion. lib. 12. t. 6.* Ammianus *lib. 22. cap. 9. Antiochiam ire contendens reliquit Constantinopolim INCREMENTIS maximis fultam: natus enim illic, diligebat eam vt genitalem patriam & colebat.* ad quem locum consule Valesium. 3.) *Incrementa*, quæ venundato tritico accesserint, *l. 1. de frum. V. CSP. lib. 14. t. 16. Interpretium*, Ammiano *lib. 28. cap. 1.* Cassiodoro II. *Var.* 26. & Nouella *Valentiniani 15. de Suariis.* Vide etiam Cujacium *Obseruat. XVI. 4.* 4.) *Incrementa*, de vsuris, *l. vltim. in fin. de adminstr. tutor.* 5.) *Incrementum*, *l. 2. de susceptorib. lib. 12. t. 6. Incrementum* obryzæ, *lex 4. de auro coronario. lib. 12. t. 13.* Est, quod susceptori aurario, seu solidorum, supra modum collationis dabatur, prouter obryzam. Vt *epimetron*, quod dabatur specierum susceptori: vide *supra epimetron.* Symmachus *lib. 4. epist. 56.* Inter sæculi sui bona. *Flandæ monetæ nequitiam decoquit larga purgatio: nullo iam Prouincialis auri INCREMENTO trutinam spectator* (id est, qui spectat, & auri pondus probat) *inclinat.* 6.) *Incrementum* est liberalitas. Vopiscus, *in Probo cap. 4. vt eius dignitas incrementis iuuetur*, id est, liberalitate. In veteri inscriptione apud Gruterum *CCCCLXI.* INCREMENTA PVERIS CVRIÆ ET SPARSIONEM NVCVM DENT. Alio sensu incrementum apud Ammianum *lib. 17. c. 3.* pro augmento indictionali, vt idem *ibidem* appellat.

INCVBATIO. *Incubatio* diuturna, *l. 15. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* paulo ante, *præscribtio longi temporis*, dicitur.

INCVBARE. Qui post conuentionem rei *incubarit* alienæ, *l. 1. de fructibus & litis exp. lib. 4. t. 18.* Tribon. *incumbit.*

INCVBATORES, iniusti possessores. Ita vt ex eo tempore, quo inhibitus est publicus sumptus superstitioni deterrimæ exhiberi, fructus ab *incubatoribus* exigantur, *l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10.* B. Augustinus, *homil. 30. Non erit vox iusti possessoris, sed impudentis INCVBATORIS improbitas.* Seruius *ad Æn. VII. v. 266.* tyrannum ideo imperii *incubatorem* appellat.

INCVLPATVS. A Palatinis, qui obsequiis nostris *inculpata* officia præbuerunt, *l. 1. de priuil. eorum qui in sacro palat. lib. 6. t. 35.* Cum continuos tredecim annos *inculpatas* excubias peregerint, *l. vlt. de decurion. & silent. lib. 6. t. 23.*

INCVLPATIM, culpa carens. Qui *inculpatim* ad calcem terminumque militiæ peruenerint, *l. 20. de palatin. S. L. lib. 6. tit. 80.*

INCVNCTANTER *l. 58. vers. illo, de hæred. lib. 16. t. 5. l. 20.* D. *de manumiss. vind.*

INCVRIA. Quorum classem *incuria* vetustate conlapsam Prætoriana Præfectura restituat, *l. 27. de nauic. lib. 13. t. 5.*

INCVRRERE. Lapsum temporis *incurrere*, *l. 2. de temporum cursu. lib. 2. t. 6.*

INCVRSVS. Reciproci pœnæ *incursus*, *l. 7. de accusation. lib. 9. t. 1.* id est, *talionis pœna.*

INCVSARE. Vt incipiat functio quam nullus *incusat*, *l. vlt. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Vt ad *incusantium* iurgia facilis adpetitu sit vita priuata, *l. 8. de numerar. lib. 8. t. 1.* Fallaciter *incusantibus*, *l. 3. de abolition. lib. 9. t. 37.*

INDAGARE. Ad eos, quibus cura *indagandi* (Desertores) mandata est, *l. 8. de desertor. lib. 7. t. 18.* Huc pertinet Tertulliani locus *Apolog. c. 2. Latronibus vestigandis per Prouincias militaris statio sortitur.* Sola igitur *indagatur* voluntas, *l. 2. de sponsalibus. lib. 3. t. 5.*

INDAGATIO. De ignauiæ latebris vel sera *indagatione* retractus, *l. 83. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Totum fisci nostri viribus imminentis *indagatione* societur, *l. 7. de heret. lib. 16. t. 5.* Eundem ignauiæ latebris vel sera *indagatione* protractum, &c. *l. 7. de filiis militar. apparit. lib. 7. t. 22.* Seuera *indagatio* per tormenta, *l. 3. de quæstionib. lib. 9. t. 35.* est strictior inquisitio, *l. vnic. ad. l. Iul. maiest.*

INDAGO, pro, indagatione. Vbi falsi examen inciderit, acerrima fiat *indago* argumentis, testibus, scribturarum conlatione aliisque vestigiis veritatis, *l. 2. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19. Indago*, de Iudice. Etiam eo pergat (ordinarii Rectoris) *indago*, vt cuncta rimando cognoscat, &c. *l. 2. si vagum petat. manc. lib. 10. t. 12. Indago* de propinquis. Si propinquorum cesset *Indago*, *l. 49. vers. si propinq. de decurion. lib. 12. t. 1. Indago* criminis. Et nullis finita temporibus huiusmodi criminis arceatur *indago*, *l. vlt. de Apostatis. lib.*

lib.

lib. 16. *t.* 7. *Indago* publica. Quod si factum publica *indago* compererit, *l.* 5. *de contrah. empt. lib.* 3. *t.* 1. *Indago* discussionis. Quibus discussionis *indago* mandatur, *l.* 5. *de iis, quæ administr. lib.* 8. *t.* 15. Omnibus huius Vrbis latebris *indagine* curiosiore perspectis pellantur, *l.* 13. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. Tui culminis *indagine*, *l.* 1. *de frumento V. CSP. lib.* 14. *t.* 16. Solerti custodiantur *indagine*, *l.* 2. *de litor. custod. lib.* 7. *t.* 16.

INDEBITVS. *Indebitus* honor, qui ante tempus arripitur, *l.* 4. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1. *Indebitæ* lucis vsurpandæ mora, *l.* 7. *quorum appellat. lib.* 11. *t.* 36. est indebita lux, reis conuictis, confessis, concessa.

INDEPTVS. INDIPISCI. Qui *indeptus* insignia Magistratus, *l. vltim. de honor. codic. lib.* 6. *t.* 22. Restituere *indepta* cogantur, *l.* 13. *de bonis proscript. lib.* 9. *t.* 42. Sub occasione *indepti* honoris, *l.* 11. *de Palatinis S. L lib.* 6. *t.* 30. Senatorio necdum *indepto* honore, *l.* 74. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1. *Indipisci* honores non semel Ausonius: vt in *Professor.* 18. *Cæsareum qui mox indepti nomen. Indepti* semel Clarissimatus dignitatem, *l.* 74. *in fin. de Decur. lib.* 12. *t.* 1. Ex quo eos splendor *indepti* proximatus ostentat, *l.* 4. *de proximis Comitib. disp. lib.* 6. *t.* 26. Etiamsi post aliquam *indepti* sint dignitatem, *l* 46. *de cursu. lib.* 8. *t.* 5. Qui vero *indepti* sunt missiones, *l.* 9. *de desertorib. lib* 7. *t.* 18.

INDEVOTVS. *Indeuota* desidia (ita enim forte legendum) pro mora facta, in illatione, exactione tributorum, vel transmissione, *l. vnic. de off Vicarii. lib.* 1. *t.* 6. *Gloss.* Cyrill. ἀκαθοσίωτος, *indeuotus*, ἀκαθοσίωτον, *indeuotum*.

INDEVOTIO, de eo qui vitat & fugit patriæ munera, *l.* 119. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Ambrosius *lib. de Elia. cap.* 17. *Bibamus pro salute Imperatorum & qui non biberit, sit reus INDEVOTIONE.*

INDICERE. Eos vero, quibus lentum regressum necessitas desperationis *indixit*, *l.* 11. *de indulgent. crimin. lib.* 9. *t.* 38. *Indicatur*, immineat. Nec accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas *indicatur*, *l.* 2. *ad l. Corn. de falso. lib.* 9. *t.* 19.

INDICIVM. *Indicia*. Ad officium deduci oportet, conlaturos apud acta, qui transmissum, quid peruectum sit: cuius rei *indicia* manere & perferri ad scrinia nostra debebunt, *l.* 15. *de annona lib.* 11. *t.* 1. *Indicia* hic sunt *Breues*. Alias etiam *Indicia* sunt δείγματα (vide *supra Digma*) annonæ. Digmata ideo etiam vocantur, *l.* 9. *de suariis*: quæ Principibus oblata, missa. Ammianus *lib.* 21. *in fin. Et vehiculo insidenti, vt Principibus solet, annonæ militaris offerebantur INDICIA, vt ipsi nominant proba.* Et *indicii* vox simili significatu, *l. vltim. de superexactionibus. lib.* 11. *tit.* 8. Deprehensosque ad iudicium dirigant cum ipso commissæ fraudis *indicio*, *l. vlt. de superexact. lib.* 11. *t.* 8. 2.) *Indicia* nefariæ delationis. Cessent liberti capitalium criminum tumultu & nefariæ delationis indiciis, auctores libertatis incessere, *l.* 1. *ne præter crimen maiest. lib.* 9. *t.* 6. His qui occultatores perfidos publicauerint, pro præmio huius *indicii* gradus vnus addetur, *l.* 10. *de re milit. lib.* 7. *t.* 1.

INDICTVM pro interdictum, *l.* 1. *de Commeatu.*

INDIGENÆ. Indigenas, atque ipsius Prouinciæ finibus innutritos, *l.* 6. *de tyron. lib.* 7. *t.* 13.

INDIGNATIO Ne clementia nostra ob contumaciam dissimulantium in maiorem *indignationem* exurgat, *l.* 146. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1.

INDISCRETVS. Indiscreta dignitate pœnas debitas exigatur, *l.* 1. *de priuil. eorum, qui in s pal. lib.* 6. *t.* 35. id est, sine distinctione dignitatum. Præfectum Vrbi, Præfectum Prætorio, Magistros equitum ac peditum *indiscretæ* ducimus dignitatis, *l.* 1. *de Præfectis Prætor. lib.* 6. *t.* 7. id est, paris dignitatis ducimus. Agentum in rebus *indiscreta* merita esse non sinimus, *l.* 19. *de Agentibus. lib.* 6. *t.* 27. Merita *indiscreta* sunt, quando nullum fit meritorum discrimen, & indigni quoque ad honores & priuilegia, adspirant. Vide eam legem. Ita etiam *indiscreta obsequia* dicuntur, quando vel fiscus vel res priuata principis, sine discrimine alimenta præbent egenis parentibus, qui liberos præ paupertate educare non possunt. Ad quam rem & fiscum nostrum, & rem priuatam *indiscreta* iussimus præbere *obsequia*, *l.* 1. *de alim. quæ inop. par. lib.* 11. *t.* 27. Duorum follium maneat cunctos (Senatores) *indiscreta* professio, etiamsi possessionem forte non habeant, *l.* 2. *de Senatorib. lib.* 6. *tit.* 2. *Indiscreta* est professio, sine discrimine facultatum.

INDISCRETIM, id est passim, nulla distinctione habita, ἀδιακρίτως. Clericos etiam, quos INDISCRETIM ad seculares Iudices debere deduci infaustus præsumptor edixerat, *l. vlt. de Episcop. lib.* 16. *t.* 2. Id ab omnibus *indiscretim* meritis atque personis iubemus impleri, *l.* 18. *de extraordinariis. lib.* 11. *t.* 16.

INDITA acta, *l.* 9. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30.

INDVBITANTER. *l.* 29. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. Fisci viribus *indubitanter* adsciscantur, *l.* 3. *de hæret. lib* 16. *t.* 5.

INDVCIAE. His conuentione præmissa viginti dierum condonauimus *inducias*, *l.* 62. *de hæret. lib.* 16. *tit.* 5. Per hunc vnum annum, conueniendi ad inlustre iudicium intemeratis facultatibus, præstamus *inducias*, *l.* 30. *de petition. lib.* 10. *tit.* 10. Quatuor mensium ab edicti publicati die *induciis* datis, *l.* 34 *de annona lib.* 11. *t.* 1.

INDVLGENTIA. Vt hac *indulgentia* ad contumaciam abutatur, &c. *l.* 3. *de exaction. lib.* 11. *t.* 3. *Indulgentia* debitorum; partim reliquorum; partim, in futurum: vide *tit. de indulg. debitor. lib.* 11. *t.* 28. *Indulgentia*, de baptismate, *l.* 4. *ne sanctum bapt. lib.* 16. *t.* 6.

INDVLGENS. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris *indulgentior* annus accepit, æstiuis feruoribus mitigandis, & autumni fœtibus decerpendis, *l.* 2. *de feriis. lib.* 2. *t.* 8. *l.* 7. *Cod. Iust. eod.* Statius *IV. Syluar.* 4. *v.* 40. *Et pacem piger annus habet, messesque reuersæ Dimisere forum.*

INDVLTA. Per nostra *indulta*, *l.* 5. *de aquæductu. lib.* 15. *t.* 2. *l.* 3. *Cod. Iust. eod.*

INDVSTRIA, de aduocatis, *l.* 116. *de Decurionibus. lib.* 12. *t.* 1. *Industria* circa opera publica. Nouis molitionibus *industriæ* captare famam, *l.* 31. *de operibus publ. lib.* 15. *t.* 1.

INDVERE Qui nomen Christianitatis *induti* sacrificia fecerunt, *l. vltim. circa finem de Apostatis. lib* 16. *t.* 7. Nomen successionis induere, *l.* 2. §. *vlt. D ad SC. Tertyl.* Vbi tamen alii legunt, *inducere*.

INERS. Qui castris idoneos iuuenes studio *inertis* obsequii puta erint occulendos, *l.* 10. *de re milit lib.* 7. *t.* 1. Quid *iners* obsequium sit, *ipsa lex* docet.

INEVNTE ÆVO, *l.* 8. *de cohort. lib.* 8. *t.* 4.

INEXCVSABILIS. Si *inexcusabilis* necessitas nouum quiddam exigat, *l.* 7. *de extraord. lib.* 11. *t.* 16. Ægri-

gritudine, vel alia *inexcusabili* necessitate impediuntur, *l. 19. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

INEXPIABILIS. Summo supplicio, & *inexpiabili* pœna iubemus affligi, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.* Vltio *inexpiabilis* exceptura videatur, *l. 9. de tyron. lib. 7. t. 43.*

INEXPLETVS. Eorumque qui iurgantibus acta restituunt, *inexpleta* auiditas temperetur, *l. 1. de offic. Rect. Prou. lib. 1. t. 17.*

INFAMIA. Hæretici dogmatis *infamia*, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* Hæresis *infamia* pariter Seuero Sulpitio *lib. 2. c. 45. 50.*

INFAMIS. *Infamissima* vtilitas, *l. 92. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INFANDVS. Infandæ & ferales mentes Apostatarum, *l. 5. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Maximus *infandissimus* Tyrannorum, *l. 7. de infirm. his, quæ sub Tyr. lib. 15. t. 14.*

INFAVSTVS. *Infausti aspectus.* Quod quidem oculos hominum *infaustis* incestat aspectibus, Iulianus inquit, *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t. 17.* vide *supra Aspectus. Infaustæ* ceruices. Heraclianum, hostem publicum iudicantes, digna censuimus auctoritate puniti, vt eius resecentur *infaustæ* ceruices, *l. 21. de pœnis. lib. 9. t. 40. Infausti* damnatique conuentus hæreticorum, *l. 34. de hæret. lib. 16. t. 5.* Error *infaustus* de hæresi, *l. 63. de hæret. lib. 16. t. 5. Infausta* hospitalitatis per Africam præbitio, *l. 12. de metatis. lib. 7. t. 8.* quid sit: vide quæ ad *eam leg.* dixi *Infaustis* defunctorum obsequiis occupati, id est, *Copiatæ*, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20. Infaustum* Officium Tribunorum per Africam missorum ad vagos & desertores requirendos, *l. vltim. de desertoribus, lib. 7. t. 18. Infaustus* præsumptor, id est, Tyrannus, *l. vlt. de Episcop. lib. 16. t. 4.*

INFERIOR. *Inferioris loci* Christianæ legis minister, id est, Clericus post gradum Presbyteri & Diaconi, *l. 41. de Episcop. lib. 16. t. 2. Inferioris gradus* Iudices, *l. 12. de appellationibus. lib. 11. t. 30.*

INFERRE litem, *l. 1. de denuntiat. lib. 2. t. 4.*

INFESTARE. Nemo in hac alma Vrbe, qui propriæ domus possessione lætatur, alterius domum *infestare* pertemptet, *l. 15. de metatis. lib. 7. t. 8.*

INFESTVS. Delatorum nomen *infestum*, *l. 24. de petitionib. lib. 11. t. 10.*

INFICERE; *Infectio.* Tradanturque tunicæ & pallia ex omni parte texturæ cruore *infecta* conchylii: nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec eiusdem *infectionis* arguto pectine solidanda fila decurrant, *l. vlt. de vestib. olouerıs. lib. 10. t. 21.* 2.) Homines semel munere diuinitatis ablutos, contagione profanæ repetitionis *infecerint*, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.*

INFIDELIS. Serui *infideles*, negligentes propinqui, *l. 1. vnde vi. lib. 4. t. 22.*

INFIRMVS *disceptator.* Neque enim fas est, quod *aput infirmum* disceptatorem definiendi constantiam prouocantis trepidatio retardauit, litigatorem sub consultationis ambiguo iugi expectatione pendere, *l. 55. de appellat. lib. 11. t. 30. Infirmus* disceptator hic opponitur *constanti*: V. *supra Constans.*

INFIRMITAS. Ætatis *infirmitas*, *l. 134. de Decur. lib. 12. t. 1.*

INFORMARE. *Informare* actiones, *l. 12. de fide testium, lib. 11. t. vlt.* dicitur reus, qui titulum possessionis actori edit. 2.) *Informare* nouum opus, *l. 11. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* Est de nouo excitare. 3.) *Informare*, instruere. Suggestione sublimitatis tuæ *informata* mansuetudo nostra, *l. 2. de incorporat. lib. 10. t. 9.*

INFORTVNIVM. Si quis fuerit eiusmodi *infortunio* deprauatus, vt debeat subleuari, &c. *l. 1. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Nec alieni criminis *infortunio* (ἀτυχήματι) stringi vxorem, *l. 1. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

INFRACTVS. Desertus tradatur ei, qui seruum dixerit non *infracta*, sed dilata libertate, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* Si *infractis* viribus grandæuam præferat senectutem, *l. 83. de Decur. lib. 12. t. 1.*

INFRINGERE. Nemo præscribtione communi exordium accusationis huius *infringat*, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.*

INFVLÆ dignitatis, *l. 27. 42. de Decurionibus. lib. 12. t. 1. l. 155. de Decurion. l. 12. t. 1.* ubi dixi. Vetitis se *infulis* dignitatum & cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, &c. *l. 14. de murilegul. lib. 10. t. 20.* Cum gerunt *infulas* dignitatis, *l. vnic. qui a præbitione tyronum. lib. 11. t. 18.* Ad duumuiratus aliorumque honorum *infulas*, *l. 19. de appellat. lib. 11. t. 30.* Cum inlustres Viri memoratarum Comites dignitatum, ita simili iugiter *infularum* splendore decorentur, vt non culmine discingantur inæquali, sed tempore, *l. vlt. de Palat. S. L. lib. 6. t. 30. Infulas* adfectati honoris amittant, *l. 8. de cohort. lib. 8. t. 4.* Nemo sibi præsumat Moderatorum Prouinciarumque Rectorum, sub quibuscunque *infulis* potestatis quemquam, &c. *l. vnic. ne sine iussu Princip. lib. 9. t. 41.* Curiales maneant in sinu patriæ, & veluti dicati *infulis* mysterium perenne custodiant: sit illis piaculum inde discedere, *l. 122. de Decur. lib. 12. t. 1.* vbi vides ad infulas Sacerdotales allusum.

INFVNDERE veneni virus, *l. 1. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.* Horatius *Epodon. 5. v. 77.* de veneficio pariter:

Minus parabo, maius infundam tibi
Fastidienti poculum.

Iuuenalis *Satyr. VI. v. 617.*

Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
INFVDIT.

Infundere medicamentum, *l. 9. §. 1. D. ad l. Aquil.*

INGEMISCERE. Arcadius de Eutropii Consulatu fastis eradendo agens; nec *ingemiscant*, inquit, aut qui sua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant, vel qui eosdem seruandi iuris æquitate custodiunt, quod diuinum præmium Consulatus lutulentum prodigium contagione fœdauit, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Claudianus pariter, *lib. 1. in Eutrop. v. 145.*

Vt primum vetulam texere Palatia vulpem
Quis non INGEMVIT? &c. Vide *Commentar. ad h. l.*

INGENS. *Ingentia* officia ad quæ originalis Curialis tenetur, *l. 108. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INGENIVM, id est natura, conditio, qualitas. Ingenium ruris. Et plena describtio comprehendat, quod spatium, & quod sit ruris *ingenium*, quid aut cultum sit, aut colatur, *l. 7. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.* Virgilius, *2. Georg. v. 177.*

Nunc locus aruorum INGENIIS, quæ robora cuique
Quis color.

Arbo-

Arborum *ingenium*, apud Gellium, *lib. 3. cap. 6.* Animalium *ingenium*, *l. 38. §. 9. D. de ædil. edicto.* Metalli *ingenium* Apulejo *lib. 9 pag. 194. Ed. Pricæi, & pag. 175. Ed. Lugd. B. apud Ioan. Maire.* vid & Nonium, *cap. 4. num. 235. Ingenium* loci Sallustio *in fragment. hist. lib. 3. pag. 978. Edit. Cortii.* Tacito *hist. lib. 1. cap. 51.* Petronio *c. 126. crines ingenio suo flexi*, id est sponte aut natura flexi, Apulejus *lib. 2. Metamorphos. pag. 15.* vocat, *inaffectatum capillitium. Glossæ; Ingenium*, εὐφυΐα, φύσις. &, *ingenium*, αὐτοφυής, id est, quod spontaneum & naturale est. Hinc etiam apud Ausonium *Mosell. v. 65. ingenui fontes.* Pertinet etiam huc Nævii locus apud Nonium *loc. cit. Ingenio arbusta consita.* Veteres enim, quicquid rei cuidam velut ingenitum & naturale erat, dixerunt *ingenium.* Confer. Brissonium *de V. S.* Barthium *ad Claudian. de raptu Proserpin. I. v. 143.* Drackenborgium *ad Silium Ital. IV. 90.* 2.) Commentum omne excogitatum callide & solerter, *ingenium* vocatur. Remotas quoque peragant stationes, & callida machinamenta commeantium, ac simulatæ obseruationis *ingenia* & fraudes depellant, *l. 16. de curiosis. lib. 6. t. 29.* *Engin:* Vnde *mal-engin*, pro *fraudibus*, *Ingenium paupertatis.* Si quis sacrilega vitem falce succiderit, aut feracium ramorum fetus hebetauerit, quo declinet fidem censuum, & mentiatur callide paupertatis *ingenium*, &c. *l. 1. de censitor. lib. 13. t. vlt. Ingenium*, pro machinamento, apud Tertullianum non semel: Hinc, *Artium ingenia, de spectac. c. 10. Pœnarum ingenia, de resurr. carn. c. 8.* 3.) *Ingenia*, sunt mores atque studia, quæ quis sequitur, natura ductus. Plurimi collegiati cultum Vrbium deserentes, agrestem vitam secuti, in secreta sese & deuia contulerunt, sed talia *ingenia* huiusmodi auctoritate destruimus, *l. 1. de his qui condit. propr. lib. 12. t. vlt.* Victor *de Cæsarib. cap. 3. Denique nactus potestatem, vti talia INGENIA verti solent, anni mensibus*, &c.

INGERERE. Si peccandi *ingerant* necessitatem inuitis, *l. 2. de lenonibus. lib. 15. t. 8. Ingerere* est, *inserere*, *inferre*, *offerre*, Non licere refutatoriis tale aliquid *ingerere*, quod apud Iudicem non ausi fuerint publicare, *l. 11. de appellat. lib. 11. t. 30. Congerere*, paulo ante. Meritoque his *ingerimus* largitionales Vrbium singularum, *l. 3. de priuil. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Nisi legas, *inserimus.* Officiis *ingerendi* (inferendi. *Cod. Iust.*) damna, licentia denegetur, *l. vlt. de indiction. lib. 11. t. 5.* Detrimento, quod fisco *ingeritur*, *l. vlt. de bonis vacant. lib. 10. t. 8. Ingerere* libellos appellatorios, id est, *offerre*, *l. 56. de appellat. lib. 11. t. 38.* Id efficiunt, vt nobis eorum relationes, non necessariæ & insolentes *ingerantur. l. 13. de appell. lib. 11. t. 30.* Nisi Iudicibus debitorum ac reliquorum modum frequenter *ingesserint* sub actorum testificatione, *l. 9. de numer. lib. 8. t. 1.* Nisi intra tricesimum diem semper commentariensis *ingesserit* (Iudici) numerum personarum, &c. *l. 6 de custod. reor. lib. 9. t. 3. Pœnam ingerere*, *L. 6. ad leg. Iul. repetund. lib. 9. tit. 27.* Pœnam, vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam.

INGLORIVS. *Inglorios* esse non patimur, *l. 9. de domesticis. lib. 6. t. 24. Gloss. Cyrilli*, ἀκλεής, *inglorius.*

IGNAVVS. Veteranorum liberos, aptos militiæ, quorum quidam adeo *ignaui* sunt, vt cum dispendio corporis militiæ velint necessitatem euadere, *l. 1. de filiis milit. apparit. lib. 7. t. 22.*

INGRAVATIO, onus. Nec vllus qui releuandus fuerit, perpetuæ *ingrauationi* addici, *l. 7. vers. centra hæc, de tyronib. lib. 7. t. 13.*

INGRAVARE. Per singulos obolos, libræ vnius auri dispendiis *ingrauetur*, *l. 2. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Id est, *mulctetur*, *afficiatur.*

INHÆRERE. Et eodem officio *inhæserint*, *l. 8. de numerariis. lib. 8. t. 1.*

INHIATIO *petitorum.* Quoniam plerumque ita in nonnullis inuerecunda petentum *inhiatione* constringimur, &c. *l. 15. de petition. lib. 10. t. 10.*

INHIARE, cupide aliquid velle, optare, desiderare. Vt prædæ *inhiantium* non dedatur, *l. 27. de petition.* Symmachus *lib. 9. epist. 117. Quæ iure ac legibus sunt relicta, alienari impetratione non possunt: Proinde remoue a te inhiationis inuidiam quam etiam consorti opto suaderi.* Sacros vultus *inhiantibus* si forte populis inferemus, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.* Vide quæ dixi ad *eam leg.* Extorres sint, ab omnibus quibus *inhiauerant* bonis *l 87. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Qui rebus eorum videntur *inhiasse*, *l. 14. de murilegul. lib. 10. t. 20.*

INIMICVS. Omnem sectam Catholicis *inimicam*, *l. 62. de hæret. lib. 16. t. 5.* Omnes catholicæ sectæ *inimicos* insectamur errores, *l. 63. de hæret. lib. 16. tit. 5.*

INIMICVS. Sanctæ legis *inimici*, id est hæretici, *l. 51. de hæret. lib. 16. t. 5.* Catholicæ sectæ *inimici*, *l. 42. eod. Inimici* humani generis, vocantur delatores a Valentiniano *l. 10. de petition. lib. 10. t. 10.*

Martialis *lib. Spectaculor. Epigr. 4.*

Turba grauis paci, placidæque INIMICA quieti.

Κοινὲς ἀλάςορας τῆς χώρας, *communes terrarum pestes*, vocat Synesius, *in epistolis.* Sicut malefici, *l. 11. de maleficis*, *communes hostes salutis.* Hoc nomine quoque traducti Christiani olim. v. *Hostes. Inimici* humani generis, magi, *l. 6. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Naturæ peregrini *l. 5. eod. tit.* vocantur. *Inimicus publicus.* Publicus ac noster inimicus, *l. 1. de immunitate concessa. lib. 11. t. 12.* Quis ille, liquido nescio: vide *supra* hostis publicus.

INIQVVS. *Iniquum*, quod a modo & mensura recedit. Partitio *iniqua* tributorum, *l. 26. de annona. lib. 11. t. 1.*

INIQVITAS. Ponderum *iniquitas*, *lex 32. de susceptoribus. lib. 12. t. 6. Iniqua* pondera, *l. 32. D. de act. empt.* ita iniquæ mensuræ, modii. Persius I. *Satyr. in fin.*

Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.

Mensuræ iniquæ, *l. 13. §. 8. D. locati.* iniusta pondera Gregorio *epist. 42.*

INITIARE, addicere. Quibus vel sponte *initiatus* est, vel retinetur consortio maiorum, *l. 16. de diu. off. lib. 8. t. 7.*

INITIATVS. Cum alii necdum pene *initiati* Curiæ sacris fuerint, *l. vlt. quemadm. mun. ciuil. lib. 12. t. 5. Initiati*, Christianis proprie dicuntur baptizati. Nullus rebaptizandi scelus adripiat, nec eos qui orthodoxorum ritu fuerint *initiati*, cœno profanatarum religionum hæreticorumque sordibus polluere moliatur, *l. 6. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* Vide etiam Tertullianum *de Monogam. c. 8.*

INIVRIA corporis, *l. 39. 75. de Decurion. lib. 12. t. 1. Iniuria* Corporalis, *l. 10. de fide testium. lib. 11. t. vlt. l. 47. 80. 190 de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 6. de quæst. lib. 9. t. 35.* id est, quæstio. Hinc *Iniuria* quæstionis, *l. 10. de fide testium. lib. 11. t. vlt. Graues*

nes iniuriæ, *l. 61. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Iniuriæ, absolute, *l. 127. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) Fortunæ *iniuria* miserabiles, id est, morbo fatigati, debiles, *l. 2. de off. Iudicum omn. lib. 1. t. 10.* 3.) Maiestatis *iniuria*, *l. 4. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* 4.) *Iniuria* necessitatis, voluntati opposita, *l. 4. de auro Coronario. lib. 12. t. 13.* 5.) *Iniuria*, de carcere, tormentis, verberibus, catenis, *l. 2. de abolit. lib. 9. t. 37.* 6.) *Iniuria* pro exhibitione, *l. 9. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.* Hinc *iniuria* exhibitionis, *l. 8. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Iniuria*, pro munere personali, *l. 36. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

INIVRIOSVS. Porro tenuioribus, ab hac sorte *iniuriosæ* necessitatis alienis, *l. 1. ne quid publ. lat. lib. 8. t. 11.* Nihil est tam *iniuriosum*, &c. *l. 1. vt dignit. ordo. lib. 6. t. 5.*

INIVSTVS. *Iniustus* emptor, *l. 1. de prædiis & mancip. Curialium lib. 12. t. 3.* *Iniustum* onus, dum quis a peræquatoribus prægrauatur, *l. 4. de censitorib. lib. 13. t. vlt.*

INLATIO. *Inlatio* tributorum, *l. 2. 22. 29. 32. 34. de annona. lib. 11. t. 1.* *Inlatio*, pro tributorum illatione, collatione, *l. 7. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2. l. 20. de annona & trib. lib. 11. t. 1.*

INLECEBRÆ. Familiarium rerum carere *inlecebris*, *l. 63. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Careant emolumentis, quæ ex donationibus, vel morientium voluntate alternis solebant *inlecebris* fraude & circumuentione percipere, *l. 49. de hæret. lib. 16. t. 5.*

INLIBATVS. Quod conscientia mentis *inlibata* protulerint, *l. 1. de Episc. iudic. lib. 16. t. 12.*

INLIGARI muneribus vel officiis, *l. 156. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Inligentur*, *l. 156. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Qui manifestis Curiæ nexibus *inligantur*, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Quos cohortalina militia *inligat* obsequiis & functionibus, *l. 48. de hæret. lib. 16. t. 5.* Nullus sane solis materni sanguinis vinculis *inligetur*, *l. 137. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INLVDERE commodis Curiarum, *l. 43. de Decurion. l. 12. t. 1.* Alia officia *inlusurus*, *lex 62. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Curiales publicis *inludere* functionibus per suam fugam cognouimus, *l. 119. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Et si eos spes falsi honoris *inluserit*, *l. 24. de Decurionib. lib. 11. t. 1.*

INLVSTRARE, pro gerere. Quam ille actu *inlustrat* dignitatem, *l. vlt. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* 2.) *Inlustrari* dicuntur, quæ probationibus inlustrantur. Securitatibus nomen inferentis, dies, Consul, Mensis, causa, & summa comprehendatur: quo & describtionis æquitas *inlustretur*: & describtus documentis euidentibus fulciatur, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INLVSTRIS. Ne aliquid nouellum adgrediantur opus, veterum *inlustrium* fabricarum reparatione neglecta, *l. 16. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

INLVVIES. Erepto splendore eius (Eutropii) & Consulatu, a tætra *inluuie*, & a commemoratione nominis eius & cœnosis sordibus vindicato, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

INLVSOR. Non *inlusor* vtilitatis alienæ, nec futuræ disceptationis circumscribtor occurrat, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.*

INMANE. *INmane* aurum, id est immensum. *l. 7. de tyronib. lib. 7. t. 13.*

INMISSVS. Actuarii pittacia prorogent, vt hoc modo *iNmissis* pittaciis species capitum annonarumve ex horreis proferantur, *l. 13. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* *Inmissis*, id est, Ante missis, prorogatis.

INNATVS. Quos erigit ad militiam *innata* libertas, (id est, ingenuitas.) *l. 17. de tyron. lib. 7. t. 13.*

INNECTERE. Veteranorum filios Curialibus muniis *innectendos*, *l. 15. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Sacramentis *innexi*, *l. 105. in fin. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

INNOCENS. Nam & *innocens* creditur, cui defuit accusator, cum non defuerit inimicus, *l. 6. de famosis libell. lib. 9. t. 34.* Nullus *innocentium* fortunarum delator occurret, *l. 33. de petition. lib. 10. t. 10.* *Innocens industria rusticanorum.* Nemo negotiator muneribus publicis eximatur, exceptis his dumtaxat, qui *innocenti* industria fructus domesticos suis possessionibus innatos simpliciter vendunt, *l. 12. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

INNOCENTER. *Innocenter* adhibita suffragia nullis criminationibus implicanda sunt, Constantinus, *l. 7. de maleficis. lib. 9. t. 18.* quæ nulli nocent, contra prosunt. Contra Valentinianus, *l. 9. eod. tit. Haruspicinam nocenter exerceri vetamus.*

INNOCENTIA. *Innocentia* auctoritate securæ, *l. 6. de quæstionib. lib. 9. t. 35.*

INNOCVVS. Innocuo titillo admonere: vide *Titillum.*

INNODATVS. Nexibus municipalis ordinis *innodatus*, *l. 180. de Decurion. lib. 11. t. 1.*

INNOTESCERE, pro notum facere: vide Salm. *in Capitolin. Maxim. & Balbin. c. 2.* & in Vopisci *Aurelian. c. 38.* ubi prouocat ad Codicem Theodosianum.

INNOVARE. Tempora *innouare.* Placuit cum de appellationibus iudicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto, menses quatuor *innouare*, & noua tempora prorogari, &c. *l. vnic. si pendente appell. lib. 11. t. 35.* Symmachus *lib. 10. epist. 45.* *Orta præscriptio est, quæ assereret NOVARI tempora possessore mortuo debuisse.*

INNVBERE, nubere. Secludimus mulierem, quæ in secundi matrimonii fœdus *innubserit*, *l. 1. de reuoc. donat. lib. 8. t. 13.* Si qua femina perdito marito, intra anni spatium alteri festinarit *innubere* (*nubere* Tribon.) *l. 1. de secundis nuptiis. lib. 3. t. 8.* Nonius *c. 2. num. 431.* *Innubere, positum pro transire, quod hæ quæ nubunt ad domos maritorum transeunt. Lucillius Satyr. lib. 6. suam enim inuadere atque INNVBERE censent.* Vox hæc profecta a more deducendæ seu traducendæ nouæ nuptæ in domos maritorum.

INOLITVS. Licentia *inolita*, *l. 21. de Prætor. lib. 6. t. 4.* hactenus male, *ex molita.*

INOPINVS. Quod si armatus nullis hoc suspicantibus *inopinus* inruerit, *l. vlt. de his qui ad Ecclesi. lib. 9. t. vlt.*

INOPS. Si quis assertore *inops* atque ignotus, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* Emendant alii *assertoris.*

INORMITAS. Vel vehiculi *inormitate* vel ponderis, *l. 30. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* Censeret quis, reponendum esse *enormitate*, vt *leg. 17. eod. tit. enormium vehiculorum.* Verum veteres *inorme* & *enorme*, olim promiscue dixere. vide Salmasium *ad Spartiani Æl. Verum c. l.*

INPATIENTER. Qui *iNpatienter* ab articulo appellandum putauerint, *l. 3. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Id est, *Præpropere*, vt *l. 2. eod.* dicitur.

INPATIENTIA. Quod si quis corporali inbecillitate quassatus, eoque modo laboris *iNpatientia*, longam militiæ seriem tolerare non patitur. *l. 19. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* Frequentissimum hoc: *Patiens* laboris, & *impatiens.*

INPEDIMENTA, pro lixis, *l. 28. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* vide Vegetium *lib. 3. c. 6.*

INPENDIA. Impensæ, sumptus. Hoc pacto *iNpendiis ordinandis*, vt adscribtio currat pro viribus singulorum, *l. 34. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Iudices expensarum (in ludos nomine) non excedant duorum librata *iNpendia*, *l. 2. de expens. lud. lib. 15. t. 9.*

INPENSVS, accuratus. Vt *iNpensiorem* sollicitudinem adhiberi magnopere iuberemus, *l. 10. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

INPENSE. Statui publico *iNpensius* prouidendum est, *l. 2. de his, qui condit. prop. lib. 12. t. vlt.*

INPIGRE. Et sumptus ex fructibus *iNpigre* facere, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

INPLICARE. *Implicari* metallo, id est, damnari in metallum, *l. 6. de Decur. lib. 12. t. 1.* Vnusquisque qui ordini se *iNplicat* Senatorio, *l. 111. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Quos in exercendis agris ingenitum iam pridem studium non retinet, sed mercandis distrahendisque rebus institutum vitæ & voluntatis *iNplicuit*, *l. 10. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Ausonius, *Parentalibus V. v. 13.*

Grassantis dudum fortunæ tela pauentem
Pauperis Æmiliæ conditio IMPLICVIT.

Communione criminis *iNplicato*, *l. 40. de hæret. lib. 16. t. 5.*

INPONERE. *Inponere* tura, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Lactant. *lib. 5. c. 20. Et animas suas cum thure ipso cremandas aris detestabilibus IMPONVNT.* Aristophanes *in Vespis v 97.*

ὥσπερ λιβανωτὸν ἘΠΙΤΙΘΕΊΣ νουμηνίᾳ
Velut thus inponens in nouilunio.

Conditiones, quas venditor minus idoneus in se receperit *iNpositæ* mentis arbitrio, *l. 8. de præd. nauic. lib. 13. t. 6.* Sed legendum hic, *conditiones inpositas mentis arbitrio.* Vid. *not. f. ad. d. l.* *INposita* sententia dicitur, *l. 1. de repar. appell. lib. 11. t. 31.*

INPORTARE. Vel ipso cultui locoque aliquid *iNportet* iniuriæ, *l. 31. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

INPORTVNE. Litigatorem, qui tam *iNportune* appellauerit (ab apertura testamenti, &c.) *l. 26. quor. appell. lib. 11. t. 36.*

INPORTVNITATES, *l. 7. in fin. quorum appell. lib. 11. t. 36.* de frustratoriis appellationibus.

INPOTENTIA. Violentia, quam adhibent potentiores infirmioribus. Qui per *inpotentiam* fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quæstuosis vberibusque, pro rata portione suscipiant infœcundos, *l. 8. de censitor. lib. 13. t. vlt.*

INPRESSIO. *INpressio* potentium, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Consule Brissonium *de V. S.*

INPROBVS, iniustus, inciuilis, impius. *INproba* licitatio æstimationis in sp. *l. 7. de præd. nauic. lib. 13. t. 6.* Si quis modestiæ nescius & pudoris ignarus, *iNprobo* petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit, &c. *l. vnic. si quis Imperatori. lib. 9. t. 4.* Voces *iNprobæ* vocantur in *l. 22. de Prætor. lib. 6. t. 4.* falso se a Præturæ munere eximere volentis. Nec eis nouelli statuti, priuilegio, transeundi ad Sardiniam *iNproba* spes blandiatur, *l. 9. de metatis. lib. 10. t. 19.*

INPROBE, parum probe, non iure & contra fidem bonam. Quæ aut male sint tradita, aut *iNprobe* ab aliquibus occupata, *l. 9. de censitor. lib. 13. t. vlt.* Fisci patronus, si litem *iNprobe* cuiquam intenderit, &c. *l. vlt. in fin. de bonis vac. lib. 10. t. 8.* Id est, si priuatis, fisci nomine, calumnias commouerit, *l. 1. de aduocato fisci.*

IMPVNITAS. Ne diutius in perniciem Curiarum latitandi spes & solatium eos *iNpunitatis* exacuat, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INQVIETARE. Eum qui hanc formam ausus fuerit *inquietare*, &c. *l. vlt. de frum. V. CSP. lib. 14. t. 16.*

INQVIETVDO. Quibus aliquam *inquietudinem* fiscus infert, *l. 5. de iure fisci. lib. 10. t. 1.*

INQVINARE. Nefas existimamus religiosissimos famulos impiissimorum emptorum *inquinari* dominio, *l. vlt. ne Christianum mancip. Iudæus. lib. 16. t. 9.*

INQVISITIO. Census *inquisitio.* Si quis census *inquisitione* completa grauatum se esse credat, &c. *l. 5. de censu. lib. 13. t. 10.*

INREPERE. Ferri non potest *in titulo militaris laudis inrepere* eos, qui nec aciem viderint, &c. *l. 1. de testim. ex-Tribun. lib. 7. t. 21.* Ad indebita officia fraude callidæ molitionis *inrepunt*, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Nec ad quasdam *inrepant dignitates*, *l. 5. de numer. lib. 8. t. 1.* At si quispiam promotorum, denuo ad id munus *inrepserit*, quod docebitur ante gessisse, &c. *l. 2. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26.* Quod si *clandestinis artibus* putauerint *inrependum*, *l. 7. de cohort. lib. 8. t. 4.* in nomen *inrepsisse* militiæ, *l. 3. de tabulariis. lib. 8. t. 2.* In honores primos *inrepant*, *l. 77. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Ne locum possint laborantibus debitum, *inrepere*, *l. 2. de numerar. lib. 8. t. 1.* Vt nulla quæstio voluntatis possit *inrepere*, *l. 4. de donat. lib. 8. t. 12.*

INREPTOR. Is, qui *inreptor* agrorum, fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum diripere tentauit, amittat, *leg. 2. finium regundorum. lib. 2. tit. 26.*

INRETITVS. Ciuilium apparitionum vel aliorum necessitatibus *inretitus*, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Fiscus aliqua *circumscribtione* fuerit *inretitus*, *l. 3. de aduoc. fisci. lib. 10. t. 15.* Memoratarum conditionum laqueis *inretitus*, *l. 28. de cohort. lib. 8. t. 4.*

INRITVS. In *irritum* deuocentur, *l. 29. de cohort. lib. 8. t. 4.*

INRVERE. Vt agnoscant, oportere a Iudæis, *inruentium* contumelias propulsari, eorumque synagogas in quiete solita permanere, *l. 12. de Iudæis, lib. 16. t. 8.*

INSANIA. Neque præsumptionis *insania*, *l. 22. de Prætorib. lib 6. t. 14.* *Insania* sacrificiorum, *l. 2. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Furor Minucio Felici *Octau. c. 24.* *Insania* ideo: quia neque vlla probabili ratione fiunt: imo quibus iniuria fit Deo: vide Eusebium, Arnobium *lib. 7.* alios.

INSCRIPTIO, libellus accusatorius. Iudices Præfecti Vrbi *inscribtione* conuenti, *l. 13. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

INSCRIBTVS, pro accusato, aduersus quem accusator se in crimen inscribsit. Postquam aliquid iniuriæ, merito inscribtionis inlatæ tolerarit *inscribtus*, id est, si vel carcerem sustinuerit, vel tormenta, &c. *l. 2. de abolit. lib. 9. t. 37.*

INSECTATIO. Si quis e grege cohortalinorum vrguente criminis *insectatione* stipendiis fuerit exemptus, *l. 26. de cohort. lib. 8. t. 4.*

INSIDERE. Quod si exacto spatio anni eius regionis visceribus prædator *insidens* deprehensus fuerit remorari, &c. *l. 9. de executor. lib. 8. t. 8.* *Insidians*, in Cod. Iust. male.

INSIDIÆ venenorum, *l. 4. de indulgentiis criminum. lib. 9. t. 38.* Aduersus commentitias venditiones, & aduersus Tutorum *insidias*, *l. 1. de integri restitut. lib. 2. t. 16.* vbi dixi.

INSIDIARI. Alienæ verecundiæ *insidiari* dicuntur, qui

qui calumniosam instituunt accusationem, *l. 41. de Episc. lib. 16. t. 2*

INSIDIOSVS. *Insidiosis* artibus, *l. 49. in med. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

INSIGNIA dignitatum, *l. 25. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Claræ domus *insignia*, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2. Insignia* honoris, *l. 4 de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Palatini laboris *insignia*, *l. 73. de Decurionibus. lib. 12. t. 1. Insignia* Magistratus, id est, duumuiratus, *l. 21. de Decur. lib. 12. t. 1. Insignia* potestatis, & *Insignia* Consularitatis, *l. 2. de Senator. & glebali conlat. lib. 6. t. 2.* Prætorum *insignia*, *l. 15 de Pratorib. lib. 6. t. 4.* Præturæ *insignia* (honorem dignitatemque) *l. 12 de Prætor lib. 6. t. 4. Insignia* Præturæ, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INSIGNITVS. *Insignitus* macula, *l. 10. de tyron. lib. 7. t. 13.*

INSIMVLARE, crimen in aliquem conijcere, accusare. Si quis socius criminis *insimulatus* fuerit, *l. 1. de exhib. reis lib. 9. t. 2.*

INSIMVLATIO, accusatio. Quia nonnulli ex ordine Senatorio maleficiorum *insimulatione* atque inuidia stringebantur, *l. 10. de maleficiis. lib. 9. t. 16. Insimulatio* congrua, *l. vltim. de Apostatis. lib. 16. tit. 7.*

INSINVARE, denunciare, notum facere, intimare, publicare, tradere. Placuit iusta suggestio, qua *insinuasti*, *l. 8. de palatin. S. L. lib. 6. t. 30.* Litem *insinuare*, id est denuntiare, *l. 1. de denuntiat. lib. 2. t. 4. Insinuato* iudici desiderio, proficiscendi licentiam consequatur, *l. 9. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Decreta sua Præfecto Augustali *insinuare*, *l. 15. de Legatis. lib. 12. t. 12. Insinuatum* est quosdam patres, &c. *l. 3 de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* In tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque nunc ab ipso *insinuata* declarat, *l. 2. de fide cathol. lib. 16. t. 1.* & *l. 1. Cod. Iust. eod.* Ne Antistites eorundem audeant fidem *insinuare*, quam non habent, *l. 24. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

INSINVATIO, commendatio, traditio. Episcopi, populo (vel populos) Christianæ religionis doctrinæ *insinuatione* moderantur, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

INSISTERE. Efferri cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam, & per maximam *insistentium* densitatem, Iulianus, *l. 5. de sepulchris viol. lib. 9. t 17. Insistentium*, id est, in via stantium. *Insistere* (id est persistere) mora pestiferæ perseuerationis, *l. 2. de his, qui super religione. lib. 16. t. 4.*

INSOLENTER. Quid vnusquisque compulsor *insolenter* egisset, aut cupide, *l. 5. de off Rector. Prou. lib. 1. t. 7.* Atque aduenarum coemptio iuniorum *insolentius*, quam conuenit æstimatur, *l. 7. de tiron. lib. 7. t. 13.*

INSOLENTIA, violentia. Nemo carcerem, plumbatarumque verbera aut pondera, aliaque ab *insolentia* iudicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus vel a peruersis, vel ab iratis iudicibus expauescat, *l. 3 de exactionib. lib. 11. t. 7.*

INSOLESCERE, arrogantia, & superbia intumescere. Indulta potestate per iactantiam *insolescere*, *l. 11 de appellat. lib. 11. t. 30.*

INSONS. *Insons victima*. Nemo *insontem* victimam cædat, *l. 10. de Paganis lib. 16. t. 10.* Nullus omnino *insontem* victimam cædat, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Cato: *Cum sis ipse NOCENS, moritur cur victima pro te?* &c. vide in hanc sententiam eleganter differentem Arnobium *lib. 7. p. 206. 207. Edit. Stewech. p. 273.* vbi ad locum hæc: *Quænam est ergo causa, vt alienum crimen meo luatur e sanguine, & in nefas extraneum mea vita & INNOCENTIA perducatur?* Et post: *Cum docuerit nos ratio neque deos irasci aliquando, neque alterum velle pro altero confici, cædi, nec INNOXII sanguine abolitionem designationibus comparari.*

INSPECTIO. Agrimensor dirigatur ad loca, vt si fidelis *inspectio* tenentis locum esse probauerit, *l. 1. finium regundor. lib. 2. t. 26. Fidelis inspectio* est, quæ fit ab agrimensoribus ex fide terminorum. *Oculis suis subiectis locis, l. 8 §. 1. D. eod. tit.* Hinc in veteribus lapidibus, & scriptoribus INREPRAESENTI. Aggenus, *p. 79. Edit. Rigalt. & pag. 62. Edit. Goes. Inspectio artificis eam finiet.* 2.) *Inspectio iecoris.* Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, vt *inspectione* iecoris extorumque præsagio vanæ spem promissionis accipiat, *l. 9. de Paganis. lib. 16 t. 10.* Omitto huius σκέψεως, καὶ ἡπατοσκοπίας, καὶ ἡπατοσκοπικῆς τέχνης (cuius & Phlegon Trallianus meminit) obuia apud veteres testimonia. Sed *Inspectionis* verbum in ea re proprium. Ouidius *Metamorph. XV. v. 136.*

Protinus ereptas viuenti pectore fibras
INSPICIVNT, mentesque Deum scrutantur in illis.

Seneca, Thyeste *actu 4. SC. 1. v. 756.*

At ille fibras tractat, ac fata INSPICIT
Et adhuc calentes viscerum venas notat.

Inde EXTISPICVM, & *extispiciorum* nomen: vide Tullium *de diuinatione l. 16.* Valerium *cap. 6. num. 9.* & Senecam *Natural. quæst. lib 2. cap. 32.* Adi etiam Barthium *Aduersar. XXV. cap. 11.* 3.) Æqua *inspectio*, *est discussio, examinatio*, quando quis immunitatem a vectigalibus, aut lustrali collatione obtendit. Omnium rerum ac personarum, quæ priuatam degunt vitam, in publicis functionibus æqua debet esse *inspectio*, *l. 3. de immunitate concessa. lib. 11. t. 12.* 4.) id tantum in specie præbeatur, quod militis flagitarit *Inspectio*, *l. 28. de erogatione militar. annon. lib. 7. t. 4. Inspectio* hic *La monstre*. Alioquin σημαντικῶς, *annona militaris* inspici dicitur. Lamprid. *Alexand. Seu. cap. 15. Annonam militum diligenter INSPEXIT.* Ita & *respicere*. Vulcatius *in Auidio Cassio cap. 6. arma militum septima die semper respexit, vestimenta etiam & calceamenta &c.*

INSPICERE, id est, agnoscere tributa, *l. 2. sine censu. lib. 11. t. 1.*

INSTANTIA. Vide *supra* efficacia, & *l. 33. D. de vsuris.* Est autem *instantia*, debiti flagitatio & exactio. Ita, *Instantia* compulsorum, *l. 4. ne conlat. translatio. lib. 1. t. 22.* 2.) *Instantia*, est diligentia & studium rem persequendi. Priuatorum manus ab exercendo quolibet marmoreo metallo prohiberi præcipimus, vt fiscalibus *instantia* locis liberior relaxetur, *l. 13. de metallis. lib. 10. t. 19.*

INSTAR. Semper aliquam indicat magnitudinem, & similitudinem vt apud optimos auctores, ita & hoc Codice. Iuxta *instar l. 3. de Palat. S. L. lib. 6. tit. 30.* Primicerii Scriniorum, per triennium, *iuxta instar* Sacrorum Scriniorum, administratione fungantur. Male sollicitant nonnulli hanc lectionem. Vid. *not. d. ad dict. legem.* Qui antiquum *instar* Senatorii nominis fuerint consecuti, *l. 74. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Ἀπεικόνισμα, *specimen*, INSTAR, *effigies.* Ἀντίτυπον *exemplum, exemplar*, INSTAR, *in Gloss. Philoxeni.* Hinc, *ad Instar l. 5. Cod. Iust. de inoff. dotib. Instar* quoddam, & quasi facies quædam

dam operis, *l. 21. §. 3. D. de oper. noui. nunciat.* *Instar exhibere.* Cum duæ partes Ordinis in Vrbe positæ totius Curiæ *instar* exhibeant, *l. 42. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Donationis *instar* perspicitur obtinere, *l. 3. de dotibus.* Anianus recte interpretatur: *similitudo donationis est.* Humanitatis *instar* exhibere, *l. 6. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* vide *supra Humanitatis.* Adi etiam Seruium *in Æn. II. v. 15.*

INSTAVRARE. Opera publica *instaurare*, *l. 2. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* *Instaurare*, non tantum de operibus; sed & de rationibus. Quidquid ille dilapidauit, ipse de propriis rebus instauret, *l. 1. de susceptorib. lib. 16. t. 6.*

INSTAVRATIO, de reparatione appellationis, *l. 7. de repar. appell. lib. 11. t. 31.* *Instauratio* itinerum *l. 4. de itiner. muniend. lib. 15. t. 3.*

INSTINCTVS sanctæ religionis, *l. 13. de exactionib. lib. 11. tit. 7.* quamquam pro eo in *l. 3. de executor.* habetur *institutio.*

INSTITERIT. Officium quod non *institerit* huic iussioni statutæ, obnoxium tenebitur, *l. 13. de erogatione mil. ann. lib. 7. t. 4.*

INSTITVERE opera, id est inchoare, noua extollere. Nihil auspicari quemquam noui operis patieris, exceptis stabulorum fabricis, quæ ex vsu publico, si ita res tulerit, non prohibemus *institui* (vt *constitui l. 14. d. t.*) *l. 16. de operibus publ. lib 15. t. 1.*

INSTITVTIO diuina, *l. 45. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Institutio* profana, de hæreticis, *l. 3. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Vitiorum *institutio*, Deo atque hominibus exosa, Eunomiana scilicet, &c. *l. 12. de hæreticis. lib. 16. t 5.* *Institutio*, pro *eruditione.* Hinc *Institutionis* vtriusque Grammatici, *l. 18. de extraord. lib. 11. t. 16 qui audiunt.* Eruditionis vtriusque *l. 15. eod.* & Grammatici, Atticæ Romanæque doctrinæ, *l. 11. de Medicis & Professor.*

INSTITVTVM. Instituta (*institutiones*) de sacris præceptis, *l. 1. 2 ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* vbi conf. le Commentarium. 2.) *Institutum* liberale, κυρίως, de ædificio instituto. Aut, vt est plerumque liberale *institutum*, habitationem suam quis ornamento vrbis adiecit, *l. 7. de præd. nauic. lib. 13. t. 6.* Architecti, qui mensuris & *institutis*, operam fabricationi stringunt, *l. 3. de excusation. artif. lib. 13. t. 4.* 3.) *Institutum* vitæ & voluntatis inplicuit mercandis rebus, *l. 10. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* 4.) *Institutum publicum*, id est, publica disciplina, *l. 4. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

INSTRVCTIONES, *l. 6. 9. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Instructiones necessariæ*, *d. l. 9.* Instructio vniuersa, *d. l. 6.* Sunt, quæcumque ad instructionem causæ pertinent, *l. 8. d. tit.* cuncta, quæ litigatores instructionis probationisque causa recitant, *dict. l. 9.* vniuersa quæ in negotio geruntur, *l. 29. d tit.* Has autem *instructiones*, appellatione interposita, vel relatione promissa, ad Principem vel Iudicem ad quem appellatum, mitti oportebat, *d. l. 6. 8. 9. 29.* Frequentia moris huius vestigia apud Symmachum *lib. 10. epist. 29. 37 38. 40. 41. 43. 44. 45. 46. 53. 58. 63.* 2.) *Instructiones* legationum. Sunt decreta legationum, *Instruction de deputez. l. 14 de Legatis. lib. 12. t. 12.* Sic, Legationes, quas *instruxere* decreta, *l. 16. d. tit.* ita apud Symmachum *lib. 1. epist. 11. & epist. 52.* legatus & legatio instructa mandatis. 3.) *Instructio limitis.* Ne Parauaeredorum huiusmodi viris, aut Parangariarum præbitio mandetur (exceptis his, quibus ex more Rheticus limes *instruitur* (ita repono, pro *includitur*) vel expeditionis Illyricæ pro necessitate vel tempore vtilitas adiuuatur, *l. 15. de extraord. lib. 11. t. 16.* *Instruitur* autem limes, pastus militaris translatione, quod probant sequentia verba *l. 18.* Exceptis his, quas Rhetiarum limes, expeditiones Illyricæ, quas pastus translatio militaris vel pro necessitate, vel pro sollemnitate deposcunt. Ita habet *l. 18 eod. tit.* *Instructio* Prouinciæ, id est, limitis in Prouincia & militaris annonæ instructio, copia, *l. 28. de susceptorib. lib 12. t. 16.* 4.) *Instructio* viæ publicæ, *l. vlt. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* 5.) *Instructio* ad palatina officia missa, *leg. 2. de Senator. lib. 6. tit. 2.* est, notitia, breuis.

INSTRVERE, iuuare, parare. Ita enim promptius *instruitur* vsus armorum, *l. vnic. de oblat. equorum. lib. 7. t. 23.* *Instruere* ædes, id est ædificare, *l. 12. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.* *Instruere* mansiones, *l. 21. de annona. lib. 11. t. 1.* id est, parare. Data copia vniuersis, qui concussi fuerint, vt Præsidum *instruant motionem*, *l. 1. de off. Rector. Prou. lib. 1. t. 7.* id est, certiorem faciant. *Instructum* possessionis vel domus, *leg. 1. de bonis vacant. lib. 10. tit. 8.* est omne id, quo possessio vel domus, vt in rebus necessariis abundare possit, instruitur. *Instructum* munitionis, *l. 4. de itiner. muniend. lib. 15. t. 3.* est, quo via instruitur.

INSTRVMENTVM. *Instrumentum* nauis. *Instrumentisque* suis vniuersis armatæ. *Et mox.* Cum omni suo instrumento, *l. vnic. de lusor. Danub. lib. 7. t. 18. l. 3. D. de l. Rhod. l. vlt. D. de instruct. vel instrum.*

INSVDARE. Et strenue armis susceptis *insudauerit*, *l. 28. de cohort. lib. 8 t. 4.*

INSVETVS. Pateat *insuetis*, horridus carcer, aliquando luminibus, *l. 6. de indulg. crim. lib 9. t. 38.*

INSVRGERE. Iubemus *insurgere* leges, armari iura gladio vltore, *l. 3. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.*

INTEGER. Hoc *integra* (id est seria: *auec entiere & meure deliberation*) deliberatione sancimus, *l. 47. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Integræ* opinionis, *l. 177. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 21. D. de rei vindicat.* *Integro statu* donata possessio, *l. l. de bonis vacant. lib. 10. tit. 1.* est quando ea omnia donantur, quæ possessio stat integra, & omnibus aut, quibus, possessionem vel domum integrant, rebus necessariis abundat. *Integro* legum statu, *l. 1. de bon. proscript. lib. 9. tit. 42.* id est, integris, illibatis legibus.

INTEGRE. Quis est, cuiuscunque loci, ordinis aut dignitatis, qui se in quemcunque Iudicum, Comitum, Amicorum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter & manifeste probare posse confidit, quod non *integre*, atque iste gessisse videatur, &c. *l. 4. de accusat. lib 9. t. 1.*

INTEMERATVS. Dignitates *intemeratæ* inconcussæque. Eorum sane *intemeratas* inconcussasque dignitates volumus permanere, *l 25. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Pactum, vel, iura *intemerata.* Qui *intemerati* (intemerata, *C. Iust.*) pacti iura seruauerint, *l. vlt. de pactis. lib. 2. t. 9.* *Intemeratum* apud accipientium iura persistat, *l. 1. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* *Intemeratæ* fidei sensus, *l. 6. de hæret. lib 16. t. 5.* Proinde etiam quæ (hæc) circa Vrbis Romæ Episcopum obseruatio *intemerata* custodiet, *l 21. de extraord lib. 11. t. 16.* Tutores necesse habeant comprobare, quod puellæ sit *intemerata* virginitas, *l. vnic si quis eam cuius tutor fuerit. l. 8. t. 9.* id est, pudor inlæsus: vide *ibid.* non violata castitas. Quæ bene-

beneficia fuerant adtributa, *intemerata* permaneant, *l. 10. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* Frumenti integri adque *intemerati*, *l. 1. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.*

INTEMERATE. Dum popularibus plausibus *intemerate* seruiunt, *l. 3. de equis curul. lib. 15. tit. 5.* Sed rescribendum ibi *intemperate*, vel *intemperanter*, vt *l. 19. de decurion. lib. 12. tit. 1.*

INTEMPERANTER. Quoniam nonnulli diuersarum ciuitatum Curiales, *intemperanter* minores quibus publica tutela debetur ad Curiæ consortium deuocarunt, *l. 19 de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INTEMPERANTIA. Quæ adulterium commisit, vtrum domina cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata seruili, vt plerumque ipsa *intemperantiæ* vina præbuerit. Et mox, si potantibus ministerium præbuit, *l. 1. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.*

INTEMPESTIVE. Quod adpeti *intempestiuius* solet, *l. 7. de bonor. codic. lib. 6. t. 22.*

INTEMPESTIVVS. *Intempestiua* conuiuia. Adolescentes studiosi, ne spectacula frequentius adeant, aut adpetant vulgo *intempestiua* conuiuia, *l. 1. de studiis liber. V. R. lib. 14 t. 19.* *Intempestiua* conuiuia, quæ aut multo ante horam solitam die, vel in multam & intempestam noctem producuntur. Vtriusque vitii Pisonem culpat Cicero, cum ait: *Qui nunquam solem Orientem aut Occidentem viderit.* Et Silius, Campanos, *lib. 11. v. 41. s.*

medioque dierum
Regales epulæ, atque ortu conuiuia Solis
Deprensa.

Propertius, *lib. IV. 6. in fin.*

Sic NOCTEM patera, sic ducam carmina, donec
Iniiciat radios in mea vina dies.

Curtius *lib. 6. cap. 2. Intempestiua conuiuia & perpotandi peruigilandique insana dulcedo.* Cicero pro *Muræna cap. 6. Intempestiui conuiuii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.* Suetonius Caio *cap. 45. Senatum populumque obiurgauit edicto, quod Cæsare præliante, intempestiua conuiuia circum & theatra & amœnos secessus celebrarent.* Sed apud Curtium, Ciceronem, & Suetonium rectius legitur *tempestiua conuiuia.* Obseruauit enim Salmasius ad Vopisci *Florian. c. vlt.* conuiuia intempestiua nulla extare in veterum libris, nisi librariorum negligentia, & esse illam distinctionem inter *conuiuia tempestiua* & *intempestiua*, quasi tempestiua diurna fuerint, intempestiua vero nocturna, nullius auctoritatis. *Tempestiua* autem conuiuia sunt, quæ de die ante horam solitam & iustam inibantur, atque in multam noctem, vel ad sequentem aliquando protrahebantur lucem. Vid. Græuius *ad Suet. l. c.* & in *præfat. in vlt. Tom. Antiquit. Rom.*

INTENDERE. *Intendere* crimen, *l. 3. 11. vlt. de accusat. lib. 9 tit. 1. l. vltim. ad l. Corn. de falso lib. 9. t. 19. t. vnic. ad l. Iul. maiest lib. 9. t. 5.* Curam *intendere.* Muneribus patriæ perferendis curam sedulæ mentis *intendant*, *l. 43. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INTENTATVS. *Intentata* depellere, id est obiecta, *l. 8. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.*

INTENTIO, actio, executio, solutio. Nemo susceptor, &c. cessionem bonorum faciens, *intentionem* publicæ necessitatis euadat, *l. vlt. de fisci debitor. lib. 10. t. 16.* Quinque pedum præscriptione summota finalis iurgii vel locorum libera peragatur *intentio*, *l. 4. finium regund. lib. 2. t. 26.* Libera *intentione*, id est, accusatione aperta, *l. 4. de famos. lib.* Contra quem decernenda *intentio* huiusmodi fuerit expetita, *l. vnic. de dolo malo. lib. 2. t. 15.*

INTERCESSIO, interuentus, impedimentum. Auditionem, huius legis *intercessione* (vide *l. 1. Cod. I. de abolitione,*) depulsam, *l. 26. de cohort. lib. 8. t. 4.* Militares *intercessiones*, *l. 1. de lucris officiorum. lib. 8. t. 9.* id est, *exsecutiones.* *Intercessio*, pariter in *l. 4. de Princip. agentum in reb. lib. 6. t. 28.* vocatur, quæ initio legis *exsecutio.*

INTERCESSORES, sunt executores. Ideo, qui *intercessores* vocantur, *l. 1. de pignor. lib 2. tit. 30.* eorum loco Tribonianus *l. 7. Cod. Iust. quæ res pignori*, posuit *executores.*

INTERCIDERE. *Intercidendam* specialiter eam sectam censuimus, &c. *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.*

INTERCIDERE. Quæ iam deformibus ruinis *intercidisse* dicuntur, *l. 11. de operibus publ. lib 15. t. 1.*

INTERCIPERE, impedire, prohibere, in his, quæ naucularii vendunt, quoniam *intercipere* contractum emendi vendendique fas prohibet, emtor, &c. *l. 7 de præd. nauic. lib. 13. t. 6.* Ne plures frustra litibus premerentur, si nullus *intercepta* metis actio tolleretur, *l. 4. de censitor. lib. 13. tit. vlt.*

INTERCLVDERE. Aditum sibi *interclusum* Senatoriæ dignitatis intelligat, *l. 1. 10. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

INTERCOLVMNIA. Omnibus tabulatis, tam his quæ *intercolumniis* adfixa sunt, quam his quæ superiores porticus diuidunt, &c. *l. 45. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* vbi dixi. Eadem forma apud Vitruuium *lib. 6. c. 3. interpensiua:* & *lib. 4. cap. 2. intertignia*: Spatia inter ligna. Vide Vitruuianum *Indicem in Diastylos.*

INTERESSE. Neque aliud, (vel *aliquid*) *inter* cœptum ambitum atque perfectum *esse* attribuetur, *l. 1. ad leg. Iul. de ambitu, lib. 9. tit. 26.* Vid. Brissonium *de V. S.*

INTERFECTVS. Negotium *interfectum*, est negotium finitum. Ita vt neuter reparationem *interfecti* hoc pacto semel negotii audeat postulare, *l. 2. vnde vi. lib. 4. t. 22.* Plautus *Menæch. Act. 3. sc. 2. v. 46. Interfecta hæc res est*: Apud Aristophanem τὸ τρύβλιον τέθνηκέ μοι.

INTERIECTVS. Moratoriis quibusdam frustrationibus *interiectis*, *l. 3. quorum appellat. lib. 11 t. 36.*

INTERLOCVTIO. *Interlocutionis formula*, hæc est: Curia suum nouit discrimen, *l. 71. de Decurionib. lib. 12 t. 1.*

INTERMINVS, continuus, æternus. Vt circa eos, quibus conlocata ac releuata sunt prædia, ad securitatem perpetuæ proprietatis *intermina* possint ætate seruari, *l. 13. de indulg. debit. lib. 11. t. 18.* Vid. *not. r. ad h. leg.* Brisson. *de V. S.*

INTERMINATVS. *Interminatæ* pœnæ erunt obnoxii, *l. 60. de hæret. lib. 16. t. 5.*

INTERMINATIO. De hac Vrbe pellantur sub *interminatione* iudicii, *l. 18. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Sub pœnæ *interminatione* prohibemus, *l. 30. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Sub viginti *interminatione* librarum auri, *l. 21. de diu. off. lib. 8. t. 7.* Pœnæ *interminatione* prohibemus, *l. 22 de extraord. lib. 11. t. 16.* Ab huius *interminatione* præcepti, *l. 6. de sepulchr. viol lib. 9. t. 17.* Recenti quoque *interminatione* vetamus, *l. vlt. de murileg. lib. 10. t. 20.* Si parum profecerit in seruos *interminatio*

tio constituta, &c. *l. 2. de desertor. lib. 7. t. 18.* Curiales omnes iubemus *interminatione* moueri, ne, &c. *l. 2. si Curialis relicta ciu. lib. 12. t. 18.* Priuilegia hac *interminatione* firmamus, *l. 36. de nauic. lib. 13. t. 5.* Sub hac *interminatione*, vt &c. *l. 2. quibus equorum vsus. lib. 9. t. 30.* Metu seuerissimæ *interminationis*, *l. 6. ne sanctum. lib. 16. t. 6.* *Interminationi*, quam vestra sedes statuerit, subiacebit. *l. 173. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Grauissimæ pœnæ *interminatione* proposita, *l. 64. de spectaculis. lib. 15. t. 5.*

INTERNVS. *Interna* causæ. Totius causæ *interna* discutiant, sollicitéque ac diligenter interrogent, &c. *l. 2. si vagum petatur mancip. lib. 10. t. 12.* Illibatis atque omnibus integris causæ principalis *internis*, &c. *l. 1. vnde vi. lib. 4. t. 22.* Si *internis* negotii vsquequaque decursis, ex euidenti claruerit, sententiam a iure iustitiaque discedere, *l. vnic. de officio Præfecti Prætorio. lib. 1. t. 5.* *Interna* prouinciarum. Prototypiæ munus, quod Prouinciarum *interna* depascitur, ab imis, vt dicitur, radicibus eruatur, *l. 7. de tyron. lib. 7. t. 13.*

INTERNECIVVS, aut *internecinus*. *Interneciui* crimen, *l. 14. de accusat. lib. 9. t. 1.* Est (vt volunt) crimen, interfecti alicuius ab eo, qui falsum, eidem testamentum suppósuit: vel, *homicidii & suppositi simul testamenti*, crimen: de quo tamen vide quæ scripsi ad *d. l. 14.* Cujacium *Obseruat. I. 2.* Brissonium *de V. S.*

INTERPONERE prouocationes, *l. 9. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* *Interponi* appellationes dicuntur, *l. 4. 5. 10. 13. 14. 25. 27. 30. 57. 58. 59. 62. 64. 66. de appell. lib. 11. t. 30.* obponi, *l. 21. eod.*

INTERPELLARE. Possessionis statum *interpellare*, *l. 6. vnde vi.*

INTERPRES, pro internuntio. *Interpres*, nuptiarum scilicet, *l. 1. de nupt. lib. 3. t. 7.* *In oppugnationem censent itaque sequestres, atque interpretes, taciti nuntii renuntiique corrupti.* *Interpres* hic non est is, cuius interuentu ad extraneam linguam intelligendam vtimur, sed internuncius.

INTERPRETATIO, vox fulguralis disciplinæ propria. *Eam autem denunciationem adque interpretationem, quæ de tactu Amphitheatri scribta est, l. 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Plinius *lib. 2. cap. 53.* *In fulgurum* INTERPRETATIONE *eo profecit scientia, vt ventura alia finito die præcinant.* Vnde & ipsi fulguratores, INTERPRETES apud Ammianum *lib. 23. c. 3.* Tacitus *15. Annal. cap. 47.* *Vis fulgurum non alias crebrior.* Et mox: *Secutaque Haruspicum* INTERPRETATIO. Hæc *interpretatio* dicitur SENTENTIA in veteri inscriptione apud Gruterum *XXI. 4.*

DEO FVLGVRATORI
ARAM
ET LOCVM. HVNC
RELIG.
EX HARVSPIC. SENT
PVBLICIVS FRONT
POS ET

D. D.

Vide Commentarium *ad h. l. legem.* 2.) *Interpretatio* pro exceptione & limitatione. Quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur, *l. 2. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* 3.) *Interpretatio* pro distinctione. Dierum distinctione, siue *interpretatione* depulsa, *l. 1. de emendat. seruor. lib. 9. tit. 12.*

INTERRVPTVS. Ne quis Claudiam, *interruptis* formæ lateribus adque perfossis sibi fraude elicitam existimet vindicandam, *l. vlt. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* 2.) Artificiosis obstaculis *interruptis* (id est, explosis atque reiectis, vt in initio eiusdem *leg.*) *l. vnic. de dominio rei quæ poscitur, lib. 2. t. 5.* vide *infra Ruptus.*

INTERVENTIO. Sine vlla gratiæ *interuentione* pellantur *l. 13. de heret. lib. 16. t. 5.* Mutui *interuentione* obposita inuadere, *l. 1. de his, quæ ex publ. conlat. lib. 12. t. 9.* Sub specie publici creditoris, *l. 2. de his, qui cum disp.* Vid. *Commentar. ad d. leg. 1.*

INTERVERSVS. *Interuersa* ratione fiscali, *l. 7. de cohort. lib. 8. t. 4.*

INTERVERSIO. Si autem aliquid a susceptore vel Tabulario fraudis admissum, & possessor deprehendat, nemo eorum semel in *interuersione* conuictus id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, *l. 27. de susceptor. lib. 12. t. 6.*

INTERVERSOR pecuniæ fiscalis. Qui in contractibus scelestis ac fisco perniciosis, *interuersorum* maculosis sese fraudibus implicauerint, &c. *l. 10. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* vide *supra Euersores.*

INTESTABILIS, *l. 9. de heret. lib. 16. t. 5.* *Intestabiles*, *l. 54. de heret. lib. 16. t. 5.*

INTIMVS. Nec vero sedis *intimæ* tenebras pati debebit inclusus, sed vsurpata luce vegetari, *l. 1. de custod. reor. lib. 9. t. 3.* ἐσωτέρα φυλακή, *Actuum 16. v. 24.* *Cachot.* Vide quæ ad *eam leg.* plenius scripsi. *Intima* ita pars domus, *l. 13. §. vlt. D. de vsufructu.* *Intimum cor*, *l. 3. de indulgent. crim. lib. 9. t. 38.* Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus.

INTIMARE, est docere, planum facere, significare. Cum vestræ sedi IL. (ita γρ.) aliquid *intimandum*, *l. 12. de Legatis. lib. 11. t. 12.* Quæ clementiæ nostræ auribus *intimanda* videantur, *l. 4. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Gloss. γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι. Hoc singulis quibusque Iudicibus *intimetur*, *l. 18. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Describtiones apud acta Prouinciarum Rectoribus *intimentur*, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Si quando faustorum nuntiorum gaudia Prouincialibus *intimantur*, *l. 3. ne quid publicæ lætit. lib. 8. t. 11.* Si huius sanctionis nostræ normam etiam insequentibus Magistris desierint *intimare*, *l. 3. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Cunctis pistoribus *intimari* oportet, *l. 1. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Quam legem cunctarum Prouinciarum Iudicibus *intimari* conueniet, vt nouerint, &c. *l. vltim. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* Eo tempore quo rescribtum allegatur ac liberalitas *intimatur*, *l. 12. de petition. lib. 10. t. 10.* Id nostræ *intimari* clementiæ, *l. 7. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* Rerum nobis notitia *intimetur*, *l. vlt. de bonis vacantibus. lib. 10. t. 8.* Cunctis per Ægyptum *intimetur*, *l. 1. de nauibus non excus. lib. 13. 7.* Clementiæ nostræ auribus *intimari*, *l. vnic. ne Præfectianus. lib. 12. t. 10.* Relatio tui culminis *intimauit*, *l. 4. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* Protinus super occupatione eorum scribtis competentibus *intimetur*, *l. 3. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42.* Consultationes eorum quantocius nostris auribus *intimare* cogantur, *l. 66. de appellationibus. lib. 11. t. 30.* Iudæis, &c. volumus *intimari* &c. *l. 1. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Donec de his clementiæ nostræ auribus *intimetur*, *l. 16. de re milit. lib. 7. t. 1.* Eorum nominibus Viro spectabli P. F. Augustali *intimatis*, *l. 42. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Rescripto aduersario solemniter

intimato, *l.* 2. *vnde vi. lib.* 4. *t.* 22. Etiamsi iisdem scripturæ continentia non fuerit *intimata*, *l.* 3. *de testam. lib.* 4. *t.* 4. Lis *intimata*, id est, denuntiata, *l.* 1. *de denuntiat. lib.* 2 *t.* 4. Vniuersarum Prouinciarum Rectoribus *intimato*, *l.* 15. *de Decurion. lib* 12. *t.* 1. Cum populo fuerit *intimatum*, *l.* 21. *de Prætor. lib.* 6. *t.* 4.

INTONARE. Cum accusatores serui dominis *intonent*, nemo iudiciorum expectet euentum, nihil quæri, nihil discuti placet, *l.* 2. *ne præter crimen maiest. lib.* 9. *t.* 6. Iuuenalis de domino. *Satyra VI. v* 485.

Et cædit donec lassis cædentibus, exi
INTONET horrendum, iam cognitione peracta.

INTRARE portum nauis dicitur, *l.* 4. *de naulicular. lib.* 13. *t.* 4.

INTREPIDVS & securus accedat, *l.* 4. *de accusation. lib.* 9. *t.* 1. Duas dominus propriæ domus *intrepidus* ac securus possideat portiones, *l.* 5. *de metatis. lib.* 7. *t.* 8.

INTRODVCERE. Causarum patroni ne ignorante Principe vllam postulationem *introducant*, *l.* 4. *in fin. de Princ. agent. lib.* 6. *t.* 28.

INVALIDVS. Si *inualidi* & inbecilles sint, *l.* 5. *de fil. mil. appar. lib.* 7. *t.* 22.

INVERECVNDVS. *Inuerecunda* petentum inhiatio, *l.* 15. *de petition. lib.* 10. *t.* 10.

INVETERATVS. Iuxta *inueteratas* leges, *l.* 8. *de susceptoribus. lib.* 12. *t.* 6. *Inueterata* consuetudo *l.* 32. *D. de legibus*. Licet adeo *inueteratum* malum longa ac diuturna meditatione nutriuerint, *l.* 41. *de hæreticis. lib.* 16. *t.* 5. Non Tribunos vel Præpositos militares post testimonium *inueteratæ* militiæ, *l. vnic. qui a prohibitione tyronum. lib.* 11. *t.* 18.

INVIDIA. Et sub quodam potentiæ tenore infimos fatigari ad Iudiciorum spectat *inuidiam*, *l.* 6. *de pactis lib.* 2. *t.* 9. vide *l.* 9. §. 5. *D. de off Proconsul. Inuidiæ* lingua delatoribus tribuitur, *l.* 2. *de petition. lib.* 10. *t.* 10. Sola sit igitur huiusmodi legibus (γρ. litibus) vna præscriptio, quæ improbi petitoris refrenare possit *inuidiam*, *l.* 4. *finium regundor. lib.* 2. *t.* 26. Criminis confletur *inuidia*, *l.* 61. *de appellationib. lib.* 11. *t.* 30. Nec emensa militia relictæ originis *inuidia* quatiatur, *l.* 14. *de priuilegiis eorum, qui in sacro lib.* 6. *t.* 35. Ad *inuidiam* non vocentur, *l. vlt. de infirm. his, quæ sub. tyr. lib.* 15. *t.* 14. Per pistores, in quos totius criminis confertur *inuidia*, &c. *l.* 16. *de pistorib. lib.* 14. *t.* 3. Ab *inuidia* & formidine desertionis amoueantur, *l.* 9. *de desertor. lib.* 7. *t.* 18. Nec *inuidiam* metuat, qui ad publicum deduxerit criminosum *l.* 21. *de pœnis. lib.* 9. *t.* 40. Cursus publici præpositos scire præcipimus, si sibi & militiæ suæ consulunt, nihil eos contra veterem disciplinam debere præsumere: cui cum geratur *inuidia*, haut dubie sacrilegii crimine obligantur, *l.* 9. *de curiosis. lib.* 6. *t.* 29. Maleficiorum insimulatione adque *inuidia* stringi, *l.* 10. *de malefic. lib.* 9. *t.* 16.

INVIDIOSVS. *Inuidiosa vox*, criminatio, accusatio, recriminatio. Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint. Nam sanctionum veterum conditores adimendam licentiam omnibus censuerunt in accusatores suos *inuidiosam* dicendi *vocem*, *l.* 12. *de accusat. lib.* 9. *t.* 1.

INVIDIOSE. Si qua aut per fugam aut per congregationem infelicium populorum indigne *inuidioseque* commissa sunt, *l. vltim. de infirm. his, quæ sub Tyran.*

INVITARE. Cum prosperior flatus *inuitat*, *l.* 34. *de nauicular. lib.* 13. *t.* 5.

INVOLVERE Nam & accipientem & dantem inlicitæ transactionis reatus *inuoluet*, *l.* 4. *tributa in ipsis speciebus. lib.* 11. *t.* 2. Grauioris exitii dominum quoque casus *inuoluat*, *l.* 6. *de desertor. lib.* 7. *t.* 18. Si dominum quoque talis conscientia *inuoluerit*, *leg. ead.* Multa & litigatorem & iudicem *inuoluat*. *l.* 26. *quorum appellat. lib* 11. *t.* 36. Parem *capitis ac vitæ* quæ peculatus reos consueuit *inuoluere*, cogatur subire *iacturam*, *l.* 5. *ad l. Iul. repetund. lib.* 9. *t.* 27. Publicis functionibus *inuolutus*, *l.* 183. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1. Functionibus *inuolutus*, *l.* 180. *de Decurionibus. lib.* 12. *t.* 1. Publicis priuatisue rationibus *inuolutus*, *l.* 3. *de his qui ad Eccles. lib.* 9. *t. vlt.* Sceleribus *inuolutus*, *l. vltim. de bonis proscriptor. lib.* 9. *t.* 42. *Inuoluta* magnis criminibus conscientia, *l.* 2. *de Repudiis.*

INVRERE. Nisi forte auia elogia *inurenda* impiis nepotibus iusta semotis ratione, monstrauerit, *l.* 4. *de legit. hæred. lib.* 5. *t.* 1. Probrosis *inusta* notis, *l.* 1. *de secundis nuptiis. lib.* 3. *t.* 8. *Inuratur* (notetur *Cod. Iust.*) infamia, *l. vlt. de pactis. lib.* 2. *t.* 9. Quibus *inustas* constiterit esse notas detestabilis turpitudinis, *l.* 1. *de inoffic. testam. lib.* 2. *t.* 19. Perpetuus *inustos* infamia, *l.* 54. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. Perpetua infamia *inustus*, vt nec speciali quidem rescribto notam vel eluere mereatur, *l.* 85. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1.

INVTILIS. Qui in totum nihil possident ac patrimonio *inutiles* sunt, *l.* 11. *de Episcop. lib* 16. *t.* 2. *Inutilia* legationis, *l.* 42. *de Episcop. lib.* 16. *t* 2.

IRA. Vt sopita *ira*, & per hæc spacia mentis tranquilliate recepta ad supremam actionem cum ratione veniant adque consilio, *l.* 5. *de accusat. lib.* 9. *t.* 1.

IRA. *Iræ* præcipi legati dicuntur, *leg.* 2. *de Legatis. lib.* 12. *t.* 12.

IRENARCHÆ: de his *tit.* 14. *lib.* 12. vide inibi quæ dixi. *Gloss.* εἰρηνάρχης, *Pacator*, *Irenarcha*. An iidem fuerint cum Præfectis pacis, dixi quoque ad *leg. un. eius tit.*

ITA. Curiales, qui gradu meritorum vsque ad honorariam peruenerint dignitatem, nulla equorum præstatio, nec gleba Senatoria ab his poscatur, quos non *ita* fecit obligatos, *l.* 138. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Tentat tamen hic Iuretus: quos *nouitas*, de quo ad *eam leg*. Ita mihi summa diuinitas semper propitia sit, & me incolumem præstet, vt cupio, felicissima & florente Republica. Est id Constantini Magni iusiurandum sanctissimum in *l.* 4 *in fin. de accusat. lib.* 9. *t.* 1. Cui geminum hoc Augusti apud Suetonium Octauio. *c.* 28. *Quodam EDICTO*, ait Sueton. *Augustus his verbis testatus est.* ITA *mihi saluam ac sospitem Remp. sistere in sua sede liceat, atque eius rei fructum percipere quem peto, vt optimi status auctor dicar, & moriens, vt feram mecum spem, mansura in vestigio fundamenta Reipublic. quæ iecero.*

ITALICVS. *Italici* fundi, *l.* 2. *de donat. lib.* 8. *t.* 12. vbi dixi.

IVBERE. *Iubeo*, in manumissionibus vox legitima. Cum adipisci *iubeatur* patronorum iudicio sedula seruitus libertatem, *l.* 16 *de Prætorib. lib.* 6. *t.* 4. vbi dixi. hactenus, *iubeat* male. *Iubemus*, pro permittimus, concedimus, *l.* 1. *in fin. de legit. hæred.* vt contra *non iubere*, pro inhibere: vide *infra Non.* *Iubemus*, hortamur, vt si quis forte, &c. Theodosius Magnus edicto suo ad Prouinciales, *l.* 6. *ad l. Iul. repet. lib.* 9. *t.* 27.

IUCUNDISSIMUS. Optate cariſſime ac *iucundiſſime*. Ita Optatum Præfecti Auguſtalem Theodoſius alloquitur, *l. vlt. de Epiſcop. iud. lib. 16. t. 12.*

IUDICATIO. Si quis talis ſub tua *iudicatione* fuerit conuictus, *l. 21. 22. de diuerſ. off. lib. 8. t. 7.* Cui ad vicem noſtram delata *iudicatio eſt*, *l. 18. de appellat. lib. 11. t. 30.*

IUDICARE. *Iudicantes*, *l. 109. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* Quod ſi loca in controuerſiam veniant, ſolemniter *iudicans* (ita reſtituo) cognoſcat, *l. vlt. finium regund. lib. 2. t. 26.* *Iudicans*, id eſt, Iudex, *l. 1. de Iudiciis. lib. 2. t. 18.* Diſceptatio *iudicantum*, *l. vlt. de denuntiat. lib. 2. t. 4.*

IUDICES, id eſt, Rectores Prouinciarum, *l. 2. 5. 7. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Prouinciarum *Iudices*, *l. 3. eod. tit.*

IUDICIARIUS. Domus *iudiciariæ*, *l. 8. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *Iudiciaria* emendatio, id eſt, Iudicis animaduerſio, *l. 153. in. fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Iudiciariæ* naues, *l. vnic. de luſor. Danubii. lib. 7. t. 17.* vbi plene dixi. *Iudiciaria* ſeueritas, *l. 1. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.*

IUDICIUM *Catholicæ religionis*, id eſt, fides Catholica, *l. 28. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Iudicium*, pro Iudice, *l. 9. 10. de Iuriſdict. lib. 2. t. 1.* vti ſenatus, pro Senatoribus. *vltim. de Iuriſdict. lib. 2. t. 1.* Ita etiam *Iudicia*, pro Iudicibus, *l. 58. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Iudicium*, pro iudice, *l. vltim. de ſuperexactionib. lib. 11. t. 8.* *Iudicium*, pro Iudice, ſeu Rectore Prouinciæ, *l. 3. de repar. appell. lib. 11. t. 31.* *Iudicium* pro reſcripto, *l. 2. de offic. iud. omnium. lib. 1. tit. 10.* Adire *iudicia*, *l. 1. de concuſſ. aduoc. lib. 8. t. 10.* Nulla vrguentium rerum præceptio, quæ de *iudicio* (a iudice) prolata fuerit, *l. 6. de Princip. agent. lib. 6. t. 28.* *iudiciorum* aditio, & iudiciaria conuentio, *l. vnic. ſi certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Et *iudiciorum* (*iudicum* Tribon.) oculis communis hoſtem ſalutis oſtendat, *l. 11. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Ad *iudiciorum* ſpectat inuidiam, id eſt, *Iudicum*, *l. 6. de pactis. lib. 2. t. 9.* vide ſequentia, vide *l. 9. §. 5. D. de off. Proc.* *Iudicium animi*. Sed nuda tantum voluntas claruerit, quæ non dubium conſilium teneat nec incertum, ſed *iudicium* animi tale proferat, vt nulla quæſtio voluntatis poſſit inrepere, *l. 4. de donation. l. 8. t. 12.* *Iudicia*, vltimæ voluntates, *l. 4. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.* Liberis parentum *iudicia* inofficioſa cauſantibus, *l. 5. de inoffic. teſtam. lib. 2. t. 19.* Extremum *iudicium*, teſtamentum, vltima voluntas, *l. 20. de Epiſc. lib. 16. t. 2.* Deficientium *iudicium*, pro vltima voluntate, *l. 9. de infirm. his quæ ſub tyr. lib. 15. t. 14.* Aduerſus *iudicium* (id eſt, *teſtamentum*) omnibus integris atque ſeruatis; quibus inofficioſi actio cœperit forte competere, *l. 6. de inofficioſo. lib. 2. t. 19.*

IUGATIO. Iugatio agrorum menſuram ſignificat, pro cuius modo certa penſitatio præſtabatur. Deſcribtione facta pro capitatione, aut *iugatione*, *l. 1. ne quid publ. lat. lib. 8. t. 11.* Vniuerſi pro portione ſuæ poſſeſſionis & *iugationis* ad hæc mœnia cohortentur, *l. 49. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* & *l. vlt. de equorum conlat. lib. 11. t. 17.* quæ, eædem pene leges ſunt. Si quis conlator *iugationem* ſuam logographo commiſerit, eam fiſco nouerit vindicandam, &c. *l. vnic. ne conlatio per logogr. lib. 11. t. 4.*

IUGIS, *iuge*, *continuus*. Triennio *iugi*, *l. 11. de ſuſceptorib. lib. 12. t. 6.* *Iugi* dominio poſſidendam, *l. vlt. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* *Iugis expectatio*. Litigationem ſub conſultationis ambiguo *iugi* expectatione pendere, *l. 55. de appellationibus. lib. 11. t. 30.* Poſt *iugis* militiæ tempus, *l. 13. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* *Iuge* obſequium, *l. 21. de Epiſcop. lib. 16. t. 2.* *Iugis* obſeruatio, *l. 2. quis in gradu præfer. lib. 7. t. 3.* Penes eos *iugem* permanere iubeas poſſeſſionem, *l. 3. de locat. fundor. iuris emphyt. lib. 10. t. 3.* Intra hoc *iuge* quinquennium, *l. vnic. ſi cert. petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Triginta annorum *iugi* ſilentio, *l. vnic. de act. certo temp. fin. lib. 4. t. 14.* Illa tempora, quæ ante noſtræ Manſuetudinis ſanctionem *iugi* taciturnitate fluxerunt, *l. vnic. de act. certo temp. fin. lib. 7. t. 14.* Ad finiendas cauſas *iuge* tempus habeat præſtitutum, *l. 2. de integri reſtitutione. lib. 2. t. 16.*

IUGERATIO, idem eſt, quod *iugatio*. *Iugerationis* modus, *l. 33. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

IUGITAS (a iugando) in *l. 32. de curſu publ. lib. 8. t. 5.* ni fallor pro copia curſus publici. Mali *iugitas*, perpetuitas mali. Quæ res in eam famam mali *iugitate* peruenit, vt &c. *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

IUGITER, continuo, perpetuo. *l. 169. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ea *iugiter* atque perpetuo pœna comitetur, *l. 3. de Apoſtatis. lib. 16. t. 7.* *Iugiter* patere decernimus, *l. 8. de Paganis. lib. 16. tit. 10.* *Iugiter* obſeruare præceptum eſt, *l. 2. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.* Deſertorum *iugiter* pretia vindicamus, *l. 6. de deſertorib. lib. 7. t. 18.* Apud vnum *iugiter* permanente adminiſtratione, *l. 1. de numerar. lib. 8. t. 1.* Securi reliquum tempus ætatis *iugiter* agitabitis, *l. 4. de Medicis. lib. 16. t. 3.* Per decennium *iugiter* ſiluerit, *l. 28. de cohort. lib. 8. t. 4.* Viceni & terni ſolidi per ſingulos equos, qui a colonis atque ab obnoxiis exiguntur, ipſi magis *iugiter*, quam fraude procuratorum noſtrorum equi offerantur, *l. 1. de equorum conlat. lib. 11. t. 17.* *Iugiter* obſecutos, *l. 2. de inofficioſ. teſtam. lib. 2. t. 19.*

IUGUM. Eique inlicite *iugum* ſeruitutis inponere, *l. 25. de petition. lib. 10. t. 10.* Ita etiam *l. 8. Cod. Iuſt. de poſtlim. reuerſ. 1. ad Timoth. 6. v. 1.* & apud Claudianum:

> *Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,*
> *Seruitii patiere iugum, tolerabis iniquas*
> *Interius leges.*

Earumque ceruicibus impoſita iuris imperia, velut quædam *iuga* ſoluimus, promiſcue omnibus, *l. un. de infirm. pœn. cælibat. lib. 8. tit. 16.*

IUMENTA, pro equis, *l. 9. de re milit. lib. 7. t. 1.*

IUNCTURA, *iumentum*, *ſubiugium*, *equus combinatus*. Quiſquis ex eo (equis Circenſibus) quamlibet commodis compendioque priuato deriuandam duxerit eſſe *iuncturam*, *&c. l. 6. de ſcenicis. lib. 15. t. 7.* vbi dixi. Male enim legitur hactenus *iacturam*. Vide Salmaſium *in Capitolin. Verum. c. 5.*

IUNGERE. Octo mulæ *iungantur* ad redam, *l. 8. de curſu publ. lib. 8. t. 5.* vide *infra Subiungere*.

IUNIORES, pro tyronibus, vide *Paratitlon tit. de tyronib. lib. 7. tit. 13.* *Iuniores*, pro tyronibus, *l. 1. 6. 7. 10. 12. 15. 18. de tyron. lib. 7. t. 13. l. 13. de Agentib. in reb. l. 8. 9. 10. 14. de deſertor. l. vlt. de filiis militar. apparit lib. 7. t. 22. l. 78. de Decurion. lib. 12. t. 1.* vide Ammianum & Symmachum *in Comment. ad h. leg.* Auguſtinus *3. de Ciuit. Dei vlt. Tunc Vticæ ex XXX. millibus IUNIORUM, qui ibi erant, decem remanſiſſe confirmant.*

IURGARE. *Iurgantes*, *l. 24. de appellat. lib. 11. t. 30.* Qui non ante in proprio foro *iurgauerint*, *l. 6. de Iuriſdict. lib. 2. t. 1.* *Iurgantibus* licentia pandatur, *l. vnic. de dominio rei quæ poſcitur. lib. 2. t. 5.* *Iurgantes*, *l. 30. de appellation. lib. 11. t. 30.* Quam vinculo legis adſtrictus pari cœperit pœnæ conditione *iurgare*, *l. 14. de accuſation. lib. 9. t. 1.* Iurgantes, *l. vnic. de dilat. ex conſ. lib. 11. t. 33.* *Iurgium*, de ciuili proprie: quod & criminali opponitur, *l. 29. de petition. lib. 10. t. 10.* Vt tunc ciuili iurgio terminato, ſecunda falſi actio ſubderetur, *l. 2. ad l. Cornel. de falſo. lib. 9. t. 19.* 2.)

Iurgii vox propria de controuersiis agrorum inter vicinos, *l. 4. 5. finium regundorum. lib. 2. t. 26.* vnde, finale *iurgium*, *d. l.* 1. 4. 6. vide quæ scripsi ad *d. l. 4.* & ad illud *XII. Tabularum. Si iurgant adfines.*

IVRIDICVS. Omnes dies iubemus esse *Iuridicos*, *l. 2. de feriis. lib. 2. t. 8.* ἐμπράκτες. Quæ *iuridica* sententia decidi non possunt, *l. 1. de relationib. lib. 11. t. 29.*

IVS. *Iuris* imperia, velut iuga, *l. vnic. de infirm. pœn. cœl. lib. 8. t. 16.* *Iuris* ordo, *l. 7. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Iuris* vincula: vide *infra, vincula, nexus*: *Iuris* templorum, seu de iure templorum fundi, possessiones, ædificia, iuga, capita, *tit. de locat. fundor. iuris templ. l. 24. de petitionib. l. 41. de operibus publ. l. vlt. de conlat. donatar.* Nouella *Martiani 2.* Iuga seu capita in iuro templorum, *l. 8. de iure fisci.* Hinc *templorum IVRA*, apud Ambrosium *oratione funebri de obitu Valentiniani Imper.* Vt *Pistorum IVRA*. Cassiodoro *VI. Formul. 18.* pro locis & prædiis ipsis, quæ Templorum sumptibus, annonis, & Pistorum adscripta. *Ius* & constitutiones separantur, *l. 25. quorum appellat lib. 11. t. 36.* *Ius*, pro iure priuatorum, & ciuili petitione, *l. 6. ad leg. Iul. repetund.*

IVSSA, de tributorum delegationibus, *l. 7. 20. de extraord. lib. 11. t. 16.*

IVSTVS. *Iusta* infamia, *l. 7. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* nisi potius legas eo loco *iniustæ infamiæ*. *vssæ* sensu inst gationis, *l. 7 de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Nisi malis *indignationis*. Merita *iusta* militiæ, *l. 73. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* *Iusta* priuilegia, sunt labore, actu ipso impetratæ dignitates, cui dignitates beneficiis consecutæ opponuntur. *l. 15. de tyron. lib. 7. t. 13.*

IVSTITIA. Si probauerint, *iustitiam* suæ petitioni adesse, *l. 1. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* Qui vaga mancipia iuris alieni petunt, si *iustitia* eadem probant. impetrati beneficii auctoritate potiantur, *l. 1. si vagum petatur mancipium. lib. 10. t. 12.* Symmachus *lib. 10. epist. 55.* *Annus fere secundus est, vt per Defensores & Rationales Augustissimæ domus cum iustitia solemnis oraculi scripti fatigantur hæredes.*

IVVARE de suffragiis. Si Proximis, erga nos inuantibus, codicillos reportauerint, *l. 74. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Iuuari.* Aurum mercatoribus adque argentum quo erogatio publica *Iuuetur*, indiximus, *l. 6. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* *Mox:* Hanc virilem *Iuuandæ* Reipub. partem. Templorum detrahantur annonæ, & rem annonariam *Iuuent* expensis deuotissimorum militum profuturæ, *l. 19. de Paganis. lib. 16 t. 10.*

IVVENES, *l. 10. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* A Clericis separantur: sunt, qui ἀκόλουθοι dicuntur: de quibus plura ad *eam l. 10.* Hesychius ἀκόλουθος, ὁ νεώτερος παῖς, θεράπων δὲ ὁ περὶ τὸ σῶμα.

K.

KALENDARIA sunt ratiocinia pecuniæ fœnebris, seu codices, in quos debitorum nomina referuntur. Hinc *Kalendaria* oleariæ arcæ & frumentariæ, *l. 2. de Curatoribus Kalend. lib. 12. t. 21.* *Kalendarii* Curator, est, qui ciuitatis seu reipublicæ pecuniam fœnori collocabat, & vsuras præcipiebat: vide *tit. de Curatorib. Kalend. 12. lib. 11.* Consule etiam Brissonium *de V. S.*

L.

LABI. Et succisis quasi quarundam vitium neruis, reliqua, *labābuntur*, *l. 4. de annona & tribut. lib. 11. t. 1.* *Labentia* sepulcra. Vt reparationis gratia *labentia* sepulcra deponerent, *l. 2. de sepulcris violat. lib. 9. tit. 17.*

LABEFACTARE. *Labefactare* castimoniam viduæ, *l. 1. de raptu vel matrim. sanctim. lib. 9. t. 25.* Vitas insontium labefactare magi dicuntur, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

LABES. Ægri corporis *labes*. Ægri corporis *labem*, *l. 16. de cohort. lib. 16. t. 4.* Fotinianæ *labis* contaminatio, *l. 6. de hæreticis. lib. 5. t. 5.* Maleficiorum *labe* pollutus. Quicunque maleficiorum *labe* pollutum audierit, *l. 11. de malefic. lib. 9. t. 16.* Sæculi *labes*, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Temporis tyrannici *labes*. Quos tyrannici temporis *labes* infecerat, *l. 12. de infirm. his quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.*

LABOR, de obsequio Agentium in rebus, *l. 3. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* & Nouella Valentin. *inter Theodosianas 37.* 2.) *Labor*, de militari. Vt laborum suffragiis incrementa militiæ consequantur, *l. 14. de re militari. lib. 7. t. 1.* *Laborum* præpositi, de his titulus *lib. 6. t. 25.* Sunt *Laborum* Præpositi, de quibus vt & de *labaro*, & *labratis*, ibidem late disserui. *Labor* castrorum, *l. vlt. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* vide Iuuenal. *Satyr. 16. v. 52.* Si quis armatæ sacramenta militiæ impigro quinquennii *labore* pertulerit, *l. 6. de re militari. lib. 7. t. 1.* Ceteros in *labore* positos, *l. 7. d. t.* & testimonium emeriti *laboris*, *d. l. 7.* Quiete post *labores* suos perenniter fruantur, *l. 2 de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Honoris augmentum non ambitione, sed *labore* ad vnumquemque conuenit deuenire, *l. vlt. de re milit. lib. 7. t. 1.* impositum militiæ *laborem*, *l. 10. de tyron. lib. 7. t. 13.* Qui ordine militiæ sub armorum *labore* decurso, ad hunc honorem peruenerint, *l. 1. de testim. ex Tribunis. lib. 7. t. 21.* Is potissimum potiorem adipiscatur gradum, qui meruerit de *labore* suffragium, *l. 1. quis in gradu præferatur. lib. 7. t. 3.* 3.) *Labores* hominum, de agricultura, & rustico opere, *l. 3. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Frequentius hoc sensu apud sequioris æui scriptores, in legibus Salicis, Longobard. Gregorio Turon. *lib. 7. cap. 22.* itaque vox ea etiamnum remansit. ita apud Græcos ἔργα, de *Agricultura*: vide Hesychium. Sic Callimachus *hymno 3. v. 125.*

> Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.
>
> *Pecora ipsorum pestis deuorat, segetes vero grando.*

Et mox, v. 156.

> Σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται. *Apri opera, apri plantas vastant*

Hesiodus Ἐργ. *v. 46.*

> Ἔργα βοῶν ἀπόλοιτο, *opera boum cessarent.*

Virgilius *Æn. II v. 306.*

> *Sternit agros, sternit sata læta boumque LABORES.* *Opus*, alias, Ouidio, & Tibullo.

LABORARE. Cum plerumque etiam ipsius feminæ aduersus commoda propria inueniatur *laborare* consilium, *l. 7. de sponsalib. lib. 3 t. 5.* Si quis tali contractu *laborat*, hac sanctione respiret, *l. vnic. de commissoria rescind. lib. 3. t. 2.* Pro remouendis his, quorum consortio Agentum in rebus schola *laborabat*, *l. 17. de Agentib. lib. 6 t. 27.* *Laborare* autem dicitur schola, quæ, incondita & superuacua turba repletur. *Laborare*, id est, in periculo esse. Palam factum est, ædificiorum quæ horreis adhærebant, incendiis fiscales copias *laborasse* (in periculo fuisse) *l. 4. de operibus publ lib. 15. t. 1.*

LABORIOSVS. Non *laborioso* ad ministrationis actu, sed honorario titulo dignitatis, *l. 186. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

LACE-

LACERARE: vide *Dilaceratio*. Patrimonia fortunæque *lacerantur*. Ne otiosis ædium cultibus Prouincialium patrimonia fortunæque *lacerentur*, *l. 15. de cursu lib. 8. t. 5.* Plautus *Mercatore Act. 1. sc. 1.*

LACERARI valide suam rem, illius augerier.

Quod paulo post ait, *funditare ac perdere*. Lacerare Commoda publica. Plebeiam quoque sustineant capitationem: ne commoda publica sub vmbratili suffragiorum pactione *lacerentur*, *l. 36. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Lacerare Rationes publicas fiscales. De diacathocis quosdam comperimus ita fiscales *lacerasse* rationes, vt satisfieri ærario nostro sine patrimonii eorum venditione non possit, *l. 1. de fisci debit. lib. 10. t. 16.* Numerarii qui publicas (ita enim γρ.) rationes ciuitatum versutis fraudibus *lacerare* didicerunt, *l. 6. de numerar. lib. 8. t. 1.*

LACERATIONES, sunt vngularum fodicationes Et nunc itidem sancimus conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis adque *lacerationibus* subiacere, *l. 4. de numerar. lib. 8. t. 1.* Seneca *de ira. cap. 3. Apparatusque illi reddendus est suus, eculei, & fidiculæ.* Et mox: *Varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis.* Prudentius quoque *in Eulaliam Hym. III. v. 147.*

Non laceratio vulnifica
Crate tenus, nec arata cutis.

LACVNA, pro iactura. Dispendii *lacuna*, *l. 31. in fin. de naucular. lib. 13. t. 5.* Ærarii *lacuna*, ita Symmacho *lib. 10. epist. 33.* Sumptuum *lacuna* eidem *lib. 5. epist. 76.* Famæ *lacuna*, Gellio *lib. 1. c. 3.* Rei familiaris *lacuna* Ciceroni *Verrina 2. cap. 55.* Consule Iuretum *in Symmach. lib. 5. ep. 76.*

LÆDERE. *Lædere* sepulchrum, *l. 2. in fin. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* *Lædere* pudorem. Vt seipsum probet ab iniuria *læsi* pudoris immunem, *l. vnic. si quis eam cuius tutor. lib. 9. t. 8.*

LÆTI, *l. 10. 12. de veteranis. lib. 7. tit. 20.* barbari sunt, qui sponte in Romanorum solum transiere. Hi terras colendas accipiebant, quæ *Læticæ terræ* ideo audiunt, *l. 9. de censitorib. lib. 13. tit. vlt.* Dixi de iis *in Commentario ad dict. leg. 12.* Consule etiam Valesium *in Ammianum lib. 16. c. 11. lib. 20. cap. 9.* Tillemont *dans l'histoire des Empereurs liv. IV. part. 1. art. 1.* Du Fresne *in Glossar. Latin. Tom. IV. Edit. nouæ.* Neque abhorret a vero coniectura Miræi, qui *in not. ad Diplomat. Belg. pag. 548.* originem colonorum, in Germania passim obuiorum, quos vocamus *Lassen*, Saxones *Laten*, & Belgæ *Leten*, hic quærit. Distinguit tamen, *Letos*, *Lassos* & *Lidos* Doctissimus Wachterus *in Glossario Tom. I. pag. 908. 930. 988.*

LÆTARI, id est frui. *Honore lætari.* Adsumpti cinguli honore *lætetur*, (id est fruatur) nec emensa militia relictæ originis inuidiæ quatiatur, *l. 14. de priuileg. eorum, qui in sacro palat. lib. 6. c. 35.* *Dignitate lætari.* Concessa sibi dignitate *lætentur*, *l. 109. de Decur. lib. 12. t. 1.* Numero filiorum *lætari*. Quicunque maiore *lætatur numero* filiorum, *l. 79. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

LAETITIA. *Lætitiæ* publicæ, vide *tit. 11. lib. 8. ne quid publ. lætit.* *Lætitia* communis de Paschali, *l. 8. de indulgent. criminum. lib. 9. t. 38.* Vnde & Paschalis *lætitia*, *l. 6. d. t.* Dicitur, & gaudium commune, *d. l. 8.* Communis omnium *lætitia*, de festis conuentibus, votis publicis, ludis, *l. 17. de Paganis. lib. 16. t. 10.* *Publicum gaudium.* Tertulliano, *Apolog. c. 35.* κοινὴ πάντων εὐφροσύνη *communis omnium lætitia*, Asterio homilia *in festum Kalend.* *Lætitia* de ludis. Hinc Maiumæ *lætitia*, *l. 1. de maiuma. lib. 15. t. 6.*

LANX pro trutina. Sub æqua *lance*, *l. 9. de indulgentiis debitorum. lib. 11. t. 28.*

LANGVESCERE. Nam reipublicæ incommodum est, curias hominum paucitate *languescere*, *l. 32. de Decurion. lib. 2. t. 1.*

LANIGER. *Lanigeræ* oues, pecudesque, *l. 2. quibus equorum vsus. lib. 9. t. 30.* Varro λογομαχία apud Nonium *cap. 2. num. 873.* *Hæc LANIGERAS detonderi docuit, tunicarcque homullum.* Lucretius *lib. 2. v. 660.*

Lanigeræ pecudes & equorum duellica proles,
Bucertæque greges.

LAPIDATIO. Grandinis *Lapidatio*. In agrestibus locis, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ruentis grandinis *lapidatione* quaterentur, innocenter adhibita suffragia, *l. 3. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Vid.

LAPIDICINAE, *l. 8. de metallis. lib. 10. t. 19.*

LAPSI & *errantes* in *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* qui *perditis* opponuntur, *d. l. 4.* sunt, qui nondum fideles, nondum baptizati sed tantum Catechumeni Apostatæ facti: *perditi* contra, qui iam fideles & baptizati Apostatæ facti. Quod a Cuiacio minus animaduersum.

LAPSVS SECVNDVS, de quo *titulus 32. lib. 11.* qui & *geminus lapsus*, *l. vnic. d. tit.* est, cum causa siue appellatio semel reparata rursum intra tempus agitata non fuit. Quod quidem si Iudicis culpa euenit, ipse ad litis æstimationem tenetur, *d. l. vnic.*

LAQVEVS. Miseri homines longis ac pene perpetuis actionum *laqueis* implicati, *l. 1. de Episcop. iudicio. lib. 16. t. 12.* Memoratarum conditionum *laqueis* irretitus, *l. 28. de cohort. lib. 8. t. 4.* Iuuenalis *Satyra VII. v. 50.*

laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali.

Etiamsi *laqueos* deceptæ ignorationis inciderit, *l. 16. de petition. lib. 10. t. 10.* Ne quis in *laqueos* nouæ constitutionis incurrat, *l. vlt. de vestib. olou. lib. 10. t. 21.* Nostræ legis *laqueis* obnoxios futuros, *l. 9. de filiis mil. appar. lib. 7. t. 22.* Ac legis *laqueis* implicari, *l. 16. in fin. de diuers. offic. lib. 8. t. 7.* Nostræ sit legis *laqueis* inplicandus, *l. 6. de re milit. lib. 7. t. 1.* Legis *laqueos* non euadat, *l. 35. de hæreticis. lib. 16. tit. 5.* Legis *laquei* *leg. vltim. de habitu quo vti. lib. 14. tit. 10.* Iuris *laqueis* liberentur, *l. vnic. si Prouinciæ Rector lib. 3. t. 6.* *Laqueus* legis, pro inscribtione in crimen. Accusator, qui se *laqueo* legis adstringit, agnoscat nullum sibi fore ad latebram abolitionis recursum, postquam aliquid iniuriæ merito scribtionis inlatæ tolerarit inscribtus, *l. 2. de abolition. lib. 9. t. 37.* Necessitatis *laquei*. Quicunque necessitatis huiusmodi *laqueis* beneficio meo eximi postulauerit, *l. 2. de his, qui per metum iudicis. lib. 11. t. 34.* Vt eius necessitudinis titulo minime teneantur, cuius *laqueis* vinciuntur hi, qui, &c. *l. 2. de Prætoribus. lib. 6. t. 4.*

LAR, *Lares*, Dii Familiares, & domicilium. *Larem* igne venerati Gentiles, *l. 12. de Paganis lib. 16. t. 10.* *Laris* conlocatio, *l. 52. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Eos tamen esse in Vrbe sacratissima non vetamus, qui posuerunt illic *larem* adque domicilium, *l. vlt. de testimon. lib. 7. t. 21.* Ad eam Prouinciam, ex qua oriundus est, vel in qua conlocauerit *larem* bis, *l. 4. de executorib. lib. 8. t. 8.* Qui in Prouinciis *larem* fouent, *l. 5. 9. de Senator.*

tor. lib. 6. t. 2. Extra Prouinciam laremque suum, l. 3. de donat. lib. 8. t. 12. Et instruendi quem deserit laris habiturus, l. 27. de petitionib. lib. 10. t. 10. Ad propriæ originis stirpem laremque reuocentur, l. vlt. de metallis lib. 10. t. 19. Etiamsi administratione deposita ad larem proprium reuertuntur, l. 44. de cursu publ. lib. 8. tit. 5. Quam sibi vxorem copulauerat affectu, & in priore lare derelictam meminerit, l. 6. de tyron. lib. 7. t. 13. Larem transferre familiarem, l. 1. si Curialis relicta ciuit. lib. 12. t. 18.

LARGVS. Licentia larga ac benigna his tribuetur, l. 16. de operibus publ. lib. 15. t. 1.

LARGE, abunde. Certum est namque hoc numero large abundare substantiam virtutis honorandæ, l. 9. de Prætor. lib. 6. t. 4.

LARGITAS. Largitates Principis, pro annonis militaribus, l. vlt. de Salgamo. lib. 7. t. 9. Largitas Principalis, l. 4. de conlat. don. lib. 11. t. 20. Largitas Imperialis, l. 53. de operib. publ. lib. 15. t. 1.

LARGITIONALIS. Largitionale aurum, quod ad sacras largitiones pertinet, & quod arcæ ratiociniis, siue fiscali arcæ, opponitur, l. 30. de susceptorib. lib. 12. t. 6. Largitionales tituli, l. 12. de numerariis. Vide Commentar. ad d. l. 14. de susceptor. Largitionales Comitatenses, l. 6. de diuers. off. lib. 8. tit. 7. Sunt officiales Comitis S. Largitionum.

LATEBRA. Latebræ auctor, l. 9. de desertor. lib. 7. t. 18. In quibus latebram conlocauerint, l. vnic. de saturianis. lib. 7. t. 19. Metallarii, qui incolunt latebras, producantur, l. 5. de metallis. lib. 10. t. 19. Qui aliquem ex familiis gynecæi in latebris habere comperti sunt, l. 7. de murileg. lib. 10. t. 20. Vt præbeant latebram, l. 1. de patrociniis vicorum. lib. 11. t. 24. Si quis latebram desertori præbuerit, præstiterit, l. 4. 8. de desertor. lib. 7. t. 18. Qui latebram huiusmodi hominibus præbuerit, l. 7. de metallis. lib. 10. t. 19. Prædiis, quæ latebram præstiterunt, l. 6. de desertor. lib. 7. t. 18. Adgnoscat, nullum sibi fore ad latebram abolitionis recursum, l. 2. de abolition. lib. 9. t. 37 Fugæ latebris, l. 15 de cohort. lib. 8. t. 4. Ignauiæ latebris, vel sera indagatione protractum, l. 7. de fil. mil. appar. lib. 7. t. 22. De ignauiæ latebris vel sera indagatione retractus, l. 83. de Decurion. lib. 12. t. 1.

LATERA. Latera formæ, l. vlt. de aquæductu. lib. 15. t. 2.

LATIBVLA. Ad diuersa semet latibula contulerunt, l. vnic. de saturianis. lib. 7. t. 19.

LATROCINIVM, de rapacitate officialis, l. 1. in fin. de offic. Rector. Prou.

LATVM inter patres iudicium, l. 102. de Decur. lib. 12. t. 1.

LAVACRVM cœleste, pro baptismo, l. vlt. de spectaculis. lib. 15. t. 5. Lauacrum venerabile, id est baptismus, l. 5. de hæreticis. lib. 16. t. 5.

LAVACRA, pro balneis, tit. ne Comitib. & Tribunis lauacra præstentur. lib. 7. t. 11. & l. 2. illius t. & l. 52. de operibus publicis. lib. 15. t. 1. l. 20. de Paganis. lib. 16. t. 10. l. 3. de conlat. donatar. l. 3. de aquæductu lib. 15. tit. 2. dixi ad d. tit. ne Comitibus.

LAVDABILIS. Quos emeritos felicibus castris vulnerum laudabilis excusatio absoluit, l. 3. in fin. de testim. lib. 7. t. 21. Laudabilis intentio accusare clericos criminosos, l. 41. de Episcop. lib. 16. t. 2. Laudabilis titulus dicitur, viarum munitio, l. vlt. de itinere mun. lib. 15. t. 3.

LAVDANDVS. Horreorum vel stabulorum fabricas arbitratu proprio Prouinciarum Iudices studio laudandæ deuotionis adripiant, l. 37. de operibus publ. lib. 15. t. 1.

LAVREATVS. Laureata Pretura: vide l. 25. 29. de Prætorib. lib. 6. t. 4.

LAVRENTES. Societas consortiumque Laurentum, l. 46. de cursu lib. 8. t. 5. vbi dixi.

LAXAMENTVM (rabbais, diminution) pretii, l. 2. tributa in ipsis specie. lib. 11. t. 1.

LAXIOR. Laxiore sumptu, id est, maiore, ampliore, l. 14. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.

LAXITAS reliquorum, id est dilatio, indiciæ, in re tributaria, l. 4. de exactionibus. lib. 11. t. 7. Inducias vocat Anianus, ad l. 6. de diuers. rescript. & Nouella, Maioriani, de indulgentiis reliquorum. Laxamentum, Ammiano, lib. 16. cap. 5. ἀνοχὴ laxamentum. Gloss. Cyrilli, Ἀραιότης, laxatio, laxamentum. ibid.

LECTIO, est, allegatio, auctoritas. Vt Caium atque Paulum, Vlpianum & ceteros comitetur auctoritas lectionis, quæ ex omnium opere recitatur, l. vnic. de resp. Prud. lib. 1. t. 4. Lectiones sunt auctoritates, allegationes, testimonia, textus Iurisconsultorum, legum, quæ adducuntur ad confirmandam aliquam sententiam; vide quæ dixi ad eam legem pleniusque: vide & l. 9. de infirm. his quæ sub tyr.

LECTA in subscriptionibus legum.

LECTISSIMVS. Inter optimas lectissimorum militum turmas, &c. l. 8. de tyron. lib. 7. t. 13.

LECTVLVS. Qui genialis tori ac lectuli fuit inuasor alieni, l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38. Genialis lecti multa mentio apud veteres. Si herilem lectulum ancilla ascenderit, l. 3. de liberali causa. lib. 4. t. 8.

LEGATI. De iis vide titul. 12. lib. 12. & ibi Paratitlon.

LEGENDVS, pro allegendus & in Senatum cooptandus, l. 1. de Senatorib. lib. 6. t. 2.

LEGIONARIVS. Legionaria militia, & equestris opponuntur, l. 2. in fine, de filiis militar. apparit. lib. 7. t. 22. est enim legionaria peditum: vide Paratitlon de re militari.

LEGITIMVS. Legitimæ ætatis filius, l. vnic. de his qui numer. lib. 12. t. 17. Id est maior viginti quinque annis. Legitimæ personæ, leg. vlt. Cod. Iust. de Carbon. Edict. Legitimæ dignitates honorariis opponuntur, l. 2. ad l. Iul. rapt. lib. 9. t. 27. Legitimæ itaque sunt ἔμπρακτοι. Legitimum munus, l. 1. ne quid publicæ lætitiæ. lib. 8. t. 11. id est necessarium, & canonicum & ordinarium. Vt legitimum crimen, legitima pœna, quæ ordinaria, l. 3 §. 2. D. de crim. stellion. Legitimi gladiatores, id est, ordinarii, non catervarii, legitimæ feriæ, id est ordinariæ. Vide Brissonium de V. S.

LENITAS. Lenitatis paternæ testis emancipatio liberorum, l. vnic. de sentent. pass. lib. 9. t. 43.

LENITVDO Iudicantis, l. 7. de accusat. lib. 9. t. 1. Lenitudo Mendicantium, l. vnic. de mendicant. non inualid. lib. 14. t. 18 est inertia, ignauia. Lenitudo nostra, leg. 2 de operibus publicis. lib. 15. tit. 1. de Principe dicitur.

LETVM. Et innocentes intra carcerum septa leto dare, l. 1. de custod. reor. lib. 9. t. 3.

LEVAMEN, Leuamentum, de defectorum prædiorum releuatione, l. 4. & 14. de censitoribus. lib. 13. t. vlt.

LEVAMENTARIVS, l. 1. de nauicular. lib. 13. t. 5. Est, qui in scapha naui inseruiebat. Naui quippe maiori scapha adiuncta erat, leuandæ eius, si quan-

quando opus, causa. Galli nos inde vocamus ALLEGE, *Esquif*, ἐφόλκιον. Iurisconsulti in *l. 4. D. de l. Rhodia* Nauis *onustæ LEVANDÆ causa, si quædam merces in scapham traiectæ sunt*, &c. vide quæ notaui ad *eam l. 1.* fusius.

LEVAMENTVM. Quando per vicissitudines iustas nauicularii cursum agnoscunt, & pari ratione omnes species fiscales deferunt, neque coguntur tenuiores longinqua semper facere itinera, domi residentibus, conniuentia judicum, ditioribus. Vt non promiscue, sed per vicissitudines rite seruatas iuges cursus agnoscerent, & exagogas (ita repono) implerent: quo ita *leuamentis* alternantis auxilii cunctorum fortunæ, & tenuioribus tum potissimum confirment, *l. 6. de nauic. lib. 13. t. 5.*

LEVARE. *Leuato* velo, *l. vlt. de naufrag. lib. 13. t. 9.* ubi dixi.

LEVIS. Vel *leui* argumento, *l. 28. de hæret. lib. 16. t. 15.* *Leuis* offensæ culpa, *l. 4. de libertis. lib. 4. t. 11.* *Leuis* nota, *l. 3. de inoff. test. lib. 2. t. 19.* Vel *leuis* culpæ offensione detecta, *l. 1. de primicerio & Notar. lib. 6. t. 10.* *Leuis* Nota in hærede instituto sufficit, vt frater aduersus fratris testamentum querelam inofficiosi testamenti mouere possit, *l. 3. de inoffic. lib. 2. t. 19.* Offensa in liberto sufficit, vt in seruitutem reuocari possit, *l. 1. de libertis. lib. 4. t. 11.* quæ duæ leges coniungendæ.

LEX. *Lex* Catholica, *l. 1. de hæret. lib. 16. t. 5.* Apud Ammianum *lib 15. cap. 7.* *Legis Christianæ Antistes.* Christianæ *Legis* reuerentia, *l. 4. 9. de scænicis. lib. 15. t. 7.* *Legis* Christianæ votum, pro clericatu, *l 16 de Episcopis. lib. 16. t. 2.* Commissoria *lex.* Quoniam commissoriæ *legis* (id est, conditionis, conuentionis: vt perissologia laborent, *qui pactum legis commissoriæ*, vocant) crescit asperitas, *l. vnic. de commissoria rescind. lib. 3. t. 2.* *Lex* sanctissima, id est, Christiana religio, *l. 5. de episcopis. lib. 16. t. 2.* *Lex* sanctissima, *l. 18. de Episcop. lib. 16. t. 2.* vbi accipio, pro clericatu. *Legis* supernæ Antistites, id est Episcopi, *lib. 49. in fin. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Lex* venerabilis, id est, Christiana religio, *l. 7. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Veneranda Christiana *lex*, *l. 13. de Iudæis. lib. 16. tit. 8.* *Lege* agere. *Lege* actum, de manumissionibus, *l. vnic. de his qui a non domino. lib. 4. t. 10.* *Lege* agi iubebat Magistratus Princeps, *d. l. vnic.* vbi dixi: vide & Ammianum. *lib. 22. cap. 7.* *Legibus oportet audiri*, id est, secundum leges & coram sæcularibus iudicibus, iureque communi. Quæ ad ordinarios Cognitores vel ad vsum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri, *l. 1. de religione. lib. 16. t. 11.* vide *Nouellam Valent. 12.* *Legibus vti*, id est, leges exercere, *l. 11. de iurisdict. lib. 2. t. 1.* *Leges*, pro actionibus legitimis, *l. 4. fin. regund.* Seneca *3. de benef. cap. 7.* vide *Commentar. ad h. l.* Habeant (Veterani) ex vagantibus, siue ex diuersis vbi elegerint agros, & *a lege* habeant, vt sibi soli eorundem fructus, cessuros esse cognoscant, *l. 8. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* A *lege*, id est, ἀνόμως, & *immunes*: ita nonnullos interpretari video. Verum manifeste legendum *hac lege*, quod sequentia ostendunt.

LIBELLA, *l. vlt. de custod. reor.* v. Vitruu. *Indic.*

LIBER. Si liber a rationibus fuerit, quas regebat, *l. vnic de peculio. lib. 2. t. 32.* *Libera* custodia, *l. 3. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* vbi dixi. *Libera* legatio in *l. 15 de legatio. lib. 12. t. 12.* Est quæ certa formula mandatorum decretorum, scripturæ seu literarum, inclusa non est, sed in arbitrium ac secretum legati collata. Alio sensu *legatio libera*, quæ Senatoribus indulta sui negotii causa, quo maiore cum dignitate abessent. *Libera luce*, id est publice. Nec enim prohibemus præteritæ vsurpationis officia *libera luce* tractari, *l. 2. de maleficis. lib. 9. t. 15.* Vt aliis necessitatibus absoluti, eam tantummodo functionem *libera mentis* nisibus exsequantur, *l. 2. de pistorib. lib. 14. t. 4.* *Liberæ mentis nisibus*, quia se bona fide in multa intendere animus totum potest. Quintilianus *lib. 10. c. 3.* Et duabus curis ingenium occupari non debet. Vide Cassiodorum IX. *Variar. 21.* *l. vlt. de adsessor.* *Libera* peragatur intentio, *l. 4. fin. reg.*

LIBERI. Ius *liberorum tit. 17. lib. 8. de iure liber.* vbi vide *Paratitlon.*

LIBERTAS, & *libertatis* munus, pro emancipatione, *l. vnic. de ingratis. lib. 8. tit. 14. l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* *Libertas*, de emancipatione, *l. vnic. in fin. de sentent. pass. lib. 9. t. 43.* *Libertas oculorum.* Pondusque porcorum trutinæ examine, non oculorum *libertate* quæratur, *l. 4. de suariis. lib. 14. tit. 4.*

LIBERTI. Libertini a *libertis* separantur, *l. 1. de reuoc. donat. lib. 8. t. 13.* vbi dixi.

LIBIDO. Ad *libidinem* praue consulentium Iudicum, *l. 61. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Libido* petitorum, *l. 25. de petition. lib. 10. t. 10.* *Libido* potiorum, *l. 3. de extraord. lib. 11. t. 16.* *Libidinum omnium seruus.* Vt furioso, ac dementi itemque prodigo, *libidinum omnium vitiorumque seruo*, non est eorum pecunia committenda, *l. vnic. de sent. pass. lib 9. t. 43.* Plinius *l. b. 8 epist. 22.* *Nostine hos, qui OMNIVM LIBIDINVM SERVI sic aliorum vitiis irascuntur*, quasi inuideant, & *grauissime puniunt, quos maxime imitantur.*

LIBRAMENTVM, examen per libram. *Libramentis paribus.* Aurum, quod infertur, æqua lance, & *libramentis* paribus suscipiatur, &c. *l. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* Prouerbium Græcorum, cuius meminit Eustath. ad 7. *Iliad.* ζυγȣ̃ πρὸς δίκην εὐθύτερος, *homo trutina, quoad iustitiam rectior.* Ita etiam Pollux de Rege *lib. 1. c. 2. Sect. 41. pag. 27. Edit. Hemsterhuis* ἀκριβέςερος πρὸς τὸ δίκαιον ζυγȣ̃, *quoad iustitiam trutina accuratior*, & de iudice, *lib. 8. c. 3. sect. 10.* ἀκριβέςερος τȣ̃ ζυγȣ̃ τὴν ῥοπὴν, *certior libræ momento.* Clemens Alexandrinus, *lib. 1. Pædagog. cap. 10.* καθάπερ ἐπὶ ζυγȣ̃ τὰς ΙΣΟΣΤΑΣΙΟΥΣ ἀντισηκώσωμεν τȣ̃ δικαίȣ πλάστιγγας, *iusti lancem in æquilibrium appendimus, sicut in trutina res paris ponderis.* Prudentius *Hym. IV. v. 11.*

Gentibus iustam positurus æquo
Pondere libram. Et *Hym. X. v. 1134. 1135.*
Libramine æquo qui malorum pondera,
Et præmionum comp arabit copias

Libramenta ἐν ςαθμικῇ. Paribus libramentis aurum suscipiatur, *l. 1. de ponderator. lib. 12. t. 7.* Nullo Examinis libramento seruato, *d. l. 1. improbo examine*, vt vocat Persius *Satyr. 1. v. 20.* 2.) Ad nos documentorum probationumque pensanda *libramenta* mittantur, *l. vn. ne sine iussu Princip. lib. 9. t. 41.* Si quis præscribta moderaminis Impetatorii *libramenta* transcenderit. *l. 47. de cursu. lib. 8. t. 5*

LIBRARIVS. *Librariorum* decuriæ, *V. I. 1. de lucris officior. lib. 8. t. 9.* vbi dixi, & *l. 1. de decur. V. R.*

LIBRARE. Cœlestes perscriptiones, quas non antea præcelsa sedes tua *librauit*, &c. *l. 26. de cohort. lib. 8. tit. 4.* Iudices expensarum (in ludos nomine) non excedant duorum solidorum libra-

librata impendia, *l. 2. de expens. ludor. lib. 15. t. 9.*

LIBRATOR. *Libratores* aquarum, *l. 1. de excus. artif. lib. 13. t. 4.*

LIBRATIO. Qui aquarum inuentos ductus docili LIBRATIONE ostendunt, *l. 3. de excusat. artif.* De *Librationibus* aquarum: v. Vitruuii *cap. 6. lib. 8.* & Frontinum. *Niueller*, *Niuelleurs.*

LICENS. Vt supremæ voluntatis liber sit stilus & *licens*, quod iterum non redit arbitrium, *l. 4. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

LICENTER. Si quis citra nostræ adnotationis indultum id *licenter* exegerit, seuerissimæ subiaceat vltioni, *l. 29. de cursu. lib. 8. t. 5.*

LICENTIA. Volumus, vt remota professionis *licentia* ac temeritate, ad subscriptionis morem ordinemque criminatio referatur, *l. 5. de accusat. lib. 9. t. 1. Licentia*, i. e. procacitate. *Testamentorum licentia*, apud Suetonium Octauio, *cap. 56.* Beneficio, quo sibi in ordinem splendidissimæ Curiæ præstitam humanitate *licentiam* vindicaret, *l. 12. de Agentibus. lib. 6. t. 27.*

LICENTIVS. Vt nullus clarissimus a P. V. sententia prouocandi vsurparet *licentius* facultatem, *l. 23. de appellat. lib. 11. t. 30.*

LICITATIO. Instituant auctionem hastis habitis, & (ita γρ. non *ex*) *licitatione* currente, *l. 1. de dom. ad rem pr. pert. lib. 10. t. 2.*

LICITO, licite. Velut *licito* committi, frequenti læsorum deploratione didicimus, &c. *l. vlt. de superexaction. lib. 11. t. 8.*

LIMARE. Nec non etiam aliis, quæ tuæ cognitionis *limauit* examen, *l. 32. de nauicul. lib. 13. t. 5.*

LIMEN. Circa *limina* Palatii nostri Comitatumue fuerit deprehensus, *l. 34. de appellat. lib. 11. t. 30. Limina* quoque, pro templis: vt, *limina pacis*, apud Martialem, *lib. 1. Epig. 2. limina Iani*, apud Statium. Sic & *Limina Apostolorum.* Nullus aruspex *limen* alterius accedat, *l. 1. de maleficiis. lib. 9. t. 16.* Mox: domum alienam, v. & *l. 2. eod.*

LIMES, terminus in agro actus ad obseruationem finium. Si veteribus finem cumsignis *limes* inclusus congruum erudita arte præstiterit, *l. 4. finium regund. lib. 2. t. 26.*

LIMITANEVS. *Limitanei* milites, *l. 17. de cohort. lib. 8. t. 4.* comitatensibus opponuntur, *d. l. 17.*

LIMITATVS. Vbi actio partium *limitata* sit, *l. 1. de iudiciis. lib. 2. t. 18.* i. e. finita, terminata.

LINGVA inuidiæ delatoribus tribuitur, *l. 2. de petition. lib. 10. t. 10.*

LINIFI. Linifarii: v. *infra Lynifi.*

LINTEARII, seu *linteones l. 6. de murilegul. lib. 10. t. 20.* dicuntur *opifices linteæ vestis contexendæ*, in usus scilicet militum, quibus eas vestes principes erogabant. Vid. *Comment. ad d. leg. 6.* Qui *linteones* retentare dicuntur, *l. 8. de murilegul.* Corpus *lintearorum*, *l. 16. d. t.* 2.) *Lintearius* s. *Linteo*, pro lineæ vestis negotiatore, *l. 7. Cod. Iust. de excusat. muner.* qui locus obseruandus ideo, quod in *Commentario ad leg. 8. de murilegul.* male *l. 2. de excusat. artificum* allegata est.

LINVM stateris *l. 1. de ponderator. lib. 12. t. 7.* Duobus digitis summitas *lini* retineatur.

LITANIA, *l. 30. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* vbi dixi.

LITARE. Eius supplicio publicæ seueritati *litetur*, *l. 12. de petition. lib. 10. t. 10.*

LITIGIOSVS. Nec enim contractus sine vlla culpa celebratus *litigioso strepitu* turbandus est, *l. 1. de contrab. empt. lib. 3. t. 1.*

LITIGIVM. Priuatorum *litigia*, *l. 8. de exsecutor. tit. 8.* Inferre *litigium*, *l. 2. de dilation. lib. 2. t. 7.* Et mox: Quando *litigio* pulsaretur.

LITVRGI. Functiones publicas & *liturgos*, quos homologi coloni præstare noscuntur, *l. vlt. de patrocin. vicorum. lib. 11. t. 24. Liturgi* per Ægyptum (eo enim pertinet *ea lex vlt.*) sunt personæ munifices ministeria publica, per colonos vico seu terræ adscriptos, siue *homologos*, præstantes: veluti, Cephaleotæ, Hirenarchæ, Logographi Chomatum, de quibus *eadem l. 2 Gens de seruice.* Vid. *Comment. ad d. l.*

LIVOR. Sacrilegus *liuor*, *l. 2. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* v. Eusebii locum, *lib. 10. c. 7.* & *Comment. ad l. 1. & 2. d. tit.*

LIXÆ. Plerique milites secum hominem conditionis ingenuæ propinquitate simulata, vel conditione *lixarum* frequenter abducunt, *l. 10. de re militari. lib. 7. t. 1.*

LOCARE. Iudices, quos potestas in excelso *locat*. *l. 19. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* In medio iure *locatis*, *l. 2. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* vbi dixi.

LOCVPLETARE. Si quem liberalitas *locupletauerit* viuentis, *l. 107. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

LOCVS. Controuersia de *Loco*: v. *tit. finium regundorum. tit. 26. lib. 2.* vbi dixi. 2.) *Locus*, de gradu militari, *l. 14. de re milit. lib. 7. t. 1.* vbi dixi plene. 3.) *Locus*, pro regione, tractu, *l. 12. de pœnis. lib. 9. t. 40.* 4.) Vbi aliquis pro qualitare criminis, fisco fecerit *locum*, *l. 3. de bonis proscript. lib. 9. t. 42. Fisco locum facere*, est, bona alicuius proscribi, *l. 1. de Curatoribus Kalendarii. lib. 12. t. 11. Si locum* fisco factum esse claruerit, *l. 11. de petitionibus. lib. 10. t. 10.*

LOGOGRAPHI. *Logografi* ciuitatum: de his in *Commentario ad leg. un ne conlatio per logographos celebr. lib. 11. t. 4.* Eorum fit mentio quoque, *l. 6. de diuers. offic. l. 8 de cohortalibus*, *l. 3. de tabular.* ubi *Logografi* ciuitatum dicuntur. Erant hi, qui tributorum rationes conficiebant, officiumque eorum erat tabularis, scribis, censualibus, finitimum, quibus etiam iunguntur, *titulo de tabulariis, logografis & censualibus lib. 8. tit. 2.* Alii sunt *Logografi Chomatum*, *l. 6. de patrocin. vicor. lib. 11. tit. 24* qui tuendis Nili aggeribus præerant. Vide *Comment. ad h. l.*

LONGINQVVS. Taciturnitas *longinqua*, *l. vn. si certum pet. de chirogr. lib. 2. t. 17* id est, *taciturnitas absentis* creditoris a debitore.

LVBRICVS. Auctores vero persuasionis huius, qui *lubricas* mentes in proprium deflexerunt consortium, *l 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

LVCELLA, *l. 31. de susceptor. lib. 12. t. 6.* id est, lucra.

LVCERE. Diuini Sacerdotii integritate *lucentes*, *l. 2. de Episcop. iud. lib 16. t. 12.*

LVCRARI. *Lucrati* Duumuiratus Curas, id est, *liberati* Duumuiratus, & Curæ ciuitatum muneribus, *l. 1. de bonor. codicill. lib. 6. t. 22.*

LVCRATIVA, *tit. de imponenda lucratiuis descriptione. lib. 12. t. 4.* (seu *lucratiuæ* facultates, *l. 173. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*) sunt ea, quæ ex substantia Curialium, seu ex bonis Curialium, quacumque ex causa lucratiua, seu liberalitate, ad alium non Curialem perueniunt, *l. 107. 123. 173. de Decurionb. lib. 12. t. 1. l. 16. in fin. de agentibus in rebus.* Vide *Paratitl. ad tit. de lucratiu. descript. imponend.*

LVCRATIVVS. Quinta pars eius speciei *lucratiua* fisco vindicetur, i. e. fisci lucro vindicetur, *l. vn. de Saccariis portus. lib. 14. t. 22.*

LVCTA-

LVCTAMEN. Certamen. Appellationis iniustæ iustæue discrimen conpetenti subire *luctamine*, *l. 40. de appellat. lib.* 11. *tit. 30.* Etiamsi quod possit tribui de proprietate *luctamen*, *l. vn. quorum bonorum. lib. 4. t. 21.*

LVCTVOSVS. *Luctuosa* portio, quam parens ex filii defuncti bonis capit, *l. 2. de inoffic. testam. lib. 2. t. 19.* Ita, *luctuosa* hæreditas, *l. vlt. Cod. Iust. de instit. & subst. luctuosum* lucrum, *l. vlt. Cod. eod. comm. de success.* Duræ fortunæ solatia, *l. 4. Cod. eod. ad SC. Tertull.* v. & Symmachum, *lib. 1. ep. 3.*

LVDERE, pro eludere. Si post has contestationum voces longa debitoris absentia vel redhibitio protelctur, vel nouatio iusta *ludatur* (eludatur,) *l. vn. si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Nullis cum temporum moris esse *ludendum*, *l. 5. de denuntiat. lib. 2. t. 4.*

LVDIBRIVM, corporis prostitutio. Mimæ, & quæ *ludibrio*, corporis sui quæstum faciunt, *l. 15. de Scænicis. lib. 15. t. 7.*

LVDICRVS. *Ludicras* artes concedimus agitari, *l. 2. de Maiuma. lib. 15. t. 6. In locum Oratoris doctor ludicrarum artium accitur*, Ammianus, *lib. 14. cap. 6. Ludicræ cruenta*, eidem *lib. eod. cap. 7.*

LVDIFICARE, illudere. Si quispiam mora *ludificante* in longum protrahere cœperit possidentem, &c. *l. vn. de petitor. & desistentib. lib 10. t. 13.*

LVDIFICATIONES. Moratorias dilationes frustratoriasque non tam appellationes quam *ludificationes* admitti non conuenit, *l. 1. quorum appellat. non recip. lib. 11. t. 36.* Symmachus, *lib. 4. ep. 71. Sed, vereor, ne ludificationibus res iniuncta frigescat, obluctante eo, quem socium discussionis accepit.*

LVDVS. *Ludorum* appellatione proprie scænici intelliguntur, *l. 3. de paganis. lib. 16. t. 10. Ludus* gladiatorius, *l. vlt. de gladiator. lib. 15. t. 12.*

LVERE. Ad *luendum* debitum, *l. 3. de denuntiatione. lib. 2. tit. 4. Luere* fiscale debitum per sententiam iussi, *l. 21. de appellat. lib. 11. t. 30.*

LVITIO. *Luitio* pro solutione, præstatione, *l. 14. de nauicul. lib. 13. t. 5.*

LVMEN. *Lumen* de lumine Christus Dominus noster: cui laus & gloria in æternum, *l. 6. de hæreticis. lib. 16. tit. 5. Lumina* accendebant Diis Gentiles, *l. 12. de paganis. lib. 16. t. 10.* In *Lumen* peruenire metalla cum eruuntur, dicuntur. Fore enim arbitramur, vt etiam conplures saxorum nitentium venæ in *lumen* vsumque perueniant, *l. 2. de metallis. lib. 10. t. 19.* Manilius, *lib. 5. v. 519.*

& glebas inter deprendere gazam,
Inuitamque NOVO tandem producere COELO.

Ita & Iudex *in lucem* trahere latitantia dicitur eidem Manilio *lib. 5. v. 414.*

Quæsitor scelerum veniet, vindexque reorum
Qui commissa suis rimabitur argumentis,
IN LVCEMQVE trahet tacita latitantia fraude.

Metallariis enim & Iudicibus voces multæ communes: *V. infra Rimari. Lumen cælestis lauacri*, de baptismo. Quamdiu cælestis *lumen* lauacri imitantia nouam sancti baptismatis lucem vestimenta testantur, *l. vlt. de spectaculis. lib. 15. t. 5.*

LVSORIVS. Naues *lusoriæ. Lusoriæ* Danubii, de his *tit. 17. lib. 7.* vbi dixi fuse: v. Vegetium, *lib. 5. c. vlt.*

LVSTRA. *Lustrorum* sacrificia, *l. 5. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* sunt quæ votis publicis, & cum festa conuiuia inirentur, ludique exhiberentur, fieri solebant: v. *l. 17. de Paganis.*

LVSTRALIS. *Lustrale* aurum, *lustralis* conlatio: v. *tit. 1. lib. 13.*

LVTVLENTVS. *Lutulentum* prodigium, de tyranno. Quod diuinum præmium Consulatus *lutulentum* prodigium (Eutropius) contagione fœdauit, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

LVX. *Lux* instructionis, *l. 26. de petition. lib. 10. t. 10. Lux* Christianæ religionis, tenebris Iudaicæ superstitionis, opponitur, *l. 28. de Iudæis. lib. 16. t. 8. Lux* baptismatis, *l. vlt. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* v. & *Lumen. Lux* prouita. Si munere *lucis* excesserit, *l. vn. de hæredit. petit. lib. 2. t. 22.* v. & *in fin. eius leg.* Seneca *Hippolyto v. 589.*

Cur dulce munus reddita lucis fugis?

Lux metaphorice. Signis ad probationem *luce* clarioribus expedita, *l. 3. de abolit. lib. 9. t. 37.*

LVXVRIA. Paulus V. *sent. 6.* §. *13. Luxuries* ramorum compescatur. Ita, vitis *luxuriosa* apud Columellam, *lib. 4. c. 21.* Gratius *Cynegetico. v. 140.*

Ergo age LVXVRIAM primo, FOETVSQVE nocenteis
Detrahe, frondosas grauat indulgentia siluas.

Nonius *c. 4. num. 286. Luxuria intempestiua abundantia. Virgil. Georg. lib. 1. Luxuriem segetum tenera depascit in herba*, &c.

LYNIFI seu *Lynifarii*, *l. 8. & 16. de murilegulis. lib. 10. t. 20.* Sunt iidem, cum *lintearijs*, de quibus supra, & qui initio dictæ legis 8. *linteones* audiunt, in fine legis dicuntur *lynifi*: Conficiebant autem militares linteas vestes in gynæceis siue textrinis Principis. Vide *Paratitlon titul. de murilegul.* & *Commentar. ad d. l. 8.*

M.

MACERARE. Liberandum custodia diuturna non *maceret*, *l. 6. de custod. reor. lib. 9. t. 3.* Solitudine, quam eligunt, *macerentur*, *l. 62. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

MACHINA. Cunctis motionibus & *machinis* amputatis, finalibus iurgiis omnem modum præscripsimus, *l. vlt. finium regundorum. lib. 2. t. 26. Machinationibus* in C. Iust. Non igitur vita cuiusquam, non dignitas concussa his *machinis* vacillabit, *l. 5. de famosis libell. lib. 9. t. 34.* Intelliguntur hic *machinæ* famosorum libellorum.

MACHINAMENTA. Callida *machinamenta* commeantium depellant, *l. 6. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

MACHINARI. Multos declinantes obsequia *machinari*, vt priuilegia rei priuatæ nostræ sectantes, &c. *l. 33. de decurionib. lib. 12. t. 1.*

MACHINATOR, hæresiarcha, *l. 53. de hæreticis. lib. 16. tit. 5.* Tantorum scelerum *machinatores*, *l. vn. de Saturianis. lib. 7. t. 19.*

MACTARE. Detectum adque conuictum conpetenti animaduersione *mactare*, perenni auctoritate censemus, *l. 7. de maleficis. lib. 9. t. 16.* Ita, *vltimo supplicio mactare*, *l. 9. D. de l. Pomp. de parricid.*

MACVLA. Quicunque libidinis *macula* forte polluerit pudicitiam, *l. 3. de iurisdict. lib. 12. t. 1.* Qui clericatus velamine religioni *maculam* conantur infligere, *l. 19. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

MACVLARE. Iudices, qui se furtis & sceleribus fuerint *maculasse* conuicti, *l. 1. ad l. Iul. repet. lib. 9. t.* 27. Eos, qui cum essent Christiani, idolorum se superstitione impia *maculauerint*, *l. 6 de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Qui cuiusquam praeterea hominis caede *maculatus* est, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38. Maculati*, id est infamia criminis aspersi, *l. 41. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Poeta:

ne crimine vero
Neu dubio MACVLER.

MACVLOSVS. Interuersorum *maculosae* fraudes, *l. 10. de iure fisci. lib. 10. t. 1.*

MAGI, vide *tit. de maleficis.*

MAGIS. ἔλλειψις τῷ *Magis*, *l. 9. de susceptorib. lib. 12. t. 6. Eos re & fide idoneos haberi, quam eos,* &c. Sileri & intelligi *Magis*, crebrum & pulchrum in oratione, non Graecis tantum, sed & Latinis, vt praeter Lipsium in Tacitum, *& lib. 5. epistol. quaest. 23.* animaduertit Sanctius *in Minerua lib. 4. c. 7. pag. 693.* ibique Perizonius, Vossius *de construct. c. 61.* Auson. Popma *de Vsu ant. locut. lib. 2. c. 11.* Vide etiam Brissonium *de V. S.* & Lambertum Bos *in Ellips. Graec. p. 327. Edit. Lips.* Iurisconsulti nostri saepe: veluti Martianus *l. 1. D. de mort. caus. donat. Cum quis se habere vult, quam eam cui donat.* ex Homero: Αὐτὸν ἔχοντά σε βόλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶν δε. *Magis* omissum etiam *l. 8. de Pagan. l. 16. t. 10.* Simulacra artis pretio, quam diuinitate metienda. Et ibi: Si quas sub gratia donationis a militibus auferunt, quam merentur annonas, *l. 25. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4. Magis* θετικῶς ponitur, vt habeat contrarii negationem, vel id, quod magis probatur, solum probet, & alterum remoueat. Quibus honorum omnium species suffragio est *magis* parta, quam merito, *l 6. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* Vide *infra potius.* Contra ius rescripta non valent, quocunque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura praescribunt, *magis* sequi Iudices debent, *l. 1. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2.* Quicunque ex Aquaeductu *magis* quam ex castellis aquae vsum parauerit deriuandum, *l. 16. de aquaeductu. lib. 15. t. 2.* Ne vacuatis vrbibus ad agros *magis* larem curiales transferant. *l.* 1. *si curialis, lib. 12. t. 18.*

MAGISTER pro Magistro officiorum, *l. vlt. de primic. & not.* vbi dixi. De *Magistris* aliis vide Brisson. *de V. S.*

MAGISTERIA, dignitas Magistri officiorum. *Magisteria* efficax, *l. 2. de quaestorib. l. 6. t. 9.* vbi dixi.

MAGISTRA. *Magistra* falsorum consuetudo, *l. 3. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.* Omnium virtutum *magistra*, literatura. Ita repono, *l. 1. de Decur. V R. lib. 14. t. 1.* Ingenii magnitudo virtutum omnium mater, dicitur Auctori de rebus bellicis subdito *Notitiae Imp.*

MAGISTER NAVIS. Si a Nauiculario, *Magistroue nauis* aliquid accepisse detegitur, *l. 37. de nauicul. lib. 3. t. 5.* vide *& l. 3. de naufrag.* Gloss. *Magister nauis.* Κυβερνήτης. *Magister*, ἐπιστάτης. Gloss. Aliis, *Magister, gubernator.* Valer. Flaccus *lib. 8. Puppe procul summa vigilis post terga Magistri.*

MAGISTRATIONES, sunt cellulae, auditoria Professorum, Magistrorum, *l. vlt. de studiis liber, V. R. lib. 14. t. 9.* vbi vide *not. c.*

MAGISTRATVS, pro Duumuiris, *l. 8. 16. 21. 29. 39. 77. 151. 169. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 1. de Medicis & Profess. l. 1. 3. 5. de reparat. appell. lib. 11 t. 31.* Qui & *Magistratus* municipales, *l. 1. de cursu publico. lib. 8. tit. 5.*

MAIESTAS. Sanctionis *maiestate, lege 80. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

MAIORES. Qui paternam frugem, vel *maiorum* (*auorum* posuit Tribon.) patrimonia gubernare cupiunt, *l. vnic. de his, qui veniam aetatis. lib. 2. t. 17.*

MAIORINVS. *Maiorina pecunia*, *l. 6. de falsa moneta. lib. 9. t. 21.* & *l. 1. in fin. si quis pecun. confl. lib. 9. t. 23.* Erat *maior* pecunia: (sic enim etiam vocatur, *l. 2. si quis pecun. confl.*) Ex argento & aere conflata, *d. l. 6.* Quam eandem cum *decargyro* facio. Nam quae maior pecunia, *d. l. 2.* dicitur, ea mox *decargyrus nummus* vocatur. Diuersa autem fuit a centenionali, *d. l. 1. & 2.*

MAIVMA populi festiuitas, de qua vide *titulum* 6. *lib. 15.* vbi late dixi.

MALVS. *Malae* artes, de magicis proprie, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.* vt malefici proprie magi: vide *infra Malefici.* Apuleius, *lib. 2. de Asino pagin. 21. Edit. Lugd. B. 1623. apud Ioan. Maire. Caue tibi, sed caue fortiter a malis artibus & facinorosis illecebris Pamphiles: maga primi nominis & omnis carminis sepulchralis magistra creditur. Prauae* artes, Ammiano *lib. 28. cap 1.* vide & *Artes. Illicitae* artes *August. lib. 10. de ciuit. 9.*

MALEFICI *Rubr. & l 4. 6. de maleficis & mathemat. lib. 9. t. 16.* Quos ob facinorum magnitudinem vulgus *maleficos* appellat, *d l. 4.* Qui malefici vulgi consuetudine nuncupantur, *d. l. 6.* Dicuntur etiam *Maleficiorum labe polluti*, *l. 11. eod. tit. Malefica artis rei*, *d l. 11.* & Qui maleficiorum insimulatione stringuntur, *l. 10. eod. tit.* Imo Communis hostes salutis, *d. l. 11.* Lactantius, *lib. 2. c. 17. Sed eos magi, & ii quos vere maleficos vulgus appellat, cum Artes suas execrabiles exercent,* &c. Hieronymus *comment. in Danielem cap. 2. Quos nos Ariolos, caeteri* ἐπαοιδὰς *interpretati sunt, id est, Incantatores. Ergo videntur mihi incantatores esse, qui verbis rem peragunt. MALEFICI, qui sanguine vtuntur & victimis, & saepe contingunt corpora mortuorum.* Augustinus 10. *de ciuit. Dei, cap. 9. Qui quasi conantur ista discernere, & illicitis artibus deditos alios damnabiles, quos & maleficos vulgus appellat.*

MALEFICIA, pro maleficiorum seu magorum artibus: hoc sensu, maleficiorum causae, *l. 9. de maleficis. lib. 9. t. 16. Maleficiorum* insimulatio & inuidia, *l. 10. d. t. Maleficiorum* labes, *l. 11. d. t. Maleficii* crimen, *l. 1. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

MALIGNITAS. Vt sextantem sine aliqua *malignitatis* interpretatione praesumat, *l. 8. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42*

MALITIOSVS. *Malitiosa* litium semina conprimentes, *l. 1. de Episcop. iud. lib. 16. t. 12.*

MANCIPES & *mancipatus*, *l. 18. de pistorib. lib. 14. t. 3. l. 2. 3. de frument. V. Const. l. vnic. de municipibus: & l. vnic. Cod. Iust. de pistor.* Sunt praepositi pistrini, & ministerium pistrini. Vide Socratis locum insignem *lib. 5. cap.* 18. & *Commentarium ad d. l. vn.* Lapsus tamen est Cuiacius, qui pistorem omnem mancipis appellatione exaudit, cum sciamus ex dicto Socratis loco, mancipes tantum dictos, qui in *mancipiis* siue *pistrinis publicis*, ministeria sua obibant. 2.) *Mancipes* thermarum, qui Romae exhibitionem thermarum curabant, *l. vn. de mancip. thermar. lib. 14. tit. 5.* 3.) *Mancipes* cursus publici, *l. 15. 24. 26. 34. 36. de curs. publ. lib. 8. t. 5.* qui per mutationes & stationes cursui publico praeerant, obser-

seruabantque, ne modum cursus publici quis excederet. De iis dixi in *Commentario ad l.* 1. 15. Consule etiam Brissonium *de V. S.* & Henninium ad Bergier. *de viis Rom. IV.* 13 & Du Fresne *in Glossar.*

MANCIPARE, addicere, deuouere. Quicunque Decurionum sponte se censuali ministerio *mancıparit*, *l.* 4. *de tabul. lib.* 8. *t.* 2. Clericorum se consortio *manciparunt*, *l.* 163. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Ordini *mancipari*, *l.* 175. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. *Mancipari* Curiis, *l.* 35. 49. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1. Honoribus, *l.* 46. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Propriis Vrbibus, *l.* 48. *d. t. Mancipari* Curiæ, *l.* 124. *de Decurion, lib.* 12. *t.* 1. Functionibus, *l.* 125. *eod. Mancipari* Curiis, *l.* 18. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Nexui Curiæ *mancipatus*, *l.* 168. *de Decur. lib.* 16. *t.* 1. Curiarum functionibus *mancipetur*, *l.* 83. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1. Custodiis *mancipari*, *l.* 19. *de pœnis. lib.* 9. *t.* 40. Nullus ante carceris custodiæ *mancipetur*, quam &c. *l.* 4. *de custod. reor. lib.* 9. *t.* 3. Obsequio *mancipati*, *l.* 26. *de Episcop. lib.* 16. *t.* 2. Otio *mancipati* sunt, *l.* 4. *de re militari. lib.* 7. *t.* 1. Tali præmio *mancipetur* (id est honoretur) *l. vnic. de his, qui se defer. lib.* 10. *t.* 11. Capitali supplicio *mancipetur*, *l.* 8. *de desertorib. lib.* 7. *t.* 18.

MANCIPATIO & traditio separantur, *l.* 4. 7. *de donat. lib.* 8. *t.* 12 *Mancipatio* enim in Italico solo, traditio in stipendiario: dixi ad *l.* 2. *eod tit. de donat.*

MANCIPATVS, functio atque munus mancipum. *Mancipatus* functio, *l. vnic. de mancipib. lib.* 12. *t.* 16. *Gloss. Nom. Sirm.* Μαγκιπάτευμα, τελώνιον.

MANCIPIVM. Quamuis hoc ipsum quod voluit esse delator, pœnæ iam sit *mancipium*, *l.* 30. *de petitionibus. lib.* 10. *tit.* 10. Vrbana *mancipia*) rustica, diuerso admodum iure censita, *l.* 6. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1.

MANDATA. De *Mandatis* Principum est *titulus* 3. *lib.* 1. vbi dixi plene. Dicta & ἐντολικά: vide Luitprandum *in legat.* apud quem male scriptum ἐντολινά Sed vidit errorem du Fresne *in Glossar. voc.* ἐντολικόν.

MANDARE. *Mandare* annonarias, est literas dare ad annonas percipiendas. *Mandare* ergo est, *delegare*, *l.* 1. *de domesticis*, *lib.* 6. *t.* 24. ibique *not. g.*

MANERE. Etiamsi antiquitus hoc onus fundum *manebat*, *l.* 13. *de Senator. lib.* 6. *t.* 2. Quisquis ex desertis agris, veluti vagos seruos fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram glebæ professionem, ex qua videlicet serui videntur *manere*, *l.* 12. *de annona. lib.* 11. *t.* 1. *Manere* hic, pro *emanere:* vel, certe legendum *emanere:* vel *manare.*

MANES. *Manium* ædificia, id est sepulchra. Qui *ædificia Manium* violant, domos, vt ita dixerim, defunctorum Constantius, *l.* 4. *de sepulchris viol. lib.* 9. *t.* 17. *Sepulchra* reposuit, pro his verbis, *Tribon. Portum corporis* Ennius appellauit. Vid. *Comment. ad h. l. Manes accire.* Multi magicis artibus ausi elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant, & *manibus accitis* audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos, *l.* 5. *de maleficis. lib.* 9. *t.* 16. Virgilius *Pharmaceutria* seu *Eclog.* 8. *v.* 98.

His ego sæpe animas imis excire sepulchris
Vidi.

Horatius *Epod. Ode* 17. *in fin.*

Possum crematos excitare mortuos.

Prudentius *de Mercurio lib.* 1. *adu. Symmach. v.* 96.

Murmure nam Magico tenues excire figuras
Atque sepulchrales scite incantare fauillas.

Hinc & Magi ψυχαγωγοὶ apud Tyrium, *dissert.* 22. Tertull. *Apologet. cap.* 23. *Porro si Magi Phantasmata edunt, & iam defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt.* Vide Kirchmannum *de funer. Roman.* 3. *cap.* 23. Horatius *lib.* 1. *Satyr. VIII. v.* 28.

Cruor in fossam confusus, vt inde
Manes elicerent, animas responsa daturas;

Id est, *manes mortuorum euocarent*, vt vetus interpres explicat. *Pœna manium vindex.* Hoc fieri prohibemus, pœna *Manium* vindice cohibentes, Iulianus, *l.* 5. *de sepulch. viol. lib.* 9. *t.* 17.

MANIPVLARIVS Ducis, *l.* 3. *ad l. Iul. repet. lib.* 9. *t.* 27. vbi dixi.

MANSIO pro domo. Cæteros, qui *mansionum* spatio angustiore sustentantur, *l.* 3. *de aquæductu. lib.* 15. *t.* 2. 2.) *Mansiones l.* 9. *de annon. & tribut. lib.* 11. *tit.* 1. *l.* 1. *ne quis in palat. l.* 35. *de curs. publ.* separantur a ciuitatibus, & dicebantur loca, in quibus, qui publica in caussa commeabant, consistebant & manebant, tum alimonia atque annonarum, & cellariensium specierum consequendarum gratia, tum cursus publici vsurpandi caussa. Vide *Commentarium ad d. l* 9. Hinc & *mansionarius*, (qui alias metator) apud Hincmarum, *epist.* 3. *cap.* 23.

MANVS. Omnes Cognitores & Iudices a pecuniis atque patrimoniis *manus* abstineant, *l.* 5. *ad l. Iul repetund. lib.* 9. *t.* 27. *Puræ manus* in Iudice requiruntur: vide Symmachum *lib.* 9. *epist.* 39. & Iustiniani *Nouellam* 8. *præfat.* §. 1. *Nouell* 17. *c.* 1. Dixi plura ad *eam l.* 5. v. & *l.* 1. *de off. Rect. Prou. Manu iniecta* retrahantur, *l.* 7. *de fil. mil. appar. lib.* 7. *t.* 22. Ad Curiam velut *manu* mox iniecta reuocandos, *l.* 159. *de Decurionib. lib.* 12. *t.* 1. Et tanquam *manibus* iniectis eos de iudicio producere, *l* 8 *in fin. de appell. lib.* 11. *t.* 30. Velut *manu* mox iniecta reuocentur, *l.* 3. *de his, qui ad Eccl. confug. lib.* 9. *t. vlt.* In eundem *manus* iniectione concessa, *l.* 181. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Rapaces Officialium *manus*, *l.* 1. *de off. Rector. Prou. lib.* 1. *t.* 7. Qui *manu* victum rimantur aut tolerant, figulos videlicet aut fabros, *l.* 10. *de lustrali conlatione. lib.* 13. *t.* 1. Qui parricidali furore raptus sanguine proprio *manum* tinxit, *l.* 6. *de indulg. crim. lib.* 9. *t.* 38 Prius quam ad perfectum *manu cœptum* perduxerit. *l.* 31. *de operibus publ. lib.* 15. *t.* 1. 2.) *Manus pro chirographo*, *Manum* defuncti probare iubeatur, *l. vnic. si cert. petat. de chirogr. lib.* 2. *t.* 27. Vide loca græca Artemidori & Pollucis *not. m. ad d. l.* Non sola *manus* collatione conueniet adstrui, *l. vnic. si certum petatur*, *de chirogr. lib.* 2. *t.* 27. Et mox si *manum* suam fateatur obnoxius.

MANVMISSIO. *Manumissionum* solemnia repetenda, si Consul qui solemnia peregit, Tyrannus postea iudicetur, *l.* 18. *de infirm. his, quæ sub tyr. lib.* 15. *t.* 14.

MAPPA. *Mappæ linteæ*, *l.* 1. *de alimentis quæ inop. par. lib.* 11. *t.* 27. Leges his scribtæ, propositæ. Limites agrorum notati: hinc *Mappa Albanensium* in corpore *de limitib p.* 139. *Edit. Rigalt. & pag.* 145. *Edit. Goës. Mappæ* etiam mentio *eodem in corpore p.* 270. 273. *Rigalt. p.* 263. 266. *Goës.*

MARTIVS. Qui castrorum expertes habentur, nec in hostem *Martio* ære caluerunt, *l. vnic. in fin. quæ a præbit. tyronum. lib. 11. t. 18.* vbi vide *not. mm.*

MARITALIS. Obitus *maritalis*, *l. 3. de dotibus. lib.3. t. 13.*

MARMOREVS. *Marmoreum* metallum, *l. 13 de metallis. lib. 10. t. 19.*

MASSA. In *massam* compleri debitum omnium, *l. 12. de susceptorib. lib. 12. t. 6. Massa* obryzæ soliditasque, *l. 12. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.*

MATERIA. *Materies.* Isidorus *lib. 13. c. 3. Omne informe, vnde aliquid faciendum est, MATERIA dicitur. Materia* lignum, & tabulata separantur, *l. 15. de extraord. lib. 11. t. 16.* Materia *hac lege* pertinet ad naues, vt in *Commentario* aduersus Cuiacii opinionem probo. Ita *Syluarum materies lignorumque* apud Vindicianum *Epistol. ad Valentinianum*, præmissa *Operi Marcelli Empirici.* Materia (ædificiorum) *l. 36. de operibus publ. lib. 15. t. 1. Materiaux:* vide *l. 55. D. de legat. 3. &* Brissonium *de V. S. Materies* obryzæ, *l. 12. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* quæ *eadem lege*, *massa* obryzæ. *Materia*, auri obryza, *l. 13. eod.* Eodem sensu apud Manilium *lib. 4. v. 245.*

terraque exurere venas
MATERIAMQVE manu certa duplicarier arte.

Quem versum nollem ab Illustri Scaligero in notis expunctum. Est enim obryziacus, purus putus Manilianus. *Materia*, *l. 1. & 3. de ponderatorib. lib 12. t. 7.* pro massa auri: ideo solidis opponitur, *d. l. 1. Materiæ* ad conficienda nauigia, *l. 14. de nauicular. lib. 13. t. 5.* 2.) *Materia* pro caussa & occasione. Quorumque differri supplicium *materia* est interitus plurimorum, *l. vnic. ne sine iussu. lib. 9. tit. 41.*

MATHEMATICI, Vide *titul. 16. lib. 9.* & ibi *Paratitlon.* Brissonium de *V. S.*

MATRIX. *Matrices* fistulæ, *l. 5. de aquæductu. lib. 15. t. 2. (l. 3. Cod. Iust. eod.)* Dixi ad *d. l. 5.* Sunt autem primordiales & originales, quæ in capite ductus aquæ, castelliue positæ collocatæ sunt: ex quibus aliæ quodammodo prodeunt. Eodem significatu *Matrices*, *Arbores*, *Ecclesiæ*, *Lex*, *Pecudes.* Vide Brissonium *de V. S.*

MATRICVLA, pro descriptione, catalogo, indice. *Matricula* palatinorum S. L. *l. 16. de palatin. S. L. lib. 6. t. 30. Matriculæ* domesticorum, *l. 2. 5. 7. de domesticis. lib. 6. tit. 24. Matriculæ* militares, *l. 11. de re militar. lib. 7. t. 1. l. 16. de desertorib. lib. 7. t. 18.* Nam matriculæ inscripta erant militum, etiam adcrescentium nomina. Vide *Paratitl. de re militar.* Vegetium *lib. 1. c. 26.* & *lib. 2. c. 6.*

MATVRITAS. Quippe tunc demum relationibus plena *maturitas* (id est, *plena fides constat*) est cum vel allegationibus refelluntur, vel probantur adsensu, *l. 3. de relat. lib. 11. t. 29.*

MATVRVS. *Maturo* fine, *l. 1. de Episcop. iudic. lib. 16. t. 12.*

MEATVS. *Meatus* Aquarum, *l. 6. de aquæductu. lib. 15. t. 2. Meatus* Formarum, ὀχετὸς, *l. 1. d. t.*

MEDICAMENTARIVS, Veneficus. In repudio mittendo a femina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel *medicamentarium*, vel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probauerit, *l. 1. de repudiis. lib 3. t. 16. Medicamentarium* appellat veneficum, *l. 7. Cod. Iust. eod. tit.*

MEDICAMENTARIA, venefica. In masculis etiam si repudium mittant, hæc tria crimina inquiri conueniet, si mœcham vel *medicamentariam*, vel conciliatricem repudiare voluerit, *l. 1. de Repudiis. lib. 3. t. 16.*

MEDICINA, remedium. Adhibenda est competens *medicina*, &c. *l. 18. de Agentib. lib. 6. t. 27.* 2.) *Medicina*, animaduersio. Vt, quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis *medicina* compellat, *l. vnic. de emendat. propinquor. lib. 9. t. 13.*

MEDIETAS, dimidium. *Medietatem* consequatur inuenti, *l. 1. de Thesauris. lib. 10. t. 18.* Debiti *medietas*, *l. 1. de vsuris rei iudic.*

MEDIOCRES, *l. 3. 4. de extraord. lib. 11. t. 16.* Paupertate *mediocres*, *l. 14. de censitor. lib. 13. t. vlt.*

MEDIOCRITAS, id, quod modicum est. Colonos, quibus terrarum erit quantulacunque possessio, conuenit propriæ commissos *mediocritati*, annonariam functionem cognoscere, *l. 14. de annona. Mediocritas* censuum. Pro captu virium & *mediocritate* (id est, modo) censuum, *l. 8. in fin. de cohort. lib. 8. t. 4. Mediocritas*, paupertas. Hi vero, quos forte *mediocritas* a contumaciæ excusat inuidia, simplam debiti, &c. *l. 27. de annona. lib. 11. t. 1.* Vid. *l. 6. §. vlt. D. de excusat. Mediocritas* proceritatis. Si quosdam *mediocritas* (id est, proceritas legitima *minor*) proceritatis ab armatæ militiæ conditione submouerit, *l. 5. de re milit. lib. 7. t. 1.*

MEDITATIO. Licet adeo inueteratum malum longa ac diuturna *meditatione* nutriuerint, *l. 41. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem harena suscipiat, lanista doceat, sæua *meditatio* & pugnatrix exerceat, *l. 11. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Meditatio enim hinc exercitio propria. Vide *Commentarium ad h. l.*

MEDIVS. *Medio* muneris sui tempore, *l. omnis 5 de iis quæ admin. lib. 8. t. 15.* id est, durante officio. Adstante populo Romano dicere: vt his *in medium* publicæ rationis edoctis, &c. *l. 2. de suariis. lib. 14. t. 4.* Idcirco iudiciorum vigor iurisque publici tutela videtur *in medio* constituta, ne quisquam sibi ipse permittere valeat vltionem, *l. 21. de Iudæis. lib. 6. t. 8.*

MELIVS. *Melius* est occurrere in tempore, quam post exitum vindicari, *l. 2. ad l. Corn. de sicar. lib. 9. t. 14.* Libertates quoque *in melius* reuocamus, *l. 13 de his quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.*

MELLOPROXIMI, *l. 16. 17. de proximis, lib. 6. t. 26* sunt insequente anno futuri Proximi scriniorum. Vide *Comment. ad h. l.*

MEMORIA. *Memoriam* accusare defuncti, *l. 40. de hæreticis. lib. 6. t. 5.*

MEMORIALES, qui in scrinio memoriæ sunt, *l. 2. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.*

MENDICITAS. Cunctis adfatim, quos in publicum quæstum incœpta *mendicitas* (*Gueuserie*) vocauit, inspectis, exploretur in singulis, &c. *l. vnic. de mendicantib. non inualid. lib. 14. t. 18.*

MENS. *Mens* perfida hæreticorum, *l. 25. de hæret. Mens*, *Polluta. Profana*, *l. 26. d. t.* Sacrilegæ *mentes* hæreticorum, *l. 41. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Honorati vero & Vrbibus suis eminentes ex arbitrio, quantum *mens tulerit*, largiantur, *l. 9. in fin. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.*

MENSVM, pro *mensium*, *l. 62. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MERVS. Vt quid præstare possint, *mera* fide & integra veritate scribatur, *l. 12. de censitor. lib. 13. t. vlt.*

MERCARI. Ab honoribus *mercandis* per suffragia, &c. *l. 2. de honor. codic. lib. 6. t. 22.*

MERCATOR *Iudex*, qui sententiam venalem habet:

bet. Priuatarum litium Cognitor, idemque *mercator*, *l. 5. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.* Auctor subditus Notitiæ Imperii *cap. 4. de Iudicibus*: *hi velut MERCATORES in prouincias se missos existimant*, &c. vide quæ dixi ad *eam l. 5.*

MERCEDVLA. Solatiis pro *mercedula* præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, vel ex eo, quod vocatur Filicon, *l. 32. de nauic. lib. 15. t. 3.*

MERCIMONIVM, mercimonia, *l. 3. 7. 10. 14. 19. de lustrali coniat. lib. 13. t. 1.* *Mercimoniis* studere, *d. l. 7. & l. 10. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* *Vt vos in vostris voltis mercimoniis.* Mercurius apud *Plautum, in Prolog. Amphitruon. init* Si exiguis admodum *mercimoniis* tenuem sibi victum vestitumque conquirent, *l. 15. de Episc. lib. 16. t. 2.* Qui operam in *mercimoniis* habent, *l. 14. de Episc. lib. 16. t. 2.*

MERERE. MERERI. Honoris eius penitus amouemus vmbracula: ita vt si quis id *meruit*, ac si nihil impetrauerit, habeatur, *l. 153. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Decurio, fortunam quam nascendo *meruit* (sortitus est) suffragiis atque ambitione non mutet, *l. 118. de Decurionib. lib. 12 t. 1.* Nisi quis releuationem iuste *meruisse* firmauerit, *l. vlt. vers. nisi, de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Nisi ex nostra adnotatione *mereatur*. Et quoniam aliquanti aut amplius quam meruerant occuparunt, *l. 9. de censitor. lib. 13. t. vlt.* Quæ ante Sacerdotium maritorum legitimum *meruere* coniugium, *l. 44. de Episc. lib. 16. t. 2.* At de talibus reis vltionem *mereri*, *l. 31. de Episc. lib 16. t. 2.* Nec se existimare ideo *meruisse* dignitatem, vt Iudicum præcepta despiciant, *l. 150. de Decur. lib. 12. t. 1.* Transferat, qui orando *meruerit* ex iudicio tuæ magnitudinis, &c. *l. 3. ne conlat. transl. lib. 11. t. 22.* Quod vnusquisque *meruit*, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Vt *mereatur* sententiam, *l. 3. de prædiis & mancip. lib. 12. t. 3.* Oblatis precibus *meruerunt*, *l. 1. de lucris officior. lib. 8. t. 9.* Omnesque, huiusmodi immunitates quacunque ambitione *meruerunt*, ad æquale, &c. *l. vn. si per obreptionem fuerit impetr. lib. 11. t. 13.* Si cuiusquam ambitione plectenda importunitas id forte *meruerit*, *l. vlt. de relat. lib. 11 t. 29* Qui aliquid testamento vel donatione *meruerunt*, *l. 10. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Qui metrocomias possidere nostro beneficio *meruerunt*, *l. vlt. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.* Qui sine administratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios *meruerint*, *l. 41. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Manentibus dignitatibus, quas suffragio *meruerunt*, *l. 42. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Beneficio principali quod aliquando *meruerunt*, *l. 5. in fin. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Omnes omnino quicunque capitationis indulgentiam immunitatemque *meruerunt*, &c. *l. 1. de immunitate. lib. 11. t. 12.* Quidquid & ipsi ex indulgentia *meruerunt*, *l. 10. de indulg. crim. lib. 11. t. 28.* Eos, qui rem paternam vel suam, a fisco recuperare *meruerunt*, *l. 2. de conlatione donatarum. lib. 11. t. 20.* Qui veniam debitæ quantitatis mansuetudinis nostræ absolutione *meruerunt*, *l. vlt. de immunit. lib. 11. t. 12.*

MERITVM. *Meritum* eximiæ singularisque virtutis, id est, clericatus, *l. 16. de Episcopis l. 16. t. 2.* dixi in v. *Eximia.* 2.) *Meritum*, momentum. Etiamsi ei vel probabilis negotii *merita* suffragentur, *l. vnic. de his qui pot. nom. lib. 2. t. 14.* Negotii *merita*, *l. 4. de appell. lib. 11. t. 30.* Negotii *merito* discusso, *l. 3. de pactis. lib. 2. t. 9.* His horis, quibus causarum *merita* vel facta (γρ. fata) panduntur, *l. vn. de off. iud. ciuil. lib. 1. tit. 8.* Quia negotiorum *merita* partium assertione panduntur, *l. 5. vnde vi lib. 4. t. 22.* Atque ita vel causæ *meritum* vel personæ qualitatem ad nos referat, *l. 2. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.* Causæ *merita*, *l. 13. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* 3.) *Merita*, fastigia dignitatum honorumque. Id ab omnibus indiscretim *meritis*, atque personis iubemus impleri, *l. 18. de extraordinariis. lib. 11. t. 16.* Neque sane deest, vbi vel *meritorum* priuilegia, vel dignitatum a communione vindicemus. *Ibid.* 4.) *Meritum*, pretium. De ædificiis vero maioris *meriti* (id est pretii, vt Tribonianus maluit, *l. 9. Cod. Iust. eod.*) *l. 30. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Ita mediocres & interioris *meriti* domus summis opponuntur, *l. 3. de aquaduct. lib. 15. t. 2.* 5.) *Meritum*, ius. In Synagogam Iudaicæ legis hospitii *merito* irruentes, id est, velut iure hospitii. *l. 2. de metatis. lib. 7. tit. 8.*

MERVM. *Mero* venerati Genium Gentiles, *l. 12. de Paganis. lib. 16. tit. 10.* Persius *Satyra II. v. 3.*

Funde MERVM Genio.

Vide *supra Genius.*

META, tempus præstitutum. Intra alterius autem triennii *metas*, *l. vlt. de numer. lib. 8. t. 1.* Anni *metas* habeat litigator, *l. 67. de appellationib. lib. 11. t. 30.* *Metas* temporis præstituti, &c. *l. 22. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Intra anni *metas*, *l. 2. vt intra annum. lib. 9. t. 36.*

METALLICVS. *Metallica loca*, *l. vltim. de metallis. lib. 10. t. 19.*

METALLVM. *Metalla*, sunt vel loca, in quibus metalla effodiuntur: quo sensu vox ea accipienda, *l. 1. 11. 13. de metallis. lib. 10. t. 19. l. 9. 11. de indulg. debitor.* Quæ & *metallica* loca dicuntur, *dict. l. vlt. de metallis*: vnde & *metallopus*, *l. 8. de desertor. lib. 7. t. 18.* Vel res ipsæ, quæ secantur, *l. 1. de metallis*, cæduntur, *dicta lege 1. & 2.* eruuntur, *l. 8. d. tit.* exsecantur, *dicta lege 8. 11.* exercentur, *d. l. 11. & 13.* (vnde & *metallorum* exercitium, *l. 3. d. tit.*) effodiuntur, vnde effossiones saxorum, *l. 10. d. t.* 2.) *Metallum*, de auro, & *metallarii* aurilegult, *l. 3. 4. 6. 7. 9. de metallis. lib. 10. t. 19.* hinc, auri *metallum*, *d. l. 7.*

METALLARIVS, *L. 6. & 9. de metallis. lib. 10. t. 19.*

METATVM, hospitium militibus a prouincialibus datum. De *metatis* est *titulus 8. lib. 7.* vbi dixi.

METAXA, *l. 13. & vlt. de murileg. lib. 10. t. 20.* Est sericum, in fila nondum deductum, neque tinctum, sed αὐτοφυὲς, vt loquitur, *l. 70. D. de legat. 3.* Hinc Actuario, Aetio, Alexandro, medicis, μέταξα ὠμὴ: quam nos, *soye crue.* Ideo a serico blatta, id est, serico purpura tincto, *dicta l. 13.* separatur, & a nemate, id est, filo serico, *l. vlt. § 7. D. de publ. & vectigal.* dixi plene ad *d. l. 13.* Gloss. Philoxeni, *Mataxa*, σιρεὰ. Hispani quoque *Madeia* vel *Madexa*, vide & Suidam *in voc.* σῆρες, Procopium *1. de bell. Persico cap. 20.* Moschopulum *περὶ χεδῶν*, Zonaram *in Iustiniano pag. 54. Tom. II. Edit. Venet. inter Script. R. B.* Isidorum XIX. *Orig. 29.* Vitruu. *Indic.*

METROCOMIA, *l. vlt. de patrociniis vicorum. lib. 11. t. 24.* Erat caput inter omnes vicos, qui uni ciuitati erant subiecti. Vide *Comment. ad d. l.*

METROPOLIS ciuitas prouinciæ princeps, & quasi mater. *L. 11. de Med. & Professor. lib. 13. tit. 3.* vt singulis vrbibus, quæ *metropoles* nuncupantur, &c. Vbi intelliguntur omnes prouinciæ frequentissimæ ciuitates. Vide *Commentarium.* Plures enim fuere vnius prouinciæ metropoles. Vid. *l. un. Cod. Iust. de metropol. Beryto.* Norisius *de Epocha Syro Maced. diss 4. c. 3.* Bynckershoek *obseruat. VI. 18.*

METVERE. *Metuens* subito, quæ ipse simulauerit:

uerit: de cultore simulacrorum, *l.12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Hoc argumento patres ferme simulacra, eorumque cultores traducunt. Lactantius *lib. 2, cap. 2. Quæ igitur amentia est, aut ea fingere quæ ipsi postmodum TIMEANT, aut timere quæ finxerint? Quæ fecit, TIMET.* Arnobius *lib. 6. pagina 191.* Ed. Stewech. *Supplicare tremebundum fabricatæ abs te rei:* vide & Minucium *Octauio cap. 23* Sedulius *lib. 1. p. 39.*

& quæ fecere verentur.

Lucanus: *Quæ finxere timent.*

MIGRARE ad Paganos ritus cultusque, *l. 2. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Ad aras & templa, *l. 3. d. t.* dicuntur Apostatæ. Qui fidem, quam Deo dicauerant, polluerunt, & prodentes diuinum mysterium in profana *migrarunt*, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 9.* 2.) Bona eius in fisci iura *migrarunt*, *l. 1. de censitorib. lib. 13. t. vlt.*

MILITARES, id est milites, *l. 7. 11. de annon. ciuicis. lib. 14. t. 17.* *Militares*, pro militibus, *l. 20. 21. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 40.* Vide *not. c. ad dict. leg. 20.* *Militares*, *l. 18. 32. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

MILITES absolute, pro opinatoribus, *l. 34. de annona. lib. 11. t. 1. l. 16. de exaction. lib. 11. t. 7.*

MILITIA, pro onere militis seu tyronis conferendi, *l. 3. 10. de Medicis & Professoribus. lib. 13. t. 3.* in tyrocinium militiæ, vt loquitur *l. 11. de tyronibus.*

MINAX. Fauor *minax* Rectoris Prouinciæ, *l. vnic. si quacunque præditus potest. lib. 3. t. 11.* vide eam legem.

MINIMVS. *Minimi* maximique, *l. vnic. de grege dominico. lib. 10. t. 6.* Neque ob hoc sordido quolibet, *minimoue* exuatur, *l. 153. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Minimo*, id est, minima quaque re.

MINISTER. *Minister*, Ducis, *l. 3. ad l. Iul. repetund. lib. 9. t. 27.* 2.) *Minister* litis, Cognitor vel Procurator, *l. vltim. de Cognitor. & Procurator. lib. 2. t. 12.* 3.) *Ministri*, pro clericis, *l. 31. de Episcopis. lib. 16. tit. 2.* & *ead. leg.* catholicæ ecclesiæ *ministri.* Christianæ legis *ministri*, *l. 41. eod. tit.* Diuini muneris *ministri*, *l. vlt. eod. tit.* 4) *Ministri* sacrorum, id est, Deorum ministri, (vt Symmachus appellat *in relat. ad Valentin.*) *l. 14. de paganis. lib. 16. tit. 10.* ubi consule *Commentarium.* 5.) *Ministri* ferales, dicuntur carcerum custodes, Commentarienses, clauicularii, *l. 6. de custod. reorum. lib. 9. tit. 3.*

MINISTERIALES sunt, qui in ministerio Principis erant *Ministeriales* & Pædagogiani *l. 5. de diuers. officiis, lib. 8. tit. 7.* *Ministerialium* quoque fit mentio *in Notit. Imper. fol. 59. Sub dispositione Castrensis Pædagogiani, Ministeriales Domnici.* Ita & locus, in quo erant reposita vasa, cyathi, *ministerium*, qui alioquin abacus, repositorium audit. Glossæ. *Abacus, Delphica*, μινιςέριον, & rursum: *Delphica*, μινιςέριον. Lampridius *in Alexandr. Seuero cap. 41. Et quum argentum in* MINISTERIO *plus ducentis libris non haberet* &c. Ministerium ergo *un seruice.*

MINISTERIVM, opera, quæ præstatur interuentu certæ personæ. *Ministeria* religionis. Qui diuino cultui *ministeria* religionis inpendunt, id est, hi, qui Clerici appellantur, *l. 2. de Episcopis. lib. 16. tit. 2.* Ludicra *ministeria* scænicorum, *l. 4. 9. de scæn. lib. 15. tit. 7.* *Ministerium* ecclesiæ, *l. 39. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* *Ministerium* Diaconi, *l. 121. de Decurionib. lib. 12. tit. 1.* 2.) *Ministerium*, pro ministro. Quod & coniugibus & liberis eorum, & *ministeriis* indulgemus. *L. 10. de episcop. lib. 16. t. 2.* Vt liberi quoque & *ministeria*, id est, mares pariter ac fœminæ immunes a censibus perseuerent, *l. 14. de Episcopis.* Eadem notione occurrit vox apud Aurel. Victorem *Epitom. cap. 48.* de Theodosio: *Prohibueritque lege ministeria lasciua: psaltriasque commissationibus adhiberi.* Et forte inde dicti, quos *Menestriers* vocamus. Plura vide apud Brissonium *de V. S.*

MINVSCVLVS. *Minuscula* corpora, *l. vnic. de municipibus. lib. 12. tit. 16.*

MINVSCVLARII. *l. 3. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.* videntur fuisse speciales & minimi tributorum exactores, *Collecteurs particuliers.* Augustinus 7. *de ciuitate Dei, cap. 4. Ridemus cum Deos videamus partitis inter se operibus distributos, tanquam MINVSCVLARIOS vectigalium conductores.* Hoc tamen Augustini loco *Minusculari* sunt certorum vectigalium conductores, qui maioribus suberant. Consule etiam Du Fresne *in Glossar. voc. Minuscularius.* Gronouium *obseruat. IV. c. 23.*

MISCERE, se immiscere. Hi, qui vacationem temporariam, vt sæpe adsolet, impetrant, nihil sibi necessitatis vsurpent, nullorum actibus *misceantur*, *l. vlt. de commeatu. lib. 7. t. 12.* Id est, nullorum actibus se immisceant, aut, *nullorum causas suscipiant*, vt ex coniunctione, *l. 1. de cognitorib. & procurat.* apparet. Qui se illicitis contractibus *miscuerunt*, *l. 3 de contrahend. empt. l. 3. t. 3.* 2.) *Miscere*, turbare, turbas concitare. (Eutropius) ad insulam Cyprum perducatur: vt ibidem peruigili cura vallatus, nequeat suarum cogitationum rabie cuncta *miscere*, *l. 17. in fin. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Qui pacem publicam rerum perturbatione confusam rebelli contumatia *miscuerunt*, *l. 21. quor. appellat. lib. 11. t. 36.* 3.) *Miscere* dotem, id est conferre, *l. vnic. unde liberi. lib. 4. t. 2.*

MISERABILIS. Fortunæ iniuria *miserabiles*, id est, morbo fatigati debiles, *l. 2. de officio Iudicum omn. lib. 1. t. 10. l. vnic. Cod. Iust. quando Imp. inter pupillos, vel viduas, vel miserabiles personas.* *Miserabilis* iniuria, ablato hippocomi sago, *l. 50. de cursu. lib. 8. t. 5.* Est ergo *miserabilis* iniuria, qua in miseriam alius incidit *indigna spoliatione*, vt paullo ante *eadem leg.* dicitur. *Miserabilis* egestas, *l. 2. de aliment. quæ inopes par. lib. 11. t. 27.* *Miserabiles* preces, *l. 26. de Iudæis. lib. 16. t. 5.* id est, quibus miserias & statum suum deflebant. Querelæ, *l. 8. eod.*

MISERANDVS. *Miseranda* fortuna, id est egestas, *l. vnic. de patrib. qui filios distr. lib. 3. t. 3.*

MISERATIO, cum quis a crimine alicui intentato desistit, *l. 1. de abolit. lib. 9. t. 27.* Precum *miseratio*, cum quis precibus suas miserias deflet, suique Principes misereri rogat, *l. 26. de cohort. lib. 8. t. 4.*

MISERI, de reis criminum, *l. omnis 6. de iis quæ administrant. lib. 8. tit. 15. l. 14. de accusationibus. lib. 9. tit. 1.* *Miseri*, de orbis. Sola *miseris* (coniugibus) ad poscendum auxilium (ius liberorum) sufficiat despèratio liberorum, *l. 1. de iure liberorum. lib. 8. t. 17.*

MISERICORDIA, de ea, quam Collectores liberorum expositorum exercent. Si expositos quodammodo ad mercem, voluntas *misericordiæ* amica collegerit, *l. 2. de expositis. lib 5. t. 7.* Sanguinis *misericordia*, id est, quæ debetur sanguini. Insinuatum est, quosdam patres principalis coniugii copulatione destitutos, in perniciem filiorum vltra *misericordiam* sanguinis properare, *l. 5 de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

MISSVS. *Missi* successio, transmissa in vlteriorem gradum, *l. 1. de his qui conditionis propriæ. lib. 12. tit. vlt.*

MISSIO, dimissio. *Missio* honoraria, *lege 153. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* *Militaris* missio, *l. 4. de re militari. lib. 7. t. 1.* & *l. 9. de desert. lib. 7. t. 18.*

MITTENDARII Palatini officii, *l. 2. 5. 7. 8. 22. 23. de Palat. lib. 6. t. 30.* Dixi in *Commentario ad d. l. 2.* ex Glossis Nomicis.

MITTERE. *Mitti* in munus Nemo officialium in munus aliquod *mittatur*, *l. 1. de Princip. agent. lib. 6. t. 28.* mox: in aliquod munus direxerit. Repudium *mittere*: vide *legem 1. de repudiis. lib. 3. t. 16.*

MOBILIA. *Mobilia* ab *immobilibus* distinguuntur, *l. 4. de bonis vacant. lib. 10. t. 8.* bonorum *mobilium* confiscatio, *l. 6. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MODERAMEN, pro temperamento, *l. 64. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Moderaminis* Imperatorii libramina, *l. 47. de cursu. lib. 8. t. 5.*

MODERARE. *Moderare* Rempublicam Principes dicuntur, *l. 30. de appellat. lib. 11. t. 30.*

MODERATOR Prouinciæ, pro Rectore, *l. 7. de officio Rector. Prouinc. lib. 1. t. 7. l. 164. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MODERATVS. *Moderata vltio*, *l. 41. de Episcop. lib. 16. t. 2.* *Moderata* definitio, *l. vlt. de vsuris. lib. 2. t. 33.*

MODERATIO. Itineris agendi *moderatio*, *l. 40. de cursu publico. lib. 8. t. 5.*

MODESTINVS Iurisconsultus, *l. vnic. de responsis prudentum. lib. 1. t. 4.*

MODIATIO. Mensura frumenti & tritici per medios inita. Si quis calculus *modiationis* (ex commeatu frumentario) dicatur tempestate maris deperisse, *l. 32. de nauic. lib. 13. t. 5.*

MODIVS. *Modii* lapidei, *l. 21. de suscept. lib. 12. t. 6.* *De modiis* frugum, *l. 1. de vsuris. lib. 2. t. 33.*

MOENIA absolute pro ædificiis, *l. 11. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.* Vrbis *mœnia*, id est, publica opera seu ædificia, *l. 1. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Publica *mœnia*, *l. 32. eod. tit. l. 3. de calcis coctorib. lib. 14. t. 6.* vbi vide *not. d.*

MOENIANA. De his vide, quæ scripsi ad *l. 39. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Adde Brissonium *de V. S.*

MOERERE, pro, libello apud Principem de aliqua re conqueri, *l. 8. de diu. rescript. lib. 1. t. 2.* eodem sensu deflere, *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Sed consule *not. k. ad d. l. 8.*

MOEROR. *Mœror* solitudinis, id est, cœlibatus, *l. 2. de Repud. lib. 3. t. 16.*

MOLA. *Molæ* publicæ Romæ positæ, *l. 7. de pistor. lib. 14. t. 3. l. 2. de canone frum. lib. 14. t. 15.* Consule Henelium *in otio Wratislau. c. 44.* & Brissonium *de V. S.*

MOLES. Criminum *moles*, *l. vnic. ne sine iussu Princip. lib. 9. t. 41. l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* vide *Nouellam Theodosii de Paganis.* Debitorum *moles*, *l. vlt. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17.* V. §. 8. *Inst. de societat.* Stipendiorum *moles* longa, *l. 16. de Agentibus. lib. 6. t. 27.*

MOLESTIA de quacumque re molesta & graui, & de annonis & tributis, *l. vlt. sine censu. lib. 11. tit. 3.* Corporales *molestiæ*, id est quæstiones, tormenta, *l. 126. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Curialis *molestia*, *l. 177. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

MOLIRI, id est, attentare aliquid, veluti nouum opus, *l. 19. de operibus publ. lib. 15. t. 1. §. vlt. D. de oper. nou. nunciat.* *Moliri* & molitio de magis & maleficis, qui contra hominum salutem quid *moliuntur*, *l. 3. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

MOLIMEN pro molitione & attentatione, *l. 24. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

MOLITIO pro exstructione domus seu ædificii Nouis molitionibus industriæ famam captare, *l. 31. de operibus publicis. lib. 15. t. 1. l. 7. de præd. nauicular. lib. 13. t. 6.* 2.) *Molitio* de fraude. Sine fraude *molitionis*, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.* Occultæ *molitiones* per suppositas fraude personas, *l. 1. de prædiis & mancip. Curialium. lib. 12. t. 3.* Fraude callidæ *molitionis* inrepere, *161. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MOMENTARIVS. *Momentariæ* necessitates, *l. 1. sine censu. lib. 11. t. 3.*

MOMENTVM. *Momenta ἐν σαθμικῇ.* Æquis ac paribus suspensis statere *momentis*, *l. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* De *momenti* actione, *l. 6. vnde vi. lib. 4. t. 22.* *Momentum* pro momenti beneficio, *l. 2. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.* Si de *momento* fuerit appellatum, est *titulus 37. lib. 11.*

MONACHI. De his est *tit. 3. lib. 16.* & *lib. 5. tit. 3. de bonis Clericorum & Monachorum.*

MONAZONTES, id est Monachi, *l. 63. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MONERE. *Monebantur* & *moneri* iubebantur Rectores a Præfecto Prætorio, *l. 1. de milit. veste. lib. 7. t. 6.*

MONETA pro nummis ipsis, *Rubr. & l. 2. de falsa moneta. lib. 9. t. 21.* & *l. 1. de conlat. æris. lib. 11. t. 21.* 2.) Pro officina seu loco, in quo nummus formatur, *l. 3. 7. 8. de falsa mon. lib. 9. t. 21.* vnde, *monetæ publicæ*, *fiscales*, *d. l. 7.*

MONILIA, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Condita ab ignotis dominis *monilia*, *l 2. de Thesauris. lib. 10. t. 18.* in Cod. Iust. legitur, *mobilia.*

MONITIO. *Monitio* diuina, id est, lex, seu constitutio, *l. 7. de hæret. lib. 16. t. 5.* Frequenti *monitione* atque hortatu incitare, *l. 39. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MONOMΕΡΩΣ, id est, ad vnius partis petitionem, *l. vlt. de relat. lib. 11. t. 25.*

MONSTRARI, pro demonstrari, probari, *l. 8. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2. l. 1. de numer. lib. 8. t. 1.* & *l. 105. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 12. de hæreticis. lib. 16. t. 5. l. 4.* (*in medio*) *de desertorib. l. 7. t. 18.*

MONSTRVOSVS. *Monstruosa* auctorum nomina, de hæreticis, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

MONTANISTÆ hæretici a Montano dicti, *l. 34. 48 57. 65. de hæret. lib. 16. t. 5.*

MONTENSES vocati Donatistæ, *l. 43. de hæret. lib. 16. t. 5.*

MONVMENTA veterum chartarum in censibus, *l. 2. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.*

MORA dilationis, *l. 18. de annona. lib. 11. t. 1.* *Moras* nectere artibus, *l. 2. si certum pet. de suffrag. lib. 2. t. 29.* Breuis *mora* est, *l. 6. de testam. lib. 4. t. 4.* Statius *Syluarum 5. protreptico ad Crispinum v. 2.* *Nec longa mora est, aut auia tellus.* Temporum *mora*, *l. 5. de denunciat. lib. 2. t. 4.*

MORATORIVS. *Moratoria* cautio, *l. 5. §. vlt. de censibus.* Dilationes *moratoriæ*, frustratoriæ, *l. 1. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* *Moratoria*, Frustratio, *l. 3. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* *Moratoria*, Præscriptio, *l. 3. de diuers. rescript. lib. 2. t. 2.* *Moratoria*, Prouocatio, *l. 4. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* id est, appellatio *moratoria*, apud Paulum V. *sent. 35. §. 2.*

MORBVS a quibus excusat vel non, proprius vel alienus, *l. 2. 3. 4. de reparat. appell. lib. 11. t. 31.*

MORES. De actione de *moribus*, *l. vnic. victum ciuil. agere. lib. 9. t. 20.*

MORSVS. *Morsus* honoris, *l. 10. de re milit. lib. 7. t. 1.*

MORS. *Mortis* metus. Crimen non dicitur, quod *mortis* adegit impulsus, *l. vltim. de infirmbis quæ sub tyr. lib.15. t.14.*

MORTALIS. *Mortali* opera formata simulacra gentilium dicuntur, *l. 10. de Paganis. lib. 16. t.10. l. 12. eod.*

MORTIFERVS. *Mortifera* pœna, *l. vnic. si quis sol. circul. lib. 9. t. 22.*

MORTALITAS, *l.11. de domesticis. lib. 6. t. 24.*

MORTVI, *l. vnic. si certum petatur de chirogr. lib. 2. t. 27.*

MOS, vetustus seruandus, *l. 12. de iure fisci. lib. 10. t. 1. l. 166. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MOTVS. *Motus* arbitrii proprii, *l. 10. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Pro *motu* Iudicis, *l. 37. de nauic. lib. 13. t. 5.* *Motus* mansuetudinis principalis, *l. 54. de cursu. lib. 8. t. 5.* *Motus* æqualis Iudicis, *l. vlt. de falso. lib. 9. t. 19.* Seueritatis congruæ *motum* excipiat, *l. 9. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Similia alia vide apud Fornerium III. *Quotid. 3.* Ita etiam *Motu* nostro, *l. 60. de appellat. lib. 11. t. 30.* *De nostre plein mouuement.* *Motus* nostri vltione plectendos, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* id est, *animi nostri* vltione, vt habet *Cod. I. d. l.* *Motus* Grauior, *l. 46. de hæret. lib. 16. t. 5.* id est, ira & feueritas. Ammian. *lib. 28. c. 2. in fin.* *Imperiali motu oppressit.*

MOTIONES. Cunctis *motionibus*, & machinis amputatis, *l. vlt. finium regund. lib 2. t. 26.* *In Cod. Iust. Molitionibus.* Forte vox hæc agrimensoria. Quanquam, *occultis molitionibus*, dicatur, *l. 1. de præd. Curial. lib. 12. t. 13.* Vide quæ dixi *in Comment. ad d. l. vlt.*

MVLIERCVLARIVS, *l. 1. de repud. lib. 3. t. 16.* id est, *femellarius* & *Mulierarius*, vt est in *Glossis* Isidori.

MVLIONES, *l. 10. 14. 31 34. de cursu. lib. 8. t. 5.*

MVLOMEDICI, *l. 31. de cursu publ. lib. 8. t. 5. l. 2. de excus. artif. lib. 13. t. 4.*

MVLTA. *Multa maxima*, *l. 8. de pœnis. lib. 9. t. 40.* *Multa* argentaria, *l. 22. quorum appell. lib. 11. t. 36.* *Multa* præiudicialis, *l. 50. 65. de appell. lib. 11. t. 30.* *Multa* pecuniaria hæreticis imposita, *l. 39. 52. 54. de hæret. lib. 16. t. 5.*

MVLTATIO, pro multa, *l. 2. de Prætorib. lib. 6. tit. 4.*

MVLTATITIVS. Seruus *multatitius*. *l. 1. de liberal. causs. lib. 4. tit. 8.* qui multæ nomine, ab eo, qui falsam vindiciam tulit, in causa liberali, præstatur.

MVLTIMODVS. *Multimoda* donatio, *l. 5. de suar. lib. 14. tit. 4.* Obseruatio *multimoda*, *l. 14 de Episcop. lib. 16. t. 2.*

MVLTARE. *Multandi* ius priuatis datum, *l. 10. de metatis. lib. 7. t. 8.* id est, plagis afficiendi mensorem.

MVLTIPLICARE. Per scita diualia *multiplicata*, *l. 48. de hæret. lib. 16. tit. 5.* id est, per multas & repetitas principum constitutiones.

MVLTIPLICITER. Quæ *multipliciter* pro salute communi constituta sunt, *l. 47. de hæret. lib. 16. t. 5.*

MVNDVS. *Mundæ* buccellæ opponuntur, seu separantur a panibus sordidis, *l. 5. de annonis ciuicis. lib. 14. tit. 17.* Apud Vopiscum *in Aurelian. c. 9.* *Mundus* panis, opponitur militari castrensi. Vid. *Comment. ad d. l. 5.*

MVNDVS, pro hominum vniuersitate. Nihil ad summum his sit commune cum *mundo*, *l. 18. de hæretic. lib. 16. t. 5.* Ita hodie dicimus *le monde.*

MVNERARE, pro honorare. Honore principatus muneramus, *l. 3. de Princip. Agent. lib. 6. t. 28.*

MVNERARIVS, qui gladiatorum munus impendit, *l. 2. de gladiat. lib. 15. t. 12.* vbi dixi *not. e.*

MVNERA. *Munera* pro ludis, *l. 1. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* *Munera*, alia *Corporalia*, alia *pecuniaria*, *l. 191. de Decur. lib. 12. t. 1.* id est, personalia, & patrimonialia. *Munera* diuina, *l. 3. de maleficis. lib. 9. t. 16.* id est, Dei dona.

MVNIA de Curialibus, *l. 44. 48. 50. 65. 130. 134. 155. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* quæ & *munia* Ciuilia, *l. 147. d. tit.* ciuitatum, *l. 158. 181. d. tit.* Curialia, *l. 15. 133. 155.* Decurionatus, *l. 96.* Decurionum, *l. 187.* oppidanea, *l. 45.* *patriæ*, *l. 63. d. tit.* Vid. *Paratitl.* Militaria *munia*, *l. 40. de Decurionibus. l. 12. tit. 1.*

MVNICIPALIS, pertinens ad municipium. *Municipales*, id est Curiales, *l. 62. de Decur. lib. 12. t. 1.* Ciuitatum *municipales*, pro Magistratibus municipalibus ciuitatis, *l. 3. de donat. lib. 8. t. 12.* Functiones *municipales*, *l. 172. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Causæ *municipales*, *l. 5. de naufrag. lib. 13. t. 9.* Necessitates *municipales*, *l. 57. de Decur. lib. 12. t. 1. l. 1. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.* *Municipalia* gesta, *l. 151. de Decur. lib. 12. t. 1.* Munera *municipalia*, *l. 57. 172. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Municipalia* Obsequia, *l. 19. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Municipalia* Officia, *l. 31. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MVNICIPIA *l. 1. de conlat. donat. lib. 11. t. 20. l. 8. de cohort. lib. 8. t. 4. l. 16. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

MVNICIPES, id est Curiales, Decuriones, *l. 4. 89. 105. 110. 130. 137. 143. 144. 147. 154. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 41. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 17. de lustrali conlatione. lib. 13. t. 1. l. 2. quid probare debeant. lib. 7. t. 2.* *Municipales* eodem sensu, *l. 62. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

MVNIFEX. Opponitur *munifex* promoto, *l. 2. de cursu publ. lib. 8. tit. 5.* *Munifex* miles erat gregarius aut cohortalinus, cuius opera cursus publicus peragebatur. Vide *Commentar. ad d. l.*

MVNIFICENTIA, liberalitas. *Munificentiam* principalem nefas est reuocare, *l. vlt. de annona. lib. 11. t. 1.*

MVNIFICVS. *Munificum*, id est, muneribus obnoxium, *l. 7. de prædiis nauicular. lib. 13. t. 6.* Prædium *munificum*, *l. 31. de annona. lib. 11. t. 1.* *Munifici*, munera subeuntes, *l. vlt. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Symmachus *lib. 5. epist. 87.* *Nos pro agris nostris functionibus publicis esse munificos.* *Munificum* ius, *l. 9. & 16. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.* Spectat ad id, quod præstari debet, tributi vel pensionis aut canonis nomine. *Munifica* res, id est, muneri & functioni obnoxia, *l. 7. de præd. nauic. lib. 13. t. 6.* *Munificus*, pro pœnæ fisco inferendæ obnoxio, *l. 6. de scænicis. lib. 15. t. 7.*

MVNIMEN. *Munimina* sententiarum, *l. 1. de frum. Vrbis Const. lib. 14. t. 16.*

MVNIRE. *Munire* vias, *l. 2. & 3. de itinere muniendo. lib. 15. t. 3.* vnde viarum *munitio*, *l. 3. d. t.* *Munitionis* instructum, *l. 4. d. t.* 2.) Testibus *munita* res, *l. 3. de abolit. lib. 9. t. 37.*

MVNITIO limitis atque fossati, *l. 1. de terris limitaneis. lib. 7. t. 15.*

MVNVS. *Munus* bestiarum, *l. vnic. ad l. Fabiam. lib. 9. t. 18.* Est cruentum spectaculum bestiarum, quod notum de venatione. Vide *Commentarium ad h. l.* 2.) Diuinitatis *munus*, *l. 4. ne sanctum baptisma. lib. 16. tit. 6.* est baptismus. Vid. *not. t. ad d. l.* 3.) Libertatis *munus*, pro emancipatione, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* 4.) Publicum *munus*, de lustrali conlatione speciatim,

ciatim, *l. 12. 14. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* 5.) Sacerdotii *munus*, id est, ludi Sacerdotales, *l. 176. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 6.) *Munus* lucis, id est, vita, *L. un. de heredit petit. lib. 2. tit. 22.*

MVNVSCVLA canonica, *l. vnic. ne damna Prouincial. lib. 11. t.* 11. dicuntur, quæ ab officialibus Iudicum, exigebantur a rusticanis, ac si publice debita atque solennia essent. Vide dicta *in Commentario ad h. l.* Nouella Leonis & Maioriani *de Sanctimon. 8. munuscula* insidiosa.

MVRCI sunt, qui pollices sibi præcidunt, munus martium pertimescentes, vt Ammianus refert *lib. 15. cap. 12.* Ad *murcos* pertinent, *lex 4. & 10. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* vbi consule *Commentar.*

MVREX, conchæ genus, cuius cruore vestes inficiebantur, *L. 12. & vlt. de murilegul. lib. 10. tit. 20.*

MVRILEGVLVS, murices colligens, conchyliolegulus. De *murilegulis* est *titul. 20. lib. 10.* & ad eos pertinet speciatim, *l. 1. 5. 14. 15. 16. 17. 18. eius tit.* Dixi in *Paratitl. ad eum tit.*

MVRMVR *magicum.* Qui noxiis quæsita graminibus & diris *immurmurata* secretis mentis & corporis venena composuit, *l. 6. de indulgent. crim. lib. 9. t. 38.* Hunc magicum susurrum, & murmur *Ferale arcanum*, Lucanus *lib. 6. v. 440.* vocat. Ferale *murmur* Apuleius *initio lib. 2.*

MVTARE *Mutare* laborem quiete, *l. 1. de Primic. & Notar. lib. 6. t. 7.* *Mutato* eo, id est, reuocato, *l. 2. ne conlat. translatio. lib. 11. t. 22.*

MVTATIONES, *l. 34. 36. 53. 58. 60. de cursu publ. lib. 8. t. 5. l. 9. de annona & trib. lib. 11. t. 1.* Loca, in quibus iumenta mutabantur.

MVTESCERE, id est, silere. Omnia *mutescant* tempora, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

MVTILARE de quacumque imminutione, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 4. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Prata *mutilare*, *l. 3. de pascuis. lib. 7. t. 7.* *Mutilare* priuilegia, *l. 22. de extraord. lib. 11. t. 16.* Exactio *mutilatur*, *l. 31. de annona. lib. 11. t. 1.* Iussione *mutilatum*, quod ante constitutum, *l. 6. de suariis. lib. 14. t. 4.*

MVTILI sunt, qui spurca amputatione digitorum declinant vsum armorum, & qui alias murci, *l. 10. de tyron. lib. 7. t. 13.* Vid. supra *Murcus.*

MVTVARI. *Mutuatur* pecunia, id est, locatur, *l. 7. de prædiis naucul. lib. 3. t. 6.* Vide ibi *not. p.*

MYSTERIVM. *Mysteria* de Religionis arcanis Dei omnipotentis, *l. 26. de hæreticis. lib. 16. tit. 5.* Imbuti *mysteriis* christianis, *l. 19. de Iudæis. lib. 16. tit. 8.* In sacris Dei *mysteriis* perseuerent, *l. 163. de Decurionib. lib. 12. tit. 1.* Inde etiam Clerici dicuntur, *mysteriis* sacrosanctis inseruientes, *l. 123. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2) *Mysterium* de baptismate. Diuinum *mysterium*, *l. 4. de Apostat. lib. 16 tit. 7.* Sacrum *mysterium* fuerit inquinatum, *l. 54. de hæret. lib. 16. tit. 5.* Venerandis *mysteriis* consecratæ Iudæorum Synagogæ iis ereptæ, *l. 25. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* 3.) Mysterii vox etiam de hæreticorum ritibus vsurpatur. *Mysteria* execrabilia hæreticorum, *l. 57. de hæret. lib. 16. t. 5.* Feralia *mysteria*, *l. 7. vers. illud etiam, d. tit. de hæret.* Profana *mysteria*, *l 36 eod. tit.* *Mysteriorum* locus nullus hæreticis pateat, *l. 6. eod. tit.* vbi male, *ministeriorum* in Cod. Iustinian. intelligendus enim locus est, in quo hæretici *mysteria* sua peragere cupiebant, Vide quæ dixi *not. d. ad hanc leg.* *Mysteriorum* simulationem ad iniuriam veræ religionis aptare, *L. 15. de hæreticis.* 4.) *Mysterii* vox etiam figurate dicitur de munere Decurionis. Ita *l. 122. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* Maneant in sinu patriæ, veluti dicati infulis, *mysterium perenne custodiant.*

N.

NÆVVS. Næuus excusationis, *l. 16. de agentibus. lib. 6. t. 27.* est, quando miles excusatione vtens, per continuum quinquennium non militauit, atque propter hunc *excusationis næuum*, ad curiam retrahitur, omisso priuilegio. Ita *ingratitudinis næuum* dixit Cassiodorus *V. Var. 8.* & plura collegit exempla Iuretus *ad Symmach. lib. 3. epist. 34.*

NATIVVS. *Natiuæ* Curiæ, *l. 122. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* *Natiuæ* libertatis decus, *l. 10. de murileg. lib. 10. t. 20.*

NATALIS. *Natales* dies Vrbium Romæ Constantinopoleos, *l. 2. de feriis. lib. 2. t. 18.*

NATVRA pro sexu, *l. 17. de prætorib. lib. 6. t. 4.* 2.) *Naturæ* leges velle rescindere, *l. 12. de paganis. lib. 16. tit. 10.* *Natura* peregrini, dicuntur magi & malefici, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.* *Naturæ* religio flagitat, *l. 2. de inofficioso testamento. lib. 2. tit. 19.* *Natura* hic est pietas naturalis. 3.) *Natura* pro hæredibus naturalibus. Et *naturæ* restituat, id est, naturali successioni, naturalibus successoribus, *l. 9. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

NATVRALIS. *De Naturalibus* filiis, *lib. 4. t. 6.* *Naturale* nomen munus curiale, *l. 123. Decurionib. lib. 12. t. 1.* Cui quis naturæ & nascendi iure tenetur. *Naturalis* successio, quæ & legitima dicitur, *d. l. 123. de Decur.*

NAVALIS. *Naualis* functio, *l. 13. de Senatorib. lib. 6. t. 2.*

NAVARCHI, *l. 32. de nauicularis. lib. 13 t. 5.*

NAVARCHIA. *Nauarchiæ* functio, *l. 20. de nauic. lib. 13. t. 5.*

NAVICVLARII. De *nauiculariis. lib. 13. t. 5.* De *nauiculariorum* prædiis, *lib. 13. t. 6.*

NAVFRAGIVM. De *naufragio & naufragiis. lib. 13. t. 9.*

NAVITER, diligenter, valde. *Nauiter* seruare & custodire, *l. vlt. de agentibus in rebus. lib. 6. tit. 23.*

NAVTA. *Nautæ* Tyberini, *lib. 14. t. 21.*

NEBVLAE. *Nebulæ* competitionum, *l. vn. de rei vindicatione. lib. 2. tit. 23.*

NEC. *Nec minime* duplici negatione, *l. 189. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* *Nec vero*, pro, non ideo tamen, *l. 11. de medicis & professoribus. lib. 13. t. 3.* Vide Brissonium *de V. S.*

NECESSARIVS. *Necessaria*, *l. 2. de tractoriis. lib. 8. t. 16.* sunt annonæ, ἐπιτήδεια. 2.) *Necessariæ* personæ, testes, *l. vlt. de fide testium. lib. 11. t. 39.* 3.) *Necessariæ* coniunctissimæque personæ, *l. 5. de donationib. lib. 8. t. 12.* sunt sanguine iuncti. 4.) *Necessariæ* ac salutaris artis Professores, *l. 14. de Medicis. lib. 13. t. 3.* sunt Medici.

NECESSITAS pro collatione, *l. 7. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* 2.) *Necessitas* distrahentis vel venditoris, *l. 1. de prædiis & mancipiis curialium. lib. 12. t. 3.* 3.) *Necessitas* publica, seu *publicæ necessitates*, de tributis. *l. 16. de cursu. lib. 8. t. 5* & *l. 61 eod. tit. l. 1. de officio* iudicum omnium *lib. 1. t. 10. l. 1. 2. de nauibus non excusandis. lib. 13. t. 7. l. 3 de Principibus agentium. lib. 6. t. 28. l. 10. 15. 25 29. de annona & tributis. lib. 11. t. 1* *Necessitas* rei annonariæ, *d. l. 29. de annon. & trib.*

Necessitas principalis, *l. 11. de exactionibus. lib. 11. tit. 7.* id est, tributaria collatio ad principis necessitatem spectans. *Necessitas* statuta, *l. 25. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* *Necessitatem* submouere, *l. 35. de annona. lib. 11. t. 1.* 4.) *Necessitates*, id est functiones municipales curiales, *l. 65. 171. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* quæ & *necessitates* ciuiles, *l. 17. eodem.* curiales, *l. 46. eod.* curiarum, *l. 89. 177. eod.* municipales, *l. 57. eod. & l. 1. ad l. Corneliam de falso. lib. 9. t. 19.* oppidaneæ, *l. 46. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

NECESSITVDO. *Necessitudines* pro coniunctione & cognatione, & quidem proxima, *l. 49. vers. sed quoniam de Decurionibus. lib. 12. t. 1. l. 2. de testamentis. lib. 4. t. 4.*

NECTERE, NECTI pro sociari, obligari fisco, seu fisci viribus, fisci rationi, *l. 33. de hæreticis. lib. 16. t. 5. l. 7. de desertoribus. lib. 7. t. 18.* *Necti* fiscalibus actibus, *l. 1. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42.* *Necti* militiæ Curiæ, *l. 105. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* *Necti* ordinibus, *l. 14. eod.* patrimonio principis, *l. 7. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42.* *Necti* præstationi, *l. 13. de lustrali collatione. lib. 13. t. 1.* 2.) *Nectere*, moliri aliquid. Ita: *Nectere* insontibus calumnias, *l. 1. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

NEGATIVÆ *duæ* magis negant: v. gr. *Nec* Senatoriis *minime* functionibus adstringantur, *l. 189. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* *Neque nulla*, *l. 22. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* *Ne* quis eorum *nullo* munere conueniatur, *l. 2. de veteranis. lib. 7. t. 20.* sustulit Tribonianus hanc elegantiam.

NEGLIGERE publica damna, pro conciliare damnum publico. Si quis ædificandi amore publica damna neglexerit, *l. 4. de operibus publicis. lib. 15. tit. 1.*

NEGOTIVM, *l. 2. 15. 37. 49. 61. 62. de appellationibus. lib. 11. t. 3.* *Negotium* appellationum, *l. 3.* ciuile, *l. 1. 2. 55.* fiscale, *l. 41.* principale, *l. 15. eod.* *Negotium* minus, *l. 5. quorum appellationes. lib. 11. t. 36.* 2.) *Negotium* pro causa, litigio, iurgio, *l. 4. vlt. de relation. lib. 11. t. 29.* *Negotium* discingere, *l. 64. de appellationibus. lib. 11. t. 30.* *Negotii* merita, *l. 46. de appellat. lib. 11. t. 30.* 3.) *Negotium* gerere, pro negotiationem exercere, *l. 3. de veteranis. lib. 7. t. 20.*

NEFANDVS. *Nefanda* prodigia sectarum, *l. 6. de hæreticis. lib. 16. tit. 5.* *Nefanda* superstitio Iudaica, *l. 4. ne Iudæus Christianum mancipium. lib. 16. t. 9.* *Nefandi* conatus serui vel liberti dominum, vel patronum accusare volentis, *l. 1. ne præter crimen maiestatis. lib. 9. t. 6.*

NEFARIVS. *Nefariæ* preces, aut magici apparatus, *l. 7. de malefic. lib. 9. t. 15.* *Nefariæ* scripturæ, *l. 7. de fide testium & instrumentorum. lib. 11. t. vlt.* & *l. 24. de probationibus Cod. Iust.* vbi pro nefarias, reposuit Tribonianus *suspectas*, & vicissim infra, pro *suspectæ*, nefariæ.

NEMESIACI, *l. 2. de collegiat. lib. 14. tit. 7.* Vanum hominum genus, fata hominum explicans, nomenque a Dea Nemesi trahens. Vide *Commentar. ad h. l.*

NEPOTES filiorum loco, *l. 1. de naturalibus filiis lib. 4. t. 6.*

NEQVISSIMVS. *Nequissima* secta, *l. 25. de hæret. lib. 16. t. 5.*

NEQVITIA in tributorum solutionibus, pensitationibus, *l. 3. de exaction. lib. 11. t. 7.* *Nequitia* ima scelerum. Ad eam Manichæi peruenisse dicuntur, *l. 64. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Nequitiam* seruilis ingenii recipere, *l. 2. de libertis. lib. 4. t. 11.* *Nequitia* procuratorum rei priuatæ, *l. 1. de domibus ad rem priuatam. lib. 10. t. 2.*

NERVI. *Nerui* virium, *l. 4. de annona. lib. 11. tit. 1.* Et succisis quasi quarumdam virium *neruis* reliqua lababuntur.

NESCIVS. *Nescius* modestiæ & pudoris ignarus, *l. vn. si quis Imperatori maledixerit. lib. 9. t. 4.* *Nescia* sui periculi latronum insania, *l. vlt. de defensoribus ciuitatum. lib. 1. t. 11.*

NESTORIANI qui & Simoniani, *l. 66. de hæreticis, lib. 16. t. 5.* Vide *Commentarium.*

NEVTIQVE pro neutiquam, *l. 3. de aquæductu. lib. 15. t. 2.*

NEXVS obligationis vinculum. *Nexus* commissi, *l. 2. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* *Nexus* condemnationis frumentariæ, *l. 1. de prætorib. lib. 6. tit. 4.* *Nexus* Curiæ, *l. 58. 64. 86. 107. 161. 168. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 177. 178. eod.* municipalis ordinis, *l. 180. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* originis *l. 181. eod.* curialis, *l. 6. de re militari. lib. 7. t. 1. l. 58. de Decurionbus. lib. 12. t. 1.* Famulatus *nexu* liberare, *l. 3. de liberali causa.* iugo laxatus, *herili*, Claudian. *in IV. Cos. Honor. v.* 614. Generis & originis *nexus*, *l. 45. de Decur. lib 12. tit. 1.* Iuris *nexus*, *l. 1. ad l. Iul. de adult. lib. 9. tit. 7.* Ordinum *nexus*, *l. 48. de hæreticis. lib. 16. tit. 5.* Prædiorum *nexus*. *Nexum* non faciat prædiorum, nisi persona quæ iure potuit obligari, *l. 2. de pignoribus. lib. 2. tit. 30.* Sanguinis *nexus*, *l. 122. de Decurionibus. lib. 12. t. 1. l. 16. de muril. lib. 10. t. 20.* Statuti *nexus* obligare, *l. 8. in fin. de appellat. lib. 11. tit. 30.*

NICAENA fides tenenda, *l. 3. de fide cath. lib. 16. t. 1. l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

NIDOR. *Nidore* venerati penates gentiles, *l. 12. de pagan. lib. 16. t. 10.* *Pabula nidoris*, Tertullianus vocat, *Apologet. c. 22.* *Nidor altarium*, Minucio, *cap. 27.*

NIHILVM. *Nihilominus* pro nihilo magis, *l. 189. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Vbi dixi in *Commentario.* Si nauicularius, originalis leuamentarius fuerit, *nihilominus* apud eosdem, apud quos & parentes eius fuisse videntur, firmiter permanebit, *l. 1. de nauicular. lib. 13. t. 5.* *Nihilo* secius, *l. 9. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

NILVS. *Nili* aggeres. De *Nili aggeribus* non rumpendis, *lib. 9. t. 32.*

NIMIETAS. *l. 9. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

NISVS. *Nisus exceptionis alicuius.* Sine vllius *nisu* exceptionis reuocentur, *l. 1. de his, qui condit. propr. lib. 12. t. 19.* *Nisibus* liberæ mentis functionem vnam exequi, *l. 2. de pistorib. lib. 14. t. 3.*

NITENS. *Nitentium* saxorum venæ, id est marmorum, *l. 2. de metallis. lib. 10. t. 19.* Vnde & cautium nobilitas de iisdem, *l. 14. eod.*

NITERE. Ciuitates destitutæ ministeriis, splendorem, quo pridem *nituerant*, amiserunt, &c. *l. 1. de his, qui condit. lib. 12. t. 19.*

NITOR. Publicus nitor in operibus publicis, *l. 20. 25. de operib. publ. lib. 15. t. 2.*

NOBILITAS. *Nobilitatis* obliti, qui aduersus Senatorum dignitatem quid admiserunt, *l. 22. de prætor. lib. 6. tit. 4.* 2.) *Nobilitas* cautium, de marmoribus, *l. 14. de Metall. lib. 10. tit. 19.*

NOBILIS. *Nobiles* pro Senatoribus & Senatoriis, *l. 1. de nupt. lib. 3. t. 7.* *Nobiles* equi victoriis, *l. 6. de scænicis. lib. 15. t. 7.* *Nobilior* curia, id est Senatus, *l. 155. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* *Nobilium* operum substructiones, *l. 19. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* vt *l. 16. inlustrium fabricarum.*

NOBILISSIMVS. Nobilissimi & nobilissimæ dicuntur sanguine proximi Imperatoribus, vt fratres, filiæ, sorores. Ita: *Nobilissimæ* puellæ, filiæ, soro-

sorores, *l. vn. de priuil. Domus Augustæ. lib.* 10. *t.* 25. *l. vlt. de lustrali collat. lib.* 13. *t.* 1. Estque dignitas *Nobilissimatus* tertia ab Imperatore. Vide quæ dicta sunt *in Commentar. ad d. l. vlt. de lustral. collat.*

NOMEN. *Nomen* delatorum, pro ipsis delatoribus, *l.* 16. 19. 24. *de petition. lib.* 10. *t.* 10. Super possessionibus ac terris, quas hoc *nomen*, (id est, delatorum) vsque vexauit, *d. l.* 19. Artis ac fraudis *nomine*, *l.* 6. *de numerariis. lib.* 8. *t.* 1. id est propter artem & fraudem, siue fraudis ergo. Cæsariani *nomen*, *l.* 5. *de iure fisci. lib.* 10. *t.* 1. Infestum *nomen* Delatorum, *l.* 24. *de petitionib. lib.* 10. *t.* 10. *Nomina* Principum maledicto lacessere, id est Imperatorem ipsum, *l. vn. si quis Imperatori maledixerit, lib.* 9. *t.* 4. Ne inuidia *nomini* principis oriatur, id est, principi, *l.* 1. *de conductorib. & hominibus Domus Augustæ. lib.* 10. *t.* 26. Militiæ *nomen* inserere, *l.* 19. *de Decurionib. lib.* 12. *t.* 1. vel tradere, *l.* 43. *eod.* Orborum *nomen*, pro orbis, *l. vn. de infirmandis pœnis cœlibatus. lib.* 8. *t.* 16. Petitoris *nomen*, pro petitore, *l.* 16. *de petitionib. lib.* 10. *t.* 10. Senatorium *nomen*, pro Senatoribus, *l.* 3. *de quæstionibus. lib.* 9. *t.* 35. Supremum *nomen*, pro testamento, *l.* 3. *de apostatis. lib.* 16. *t.* 7. Sacra *nomina*, *l.* 1. *de maternis bonis. lib.* 8. *t.* 18. Vbi intelliguntur, *Nomina* patrum, quæ filiis *Sacra* esse debent. 2.) *Nomen* loco aduerbii ponitur, vt *improbum*, pro *improbe*, in *l.* 26. *de petitionib. lib.* 10. *t.* 10. ita *Nouella Valentiniani de Episcopi ordinatione* 24. *inter Theodosianas*: Ne quid præter autoritatem sedis istius inlicitum præsumptio adtemptare nitatur. *Inlicitum*, pro, *inlicite.*

NOMINATIM, id est, a singulis viris. Si, postquam viritim *nominatimque* susceperint, *l.* 12 *de susceptorib. lib.* 12. *t.* 6.

NON. *Non dicam*, *l.* 3. *de raptu vel matr. sanctimon. lib.* 9. *t.* 25. Vt non solum quod eius, *non dicam*, domesticus, seu manipularius & minister accepit, verum etiam quod ipse, &c. *l.* 3. *ad l. Iuliam repetundarum. lib.* 9. *t.* 27. *Non iubere*, pro, Inhibere. Vide supra *iubere*. Pastores Valeriæ prouinciæ vel Piceni, vti equinis animalibus *non iubemus*, *l. vlt. quibus equorum vsus. lib.* 9. *t.* 30. Præsertim cum *neque* nouam constitui fabricam *iusserimus*, antequam vetera reformentur, *l.* 14. *de operib. publ. lib.* 16. *t.* 1. *Non merito*, sed pretio, *l.* 86. *de Decurionibus. lib.* 12. *t.* 1. *Non minus*, de eo, quod tamen minus est. Scias te, officium tuum *non minus* multa, quam graui pœna esse compellendum, *l.* 22. *de susceptor. lib.* 12. *t.* 6. *Non nesciat*, *l.* 17. *in fin. de Diu. off. lib.* 8. *t.* 7. *Non sera pubertate*, *l. vn. de his, qui ven. ætat. lib.* 2. *tit.* 17. *Non temnenda* militia, *l.* 16. *de agentib. lib.* 6. *t.* 27.

NOTA. Stigma, punctum inustum militibus & Fabricensibus, *l.* 4. *de fabricensib. lib.* 10. *t.* 22. Stigmata, hoc est, *nota publica*, Fabricensium brachiis, ad imitationem tironum, infligatur. 2.) *Nota* macula, labes existimationis famæque. Ita: Deuotionis *nota*, *l.* 10. *de re militar. lib.* 7. *tit.* 1. vbi intelligitur, *læsæ* deuotionis crimen. *Vid. not. b. ad h. l.* *Nota* infamiæ, *l.* 11. *de infirm. his, quæ sub tyrann. lib.* 15. *t.* 14. Detestabilis turpitudinis *notæ* inustæ, *l.* 1. *de inoffic. test. lib.* 2. *tit.* 20. Probrosis inusta *notis*, *l.* 1. *de secund. nuptiis, lib.* 3. *t.* 8. 3.) *Nota Iudaica*, est circumcisio. Ita *l.* 22. *de Iudæis. lib.* 16. *t.* 8. *Nota* Iudaica fœdare, id est, circumcidere. 4.) *Nota*, obseruatio alienis scriptis adiecta. Ita *leg. vn. de Responsis Prudent. lib.* 1. *tit.* 4. *Nota* Vlpiani & Pauli in Papinianum.

NOTABILIS in prauum sensum. Iubemus eos *notabiles* esse sine venia, qui notabili popularitate, *l.* 37. *de censu. lib.* 13. *t.* 10. *l vlt. ad l. Corn. de sicar. lib.* 9. *t.* 14. *l.* 3. *de exsecutor. lib.* 8. *t.* 8.

NOTARE, est infamare. *Notare* dicitur indulgentia, *l.* 5. *de indulg. crim. lib.* 9. *t.* 38. Indulgentia quos liberat, *notat.*

NOTATIO, pro adnotatione, & præcepto, *l.* 12. *de Iudæis. lib.* 16. *tit.* 8. Vt percepta *notatione* cognoscant.

NOTATVS. *Notatus* lite perdita abscedat, *l.* 16. *de appellat. lib.* 11. *tit.* 30.

NOTIO, cognitio & iurisdictio. *Notio* iudicis. Cuius de ea re notio erit, *l.* 26. *quorum appellationes. lib.* 11. *t.* 36. *l.* 6. *de iis, quæ admin. lib.* 8. *t.* 15. *Notio* & sollicitudo Marcellini Tribuni & Notarii dicitur, *l.* 55. *de hæreticis. lib.* 16. *t.* 5. qui collationi Carthaginiensi cognitor præfuit, *l.* 3. *de religione. lib.* 16. *t.* 11. Vbi vide *not. b.* Altioris iudicis *notio*, *l.* 6. *de iurisdict. lib.* 2. *t.* 1. *Notio* propria, *l.* 2. *de iurisd. lib.* 2. *t.* 1. *Notio* publica, *l.* 9. *de abolit. lib.* 9. *t.* 37.

NOTITIA, id est, breuis, inuentarium, *l. vn. de quadrimenstruis breuib. lib.* 11. *t.* 25. Eodem sensu occurrit *Notitia*, & in eadem re, apud Cassiodorum, *XII. Var.* 2. Consule Brissonium *de V. S.* Huc etiam pertinent illa: Rerum nobis *notitia* intimetur, *l. vlt. de bonis vacant. lib.* 10. *t.* 8. 2) *Notitia*, cognitio, scientia. Subtrahere *notitiæ*, *l* 4. *de curiosis. lib.* 6. *t.* 29. In *notitiam* partis præparanda, *l.* 3. 4. *de repar. appell. lib.* 11. *t.* 31. 3.) *Notitiæ* fides a testibus postulatur, *l. vlt. de fide testium. lib.* 11. *t.* 39. Id est, depositio eius, quod norunt. Sic tutor *notitiæ causa* datus, *l.* 1. *de periculo tutorum. lib.* 3. *t.* 19. *l.* 32. §. 1. *D. de testam. tut. l.* 14. §. 6. *D. de solution.* dicitur qui instruendi causa datur, *d.* §. 6.

NOTORIÆ apparitorum, *l* 31. *de Episcopis. lib.* 16. *t.* 2. Sunt, libelli, quibus criminum rei magistratibus significantur. Male *notarios* hic somniant nonnulli, quos refutaui *not. k. ad d. l.* 1. Audiant *notoriæ* etiam *elogia*, *l.* 9. *de executorib. lib.* 8. *tit.* 8. & alibi. Vide Brissonium de *V. S.* & Du Fresne *in Glossar.*

NOVVS. *Nouæ* & recentes species dicuntur, licet ex præteriti anni reliquiis inferantur, *l.* 10. *de susceptoribus. lib.* 12. *t.* 6. 2.) *Nouum*, huius anni. *Noui* commeatus, *l. vn de patronis horr. Portuensium. lib.* 14. *t.* 23. *Nouum* denuo annonæ commeatibus obsequium, *l.* 18. *de annona lib.* 11. *t.* 1. 3.) *Nouum* de extraordinariis indictionibus, collationibus, *l.* 7. *de extraordin. lib.* 11. *t.* 16. Et *l.* 2. *de priuilegiis corporator. Vrbis Rom. lib.* 14. *t.* 2. Ambrosius *orat. funebri in Valentin. Iun. pag.* 108. *Tom. V. Oper. Ed. Paris.* 1614. *f.* *Præterita non queunt soluere, noua poterunt sustinere?* 4.) *Nouus* heres, pro postumo, *l. vn. de Carbon. edicto. lib.* 4. *t.* 3.

NOVARI, *Nouari* pro iterari, *l. vn. de oblat. equor. l.* 7. *t.* 23. *Nouari* tempora, pro innouari: V. supra *innouari.*

NOVATIO. De *nouatione* ter in chirographo, *l. vn. vers. de cætero si certum pet. de chirogr. lib.* 2. *t.* 27.

NOVATIANI *hæretici*. De his, *l.* 2. 59. 65. *de hæreticis. lib.* 16. *t.* 5. *l.* 6. *ne sanctum baptisma. lib.* 16. *t.* 7. *l.* 24 *de Paganis. lib.* 16. *t.* 10.

NOVELLVS, nouus. *Nouella* lex, *l.* 160. *de Decurionib. lib.* 12. *t.* 1. *l. vlt. de Medicis. lib.* 13. *t.* 3. Professio *nouella*, *l.* 15. *de Iure fisci. lib.* 10. *t.* 1. paulo ante, *noui census prauditum. Nouella* Superstitio, *l.* 3. *seu vlt. de religione. lib.* 16. *t.* 11. *Nouellum*

uellum opus, *l. 16 de operib. publ. lib. 15. t. 1.* *Nouellum* Statutum, *l. 9. de metallis. lib. 10. t. 19.* *Nouellum* Vinum, *l. 25. de erogat. milit. annon. lib. 7. t. 4.* *Nouellus* possessor, *l. 26. de annona. lib. 11. t. 1.*

NOVERCA. De *nouerca* superinducta, *l. 3. de mater. bonis. lib. 8. t. 18.*

NOVITAS. *Nouitas* decurionum, id est, noui decuriones, *l. 54. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Supplosa *nouitate*, *l. 4. ne conlation. translat. lib. 11. tit. 22.*

NOVEMBER mensis, *l. 3. de naufr. lib. 13. t. 9.* A *nouembri* nouellum vinum militi præbendum, *l. 25. de erogat. milit. lib. 7. t. 4.*

NOX. *Nox* geminat custodiam, *l. 1. de custodia reorum. lib. 9. t. 3.*

NOXA, *l. 18. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Sancimus ibi pœnam esse, vbi & *noxa* est. De hac voce vide Brissonium *de V. S.*

NOXIVS. *Noxii* Manichæi, *l. 35. de hæret. lib. 16. t. 5.*

NVBERE de viro. Cum vir *nubit* in fœminam, *l. 3. ad l. Iuliam de adult. lib. 9. t. 7.* vbi dixi.

NVDARI est spoliari, priuari. Ita prouinciam *nudare*, est spoliare, *l. 3. ad l. Iuliam repetundarum. lib. 9. t. 27.* Defensione *nudari*, id est, priuari, prohiberi. Vti nullus omnino militiæ autoramento, vel generis aut dignitatis *defensione nudetur*, *l. 1. de quæstionib. lib. 9. t. 35.* id est, *vti prohibeatur*, vt Tribonianus. Militiæ *nudati* præsidiis, oppidaneis restituantur obsequiis, *l. 38. de Decur. lib. 12. t. 1.* 2.) *Nudari* dicuntur, qui naufragium passi, spoliantur, *l. vlt. de naufragiis. lib. 13. t. 9.*

NVDVS. *Nudi*, id est, vacui, *l. 2. de emendatione seruorum lib. 9. t. 12.* Culpa *nudi* sunt.

NVDITAS, est spoliatio bonorum. Qui propriam *nuditatem* in extrema positi egestate lugent: Vel, qui gladio acerbiorem stylum passi ærumnas suas, *nuditatem*, fleuerunt, *l. 12. 13. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

NVMEN. *Numen* principis: V. Iuretum in Symmachum, *lib. 10. epist. 16.* & quæ scripsi ad *leg. 8. de pactis. lib. 2. tit. 9.* Superum *numen*, id est Deus, *l. vn. de imagin. Imp. lib. 15. t. 4.*

NVMERARII, de his est, *liber. 8. t. 1. vbi consule Paratitlon.*

NVMEROSVS. *Numerosæ* causæ, *l. 8. de diuersis rescriptis. lib. 1. tit. 2.* Iussio *numerosa*, *l. 5. de hæret. lib. 16. t. 5.* Manus *numerosa* incolarum, *l. 25. de petitionib. lib. 10. t. 10.* Soboles *numerosæ*, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Numerosissima* pubes, *l. 10. de re militari. lib. 7. t. 1.*

NVMEROSITAS. *Numerositas* votiua curialium, *l. 3. quemadmodum munera ciuilia. lib. 12. t. 5.*

NVMERVS, catalogus militum, quo eorum nomina continebantur, siue *matricula*. Hinc illud, *esse in numero*, & *Numeri* militares, *l. 4. 7. 16. 17. de re militari. lib. 7. t. 1.*

NVMARIVS. *Nummaria* pretia defixa, *l. 29. de erogat. militaris annonæ. lib. 7. t. 4.* *Nummarii* Iudices, *l. 4. ne quid publicæ lætitiæ. lib. 8. t. 11.* sunt lucri auidi, & nummorum exactores.

NVMVLARII, idque Constantinopoli, *l. 5. de his qui super religione. lib. 16. t. 4.*

NVNC VSQVE, pro, *vsque nunc*, *l. 45. de Episcopis. lib. 16. t. 2. l. 54. de hæreticis. lib. 16. t. 5. l. 2. de frumento Alexandrino. lib. 14. t. 26.*

NVNDINARE, est vendere, *l. 10. de cohortalibus. lib. 8. t. 4.* 2.) Nundinare, est furtiuum aliquod compendium quærere. Ita *nundinandi* copia, *l. 3. de exhibendis reis. lib. 9. t. 2.* vbi vide *Commentarium.*

NVNDINATIO, pro mutui datione, vt fœdum lucrum captare possent pecunia, quæ vel ad rempublicam vel principem pertinet. Huc pertinent illa: Aurum, quod a Prouincialibus sine cunctatione persoluitur, *nundinatione* consumitur, *l. vlt. de his qui cum dispensatore contraxerunt. lib. 10. t. 24.* 2.) Bono sensu *nundinatio*, pro pretio forensi, *l. 32. de erogat. milit ann. lib. 7. t. 4.*

NVNDINÆ, pro turpibus nundinationibus. *Nundinæ* turpes Iudicum, *l. 5. de his quæ administr. lib. 8. t. 14.*

NVTARE. *Nutare* priuilegiorum firmitatem, nec volumus &c. *l. 2. de Decuriis Vrbis Romæ. lib. 14. t. 1.* Cum opera nonnulla neglecta *nutarent*, *l. 29. de operib. publ. lib. 15. tit. 1.* Census Magistratuum nutare dicitur, *l. 169. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

NVTRIRE. *Nutrire* inueteratum malum longa ac diuturna meditatione, *l. 41. de hæret. lib. 16. t. 5.* Cumulum debiti *nutrire*, *l. 1. de Curatorib. Kalend. lib. 12. t. 11.* Licentia *nutrita*, *l. 32. de erogatione milit. annonæ. lib. 7. t. 4.*

NVTRICES, *l. 1. de raptu virginum. lib. 9. t. 24.*

NVTVS, voluntas. *Nutus* Principis, *l. 9. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Clementiæ *nutus*, *l. 14. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Numinis nostri *nutus*, *l. 13. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Principalis *nutus*, *leg. 22. de diuersis officiis. lib. 8. tit. 7.* Serenitatis nostræ *nutus*, *l. 8. de Agentibus. lib. 6. tit. 27.*

O.

OBCLAVDERE, id est, obcludere. Ita *leg. 1. de patrociniis vicorum. lib. 11. t. 24.* aditum implendæ deuotionis *obclaudant.*

OBDVCERE, obtendere. Neque umbra aliqua exquisitæ defensionis, aut muniminis *obducetur*, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

OBDVRARE. In *Obdurata* nequitia manere, *l. 3. de exactionibus. lib. 11. t. 7.*

OBEDIRE, obsequi. Obedire publicis vtilitatibus ac satisfacere, *l. 34. de Decurionib. lib. 12. t. 1. l. 2. de nauibus non excus. lib. 13. t. 7.*

OBEX, impedimentum, obstaculum. *Obex* præscriptionum, veluti fori præscriptionis, *l. 164. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Obicibus* interiectis prohiberi, *l. 2. de litor. & itin. custod. lib. 7. t. 16.*

OBIICERE, opponere. Inde *Obiecta* inania. Neque inanibus immorari sinatur *obiectis*, *l. 4. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.*

OBIECTIO, pro obtentu, exceptione, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20. l. 3. de testimon. lib. 7. t. 21.*

OBIECTVS, pro obtentu & exceptione. Quos *Obiectus* debilitatis alienat, *l. 84. de Decurion. lib. 11. t. 1.* Sequestrationis obiectus, *l. vnic. si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27.* Prouocationis *obiectus*, Symmachus, *libro 10. epist. 41.*

OBIICI appellationes dicuntur *l. 44. 58. 59. de appell. lib. 11. t. 30.* pro interiici. Sic *obiectus* prouocationis, de quo paullo ante.

OBIRE iudicium, *l. 5. de repar. t. appell. lib. 11. t. 31.*

OBLATVS. *Oblati* rei, & *offerri* Iudicibus, dicuntur, qui eruti a Iudicibus dicuntur, *l. 7. 8. 9. 12. de desertoribus. lib. 7. t. 18. l. 5. de exhib. reis. lib. 9. t. 2. l. vn. ad l. Fabiam. lib. 9. t. 18.*

OBLATITIVS. Aurum *oblatitium*, quod a Senatoribus persoluitur, *l. 5. de Senator. lib. 6. tit. 2.*

OBLATIONES Senatoriæ, *l. 14. de Senator. lib. 6. t. 2. l. 17. de Pratorib. lib. 6. t. 4.* Sunt, aurum Oblatitium, quod Senatus urbis Romæ Principi offere-

offerebat. In *d l.17.* autem *oblationum vniuersarum* nomine, & oblatitium, & glebale aurum continetur.

OBLECTATIO de ludis, *l. 169. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

OBLECTAMENTVM, de ludis, *l. 2. de expensis ludorum. lib. 15. t. 9.*

OBLIGARI crimine, veluti sacrilegii, *l. 9. de curiosis. lib. 6 t. 29.*

OBLITERARE. Obliterata laboris exacti consideratione, *l. 11. de priuil. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Flagitium morum, pœnitentia non *obliterabitur*, *l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

OBNITI. Si nostræ iussioni fuerit *obnisum*, *l. 36. de hæret. lib. 16. t. 5.* Si *obnitendum* armis putauerint, opprimi hi possunt, *l. 11. de desertorib. lib. 7. t. 18.* ita recte Fornerius II. *Quotid. 9.* reposuit.

OBNOXIVS. *Obnoxii* absolute, pro debitoribus, *l. 27. 28. quorum appellat. lib. 11. t. 36. l. vnic. si certum petatur, de chirogr. lib. 2. t. 27.* Ne inciandi fomitem *obnoxius* ministremus. Et mox: Si manum suam fateatur *obnoxius*. Et postea: Si peregrinetur *obnoxius*. 2.) *Obnoxii* publici, seu tributorum, *l. 16. de exaction. lib. 11. t. 7. l. 1. de equorum conlatione. lib. 11. t. 17.* hinc *obnoxii* publicis priuatisque rationibus, *l. 32. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* hinc & *obnoxii* fisco, *l. 2. de fisci debit. lib. 10. t. 16.*

OBOLI aquæ, *l. 2. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* sunt certi aquarum moduli.

OBPIGNORARE, *l. 2. de alimentis quæ inopes parentes. lib. 11. t. 27.*

OBPROBRIVM actæ vitæ, *l. 74. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

OBREPTIO, *l. 3. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Si per *obreptionem* fuerit impetrata immunitas, *lib. 11. t. 13.* Precum *obreptio*, *l. vnic. si nuptiæ ex rescripto. lib. 3. t. 10.*

OBREPTIVE aut clanculo supplicare, *l. vlt. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.*

OBRVERE. *Obrui* testibus quæstioneque reus dicitur, *l. 1. quorum appell. lib. 11. t. 36.* *Obruta* vel submersa fluctibus nauis, *l. 3. de naufragiis. lib. 13. t. 9.*

OBRYZA, *l. 4. de auro coronario. lib. 12 t. 13.* est aurum coctum, & flammæ examine probatum & ad puritatem redactum *Obryzæ* massa, *l. 12. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* *Obryza* auri, *l. 13. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* quæ aurum coctum dicitur *eadem lege.* Dicitur etiam Materia auri, *l. 13. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* Materia diu (inquit *lex vltima, de ponderatoribus. lib. 13. t. 7.*) multumque flammæ edacis examine in ea *obryza* detineatur, quemadmodum pura videatur. Vbi *obryza* est probatio auri. Consule *Commentarium ad leg. un. de oblat. votor. lib. 7. tit. 24.* vbi de *obryza* latissime dixi.

OBRYZIACVS *Obryziacum* aurum, vel *obryziaci* solidi, *l. vnic. de oblat. votorum. lib. 7. t. 24.*

OBSCVRVS. *Obscura* interpretatio, *l. 10. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* γρ. *impetratio*: *obscura* impetratio, est subreptitia.

OBSCVRITAS, pro vilitate Præsidialis officii *obscuritas*, *l. 134. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

OBSECRATIO. Religio anniuersariæ *obsecrationis*, id est paschatis, *l. 7. de indulgent. crimin. lib 9 t. 38.*

OBSECVNDARE *Obsecundare* functionibus municipalibus, *l. 172 de Decurion lib. 12 t. 1.* *Obsecundare.* Largitionibus publicis, *l vlt. de patrociniis virorum. lib. 11. t. 24.* *Obsecundans* officii gratia, *leg. 51. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Obsecundare* officium iussionibus magistratuum dicitur, *l. 13. de palatinis. lib. 6. t. 30.*

OBSECVNDATIO. *Obsecundatione* seruili damnare, *l. 92. de Decurion. lib 12. t. 1.*

OBSECVNDATORES sacrorum scriniorum, *l. 3. de proximis comitibus dispos. lib. 6. t. 26.*

OBSEPIRE. *Obsepire* copiam ad iudicia veniendi, *l. 7. de repar. appellat. lib. 11. t. 31.*

OBSEQVELA de muneribus publicis & curialibus functionibus, *l. 49. vers. quod si soboles, de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

OBSEQVIVM, *l. 1. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* De opera & labore in publicis muniis obeundis. 2.) *Obsequium* de officio & labore, *lege 1. de agentibus. lib. 6. tit. 27.* *Obsequium* Apparitionis, *l. 13. de diuersis off. lib. 8. t. 7.* *Obsequium* Clericorum, *l. 84. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Obsequium* Præpositi mansionum, *l. 21. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Obsequium* pistrini *l. 15. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* Conlationis *obsequium*, *l. 1. de lustrali conlatione. lib. 13. t. 1.* 3.) De muneribus curialibus, *obsequii* vox, *l. 21. 33. 49. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Hinc *obsequia* ciuitatum, *l. 79. 94. eod.* *Obsequia* Curiarum, *l. 24. 79.* curialia, *l. 87.* *Obsequia* Functionum, *l. 19.* *Obsequia* Munerum publicorum, *l. 17.* *Obsequia* Municipalia, *l. 19.* *Obsequia* Oppidanea, *l. 38. 168.* 4.) De labore quocunque. Medicorum *obsequium*, *l. 8. de Medicis. lib. 13. tit. 3.* *Obsequium* Militiæ, *l. 43. de Decurion. lib. 12. t. 2.* *Obsequium* Militare, *l. 2. de re militari. lib. 7. t. 1.* In priuato *obsequio*, militem retinere, *l. 15. de re militari.* Vide Vigerium, *lib. 2. cap. 19.* Muniendis itineribus *obsequium* impendere, *l. 1. de itin. muniendo. lib. 15. t. 3.* 5.) De operarum præbitione *obsequii* vox *l. 1. 2. ne operæ a conlat. lib. 11. t. 10.* 6.) Religiosum diuini cultus *obsequium*, id est clericatus, *l. 121. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 7.) De tributorum functionibus, Solutionibus, illatione, *l. 3. de exactionibus. lib. 11. t. 7.* solutionis *obsequio* cum substantiæ proprietate suscepto, *l. 18. de annona. lib. 11. t. 1.* Oblationis lustralis *obsequium*, *l. 7. de lustral. collat. lib. 13. t. 1.* 8.) *Obsequia*, de officiis, honore & reuerentia. Præstitutum in deferendis *obsequiis* ordinem, id est in salutationibus iudicum, *l. 7. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.*

OBSERVANTIA pro cultu & religione catholica, *leg. 12. 54. versiculo . igitur Proconsulari, de hæreticis. lib. 16. t. 5.* Rectæ *obseruantiæ* cultus & pulchritudo, id est, orthodoxa religio, *l. 11. de hæret. lib. 16. t. 5.*

OBSERVARE. *Obseruare* seditionis aditum, *l. 37. de Episcop. lib. 16. t. 1.* id est, impedire. Nisi ibi *obserandi* vox substituenda. 2.) *Obseruare*, id est, custodire, *l. 2. de executoribus lib. 8. t. 8.*

OBSERVATIO pro cultu & religione: Christianitatis *obseruatio*. *l. 112. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Diuina *obseruatione* animi Clericorum deuincti, *l. 104. de Decurion. l. 12. t. 1.* 2.) *Obseruatio* temporis, id est, præscriptio, *l. vltim. finium regundor. lib. 2. t. 26.* 3.) *Obseruatio* iuris, pro solemnitate, *l. 9 de donation. lib. 8. t. 12.* 4.) *Obseruationis* simulatæ ingenia & fraudes, *l. 6. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

OBSERVATOR. Legis catholicæ *obseruatores*, *l. 1. de hæret. lib. 16. t. 5.* opponuntur hæreticis & schismaticis.

OBSIDERE, *l 2. de inofficiosa testam. lib. 2. t. 28.* Insidiis aggressionis itinera *obsidere*, *l. 2. ad legem Cornel. de sicariis. lib. 9. t. 14.*

OBSONIA, *l. vlt. de suariis. lib. 14. t. 4.*

OBSTACVLA dicuntur præscriptiones, seu exceptiones, quibus litigatores iudicia protrahunt, *l.vn. de dominio rei quæ poscitur. lib. 2. t. 5.* 2.) Sine dubitationis *obstaculo*, *l. 22. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42.* Legis *obstaculum*, *l. 11. de Paganis. lib. 16. tit. 10.*

OBSTARE necessitas dicitur, pro ingruere, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* *Obstare*, obsistere, Iudici officiales debebant, *l. 10. de Pagan. lib. 16. t. 10.*

OBSTINATVS, pertinax. *Obstinatioris* animi dementia, hæresis, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.* Tribuuntur hæreticis pertinaces spiritus, *l. 25. de hæret. lib. 16. t. 5.* Vide quæ dixi in Commentar. *ad l. 28. dict. tit.*

OBSTRICTVS. Itineris obstricti aditus, vel obstructi, *l. 8. de cohort. lib. 8. t. 4.*

OBTENTVS, color, prætextus. *Obtentus* debilitatis, *l. 83. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

OBTERERE, opprimere. *Obterere* innocentem, *lege 21. de Iudæis lib. 16. tit. 8.*

OBTVTVS. *Obtutus* intuentum polluere aliquid dicitur, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

OBVIARE. *Obuiare* cupiditatibus, id est obsistere, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Obuiare* Ambientibus, *l. 2. ad legem Iul. de ambitu. lib. 9. tit. 26.* *Obuiare* Fraudibus, *l. 161. de Decurionibus. lib. 12. t. 1. l. 2. de nauib. non excus. lib. 13. t. 7.* *Obuiare* Latroni, militi, *l. 2. ad legem Cornel. de sicariis. lib. 9. tit. 14.* Muneribus publicis *obuiare*, multitudine fretos, *l. 3. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24* Conlatis viribus *obuiare*, officium iussum, *l. 11. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

OBVIVS. *Obuium*, id est, impediens, contrarium, *l. 39. de appellat. lib. 11. t. 30.* Et, cogendis *obuium* debitis, prouocationis suffugium, fuerit obiectum. Sic Symmacho, *lib. 5. epist. 5. obuiæ manus*, id est obuiantes, obstantes.

OBVMBRARE, id est, vmbram facere, vt minus conspicuum aliquid fit. Sic *Obumbrati* latebris, *lex 33. de hæreticis. lib. 16. tit. 5.* Vide, quæ scripsi ad *Tertull. ad Nation. II. 9.*

OCCASIO. *Occasio* tribuatur, pro superfit facultas, *l. 3. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

OCCIDERE, id est, finiri, extingui, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* *Occidant* cum personis delicta.

OCCLAVDERE: vide sup. *Obclaudere.*

OCCVLTVS. *Occultæ* delationes, in *l. 4. de petitionibus. lib. 10. tit. 10.*

OCCVPARE. *Occupari*, pro necti, constringi. Originalibus vinculis *occupati*, *l. 82. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* 2.) *Occupare*, de præpropera occupatione testimonialium, *leg. 11. versic. dummodo de veter lib. 7. t. 20.* 3.) Domum secundis nuptiis *occupare*, *l. vlt. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* 4.) *Occupare* pro tenere. Sic pœna aliquem *occupare* dicitur, *leg. vltima, ad leg. Corneliam de falso. lib. 9. tit. 10.*

OCCVRRERE proprie de eo, qui suo die ad aliquid se sistit, *l. 27. de petitionib. lib. 10. t. 10* & *l. 1. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Ne circa alias occupati repurgium formarum facere non *occurrant*. Pro quo Tribonianus in *l. 1. Cod. Iust. eod. non curent.* Satius, *occurrere in tempore.* 2.) *Occurrere*, pro sufficere, concurrere, *leg. 26. de cursu. lib. 8. t. 5.* Si prædictæ numerus functioni non potuerit *occurrere.*

OCCVRSVS, *l. 161. Decurion. lib. 12. t. 1.* Congruæ emendationis *occursu.* Iudicis *occursus*, *l. 1. de iudiciis. lib. 2. t. 18.* quando iudex litiganti silentium imponit.

OCVLVS. Ante *oculos* conlocare, *l. 4. de conlatione donat. lib. 11. t. 20.* *Oculos* incestare hominum, infaustis aspectibus, *l. 5. de sepulchris violatis. lib. 9. t. 13. l. 13. de re militari. lib 7. t. 1.* *Oculis* iudiciorum communis hostem salutis ostendat, *l. 11. de malefic. lib. 9. t. 16.* Sub oculis constitutus, *leg. 21. de susceptoribus. l. b. 12. t. 16.*

ODIVM. *Odium* commune delictorum, *l. vlt. de raptu virginum. lib. 9. t. 24.* *Odii* professio, & odio ducti, *l. 12. 13. de petition. lib. 10. t. 10.*

OECONOMI Ecclesiarum, *leg. 3. de his, qui ad Ecclesias lib. 2. tit. 45. l. vnica de bonis Clericorum. lib. 5. t. 3.*

OFFENSA. *Offensa* culpæ, aut erroris, *l. 85. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Offensa* Vitii, in re litteraria, *leg. 1. de decuriis vrbis. lib. 14. t. 1.*

OFFERRE iudiciis, reos. Latrones, quisquis *offerre* iudicibus supersederit, *l. 2. de his qui Latron. lib. 9. t. 29.* Vid. etiam *l. 1 de cursu publ. lib. 8. t. 5. l. 14. de Iudæis. lib. 16. t. 8. l. 4 5. ne sanct. baptism. lib. 16. tit. 7.* *Offerre* desertores *l. 7. 8. 9. de desertorib. lib. 7. tit. 18.* Inde etiam *Oblati* rei iudicibus. vide supra *voc. oblatus.* 2.) *Offerri* appellatio dicitur, *leg. 67. de appellationibus. lib. 11. tit. 30. l. 6. quorum appellationes. lib. 11. t. 36. l. 11. eod.*

OFFICIVM, *Officia*, pro officialibus Iudicum. De his est titulus 7. *lib. 8. de diuers. officiis.* Et de lucris *officiorum*, agitur *lib. 8. tit. 9.* 2.) *Officia*, *l. 7. in fin. de hæret. lib. 16. tit. 5.* Velut religiosæ professionis *officia* mentiantur, *L. 13. eod. tit.* Apollinariani, inter sacræ religionis *officia*, famosa sunt nomina. Vbi *officia*, sunt obsequia christianæ religioni debita. 3.) Publica *officia*, *L. 1. de expens. ludorum. lib. 15. tit. 9.* Cum publica celebrantur *officia.* Vbi intelligendæ sunt solennitates magistratus initi, velut Consulatus, Præturæ, de quibus dixi in Commentario *ad h. leg.* Horum quoque *officiorum* fit mentio *l. un. de Præposit. S. cubiculi. lib. 6. tit. 8.* 4.) *Officia* salutationis, *l. 7 & 8. de honorar. codicill. lib. 6. t. 22.* Consule *Commentarium. ad d. l. un. de Prærpos. S. cubicul.* 5) *Officium* summæ rei, *l. 2. de distrahend. pignorib. lib. 11. tit. 7.* vbi intelligitur, *Rationalis summarum*, quod probo in *Commentario.* 6.) *Officium*, munus publicum. Vide *titulos, de Officio Præf. Prætor. Vicarii, Rectorum Prou. Iudicum ciuilium* &c.

OFFICIALIS. *Officiales* sunt, per quos præcepta Iudicum complentur & necessaria peraguntur. Ita definit *lex 1. de habitu quo vti oportet intra vrbem. lib. 14. tit. 10.* De *officialibus* his agit, *l. 2. 3. 4. 6. 13 14. de diuers. officiis, lib. 8. t. 7.*

OFFICINA, de Manichæorum variis sectis, professionibus, *leg. 9. de hæretic. lib. 16. tit. 5.*

OLEARIVS. *Olearia* mensæ: de his est, *libro 14. titulo 24.*

OLIVA, *leg. 7. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

OLOVERVS. *Olouera* vestes, *de vestibus oloueris, lib. 10 tit. 21.*

OMNIFARIAM, pro omnino, *l. 2. fam. hercis. lib. 2. t. 24. l. un. de bon. cleric. lib. 5. t. 3. l. 21. de bon. proscriptor. lib. 9. t. 42.*

OMNIMODIS, pro, omnibus modis. Intelligat sibi *omnimodis* non vsurpandum, *leg. 7. de bonorar. codicillis. lib. 6. tit. 22.*

OMNIS. *Omnium* honorum & munerum ciuilium discussione perfunctus, *leg. 5. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

ὉΜΟΟΥΣΊΑ incorruptæ Trinitatis indiuisa substantia, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

ONVS

ONVS publicum. *Onera* de Nautico onere, *leg. 28. de Nauicular. lib. 13. tit. 5. leg. vnica, ne quid publ. oneri imponatur. lib. 13. tit. 8. leg. 3. 5. de Naufrag. lib. 13. t. 9. L. un. de nautis Tyberin. lib. 14. t. 21.* Dicitur etiam Pondus, *leg. 4. de naufrag.*

OPERÆ. *Operarum* collatio ad opera publica, *l. 5. 28. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* 2.) *Operæ, corvées, convoy.* Ne *operæ* a conlatoribus exigantur, *lib. 11. t. 10.*

OPERA *publica*, de his est *lib. 15. t. 1.*

OPERTVS. *Operta* humo saxa, *leg. 14. de Metallis. lib. 10. tit. 19.*

OPES de thesauris, *leg. 9. in fine, de thesauris. lib. 10. tit. 18.*

OPIFICES vestis, & quidem lineæ, *l. 6. de murileg. lib. 10. t. 10.*

OPIMVS. *Opimi* fundi, electi, *l. 1. sine censu vel reliquis. lib. 11. t. 3.* Dicuntur *opimi* & Fertiles, *l. 8. de censitorib. lib. 13. t. 11.* & mox *ead. leg.* Cum *opimis* fundis, & minus idoneos suscipiant. Squalidiora atque ieiuna, culta atque *opima* prædia compensent, *l. 3. de Censitorib. lib. 13. t. 11.* Id est opimi, & electi fundi compensent,

OPINATOR, *l. 26. 34. de erogatione milit. annonæ. lib. 7. t. 4. l. 1. de exact. lib. 11. t. 7. l. 34. de annona & tribut. lib. 11. t. 1. l. 16. de exactionib. lib. 11. t. 7. l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* est, exactor militaris annonæ, extra ordinem in prouinciam missus, si annonæ militari mora fieret. Dixi in Commentar. ad *d. l. 26. de erogat. milit. an.* Adi etiam Brissonium *de V. S.* & Du Fresne *in Glossar.* Bynckersh. *Obseruat. VI. 22.*

OPINIO pro relatione, *l. 5. de relationibus. l. 6. 8. 9. 14. 16. de appellationibus, lib. 11. tit. 1.* aliquando cum relatione confunditur, quæ ante sententiam dubio aliquo orto a Iudice ad principem mittebatur, aliquando proprie sententia, a qua appellatur. Itaque clare separantur, *l. 8. & 11. & 16. de appellat. lib. 11. t. 1. l. 5. de relationib.* 2.) *Opinio*, census, æstimatio. Hinc Agri *opinio*, *l. 8. de prædiis nauicular. lib. 13. t. 6.* 3.) *Opinio*, sententia. Damnata *opinio*, *l. 5. de hæret. lib. 16. t. 5.* Et Dei *opinio*, *leg. eadem*, i. e. sententia de Deo. 4.) *Opinio* pro voluntate. Hinc integræ *opinionis*, *l. 177. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 5.) *Opinio* honestatis, pro fama & existimatione Anian. *l. vn. de his qui veniam ætatis. lib. 2. t. 17.*

OPITVLARI. Si adsertionibus veri fides fuerit opitulata, *l. 7. de famos. libell. lib. 9. t. 34.*

OPPIDANEVS. *Oppidanea* commoda, *l. 43. de Decurion. lib. 12. t. 1. Oppidana* munera, *l. 46. de Decurion. eod. Oppidanea* Munia, *l. 45. de Decurion. eod. Oppidanea* Obsequia, *l. 38. 168. eod. Oppidanea* Onera, *l. 40. eod.* Necessitates *oppidaneæ* dictæ, *l. 46. eod.* Ordines *oppidanei*, *l. 47. eod.*

OPPRIMERE. *Opprimere* desertores, *l. 11. 13. de desertorib. lib. 7. tit. 18.* Reus *opprimi* argumentorum similitudine dicitur, *l. 7. quorum appell. lib. 12. t. 36.*

OPPROBRIVM, v. *Obprobrium.*

OPPORTVNITAS, negotii, *l. 5. de donat. lib. 8. t. 12.*

OPSONIA, v. *Obsonia.*

OPTIMVS. *Optima* negotia. In *optimis* negotiis pecuniam tractent, *l. 7. de veter. lib. 7. t. 20. Optimum est.* Quod & circa hos, *optimum est* custodiri, *l. 173. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

OPTIO, *l. 24. de erogatione milit. annonæ. lib. 7. t. 4.* erogator annonæ, siue militaris, siue ciuilis, qui susceptam, seu exactam a susceptore annonam erogabat. Vid. *Commentar. ad l. 1. de erogat.*

OPVLENTVS. *Opulenta* desertæue centuriæ, *l. 10. de annona & tribut. lib. 11. t. 1.*

OPVS inconueniens, *l. 183. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* Publicum *opus*, de operibus publicis, *lib. 15. tit. 1.* eodem etiam pertinet, *t. 2. de aquæductu, lib. 15.*

ORACVLVM, *l. 17. 51. de hæret. lib. 16. t. 5.* est lex, rescriptum, edictum.

ORARE causas. Quia huiuscemodi conditionis hominibus (seruis) *causas orare* fas non sit, *l. 1. vnde vi. lib. 4. t. 22.*

ORATIO & *orationis pagina*, id est preces, *l. 16. de nauicul. lib. 13. t. 5.*

ORATORIVM templi, *l. 4. de his qui ad Ecclesias. lib. 9. t. 45.*

ORBITAS. De infirmandis pœnis cœlibatus & *orbitatis* est *lib. 8. t. 16.*

ORDINARE opus nouum, *l. 3. de operibus publio. lib. 15. t. 1.*

ORDINARIVS. *Ordinarii* curiales, *l. 16. de nauicul. lib. 13. t. 5, Ordinarii* Iudices, *l. 16. de officio rectoris prouinciæ, lib. 1. t. 7.* sunt clarissimi Rectores Prouinciarum, Consulares, Præsides. Vide etiam *leg. 5. de proximis. lib. 6. tit. 26. l. 2. ne quis in palatio, lib. 7. tit. 10.* 2.) *Ordinarii* inter officiales Iudicum, seu apparitores recensentur, *l. 3. de his quæ adm. lib 8. t. 15. l. 16. de cohortal. lib. 8. t. 4.* Post, principem, Cornicularium, Commentariensem, numerarium, *d. l. 3.* Speculatoribus iunguntur, *d. l. 16. de cohort. lib. 8. t. 4.* vbi dixi. 3.) *Ordinariæ* potestates, id est, consulares, præsides, *l. 7. de honor. codicill. lib. 6. t. 12.* opponuntur Vicariis potestatibus. 4.) *Ordinaria* sedes, id est Iudicium, *l. vlt. de his qui condit. propr. lib. 12. t. 19.* 5.) *Ordinarium* officium, id est officiales Iudicis ordinarii, *l. 7. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

ORDINATIO, est χειροτονία, quando quis in ordinem recipitur, seu ordinatur. Item ordinis ratio, vt quisque in ordinem allectus est. Ita *l. 118. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Propter *ordinationem*, curiam non relinquat. vide *Commentar. ad leg. 140. de Decurion.* Et *leg. 12.* de *hæretic. lib. 16. tit. 5.* Neque vllus creandorum sacerdotum habeat *ordinationes*. Sanctiones de ordine dignitatum vide *leg. 1. de Consulib. lib 6. tit. 6.*

ORDO siue gradus Presbyterorum, *l. 10. de fide test. lib. 11. t. 39.* 2.) *Ordo* seu ordines, id est curiæ ciuitatum, *l. 2. de pascuis. lib. 7. tit. 7. l. 6. 14. 37. 41. 42. 47. 66. 68. 75. 84. 95. 110. 120. 142. 173. 175. 177. 190. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 2. de quæst. lib. 9. t. 35. l. 2. quid prob. deb. lib. 7. t. 2.* Ordinis Viri, id est, ordinis curialis, *l. 46. de hæret. lib. 16. tit. 5. Ordines* Ciuitatum, *l. 29. 50. 65. 110. 133. 158. 168. 175. de Decurion. lib. 12. tit. 1. l. 4. de lustrali. lib. 13. tit. 1. l. 6 de fabricens. lib. 10. tit. 22. l. 34. 47. de operib. publ. lib. 15. t. 1. l. 15. quor. appell. lib. 11. t. 36. l. 32. de appell. lib. 11. t. 30.* Curiarum *ordines*, *leg. 66. 249. de Decurion. lib. 12. t. 1. Ordines* Curiales, *l. 80. 121. de Decurion. Ordines* Municipales, *l. 180. de Decurion. l. 2. de quæst. lib. 9. t. 35. Ordines* Oppidanei, *l. 47. de Decurion. lib. 12. t. 1. Ordines* decuriarum, *leg. 1. de lucris officior. lib. 8. tit. 9.* Ordo Patriæ, *l. 79. de Decur. lib. 12. t. 1. Ordines* Vrbium, *dicta leg. 2. quid probare debeant. lib. 7. tit. 2. Ordines* locorum, *l. 1. finium regundorum. lib. 2. tit. 26.* 3.) *Ordo*, gradus militiæ. Ita: Ad inferiorem *ordinem* reuoluentur, *l. 10 de re militar. lib. 7. t. 1.*

ORIGINALIS. *Originales* coloni, *l. 14. de annona. lib. 11. t. 1.* Conditio *originalis*, *l. 14. de priuil. eor. qui in S. palat. lib. 6. t. 35.* *Originales*, Curiales, *l. 13. 96. de Decur. lib. 12. t. 1.* Suarii *originales*, *l. 5. de Suariis. lib. 14. t. 4.* Vincula *originalia*, *l. 82. de Decurion. lib. 12. tit. 1.*

ORIGINARIVS. *Originaria*, seu colona, *l. 10. de murilegulis. lib. 10. tit. 20.* *Originarium* solum, *leg. 22. de cohortalibus. lib. 8. tit. 4.*

ORNAMENTVM. *Ornamenta* honoris, *l. 14. de proximis. lib. 6. titulo 26.* 2.) *Ornamenta* Publicorum operum, *leg. 25. de Paganis. lib. 16. tit. 10.* Sepulchrorum *ornamenta*, *l. 5. de sepulcris viol. lib. 9. t. 17.* siue ornatus, *l. 2. eod. tit.* vt sunt, marmora columnæ, *dict. l. 2. & 4. eod.*

ORTHODOXVS. *Orthodoxi*, *l. vlt. de his qui super religione. lib. 16. t. 4.*

ORTVS imperii, *l. 21. de Episc. lib. 16. t. 2.*

OSCVLVM in sponsalibus, *l. 5. de sponsalibus. lib. 3. tit. 5.* *Osculum* in salutationibus, *l. 109. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

OSTENTARE. Ex quo eos splendor indepti proximatus *ostentat*, *l. 4. de proxim. Comit. disp. lib. 6. t. 26.* Quos militaribus aptos muniis insitum robur *ostentat*, *l. 9. de fil. milit. lib. 7. t. 22.*

OSTENTATIO. Dolor in funeribus, non pompa exequiarum, non ostentatio esse debet, *l. 5. in fin. de sepulc. viol. lib. 9. t. 17.*

OSTIARII, *l. 24. de Episc. lib. 16. t. 2.*

OTIVM de pace, & pacis tempore. Cruentum spectaculum in *otio ciuili* & domestica quiete non placent, *l. 1. de gladiatorib. lib. 15. t. 12.* Diuturnum *otium*, *l. 4. fin. regund. lib. 2. t. 26.* *Otio* tradi de vacatione & missione militari, *l. 4. de re milit. lib. 7. t. 1.*

OTIOSVS. *Otiosum* & immune patrimonium, *l. 7. de præd. nauicularior. lib. 13. t. 6.* i. e. liberum a functione. 2.) *Otiosi* ad mancipatus functionem vocati, *l. vn. de mancipib. lib. 14. t. 15.* 3.) Ædium *Otiosis* cultibus lacerare prouincialium patrimonia, *l. 15. de cursu. lib. 8. t. 5.* id est, *cultibus* ædium minime necessariis.

ΟΥΣΙΑ, *l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5*

OVES, laniferæ pecudes, *l. 2. quibus equorum vsus. lib. 9. t. 30.*

P.

PABVLA in mutationibus, *l. 60. de cursu publico. lib. 8. t. 5.* *Pabulla* periniquo pretio æstimantur. 2.) *Pabula* vel sumptus familiæ, *l. vlt. de iure fisci. lib. 10. tit. 1.* Vbi *pabulum* est, quod alias capitum animalis dicitur, Sumptus vero hominis.

PACTVM. De *pactis* & transactionibus est *titulus 9. lib. 2.*

PACATVS. *Pacatis* rebus, *l. 17. de tyron. lib. 7. t. 13.*

PACTIONES, id est pacta, *l. 9. de infirm. his quæ sub tyran. lib. 15. t. 14. l. vlt. de pactis. l. 36. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PÆDAGOGIANI & ministeriales, *l. 5. de diuersis officiis. lib. 8. t. 7.* Hi in domestico Principis ministerio erant. *Pages* hodie vocamus.

PAGANI non militantes. Si quis de *Paganis*, vel Decurionibus ambierit ad honores protectoriæ dignitatis, *l. 2. de testimoniali ex Tribunis. lib. 7. t. 21.* 2.) *Pagani*, id est, Gentiles, de his est *lib. 16. t. 10.*

PAGANITAS, id est, gentilium superstitio. *Paganitas* stolida, *l. vltim. de spectaculis. lib. 5. t. 5.*

ΠΑΓΑΡΧΕΙΝ, *l. 1. de iis quæ administr. lib. 8. t. 15.* est, præposituram loci pagique gerere. Vide *Commentar. ad d. l.*

PAGVS. Præpositi *pagis*, *l. 49. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Male ibi Præfectus *Pacis* legitur, ut & *l. 1. de pignorib.* Præpositos pagis, qui horreis publicis præerant, muneraque debita ex pagis præbebant, annonæ militaris exigendæ, suscipiendæ & erogandæ curam gerebant, memorat quoque *lex 1. de his quæ administr. l. 1. de erogat. militar. annon.* vbi consule *Commentar.* & Cl. Goesii *obseruation.*

PAGINÆ orationis, id est preces, *l. 16. de nauicular. lib. 13. t. 5.*

PALAM fieri, *l. 4. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

PALATINI, & de dignitatibus *Palatinis*: vide *Notitiam Dignitatum. pag. 19. & tit. 30. lib. 6.* ibique *Paratitl.* 2.) *Palatini* numeri, *l. vlt. de re militari. lib. 7. t. 1.* erant, qui præsentes Principis obsequio deputati erant, *l. 17. de re militari. lib. 7. t. 1.*

PALATIVM, *Palatia* Principis. Vide *lib. 7. t. 10.*

PALEA in annona militari, *l. 9. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* idem notat, quod capitum, siue pabulum iumentorum.

PALLIA serica, *l. 3. de vestibus olou. lib. 10. t. 21.*

PALMA *laboris*. Post *palmam laboris* emeriti, *l. 3. de Princip. agent. lib. 6. t. 28.* id est, post superatos labores. *Palmarum* numero gloriosi equi, *l. 6. de scænicis. lib. 15. t. 7.* id est, equi sæpius victores facti.

PALMATII seu *Palmati equi*, *l. vnic. de grege dominico. lib. 10. t. 6. l. 1. de equis Curulib. lib. 15. t. 10.* nomen habent a Palmatio quodam, vt scimus ex *Gloss. Basil.* erantque simul cum Hermogenianis optimiæ notæ. Vide dicta *in Commentar. ad d. l. vn.*

PANDERE, pro reserare, publicare, vulgare, explicare. Aditus supplicandi, *l. 3. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2.* Formulas iuris ac legum *pandere* (iuris scilicet professor) dicitur, *l. vltim. de studiis liberalibus Vrbis Romæ. lib. 14. t. 9.* Respondendi licentia iurgantibus *pandatur*, *l. un. de domin. rei, lib. 2. t. 5.* Merita causarum *pandere* vel facta, *l. vnic. de offic. Iudicum ciuil. lib. 1. t. 8.* Negotiorum merita *pandantur*, *l. 5. vnde vi. lib. 4. t. 22.* Obfutura aliis *pandere*, *l. 10. de Legatis. lib. 12. t. 12.* Testificationem gestorum *pandere*, *l. 1. de frum. Vrbis Const. lib. 14. t. 16.*

PANEFICIVM, *l. 4. 21. de pistorib. lib. 14. t. 3.* pro panificio. *Paneficii* necessitas, *l. 3. eod. tit.*

PANIS. *Panis* Ostiensis & fiscalis, *l. vnic. de pretio panis Ostiensis, lib. 14. t. 19.* *Panis* gradilis, *l. 2. 3. 4. 6. de annonis ciuicis & pane gradili. lib. 14. t. 17.* vbi dixi. *Panis* Ardiniensis, sordidus, *l. 5. de annon.* Vide *supra Ardiniensis.* *Panis* excoctio, *l. 15. 18. de extraord. siue sordidis munerib. lib. 11. t. 16.*

PAPA venerabilis, *l. 62. de hæret. lib. 16. t. 5.* dicitur Caelestinus Romanæ Vrbis Episcopus.

PARABOLANI, vel *Parabalani* sunt, qui cum corporis sui periculo, si qua lues aut contagio ingruebat, versabantur inter ægrotos, medicinamque exercebant, & clericis annumerabantur. Vide, quæ de iis dixi. *in Commentario ad legem 42. de Episcopis.* *Parabolani* 500. vel 600. ad curanda debilium ægra corpora deputati, *l. 42. 43. de Episcop. lib. 16. t. 2.* de eorum numero. Alexandriæ, *d. l. 42.*

PANTOMIMI, *l. 12. de scænicis. lib. 15. t. 7.* Vide Brissonium *de V. S.*

PARACHARACTÆ, *l. 9. de de falsa moneta. lib. 9. t. 21.* Falsæ monetæ rei, quos vulgo *Paracharactas* vocant, maiestatis crimine tenentur obnoxii. Consule *Commentar. ad h. l.*

PARAGAVDÆ proprie erant lora vestibus circumtexta, vel aurata, vel serica. *L. 1. de vestib. oloveris lib. 10. t. 21.* Auratas, ac sericas *paragaudas*, auro intextas priuatis vsibus contexere prohibemus. *L. 2. eod. tit.* Nemo auratas habeat, aut in tunicis, aut in lineis, *paragaudas*. Ab his vero paragaudis, vestes ipsæ, ornatæ paragaudis, *Paragaudæ* dictæ sunt, quod latius deductum vides in *Commentario ad d. l.* Errauit Heineccius ad Brissonium *de V. S.* statuens, *paragaudas* lora fuisse, quibus vestes constringebantur. Occurrunt enim *paragaudæ monolores*, *dilores*, *trilores*, *pentelores*.

PARANGARIÆ, *Rubrica* & *l. 15. 59. 63. de curs. publ. lib. 8. tit. 5.* erant vehiculorum & boum exactiones, & præstationes extra viam regiam, seu in via transuersa. De *angariis* & *parangariis* agitur etiam *l. 3. 4. de decurion. & silentiar. lib. 6. t. 23.* *Parangariarum* præstatio, *l. 14. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

PARAPETASIA, *l. 39. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Ædificia quæ vulgi more *Parapetasia* nuncupantur. Vide *Commentar. ad d. l.* & Du Fresne *Glossar.*

PARATVS pro apparatu itineris, *l. 1. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Quod probo in *Commentar. ad h. l.*

PARAVEREDVS, *l. 3. 6. 7. 15. 16. 63. 64. de cursu publico. lib. 8. t. 5. l. 4. de Decurion. & silent. lib. 6. t. 23. l. 15. de extraord. lib. 11. t. 16.* est veredus, quo quis vtendi ius non habet, qui præter modum euectione comprehensum vsurpatur. Equis cursualibus opponitur, *d. l. 64.* & animalia indebita ibidem vocantur. Dicitur & Parhippus, vide *Parhippus.*

PARERE pro apparere. Si deprædator fraudium *pareat*, *l. 32. de annona. lib. 11. t. 1.* Officium in *quo parent. l. 13. de diuersis officiis. lib. 8. t. 7.*

PARENS & *amicus noster.* Sic Præfectum Prætorio Rufinum vocat Constantin. *l. 6. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* 2.) *Parens Curia*, cui quis nascendi, & originis iure tenetur, *l. 149. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 3.) *Parentes suos* vocabant Imperatores Antecessores suos, & si parentes genuini non essent, *l. 9. de Veteranis. lib. 7. t. 20. l. vnic. qui conductores rei priuatæ. lib. 10. t. 5. l. 90. 105. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 33. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 2. de censu. lib. 13. t. 10. l. 17. de Prætorib. lib. 6. t. 4. l. 12. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Consule Commentarium *ad leg. un. de action. certo tempor. fin. lib. 4. tit. 14.* Ezech. Spanhemium *Orb. Roman. Exercit. 2. cap. 25.*

PAR dicitur, quando accepti & expensi summæ congruunt, ac pares fiunt. Inde *paria facere*, dicimus, quando nulla, redditis rationibus, trahimus reliqua. Vide Brissonium *de V. S.* Inde etiam *Paria* concludi, *l. 3. de conlat. fundor. lib. 11. tit. 19.* est, solutionem integram fieri. 2.) *Par ἐν σταθμικῇ*, *L. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* Aurum æqua lance & libramentis *paribus* suscipiatur. Et mox: æquis ac *paribus* suspenso statere momentis.

PARIES domesticus, *l. 6. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PARILIS, æqualis. *Parilis* maiestas, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* Notitia *parilis*, *l. vnic. ne quadrimens. breuibus. lib. 11. t. 25.*

PARHIPPVS, *l. 14. 22. 27. 29. de cursu publico. lib. 6. t. 5.* Quid *parhippus* sit, *dicta lege 14.* declaratur, ibi: Sublimitas Tua noscat, *Parhippum* eum videri, & habendum esse, si quis vsurpato uno, vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat. 2.) Alias *Parhippus* est veredus, siue equus, qui etiam licite exigitur præter vehiculum & veredorum numerum concessum, cuiusque in euectione nominatim fiebat copia. Et hoc sensu accipitur *Parhippus* in *l. 22. 27. 29. de curs. publ.* Vide quæ dixi in *Commentario ad d. l. 14.*

ΠΑΡΩΝΟΜΑΣΊΑ. Quorum *vel habendo vel habitando* sibi patrimonia præsumpserunt, *l. 134. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PARRICIDIVM. De eo eiusque pœna, *lib. 9. t. 15.*

PARS. *Pars* pro loco alicui (veluti Tribuno) commisso, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.* 2.) *Partes* Orientis, id est Diœcesis, *l. 3. de milit. veste. lib. 7. t. 6. l. 3. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* Illyricianæ *partes*, *l. 49. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Suburbicariæ *partes*, id est, regiones ad diœcesim Suburbicariam pertinentes, *l. 12. de extraordin. munerib. lib. 11. t. 16.* 3.) *Partes ciuiles* opponuntur militari nomini, *l. 1. qui a præbitione tiron. lib. 11. tit. 17.* ibi: Illos tantum tironum munus adstringat, quos Honorarios vocauit antiquitas, vel qui fasces *ciuilium* partium consecuti, nulla prius laboribus rudimenta posuerunt. Consule Iuretum *ad Symmach. lib. 9. ep. 102. & not. ll. ad d. l.* Vide etiam *supra Ciuilis.* 4.) *Partes* pro officio. Ita *partibus* suis curialis abesse dicitur, qui curialia munera, ad aliud officium currendo, fugit, *l. 64. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PARTICIPATVS, participatio. Si quis in contrahendis nuptiis incestis *participatum*, atque concilium inisse monstrabitur, *l. 3. de incestis nupt. lib. 3. t. 12.* Consule *Commentarium ad leg. un. si prouinciæ.*

PARTICIPARE. *Participantes* augusti pectoris curas, dicuntur Comites Consistoriani, *l. 3. de metatis. lib. 7. t. 8.* *Participare* collegium amplissimi ordinis, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Senatoriam dignitatem accipere. Et mox *ead. lege:* Nisi antiquitate *participati* Senatus muniatur. Consule Iuretum *ad Symmach. lib. 7. Ep. 99.*

PARTICIPATIO. *Participatio* sceleris, *l. 4. de desertorib. lib. 7. t. 18.*

PARTICEPS. *Participes*, dicuntur adsessores, *l. vnic. si Prouinciæ Rector. lib. 3. t. 6. l. 5. de his quæ admin. lib. 8. t. 15.* Dixi in fine *Commentarii ad d. l. vn.*

PARTITVS. *Partitum* obsequium, *l. 42. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PARTITIO, *departement des Tailles*, *l. 26. de ann. lib. 12. t. 1.* alias adscriptio: vide *Adscriptio*, *Distributio.*

PARTITVDO, partura. Petantur futuræ *partitudinis* testimonia, *l. 10. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

PARTVS. *Partus* trinus fæcunditati publicæ gratiosus, *l. 9. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* *Partus* Crispi atque Helenæ, *l. 1. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* vbi tamen legendum, *paratus.* De *partu* custodiendo *l. vnic. de Carboniano edict. l. 4. t. 3. l. 10. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

PARVVS. *Parua* magnaque poscentes, *l. 1. de officio Rectoris Prou. lib. 1. t. 7.* *Parua* ac minima contributio, *l. 20. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* *Parui habere*, *l. 45. init. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PARVITAS. *Paruitas* in milite spectanda, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

PASCERE. *Pascere* milites, *l. 6. de cohort. lib. 8. t. 4.* 2.) *Pascere* auaritiam, *l. 7. de cursu publico. lib. 8. t. 3.*

PASSIVO *significatu* deponentia quædam occurrunt:

runt: Vt *auspicatur*, *l. 4. de denunciat. lib. 2. t. 4.* *Praestolari*, *l. vlt. de denunciat. lib. 2. t. 4.*

PASTORES. *Pastores* rei nostrae habendi equini pecoris licentiam non habent, *l. 2. quibus equor. vsus conc. aut deneg. lib. 9. t. 30.* *Pastores* Valeriae Prouinciae vel Piceni non vtantur equis, *l. 5. eod. tit.* *Pastoribus* non tradantur filii nutriendi, *l. vnic. de pastor. lib. 9. t. 31.*

PASTVS, de annona militari, & primipilo. Imo, *l. 8. & 16. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* dicitur *Pastus primipili*, cum primipilum sit annona, quae datur primipili centurionibus, inter milites distribuenda. Vide *infra primipilum.* Qui pro loco atque ordine iam *pastui* addicentur, *l. 11. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* Ratio vestium & *pastus*, *l. 13. de tironib. lib. 7. t. 13.* Militaris *pastus* translatio, *l. 18. de extraordinar. lib. 11. tit. 16.* In *lege 6. de diuers. offic. lib. 8. tit. 7.* loco *pastus* positum *pastio.* Propterea quod non exhibent primipili *pastionem.* Consule *not. c. ad d. leg 11. de Decurion.* & *Commentarium ad leg. 6. de cohortal.* & *Paratitl. ad h. t.*

PATAMEN, pro patente aditu & egressu. Qua nullus a platea aditus atque egressus *patamen*, *l. vlt. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

PATERFAMILIAS filius emancipatus, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 28.*

PATESCERE, *l. vltim. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.* *Patescat* arbitrium. Occasio *patescit* disceptandi, *l. 2. de his qui super religione. lib. 16. t. 4.*

PATIBVLVM. *Patibuli* poena & *patibulo* affigi, *l. vnic. ad l. Iul. maiest. lib. 9. t. 5.*

PATIENTIA. *Patientiam* commodare, *l. 13. quorum appellation. lib. 11. t. 36.* Idem innuit Conhibentiam praebere, *l. 10. eod. tit.* *Patientiam* praebere, *l. 3. de famosis libellis. lib. 9. t. 34.* Tenere *patientiam*, *l. 14. de desertor. lib. 7. t. 18.* 2.) *Patientiae* nomen in re foeda. Omnes quibus flagitii vsus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare *patientia*, *l. 6. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.*

PATRES conscripti, *l. 10. de Praetorib. lib. 6. t. 4.* 2.) *Patres* synagogarum, *l. 4. de Iudaeis. lib. 16. t. 8.*

PATRIA. *Patriae* ordo, *l. 79. de Decur. lib. 12. t. 1.* Functiones patriae, *l. 74. 91. 116. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Honores *patriae*, *l. 69. eod.* Ministerium *patriae*, *l. 94. eod tit.* Munia patriae, *l. 63. eod.* Stipendia *patriae*, *l. 57. eod.* 2.) *Patria* communis, Roma dicitur, *l. 14. de Senator. lib. 6. t. 2. l. 21. de Praetorib. lib. 6. t. 4.*

PATRICII, *patriciatus*, de his est pars *tit. 6. lib. 6.*

PATRIMONIVM maternum, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

PATROCINARI. *Patrocinans* suffragium, *l. 24. de Iudaeis. lib. 16. t. 8.*

PATROCINIVM. *Patrociniorum* fiducia, *l. vlt. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* *Patrocinium* honorarium dignitatum, *l. 34. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PATRONATVS. Curiarum horarius *patronatus.* *l. 46. de curs. publ. lib. 8. t. 5.* De *Patronatu* hoc dixi in *Commentar. ad h. l.* & ad *leg. 61. de Decur. lib. 12. tit. 1.*

PATRONVS, id est Aduocatus, *l. 2. de postulando. lib. 2. t. 10.* *Patronus* fisci. Vide *Paratitlon de Aduocato fisci.* 2.) *Patroni* de dominis praediorum, *l. 1. de Salgamo. lib. 7. t. 9.* 3.) *Patroni*, respectu libertorum, *l. 3. de reuocand. donat. lib. 8. t. 13.* 4.) *Patroni* curiarum, *l. 61. de Decur. lib. 12. tit. 1.* vbi dixi. *collat. lib. 6. t. 2. l. 21. de Praetoribus. lib. 6. t. 4.*

PAVLO. *Paulo* diuerticulo abducendi sunt milites, *l. 33. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

PAX, *l. 4. de haeret. lib. 16. t. 5.* Haeresibus opponitur.

PECORA pro animalibus, equis, *l. 9. de re milit. lib. 7. t. 1. l. 3. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

PECTVS. Augusti *pectoris* curas participans, *l. 3. de metatis. lib. 7. t. 6.* id est, Comes Consistorianus.

PECVLATVS, *l. 2. de abolitionibus*, *lib. 9. t. 37. l. 1. de crimine peculatus. lib. 9. t. 28. l. 5. ad l. Iul. repetundarum. lib. 9. t. 27.*

PECVLIVM. *Peculium* apparitorum, *l. 16. de cohort. lib. 8. t. 4.* est patrimonium. De *peculio lib. 2. t. 32.* agitur.

PECVNIA pro facultatibus, *l. vnic. de sentent. passis & restit. lib. 9. t. 43.* 2.) *Pecuniae* tantum publicae conuehi debent, *l. 2. si quis pecunias conflauerit. lib. 9. t. 23.*

PECVS. *Pecus* equinum, *l. 2. quibus equorum vsus. lib. 9. t. 30.*

PEDANEVS. *Pedanei* Iudices, *l. quaedam de officio Rectoris. Prou. lib. 1. t. 7. l. 3. de reparationibus appellat. lib. 11. t. 31. l. vlt. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* sunt Iudices, qui humiliora disceptant negotia, de quibus dixi *ad d. leg. quaedam.*

PEDEPLANA, sunt ἐπίπεδα, seu pars illa aedificii, solo proxima, quae pede plano aditur. Deuotissimos milites, sacratissimae vrbis, singulae turres, in *pedeplanis* suis, suscipiant, *l. 13. de metatis. lib. 7. t. 8.*

PELLIONES, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.*

PENATES. *Penates* moesti, *l. 3. de exhibendis reis. lib. 9 t. 2.* *Penates* proprii, *l. 16. de desertorib. lib. 7. t. 18.*

PENDERE iugi expectatione sub consultationis ambiguo, *l. 55. de appell. lib. 11. t. 30.* 2.) Opera *pendere* dicuntur, cum coepta non perficiuntur, *l. 29. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

PENETRALIA regalis aulae, *l. 12. de Medicis. lib. 13. t. 3.*

PENSARE, id est, ponderare allegationes, *l. 55. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Pensare* dicta hominum, *l. vnic. si quis Imperatori maledixerit. lib. 9. t. 4.*

PENSIONES. *Pensiones* aquae molarum, *l. 4. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.* sunt moduli aquarum, quibus aqua expenditur, seu erogatur, & sic *expensiones.*

PENSITARE, & tituli *pensitandi*, de tributorum collatione, *l. 8. de extraord. lib. 11. t. 16. l. 1. 7. 35. de annona & tribut. lib. 11. t. 1. l. 15. de Episcopis. lib. 16. t. 2. l. 21. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PENSITATIO, *l. 1. 2. 3. sine censu. lib. 11. t. 3. l. 5. 9. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1. l. 2. de conlat. fundor. patrimon. lib. 12. t. 19.* est tributi solutio, vt Anianus explicat *ad d. l. 3.* Ita *Pensitatio* Auri, quod negotiatoribus indicitur, *d. l. 9.* Frumenti aenei *pensitatio*, *l. vnic. de frum. Carthag. lib. 14. t. 25.* *Pensitatio* ordinaria, *l. 6. de extraord. collat. lib. 11. t. 16.* *Pensitationes* fiscales, *l. 12. de exactionib. lib. 11. t. 7. l. 12. de exactionib. lib. 11. t. 7. l. 15. de Episcopis. lib 16. t. 2.* *Pensitationes* publicae *l. 1. 2. 3. sine censu. lib. 11. t. 3.* Canonicae *pensitationes*, *l. 2. de concuss. aduocat. lib. 8. tit. 10.*

PENSITANDA substantiue, pro functionibus fiscalibus, *l. vlt. de patrocin. vic. lib. 11. t. 24.*

PENVLA genus vestis, qua vtebantur Romani non tantum in itinere, sed & in Vrbe & pluuiarum & frigoris causa, vt discimus ex Lampridio *Alexandr. Seuer. c. 27.* Induant *penularum* vestimenta, *l. 1. de habitu quo vti oportet intra vrbem. lib. 14. t. 10.* vbi dixi in *Commentario.*

PEPYZITAE. *l. 24. de Paganis. lib. 16. tit. 10. l. 59. d. ha-*

d. hæret. lib. 16. t. 5. Alias *Pepuzitæ*, de quibus dixi ad *d. l. 59.*

PER. *Per publicum* conuenire, pro *in publicum*, *l. 51. 56. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Per se* habere pondus argenti, id est, *in argento*, in specie, *l. 9. de pistorib. lib. 14. t. 3.* non eius æstimationem.

PERAEQVATIO, *peræquatores*, de iis in partem est *tit. de censitoribus, peræquatoribus & inspectoribus. lib. 13. t. 11.*

PERCELLERE, *l. 15. 16. de Agentib. lib. 6. t. 27. l. 32. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 42.* Pœna *percellere*, *l. vltim. ad l. Iul. de vi. lib. 9. t. 10.*

PERCEPTIO sua ac sibi debita, id est, annona, seu modus annonæ percipiendus, *l. 17. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

PERCVRRERE militiam, id est, absoluere, *l. 24. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

PERDERE. Nihil necessarii moris *perdat* antiquitas. Ita legendum *l. 2. de lucris officior. lib. 8. tit. 9.* 2.) *Perditi* de Apostatis, *in l. 4. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Sunt, qui fideles iam, & baptizati, Apostatæ facti. His lapsi & errantes, *d. l. 4.* opponuntur, qui sc. Catechumeni adhuc Apostatæ facti. 3.) *Perditi* de latronibus, *l. vnic. in fin. de saturianis. lib. 7. t. 19.* 4.) Placuit, licentiam delinquendi *perditis* abnegari, *l. 4. de paganis. lib. 6. t. 10.* Quo loco de his, qui de statu publico vel salute Principis consulunt, accipio, qui & *vasani* dicuntur, *l. 7. eod.* Consule *Commentar. ad h. l.*

PERDOCERE, *perdoceri*, pro docere, doceri, *l. vnic. de rei vindic. lib. 2. t. 23. l. 177. de Decur. lib. 12. t. 1. l. 2. de Decur. V. R. lib. 14. t. 1.*

PERDVELLIONES, id est hostes, *l. 7. de repar. appellat. lib. 11. t. 31.*

PERDVRARE. *Perdurare* in affectu libertatis cum parentibus, *l. 3. de liberali causa. lib. 4. t. 8.*

PEREGRINATIO est legatio, *l. 9. de Legatis. lib. 12. t. 12. l. 189. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Peregrinationis* onus, id est, legatio, *l. 189. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* vide *not. k. ad d. l. 9.*

PEREGRINVS. *Peregrinus* ciuis, alterius Prouinciæ ciuis, *l. 1. de adsessorib. lib. 1. t. 12.* *Peregrini* commeatus, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1.* sunt itinera extra prouinciam. Conditio *peregrinorum*, *l. 36. de hæret. lib. 16. t. 5.* Episcopi Clerici *peregrini* alterius ciuitatis vel Prouinciæ, *l. 37. de Episcop. lib. 16. t. 2.* *Peregrina* iudicia vetita in specie, *l. 10. de accusat. lib. 9. t. 1.* 2.) *Peregrini naturæ*, Magi, vitas insontium labefactantes, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.* vide *supra* naturæ humani generis inimici, *l. 6. eod.*

PEREMPTORIVS. *Peremptoria* præscriptio, *l. 23. 24. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

PERENNIS. *Perenne* ærarii emolumentum, *l. 2. de Senatorib. & glebali conlat. lib. 6. t. 2.* *Perennis* memoriæ pater noster. Ita Constantius appellat Constantinum Magnum, *l. 6. de cohort. lib. 8. t. 4.* Recordationis *perennis* pater noster, *l. 5. in fin. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Perennes* notæ. Quare *perennibus* inuretur Iudex notis, *l. 9. de appellat. lib. 11. t. 30.* Sanctiones *perennes*, *l. 1. de proximis. lib. 6. t. 26.*

PERENNITAS. Nostra *Perennitas.* Hoc elogio se ornauit Theodosius M. *l. 31. init. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

PERFECTVS. Ad *perfectum* perducere manu cœptum, *l. 31. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

PERFECTISSIMATVS dignitas, de ea est *titulus vltim. lib. 6.*

PERFIDIA. *Perfidiæ* nomen in commune hæreticis tributum, speciatim Eunomianis, *l. 6. 25. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* *Perfidia* fucata, Donatistarum desperatio, *l. 37. de hæret. lib. 16. t. 5.*

PERFERRE. *Perferre* euectiones, pro præstare, præbere, deferre, *l. 20. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

PERFRVI, *l. 5. de numerar. lib. 8. t. 1.* Honore *perfrui*, *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Perfrui* præsidio muneris Principis, *l. 10. de Prætoribus. lib. 6. t. 4.* *Perfrui* priuilegiis, *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Perfrui* quiete, *l. 4. de re milit. lib. 7. t. 1.*

PERFVGIVM. *Perfugium* appellationis, *l. 14. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* *Perfugium* prouocationis, *l. 30. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Perfugia* fœda, *l. 5. de Decur. lib. 12. t. 1.*

PERFVNCTORIE. Ne hæc *perfunctorie* curentur, *l. 1. de studiis liberalibus Vrbis Romæ. lib. 14. t. 9.* Idoneas causas alienationis alleget non *perfunctorie* a Iudice, sed verissime requirendas, *l. 2. de prædiis & mancip. Curial. lib. 12. t. 3.*

PERFVNGI munus susceptionis, *l. 7. in fin. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* pro *munere perfungi.*

PERGVLA. *Pergulæ* & officinæ pictorum, *l. vlt. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* Pergula autem est locus apertus, in publicum prospiciens, in quo quæ proponebantur, oculis omnium erant exposita. Consule *Commentarium ad h. l.*

PERHIBERI, id est, dici, *l. vlt. de bonis vacantibus. lib. 10. t. 8.*

PERHORRESCERE. *Perhorrescere* nominationem, *l. 16. de Agentibus. lib. 6. t. 27.* Calumniam nullam *perhorrescere*, *l. 1. de his, qui condit. propr. lib. 12. t. 19.*

ΠΕΡΙΒΟΛΗ, id est, oratorium templis circumiectum, quod Ecclesias quadripertito intrinsecus parietum septo concludit, *l. 4. 5. de his, qui ad Ecclesias confugiunt. lib. 9. t. 45.*

PERICLITARI. *Periclitantes*, id est, criminis accusati rei, *l. 12. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Periclitantium* furor, *d. l. 12.*

PERICVLVM, pro ignis periculo & incendio, *l. 46. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* 2.) *Periculum* pro tabella & experimento. Hoc sensu, de *sententiis ex periculo* recitandis, est *titulus 17. lib. 4.* Confer Ottonem in Præfat. *Tom. II. Thesaur. Iur. pag. 20.*

PERISSOCHOREGIA, περισσοχορηγία, nomen Alexandrinæ accessionis cuiusdam, factæ ad veterem gratuiti frumenti præbitionem, *l. 2 de frum. Alexandrino. lib. 14. t. 26.* Idem significat περίττευμα, *l. 2. Cod. Iust. de annon. ciuil.* quæ Theodosium auctorem habet. Vide quæ disputaui eam in rem aduersus Cuiacium, *parapeteuma* reponentem, in Commentario *ad leg. 14. de annon. ciuic. lib. 14. t. 17.*

PERLATOR. Eo *perlatore* referri ad scientiam nostram, *l. 8. de extraord. lib. 11. t. 16.* ita reponendum, cum hactenus legatur *persolutore.* Certe *Perlatoris* vox occurrit apud Symmachum eodem sensu, *lib. 5. ep. 30. & perlatori apicum benignus arride.*

PERLVSTRARE. *Perlustrare* templa, *l. 10. de Paganis. lib. 16. t. 10.* circumire, *l. 11. de Paganis. lib. 16. t. 10.* vide *Circumire.*

PERMVTATIO. Vt Contractus quidam & *permutatio* facta videatur, *l. 50. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

PERNICIES exsecranda delatorum, *l. 2. de petition. lib. 10. t. 10.* Hæreticis *perniciem* comminatur Gratianus, *l. 4. de hæretic. lib. 16. t. 5.*

PERNICIOSVS. *Perniciosus* est militum molestiis fatigari, *l. vlt. de pascuis. lib. 7. t. 7.*

PERORARE. *Perorare* causam, *l. 21. de appellat. lib. 11. t. 30.* Negotia *perorare*, *l. 19. 64. in fin. de appellat. lib. 11. t. 30. vnic. si pend. appell. lib. 11. t. 35. Perorandis* negotiis operam dantes, id est, Aduocati, *l. 46. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PERPENSVS. Cura *perpensa* statutum, *l. 29. de annon. lib. 11. t. 1.* Deliberatione *perpensa* duximus sanciendum, *l. 3. de metallis. lib. 10. t. 19.* Studio *perpenso* prospeximus, *l. 5 de susceptorib. lib. 12. t. 6.* Longa deliberatione *perpensa* constitutiones, *l. 2. de constit. Princip. lib. 1. t. 1.* Vbi dixi in Commentario. Ex Digestis præterea huc pertinent *l. 11. princip. de pœnis*, vbi legitur, *perpenso iudicio*, *& l. 13. de testibus*, qua innuitur, iudicantium esse, *testimonii fidem perpendere.* Male illæ leges in Commentario ex Codice adductæ sunt.

PERPES, perpetuus. *Perpes* auctoritas, *l. vlt. de canone frum. Vrbis Romæ. lib. 14. t. 15. Perpes* firmitas, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20. l. 5. de Medicis. lib. 13. t. 3. l. 2. si certum petatur de suffrag. lib. 2. t. 29. Lege* quoque *55. de hæret. lib. 16. tit. 5.* ibi: habere volumus *perpetim* firmitatem, rescribendum est, *perpetem firmitatem*, quo loco in Cod. Iust. etiam *perpetuam* Tribonianus substituit.

PERPETVARE, perpetuum facere, quod erat temporarium. Ita *perpetuare* actionem, *l. vlt. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

PERPETVARIVS. *Perpetuarii* fundi rei priuatæ, *l. 14. de tyronibus. lib. 7. t. 13.* Dixi de iis, in *Commentario.*

PERPETVITAS, *l. vnic. de act. certo temp. fin. lib. 4. t. 14. l. 9. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.*

PERPETVVS. *Perpetuo* iure consignata prædia, *l. 13. de extraord. lib. 11. t. 16.* sunt prædia iuris emphyteutici. *Perpetua* actio, *l. vn. de action. certo temp. finiend. lib. 4. tit. 14. Perpetuæ* sanctitatis Ecclesiæ, hæreticis oppositæ, *l. 2. de hæret. lib. 16. t. 5.*

PERQVISITVS. *Perquisiti* ab omnibus vrbibus ac locis, *l. 12. de hæret. lib. 16. t. 5.*

PERSCRVTARI. *Perscrutari* inlicita, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

PERSECARE. Vel dilaniauerit pœnis publicis corpus ferarum vestigiis latera *persecando*, *l. 1. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.* Probabilis emendatio *persulcando*, vt, vngulis *sulcantibus* latera, *l. 6. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

PERSECVTIO. *Persecutio* fideicommissi, *l. 7. de testamentis. lib. 4. t. 4.*

PERSOLVERE de præstatione munerum curialium, *l. 106. 109. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PERSONA. *Personarum* diuersitates & genera, *l. 12. de Pagan. lib. 16. t. 10. l. 7. de tyronibus. lib. 7. t. 13. l. 1. ad legem Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26. l. vnic. ne pastorib. lib. 9. t. 31. l. 2. de expensis ludor. lib. 15. t. 9.* occurrunt. 2.) *Persona*, pro iure personæ. Maiorem sibi in rebus filiorum vindicare personam, *l. 3. de maternis bonis. lib. 8. t. 17.*

PERSONALIS. *Personale* debitum. *Personalibus* debitis sacro ærario adstricti conductores portuum ac vectigalium, &c. *l. 3. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.* Munus *personale*, *l. 24. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

PERSPICERE. Constantinus A. dixit: Apertius indica, quæ sunt maxime munera, quæ vos contumaciter grauant: Vniuersi veterani dixerunt, *Ipse perspicis* scilicet. *l. 2. de veteran. lib. 7. t. 20.* Huic simile apud Plinium illud *lib. 1. ep. 5. Respicis ipse. Perspicitur*, id est perspicuum est. Quia donationis instar *perspicitur* obtinere, *l. 3. de dotibus. lib. 3. t. 13.*

PERSPICVVS, dubio carens. *Perspicui* debitores, *l. 9. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* sunt debitores manifesti, minime dubii.

PERSTREPERE præscriptiones, & occurrere examini dicuntur, *l. 7. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* Nusquam calumnia *perstrepet* *l. 33. de petitionibus. lib. 10. tit. 10.*

PERSTRINGERE cura aliquem dicitur, *l. 1. de alim. quæ inopes parentes de public. petere debent. lib. 11. t. 27.*

PERSVASVS. *Persuasa* professio, *l. 27. de Episc. lib. 16. t. 2.* est imaginaria disciplina, species religionis.

PERSVASIO de hæresi, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7. & l. 24. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

PERTEMPTARE pro tentare, *l. 4. in fin. de Princip. agent. lib. 6. t. 28. l. 137. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PERTENTATOR, vel retentator, *l. vlt. de temporum cursu. lib. 2. t. 5.* id est, possidens. Vide *Comment. ad h. l.*

PERTIMESCERE, pro timere, *l. 27. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

PERTINAX. *Pertinax* animus. *Pertinaci* animo latere, *l. 16. de Decurion. lib. 12. t. 1. Pertinaces* spiritus hæreticis tribuuntur, *l. 25. de hæret. lib. 16. t. 5.* Consuetudo obstinationis *pertinax*, *l. 7. eod.* vide *supra Obstinatio.*

PERTINACIA. *Pertinacia* Iudicis, *l. 85. de Decur. lib. 12. t. 1.*

PERTINACITER. *Pertinaciter* resistere Iudici, *l. 58. de appellation. lib. 11. t. 30.*

PERTINERE, id est frui, gaudere. Ad legum priuilegia volumus *pertinere*, *l. 3. de priuil. eorum, qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Nemo possit ad indultum a nobis beneficium *pertinere*, nisi qui, &c. *l. 13. de petition. lib. 10. t. 10.* id est, nemo possit indulto sibi beneficio frui, gaudere. Vide & *not. 1. ad leg. 1. de Episcopal. iudicio. lib. 16. tit. vlt.*

PERVADERE. Fines, qui *peruaserunt*, *l. 5. de pactis. lib. 2. tit. 9. Peruadere* est, vi fines & possessiones occupare & rapere. Ita legimus *l. 6. Cod. Iust. vnde vi;* Sin habito colludio curatores vel tutores minorum, his rem debitam ea occasione *peruadant*, illico quidem possessio reddatur. Quo sensu etiam dixit Cassiodorus *I. Var. 15. Absentium facultates peruadere.*

PERVASIO, est possessionis alienæ occupatio. Procurandorum est, ne *peruasionibus* improborum, præbeatur occasio, *l. 5. de denuntiat. vel edit. Rescripti, lib. 2. tit. 4.* Momentariam possessionem *peruasione* violatam, *l. 6. eod. tit.* vnde etiam, *peruasionis* actio, *Nouell. Valentinian. 12. de episcopal. iudic.* Isidorus, de criminibus in lege constitutis agens, *Origin. V. 26. Peruasio*, ait, *est rei alienæ manifesta præsumptio.* Occurrit eodem significatu sæpe apud alios, & in primis apud Saluianum Massiliens. Vide loca cumulata a Fornerio *Selection. lib. 2. cap. 11. pag. 59. Tom. II. Thesaur. Iur.*

PERVEHERE, pro prouehere, *l. 2. quis in gradu præferatur. lib. 7. t. 3.*

PERVERTERE, pro inuertere & vsurpare, *l. 3. de maternis bonis, lib. 8. t. 18.*

PERVERSVS, improbus, prauus. *Peruersi* Iudices, *l. 3. de exaction. lib. 11. t. 7.*

PERVERSITAS. *peruersitas* hæreticorum, *l. 20. de hæret. lib. 16. t. 5.* Iudaica *peruersitas*, *l. 19. 24. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

PERVICACIA, animi obstinatio. *Peruicacia* obstinata temere sæpius appellantis, *l. vnic. de possess. ab eo qui bis prouocat. lib. 11. t. 38.*

PERVIGIL. *Peruigil* diligentia, *l. 2. de curiosis lib. 6. t. 29.* Labor *peruigil*, *l. 6. de suariis. lib. 14. t. 4.*

PERVRGERE dicitur, qui quid veluti in iudicio vrget, *l. vltim. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.*

PES, mensura. In quinque *pedibus* delectus habeatur, *l. 3. de tironib. lib. 7. t. 13.* De quinque *pedum* spatio, *l. 3. 4. 5. finium regundor. lib. 2. t. 28.*

PESSIMVS. *Pessimi* quique & plebeii. Inter *pessimos* quosque & plebeios habeantur, *l. 1. ad l. Iul. reper. lib. 9. t. 27.* id est, in vltimum ciuilem locum reiecti. *Pessimorum* secretas turbas eligere, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.*

PESTIS. *Pestis* feralis, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.* vbi intelligendum, summum supplicium, de quo dixi in *Commentar. ad h. l.* 2.) *Pestis* lues contagiosa. Funestæ *pestis* contagium, *l. 2. de crimine peculatus. lib. 9. t. 28.*

PESTIFER. *Pestiferum* dogma de hæreticis, *l. 58. de hæreticis. lib. 6. t. 5.* *Pestifera* perseueratio, *l. 2. de his qui super religione. lib. 16. t. 4.*

PETI aliquid, *l. 14. de proximis. lib. 6. t. 26.* Vid. ibi *not. l.*

PETITIONES, & de *petitionibus* & vltro datis, *lib. 10. tit. 13.* Si *petitionis* socius sine hærede defecerit, *lib. 10. tit. 14.* De *petitione* operum publicorum, *l. 10. 40. 41. 43. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Solebant enim, non tantum bona vacantia & caduca, sed & opera publica a Principe expeti.

PETRVS diuinus Apostolus, *l. 2. de fide Catholica. lib. 6. t. 1.*

PETVLANS. *Petulans maledictum*, *l. vnic. si quis Imperat. maledix. lib. 9. t. 4.*

PETVLANTER. Dictum iurgio in aduersarium immodestius iactatum *petulantiusque* fusum, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* *Petulanter* dominium sibi acquirere, *l. 4. ne Christianum mancip. lib. 16. t. 9.*

PHILICON, Φιλικὸν, *l. 32. de nauicul. lib. 13. t. 5.* videtur idem cum vltro tributis.

PHILOSOPHI inter professores publicos, *l. vlt. de studiis liberalibus. lib. 14. t. 9. l. vnic. de professoribus. lib. 6. t. 21.*

PIACVLVM violata sepulchri religio. Quicquid enim adtingi nefas est, non sine *piaculo* comparatur, Constantinus, *l. 2. de sepulchro viol. lib. 9. t. 17.* Iulianus Apostata, *l. 5. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* Ne in *piaculum* incidant contaminata religione. 2.) *Piaculum*, id est scelus, si quis infantis necandi *piaculum* adgressus, &c. *l. 1. ad l. Corn. de sicar. lib. 9. t. 14.* 3.) *Piaculum* committit, curiam, cui natus est, fugiens, *l. 122. de Decurion. lib. 12. t. 1.* sit illis *piaculum* inde discedere. 4.) *Piaculum secretius*, id est, domesticum & familiare sacrificium, *l. 12. de Paganis. lib. 10. t. 10.* 5.) *Piaculum* de hæresi. Qui duræ frontis obstinato *piaculo* locum veniæ non relinquunt, *Nouell. 3. Theodos. de Iudæis, Samaritan. hæreticis, pagan.* Sulpitius Seuerus *Hist. sacræ lib. 7. cap. 45.* *Illud apud omnes constitit, vnius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas.*

PIACVLARIS. *Piaculare* crimen commisit, qui rebaptizasse ausus est, *l. 6. ne sanct. baptism. lib. 16. t. 6.* *Piacularis* doctrina, rebaptizantium, *l. 2. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 7.*

PIGNORA. De his est *li. 2. tit. 30.* Item, titulus *de commissoria rescindenda. lib. 3. t. 2.* vt & *lib. 11. tit. 9. de distrahendis pignoribus quæ tributorum causa tenentur.* *Pignora* pro arrhis sponsalitiis, *l. 6. de sponsalib. lib. 3. t. 5.*

PIGRESCERE. *Pigrescentes* artus animalis innocuo titillo admonere, *l. 2. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

PIGER. *Pigra* senectus, *l. 84. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Pigrius* silentium, *l. 22. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

PISTORES. De *pistoribus* est *lib. 14. t. 3.*

PITTACIVM. *Pittacium*, πιττάκιον, *Breuis*, vt est in *Gloss.* significat *l. 11. 13. 16. de erogat. militar. annon. lib. 7. tit. 4.* libellum breuem, siue commentarium, secundum quem species annonariæ a susceptoribus, militibus erogabantur. 2.) *Pittacium*, dicitur libellus, Principi oblatus, quo deportatorum bona fortunæque expetebantur. Ita *l. 29. de petition. lib. 10. tit. 10.* Nefas esse censentes, plurimorum uno *pittacio* postulari sub inlicita cupiditate fortunas. Appellatur hic libellus paullo ante, *Petitorium.* Vide *not. d. ibid.* & *Commentarium ad l. 11. de erogat. militar. an.* ibique plures *Pittacii* significationes. Adde Du Fresne *Glossar. latin.* Brissonium *de V. S.*

PLACATVS. *Placatæ* res, *l. vlt. de inf. his quæ sub tyran. lib. 15. t. 14.* forte *pacatæ.*

PLACERE. *Placet*, formula solemnis, *l. 26. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 1. de Episcopis. lib. 16. t. 2. l. 40. eod. l. 3. de donat. lib. 8. t. 12.* *Placuit*, *l. 2. de famil. hercisc. lib. 2. t. 24. l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18. l. 8. de Palatinis S. L. lib. 6 t. 30. l. 17. de cohortalibus. lib. 8. t. 4. l. 1. de bonis proscriptorum. lib. 9. t. 42. l. 1. sine censu. lib. 11. t. 3. l. 3. quorum appellat. lib. 11. t. 36. l. 145. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 4. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

PLACITVM, pro pacto, conuentione & placiti fide, *l. 5. de pactis. lib. 2. t. 9. l. 9. de infirm. his quæ sub tyr. lib. 15. t. 14. l. vlt. de pactis. lib. 2. t. 9.*

PLAGÆ, verbera. De *plagis* seruorum, *l. 2. de emendat. seruorum. lib. 9. t. 12.* 2.) *Plaga* pro insidiis. Ita in *plagas* contubernii depellere, *l. 3. ad Senatusconsultum Claud. lib. 4. t. 9.* Si vel error improuidus, vel simplex ignorantia, vel ætatis infirmæ lapsus, in has contubernii *plagas* depulerit.

PLAGIARII. De his, & aduersus hos, est *lib. 9. t. 18. ad l. Fabiam.*

PLANVM, apertum, manifestum. Quid tam *planius*, *lege unica quorum bonorum. lib. 4. t. 21.* Consule ibi *not. c.* & Brissonium *de V. S.*

PLATEA, *l. 39. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

PLAVSVS. *Plausus* populi, qui verecundæ & tacitæ conscientiæ opponitur, *l. 177. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PLAVSORES. *Plausorum* inconsulta insania, *l. 2. de expensis ludorum. lib. 15. t. 9.* v. Iuretus in *Symm. l. 6. ep. 42.*

PLEBEIVS. *Plebeia* & humilioris conditionis, *l. 1. de desertorib. lib. 7. t. 18.* *Plebeia* capitatio, *leg. 36. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* id est, quæ a plebe, non a curialibus, præstabatur. *Plebeia* fæx, *leg. 5. de bonis proscriptorum, lib. 9. tit. 42.* *Plebeii* curialibus opponuntur, *l. 133. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PLEBS. *Plebs* & Decuriones opponuntur, *l. 2. de defensorib. ciuitatum. lib. 1. t. 11.* *Plebs*, pro rusticis colonis, *l. 26. de annon. lib. 11. t. 1.* 2.) De iis qui *plebem* audent contra publicam colligere disciplinam, est *libro 9. t. 33.*

PLECTERE, punire. *Plectendum* crimen, *l. 15. de peti-*

petitionib. lib. 10. t. 10. *Plectenda* importunitas, *l. vlt. de relationib. lib. 11. t. 29. Plectenda* subreptio, Cassiod. 8. *var. 24.*

PLECTIBILIS. *Plectibilis* seueritas, *l. 161. de Decurion. lib. 12. t. 1* Vsurpatio *plectibilis*, *l.* 16. *de pistorib. lib. 14. t. 3.* *Plectibilia*, *l. 5. de hæreticis, lib. 16. tit. 5.* sunt crimina & delicta improbanda. Dixi in *Commentario ad h. l.*

PLENVS. *Plena* lætitia potiri, id est, sine vllo onere, *l. vlt. de Decurion. & silentiariis. lib. 6. t. 23. Plena* ætas, *l. 17. de Prætorib. lib. 6. t. 4.*

PLENARIVS. *Plenaria* interpellatio, *l. vlt. de naufrag. lib. 13. t. 9.*

PLEROMI pro numeris militaribus, *l. 1. de domesticis. lib. 6. t. 24.*

PLVMBARII, *l. 2. de excusat. artificum. lib. 13. t. 4.* erant artifices, qui plumbeas fistulas conficiebant. Malunt tamen alii *plumarii* dicta leg. legere.

PLVMBATA, erat flagellum, cuius lora plumbum, seu plumbeos globulos, in extremo habebant innexum, & quo terga crebris ictibus cædebantur grandinis instar. Hinc *Plumbatarum* ictus, *l. 80. 85. 117. de Decurion. lib. 12. t. 1.* & *l. 2. de quæstion. lib. 9. t. 35.* vbi vide *Commentar.*

PLVMBVM. *Plumbi* liquentis ingestio inter pœnas, *l. 1. de raptu Virg. lib. 9. t. 24.*

PLVRIMVS. *Plurima* rerum, *l. 18. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* *Plurima* notitia, *l. 6. de Senatorib. lib. 6. t. 2.* Id est, plena.

PNEVMATOMACHI hæretici, *l. 11. de hæreticis, lib. 16. tit. 5.* Vide ibi *Commentarium.*

POCVLVM *commune*, flumen, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.*

POENA, *l. 6. 23. de Paganis, lib. 16. t. 10.* *Pœna* subiugari, & subdi, *l. 6* & *23.* pro *pœnæ subiugari & subdi.* Præferunt tamen nonnullæ editiones *pœnæ.*

POENALIS. *Pœnales* homines, id est, noxii, quos pœna manet. Carcer *pœnalium*, carcer hominum noxiorum est, *l. 3. de exact. lib. 11. t. 7.*

POENITENTIA & abolitio, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 7.*

POENITVDO, id est, pœnitentia, *l. 11. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

POLLENS. *Pollentior* litteris. Qui melior, innocentia potior, litteris *pollentior* reliquis, *l. 2. de aduocato fisci. lib. 10. t. 15.*

POLLICERI. Spem alieni interitus *polliceri*, *l. 12. de Paganis, lib. 16. t. 10.* eodem sensu promittendi vox.

POLLEN. *Pollinis* conficiendi cura inter sordida munera, *l. 15. 18. de extraord. lib. 11. t. 16. blutter, sasser.*

POLLVERE. Conscientia *pollui*, *l. 40. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* conscientiam suam *polluere* criminibus, *l. 30. de petitionib. lib. 10. t. 10.* *Polluere* obtutum intuentum, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Poculum commune *polluere*, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.* dicitur mox, turbido potum cœno miscere. Pudicitiam *polluere*, *l. 3. de Iurisd. lib. 2. t. 1.* Viuos *polluere* sepultos spoliando, *l. 4. de sepulch. viol. lib. 9. t. 17.* *Polluere* hostiis, *l. 10. de Pagan. lib. 16. t. 10.* Incredulitate Iudaica *polluere*, *l. 19. de Iudæis, lib. 16. t. 8.* *Polluere* Sacrilegio, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 7.* Scæuitate morum dignitates *polluere*, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* *Polluere* vocabulo deformi, *l. 11. de infirm. his quæ sub. tyr. lib. 15. t. 14.* *Polluta* contagia hæreticorum, *l. 20. de hæret. lib. 16. t. 5.* Loca templa delubra Gentilium *polluta*, *l. 11. de pagan. lib. 16. t. 10.* *Polluta* mentes hæreticorum, *l. 26. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* *Polluta* mentes paganorum, *Nouell. Theodosii 3.*

POLYPTYCHA, *l. 2. de discussorib. lib. 11. t. 26. l. 13. de indulg. debitor. lib. 11. t. 28.* sunt ratiocinia publica, in quæ securitates etiam referebantur, seu apochæ tributorum solutorum. Consule *Commentar. ad d. l. 2.* Du Fresne *in Glossar.* & Brissonium *de V. S.*

POMOERIA ciuitatum, *l. 5. de locat. fund. iuris emphyteutici, lib. 10. t. 13.*

POMPA de ludis sacerdotalibus, *l. 176. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) De *pompa* nuptiarum, *l. 3. de nuptiis. lib. 3. t. 7.* 3.) *Pompa*, de sublimi & illustri honore magistrorum militum. Quos magistri equitum ac peditum *pompa* sublimat, *l. 44. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

PONDERA, de plumbatarum pœna, *l. 3. de exactionib. lib. 11. t. 7* Similis locus apud Ammianum *lib. 29. c. 1. expediuntur pondera plumbea.* 2.) Catenarum *pondera*, *leg. 22. de pœnis, lib. 9. titul. 10.* 3.) Debitorum *pondera*, *l. 2. de his qui ad Eccles. lib. 9. t. 45.*

PONDERATORES. De ponderatoribus est *l. 12. tit. 7.*

PONDERATIO. *Ponderatio* librarum, *l. 48. de cursu. lib. 8. t. 5.*

PONERE. *Poni* in quæstione, *l. vlt. de tabular. lib. 8. t. 2.*

PONTIFICIVM, potestas, prærogatiua, ius. *Pontificium* disceptationis sacræ, *l. vlt. de Episcopali iudicio. lib. 16. t. 12.* Hæreditatis adipiscendæ *Pontificium*, *l. 2. de Apostat. lib. 16. t. 7.* Fruendi *Pontificium*, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* quod Tribonianus in fruendi facultatem immutauit, *l. 1. Cod. Iust. eod.* Ecclesiarum obtinendarum *Pontificium*, *l. 3. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.* Eodem sensu *Pontificii* vox occurrit apud Gellium *Noct. lib. 1. cap. 13.* Solinum *cap. 26.* Symmachum *lib. 3. ep. 17. lib. 7. ep. 27.* vbi consule Iureti accuratam obseruationem. Recentiora testimonia magno studio collegit Du Fresne *in Glossar.* 2.) *Pontificium* est sacerdotium, & ministerio opponitur, *l. 13. de hæret. lib. 16. tit. 5.* Omnes, qui harum professionum vel *Pontificium* sibi, vel ministerium vindicarunt.

PONTIFEX. *Pontifices* gentilium, *l. 2. de sepulchris violatis. lib. 9. t. 17.* *Pontifex* Damasus, *l. 2. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.*

PONTES, *l. 36. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 2. ne operæ a conlatorib. lib. 11. t. 10. l. vlt. de itinere muniendo. lib. 15. t. 3.* *Pontium* sollicitudo inter sordida munera, *l. 15. 38. de extraord. lib. 11. t. 16.*

POPVLARIS, quod populi est. *Popularis* accusatio, *l. 20. de exaction. lib. 11. t. 7.* Plausus *popularis*, *l. 1. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* 2.) *Populares* militaribus opponuntur, *l. 7. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.* Dicuntur autem *Populares*, Vrbana multitudo, populus, quo etiam sensu *l. 1. §. 12. D. de offic. Præf. Vrb.* eadem forma, qua militares pro militibus, *d. l. 7. & 11. eod. tit.* *Popularibus* annonæ Romæ distribuebantur, *l. 5. de ann. ciuic. lib. 14. t. 17.* Inde Annona *popularis*, *l. 7. d. t.* Caduca *popularia*, *l. 7. de studiis liber. V. R. lib. 14. t. 9.* vide *supra Caduca.* Commoda *popularia*, *l. 3. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2. l. 8. de Medicis & Professoribus, lib. 13. t. 3. l. 3. de canone frum. V. R. lib. 14. t. 15.* pro canone Vrbis Romæ, in populi V. R. vsum. Vide in *verbo Commoda.*

POPVLARITAS, *l. 2. in fin. de offic. Rectoris Prouinciæ. lib. 1. t. 7.* Est spectaculorum editio, quæ popu-

populi fauor & applausus dicitur, *l. 1. 3. de spectaculis, lib. 15. t. 5.* Consule *not. k. ad d. leg. 1.*

POPVLATIO, Spoliatio. Qui sagum hippocomorum notabili *populatione* voluerit vsurpare, *l. 37. de cursu, lib. 8. t. 5.*

POPVLATOR, exspoliator, vt Anianus interpretatur. Quicumque ad agros nocturnus *populator* intrauerit, *l. 2. ad legem de sicariis. lib. 9. tit. 14.*

POPVLVS. *Populus*, id est, multitudo, *l. 6. de Episcopis. lib. 16. tit. 2.* Æternæ Vrbis Constantinopolitanæ *populus*, *l. 4. & vlt. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* Omnes *populi* (*nos peuples*) *l. 21. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* Iudæorum *populi*, *l. 14. 20. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* *Populo* admisso Carthagine exactores ordinati, *l. 26. de exact. lib. 11. t. 7.* *Populi* suffragia in nominationibus Magistratuum, *l. 1. quemadm. munera ciuilia. lib. 12. t. 5.*

PORCINVS. *Porcina*, *l. 2. & 3. de suariis. lib. 14. t. 4.* *Porcina* annonæ militaris pars, *l. 2. de erog. mil. ann. lib. 7 t. 4.*

PORCINARII, sunt iidem cum suariis, *l. 6. de suariis. lib. 14. tit. 4.* Hi porcinam carnem populo Romano distribuebant. Vide *Paratitlon de suar.*

PORPHYRIANI hæretici, *l. 66. de hæret. lib. 16. t. 5.*

PORRIGERE, pro emittere, concedere, præbere. Promissionis nostræ emolumenta *porreximus*, *l. 2. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2.* Priuilegia *porrecta* atque concessa, *l. 11. de cohort. lib. 8. t. 4.* Procurationem *porrigere*, *l. 23. de cursu. lib. 8. t. 5.* Scripta *porrigere*, *l. 12. de extraord. lib 11. t. 16. l. 78. de Decur. lib. 12. t. 1* Sententiam *porrigere* reo, *l. 134. de Decur. lib. 12. 1.* Vacationem munerum ciuilium *porrigere*, *l. 1. de Decur. lib. 12. t. 1.* 2.) *Porrigere* etiam de muliebri officio, & patientia vsurpatur, idemque est ac χαρίζεσθαι. *L. 3. ad leg. Iul. de adulter. lib. 9. tit. 7.* Cum Vir nubit in fæmina, viros *proiectura*, vbi Cod. Iust. legit, *in fæminam viris porrecturam.* Consule *Commentarium ad d. l. 3.*

PORTENTOSVS. *Portentosæ* superstitionis auctor Nestorius, *l. vlt. de hæret. lib. 16. t. 5.* Vilitatis *portentosæ* abiectæque pudicitiæ mulier, *l. 1. in fin. de reuoc. donat. lib. 8. t. 13.*

PORTICVS, *l. 39. 44. 45. 50. 52. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 12. de fœneris. lib. 15 t. 7.* *Porticus* etiam in sepulchris, *l. 5. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.*

PORTIO, pars rei, seu corporis. Assessor quædam vniuscuiusque Iudicis *portio* videtur, *l. 5. de his quæ admin. lib. 8. t. 15.* *Portio* luctuosa: vide *Luctuosa.* 2.) *Portio*, territorium. Decurio pro ea *portione* conueniatur, in qua ipse colligit, *l. 2. de exactionib. lib. 11. tit. 7.*

PORTIVNCVLA, *l. 13. de Senator. lib. 6. tit. 2.* notat portionem terræ desertam.

PORTITOR. *Portitor* præcepti, *l. 7. de execut. lib. 8. t. 8.* *Portitor* Frumenti, *l. vnic. ne quid oneri publ. lib. 13. t. 8.* *Portitor* Scriptorum, *l. vnic. si cert pet. de chirogr. lib. 2. t. 27.* *Portitor* Sacrarum litterarum, *l. 2. de litt. & itin. cust. lib. 7. t. 16.*

PORTORIVM, *l. 9. 13. de Veteranis. lib. 7. t. 20. l. 8. de metallis. lib. 10. t. 19.* id est, vectigal.

PORTVENSIS. *Portuensia*, ad portum vrbis R. pertinentia. Hinc horrea *portuensia. tit. de patron. horr. portuens. lib. 14. t. 23.* Condita *portuensia*, *l. 9. de suariis. lib. 14. t. 4* Mensores *portuenses*, *d. l. 9.* Hinc & via *portuensis*, quæ ab Vrbe Roma ad portum ducebat, apud Æthicum *Cosmograph. p. 716. Edit. Gronou.*

PORTVS, *l. 1. si quis pecun. conflau. lib. 9. t. 23.* *Portus* Constantinopolitanus, *l. 5. de calcis coctoribus. lib. 14. t. 6.* *Portus* Theodosianus, *l. 23. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* *Portus* expeditionales, *l. 2. de naufragiis. lib. 13. t. 9.* *Portus custodia*, *l. 1. de litor. & itiner. custodia. lib. 7. t. 16.* 2.) *Portus* quietis, *l. 16. de Agentib. lib. 6. t. 27.*

POSCERE. Reum *poscere*, *l. 2. de Iurisdictione, lib. 2. t. 1.* est, reum agere.

POSSESSIO. *Possessiones* ieiunæ & desertæ, *l. 5. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.*

POSSESSORES, *l. 91. 97. de annona. lib. 11. t. 1. l. 2. de extraordin. lib. 11. t. 16.*

POST. *Post* fata, *l. vlt. de metatis. lib. 7. t. 6.* *Post* legem primitus datam, *l. 7. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

POSTES, & *Postibus* affixa authoritas, *l. vnic. si cert. pet. de chirogr. lib. 2. t. 27.*

POSTHVMI, *l. 10. de bonis proscript. lib. 9. t. 12.*

POSTLIMINIVM, de eo est *lib. 5. tit. 5.* *Postliminium*, pro restitutionis beneficio, *l. 2. de repudiis. lib. 3. t. 16.*

POSTMERIDIANVS. *Postmeridianum* tempus, *l. 6. de offic. Rector. Prou. lib. 1. t. 7.*

POSTVLARE. De *Postulando* est *lib. 2. tit. 10.* *Postulari* testes dicuntur, *l. vltim. de fide testium. lib. 11. t. 39.* flagitari *l. 8. eod* peti, *l. 20. eod.* Dicuntur etiam Iudices *postulari*, *l. 2. de Iudiciis. lib. 2. t. 18.* *Postulatus* a Domino, id est, rogatus, *l. un. quod iussu. l. 2. tit. 31.*

POSTVLATIO, id est causa, *l. 4. de Princip. agentum. lib. 6. t. 28.*

POTENTIA. *Potentia* oppressus, *l. 1. de prædiis & mancipiis Curialium. lib. 12. t. 3.*

POTENS. De actionibus ad *potentiores* translatis est *tit. 13. lib. 2.* De his *qui potentiorum* nomina aut titulos prædiis affigunt, & in lite prætendunt, est *tit. 14. lib. 2.* De *potentioribus*, *l. 6. de pactis. lib. 2. t. 9. l. 2. de officio iudicum omnium. lib. 1. t. 10.*

POTESTAS, dicitur, de iis, qui honorem munusve in republica gerunt. *Potestates* Iudicum, id est Iudices, *l. 56. de cursu. lib. 8. t. 5.* Magistratus potestas, *l. 31. de Episc. lib. 16. t. 2.* quo sensu ἐξουσίας vox in sacris litteris. Maiores *potestates* *l. 3. de suariis, lib. 14. t. 4.* Temporales *potestates*, sunt seculares Iudices, *l. vlt. de Episc. lib. 16. t. 2.* Ordinaria *potestas*, *l. 1 si quacunque præditus potestate. lib. 3. t. 11.* Annonaria *potestas*, id est Præfectura Annonæ, *l. vlt. de pistorib. lib. 14 t. 3.*

POTIORES in Prouinciis, pro possessoribus, *l. 2. de publ. comparat lib. 11. t. 15.* 2.) *Potiorum* patrocinia, *l. 1. de nautibus non excusand. lib. 13. t. 7.* dicuntur eorum, penes quos erat imperium & qui variis effulgebant honoribus.

POTIRI modum, *l. 13. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.* nisi potius ibi legendum *commodo potiatur.* Sed veteres verbum *potiri* quarto casui iunxere, vt Grammaticis notum, & vel Lexica docere possunt.

POTIVS, magis. *Potius* inimica quam mater, *l. 2. de inofficioso testam. lib. 2. t. 20.* honoris locus præsumitur *potius*, quam tenetur, *l. 1. vt dignitatum ordo lib 6. t. 5.*

PRÆBERE, *l. 155. de Decurion. lib. 12. t. 1.* pro, implere & conferre. 2.) *Præbere*, præstare. Quantæ angariæ, vel quantæ operæ *præbendæ* sint, *l. 4. de extraordinar. lib. 11. t. 16.*

PRÆBITIO de conlatione annonaria, *l 1. de indictionibus lib. 11. t. 5. l. 4. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2.* hinc & titulus *de Salgamo hospitibus non præbendo. lib. 7. t. 9.*

PRÆBITOR. *Præbitores angariarum*, *l. 21. de cursu. lib 8. t. 5.*

PRAECAVERE. *Præcauetur* iuris ordine, *l. 2. de pactis. lib. 2. t. 9.* id est, iam ante olim caue-

cauetur. *Præcauere* satisdatione, *l. vltim. de testamentis. lib. 4. t 4.*

PRÆCEPS. Ne quicquam *præceps* in Christianæ reuerentiam cultionis admittant, *l. 21. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

PRÆCEDENTIA, prælatio. De ea agitur *lib. 6.* a titulo *vt dignitatum ordo seruetur* & *lib. 7. tit. 3. quis in gradu præferatur.*

PRÆCEPTVM pro quolibet iussu. *Præceptum* imperiale, *l. 3. de incestis nuptiis. lib. 3. t.* 12. *l. 2. de operibus publ. lib. 15. t.* 1. *Præceptum*, pro decreto, sententia, & quidem Iudicis militaris, *l. vlt. de sent. ex peric. recitandis. lib. 4. t. 17. l. 28. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Nemo Iudex officialem ad eam domum, in qua materfamilias agit, cum aliquo *præcepto* existimet mittendum, vt eandem in publicum protrahat, *l. 1. de offic Iud. lib. 1. t. 9. Præceptum* pro delegatione delegatoria, seu edicto & indictione, *l. vlt. de constitutionibus Principum. lib. 1. t. 1. l. 1. de superindicto. lib. 11. t. 6.* simili sensu *præceptio*, *l. 27. de annona. lib. 11. t. 21.*

PRÆCEPTIO. *Præceptio fidelis* & deuota, *l. 16. de Iudæis. lib. 16. tit. 8.*

PRÆCINCTI, *l. 3. de postulando. lib. 2. t. 10.* sunt omnes in dignitatibus positi. Vide *Commentar. ad h. l.*

PRÆCIPITARE. *Præcipitante* auaritia, *l. vnic. ne conlat. per logographos. lib. 11. t. 4.*

PRÆCIPITES, id est, affectibus in transuersum acti, *l. 3. de petition. & delatorib. lib. 10. t. 10.*

PRÆCIPVVM, quod peculiari iure præ aliis habetur, vt filiorum bona *præcipua*, *l. 1. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* Emolumenta *præcipua* familiaris substantiæ, id est, immunia ab annonis & tributis, *l. 1. de annona & tributis. lib. 11. t. 1.* Nemo ex nostra iussione *præcipuis* emolumentis familiaris iuuetur substantiæ.

PRAECOGITARE. *Præcogitare* abscessum, *l. 20. de cohort. lib. 8. t. 4.*

PRAECOMMODARE, in antecessum erogare. Quadringentos solidos *præcommodari* decernimus *l. 2. de Alexandr. pleb. primatib. lib. 14. t. 27.* vt prædelegatio, *l. 3. de indictionib. lib. 11. t. 5.* quæ leges coniungendæ.

PRAECONIVM. *Præconium* administrationis, *l. 52. de Decurionib. lib. 12. t.* 1. id est, testimonium, *l.* 1. *de honor. codicillis. lib. 6. t. 22. & l. 25. de Decur. lib. 12. t. 1.* Quanquam & ea voce forte allusum ad præcones, quos habebant maiores magistratus, vnde & præconii ius. Vide, quid sentiam *ad d. l. 52. in Commentar.*

PRAECVRRERE Porticus thermas Honorianas *præcurrat* acie columnarum. *l. 50. de operibus publ. lib. 15. t.* 1. id est, porticus thermis adiiciatur.

PRAEDA, *l. 5. ad l. Iul. repet. lib. 9. t. 27.* Neque alienum iurgium putent suam *Prædam prædas* agere *l. 29. de nauic. lib. 13. t. 5. l. 2. de discuss. lib. 11. t. 26.* In *prædam* mitti possessor dicitur, cum prædæ alicuius obiicitur, *l. 33. de annona. lib. 11. t. 1.*

PRÆDAMNATI, id est ante damnati, *l. 2. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

PRÆDATOR, *l. 9. de executorib. lib. 8. t. 8.*

PRAEDELEGATIO, *l. 3. de indictionib. lib. 15. t. 5.* id est, delegatio, quæ ante tempus emittitur.

PRAEDIA, de iis est *lib. 6. tit. 3. Prædia* confiscata, *l. 5. de desertorib. lib. 7. t. 18. Prædia* Reip. *l. 2. de locat. fundorum iur. emphyt. lib. 10. t. 3. Prædia* patrimonialia. & emphyteutica, & priuatæ rei, *l. 4. de conlat. fund. patrim. lib. 11. t. 19. Prædia*, perpetuo iure consignata, *l. 13. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* sunt emphyteutica. Vide *Commentar. ad l. 12. de extraordinar. Prædia* a domibus distracta, *l. 9. de murilegulis. lib. 10. tit. 10.* Vrbana *prædia*, *l. 2. de incorporatione. lib. 10. t. 9.*

PRAEDICABILIS, prædicandus, laudandus, *l. 2. 7. de famosis libellis. lib. 9. t. 34. l. 6. ad legem Iul. repetundar. lib. 9. t. 27.*

PRAEDO publicus Stilico, *l. 22. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

PRAEFECTVS. *Præfecti* sacrorum, *l. 14. de Paganis. lib. 16. t. 10.* De officio *Præfecti* Prætorio, *lib. 1. tit. 5. lib. 6. tit. 7. Præfecti* pagis, *l. 1. de pignorib. lib. 2. t. 30.*

PRAEFECTIANI, id est, Præfecti Prætorio officiales, de his *l. vnic. ne Præfectianus. lib. 12. t. 10.*

PRAEFECTORII, id est, Præfectura functi, *l. 12. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

PRAEFERRI: vide *infra Prælatus.*

PRAEFVLGERE. *Præfulgere* honore præclaræ Curiæ, *l. 3. de fide testium. lib. 11. t. 39.*

PRAEIVDICIVM, quid, &, vt a sententia differat, *l. 40. de appell. lib. 11. t. 30.* A *præiudicio* an appellari possit, *l. 2. 25. 39. 40. 44. 59. de appell. lib. 11. t. 30. l. 1. 2. 3. 5. 11. 15. 16. 18. 25. 30. quorum appell. non recipiantur. lib. 11. t. 36.* Rescripto Principis *præiudicium* remitti potest, *l. 3. de diuers. rescript. lib. 1. t. 2.* Sanguinis *præiudicio* postulari ad Curiam, *l. 19. de Episcop. lib. 16. t. 2.* id est, actione præiudiciali, & caussa status. Scænicum *præiudicium*, *l. 4. 9. de scænicis. lib. 15. t. 7.* id est, vinculum naturale conditionis. *Præiudicio* contractæ tarditatis exutus, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.* id est, damno aut incommodo tarditatis liberatus.

PRAEIVDICIALIS. Multa *præiudicialis*, id est, immaturæ appellationis multa, veluti a præiudicio, *l. 50. 65. de appellat. l. 11. t. 30. l'amende de fol appel.*

PRAELATIO & quis in gradu præferatur *lib. 7. tit.* 3. Vide *præcedentia.*

PRAELATVS. *Prælato* legis tenore, *l. 31. de Episc. lib. 16. t. 2. Prælata* authoritate oraculi, *l. vnic. si per obreptionem. lib. 11. t. 13.*

PRAEMATVRVS. *Præmatura* cupiditate, *l. 69. de Decur. lib. 12. t. 1.*

PRAEMEDITARI, *l. 3. de abolitionib. lib. 9. t. 37.*

PRAEMIVM de gentilium oblationibus diis suis, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* 2.) *Præmia* pollicetur princeps ei, qui ore proprio edicit, quæ per famosum libellum antea prosequenda putauerat, dummodo assertionibus fidem adstruere valuit, *l. 7. de famosis libell. lib. 9. t. 34.* Viri fortis *præmia*, *l. 28. de cohort.*

PRAEOCCVPARE violentia litem, *leg. 2. vnde vi. lib. 4. t. 22.*

PRAEPARARE. *Præparari* buccellatum dicitur, *l. 2. de excoct. & transl. ann. lib. 7. t. 5.* 2.) *Præparare* proprie dicitur metator, *l. 10. de metatis. lib. 7. t. 8.* 3.) *Præparare* animalia, manceps cursus publici dicitur, *l. 9. de curiosis. lib. 6. t. 29.*

PRAEPOSITI. De *præpositis*, susceptoribus, arcariis est *lib. 12. tit 6.* vbi vide *Paratitlon. Præpositi* & tribuni Scholarum, *l. un. de Comit. & tribun. Scholar. lib. 6. t. 13.*

PRAEPOSITVRA, *l. vnic. de Comit. & trib. schol. l. 6. t. 13. l. 18. de tyron. lib. 7. t. 13.* vbi intelligenda *præpositura* scholarum militarium. *L. 25. de susceptorib. lib. 12. tit. 6.* loquitur de *præpositura* horreorum. Annonarum *præpositura* occurrit *l. 2. quemadm. mun. ciuil. lib. 12. t. 5.*

PRAEPOSTERVS. *Præpostera* cupiditas, *l. 3. de Agentibus. lib. 6. t. 27. præpostera* ratio, *l. 12. de fide testium. lib. 11. t. 39.*

PRAE-

PRAEPOTENTES. Patrocinium *præpotentium* in medicis subrogandis, &c. *l. 8. de Medicis. lib. 13. t. 3.*

PRAEPROPERVS. *Præpropera* cupiditas, id est, valde propera seu fœda, *l. 1. de Episcop. Iudic. lib. 16. t. vlt.* vide *infra Properus & supra Deproperus.*

PRAEPROPERE. *l. 2. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* id est impatienter, vt *l. 3. eod. tit.* dicitur.

PRAEROGARE, pro ante erogare expensas, *l. 6. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* & *l. 29. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2.) *Prærogata* lex, *l. 1 de Episcopal. iudicio, lib. 16. t. vlt.* est olim lata rogataque.

PRAEROGATIVA *Prærogatiua* nominis superflui, *l. 116. de Decurion. lib. 12. t. 1.* veteris Romæ & Constantinopoleos *prærogatiua*, *l. 45. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

PRAESCRIBERE, pro perscribere, *l. 14. de exactionib. lib. 11. t. 7.* nisi forte ibi reponendum, *perscribant.*

PRAESCRIPTIO, exceptio, qua reus agentem accusantemue repellit. *Præscriptio* communis, *l. 9. de hæret. lib. 16. t. 5.* Occurrere *præscriptiones* atque perstrepere examini consueuerunt, *in l. 7. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. t. 7.* *Præscriptiones*, id est, exceptiones, *l. vnic. de dominio rei quæ poscitur. lib. 2. t. 5.* artificiosa obstacula dicuntur. De *præscriptionibus* sunt *tres tituli libri 4. t. 13. 14. 15.* *Præscriptiones* peremptoriæ, *l. 3. de diuers. rescript. lib. 2. t. 2.* & *l. 2. 37. de appell. lib. 11. t. 30.* pro definitiua sententia. *Præscriptiones* moratoriæ, *d. l. 3.* *Præscriptionis* captiosæ vincula in iudicio promi, multa non patiuntur, *l. 1. de Episcop. indic. lib. 16. t. 12.* Cœlestes *præscriptiones*, pro Imperialibus concessionibus, *l. 26. de cohort. lib. 8. t. 4.* Vide ibi *not. i.*

PRAESENTARE, exhibere. *Præsentare* agonothesian, *l. 109. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Examini *præsentari*, *l. 3. de bonis vacant. lib. 10. t. 8.* *Præsentari*, *l. 31. circa finem de Episcopis. lib. 16. t. 2.* male Tribon. *flagitari.* *Præsentari* enim hic est, Iudicibus exhiberi. 2.) *Præsentari* pro publico conspectui ceu magnificum quid exhiberi. Summas domus, si lauacris lautioribus *præsententur*, *l. 3. de aquæductu. lib. 15. t. 2.*

PRAESENS. In *præsenti* esse, vel constitutum esse, *l. 28. de erog. milit. annonæ. lib. 7. t. 4. l. 1. de scænicis. lib. 15. t. 7.* 2.) In *præsenti*, est in comitatu Principis, *l. 1. de domesticis & protector. lib. 6. t. 24.* Inde dicuntur *Præsentales*, *l. vlt. Cod. Iust. eod.* 3.) *Præsentes*, dicuntur magistratum in præsenti gerentes. Hinc etiam *Præsentes*, & administrationum honore functi opponuntur, *l. 13. de accus. lib. 9. t. 1.*

PRAESENTIA. Sui *præsentiam* facere, *l. 23. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PRAESIDALIS, ad præsidem pertinens. *Præsidalis* industria, *l. 1. de offic. Rect. Prou. lib. 1. t. 7.* *Præsidalis* administrationis dignitates, *l. 5. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* *Præsidale* officium, id est præsidis, *l. 2. de venat. ferar. lib. 15. t. 11.*

PRAESIDATVS, *l. 2. de Princip. agentium. lib. 6. t. 28. l. 4. de Decurion. lib. 12. t. 1.* est Præsidis honoraria dignitas. Hinc Prærogatiua *præsidatus*, *d. l. 4. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PRAESIDERE. Legi Iudaicæ *præsident*, *l. 2. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* vbi intelligendi Archisynagogi. Vid. *Commentar. ad h. l.*

PRAESIDENTES, pro Præsidibus & Rectoribus Prouinciarum, *l. 13. de diuers. offic. lib. 8. t. 7.*

PRAESIDIVM. *Præsidium* armatæ apparitionis, *l. 31. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Legum *l. 2. de integ. rest. lib. 2. t. 16.* Sanctionum *l. 1. de integr. rest. lib. 2. t. 16.* *Præsidia* firmissima aduersus calumnias, *l. 8. de famosis libell. lib. 9. t. 34.* Militiæ *præsidia*, & ad ea confugere, *l. 11. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 38. eod. tit.* Pacis *præsidium*, id est, defensio pacis. Pacis huiusmodi locupletioribus commissura (sedes tua) *præsidia*, *l. 1. de birenarchis. lib. 12. t. 14.*

PRAESTANTIA *tua.* Titulo hoc nonnullos Magistratus affati Principes, *l. 39. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 1. de lusoriis Danubii. lib. 7. t. 17.*

PRÆSTRICTI, *l. 7. de Legatis. lib. 12. t. 12.* obligati, obnoxii. Multæ competentis denunciatione *præstrictis* his, qui Prouincias moderantur, *d. l. 7. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

PRÆSTIGIÆ. Ne vllis *præstigiis* atque commentis exactio mutiletur, *l. 31. de annona. lib. 11. t. 1.*

PRAESTRINGERE. Id etiam huius legis authoritate *præstringimus*, *l. 5. de agentibus in rebus. lib. 6. t. 27.* id est, præstituimus, comminamur, denunciamus.

PRAESVMERE, est vel ante sibi sumere vel præter solitum sumere, *l. 11. de metatis. lib. 7. t. 8. l. 4. de pascuis. lib. 7. t. 7.* 2.) Negotium *præsumptum*, id est anticipatum, *l. vlt. de relat. lib. 11. t. 29.* *Præsumere* enim hoc loco, est Iudiciorum ordine neglecto, violato, litem præpropere agere.

PRAESVMTIO est actio inlicita, iniusta. *Præsumtio* Iudicum, *l. 14. de operibus publicis. lib. 15. t. 1.* 2.) *Præsumptio* pro inuasione. Tyrannica *præsumptio*, *l. 11. de indulg. criminum. lib. 9. t. 38.*

PRAESVMTOR. *Præsumtor* infaustus, id est tyrannus, *l. vltim. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

PRAETENDERE verbum militare, idem notat, ac custodire limites. In locis quibus *prætendunt*, *l. 1. de commeatu. lib. 7. t. 12.* Consule *Commentarium* ibi, & Salmasium *in Solin. pag. 295.* 2.) *prætendere* est velamento se quodam defendere. *Prætento* veluti quodam beneficio, *l. 15. de exactionibus. lib. 11. t. 7.*

PRAETER, pro coram. *Præter* circense certamen, *l. 7. de scænicis. lib. 15. tit. 7.* vbi consule *Commentarium.* 2.) *Præter* pro citra, *l. 3. de Decurionibus & silentitariis. lib. 6. t. 28.*

PRAETEREA, id est, præter, *l. 17. de proximis. lib. 6. t. 26.*

PRAETORIVM. *Prætoria* Iudicum, *l. 3. de offic. Iudicum omnium. lib. 1. t. 9.*

PRAETORIANVS. *Prætoriana* scrinia, id est, Præfecti Prætorio, *l. 13. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.*

PRAETOR. De *Prætore* tutelari, *l. 3. de tutor. lib. 3. t. 17.* De *Prætoris* iurisdictione, *l. 16. de Prætoribus. lib. 6. t. 4.*

PRAEVARICATIO, id est, Apostasia, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

PRAEVARICATOR. *Præuaricatoris* calliditas, *l. 3. de Aduocato fisci. lib. 10. t. 15.*

PRAEVENTVS. *Præuenta* liberalitate principali, id est, circumuenta, *l. 2. de bonis vacant. lib. 10. t. 8.*

PRAGMATICVM est Edictum principis. *Pragmatici* nostri statuta, *l. 36. de annona. lib. 11. t. 1.* Vide *Paratitl. de constitut. Princip.*

PRAVITAS. Ab omni suspicione *prauitatis* alienos, *l. 9. de tyron. lib. 7. t. 13.*

PRAVVS. *Praua* hominum voluntates, *l. 41. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

PRECATIO, pro precibus principi oblatis, *l. 36. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Colorata *precatio*, *l. 15. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* paulo ante, rescripta obreptionibus impetrata.

PRECES, libelli, qui imperatoribus porriguntur. De his *precibus* vide *Paratitlon de constitut. principum.*

cipum lib. 1. t. 2. 2.) *Preces* sunt sacrificia Diis oblata. Ita nefariæ, *l. 7. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

PREMI crimine, *l. 12. de accus. lib. 9. t. 1.*

PRESBYTERI Christianorum: vide *Parat. de Episc. lib. 16. t. 2.*

PRIDEM, id est, ante decennium, *l. 2. de falsa moneta. lib. 9. t. 21.*

PRIMARII Curiarum, *l. 39. de Decur. lib. 12. t. 1.*

PRIMATES vrbium, vicorum, castellorum, *l. 13. de desertorib. lib. 7. t. 18. l. 30. de susceptoribus. lib. 12. t. 6. l. 3. de his, qui super religione contendunt. lib. 16. tit. 4. Primates, l. 4. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 4. de administr. & periculo tutorum. lib. 3. t. 19. l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20. l. 8. de Iudæis. lib. 16. t. 8. l. 2. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26. l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40. l. 2. de Curat. Kalend. lib. 12. t. 11.* *Primates* officii, *l. 3. de adsessoribus domesticis. lib. 1. t. 12.*

PRIMICERIATVS dignitas, *l. vnic. de decanis. lib. 6. t. 33.* Consule *Commentar.*

PRIMICERIVS, in quocunque ordine primum locum obtinens. *Primicerius* domesticorum, *l. 6. 8. 9. 10. 11. de domesticis. lib. 6. t. 24.* *Primicerii* scriniorum, *l. 3. 14. 19. 21. de Palatinis. lib. 6. t. 30.* Dicuntur & *Primiscrinii.* Consule *Notit. Dignit.*

PRIMIPILVM, *l. 11. de Decurion. lib. 12. t. 1.* est annona, quæ datur primipili centurionibus, vt inter milites distribuatur. Vide *not. c. ad d. l.* & du Fresne in *Glossario voc.* πριμίπιλον. Necessitas *primipili*, *l. 7. de cohort. lib. 8. t. 4.* Pastus *primipili*, *l. 8. 10. 11. 16. de cohortalibus. lib. 8. t. 4.* vide supra *Pastus.*

PRIMITVS, pro prius, *l. 12. de ann. lib. 11. t. 1.*

PRIMORES officii, *l. 4. de desert. lib. 7. t. 18.*

PRIMVS. *Primus* honor, *l. 4. de Agentib. lib. 6. t. 29.* non est summus, verum vltimus, qui scilicet primus receptis intra scholam defertur. *Primus* Curiæ, *l. 127. 171. 189. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* *Primum* tempus vocantur Kalendæ Martiæ, *l. 27. 105. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* *Primi* Clerici, *l. 24. de Episcop. lib. 16. t. 2. l. 13. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* sunt Presbyteri, Diaconi. Vide & *l. 10. de fide testium. lib. 11. t. 39.*

PRINCIPES agentium in rebus. De iis est *libro 6. tit. 28.* De *Principibus* & principatu officiorum, est pro parte *titulus 4. lib. 8.*

PRINCIPALIS. *Principalis* causa, *l. 15. de appellat. lib. 11. t. 30.* & *principalis* quæstio, *l. 2. de Iudiciis. lib. 2. t. 18. l. 1. vnde vi lib. 4. t. 23.* est causa proprietatis. 2.) Munificentia *principalis*, *l. vltima, de annona. lib. 11. t. 4.* id est, principis. Ita etiam sanctio *principalis*, *l. 29. de Prætor. lib. 6. t. 4.* *Principale* beneficium, *l. 1. de diuersis officiis. lib. 8. t. 7.* Iudicium *principale*, *l. 14. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 55. de appellat. lib. 11. t. 30.* 3.) *Principale* pro primo. Sic *principale* coniugium, id est primum, *l. 3. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* Negotium *principale*, *l. 15. de appell. lib. 11. t. 30. l. 3. 14. quorum appell. lib. 11. t. 36.* (*premiere Instance.*) 4.) *Principales* Vrbium, Curiarum, *l. 40. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* A *principalibus* distributionum omnium forma procedit, *l. omnis de iis, quæ administrant. lib. 8. t. 15.* De his vide Paratitlon *de Decurionib. lib. 12. t. 1.* 5.) *Principale* nomen, id est, titulus directus, vniuersalis. Ita *l. 17. de hæret. lib. 16. t. 5.* Non habeant licentiam relinquendi hæredem nomine *principali*, non fideicommissario.

PRINCIPATVS officium & honor principum agentium in rebus. *Principatus* honoraria dignitas, *l. 19. de Agentib. lib. 6. t. 27.* 2.) *Principatus* officiorum, *l. omnis de iis, quæ administrant. lib. 8. t. 15.* est dignitas primi inter officiales iudicum. 3.) *Principatus* est omne ministerium ecclesiasticum, *l. 19. de hæret. lib. 16. t. 5.* Qui retinent *principatum*, hoc est, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Lectores.

PRINCIPALITAS dicitur honor principalium curiarum, *l. 6. de quæstionib. lib. 9. t. 35.* Personæ *principalitatis* honore munitæ.

PRINCIPIA. Ita dicitur locus iudiciorum militarium. Cum introisset *principia*, *l. 2. de veteranis. lib. 7. t. 20.* Vide *Commentarium ad h. l.*

PRIOR tempore, potior iure & ordine, *l. 1. de Præfect. prætor. lib. 6. t. 7.*

PRIVATIANI, sunt officiales Comitis Rer. Priuat. & Largitionalibus, id est, Officialibus Comitis S. L. opponuntur, *l. vlt. de palatin. S. L. lib. 6. t. 30.*

PRIVATVS. Priuatum & *priuata* absolute, pro re priuata principis, *l. vlt. de locat. fundor. lib. 10. t. 3. l. 5. de exactionib. lib. 11. t. 7.* Hinc *priuatarum* Comes, id est rerum priuatarum Principis, *d. l. vlt. l. 120. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Comitiua *priuatarum*, *l. 49. de appellat. lib. 11. tit. 30.* Officium *priuatarum*, id est, officiales Comitis R. P. *l. 18. de palatin. Sacr. Largit. lib. 6. t. 30.* Magistri *priuatæ*, *l. 14. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Consule *Commentarium ad l. 5. de exactionib. lib. 11. t. 7.* 2.) *Priuatæ* conditionis homines, opponuntur militibus, *l. 2. de terris limitaneis. lib. 7. t. 15.* *Priuati* Iudices, *l. 9. de infirmandis his, quæ sub tyrannis. lib. 15. t. 14.* sunt Arbitri. *Priuatarum* litium cognitores, id est, qui inter priuatos cognoscunt, ad differentiam eorum, qui inter fiscum & priuatos, *l. 5. ad legem Iul. repetundar. lib. 9. t. 27.* *Priuata* priuilegia, *l. 4. de itinere muniend. lib. 15. t. 3.* sunt personalia rescripta, vt vocantur, *l. 5. eod. tit.* *Priuati* omnes præter Imperatores, *l. 1. de expensis ludorum, lib. 15. t. 10. l. 3. de metatis. lib. 7. t. 6. l. 5. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* ibi enim sunt *priuatæ* indulgentiæ, Iudicum indulgentiæ, seu a Iudicibus concessæ, qui respectu principis priuati sunt. Adde etiam *l. 59. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* qua idem κατὰ διαστολὴν continetur. *Priuati* militibus opponuntur *l. 2. de falsa moneta. lib. 9. t. 21.* *Priuati* Senatoribus opponuntur, *l. 4. de naufragiis. lib. 13. t. 9.* 3.) *Priuatum* absolute pro balneo, *l. 12. de metatis. lib. 7. tit. 8.* Nec *priuatum* quisque a domino ædium postulet. *Priuatum* hic non tantum Tribonianus, sed & Græci pro balneo acceperunt, quos vide in *Commentario ad hanc legem.* Satis tamen non liquet, præsertim, cum Hesychius *Priuatum* interpretetur, locum ergasterii, πριβάτον, τόπος ἐργαστηρίε.

PRIVILEGIVM. *Priuilegium* priuatum, dignitatis priuilegio opponitur, *l. 4. de itin. mun. lib. 15. t. 3.* & personale rescriptum vocatur, *l. 5. d. t.* *Priuilegibus*, pro *priuilegiis*, *l. 7. de tyron. lib. 7. t. 13.* vers. ipsorum etiam qui militaturi sunt *priuilegibus* accedentibus.

PRO. *Pro* possessore, *pro* hærede possidere, *l. 12. in fin. de fide testium. lib. 11. t. vlt.*

PROBA est, equorum probatio. Vt ab stratoribus vnus tantum solidus *probæ* nomine posceretur, *l. vnic. de stratoribus. lib. 6. t. 31.* Consule *Commentarium ad h. l.*

PROBABILIS. *Probabilis* sæculo disciplina, de clericatu, *l. 44. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Negotium *probabile*, & *probabilis* negotii merita, *l. vnic. de his, qui potentiorum nomine. lib. 2. t. 14.*

Proba.

Probabilis vitæ ſtudium, id eſt, Eccleſiaſticæ, clericatus, *l. 7. de cohort. lib. 8. t. 4.* *Probabiles* Sacerdotes, *l. 3. de fide Catholica. lib. 16. t. 1.* Res *probabiles*, *l. 6. de Legatis. lib. 12. t. 12.* *Probabiles* ex ſcænicis, *l. 2. de ſcænicis. lib. 15. t. 7.* his qui vulgarem vitam exercent, ea lege opponuntur. *Probabile* & celebrandum inſtitutum, *l. 10. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Probabilia* & manifeſta documenta, *l. 28. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* non ſunt veriſimilia, ſed quæ probationem & fidem omnino faciunt, certa atque manifeſta.

PROBABILITER. Quæ *probabiliter* principibus afferantur, *l. 9. de Legatis. lib. 12. t. 12.*

PROBAMENTVM, pro probatione. *Probamenta* confutare, *l. vlt. de prædiis nauicular. lib. 13. t. 6.*

PROBARE. *Probari* milites dicuntur, *l. 25. de filiis militarium apparitorum. lib. 7. t. 22.*

PROBATVS. *Probata* ætas, pro legitima, *l. 7. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

PROBATORIA, dicitur libellus principis e ſacris ſcriniis emiſſus, quo probabantur & eligebantur officiales. *Probatoriæ* officiorum & apparitorum. De his eſt in partem *tit. 7. lib. 8.* & *Rubrica eiusdem tit.* *Probatoria* ex ſacris ſcriniis emiſſa, *l. 21. 22. 23. de diuerſ. offic. lib. 8. t. 7.*

PROBROSVS. *Probroſa* conhibentia, de eo qui tacitam fidem accommodat teſtatori in fraudem, *l. 27. de Epiſcopis. lib. 16. t. 2.* Notæ *probroſæ*, *l. 1. de ſecundis nuptiis. lib. 3. t. 8.* *Probroſum* atque poſtremum eſt, *l. 39. de Decurion. lib. 12. t. 1*

PROCACITAS. *Procacitas* ſtupri, *l. 2. de repudiis. lib. 3 t. 16.*

PROCAX. *Procax* licentia, *l. 2. de Maiuma. lib. 15. t. 6.* Væſania *procax*, *l. 14. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

PROCEDERE, pro publice quid fieri, emanare, *l. 20. de exact. lib. 11. t. 7.* Auctoritas *procedit*, *l. 25. de nauic. lib. 13. t. 5.* Indictio *procedit*, *l. 15. de proximis. lib. 6. t. 26.* Sanctio *procedit*. *l. 29. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* 2.) *Procedere*, ſuccedere. In locum parentum *procedant*, *l. 9. de filiis milit. apparit. lib. 7. t. 22.*

PROCERES ſunt Senatores, *l. 1. de nuptiis. lib. 3. t. 7. l. 12. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* Symmach. *lib. 3. ep. 63.* 2.) *Proceres* Iudæorum, *l. 10. de Iudæis lib. 16. t. 8.* ſunt Iudæorum maiores, ἄρχοντες, qui diſciplinæ & modeſtiæ erant inſpectores. Vide *Commentar. ad leg. 1. de Iudæis.*

PROCERITAS in milite, *l. 5. de re milit. lib. 7. t. 1.* Veget. *lib. 1. cap. 5.*

PROCESSVS temporis, *l. 3. tributa in ipſis ſpeciebus. lib. 11. t. 2.*

PROCINCTVS bellicus, *l. 2. de domeſticis. lib. 6. t. 24. l. 13. de metatis. lib. 7. t. 6.*

PROCONSVLARIS. *Proconſularis* Prouincia, id eſt Africa, *l. 22. de tyronib. lib. 7. t. 13.* Honores *Proconſulares*, *l. vn. de præpoſit. ſacri cubiculi. lib. 6. t. 8.*

PROCONSVLATVS. *Proconſulatus* inſignia, *l. 1. de comitibus rei milit. lib. 6. t. 14. l. 4. de honor. codic. lib. 6. t. 22.*

ROCONSVLES. De *proconſulibus* in genere, & de ſingulis proconſulibus Achaiæ, Aſiæ, Africæ, Palæſtinæ, Numidiæ: vide *Notit. Dignit.* De appellatione a *proconſulibus*, *l. 30. de appell. lib. 11. t. 30.*

PROCRASTINARE. *Procraſtinata* authoritate, *l. 8. de deſertoribus. lib. 7. t. 18.*

PROCRASTINATIO. *l. 28. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

PROCVL. *Proculdubio* vindicare, id eſt, ſine vlla exceptione, *l. vnic. de officio Vicarii. lib. 1. t. 6.*

PROCVRATIO. *Procuratio* curſus publici, *l. 23. 26. 28. 36. de curſu. lib. 8. t. 5.* Poſſeſſionum *procuratio*, *l. 8. de deſert. lib. 7. t. 18. l. 13. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

PROCVRATORES, qui ad agendum negotium mandato vtuntur accepto. De his eſt *titulus 12. lib. 2.* *De cognitoribus & procuratoribus.* 2.) *Procuratores* Curiarum, *l. 32. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* Dicuntur etiam Curatores Ciuitatum Curatores Reipublicæ, adminiſtrabantque totius ciuitatis res, & curam gerebant fundorum, ædium, pecuniarum. Creabantur hi a principe, quod probo *in Commentario ad leg. 20. de Decurionib.* vbi de munere hoc publico abunde dictum. 3.) Domus auguſtæ *procuratores*, *l. vnic. de priuileg. domus auguſtæ. lib. 10. t. 25.* 4.) Rei dominicæ *procuratores*, *l. 13. de iure fiſci. lib. 10. t. 1.* De *Procuratoribus* rei priuatæ, eſt ex parte *tit. 4. lib. 10.* 5.) *Procuratores* annonæ militaris, *l. 1. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* 6.) Curſus clabularii *procuratores*, *l. 20. de curſu. lib. 8. t. 5.* 7.) Senatorum *procuratores*, *l. 2. quibus equorum vſus. lib. 9. t. 30.* qui villas Senatorum adminiſtrabant.

PROCVRARE. *Procurare* ſolutionem annonariam, *l. 3. de conlat. fundor. lib. 11. t. 19.*

PROCVRATIO pro officio, *l. 3. de cohort. lib. 8. t. 4.*

PRODERE. *Prodere* honorem, *l. 15. de Decurion. lib. 12. t. 1.* dicitur, qui eo abutitur.

PRODIGA in annonario titulo, *l. 1. de fide & iure haſtæ. lib. 10. t. 17.* ſunt annonæ, quæ in ſpeciebus & annonis a collatoribus ſoluebantur: veluti vinum, frumentum, de quibus *tit. de annona & tributis*, & in fine *Commentar. ad d. l. 1.*

PRODIGIALIS. *Prodigialis* appellatio, *l. 9. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* de Encratitis.

PRODIGIVM. *Prodigium* lutulentum. Eutropium, Eunuchum conſulem ita vocat Arcadius, quod diuinum præmium conſulatus contagione fœdauit, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Nefandum *prodigium* ſectarum, *l. 6. de hæreticis. lib. 16. t. 5.*

PRODIGVS. *Prodigus* famæ ſuæ, *l. vnic. de his, qui potentiorum nomina. lib. 2. t. 14.* Sui *prodigus raptor*, *l. vlt. de raptu & matrimon. ſanctim. lib. 9. t. 25.*

PRODITI pro editi, *l. 1. de proximis. lib. 6. t. 26. l. vnic. quod iuſſu. lib. 2. t. 31.*

PRODITIO. *Proditio* tutorum & curatorum, *l. 3. de adminiſtr. per. tutorum. lib. 3. t. 19.*

PRODVCI pro e longinquo educi, *l. 1. de denunciat. lib. 2. t. 4.* *Producti* e cuſtodiis rei, *l. 18. de accuſ. lib. 9. t. 1. l. vlt. de cuſtodia reorum. lib. 9. t. 3.*

PROFANVS. *Profana* inſtitutio, de hæreticorum doctrina, *l. 3. de hæreticis. lib. 16. t. 5.* *profana* mens. *lib. 26. dict. tit. de hæreticis.* *profana* myſteria, *l. 36. d. t.* *profana* præcepta, *l. 24. d. t.* *Profanorum* improbitas, *l. 4. d. t.* *Profani* ritus, id eſt, gentilium ritus, *l. 17. de Paganis. lib. 16. t. 10.* & *profanus* pagani ritus error, *l. 21. d. t.* Vnde libello Materni titulus, *de errore profanarum religionum.*

PROFANARE baptiſma ſanctum per apoſtaſiam, *l. 9. de apoſtatis. lib. 16. tit. 7.*

PROFANATOR atque corruptor catholicæ diſciplinæ, *l. 9. de heret. lib. 16. t. 5.*

PROFESSIO. Apud cenſitores *profitebantur* poſſeſſores modum poſſeſſionum ſuarum, hinc *profeſſio*

fessio l.1. de censu, lib.13.t.10. & *Professio* publicæ functionis, *l.3. ne conlationis translatio. lib.11. tit.22.* 2.) *Professio* pro ipsa possessione, *l.2. si petitionis socius. lib.10.tit.14.* 3.) *Professio*, disciplina, *l.27. de Episcopis lib.16. titul.2.* Persuasa *professio*, id est, imaginaria disciplina, species religionis. 4.) *Professio* pro nuda iactatione, obtrectatione improbata in criminalibus; itaque *in l.5. de accusat.lib.9.t.1.* opponuntur subscriptio & *professio* criminis, seu professionis licentia & temeritas. 5.) *Professio* Odii, *l.12. de petitionibus. lib.10.tit.10. Professio* religiosa, *l.7. de hæreticis.lib.16. tit.5.* Id est, professio religonis. Ita etiam apud Sidonium *lib.4.epist.13. Professione religionis arrepta.* 6.) *Professio* pro oneris susceptione, *l.32. de nauicular.lib.13. tit.5.*

PROFESSVS sacræ religionis, id est, Clericatus (iade professus) *l.39. de Episcopis. lib.16 tit.2.Professionem* Clericatus interpres, ad eam *leg.* voce.

PROFESSVS. *Professa* testataque scelera, *l.vlt.de bonis proscriptorum.lib.9. tit.42.*

PROFESSORES. De *professoribus* fuse propriis titulis. Vide *Indicem*.

PROFICERE, prodesse. Aut si forte non *profecerit* correctio. *l.18. de annona.lib.11.t.1.* iunge *l.4. Codicis Iustiniani, Comminationes, epistolas.*

PROFLIGARE, exigere. Vniuersæ pensitationis *profligandæ*, quæ fuit, reuiuiscat solemnitas, *l.4. ne conlationis translatio. lib.11. t.22.* Id est a compulsoribus exigendæ pensitationis. Necessitatem aliquam profligare, *l.9. de executoribus. lib.8.t.8.* id est, tributa exigere.

PROFLIGATIO debitorum, id est, exactio, *l.10. de palat.sac.largit.lib.6. t.30.*

PROFVGVS. De colonis *profugis*, *l.7. de ann.lib.11.tit.1.*

PROFVNDERE, id est, prodigere vltra statutum modum, *l.vlt. de prætor. lib.6. t.4.*

PROGRAMMA criminale, *leg.29. de petition. lib.10.tit.10.*

PROGRESSVS, id est, ordo promotionis, processus, *l.2. quis in gradu.lib.7.t.3.*

PROIICI dicuntur, qui corpore aliquo eiiciuntur, *l.8. de Iudæis. lib.16. t.8.* vel quæ inhoneste donata sunt, *l.1. si certum petatur de suffrag. lib.2. tit.27.*

PROIECTI, pro expositis, *leg.1. de expositis. lib.5.tit.7.*

PROLATOR, id est, qui profert Scripturam, *l.vn.si certum petatur de chirographis.lib.2.t.27.*

PROLATVM, pro dilatum, *leg.14. de exact. lib.11. tit.7.*

PROLIXVS. *Prolixa* stipendia, id est, ampla salaria, *l.penult. de palat.sacr.largit.lib.6.t.30.*

PROMERE. *Promere* largitatem, *l.6. de his, quæ administr. lib.8.t.15.* pro conferre donationem. Consensum *promere*, *l.49. de Decurion. lib.12. t.1. Promendæ* indictionis tempus, *l.8. de extraord.lib.11. tit.16.* Vltio *promenda*, *l.40. de Episcop.lib.16. t.2. Promi* sententia dicitur, *l.1. de Episcop. iudicio. lib.16.tit.vlt.l.8. de infirm. his quæ sub tyrann.lib.15. tit.14. Prompta* lex, *l.74. de Decur. lib.12. t.1.* id est, lata.

PROMERERE. *Promerere* releuationem, id est, obtinere, impetrare, *l.5. de conlat. Donatarum. lib.11.t.20.*

PROMISCVVS. *Promiscua* fruges, *l.3. de veteranis. lib.7.t.20.* id est, omnis generis. *Promiscua* generalitate decernimus, *l.vn. ne quis in sua causa iudicet, lib.2.t.2.* vbi in *Codice Iustiniani* Generali lege, repositum.

PROMISSIO in vaticinatoria, *l.9. de paganis.lib.16.tit.10.* Eodem sensu vox *polliceri*, *l.12. de paganis.lib.16.t.10.* spem alieni interitus polliceri.

PROMITTERE. *Promittere* relationem, *l.2. de relationib. lib.11.t.25. l.5.8.31.34.65. de appellat. lib.11.t.30.* id est, spondere, *l.5. de relationib.lib.11. t.29.* Vide *not.f. ad d.l.2.*

PROMOTIO. *Promotio* accusationis, est probatio, *l.4. de famosis libellis.lib.9.t.34.* Qui accusationis *promotione* confidat, id est, qui accusandi fiduciam gerit, vt est *in l.2. eiusdem tituli*, & certo persuasum habet, se posse accusationem promouere, id est, probare. 2.) *Promotio*, quando quis in ampliorem gradum provehitur. *Ordo promotionis* seruandus, *l.1. de diuersis officiis.lib.8.t.7.* In militia, non per saltum promouendi, *l.7. de re militar. lib.7.t.1.* Honestæ *promotiones*, *l.14. de Decurionib. lib.12. tit.1.*

PROMOTVS est in gradu aliquo constitutus. *Promotus* a militia separatur, *l.2. de falsa moneta. lib.9.t.21.* Vide *Commentar. ad h.leg.*

PROMTE. *Promptius* præcepta suscipiant, *l.39. de Decurion.lib.12. t.1.*

PRONEPOTES, *l.8. de legitimis hæredit. lib.5. t.1. l.6. de reuocandis donat.lib.8.t.13.l.9. de maternis bonis, lib.8.t.18.*

PRONVNCIATIO pro sententia, *l.vn. de officio præfectorum pratorio. lib.1.t.5. Pronunciatio* iudicis requisita in specie, *legis quartæ de exhibendis reis.lib.9. t.2.*

PRONVNCIATVS. *Pronunciatos* delatores, puniri gladio iussimus, *l.10. de petitionib. lib.10. tit.10.* id est, falso detulisse, pronuntiatos, atque adeo calumniatores, falsos delatores.

PROPAGARE ordinem legis, pro extendere, *l.1. de Episcop. iudicio lib.16. t.12.* Vltio legis *propagatur*, id est, extenditur, *l.3. de iurisd.lib.2. t.1.* Tempora *propagare*, *l.14. de priuil. eorum qui in sacro palatio.lib.6.t.35.*

PROPAGO. *Propago* generis sui succedat, *l.6. de apost.lib.16. tit.7.*

PROPELLI, pro pelli porro, seu longe pelli, *l.6. de hæret.lib.16. t.5.*

PROPERVS. *Properæ* festinationis iniuria, *l.27. de petition.lib.10. tit.10.*

PROPERARE in alicuius fata, *l vnic. de parricidio. lib.9. t.15.*

PROPERANTISSIME, *l.8. de appellat. lib.11. t.30.*

PROPINQVI quinam dicantur, *l.18. de pœnis.lib.9. t.40.*

PROPOLA. Qui caupona vel *propola* vel tabernaria lucrum familiare sectatur, *l.1. ne operæ a conlat.lib.11. t.10.*

PROPONERE, id est, exponere res venales, *l.10. de Iudæis.lib.16.t.8.* Nemo externus religionis Iudæorum, Iudæis pretia statuet, cum venalia *proponentur*. iustum est enim sua cuique committere. *Proponunt*, in Codice Iustin. *Proponenda*. Ita dicitur ea pecunia, quæ in nundinis ciuitatum nomine exigebatur, pro expositis mercibus, & venalibus propositis, *l.2. de veteranis. lib.7. t.20.* Consule Commentarium *ad h.l.* Venalitium *proponere*, *in l.1. Codice Iust. de nundinis. Proposita* bona, id est, venalia sub hasta, *l.1. de fisci debitoribus. lib.10.t.16.*

PROPOSITVM fraudulentum & vorax, *l.4. de numerariis.lib.8.t.1.* Castius *propositum*, *l.7. circa finem de hæret.lib.16. tit.5.*

PROPRIVS. *Propria* motio, *l.2. de iurisdict. lib.2. t.1. Proprium*, quod perpetuo iure alicuius est. Annonas alii putarunt tanquam *proprias* distrahendas, *l.9. de annonis ciuic.lib.14.t.17.*

PRO-

PROPRIETAS. *Proprietatis* actio, *l. vn. quorum bonorum. lib. 4. t. 21. l. vn. si de momento. lib. 11. t. 37.*

PROPVLSARE, est retro pellere. Exceptores placet pro loco & ordine suo, ad commentarios accedere, & eorum administrationi subrogari ceteris *propulsatis*, &c. *l. 2. de numerariis. lib. 8. t. 1.*

PRORIPERE. Vnde eum tam furiosa formido *proripuit. l. vlt. de his qui ad Eccles. lib. 9. t. 45.*

PROROGARE, est erogare, præstare, emittere. Euectiones *prorogare*, *l. 12. de cursu. lib. 8. t. 5.* 2.) *Prorogata* iussio, *l. 2. de pascuis, lib. 7. t. 7.* Id est, ante lata, emissa. *Prorogata* pittacia, *l. 11. 13. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* Id est ante emissa, præstita, *payer par advance.* 3.) *Prorogari* pro extendi, *l. 2. de integri restitutione. lib. 1. tit. 16.*

PRORVMPERE, *l. 4. de agentibus in rebus. lib. 6. t. 27.* Nemo in scholam agentum in rebus *prorumpat.*

PROSAPIA. *Prosapiæ* curialis, *l. 74. 177. de Decurionib. lib. 12. t. 1. prosapiæ* militaris *l. 7. de filiis militarium apparitorum. lib. 7. t. 22. l. 83 de Decurion. lib. 12. t. 1.* Generis sui *prosapia*, *leg. 16. de murilegulis. lib. 10. tit. 20.* Ex municipibus *prosapia*, *l. 6. de Episcopis. lib. 16. t. 2.*

PROSCENNIVM theatri, *l. 12. de scænicis. lib. 15. t. 7.* Vide *Commentarium.*

PROSCRIPTIO rerum a fisco venalium, *l. 2. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17.* vnde & *proscribere*, *l. ead. initio*, quod et *proponere* dicitur *l. 1. de fisci debitoribus. lib. 10. t. 16.*

PROSECVTIO, est instructio. Hinc *prosecutio* arguentium, *l. 5. de exhibendis reis. lib. 9. t. 2.* ibi: Expresso crimine *prosecutionibus* arguentium cum his, a quibus fuerint accusati. Et *l. 175. de Decurionibus* eodem sensu, *prosequi* occurrit, ibi: Ordinibus ciuitatum *prosequentibus.* *Prosecutio* Iudicis apud principem etiam verbis facta, *l. 4. de re milit. lib. 7. t. 1.* 2.) *Prosecutio*, deductio, translatio reorum, *l. 5. de exhibendis reis. lib. 9. t. 2. l. 175 de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* De hac *prosecutione* varia collegi in *Commentario ad d. l. 5.*

PROSECVTORES & *prosecutio* rerum & specierum, quæ ad largitiones dirigebantur. De iis vide, quod collegi in fine *Paratitli de annona & tributis lib. 11. tit. 1.* De *Prosecutoribus auri* publici, est *lib. 12. tit. 8.*

PROSECVTORIA, *l. vn. de auri publici prosecutoribus*, *lib. 12. t. 8.* est, præceptum, seu iussio, vt aurum deuehatur. 2.) *Prosecutoriarum* adiumenta, *l. 7. de priuil. eorum qui in S. palatio. lib. 6. t. 35.* Sunt principis literæ, quibus aut proficiscentem prosequebatur, aut vitam eius atque mores laudabat, cui dignitatem contulerat. Vide Commentarium *ad d. l. 7.*

PROSEQVI est facto aliquo suo quid, vel aliquem, prouehere, promouere. *Prosequi* congruis auxiliis inuestigatores, *l. 5. de metallis. lib. 10. t. 19.* Desideria ciuitatis, prouinciæ, corporis *prosequi*, *l. 11. de legatis. lib. 12. t. 12.* *Prosequi* per famosum, *l. 7. de famosis libellis, lib. 9. t. 34.* id est, salutem publicam per famosum libellum promouere.

PROSPER. *Prospera*, id est, prosperæ res, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.* *Prosperior* flatus, *l. 34. de nauicul. lib. 13. t. 5.* *prosperior* Fortuna, *leg. 14. de prox. comitibus disposit. lib. 6. t. 26.*

PROSPERITAS. Acceptæ securitatis *prosperitate*, lætari, *leg 185. de Decurionib. lib. 12. tit. 1.* id est, lætari felicitate acceptæ apochæ.

PROSTITVTVS. *Prostitutus* pudor, *leg. 1. de Lenonibus. lib. 15. tit. 8.*

PROTECTORIVS, ad Protectorem pertinens. *Protectoria* dignitas, *leg. 5. de veteranis. lib. 7. tit. 20.*

PROTECTORES sunt, qui sollicitudinem gerunt protegendi lateris Principis. De his est pro parte titulus, *lib. 6. t. 24. de domesticis & Protectoribus.* De *protectorum* dignitate, & negotiis, iis alias, demandatis, consule *Paratitlon de Domesticis.*

PROTELARE, *differre.* *Protelare* cognitionem, *leg. 5. de denunciat. lib. 2. tit. 4.* *Protelare* aliquem vltra præfinitum diem, *l. vlt. de nauicul. lib. 13. t. 5.*

PROTENDERE laboris occasionem, *l. vlt. de cognit. lib. 2. t. 12.* id est, protrahere, extendere.

PROTERVE, *l. 2. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.* Id est, temere, vt initio legis dicitur.

PROTESTARI. Sanctio *protestari* dicitur. Vt cohærens *sanctio* protestatur, *leg. 17. de Medicis. lib. 13. tit. 3.* id est, vt lex cohærens testatur.

ΠΡΟΘΥΣΤΕΡΟΝ. Cum pari sorte leges scelus, quam sceleris puniant voluntatem, *l. 1. ad l. Iul. de ambitu. lib. 9. t. 26.*

PROTOSTASIA est officium publicum, non corporale, sed patrimoniale, occupatumque circa collationem & exactionem tributorum in municipiis per Orientem. De ea est titulus 23. *l. 11. & lex 3. de desertoribus. lib. 7. t. 18*

PROTOTYPIA, est munus, occupatum in æstimatione tironum, seu in adærandis tironibus, & modo pretii statuendo, *l. 2. de protostasia, lib. 11. t. 24. l. 3. de priuil. eorum qui in S. Palat. lib. 6. t. 35. l. 7. de tironibus. lib. 7. t. 7.*

PROTVRBARI, id est, pelli vrbibus, *l. 20. de hæret. lib. 6. t. 5.*

PROVECTIONES, *l. 23. de diu. off. lib. 8. t. 7.* sunt, promotiones.

PROVEHERE, promouere. *Prouehendæ* dignitatis tempus, *l. 2. quis in gradu præfer. lib. 7. t. 3.*

PROVENIRE. Quibus *prouenerit* onus, *l. 1. de suariis, lib. 14. t. 4.* id est, onus accreuerit.

PROVENTVS. *Prouentuum*, id est, fructuum emolumenta, *l. 11. de veteranis. lib. 7. t. 20*

PROVIDVS. *Prouida* auctoritas, ratio, *leg. 13. de prætor. lib. 6. tit. 4.* *Prouida* Sanctio, *l. 24. de erogat. milit. an. lib. 7. t. 4. l. 3. de naufr. lib. 13. t. 9.*

PROVIDENTISSIMVS. *Prouidentissima* dispositio, *l. 19. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

PROVIDERE. *Prouidendum*, *l. 54. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

PROVINCIA, pro officio, munere, *l. 18. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.*

PROVINCIALIS *Prouinciale officium*, *l. vn. de quadrimenstruis breuibus. lib. 11. t. 25.* *Prouincialium* nomine veniunt, & qui vrbicarias regiones incolebant, *l. 14. de indulg. debit. lib. 11. tit. 28.*

PROVISIO est consilium & ratio principis, eorumque, qui prouincias regunt, *leg. 169 173. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* *prouisionis* studium, *l. 6. de his quæ administ. lib. 8. t. 15.* Præfecti prætorio *prouisio*, *l. 169. de Decurion lib. 12. t. 1.* 2.) *Prouisio* dicitur, quando magistratus curam gerit, vt ad curandas reipublicæ necessitates sufficiens semper adsit officialium numerus. Ita: Terni ex centuriis habito *prouisionis* intuitu, cingulo liberentur, *l. 8. 9. de Palatin. S. L.* id est, cingulo liberen-

rentur, dummodo Comes S. L. *prouideat*, curamque gerat, vt numerus officialium palatinorum, ad tributorum functionumque exactiones, ipsi semper sufficiens adsit. 3.) *Prouisio* dicitur occultatio Manichæorum, dum iis nonnulli in domibus suis ita *prouident*, ne possint, quæsiti, in publicum adduci & puniri. Ita intelligenda sunt verba *l. 35. de hæret in fin. lib. 16. t. 5.* Aculei in eos dirigantur, qui eos, domibus suis, damnanda *prouisione*, defendent.

PROVISVS. *Prouisi* sumptus, *l. 36. de oper. publ. lib. 16. t. 1.*

PROVOCARE. Euentus *prouocauit*, *l. 3. de indiction. lib. 11. tit. 5.* Quæ postmodum indebita, missa delegatione, forsitan *prouocauit* euentus. Id est, euentus comprobauit indebite solutum fuisse.

PROVOCATORES, id est, appellatores, *l. 25. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

PROXIMVS. *Proximi* scriniorum, de his est, *lib. 6. t. 26. de proximis.* 2.) *Proximi*, qui circa principem versantur, *l. 74. de Decurion. in fin. lib. 12. t. 1.* De his dixi in *Commentario.*

PROXIMITAS, cognatio. *Proximitatis* obtentu præsumtio adulterii eliditur & stupri, *l. 8. ad leg. Iul. de adulter. lib. 9. tit. 7.*

PSEVDOCOMITATENSES legiones, *l. vlt. de re milit. lib. 7. tit. 1.* De his dixi in *Commentario.*

PVBES, de milite, & quidem de iunioribus militibus nouiter in militiam adscitis. Numerosissima *pube* crescat exercitus, *l. 10. de re militari. lib. 7. t. 1.*

PVBLICVS. *Publica* comparatio, de hac est, *l. 11. t. 15. publica* commoda, *l. 36. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 8. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Crimina *publica* (in his adulterium) dicuntur, quorum delatio in commune omnibus, sine aliqua legis interpretatione conceditur, *l. 2. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.* Mœnia *publica*, id est, opera publica, *l. 39. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* Secretaria *publica*, id est, iudicium, *l. vlt. de denuntiat. lib. 2. t. 4.* *Publicæ* pœnæ, *l. 1. de emendat. seruor. lib. 9. t. 12.* opponuntur iis, quæ in domestica emendatione, castigatione vsurpantur, simplicibus quæstionibus, quibus domestica exercetur potestas, *l. 2. eod. tit.* Vtilitates *publicæ*, *l. 34. 75. 109. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 12. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

PVBLICANI, *l. 2. de veteranis. lib. 7. t. 20. l. 3. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.*

PVBLICARE, id est allegare, insinuare, deferre, *l. 11. de appell. lib. 11. t. 30. produire*, *l. 9. de petit. lib. 10. t. 10. l. 10. de re milit. lib. 7. t. 1.*

PVBLICATIO. De *publicatione* testamenti, *l. 4. de testamentis. lib. 4. tit. 4.*

PVBLICATVS. *Publicata* causa, *l. 1. de cognitoribus & procurat. lib. 2. t. 12.* est, denunciata.

PVDICITIA. *Pudicitiæ* præmia, *leg. 1. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

PVDOR. *Pudorem* fatigare principis, *l. 6. de diu. rescript. lib. 1. tit. 2.* dicuntur, qui eius abutuntur mansuetudine, adigereque volunt, vt rescribat, quod fraudibus suis conuenit. *Pudoris* damnum, id est, infamia, *l. 41. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* *Pudoris* Dispendium, *l. 1. de habitu lib. 14. t. 10.* Qui *pudoris* non possunt dispendium sustinere, id est, qui pudore non possunt corrigi, emendari. Accipientem *pudoris* fortunarumque manebit excidium, id est, infamiam & bonorum proscriptionem sentiet, *l. 4. ne quid publ. lætit. lib. 8. tit. 11.*

PVERITIA prima ætas, *leg. vnic. de his, qui veniam. lib. 2. t. 17.*

PVGNATRIX & sæua meditatio gladiatorum, *l. 11. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

PVLPITVM scænicum, *leg. 8. de scænicis. lib. 15. titul. 7.* θυμέλη, vnde thymelici. *Pulpitum*, suggestus in theatro vbi actores agebant partes. Vide Plinium *Ep. lib. 4. ep. 25.*

PVLSARE est fatigare, vexare, iniuria afficere, conuenire aliquem, iudicio percellere, *l. 12. de fide testium, lib. 11. tit. vltim. l. 5. de censu. lib. 13. t. 10.* Crimen aliquem *pulsare* dicitur, *l. 2. de exhibend. reis, lib. 9. t. 2.* Fructus liberalitatis *pulsatur*, *l. 3. de bonis vacant. lib. 10. t. 8.* id est, principis liberalitas iudicio percellitur. Iudicium *pulsare*, id est, apud iudicium conuenire, *l. 8. de Iurisd. lib. 2. t. 1.* Maiestatem *pulsare*, est attentare, percellere, *l. 6. de malef. lib. 9. t. 16.* Ammianus, *l. 14. c. 7. Pulsatæ maiestatis Imperii reus:* & *lib. 19. c. 12. vbi maiestas pulsata defenditur, &c.* Caput alterius *pulsare*, *l. 8. de famosis libellis. lib. 9. tit. 34.* Patres, filii atrocis iniuriæ dolore *pulsare* dicuntur, *l. vn. de ingr. liber. lib. 8. t. 14.* Possessorem *pulsare* conuentio executoris dicitur, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* *Pulsare* caput cuiuscunque accusatione. *l. 14. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Pulsare* aliquem, *l. vltim. de infirm. his, qui sub tyr. lib. 15. tit. 14.* *Pulsare* Coniugii acerbitate, *l. vnic. de ingr. liberis, lib. 8. tit. 14.* *Pulsari* sub iudiciaria cognitione, *leg. 16. de Agent. lib. 6. tit. 27.* *Pulsari* Iure, *l. 4. ad SC. Claud. lib. 4. t. 9.* *Pulsare* Iudicio, *leg. vltim. de patrocin. vicorum, lib. 11. tit. 24.* *Pulsari* Iniuria vel iniuriis, *leg. 16. de naucul. lib. 13. titul. 5. l. 5. de veteranis. lib. 7. tit. 20. l. 5. de Iudæis. lib. 16. tit. 8.* *Pulsari* Inquietudine, *l. 81. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Ad conueniendos eos, quos *pulsat* intentio, *leg. vltim. de reparat. appell. lib. 11. tit. 31.* *Pulsare* Lite, *l. 3. de Decurion Vr. R. lib. 14. tit. 1. l. 164. de Decurion. lib. 12. tit. 1. l. vnic. de his qui pot. nom. lib. 2. t. 14. l. 5. de iurisdict. lib. 2. t. 1. l. 42. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* *Pulsare* Litigio, *l. 2. de delation. lib. 2. t. 7.* *Pulsare* Persecutione, *leg. vnic. de act. certo temp. fin. lib. 4. t. 14.* *Pulsare* Parangariarum Præbitione, *l. 18. de extraord. lib. 11. t. 16.* Iure legitimo in sede ordinaria *pulsari*, *l. vltim. de his qui condit. propr. lib. 12. t. 19.* Incassum *pulsari*, *leg. 16. de Agentibus. lib. 6. titulo 27.* Varia auctorum veterum loca vide in *Commentario ad leg. un. de ingrat. liberis.* 2.) *Pulsare* pro propulsare, *l. 32. de susceptorib. lib. 12. t. 6.*

PVLSATIO, id est actio, lis, *l. vnic. de action. ad pot. transl. lib. 2. t. 13.*

PVLSATVS, id est, conuentus, *leg. vnic. de quinquennii præscriptione, lib. 4. titul. 15. l. 27. de petit. lib. 10. titul. 10. l. vltim. de prædiis naucul. lib. 13. t. 6. l. 14. de priuil. eorum, qui in S. palatio. lib. 6. t. 35.*

PVLSVS. *Pulsis* cautionibus, id est repulsis, non admissis, *l. 2. de spons. lib. 3. t. 5.*

PVLVERATICVM, *l. 16. de tiron. lib. 7. titul. 13.* Merces & stipendii genus quoddam quasi pro labore & puluere, quod seruis ad militiam euocatis præstatur. Sic & *pulueraticum*, quod agrimensori pro labore dabatur. Vide Commentarium *ad h. l.* & ibi *obseruationes.*

PVLVIS castrorum. A puluere castrorum alieni, *leg. vltim. de priuileg. eorum, qui in S. Palatio. lib. 6. t. 35.*

PVNITVS, id est, pœna affectus, *l. 9. 10. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

PVPILLI & eorum priuilegia vel tuitio, *l. 4. de falsa*

falsa mon. lib. 9. t. 21. l. 4. de Censu. lib. 13. tit. 10. l. vnic. de act. certo temp. fin. lib. 4. titul. 13. leg. 2. de off Iudicum omnium. lib. 1. titul. 9. leg. 20. de Episcop. lib. 16. t. 2. Pupilli vsque ad viginti annos, *l. 4. de Censu. lib. 13. tit. 10.*

PVRVS. *Pura* materia, *l. vlt. de ponderat. lib. 12. t. 7.* est aurum purum. Ita *purum* putum argentum, quod notum. Murex *purus*, *l. 11. de scenicis. lib. 15. t. 7.* Religio pura *l. 7. vers. bis tantum de hæretic. lib. 16. tit. 5.*

PVRGARE. *Purgare* crimina pœna solet, *l. 41. de hæretic. lib. 16. tit. 5.* 2.) Ratiocinia *purgata*, *l. 1. de bonis proscript. lib. 9. tit. 42.* id est discussa. Vide Cuiacium *Obseruat. XI. 9.*

PVRIFICARE baptismate, *l. 2. ne sanctum bapt. lib. 16 tit 7.*

PVRPVRA principis eiusque adoratio, *l. 3. 4. de domestic. lib. 6. titul. 24. l. 4. 8. 9. 16. de diuersis off. lib. 8. titul. 7. l. vnic. de præpositis sacri cubicult. lib. 6. t. 8.* v. Sup. *adorare.* Fucatio *purpuræ*, *leg. vltim. de murileg. lib. 10. titul. 20.*

Q

QVA DE RE pro, *quare*, *l. 14. de Metallis, lib. 10 titul. 19.*

QVADRAGESIMA, dies sacrati, feriati, *l. 4. 5. de quæst. lib. 9. t. 35.* Consule Du Fresne *Glossar. voc. quadragesim.* 2.) *Quadragesima* hordei data susceptori Epimetri nomine, *l. 21. de suscept. lib. 12. t. 6.*

QVADRATARII, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. titul. 4.* qui opus quadratum faciunt. Vide Sidonium *lib. 3. ep. 12.* ibique Sauaronem, Cassiodorum *in Psalm. 125.* Dolabellam *pag. 294. inter Script. Rei agrar. Goesii. Quadratum Saxum*, a quo *quadratarius* nomen, occurrit apud Liuium *lib. 6. c. 4.* & apud Plinium *lib. 10. ep. 46. quadratus lapis.* Consule Du Fresne *in Glossar. voc. Quadratarius.* Cuiacium *ad l. 1. Cod. I. de excusat. artif.* Sirmondum *ad Sidonium l. c.* Brissonium *de V. S.*

QVADRIGÆ in cursu publico, *l. 5. de curiosis, lib. 6. tit. 29.* 2.) *Quadrigæ* in ludis circensibus, *l. 19. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

QVADRIMENSTRVI breues, de his est *titul. 25. lib. 11.* Vid. *supra Breuis.*

QVÆRERE contra salutem principis vel de salute, *l. 12. de Paganis. lib. 16 t. 10.* Finem *quærere* salutis alienæ, *d. l. 12. Quæritur* amor nec videtur, *l. 3. de adulter. lib. 6. titul. 7.*

QVAESITVS. *Quæsitæ* dignitatis sibi vocabulum opponere, *l. 3. de diu. off. lib. 8. t. 7.* Quæ sita patrocinia, id est, conquisita, *l. 5. de patrocin. vicorum lib. 11. t. 24.*

QVÆSITOR, id est, Iudex, arbiter, *l. 3. de naufragiis. lib. 13. t. 9.* vbi, solers *Quæsitor* dicitur. *L. 2. de postulando. lib. 2. t. 10.* vbi Tribonianus, *in l. 6. cod.* ex illa desumpta, pro *quæsitor* posuit Iudex.

QVÆSITVM iudicis criminalis, *l. 3. de exh. reis. lib. 9. tit. 2.* est interrogatio Quæsitoris, siue inquisitio.

QVAESTIONARII, *l. vltim. de Episc. iudicio, lib. 16. tit. 12.* sunt tortores. Gloss. Cyrilli, βασάνων ὑπηρέτης, *quæstionarius.*

QVAESTIO. *Quæstiones*, id est, tormenta, de his *lib. 9. t. 35.* vbi consule *Paratitlon.* 2.) *Quæstio*, pro verberibus, plagis, *l. 2. de emendat. seru. lib. 9. t. 12.* 3.) *Quæstio*, pro controuersia. Absque omni *quæstione* volumus obtineri, *l. 2. de iure fisci, lib 10. t. 1.* sine molestia litis, *l. 9. de bonis vacant. lib. 1. t 8.* 4.) *Quæstio*, id est, cognitio, *leg 12. de accusat. lib. 9. tit. 1.*

QVESTORES, de his est *lib. 9. t. 4. & 9.*

QVAESTVS publicus, *l. vnic. de mendicantibus. lib. 14. titul. 18.* Quos in publicum *quæstum* incepta mendicitas vocauit, id est, ad stipem publice atque ostiatim & per plateas vicosque colligendam.

QVALIS. *Qualem* te reperio, talem te iudico, *l. vltim. de his qui ad Eccles. lib. 9. t. 45.*

QVALIACVMQVE *verba*, opponuntur legitimis, solemnibus, *l. vltim. de dotib. lib. 3. t 13.*

QVALITAS vini, frumenti, *l. 9. de suariis, lib. 14. titul. 4. leg. 2 tributa in ipsis speciebus, lib. 11. titul. 2. Qualitates* piscis, *leg. vnic. de pretio piscis, lib. 14. titul. 20. Qualitas* ædificiorum, *l. 14 de metallis. lib. 10. t. 19.* 2.) *Qualitas* pro circumstantiis, *l. vlt. de conlat. donatar. lib. 11. t. 20.*

QVAM. Audacius, *quam* consultius, *l. 28. de operib. publ. lib 15. t. 1. Quam* maturissime, *leg. 3. de appellat lib. 11 titulo 30. Quam* primitus, *l. vltim. de conlat. fundor. patr. lib. 11 t. 19.*

QVANTÆCVMQVE, pro, *quotcumque* naues, *l. 3. de nauicul. lib. 13 t. 5.*

QVANTITAS, pro qualitate. Pro *quantitate* peccati austerior fuerit vltio proferenda, *l 10 de pœnis. tit. 40. lib. 9.* 2.) *Quantitas* pro numero decurionum, *l. 84. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

QVANTI, pro quot, *leg. 3. de Agentibus. lib. 6. titulo 27.*

QVANTOCIVS, *l. 6. de Senat. lib. 6 t. 1.*

QVARTVS. *Quarta* quæ per successionem bonis tantum liberis debetur, *l. 4. de inoff testament. lib. 2. t. 19.* id est, pars quarta bonorum, quam quis ab intestato habuisset. *Quarta* bonorum parte multati, *l. 1. vt intra ann. lib. 9. t. 36.*

QVASSARE prouincias, *l. 1. de crimine peculatus. lib. 9. tit. 28.*

QVASSATVS. *Quassatus* imbecillitate corporali, *l 19. de Agentibus, lib. 6. t. 27.*

QVATENVS, pro quo: Vide Fornerium *IV. Quotid. 28.*

QVATI condemnatione decem librarum auri, *l 34. de appell. lib. 11. t. 30. Quati* damno graui, *leg. vltim. de superexactione. lib. 11 tit. 8. Quati* dispendio familiari, *l. 1. de frument. V. Constantin. lib. 14. t. 16. Quati* inuidia, *l. 14. de priuil. eorum qui in S. Palat. lib. 6. tit. 35. Quati* summa centum librarum auri, *leg. 30. de erogat. milit. annon. lib. 7. titulo 4. Quati* vexatione triginta librarum auri, *l. 4. in fin. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.*

QVATVOR. *Quatuor viri* adhibiti in cognitione a præfecto vrbi, *l. vlt. de nauicul. lib. 13. t. 5. Quatuor* regiones in præfectura vrb. *l. 2. de calcis coct. lib. 14 t. 6.*

QVEMADMODVM, pro donec, *l. vlt. de ponderatoribus. lib. 12. t. 7.*

QVERELA, actio, accusatio. Apud Iudicem contestatis *querelis*, *l. 27. de petition. lib. 10. tit. 10.*

QVERIMONIA proprie, cum quis nominatus magistratus vel exactor refragatur, *l. 12. de appell. l. 11. t. 30.* Si nominatus magistratus aliquis refragetur, non *appellatio*, sed *querimonia* hoc dicetur: appellationis enim verbum, in maioribus rebus dici oportet. *L. 8. de Decurion. lib 12. t. 1.* quæ cum *d. l. 12.* coniungenda est, Vt si *Querimonia* eorum iusta videatur. 2) *Querimonia* pro querela, intentione, *L. vlt. de relat. lib. 11. t. 29.* Nunquam ad vnius litigatoris *querimoniam*, nostris altaribus suggestio offeratur.

QVI pro quis. Si *qui* agens in rebus, *l. vlt. de princip. agent. in reb. lib. 6. t. 27.* Vide Brissonium *de V. S.*

QVID *sibi liqueat*, est formula, quam Constantinus M. Iudici præscripsit, *l. 2. ad leg. Cornel. de falso. lib. 9. t. 29.*

QVIES. *Quietis* otio perfrui, *l. 3. de Decurion. & silent. lib. 6. t. 23.* *Quietem* publicam perturbare dicuntur veterani latrocinia exercentes, *l. 7. de veteran. lib. 7. t. 20. V. l. 3. D. de off. præsidis.* Sepultorum *quies*, *l. 8. de indulg. crimin. lib. 9. t. 38.* Nam sepulchrorum violatores dicuntur *hac lege*, qui quiescere sepultos non sinunt. Vide ibi *not. v.* Summa *quies*, *leg. ead.* est paschalis. Trabeata *quies*. *l. 33. de petitionib. lib. 10. t. 10.* id est, Senatorum. *Quietis* decennium, (id est, quietum decennium) impleuerit in consortio Clericatus, *l. 19. de Episc. lib. 16. tit. 2.* Id est, per decennium interpellatus non fuerit. *Quietem* honoratam eligere, *l. 2. de Decurion. & silent. lib. 6. t. 23.* Laborem *quiete* mutare, *l. 1. de primicer. lib. 6. t. 10.* Secretæ *quietis* vmbracula, *lib. 6. de honorar. codicill. l. 6. t. 22.*

QVIETVS. *Quieta* coloborum ac penularum vestimenta, quibus militaris habitus seu Chlamydis terror opponitur, *l. 1. de habitu. lib. 14. t. 10.* *Quietæ* artes, *l. 26. de cohort. lib. 8. t. 4.*

QVINDECENNIVM, *l. 171. de Decur. lib. 12. t. 1.*

QVINQVAGENA *l. 7. de lust. conlat. lib. 13. t. 1.* est immunitas quinquagesimæ, pro qua neque portoriam neque lustralem conlationem veterani soluebant.

QVINQVE. *Quinque* pedum præscriptio, *l. 3. 4. finium regund. lib. 2. t. 26.* *Quinque* liberi, *l. vn. de his qui numero liberorum. lib. 12. t. 17.*

QVINQVENNALES, *leg. 1. de Medicis & profess. lib. 13. t. 3.* Magistratus municipalis, de quo ad eam legem late.

QVINQVEVIRALE iudicium, *l. 13. de accusat. lib. 9. t. 1. l. vlt. de iurisd. lib. 2. t. 1.*

QVISQVE pro quicumque, seu quisquis, quisquam, *l. 4. de off. rect. prou. lib. 1. t. 7. l. 5. de Medicis, lib. 13. t. 3. l. 3. de Agent. lib. 6. t. 27. l. 12. de Metatis, lib. 7. t. 6. l. 149. de Decur. lib. 12. l. 8. de accusat. lib. 9. tit. 1. l. 15. de ann. lib. 11. t. 1. l. 54. de hæret. lib. 16. t. 5.* vers. Igitur proconsulari. *l. 3. de filiis militar. apparitor. lib. 7. tit. 22.*

QVO pro, ad quid, ad quam rem. Adunati veterani exclamauerunt Constantine Aug. *quo* nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus, *leg. 2. de veteran. lib. 7. t. 20.* Consule Duckerum *de Latin. veter. ICtor. pag. 399.*

QVOD in εὐφημισμῷ formulis. *Quod* absit, *l. 15. de bon. proscript. lib. 9. tit. 42.* *quod* nefas dictu est, *l. 16. de Agent. lib. 6. t. 27.* *quod* nolumus, id est, quod absit, quod abominor, *l. 41. de hæret. lib. 16. t. 5.* *quod* non opinamur, *l. 2. de excoctione, lib. 7. t. 5.* *quod* non optamus, *l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* 2.) *Quod iussu*, *lib. 2. t. 31.*

QVODDAM. In immensum *quoddam* saxorum pretia aucta, *l. 2. de Metallis. lib. 10. t. 19.*

QVORVM BONORVM *interdictum*. De eo, *l. 4. t. 21.* & *l. 22. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

QVOTIENS pro quoties, *l. 14. de legatis. lib. 12. t. 12.*

R.

RABIES cogitationum. *Rabie* cogitationum cuncta miscere, *leg. 17. de pœnis. lib. 9. titul. 40.*

RADICITVS. *Radicitus* amputanda vocabula Irenarcharum, *l. vn. de hirenarch. lib. 12. t. 14.*

RADIX. *Radicibus imis.* Ab imis vt dicitur *radicibus*, *l. 7. de tiron. lib. 7. tit. 13.* *Voluntatis radicibus solis nixum.* Scripturæ, quas nulla solemnitatis adminicula defendunt, solis nixæ *radicibus* voluntatis. Constantinus, *l. 1. de famil. ercifcunda*, *lib. 2. tit. 24.*

RAGÆ, vestis barbaricæ genus, *leg. 3. de habitu. lib. 14. t. 10.* Consule Commentar. *ad h. l.*

RAPACITAS plectenda, *leg. 10. de censitor. lib. 13. tit. 11.*

RAPAX. *Rapaces* manus officialium, *l. 1. de off. rector. prou. lib. 1. t. 7.* Quæstus *rapaces* numerariorum, *l. 11. de priuil. eor. qui in sac. pal. lib. 6. t. 35.*

RAPTVS. De *raptu* virginum & viduarum, *lib. 9. t. 24. 25.*

RATIONABILIS. *Rationabilis* consilii tenore perpenso, *l. 40. de Episcop. lib. 16. t. 2.* *Rationabilis* dilatio, *lib. 2. vt intra annum. lib. 9. tit. 6.*

RATIOCINIA. *Ratiociniis* publicis ac chartis obnoxii, *l. 11. de diu. offic. lib. 8. t. 7.* id est, Numerarii, Tabularii, Actuarii. *Ratiocinia* publica, dicuntur polyptycha, *l. 2. de discuss. lib. 11. t. 26.* vbi dixi. *Ratiociniis* fiscalibus obnoxii, & proscripti, *lege 1. de bonis proscript. lib. 9. tit. 42.*

RATIONALES. De his V. *Notitiam dignitatum.*

RATIO. *Rationes* publicæ & priuatæ, *l. 32. de Episcop. lib. 16. t. 2.* *Rationes* Ciuitatum, *l. 6. de num. lib. 8. t. 1. l. vlt. ad l. Cornel. de falso. lib. 9. t. 19.* 2.) *Ratio*, pro caussa. *Ratio* æquitatis exposcit, *l. 4. de Medicis lib. 13. t. 3.* Iuris *ratio*. non patitur, *l. 52. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 3.) *Ratio*, pro modo & quantitate, *l. 31. 34. de erogat. militar. annon. lib. 7. t. 4.*

REATVS, *l. 1. de bonis proscript. lib. 9. t. 42. l. vlt. de raptu Virgin. lib. 9. t. 24.* Criminis *reatus*, *l. 1. de bonis proscript. lib. 9. titulo 42.* Maiestatis *reatus*, *leg. 10. de bonis proscript. lib. 9. tit. 42.* Transactionis inlicitæ *reatus*, *l. 4. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2.* *Reatus* dicitur adstringere, *leg. 3. de indulg. crimin. lib. 9. tit. 38.* *Reatus* excludit omnem honorem, *l. 1. de accusat. lib. 9. t. 1.* Ad omnem *reatum*, seu ante contractus est, seu postea contrahetur, *leg. 41. de hæretic. lib. 16. titul. 5.* In *reatum* deduci, id est accusari, *l. 1. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.* *Reatu* fatigati, *l. 2. de his qui ad Eccles. confug. lib. 9. t. 45.*

REBELLIS. *Rebellis* contumacia, de seditiosis, *l. 31. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

RECALCATVS, iterum calcatus, repetitus. *Recalcata* mysteria, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* de repetito baptismo.

RECAVERE, est vice versa cauere. Stylo trepidante in pœnam reciproce *recauere*. *l. 3. de exhibendis reis. lib. 9. t. 2.*

RECENS. *Recens* flagitium, *l. vlt. de raptu Virgin. lib. 9. t. 24.* in eadem re Sidon. *lib. 5. epist. 19.* *calentem culpam*, vocat.

RECEPTACVLVM animalium publicorum, est stabulum, *l. 25. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

RECEPTARE, *l. vn. de burgariis. lib. 7. t. 14.* Sollicitare vel *receptare* burgarios.

RECEPTORIVS. *Receptoria* scrinia, *leg. 3. de palat. s. larg. lib. 6. titul. 30.* quæ adseruandis pecuniis & speciebus aliis erant destinata.

RECEPTIO mulionum, *leg. 58. de cursu, lib. 8. titul. 5.* est, occultatio mulionum. De *receptoribus* autem reorum *V. tit. 29. de his qui latrones, lib. 9.*

RECERNI, *l. 38. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Libero spatio *recernantur*, Verum ibi sine dubio legendum *secernantur*.

RECIDERE est ad modum redigere, *l. 2. de domesticis. lib. 6. t. 24.* v. *recisus.*

RECI-

Recipere appellationem seu prouocationem dicitur Iudex *l.16. 42 60. de appellat. lib. 11. t.3.* v. sup. *accipere*, infra *suscipere*. 2.) *Recipere* matrimonium, pro iterare, *l.3. de mater. bonis. lib. 8.t.18.* *Recipere* nequitiam seruilis ingenii, *l. 2. de libertis, lib. 4.t.11.* v. Iur. in Symm. *lib.5.ep.45.*

Reciprocvs. Pœna *reciproci*, est pœna talionis, *l.3. de exhibend. vel transmitt. reis. lib. 9. titul. 2.* quæ similitudo supplicii, *l. vlt. de accusat. lib. 9. t.1.* & par pœnæ conditio. *l. 14. eodem. tit.* dicitur. *Reciprocos* pœnæ incursus vocat lex *l. 7. de accusat. lib. 9. titul. 1.* vbi consule *Commentarium.*

Recisvs. Modum vero, qui *recisus* est, de chartis publicis iubemus auferri, *l.13. de indulg. debitor. lib.* 11. *t. 28.* Nempe inspectores, facta inspectione, fundos steriles, qui censum præstare non poterant, subduxerant, modumque professionis alium præscripserant, *reciso* modo antiquo professionis, siue temperato censu. Et hunc *recisum* censum Imperator etiam de chartis censualibus auferendum esse, statuit. *Recisum* onus census, *l.12. de indulg. debit. lib.11.tit.28.*

Recitatae *leges*, vbi, & per quem, v. *Paratitlon de constit. princip. lib.1. t.1.*

Reclamare, *reclamandi* copia, *l. vlt. de bonis vacantibus. lib.10.t.8.* est, copia contradicendi. Fortuna *reclamante*, *leg. vltim. de cognitorib. lib. 2. tit. 12.* id est, fortuna aduersa.

Reclvdere, id est, aperire aditum, *l.77. in fin. de Decurion. lib.12.t.1.* Occulta *recludere*, *leg.12. de Paganis. lib.16. titul.10.*

Recognoscere, pro agnoscere, cognoscere, *l.49. de operib. publ. lib.15.t.1.*

Recordatio cœlestis, *leg.2. vt dignitat. ordo, lib. 6.tit.5.* Cælestis *recordationis* Valentinianus.

Recreare, id est, renouare. Iura licitationum, conductionemque, *recreari* oportet, *l.vn. de vectigal. lib.4 t.12.*

Recriminatio, quando ei locus sit, *l.12. de accusat. lib 9.tit.1.*

Rectvs. *Recta* nauigatio littoribus deuiis opposita, *l.33. de naucul. lib.13.t.5.*

Rectivs pro, potius, multo magis, *l. 30. de ann. lib 11.t.1.l. 17. de operib. publ. lib. 15. t.1.l.32. de Episc. lib.16. tit.2.*

Rectores *prouinciarum*, de his est *l. 6. t. 17. V. Notitiam dignitatum.*

Recvperare debitum, id est, oblatum sibi recipere, *l. 1. de vsuris. lib. 2. t. 33.*

Recvrrere, hoc est vltro citroque commeare, *l. 2. de littor. cust. lib.7. t.16.*

Recvrsvs ad latebram abolitionis, *l. 2. de abolitionibus. lib.9.t.37.*

Recvsatio. *Recusationis* prærogatiua, *l. 11. de cohortal. lib.8.t.4.* Id est, prærogatiua recusandi onera sibi imposita, veluti bastagæ, nauiculariae functionis.

Redae in cursu publico, *leg.5. de curiosis. lib.6. titul.29.*

Reddere, præstare, edere *Reddere* patriæ debitas functiones. *l.91. 109. 116. de Decurion. lib.12.t.1.* *Reddere* sacerdotium, *leg.176. de Decurion. lib.12. t.1.* id est, præstare siue edere, sacerdotales ludos. 2.) *Reddere*, efficere, facere. Obnoxii *reddentur* argenti conlationibus, *l. 1. de conlation. donatar. lib.11.t.20.* qua lege, vti & *leg. 2. eodem tit.* differentia quoque obseruanda est, inter bona a principe *donata*, & *reddita* proscriptis eorumque liberis. Consule ibi *Commentarium.* 3.) *Reddere*, est restituere. Romæ antiqua magis *reddi* conuenit, quam inchoari superuacua. *L. 27. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* id est, antiqua opera publica restitui conuenit. 4.) *Reddere* inuicem dare. Soluantur debita, securitatesque *reddantur. l. 19. de annon. & tribut. lib. 11. t. 1.* id est, apochæ inuicem dentur.

Redemptvs. *Redempta* vox miserationis, *l. 1. de abolition. lib. 9. tit. 27.* id est, redempta accusatoris miseratio. *Redempti* nutricum discursus, *l. 1. de raptu virginum. lib. 9. t. 24.* Ingressus *redempti*, *l. 1. de off. rector. Prou. lib. 1. t. 7. l. 7. de sponsal. lib. 3. t. 5.* *Redempti* magistratus, *l. vn. de frum. Carthag. lib. 14. t. 25.* 2.) *Redempti* ab hostibus. De his agitur *l. 2. de postlimin. lib. 5. t. 5.*

Redemptores calumniarum, *l. vn. de his, qui potent. nomina, lib. 2. t. 14.* sunt qui se sponte alienis litibus inserunt.

Redhibere, pro reddere, soluere, præstare, restituere, *leg.5. dep.actis, lib. 2. titul. 9. leg. 48. de Decurionibus, lib.12. t.1. l.vnic. ne conlatio per logogr. lib.11. tit. 4. l. 12. de censitor. lib. 13 t. 11. l. vlt. de Decurion. V. R. lib. 14. t. 1.* *Redhibere* ablata, *l. 2. de vsuris. lib. 2. t. 33.* *Redhibere* Aurum, *l. 3. de milit. veste. lib. 7. t. 6.* *Redhibere* Debitum, *l. 7. vers. fin vero aurum de tyron. lib. 7. t. 13.* *Redhibere* Duplum, *l. 3. ne comitib. & tribunis, lib. 7. t. 11. l. vlt. de frum. V. Constant. lib. 14. t. 16.* *Redhibere* Simplam debiti summam, *l. 27. de annona. lib. 11. tit. 1.* Animalia publica *Redhibere*, *l. 53. de cursu. lib. 8. tit. 5.* Ingenua stirpe procreatos ciuitatibus *redhibere*, *l. 179. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* Emptoribus pretium *redhibere*, *l. 2. de postlim. lib. 5. t. 5.* *Redhiberi* functionibus debitis, *l. 86. de Decurionibus, lib. 12. tit. 1.* id est curiæ restitui. *Redhibere* donata sponso eiusque heredibus, *l. 2. de sponsalibus. lib. 3. tit. 5.* *Redhiberi* ad signa *leg. 14. de desert. lib. 7. titulo 18.*

Redhibitio, id est, restitutio, præstatio, solutio æstimationis, *l. vn. de secundo lapsu. lib. 11. t. 32.* Damna *redhibitionis*, *l. 14. de desertor. lib. 7. titulo 18.* *Redhibitio* debiti, vel publici, vel priuati, *l. 3. de his, qui ad Eccles. lib. 9. t. 45. l. 19. quor. appellat. lib. 11. t. 36.* *Redhibitio* multæ, *l. 1. de liber. causa. lib. 4. t. 8.* *Redhibitio* debitæ quantitatis, *l 1. qui bonis ex leg. Iul. lib. 4. tit. 20.* Obnoxius *redhibitioni*, *leg. vltim. finium regundorum, l. 2. tit. 26. l. 27. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* *Redhibitio* rei, *leg. 1. de fructibus & litis expens. lib. 4. tit. 18.* *Redhibitio* sumptuum damnorumque, *l. vlt. de bonis vacantib. lib. 10. t. 8.* *Redhibitionem* protelare, *l. vnic. si certum pet. de chirograph. lib. 2. t. 27.* Ad *redhibitionem* vrgeri, *l. 7. de fisci debitor. lib. 10. tit. 16.* In quadrupli *redhibitionem* teneri, *l. 10. de iure fisci. lib. 10. t. 1.* *Redhibitionem* non sinit consecratio veneranda, *l. 25. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* *Redhibitione* celeri consulere, *l. 4. vnde vi. lib. 4. tit. 22*

Redimitvs. *Redimita* vittis arbor, *leg. 12. de Paganis. lib. 16. tit. 10.*

Redintegrare, id est, rem integram denuo sistere. *Redintegrare* iacturam, id est, reddere iacturam, *l. 11. de susceptoribus. lib. 12. t. 6.* Solidi in massam obryzæ soliditatemque *redintegrentur*, *l. 12. de suceptoribus. l. 12. t. 6.* 2.) *Redintegrare*, renouare. Ita *redintegrare* audientiam apud Iudicem, *l. 30. de appellat. lib. 11. t. 30.*

Redintegratio, restitutio, consolidatio. *Redintegratio* necessitudinum dissociatarum, *l. vn. communi diuid. lib. 2. t. 25.*

Redivivvs. *Rediuiua* molestia, *l. vltim. deprad. naui-*

nauicul. lib. 13. tit. 6. Lites rediuiua, Cassiod. *IV. Var. 37.* Saxa de publico *rediuiua*, *l. 19. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* id est, saxa operibus publicis detracta, & ad moliendum nouum opus adhibita, in quo quasi reuiuiscerent. In *rediuiuos* semper exagitentur conflictus, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7. Rediuiuus* status. Nunquam in *rediuiuum* statum negotium redigatur, *leg. vltim. de relationibus. lib. 11. tit. 29.*

REDUNDARE, pro abundare, extendi, prorogari, *l. 28. de cursu. lib. 8. t. 5. Redundare* Priuilegiis compluribus, *leg. 14. de Episcop. lib. 16. tit. 2.* 2.) *Redundare*, pro redire, *l. 41. in fin. de hæreticis. lib. 16. tit. 2.* Vide ibi *not. i.*

REFERRE. Iudex dicitur *referre* sententiam, *l. 2. de offic. rectoris prou. lib. 1. t. 7.* id est, proferre, pronuntiare. Contrariam voluntatem *referre*, *l. 22. de Prætor. lib. 6. t. 4.* id est, afferre contrariam voluntatem, & resistere, reniti. *Referri* exceptio dicitur, *l. 101. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* quando exceptione se tueri Decurio vult. 2.) *Referri* pro reduci, remitti, *l. 5. de accusat. lib. 9. t. 1. l. 10. de extraordin. lib. 11. t. 16.* 3.) *Referre*, pro ferre & tolerare, *l. 31. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

REFORMARE est restituere, *leg. 15. de pistor. lib. 14. t. 3.* Rem amissam *reformare*, *l. vnic. de rei vindicat. lib. 2. t. 23.* Impensum *reformare*, *leg. 31. de oper. publ. lib. 15. tit. 1. Reformare* pontem, id est, reparare, *l. 2. ne operæ a conlat. lib. 11. t. 10.* Seruos dominis *reformare*, *l. 9. de desertoribus. lib. 7. t. 18. Reformare* Ingenuitatem pristinam, *l. vnic. de patrib. qui fil. distrax. lib. 3. t. 3. Reformare* Locum *l. 47. de operib. publ. lib. 15. t. 7. Reformare* Spectacula *l. de scænicis. lib. 15. t. 7. Reformare* statum pristinum, *leg. 2. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.* Vitium operis *reformare*, *l. 14. 31. 47. de oper. publ. lib. 15. t. 1.*

REFORMATIO, restitutio. *Reformatio* ædium. *l. 19. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* vbi tamen est legendum *deformatio*. Celeris *reformatio*, *l. vn. vtrum vi. lib. 4. t. 23. l. 5. de denunciat. lib. 2. t. 4.* Possessionis *reformatio*, *l. vn. si de momento. lib. 11. t. 37.*

REFRICARE, denuo aliquid agere, repetere. *Refricare* exactionem, *l. 30. de erogat. milit. an. lib. 7. t. 4. Refricare* Negotia, *leg. quarta*, de donat. *lib. 8. titulo 12. Refricare* Quæstionem, *l. 6. de appellation. lib. 11. t. 30. Refricare* Securitatem, *leg. 185. de Decurionibus. lib. 12. tit. 1.*

REFUGÆ. Qui *refugas* occultandos putauerint, *l. 21. de tyronib. lib. 7. t. 18.* Desertores ac *refugæ*, *l. 6. ne sanctum bapt. lib. 16. tit. 7.* dicuntur ii, qui reliquerant Sectam Nouatianorum.

REFUNDERE, restituere, resarcire. *Refundere* expensas prærogatas, *l. 29. de Decurion. lib. 12. t. 1. Refundere* publicis censibus, *l. vlt. de Conlat. donatarum. lib. 11. t. 20. Refundere* dotem vxori, *l. 3. de dotibus. lib. 3. t. 13.*

REFUTATIO, *l. 11. de appellat. lib. 11. t. 30.* dicitur quando partes aut litigatores relationem iudicis, additis allegationibus, referrunt. Vid. *Refutatorius.*

REFUSIO, solutio. Munerum *refusio*, id est, tributorum solutio, *l. 185. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

REFUTARE, id est, respuere, *l. vn. ne damna prouincialibus. lib. 11. t. 11. Refutati* Iudicio, id est, confutati, *l. 9. de hæret. lib. 16. tit. 5.*

REFUTATORIUS. *Refutatoriæ* preces, *l. 1. 24. 28. de appellat. lib. 11. t. 30. Refutatorii*, id est, libelli *refutatorii*, *l. 11. de appellat. lib. 5. de relationib. lib. 11. t. 29. Refutatorii* litigantis, *l. 1. de appell. Refutatorii*, vel *refutatoriæ* partium, *l. 16. de appellat. Refutatorii* libelli, *l. 8 11. 24. 29 de appell. lib. 11. t. 30.* sunt allegationes, *l. 3. de relat. lib. 11. t. 29.* quibus litigatores relationem Iudicis ad principem, si minus plena vel contraria videretur, refellebant, *d. l. 3.* & *l. 1. de appell. lib. 11. t. 30.* Symm. *lib. 2. ep. 30. Si relatio ad fortunam negotii pertineret, & supplementa, vel refutatorios iurgantes dedissent.* Et *lib. 10. ep. 45. Cuius sententiæ meritum perennitas vestra lectis gestis ac refutatoriis cohærentibus æstimabit.* V. Iur. in Symm. *lib. 2. ep. 30.*

REGALIS. *Regales* (Francorum scilicet & Alemannorum) *l. 9. de re militari. lib. 7. t. 1. Regales* trabeæ, *l. 4. ne quid publicæ lætit. lib. 8. t. 11.* Aulæ *regalis* penetralia, *l. 12. de medicis. lib. 13. t. 3.*

REGIUS. *Regia* domus, *l. 1. de conduct. & homin. domus Aug. lib. 10. t. 26.*

REGESTUS. Maximas prædas hoc pacto agi de prouincialibus certum est, vt acceptæ semel securitates, & *regestæ polyptychis*, a discussoribus vel apparitoribus, denuo postulentur, *l. 2. de discussor. lib. 11. t. 26.* id est, *insertæ ratiociniis publicis*, relatæ in gesta publica, seu polyptica. Vnde *polyptici* ipsi, seu libri rationum, & actorum diurnorum audiunt *Regesta*. Hinc *Regesta diuersorum officiorum*, Nouella *de Theodosiani Codicis authoritate.* Nam singulis officiis fuere sui Codices, vel Indices, in quos quicquid actum esset, referebatur. Hinc & *Regendarii* appellati sunt, qui Codices hos tractabant, vt patet ex Cassiodoro *Var. II. 29.* Huc pertinet subscriptio *legis 14. de indulgentiis debitorum*, *lib. 11. tit. 28. Regesta VI. Id. Febr. Rau.* qua innuitur, legem hanc *regestam* seu relatam fuisse, in Acta seu *Regesta* Comitis S. L. cui hæc lex inscripta est. Vide quæ dicta sunt in *Commentar. ad h. l.* Vopiscum *in Probo c. 2.* & ibi Salmasium, Raguellum *in Commentar. ad Constit Iustin. de Codice confirmand.* Cuiacium *Obseruat. XV. 37.* Panciroolum *ad Notit. Orient. c. 18.* Du Fresne *in Glossar. voc. regestum.*

REGIMEN prouinciarum, *l. 159. de Decur. lib. 12. t. 1.*

REGIONES & prouinciæ pro eodem, *l. 24. de cohort. lib. 8. t. 4.* quandoque pro prouinciarum certo tractu, *l. vlt. de defensor. ciuit. lib. 1. t. 11. l. 2. de integri restitut. lib. 2. t. 16. l. 8. 34. de cursu lib. 8. t. 5.* hinc clabulariæ *regiones d. l. 34.* id est, stationes in quibus cursus clabularis constitutus erat. 2.) *Regiones* pro vrbis parte. Hinc *Regiones* vrbis R. *l. 8. de medicis. lib. 13. t. 3.*

REGULA. *Regulam* imponere. Omnia constituta, non præteritis calumniam faciunt, sed futuris *regulam* imponunt, *l. 3. de constit. principum. lib. 1. t. 1.*

REI. De exhibendis *reis*, est, *tit. 2. lib. 9. de exh. vel transmitt. reis.* De *reorum* Custodia est, *tit. 3. lib. 9.*

REIECTUS, pro deiectus ab officio, *l. 1. de defens. ciuit. lib. 1. t. 11.*

RELATIO, *l. 2. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19. Relationes* seu consultationes Iudicum ad Principem, de his, *lib. 11. t. 29.*

RELATORIÆ, *l. 8. de nauicul. lib. 13. t. 5.* sunt securitates, quas nauicularii redditarum, seu subuectarum a se specierum nomine, a susceptoribus accipiebant.

RELAXARE pro tribuere, concedere, indulgere, *l. vlt. de incorp. lib. 10. t. 9. l. 26. ne petition. lib. 10. t. 10.* de indulgentiis debitorum nominatim, *l. 6. 11. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.* Crimen *relaxare*, *l. 15. de cohort. lib. 8. t. 4.* Instantiam *relaxare*, *l. 13. de metallis. lib. 10. t. 19.* Licentiam

tiam *relaxare*, *l.* 8. *quorum appell. lib.* 11. *t.* 36. Moram ac tempus *relaxare*, *l.* 27. *quorum appell. lib.* 11. *t.* 36. Necessitatem *relaxare*, *l.* 7. *de donat. lib.* 8. *t.* 12.

RELAXATIO præscriptionis peremptoriæ, id est, remissio, *l.* 3. *de diuersis rescriptis. lib.* 2. *t.* 2.

RELEGATIO, *l.* 8. *de desert. lib.* 7. *t.* 18.

RELEGERE. *Relegere* libertatem, id est, repetere libertatem, *l.* 2. *de liber. causa. lib.* 4. *t.* 8.

RELEVATIO, κουφισμός, vox rei tributariæ, innuitque canone possessionem liberatam esse. Hinc *releuatæ* possessiones, *tit. de conlat. donat. vel releuat. possess. lib.* 11. *t.* 20. *Releuatio* canonis, *l.* 5. *d. t.* *Releuationis* beneficium, *leg. ead.*

RELEVATVS. *Releuata* iuga seu capita, *l.* 6. *de conlat. donatar. lib.* 11. *t.* 20. releuata absolute, *l.* 15. *de indulg. debit. lib.* 11. *t.* 28. & *Nouella* Martiani 2. Theodosii 33. *subleuata* prædia *d. nouell.* 33. id est, quibus canon demptus ex parte vel integer, *l.* 5. *de conlat. donat. lib.* 11. *t.* 20. quæ aliquatenus tributorum munere *subleuata d. nouella* 33. *Releuati*, id est, immunes ab omni præstatione, *l. vlt. de veteran. lib.* 7. *t.* 20. Necessitates *releuatæ*, *l.* 22. *de prætor. lib.* 6. *t.* 4. Consule etiam *not. f. ad d. l. vlt. de veteran.*

RELEVARE. *Releuare* incommodum partitionis, *l.* 26. *de ann. lib.* 11. *t.* 1. *Releuari* in omnibus titulis, *l.* 13. *de senat. lib.* 6. *tit.* 1. *Releuandus*, *l.* 7. *de tiron. lib.* 7. *t.* 13. 2.) *Releuare* damna, *l.* 4. *de suariis. lib.* 14. *t.* 4.

RELICTVS. *Relictum* solum, *l.* 11. *de veteranis. lib.* 7. *t.* 20. *Relictus* hæres legibus ad successionem vocato oppositus, *l.* 5. *de testam. lib.* 4. *t.* 4.

RELIGIO. De *Religione* est *l.* 16. *t.* 11. De his qui super *religione* contendunt, est *lib.* 16. *t.* 4. *Religionis* libertas conceditur, *l.* 9. *de malefic. lib.* 9. *t.* 16. *Religio* Catholica, *l.* 28. *de hæret. lib.* 16. *tit.* 5. 2.) *Religio*, pro clericatu, *l.* 123. *de Decurion. lib.* 12. *tit.* 1. Ita etiam, sacrosancta *religio*, pro *professione clericatus*, *l.* 46. *de curs. lib.* 8. *t.* 5. 3.) Iurisiurandi *Religio*, *l.* 3. *de fide testium. lib.* 11. *tit.* 39. Naturæ ipsius *religio*, *l.* 2. *de inoff. testam. lib.* 2. *t.* 20.

RELIGIOSVS. *Religiosissimi* famuli, id est, Christiani, *l. vltim. ne Christianum mancipium Iudæus lib.* 16. *t.* 9. 2.) *Religiosum*, id est, æquum, *l.* 1. *de bonis proscript. lib.* 9. *tit.* 42. Voces senatus *religiosæ*, *l.* 1. *de Prætor. lib.* 6. *t.* 4.

RELIQVVS. *Reliquum*, debitum, & *Reliqua*, debita seu tributa præteriti temporis, quorum a principibus sæpe indulgentia data, *l.* 13. *de ann. lib.* 11. *t.* 1. *l.* 3. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 14. 15. 16. *de indulg. debitor. lib.* 11. *t.* 28. *Rubrica sine censu vel reliquis. lib.* 11. *tit.* 3. *Reliqua* debita, *l.* 1. *de fisci debitor. lib.* 10. *t.* 16. *l.* 11. *de iure fisci. lib.* 10. *tit.* 1. *l.* 14. *de suscept. lib.* 12. *t.* 6. Fiscale debitum, *reliquum*, *l.* 17. *de exact. lib.* 11. *t.* 7 *l.* 10. *de suscept. lib.* 12. *t.* 6. *Reliquorum* cumulus, *l.* 25. *de ann. lib.* 11. *t.* 1. & *reliquorum* moles, *l.* 3. *de censitor. lib.* 13. *t.* 11. *Reliquum* ex præterito trahatur, *l.* 17. *de exact. lib.* 11. *t.* 7. *Reliqua* sarcinarum, id est, onerum præstandorum, *l.* 50. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. *l.* 4. *de lust. conlat. lib.* 13. *t.* 1. quæ lex eadem est cum *d. l.* 50. *Reliquorum* ratio ex centesima agnoscitur, *l.* 11. *de iure fisci. lib.* 10. *t.* 1.

RELIQVIÆ. *Reliquiæ* sanctorum & martyrum, *l.* 7. *de sepulch viol. lib.* 9. *t.* 17. *Reliquiæ* corporum non contrectandæ, *l.* 4. *de sepulch. viol. lib.* 9. *t.* 17. *Reliquiæ* iracundiæ. Nullis residentibus *iracundiæ* mentis reliquiis, &c. *l. vltim. de his, qui ad Eccl. lib.* 9. *tit.* 45.

RELVCTANS. *Reluctantis*, id est, defensoris, partes suscipere, *l.* 3. *de bonis vacant. lib.* 10. *t.* 8.

RELVCTARI. *Reluctari* nominationibus, *l.* 15. *de prætor. lib.* 6. *t.* 4. *l.* 36. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30.

RELVCTATIO. *Reluctationis* vocem obiicere, *l.* 179. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1.

REMEARE. *Remeandi* facultas, *l.* 16. *de re militari. lib.* 7. *tit.* 1.

REMEDIVM *Iuris* appellatio dicitur, *l.* 15. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. 2.) Pœnitentiæ *remedium*, *l.* 4. *de apostatis. lib* 16. *tit.* 7. 3.) *Remedia* necessaria, quibus princeps fessis prouincialibus succurrit, *l.* 12. *de legatis. lib.* 12. *tit.* 12. 4.) Humanis quæsita corporibus *remedia* ex arte magica, *l.* 3. *de maleficis. lib.* 9. *t.* 16. 5.) *Remedia* proprie de releuatione census, *l.* 13. *in f. de indulg. debitor. lib.* 11. *t.* 28.

REMISSIO. *Remissionem* veniæ, crimina nisi semel commissa non habent, *l.* 6. *de indulg. crimin. lib.* 9. *tit.* 18.

REMITTI, in *l.* 3. *de diu. rescript. lib.* 1. *tit.* 2. pro permitti, deferri.

REMOTVS. *Remotæ* stationes, *l.* 6. *de curiosis. lib.* 6. *t.* 30.

REMOVERE. *Remouere* testamenta, id est, iniusta declarare, *l.* 2. *de inoff. testam. lib.* 2. *t.* 20. 2.) *Remouenda*, & auferenda, absolute censui eximenda, *l.* 13. *de indulg. debit. lib.* 11. *t.* 28.

REMVNERATIO. *Remuneratio* conscientiæ, *l.* 177. *de Decur. lib.* 12. *tit.* 1. 2.) *Remunerationes* sacræ, *l.* 20. *de Palat. s. l. lib.* 6. *t.* 30. *l.* 41. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. id est, sacræ largitiones.

RENOVARE. *Renouare* euectiones, *l.* 33. *de cursu. lib.* 8. *t.* 5.

RENVERE. *Renuere* debitum, est debitum non soluere, *l.* 6. *quorum appellat. lib.* 11. *t.* 36.

RENVNCIARE, nuntium mittere, repudiare. *Renunciare* senatoriæ dignitati quidam potuere & consulari, vt eius oneribus liberarentur, *l.* 4. & *vlt. de senator. lib.* 6. *t.* 1. 2.) *Renunciare*, denuntiare, deferre. Officium, quod non renuntiarit, *l.* 16. *quor. appellat. lib.* 11. *t.* 36.

REPARARE. *Reparare* securitatem vel consistentibus, vel commeantibus, *l. vlt. de curiosis. lib.* 6. *t.* 29. Possessionis amissæ iura *reparare*, *l.* 3. *ad l. Iul. de vi. lib.* 9 *tit.* 10. Fetus agrorum *reparare*, *l.* 1. *de censitor. lib.* 13. *tit. vltim.* *Reparata* mors, *l.* 5. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. Vide ibi *Commentar.*

REPARATIO, de animalium bastaga, *l.* 4. *de murilegulis. lib.* 10. *t.* 20. 2.) De appellationum *reparatione* est *titul.* 31. *lib.* 11. De denunciationum *reparationibus* est *t.* 6. *lib.* 2.

REPEDARE, antiqui dixerunt, pro redire, vt est apud Festum, & Nonium *cap.* 2. *n.* 738. *Repedare* ad pristina sacramenta, *l.* 26. *de cohort. lib.* 8. *tit.* 4.

REPENSARE, *l.* 2. *de tiron. lib.* 7. *t.* 13. id est, compensare.

REPETERE pro petere, momentum repetere, *l.* 4. *vnde vi. lib.* 4. *t.* 22

REPETITVS, iteratus. *Repetito* calculo. Dies solis, qui *repetito* calculo reuoluuntur, *l.* 2. *de feriis. lib.* 2. *t.* 8. *l.* 6. *Cod. I. eodem.*

REPRAESENTARE, id est, soluere, præstare. *Repræsentare* maternam substantiam, soluere maternam substantiam, *l.* 1. *de maternis bonis. lib.* 8. *tit.* 18. Mancipatum debitum *repræsentare*, *l.* 46. *de cursu. lib.* 8. *tit.* 5. Decimas *repræsentare*, *l.* 10. *de metallis. lib.* 10. *t.* 19. Pensitationes equo-

equorum *repræsentare*, *l. 2. 4. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t 35.*

REPRÆSENTATIO equorum, id est, præstatio, collatio, *l. 2. de priuil. eorum qui in s. pal. lib. 6. t. 35.* 2.) *Repræsentatio*, id est, exhibitio reorum, *l. 3. de actor. procurat. lib. 10. t. 4.*

REPREHENSIO existimationis, id est, nota, *l. 43. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* 2.) *Reprehensio*, pro pœna. In maximam se *reprehensionem* sciat venturum, *l. 11. de cursu. lib. 8. t. 5.*

REPREHENSIBILIS. *Reprehensibilis* temeritas, *l. 5. de metat. lib. 7. t. 8.*

REPVLSARE iniuriam, *l. 2. ad l. Iul. de vi. lib. 9. t. 10.*

REPVDIVM. De *repudiis* est *lib. 3. t. 16.* vbi de caussis & pœnis eorum.

REPVRGIVM formarum. *Repurgium facere*, *l. 1. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* i. e. purgare aquæductum. Vid. *not. h. ad h. l.*

REQVIES. Sine *requie* ablata redhibere, *l. 2. de vsuris. lib. 2. t. 33.* id est, protinus, sine mora.

RES. In *rebus* prima militia est, id est, in actu rerum, *l. 1. de proximis. lib. 6. t. 26.* *Rem* saluam fore, caueo, *l. 1. de liberal. caussa. l. 4. t. 8.*

RESCRIPTA principum. De his est *t. 2. lib. 1.* Item *lib. 2. titul. 4. de denunciat. vel editione rescripti.* Consule *Paratitlon.*

RESECARE emendatione congrua, & seuerissima, detestatos criminosos, *l. 35. de haret. lib. 16. t. 5. qu'ils soint retranchés.*

RESIDERE dicuntur de re quapiam cognoscentes Iudices, *l. 13. de Iure fisci. lib. 10. t. 1.* & Sacerdotes, *l. 35. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* 2.) *Residere* pro in reliquis hærere, & reliqui nomine deberi, *l. vltim. de prædiis senatorum. lib. 6. tit. 3.* Quanta reliqua *resedissent*, *l. 1. fine censu. l. b. 8. tit. 3.* *Residere* in debitum, *l. 27. de ann. lib. 11. tit. 1.* Ita enim diuisim legendum. *l. 9. de exsecutor. lib. 8. t. 8.* 3.) *Residere*, id est, inutile, desertum manere, *l. 13. de senator. lib. 6. t. 1.*

RESISTERE. *Resistendi* sicariis, telo, armis, facultas data legibus, *l. 2. ad l. Corn. de sic. lib. 9. t. 14.* *Resistentes* officiales Iudicibus, *l. 32. de susceptor. lib. 12. tit. 6.*

RESPERSVS, affectus. Ita *respersi* appellatione. Quos veteri tribunorum plebis appellatione *respersos*, constiterit populo præfuisse, *l. 74. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

RESPICERE ad Dei cultum, est conuerti ad religionem Christianam, *l. 1. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

RESPIRARE vires, id est, facultates dicuntur, *l. 8. de censitor. lib. 13. t. vlt.*

RESPONSA *prudentum.* De his est *lib. 1. t. 4. de respons. prud.* v. Sauar. in Sid. *lib. 3. ep. 10.* & *Commentarium ad h. t.*

RESPONSIO, pro consensu, & quidem ad nuptias, *l. 1. de raptu Virg. lib. 9. t. 24.* 2.) Testium *responsio*, id est, depositio, *l. 3. de fide testium. lib. 11. t. 39.* 3.) *Responsiones*, pro rescriptis & responsis principum. *V. l. 27. de appell. lib. 11. t. 30.* & *Paratitlon de diu. rescript.*

RESPVBLICA absolute pro ciuitate vel republica, *l. 9. de Decur. lib. 12. t. 1.* Ciuitatis *respublica*, *l. 2. de iudiciis. lib. 2. t. 18. l. 6. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 18. de oper. publ. lib. 15. t. 1.*

RESTARE vel *resistere*, *l. 27. de ann. lib. 11. t. 1.* qui ad soluenda rei nostræ debita *restiterunt*, *qui ont esté en reste.*

RESTITVTIO in integrum est, *l. 2. t. 16.*

RESTITVTVS. De *restitutis* & sententiam passis est, *lib. 9. t. 43.*

RESTITVERE, pro præstare, *leg. 16. 18. de ann. lib. 11. tit. 1.* *Restituere* vsuras, *l. 3. de vsuris. lib. 2. t. 33.* *Restituere* promissa, id est, præstare, *l. 2. si certum præstat. de suffragiis. lib. 2. tit. 29.* Functiones restituere, *l. 90. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* id est præstare. 2.) Restituere, repræsentare. Personam *restituere*, *l. 115. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* 3.) *Restituere*, reddere. *Restituere* securitates vel apochas, *l. 19. de ann. lib. 11. tit. 1.* *Restitutus* in officium, *l. 5. de domest. & protect. lib. 6. t. 24. l. 3. de agent. lib. 6. t. 27.*

RESVLTARE est denegare se, & subtrahere se conditioni alicui, *l. 89. & 181. de Decur. lib. 12. t. 1.*

RESVPINVS, elatus. *Resupina* ceruix. Iudicem desidem ac *resupina* ceruice tantum titulum gerentem, *l. 6. de cust. reorum. lib. 9. t. 3.* *Resupini* spiritus, *l. 2. de Episcopali iudicio. lib. 16. t. vltimo.* Confer *not. i. ad d. leg. 6.*

RETENTARE simpliciter, item, penes vel apud se quid *retentare*, pro simplici retinere, *l. 12. de ann. lib. 11. tit. 1. leg. 19. de bon. proscriptor. lib. 9. tit. 42. l. vn. de auri publ. prosecutor. lib. 12. t. 8. l. 7. de cohortalib. lib. 8. t. 4. l. 22. 30. de curs. publ. lib. 8. t. 5. l. 8. de murilegul. lib. 10. t. 20. l. 13. de pistorib. lib. 14. t. 3.* 2.) *Retentare*, eligere. Idoneos faciat tutores *retentari*, *l. 3. de tutorib. lib. 3. t. 17.* 3.) *Retentare*, tenere, adstringere. Occultatores ad pœnam volumus *retentari*, *l. 14. in fin. de desertor. lib. 7. t. 18.* 4.) *Retentare*, prohibere, interdicere. Cæteris ab hac licentia *retentatis*, *l. 21. de petition. lib. 10. t. 10.*

RETENTATOR *l. vlt de temporum cursu. lib. 2. t. 6. l. 3. vnde vi. lib. 4. t. 22. l. 8. de censitoribus. lib. 13. t. 11. l. vn. qui bonis ex l. Iul. lib. 4. t. 20.* est, qui res alterius aut vi, aut clam, aut dolo retentat. Consule Sirmondum *ad Ennod. pag. 5.*

RETENTIONES dotium, *l. 2. de repudiis. lib. 3 t. 16. l. 2. de dotibus. lib. 3. t. 13.*

RETHIBERE v. sup. *redhibere.*

RETINERE pro abstinere. Omnesque se ab hac nefaria petitione *retineant*, id est, abstineant, *l. 24. de petition. lib. 10. t. 10.* 2.) *Retinere*, pro seruare sibique vindicare, *l. 26. de ann. lib. 11. t. 1. l. 16. de exact. lib. 11. t. 7.* prædia sub fisci nomine *retinere*, *l. vlt. de exact. lib. 11. t. 7. l. 19. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* possessiones, quæ ex bonis Gildonis in ius nostræ serenitatis *retentæ* sunt. 3.) *Retinere*, subiicere, obligare, obnoxium facere. *Retinendæ* plebis ratio, *l. 26. de ann. lib. 11. t. 1.* 4.) *Retineri*, pro teneri. Ad mulctam *retineri*, *l. 30. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Ad maiestatis crimen *retineri*, *l. 19. de Iudæis. lib. 16. tit. 8.* Condemnatione *retineri*, *l. 27. de annona. lib. 11. tit. 1.* Ad dispendia *retineri*, *l. 52. de hæret. lib. 16. t 5.* Ad solutionem *retineri*, *l. 9. de num. lib. 8. t. 1.* Ita *l. 9. de famos. libell. lib. 9. t. 34.* reus ex lege *retinetur.*

RETRAHERE. De *retrahendis* personis ad suam conditionem, *l. 2. de censitor. lib. 13. t. 11.*

RETRO. *Retro* principes, *l. 2. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7. l. 11. de proximis comit. dispos. lib. 6. t. 26.* *Vltra omnes retro principes laudari*, Pacatus ad Theodosium *initio* & c. 14. *cuiusdam retro principis. l. 15. de Iudæis. lib. 16. t. 8. l. 20. in f. de Iudæis. lib. 16. t. 8. l. 4. de conlat. donat. lib. 11. t. 20. l. 168. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 3. de medicis. lib. 13. t. 3. l. 44. de oper. publ. lib. 15. t. 1. l. 1. de fide testium. lib. 11. tit. vlt. l. 25. de Iudæis. lib. 16. t. 8. l. 6. ne sanct. bapt. lib. 16. t. 6. l. 181. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* *Retro* sanctiones latæ, *l. 16. de medicis. lib. 13. tit. 3.*

REVE-

S.

de appell. lib. 11. *t.* 31. *l.* 2. *de pactis, lib.* 2. *t.* 9. cognitio *sacra* vel *sacrum* cognitionis examen, *l.* 62. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. *l.* 3. *de reparat. appellat. lib.* 11. *tit.* 31. Auditor *sacræ cognitionis*, *l.* 7. 8. *de rep. appell. lib.* 11. *t.* 31. Cognitor *sacer*, *l.* 25. *quorum appell. lib.* 11. *t.* 36. *l. vlt. de repar. appell. lib.* 11. *t.* 31. Iudicium *sacrum*. *Sacrum* numinis nostri iudicium, *l.* 49. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. *sacri* iudicii examen, *l.* 52. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. vice *sacra* cognoscere, *l.* 16. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. *Sacra* vice audientiam præbere, *l.* 61. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30. Auditio *sacra*, *l.* 67. *de appell. lib.* 11. *t.* 30. Ita etiam *sacri* oris imitator dicitur, *l.* 6. *de indulgent. crimin. lib.* 9. *t.* 38. qui faciem principis imitatur, falsamque monetam cudit. *Sacri* vultus, Principis imagines, *l.* 4. *de excusat. artific. lib.* 13. *t.* 4. *l. vn. si quis solidi circulum. lib.* 9. *t.* 22.

SACRA. Liberi in *sacris* constituti, *l.* 1. *de matern bon. lib.* 8. *t.* 18. qui dicuntur *eadem* lege, in potestate constituti. Liberos in *sacris* retinere, *l.* 9. *de matern. bon. lib.* 8. *t.* 18. & mox: aut ex ipso filio in *sacris*, auia viuente dimissi. *L. vlt. de incest. nuptiis. lib.* 3. *t.* 12. Ex hoc contubernio nec filii legitimi habebuntur, nec in *sacris* patris erunt, nec paternam, vt sui, suscipient hereditatem. *L. quicunque* 5. *de iis quæ administr. lib.* 8. *t.* 15. Emancipato, an in *sacris* agenti. 2.) *L. vlt. quemadmod. mun. ciuil. lib.* 12. *tit.* 5. Initiati curiæ, *sacris*, id est, qui functionem curialem susceperunt, aut Decuriones facti sunt.

SACRAMENTVM, mysterium. *Sacramenta* fidei Catholicæ, *l.* 44. *de hæreticis. lib.* 16. *tit.* 5. Ita etiam *Sacramenta* regionis Iudaicæ, *l.* 13. *de Iudæis. lib.* 16. *t.* 8. &, Iudaicis *sacramentis* christianum seruum adtaminare, *l.* 5. *de contrahend. empt. lib.* 3. *tit.* 1. 2.) *Sacramentum*, iusiurandum militare. Militiæ armatæ *sacramentum*, *l.* 42. 43. *de Decurion. lib.* 12. *tit.* 1. Sacramentorum *cupiditas*, *l.* 3. *de agentibus in rebus. lib.* 6. *t.* 27.

SACRARIVM pro ærario sacro, *l.* 49. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. *Sacrarii* nostri incrementis accedant. Neque opus pro *sacrarii* reponere *sacri ærarii*. 2.) *Sacrarium* principis, pro consistorio & palatio principis, *l.* 11. *de pœnis. lib.* 9. *t.* 40.

SACRILEGVS. *Sacrilega* audacia, *l.* 27. *de operibus publ. lib.* 15. *tit.* 1. *Sacrilega cohors* hæreticorum, *l.* 20. *de hæreticis. lib.* 16. *t.* 5. *Sacrilega* dissimulatio, *l.* 4. *in f. ne quid publ. læt. lib.* 8. *t.* 11. *Sacrilega* falx. *Sacrilega* falce vitem succidere, *l.* 1. *de censitor. lib.* 13. *t. vlt.* Apostatarum *sacrilegum* nomen, *l. vlt. de Apostat. lib.* 16. *t.* 7. Iudæorum *sacrilegus* cœtus, *l.* 7. *de Iudæis. lib.* 16. *t.* 8. *Sacrilegus* animus tribuitur ei, qui maiestatis crimine est pollutus, *l.* 6. *de bon. proscriptor. lib.* 9. *t.* 42. *Sacrilegi* etiam appellantur, qui ecclesiarum priuilegia turbant *l.* 40. *in fin. de Episcop. lib.* 16. *t.* 2. *Sacrilegi*, qui diem dominicum profanant, & a religione deflectunt, *l.* 3. *de executor. lib.* 8. *t.* 8. Nuptiarum *Sacrilegi*, dicuntur adulteri, *l.* 4. *quorum appellat. lib.* 11. *t.* 36.

SACRILEGIVM committere dicuntur Episcopi, qui vel imperiti, & inscientes inanem Episcopi titulum gerunt, & itaque nesciendo diuinæ legis sanctitatem confundunt, vel incuriosi & negligentes fidem catholicam aduersus hæreses non defendunt, vel aduersus ipsam fidem offendunt, *l.* 25. *de Episcop. lib.* 16. *tit.* 2. *Sacrilegia* templorum, *l.* 3. *de apostat. lib.* 16. *t.* 17. gentilium sacra & superstitio appellantur. Venenum Ariani *sacrilegii*, *l.* 6. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. dicitur hæresis Ariana. Baptismatis iterati *sacrilegium*, *l.* 4. *ne sanct. baptism. lib.* 16. *tit.* 6. committunt Donatistæ. *Sacrilegii* crimen, est maiestatis, & sacrarum constitutionum violatarum, crimen. *L.* 2. *in f. vt dign. ordo. lib.* 6. *t.* 5. Sit plane *sacrilegii* reus, qui diuina præcepta neglexerit. Vide *Commentar. ad h. l.* Ita etiam *l.* 30. *de erogat. militar. annon. lib.* 7. *t.* 4. *l.* 15. 24. *de petition. lib.* 10. *tit.* 10. *l.* 1. *si quis pecun. lib.* 9. *t.* 23. *l.* 6. *de indulgent. crimin. lib.* 9. *t.* 38. *Sacrilegium* dicitur de indeuotione in Principem, *l.* 4. *de domest. & protect. lib.* 6. *t.* 24. *Sacrilegium* faciunt, qui turbant ecclesiarum priuilegia, *l. vlt. de Episcop. lib.* 16. *t.* 2. vel, qui in ecclesias impetum faciunt, & irruunt, *l.* 31. *eod. tit.*

SACROSANCTVS. *Sacrosancta* ecclesia, *l. vn. de bonis clericorum. lib.* 5. *t.* 3. *l.* 47. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. Religio *sacrosancta*, *l.* 46. *de cursu publ. lib.* 8. *t.* 5. est clericatus. *Sacrosanctis* mysteriis seruientes, *l.* 123. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. sunt clerici.

SÆCVLVM. *Sæculi* decus, *l.* 3. *de curiosis. lib.* 6. *t.* 29. Labes *sæculi*, *l.* 17. *de pœnis. lib.* 9. *t.* 40. id est nota. Necessitates *sæculi* opulentos subire oportet, *l.* 6. *de Episc. lib.* 16. *t.* 2. *Sæculi* nostri otio & pace perfrui, *l.* 2. *de Veteranis. lib.* 7. *t.* 20.

SAGVM, vestimenti genus, quo corpus muniebant pro itineris necessitate. Ita definiuntur *Saga*, *l.* 48. *de cursu publ. lib.* 8. *t.* 5. Hippocomorum *saga*, *l.* 37. 50. *de cursu publ. lib.* 8. *t.* 5.

SAGAX. *Sagacissima* cura, *l.* 40. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5.

SAGACITAS. *Sagacitate* summa quæri ac prodi, *l.* 34. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. Tota *sagacitate* vestigare, *l.* 5. *de suscept. lib.* 12. *t.* 16.

SAL, *l.* 17. *de cohort. lib.* 8. *t.* 4.

SALARIVM. De præbendo *salario* ex viribus reipublicæ est *tit.* 2. *lib.* 12. Residui temporis *salarium*, *l. vlt. de domest. & protect. lib.* 6. *t.* 4. Non debetur salarium legatis post eorum tempus, *l.* 2. *de Legatis. lib.* 12. *t.* 12. *Salaria* professorum, *l.* 1. & 2. *de Medicis. lib.* 13. *t.* 3. Architectorum *salarium*, *l.* 1. *de excus. art. lib.* 13. *t.* 4. *Salaria* medicorum, *l.* 8. *de Medicis. lib.* 13. *t.* 3.

SALGAMVM sunt necessariæ res, veluti sal, oleum, lignum, *l.* 1. 2. 3. *de Salgamo. lib.* 7. *t.* 9. Culcitæ, *l.* 2. 3. *d. t.* aliaue eiusdem, quæ comites, tribuni, præpositi, *l.* 2. *d. t.* milites *l.* 2. & 4. militantes *l.* 3. a suis hospitibus *l.* 2. 3. poscebant flagitabant, extorquebant, vsurpabant, quod prohibitum illo titulo.

SALINÆ Romæ. De his accipienda *l. vnic. de mancip. therm. lib.* 14. *t.* 5. De priuatis *salinis*, *l.* 3. *de conlat. donat. lib.* 11. *t.* 20.

SALTIM pro saltem, *l.* 41. *de Episc. lib.* 16. *t.* 2. *l.* 7. 63. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5. *l.* 28. *de Iudæis. lib.* 16. *t.* 8. Ita quoque *in Nouella Theod.* 3. *vers. quamobrem.*

SALTVS & pascui *saltus*, *l.* 2. *de pascuis. lib.* 7. *t.* 7. *Saltus* reipublicæ, & eorum locatio, conductio, *l.* 1. *de locat. fund. iuris emphyt. lib.* 10. *t.* 3.

SALTVARIVS. *Saltuariæ* promotione prohibitæ: v. *Promotiones.*

SALVVS. *Salua* reuerentia, *l.* 1. *de maternis bonis. lib.* 8. *t.* 8. *Salua* reuerentia maiestatis nostræ, ius nobis cum priuatis non dedignamur esse commune, *l. vlt. de appell. lib.* 11. *t.* 30. *Salua* Republica, *l.* 4. *de accusat. lib.* 9. *t.* 1. *Salui* id est, incolumes, sani, *l.* 2. *de veteran. l.* 7. *t.* 20.

SALVBRIS. *Saluberrima* lex, *l. vnic. si secundo nupse-*

nupserit. lib. 3. t. 9. *Saluberrima* præceptio, *l. 185. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Salubre* decretum, *l. 29. de petition. lib. 10. t. 10.* Edictum *salubre*, *l. 1. de Episc. iudic. lib. 16. t. 12.* Imperium *salubre*, *l. 1. de Episc. iudic. lib. 16. t. 12.* Oracula *salubria*, *l. vlt. de immunitate, lib. 11. t. 12.* *Salubris* dispositio, *l. 8. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Forma *salubris*, *l. 4. de suariis. lib. 14. t. 4.* Lex *salubris*, *l. 17. de Paganis. lib. 16. t. 10.* *Salubris* Moderatio, *l. 23. de annona. lib. 11. t. 1.*

SALVBRITER. *Salubriter* cauta, *l. 16. de diuers. offic. lib. 8. t. 7.* *Salubriter* constituta, *l. 171. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Salubriter* ordinata, *l. 3. de indiction. lib. 11. t. 3.*

SALVS. *Salus* priuatorum. Quorum *salus* in discrimen vocatur, *l. 6. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Saluti* parcere, *l. 1. de fide cathol. lib. 16. t. 1.* *Salus* Communis, *l. 3. de exact. lib. 11. t. 7.* Contra *salutem* Principis, & de *salute* quærere, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

SALVTARIS. *Salutaris* ars, medicina, *l. 14. de Medicis. lib. 13. t. 3.* *Salutaria* imperata, id est, constitutiones & leges, *l. 28. de appellat. lib. 11. t. 30.* *Salutaris* opera militum, maxime Reipubl. *l. 5. de re milit. lib. 7. t. 1.*

SALVTATIO, *l. vn. de præpos. sacri cubiculi. lib. 6. t. 8.* est genus officii, quod iudicibus præstatur, obseruato quoque ordine dignitatum. De hac salutatione dixi in *Commentar. ad h. leg.* & *ad leg. 1. de Præf. Prætor. lib. 6. t. 7.*

SAMARITANI. De *Samaritanis* est *lib. 16. t. 8. l. 18. de naucul. lib. 13. t. 5.*

SANCIRE. *Sancire otio.* Kalendarum Ianuariarum consuetos dies otio *sancimus*, *l. 2. de feriis. lib. 2. t. 8.* pro quo Tribonianus, mancipamus, *l. 7. Cod. Iust. cod.* *Sancire* publici officii disciplinam, *l. 2. de quæstor. lib. 6. t. 9.*

SANCTVS. *Sancta* lex, id est, religio Catholica, *l. 51. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Sanctissima* lex eodem sensu, *l. 5. de Episc. lib 16. t. 2.* *Sanctior* vita, *l. 36. de Episc. lib. 16. t. 2.* *Sanctum* baptisma, *l. 4. de apostat. lib. 16. tit. 7. l. vlt. de spectacul. lib. 15. t. 5.*

SANCTIMONIA Principis, *l. 2. de Veteranis. lib. 7. t. 20.*

SANCTITAS pollutioni opponitur. Vt relinquant incolumem domicilio *sanctitatem*, *l. 6. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* *Sanctitas* Apostolica, *l. 2. de fide Cath. lib. 16. t. 1.* *Sanctitas* cælitus infusa, *l. 4. ne sanct. bapt. lib. 16. t. 6.* Antistitem qui *sanctitatem* baptismi geminauerit, *l. 1. d. t.* *Sanctitas* Catholica, *l. 4. de hæret. lib. 16. t. 5.* Christiana *sanctitas*, *l. 22. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* *Sanctitas* coniugii, *l. vlt. de legitimis hæred. lib. 5. t. 1.* *Sanctitatis* perpetuæ Ecclesiæ, *l. 2. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Sanctitas* legis diuinæ, *l. 25. de Episc. lib. 16. t. 2.* *Sanctitatis* titulus, qui competit Senatui, *l. 4. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.*

SANE nota exceptionis & casus contrarii, *l. 25. de Decur. lib. 12. t. 1.*

SANGVIS, de equorum origine, genere, stirpe. Equi *Hispani* sanguinis, *l. 1. de equis curul. lib. 15. t. 10.* 2.) *Sanguis* de cognatione. Hinc cognatus sanguis, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.* Curiali *sanguine* obstricti, *l. 134. de Decurionib. lib. 12. t. 1.* *Sanguinis* iura, *l. 58. de hæret. lib. 16. t. 5.* Linea sanguinis, *l. 30. de petition. lib. 10. t. 10.* Misericordia *sanguinis*, id est, quæ sanguini debetur, *l. 3. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.* Nexus *sanguinis*, *l. 122. de Decur. lib. 12. t. 1.* Ordo *sanguinis*. Ipso *sanguinis* ordine, *l. 1. de priuil. eorum, qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Præiudicium *sanguinis*, *l. 19. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* 3.) *Sanguis*, pro vita. Hinc *Sanguinis* pœna, *l. 2. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* Pœna *sanguinis* diserte, *l. 51. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Sanguine* luere, *l. vlt. de fide Cathol. lib. 16. t. 1. l. 1. de his, qui super relig. lib. 16. t. 4.* Vindicari *sanguine*, *l. 2. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* *Sanguinem* expetens animaduersio, *l. 20. de petition. lib. 10. tit. 10.*

SANGVINOLENTI, id est recens nati, de his est *tit. 8. lib. 5.*

SANIES, purulentia. Artus, atro sanguine permixta *sanie* defluentes, *l. 1. de emendat. seruor.* Consule ibidem *not. r.* & *not. s.* & adde locum elegantem Ammiani *in fine lib. 16.* *Et intestinis vlceribus Reipublicæ sanie perfusus horrenda.*

SARCINA, pro onere. *Sarcina* & onus capitationis, *l. 33. de Episc. lib. 16. t. 2.* Census *sarcina*, *l. 6. de tyron. lib. 7. t. 13.* Conlationis *sarcina*, *l. 3. sine censu. lib. 11. t. 3.* Communem *sarcinam* subire, *lege 5. de suariis. lib. 14. t. 4.* Functionum *sarcina*, *l. 17. de extraord. lib. 11. t. 16.* Glebæ *sarcina*, *l. 12. de censitor. lib. 13. t. vlt.* Necessitatis *sarcina*, *l. 4. de susceptorib. lib. 12. t. 6. l. 40. de Episc. lib. 16. t. 2.* id est, extraordinarium, vel superindicti onus. Nominationis alienæ *sarcina*, quam noui decuriones subire debent, *l. 54. de Decur. lib. 12. t. 1.* Officii iniuncti *sarcina*, *l. 23. de cursu lib 8. t. 5.* Possessionis *sarcina*, *l. 14. de censitor. lib. 13. t. vlt.* *Sarcina* Præstationis, *l. 50. de Decur. lib. 12. t. 1.* Potentiorum *sarcinam* ad inferiores transferunt, *l. 1. de censu. lib. 13. tit. 10.* Quo a summis ad infimos vsque *sarcina* decurrente ferendi oneris, non leue solatium, *l. 49. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* & *l. vlt. de equor. conlat. lib. 11. t. 17.*

SARCOFAGI, quibus corpora detinentur, *l. 6. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.*

SARTA TECTA, *l. 3. de calcis coctor. lib. 14. t. 6.* id est, operum veluti publicorum refectio, tuitio. Consule Brissonium *de V. S.*

SARTVRA, *lege 2. de sepulchris violat. lib. 9. t. 17.* Si per *sarturas*, succurrendum sit alicui monumento.

SATELLITES hostis publici alicuius aut tyranni, *l. 7. de metatis. lib. 8. t. 8. l. 19. 21. de pœnis. lib. 9. t. 40. l. 19. 20. 22 de bonis proscriptorum, lib. 9. t. 42.* *Satellites* factiosorum seu coniuratorum *l. 3. ad l. Corn. de sicar. lib. 9. t. 14.*

SATIETAS. *Satietas* altercantium, *l. 1. de iudiciis. lib. 2. t. 18.*

SATIO. *Sationibus* insistentes agricolæ ad extraordinaria onera, non sunt deuocandi, *l. 4. de extraord. lib. 11. t. 16.*

SATIS *superque* sufficit, *l. 3. de legitimis hæredit. lib. 5. t. 1.*

SATRAPA, *l. vlt. de auro coronar. lib. 12. t. 13.* Consule ibi *Commentar.*

SATVRIANI & subafrenses. De his est *titulus 19. lib. 7.* vbi dixi.

SOCIARE. Si quem grauior condemnatio *sociauerit*, *l. 22. de pistor. lib. 14. t. 3.*

SAXA, *l. 4. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.*

SCAENICI, de his est *lib. 5. t. 7.*

SCÆVVS, sinister, malus, peruersus, stultus. *Scæuum* crimen, *l. 44. de Episcop. lib. 16. t. 2. in Cod. Iust. l. 19. eod.* male, *saui mores.* Dogma *scæuum*, *l. 19. de hæret. lib. 16. t. 5.* religio *scæua*, *l. 43. de hæret. lib. 16. t. 5.* Ammianus *lib. 29. c. 3.* *scæuum imperatori accesserat incentiuum.* Et fre-

frequentissime hac vtitur voce Apuleius, vt sciunt eius lectores. Interpretationes *scauæ*, *Nouella Valentiniani de libertis*. 6. Tempora *scæua*, de tyranno, *l. 9. de infirm. his, quæ sub tyr. lib. 15. t. 14.*

SCÆVITAS, peruersitas, sinisteritas. *Scæuitas* deprauitatis paternæ, *l. 4. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* Morum *scæuitas*. Hac morum *scæuitate* dignitates ab Eutropio pollutæ, *l. 17. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Restituenda vox hæc in *l. 5. Cod. Iust. de postul.*

SCÆVOLA IC. & eius scriptorum autoritas, *l. vnic. de resp. prud. lib. 1. t. 4.* *Scæuolæ* elogium, *l. 34. de testam. lib. 4. t. 4.*

SCAMNA, subsellia, *l. 2. de contrahend. empt. lib. 3. t. 1.*

SCANSORES ita γρ. non *scasores*, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* Videntur enim fuisse *scansores*, qui circa gradus, scalas, scalaria, occupati erant, per quas scanditur & ascenditur.

SCELEROSVS. *Scelerosus* raptus, *l. 1. de raptu vel matrim. sanctim. lib. 9. t. 25.* Reus *scelerosus*, *l. vlt. de defens. ciuit. lib. 1. t. 11.* *Scelerosi* simpliciter, *l. vlt. de defens. ciuit. lib. 1. t. 11. l. 4. de pœnis. lib. 9. t. 40.* *Scelerosi* Secessus Manichæorum, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 7.*

SCELVS. *Scelus* maleficiorum, *l. 4. de indulgent. criminum. lib. 9. t. 36.*

SCELESTVS. *Scelesta* factio, *l. 3. ad legem Cornel. de sicariis. lib. 9. t. 14.* *Scelesti* contractus ac fisco perniciosi, *l. 1 de iure fisci, lib. 10. t. 1.*

SCHEDA & authenticum opponuntur. *Scheda* est exemplum, *c'est la copie*, *l. vlt. de litor. & itin. cust. lib. 7. t. 16.*

SCHISMATICVS. De *schismaticis* & eorum pœnis, *l. 1. 62. 63. 64. de hæret. lib. 16. t. 5.*

SCHOLA. *Scholæ* generaliter dicuntur ædificia, vbi solent conuenire homines aut studendi, aut conferendi, aut præstolandi, aut alterius rei gratia. Adiungebantur autem hæ *Scholæ* fere porticibus, & statuis imaginibusque solebant ornari, vt probat Valesius *ad Ammianum lib. 14. c. 7.* A loco deinde siue *schola*, ipsi homines, aut hominum caterua, in eadem consistens, *schola* dicta est. Igitur ab hac origine *scholæ Palatinæ*, siue cohortes militum, qui pro palatio excubabant, scholamque seu ædificium habebant iuxta illud, nomen habere videntur. Hæ enim cohortes proprie *scholæ* appellatæ sunt, vt docet insignis locus Procopii *de bell. Goth. lib. 4. cap. 27. initio.* Verum deinceps præter has Palatinas scholas, aliis cohortibus, etiam *scholarum* nomen est inditum, imo & iis hæsit, qui res Principis priuatas publicasque omnes tractabant. Hinc *scholæ agentium in rebus*, de quibus consule *Paratitlon de agent. in reb. lib. 6. t. 27.* *Schola*, *Exceptorum*, *Singulariorum*, *Chartulariorum*. *Scholarum* autem mentio fit hoc Codice, *l. 22. de erogat. militar. annon. lib. 7. tit. 4.* vbi a vexillationibus, legionibus & auxiliis separantur. *Schola gentilium* intelligenda est *leg. vn. de nuptiis gentilium lib. 3. t. 14.* nam ex gentilibus seu barbaris multi inter scholares militabant. Confer *Commentarium ad h. leg.* *Scholæ scutariorum* memorantur *l. 9. de annon. ciuic. lib. 14. t. 17.* Vbi de iis dictum. *Scholæ domesticorum*, *l. 1. 3. 10. de domest. lib. 6. t. 24. l. vn. de præposit. laborum, lib. 6. t. 25.* Tirones in *scholis* loco semper posteriore ponantur, *l. 19. de re militar. lib. 7. tit. 13.* Vegetius *lib. 2. c. 21.* Quasi *in orbem quendam per diuersas cohortes & diuersas scholas milites promouebantur, ita vt ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus, vadat ad decimam cohortem, & rursus ab ea, crescentibus stipendiis cum maiore gradu per alias recurrat ad primam.* His *scholis* præerant Comites & *Tribuni scholarum*, de quibus *lib. 6. t. 13. de Comitib. & Tribun. scholar. l. 23. de erogat. milit. annon. lib. 7. t. 4.* Consule du Fresne *in Glossar.* & Valesium *ad Ammian. l. 14. c. 7.*

SCHOLARIS. Militia *scholaris*, eorum, qui in scholis militabant, *l. 38. de Decurionib. lib. 12 t. 1.* *Scholares*, qui scholis militaribus erant adscripti, *l. 31. de erogat. militar. annon. lib. 7. t. 4 l. 9. de diuers. offic. lib. 8. t. 7. l. vn. qui a præbit. tironum, lib. 11. t. 17.* His laborum intuitu, regendi numeri dabantur, *d. l. 34.* Iunguntur Domesticis. *d. l. 9. de diuers. offic.* Conf. Meursii & Du Fresne *Glossar.*

SCHOLASTICI, *l. 2. de concuss. aduoc. lib. 8. t. 10.* sunt aduocati qui defensionem causarum suscipiunt fuse *ad eam l. 2.*

SCIENS. *Scientes* fieri Iudices, pro certiorari, moneri, *l. 9. de metallis. lib. 10. t. 19.*

SCIENTIA, artis notitia. *Scientiæ*. Quarum *scientiarum* professores erant: vide *lib. 13. t. 3. de Medic. & Profess.* *Scientia* dignitatem auget, *l. 12. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* 2.) *Scientia*, notitia. A tempore *scientiæ* appellatio est interponenda, vti statuitur, *l. 10. de appell. lib. 11. t. 30.* *Scientiam* Principis consulere, *l. 2. de relat. lib. 11. t. 29.* Ad *scientiam* Principis referre, *l. 1. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 2. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 9. de relat. lib. 11. t. 29.*

SCITA dualia, *l. 30. de erog. mil. ann. lib. 7 t. 4. l. 5. de susceptorib. lib. 12. t. 6.* sunt Principum constitutiones.

SCRIBA. *Scriba* Præfecti annonæ, *l. 6. de ann. ciuic. lib. 14. t. 17.* *Scribarum* Decuriæ in ciuitatibus, *l. 1. de lucris off. lib. 8 t. 9.* *Scribæ*, *l. 3. de superexact. lib. 11. t. 8.* militare non possunt, *d. l. 1. de lucris off. lib. 8. t. 9.* & *l. 3. de tabulariis. lib. 8. t. 2.* De his dixi in Commentariis *ad has leges.*

SCRIBERE, pro inscribere, *l. 13. de Prætor. lib. 6. t. 4. l. 31. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

SCRINIA, *scriniarii* Principis, & Magistri *scriniorum:* Vide *lib. 8. t. 1.* & *lib. 6. t. 11.*

SCRIPTIO, de notis, quæ faciei, manibus, fronti furis inscriptæ, *l. 2. de pœnis. lib. 9. t. 40.* 2.) *Scriptio*, epistola, commonitorium, breuis. Comitis *scriptione* conuentus Vicarius, *l. 3. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.* *Scribtionis* indicium, *l. 1. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.* est breuis, cui adscriptus modus annonæ. 3.) *Scriptio*, pro adscriptione collationis, seu descriptione, *l. 12. de proximis lib. 6. t. 26.*

SCRIPTVRA pro chirographo, *l. vn. si certum petat. de chirograph. lib. 2. tit. 27.* 2.) *Scriptura*, quoduis instrumentum. De collatione *scripturarum* in crimine falsi, *l. 2. de falso. lib. 9. t. 19.* 3.) Scripturæ fides, *l. 9. de infirm. his lib. 15. t. 14.* Scripturæ veritas, si res poposcit, per ipsum debet probari autorem, *l. 1. de falso lib. 9. t. 19.* *Scriptura*, de responsis aruspicum, *l. 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.*

SCRIPVLI, *l. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.*

SCVLPTORES, *l. 2. de excus. artif. lib. 13. t. 4.*

SCVTVLATVS, quadratus, orbiculatus. *Scutulatæ* vestes, *l. 11. de scænicis. lib. 15. t. 7.* sunt vestes, notis quadratis, vel orbicularibus variegatæ. Consule *Commentar. ad h. l.*

SE. *Se* agere viuentis hæredem, *l. 8. de Episc. lib. 16. t. 2.*

SECARE marmora ex metallis, *lege 1. de metallis. lib. 10. t. 19.*

SECERNI, id est, ad singularem vsum destinari, *l. vn. de lusoriis Danubii. lib. 7. t. 17.*

SECESSVS insularum, *l. 32. de nauic. lib. 13. t. 5.* id est, insularum loca, a frequentia hominum remota. *Secessus* Manichæorum, *l. 3. de apostat. lib. 16. t. 7.* dicuntur conuenticula in solitariis locis, & secretis.

SECRETVS. Dolor in exequiis *Secretum* amat, *l. 5. de sepulchr. violat. lib. 9. t. 17.* Præbere *secretum*, dicuntur loca, in quibus secreto quid admittitur, *l. 4. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.* *Secreta* cœlestia sunt mysteria religionis, *l. 40. de Episcop. lib. 16. t. 2.* vide *supra Mysteria.* Consistorii Principis *secreta* veneranda, *l. 7. de priuil. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* Occasione secreti, *l. penult. de offic. Rector. Prouinc. lib. 1. t. 7.* id est, in secreto d mus loco. Dira *secreta* de magicis, *l. 6. de indulgent. crimin. lib. 9. t. 38.* Doctrina *secreta*, *lege 2. ne sanctum baptisma. lib. 16. t. 6.* Nulla peruersitati, vel publica conuenticula vel latiora *secreta* tribuere, *l. 20. de hæretic. lib. 16. t. 5.* *Secreta* mandata, non scripta, *l. vnic. de mandatis Princip. lib. 1. t. 3.* vide ibi *Commentarium.* *Secretis* mandatis fides non est habenda, *l. vlt. de accusat. lib. 9. t. 1.* Mentis *secreta*, *l. vnic. de imaginib. Imp. lib. 15. t. 4.* Nefanda *secreta* Manichæorum, *l. 3. de Apostatis. lib. 16. t. 3.* *Secreta* quies, *l. 6. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* in *secreta sese conferre*, *l. 1. de his qui condit. propr. lib. 12. t. vlt.* Dicuntur etiam *secreta* ab aliis dissita, diuisa ab vniuersis. Ita: Imperio *secreta* debentur, *l. 47. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* id est priuati se ab Imperii & Imperatoris sede secernere longe debent. *Secreta* sunt solitudines λαῦραι, κελλεῖα, μάνδραι, latibula Anachoretarum & Monachorum, *l. 63. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Secretiora* Dei mysteria, *l. 163. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Secreta* Prouinciarum partes, *l. 12. de cursu. lib. 8. t. 5.* id est, dissita prouinciæ loca. *Secretus* piaculum, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Domus *secreta*, *l. 5. de metallis, lib. 10. t. 19.* id est, *secreta* loca in principum domibus.

SECRETARIVM, locus, in quo iudices causas examinant. *Secretum* appellat Ammianus. *lib. 15. c. 7.* ubi vide doctissimam Valesii obseruationem. Non sit infame licitationibus *secretarium*, *l. 1. de offic. Rect. Prou. lib. 1. t. 7.* *Secretaria* publica præstolari, *l. vlt. de denunciat. lib. 2. t. 4.* Iudicantium *secretarium*, *l. 7. de proximis, lib. 6. t. 26.* *Secretarii* foribus apertis, introuocatis omnibus, aut pro tribunali locatis controuersias audiat, *l. 2. de offi. Rector. Prou. lib. 1. t. 7.* Consule Iuretum in Symmachum *lib. 10. ep. 36.* Brissonium *de V. S.* & Du Fresne *voc. secretum, secretarium.*

SECTA Catholica, *l. 5. de Episcop. lib. 16. t. 2. l. 42. 44. de hæret. lib. 16. t. 5.* Venerabilis Orthodoxorum *secta*, *l. vlt. de hæret. lib. 16. t. 5.* Iudæorum *secta*, *l. 1. 2. 8. 9. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Perfida *secta*, *l. 15. de hæret. lib. 16. t. 5.* *Secta* Donatistarum, *l. 4. ne sanct. baptism. lib. 16. t. 6.*

SECTARI lucrum familiare, *l. 1. ne oper. lib. 11. tit. 10.*

SECTATORES hæresum, *l. 14. de hæret. lib. 16. t. 5.* Ignauiæ *sectatores* μονάζοντες quidam, *l. 63. de Decurion. lib. 12. t. 1.* vide *supra Ignauia.*

SECVLARIS. *Seculares* Iudices. *l. vlt. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

SECVM. *Secum* permixti, id est, inter se permixti, *l. 3. de custod. reor. lib. 9. t. 3.*

SECVNDARIVS. *Secundarium* præceptum, *l. 2. de incorp. lib. 10. t. 9.*

SECVNDICERIVS notariorum, *l. 21. de petitionib. lib. 10. t. 10.* Consule ibi Commentar. & Du Fresne *Glossar.*

SECVNDVS. *Secundæ* nuptiæ. De his *lib. 3. t. 8.* vide *l. 1. de reuoc. donat. lib. 8. t. 13.* De *secundo* lapsu *lib. 11. t. 32.*

SECVRIS. *Secures* fascesque Proconsularis potestatis, *l. 7. de honor. codic. lib. 6. t. 21.*

SECVRITAS. *Securitates* idem quod *Apocha*, cautio. De his & earum forma, *l. 2. de discuss. lib. 11. t. 27. l. 19. de annona. lib. 11. t. 1. l. vltim. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2. l. 173. & 185. de Decurionibus. lib. 12. t. 1. l. 2. 27. 32. de susceptorib. lib. 12. t. 6. l. 21. 26. de nauic. lib. 13. t. 5.* 2.) Euocatoriæ *securitas*, *l. 3. de Decurion. & silent. lib. 6. t. 23.* est veniendi ad Comitatum fiducia. 3.) Nimia *securitas* à deuotione reuocat, *l. 35. de ann. lib. 11. t. 1.* *Securitatem* possessorum vexare, attentare, dicuntur delatores, *l. 4. 12. 19. de petitionibus. lib. 10. t. 10.* *Securitate* innocentiam firmare, *l. 4. de petition. lib. 10. t. 10.* *Securitas* sexus muliebris, *l. 3. de accusationibus. lib. 9. t. 1.*

SECVS pro *sexus*, vide *not. d. ad leg. 3. de custod. reor. lib. 9. t. 2.*

SEDERE. *Sedere*, id est, placere, *l. 37. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Id nostro *sedit* arbitrio. 2.) *Sedendorum* equorum potestas, pro insidere equis, *l. 3. quibus equorum vsus. lib. 9. t. 30.* 3.) De *sedendi* iure & potestate cum Iudicibus in secretario, *l. 5. de proximis, lib. 6. t. l. vnic. de offic. Iudicium ciuilium. l. 1. t. 8. l. vltim. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.* *Sedebant* Decuriones Præsidatus prærogatiua gaudentes in consilio ciuitatis, *l. 4. de Decur. lib. 12. t. 1.* 4.) *Sedet* breuibus modus professionis, id est, remanet, & breuibus comprehenditur, *l. 13. de indulgent. debitor. lib. 11. t. 28.*

SEDES. *Sedes* Apostolorum vel Martyrum Constantinopoli, *l. 6. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* id est sepulchrum conditorium Martyrum. Dicitur, miseranda *sedes Nouella Valent. 5. de sepulcris.* 2.) *Sedes* de Ecclesia, *l. 8. de hæret. lib. 16. t. 5.* 3.) Magistratuum *sedes* tribuitur illustribus, velut Præfecto Prætorio, Vrbi Præfecto: vide *Notit. Dignit. & l. 12. de Legatis. lib. 12. t. 12.* 4.) *Sedes* militares, *l. 2. de domest. lib. 6. t. 24.* sunt fossata, statiua, castra ubi milites armati & palatini, viuebant & sedebant cessante expeditionis necessitate. De his *sedibus* late exposui in *commentario ad h. l.* 5.) *Sedes* carceris, *l. 1. de cust. reorum. lib. 9. t. 3.* 6.) Simulacrorum *sedes*, *niches*, loca, in quibus simulacra fixa erant, quod probo in *Commentar. ad l. 9. de pagan. lib. 16. t. 10.* Simulacra suis *sedibus* euellantur, *d. l. 19.* 7.) *Sedes* Iudicum. Vnusquisque Iudex in his locis *sedem* constituat, in quibus oportet omnibus præsto esse rectorem, &c. *l. 4. de officio rectoris Prouinciæ. lib. 1. t. 7.* id est, *tienne ses assises, constitue sa demeure.*

SEDILE. Occurrit hæc vox *l. 12. de legatis. lib. 12. t. 12.* sed incuria librariorum irrepsit in textum, legendum enim ibi, *sedes illustris.* Vide quæ dixi in *notis ad eam leg.*

SEDITIO. *Seditionibus* inhibendis leges latæ, *l. 37. de Episcop. lib. 16. t. 2. tit. de his qui super religione tit. 4. lib. 16. lege 38. de hæreticis. lib. 16. t. 5. l. 22. de Iudæis. lib. 16. t. 8.*

SEDVLITAS. *Sedulitas* officialium, *l. 2. de numer. lib. 8. t. 1.* Iudiciaria *sedulitas*, *l. 22. de suscept. lib. 12. t. 6.* *Sedulitatis* affectus pius. De liberorum deuotione & affectu, quem debent patri, *l. 2. in fin. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

SEDVLVS. *Sedulæ* mentis cura, *l. 43. de Decur. lib. 12. t. 1.* Querela. *Sedula.* *Sedulis* querelis instare, *l. 110. de Decur. lib. 12. t. 1.* Seruitus *sedula*, *l. 16. de Prætor. lib. 6. t. 4.* est benemerita, ob quam quis manumittitur.

SEGES. *Segetem* prædandi amputare, *l. 6. de custod. reor. lib. 9. t. 3.*

SEGNITIES. *Segnities* Iudicum punita, *l.16. de iure fisci lib.10. t.1.*

SEGNIVS. Nec *segnius* lenitudinis nostræ cura succedit, *l.6. de donat. lib.8. t.12.*

SEGREGARI, id est, excludi, liberari, excipi cœtibus humanis, *l.32. de hæret. lib.16. t.5. Segregari* conuentu publico, *l.54. de hæret. lib.16. t.5. Segregari* a consortibus, *l.7. de tyron.* (vers. illud etiam) *lib.7. t.13. Segregari* ab immanitate verberum, *l.2. de quæstion. lib.9. t.35. Segregari* molestia, *l.23. de cursu. lib.8. t.5. Segregari* a necessitate, *l.2. in fin. de Senat. ex glebali conlat. lib.6. t.2.*

SEGREGATIM. *Segregatim* vxores maritalis multa constringat, *l.52. de hæret. lib.16. t.5.*

SEGREGIS, idem quod segregatus. Immunes, ac *segreges* habeantur, *l.15. de proxim. lib.6. t.26.* Consule ibi *not. t.*

SEIPSVM iudicans αὐτοκατάκριτος, *l.1. ad l. Iul. repet. lib.9. t.27. l.7. de falsa mon. lib.9. t.21.*

SEIVNCTVS, immunis. *Seiunctum* esse ab aliquo, *l.1. de itinere muniend. lib.15. t.3.*

SELLA. *Sellarum* vsus Romæ. Vide *lib.15. t.13. Sella* & frænum equi seu veredi, *l.47. de cursu. l.8. t.5.* Consule Brissonium de *V.S.*

SEMEL. *Semel* vnaque solutione quis soluere potest, quod per particulas soluere potest, *l.15. de ann. lib.11. t.1.*

SEMEN. *Semina* litium malitiosa comprimere, *l.1. de Episcop. iudic. lib.16. t.12.*

SEMISDECIMA epimetrum fuit porcinæ, *l.4. de suariis, lib.14. t.4.*

SEMISSIS, *l.8. de bonis proscript. lib.9 t.42.*

SEMOTVS. *Semoti* pro exhæredatis, *l.4. de legitimis hæred. lib.5. t.1.*

SEMVNCIA, *l.8. de bonis proscriptor. l.9. t.42.*

SENATORES. De his est *titulus 9 lib.6.* De *Senatore* criminis reo, agit *l.1. de extraordinar. lib.11. t.16. Senatorum numerus*, in Senatu definitur, *l.9. de Prætorib. lib.6. t.4.* Placet, ne minus quinquaginta Clarissimi, veniant in Senatum. 2.) *Senatores* in inscriptione *l.9. de petitionib. lib.10. t.10.* dicuntur Decuriones Alexandrini. Vide quæ dicta sunt in Commentar. *ad l.189. de Decurionib. lib.12. t.1.*

SENATVS dicitur locus, vbi conueniunt Senatores *l.9. de Prætorib. lib.6. t.4.* 2.) *Senatus* sunt Senatores, *l.12. de Iurisdiction. lib.2. t.1.*

SENATVS CONSVLTA sunt Senatus siue Patrum Decreta, *l.4. de Senatorib. lib.6. t.1. l.1. de expens. ludor. lib.15. t.1.*

SENECTVS. *Senectus* quæ sit, definitur *l. vn. de his, qui ven. ætat. lib.2. t.17. Senectus*, a quibus excuset, legitur *l.13. de Prætorib. lib.6. t.4. l.58. de cursu. lib.8. t.5.*

SENIVM, ætas senilis. *Senio* fractus, *l.12. de veteranis lib.7. t.20.* 2.) *Senium* de ædificiis dicitur. Ita opera publica *senio* victa fatiscere dicuntur, *l.15. de operib. publ. lib.15. t.1.* vbi consule *not. f* & ibi loca varia ex Symmacho & Cassiodoro adducta. Ædes ætatis *senio* concussæ, *l.44. de operib. publ.* Domus sacræ *senio* quatiuntur, *l.1. ne quis in palatiis maneat, lib.7. t.10.*

SENSVS. *Sensus* intemeratæ fidei, *l.6. de hæret. lib.16. t.5.* Iustæ instigationis *sensus* (forte etiam indignationis) *l.7. de hæret. lib.16. t.5.* Salutis propriæ *sensu* & affectu admoniti, *l.7. de hæret. lib.16. t.5. Sensu* leuiore conceptum desiderium, *l. vlt. de legitimis hæred. lib.5. t.1. Sensu* carentia simulacra dicuntur, *l.12. de Paganis, lib.16. t.10.*

SENTENTIA est iudicis decretum, siue vltima definitio, controuersiæ finem imponens, aut absolutione, aut condemnatione. De *sententiam* passis, *lib.9. t.43.* De *sententiis* ex periculo recitandis *l.4. t.17.* agitur. Seuera iudicis *sententia*, *l.19. de cohortalibus, lib.8. t.4.* Ante *sententiam* definitiuam appellare non licere, *l.2. 50. de appell. lib.11. t.30. l.18. 29. quorum appell. lib.11. t.36.* 2.) *Sententia*, pro eo, quod quisque sentit. *Sententia* & tractatus Iurisconsultorum, *l. vnic. de resp. prud. lib.1. t.4.* 3.) *Sententia* pro lege, *l.61. de hæret. lib.16. t.5.* Vide supra *Definitio.*

SENVM CAPITVM, id est, *sex capita*, seu annonæ & pabula animalium, *l.1. de domest. lib.6. tit.24.*

SEPARATVS, id est immunis. *Separati* a censibus & muneribus, *l.14. in fin. de Episcop. lib.16. t.2.*

SEPTVM. *Septa* carcerum, *l.1. de custodia reor. lib.9. t.3.* Intra domorum suarum *septa* continere, *l.44. de Episcop. lib.16 t.2.*

SEPVLCHRVM. *Sepulchra* feralium mysteriorum, vocantur hæreticorum Ecclesiæ, *l.7. vers. illud etiam de hæreticis, lib.16 t.5.*

SEPVLTVS. *Sepulta* penitus venditio fraudulenta depereat, *l.2. de contrab. empt. lib.3. t.1.*

SEQVESTRATIO pecuniæ, de ea *tit.28. lib.2.*

SEQVESTRARE. *Sequestrari*, id est, submoueri, reiici. Præscriptiones *sequestrari*, *l.7. ad l. Iul. de adult. lib.9. t.7.*

SEQVESTRATVS. *Sequestrata* auctoritate legis, *l.18 de exaction. lib.11. t.7.* id est abrogata. *Sequestratis* minoribus, id est, exceptis, *l.4. de censitor. lib.13. t. vlt. Sequestrata* condemnatione, id est, excepta, *l.27. de operib. publ. lib.15. t.1.*

SEQVESTRES nuptiarum, *l.1. de nupt. lib.3. t.7.*

SEQVI, id est prosequi, *l.1. de tractor. lib.8. t.6.*

SERVS. *Sera* defensio, *l.22. de prætor. lib.6. t.4.* Indagatio *sera*, *l.7. de filiis militarium apparitor. lib.7. t.22.* Petitio *sera*, *l.11. eod.* Pubertas non *sera*, *l. vnic. de his qui veniam ætat. lib.2. t.17.*

SERENITAS. *Serenitatis* titulus. Vide Iuretum *in Symmach. lib.2. ep.8.*

SERICVS. *Serica* blattæ, *l.15. de murileg. lib.11. t.20. Serica* pallia, *l.3. de vestib. olou. lib.10. t.21. Sericæ* Peragaudæ, *l.1. de vestib. olou. lib.10. t.21.*

SERIES. *Series*, id est, tenor, euectionis, *l.22. de cursu, lib.8. t.5. Series* Testamenti *l.3. de testam. lib.4. t.4. Series* Indulgentiæ, *l.11. de indulg. debit. lib.11. t.28. Series* Legis, *l. vlt. de prædiis Senat. lib.6. t.23. Series* Relationis, *l.4. de relat. lib.11. t.29. Series* Scribtionis famosæ, *l. vlt. de famosis libellis. l.9. t.34. Series* Indictionis, *l.8. de extraordinar. lib.11. t.16. Series* annorum, *l. un. de his qui sanguinolent. lib 5. t.8.*

SERMO litigantium. Ad Episcopum cum *sermone* litigantium dirigatur, *l. vnic. de Episcop. iudic. lib.16. t.12.*

SERO. *Sero* ab exsecutoribus, seu exsecutionibus rerum antea statutarum appellare non licet, *l.2. 3. 11. 15 16. 18. 25. 30. quorum appell. lib.11. t.36.* Itaque, qui ab exsecutione appellant, *sero* prouocare dicuntur, *d. l.3.*

SERPENS. *Serpentes* intra culleum cum parricida, *l. vnic. de parricid. lib.9. t.15.*

SERTVM. *Serta* suspendebant diis gentiles, *l.12 de Paganis, l.16. t.10.* Arnobius *lib.7. pag.226. Edition. Steweeh. Etiam dii sertis, coronis afficiuntur & floribus.* Marmor vetus apud Gruterum *CXXIV.* CORONAE INLATAE SIGNAQVE VNCTA.

SERVARE,

leg. 4. Cod. Iust. eod. Singulis ciuibus, ibi repoſuit *l. 12. de lustrali conlat. lib. 13. t. 2. l. 2. vt dignitatum ordo, lib. 6. t. 5. l. 18. 20. de cursu, lib. 8. t. 5. l. 21. de suscept. lib. 12. t. 6. l. 139. de Decurionibus, lib. 12. t. 1. Singulas* quasque inſulas, *l. 54. de heret. lib. 16. t. 5.* Male qui ibi *quisque* pro *quasque* reponit, *l. 1. de incorpor. lib. 10. t. 9. l. 1. fine censu vel reliquis, lib. 11. t. 3. l. 52. de heret. lib. 16. t. 5. l. 3. de Decur. V. R. lib. 14. t. 1. Singuli* vniuerſique, *l. 2. de calum. lib. 9. t. 39. l. 15. de accusat. lib. 9. t. 1. Singula* officia, quæ rationibus ſcribendis occupata fiſcoque obnoxia, *l. 1. de numerariis, lib. 8. t. 1. l. 7. de suscept. l. 12. t. 6.* veluti tabulariorum numerariorum *d. l. 1. & 7. Singulis* diebus agenda, *l. 11. 13. de erogat. milit. annon. lib. 7. t. 4.*

SINISTRE. *Sinisterius* in Republica verſati, *l. 2. ad l. Iul. repet. lib. 9. t. 27.*

SINVS. *Sinus* vrbium in *l. 1. de Episc. iudic. lib. 16. t. vlt. Sinus* patriæ, *l. 122. de Decur. lib. 12. t. 1. Sinus* veſtis, *l. 12. de scænicis, lib. 15. t. 7.*

SITIS. *Sitim* ſuam & auaritiam explere, *l. 2. de concuss. aduoc. lib. 8. t. 10.*

SOCIARE, iungere. *Socianda* acta ſeu geſta, relationibus iudicum, *l. 4. de relationib. lib. 11. t. 29. Sociata* opera publicis mœnibus vel priuatis, *l. 39. de oper. publ. lib. 15. t. 1.*

SOCIETAS. Actuariorum *ſocietas*, *l. 14. de numerar. lib. 8. t. 1. Societas* latronum, *leg. vnic. ne pastoribus, lib. 9. t. 31.* Ad *ſocietatem* munerum vocari, *l. 17. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

SOCIVS. *Socii* adminiſtrantium atque participes, dicuntur adſeſſores, *l. 5. de iis qua administr. lib. 8. t. 15.* Si petitionis *ſocius* ſine hærede defecerit, *lib. 10. t. 14.* De *ſocio* itineris, *l. 4. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* De *ſociis* criminum, *l. 1. de cust. reorum, lib. 9. t. 3.*

SOL. Dies *ſolis*, *l. 1. 2. de feriis, lib. 2. t. 8. l. 1. de executorib. lib. 8. t. 8. l. 10. de exactionib. lib. 11. t. 7. l. 2. de spectacul. lib. 15. t. 5.*

SOLATIVM. *Solatium* portionis deficientis, *l. 2. si petitionis socius, lib. 10. t. 14.* Eſt emolumentum & commodum portionis deficientis. Ad tutelam vitæ, pro *ſolatio* ſibi quendam ſociare, *l. 4. de curs. publ. lib. 8. t. 5. Solatium* ex communi & communicato labore, *l. 49. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* Ita Caſſiodorus *Var. V. 9. Pedaturam murorum omnes in commune subeatis, qui vicinitate iungimini. Quatenus accommodato solatio securius impleatur &c.* qui locus ad *not. 1. h. l.* pertinet. 2.) *Solatium* pro beneficio & liberalitate, quæ officio exeuntibus præſtabatur, *leg. penultim. de Palat. s. l. lib. 6. t. 30.* Vide ibi *Commentar.* 3.) Bonorum *ſolatium*, pro ſucceſſione, *l. vnic. de cretione, lib. 4. t. 1.* 4.) Excuſationis *ſolatium*, *l. 4. de veteranis, lib. 7. t. 20.* eſt beneficium immunitatis a cenſu. 5.) Facultatum *ſolatium*, *l. 123. de decurionib. in fin. lib. 12. t. 1.* dicitur beneficium, quod curia habet in bonis decurionum ſine herede decedentium. 6.) *Solatium* eſt mercedula nauiculariis conſtituta, *l. 32. de nauicular. lib. 13. t. 5. Solatium* & *ſolarium* ſæpe confunduntur a librariis, vt paſſim obſeruatum eſt ad leges huius Cod. Conſule etiam Briſſonium de *V. S.*

SOLERTIA. Fallax & arguta *ſolertia*, *l. 6. de sepulcris violat. lib. 9. t. 17.* Mentis *ſolertia*, *l. vn. de his qui veniam ætat. impetr. lib. 2. t. 17.* Exercere *ſolertiam* negotiandi, *l. 2. de lustrali collat. lib. 13. t. 1.* Mercandi *ſolertiam* exercere, *l. 5. d. t.*

SOLERS & SOLLERS, vt ſæpe ſcriptum hoc Codice. *Solers* cura competentium iudicum, *l. 16. de nauiculariis, lib. 13. t. 5.* Diligentia *ſolers*. *l. 1. de Spectaculis, lib. 15. t. 5.* Excubiæ *ſolertes*, *l. 3. de pœnis, lib. 11. t. 40.* Fides *ſolers* & integritas, *l. 36. in fin. de cursu publ. l. 8. t. 5. Solers* indago, *l. 2. de litor. & itiner. custod. lib. 7. t. 16.* Inquiſitio *ſolers*, *l. vlt. de Iudæis, lib. 16. t. 8.* Quæſitor *ſolers*, *l. 3. de naufrag. lib. 13. t. 9. Solertiſſima* opera, *l. 40. in fin. de heret. lib. 16. t. 5.*

SOLERTER. *Solerter* inquirere, *l. 11. de petition. lib. 10. t. 10. Solertiſſime* ſeruari oportet, *l. 27. de decurionibus, lib. 12. t. 1.*

SOLIDARE, roborare, firmare. Iugi *ſolidata* æternitate, ſeruentur, *l. vlt. de Episcopis lib. 16. t. 2.* Conſtitutione *ſolidamus*, *l. 1. de expens. ludorum lib. 15. t. 9.* Fila arguto pectine *ſolidare*, *l. vlt. de vestib. oloueris, lib. 10. t. 21.*

SOLIDITAS, forma ſolida. Maſſæ obryzæ *ſoliditas*, ſolido opponitur, *l. 12. de susceptoribus lib. 12. t. 6.* Fiſtularum *ſoliditatem* attentare, id eſt, perfodere ſolidas fiſtulas, *l. 5. de aquaductu lib. 15. t. 2.* 2.) *Soliditas* poſſeſſionis, *l. 4. de conlat. donatar. lib. 16. t. 20.* eſt conſtans, & perpetua poſſeſſio.

SOLIDVM integrum, totum. De *ſolidi* capacitate inter virum & vxorem, *l. 2. de iure liberor. l. 8. t. 17. l. 7. de nauicular. lib. 13. t. 4.*

SOLIDVS, integer. Ætas *ſolida*, *l. 12. de veteranis, lib. 7. t. 20.* opponitur ætati defeſſæ, ob quam honeſtam ſolebant miſſionem veterani accipere.

SOLIDVS nummi genus ex auro conflatum, de cuius pondere conſule Commentarium *ad leg. 1. de ponderatorib. lib. 12. t. 7.* & *ad leg. vnic. de oblatione votorum lib. 7. t. 24.* De *ſolidorum* adulteratoribus agitur *l. 5. de falsa moneta lib. 9. t. 21. Solidus* aliquando pro viginti quinque libris æris a poſſeſſoribus inferebatur in ærarium principis, *l. 2. de conlatione æris lib. 11. t. 21. Solidus* dabatur pro triginta, & viginti deinde, libris piſcis, iis, quibus incumbebat piſcis exhibendi cura in aula Conſtantinopolitana, *l. vn. de pretio piscis, lib. 14. t. 20.*

SOLITARIVS. Vitæ *ſolitariæ* falſitatem, dicuntur affectare Manichæi *leg. 9. de heret. lib. 16. t. 5. Solitarii* fuerunt ſecta Manichæorum, *leg. ead.* diuerſa tamen ab Apotacticis, qui & ſolitariam vitam vixere, &, docente Epiphanio, bonis omnibus renuntiarunt, cum ſolitarii inter Manichæos, innuente laudata lege, bona haberent. 2.) *Solitarius* dicitur cælebs in interpretatione *leg. 2. de repudiis lib. 3. t. 16.*

SOLITVDO locus deſertus. *Solitudines* & ſecreta τῶν μοναζόντων, *l. 63. de decurionib. lib. 12. t. 1.* Vid. ſupr. *Secretus.* 2.) *Solitudinis* mœror, *l. 2. de repudiis lib. 3. t. 16.* eſt cælibatus.

SOLITVS. *Solita* ſpecies, *l. 24. de annon. & tribut. lib. 11. t. 1.* ſunt ſpecies canonicæ, ſolemnes: quæ de more præſtantur. Debiti tituli dicuntur *leg. 19. eod. tit.* & *Solita* abſolute apud Ammianum Marcellinum *lib. 17. cap. 3. Factumque est tunc & deinde, vnius animi firmitate, vt præter Solita, nemo Gallis quidquam exprimere conaretur inique.* Paullo ante idem Autor *ſolita*, *ſolemnia* vocat.

SOLLEMNIS. Ita pleriſque locis hoc Codice ſcriptum eſt. 1.) *Sollemne* eſt, quod legitime, rite & ordine fit. Hinc *ſolemnia* appellationis, *l. 5. de appellationib. lib. 11. t. 30.* Denunciatio *ſolemnis*, *l. 3. de denunciat. lib. 2. t. 4.* Inſcriptionis *ſolemnia*, *l. 4. de custodia reorum lib. 9. t. 3.* Inde is, qui in crimen ſubſcribit, dicitur *ſolemni* lege ſe vincire, *l. 3. de exhibend. reis, lib. 9. t. 2.* & *ſollemnibus* ſatisfacere, *l. 9. de accusat. & inscript. l. 9. t. 1.* eſt, in crimen ſubſcribere. Ita quoque *ſolemnia* ſimpliciter, pro inſcriptionis ſolemnitate,

tate, *l. vltim. ad leg. Cornel. de falso lib. 9. t. 19.* Emptionis *solemnia l. 2. de contrahenda empt. lib. 3. t. 1.* Pœna *sollemnis*, *l. vn. de parricid. lib. 9. t. 15.* 2.) *Solemnia* dicuntur annonæ, quas Palatini accipiebant, *l. 11. de Palatin. S. L. lib. 6. t. 30.* ibi: strenas & vestes, cæteraque *solemnia*, vltra statutum numerum percepisse cognouimus. 3.) *Solemne* est, quod stato tempore fieri solet. Ideo Senatores ad vrbem Romam venire compelluntur, ut muneribus (ludis edendis) iniunctis, operam possint præstare *solennem*, *l. 7. de Prætoribus & Quæstor. lib. 6. t. 4.* 4.) *Solenne* dicitur de ordinariis tributis. Ita, *solennis* pensitatio *l. 31. de annon. & tribut. lib. 11. t. 1.* Expressio *solennis*, *l. 3. tributa in ipsis specieb. lib. 11. t. 2.* est præceptio, cui principis manu modus collationis adscriptus fuit. Sed forte ibi melius leges, *expensio solennis*. Titulus solennis, *l. vn. de superindicto lib. 11. t. 6.* *solemnis* ratio, *l. 64. de curs. publ. lib. 8. t. 5.* *Solemnes* species, *l. 6. de exactionib.* *Solemnia absolute*, *l. 1. §. 1. D. de munerib.* & apud Ammianum *lib. 17. c. 3.* Tributariæ functionis solemne *munus*, *l. 19. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Canonem *solemni* more solui præcepimus, *l. 16. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.* Ita etiam, equi *solemnes*, id est, qui ex solemni collatione præstantur, seu, canonici, *l. 2. de priuilegiis eorum, qui in S. P. lib. 6. t. 35.* Tituli annui atque *solemnes*, *l. vlt. de ponderator. lib. 12. t. 7.* 5.) *Solemne* est solitum. Ita haruspices Romæ permittente Constantino M. celebrare possunt suæ consuetudinis *sollemnia*, id est, quæ fieri ab eis solent circa haruspicinam, *l. 2. de malef. & mathemat. lib. 9. t. 16.*

SOLLEMNE & SOLLEMNIA sunt stata festa. Ita Templorum *sollemnia l. 112. de decurionib. lib. 12. t. 1.* sunt feriæ ob templorum dedicationes constitutæ. Confer *Commentar. ad h. leg.*

SOLLEMNITAS dicitur tempus præscriptum, intra quod appellantes opinionis exemplum petere, & refutatorios offerre debent. Hinc, dies complendis *sollemnitatibus* præstituti, *l. 14. de appellat. lib. 11. t. 30.* 2.) *Sollemnitas* dicitur de ritu gentilitio festiuo. Non liceat paganis quidquam *sollemnitatis* agitare, *l. 19. de pagan. lib. 16. t. 10.* Hinc etiam *dies solennitatis*, apud Aggenum Urbicum *Commentar. in Frontin. de limit. agror pag. 61. Edit. Goes.* 3.) *Solemnitas* dicitur, quando quid certis ritibus formulisque erat explicandum. Ita *solemnitas* scrupulosa cretionum, *l. 8. de maternis bonis lib. 8. t. 18.* 4.) *Solemnitas*, pro eo, quod solitum est, fierique debet. Ita Curiales, qui curialia munera, obtentu imaginariarum dignitatum, fugiebant, priuantur honore immerito, & ciuilium munerum *solemnitate* fungi coguntur, *l. 25. de decurionib. lib. 12. t. 1.* Ita Nominationis *solemnitas*, *l. 53. de decurionib. lib. 12. t. 1.* quando ad curialia munera sustinenda nominantur curiales. 5.) *Solemnitas* consulatus, *l. 13. de infirmand. his quæ sub tyrann. lib. 15. t. 14.* est manumissionis solemne, a Consulibus magistratum ineuntibus celebrari solitum. 6.) *Solemnitas* dicitur de præstationibus & collationibus. Ita, antiqua *solemnitas*, *l. 7. de indulgent. debitor. lib. 11. t. 28.* est antiquus præstationis modus. 7.) *Sollemnitas* Juris *l. 3. ad leg. Iul. de vi lib. 9. t. 10.* est inscriptio in crimen. 8.) *Solemnitas* dicitur de sportulis, quas Domestici & Protectores accipiebant. Ita *l. 3. de domest. & protector. lib. 6. t. 24.* Eos tamen, ne penitus *solemnitas* intereat, quinos & denos solidos sportularum nomine Primatibus distribuere præcipimus. 9.) Per *solemnitatem* intelliguntur spectacula solemnia *l. 2. de spectaculis lib 15. t. 5.* ibi: ante meridiem tantum *solemnitati* pareant.

SOLLICITARE, est inquietare, turbare. Ita *Sollicitare* mundum Manichæi dicuntur, *l. 18. de hæretic. lib. 16. t. 5.* 2.) *Sollicitare* est loco mouere. Terram *sollicitare* & cespitem vellere, *l. 5. de sepulchr. viol. lib. 9. t. 17.* Nouella *Valent. 5. de sepulcris:* Quis nescit quietos *sollicitari* funestis ausibus manes. Consule *Commentarium ad d. l. 5.*

SOLLICITATOR, qui concitat & impellit. Pœna *sollicitatori* mulionum statuitur *l. 38. de curs. lib. 8. tit. 5.*

SOLLICITE. *Sollicite* proprio officio fungi, *leg. 5. de numer. lib. 8. t. 1.*

SOLLICITUDO de cultura agrorum, *l. 33. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* 2.) *Sollicitudo* pro munere & functione.

SOLLICITUDINIS curam impendere, *l. 20. de oper. publ. lib. 15. t. 1.*

SOLLICITUS. In petendo debet esse *sollicitus*, qui est in impetrandi occasione curiosus *l. 16. de petition. lib. 10. t. 10.*

SOLVERE, *persoluere*, *dissoluere*, non tantum de pecunia, sed & de muneribus passim dicitur. *Titulo de Decurionibus.* 2.) Diem vitæ *soluere*, id est mori, *l. vnic. de bonis decur. lib. 5. t. 2.*

SOLUTUS absolute pro militia exsolutus, *l. 18. de diuersis offic. lib. 8. t. 7.* Id est, discinctus, militia resolutus, vt Tribonianus, *l. 2. eod.* reposuit. Militia *solutus*, *l. 11. de decurion. lib. 12. t. 1.*

SOLUTORES, id est, conlatores, possessores, *l. 3. de exact. lib. 11. t. 7.*

SOMNIUM. *Somniis* enarrandis occultans artem aliquam diuinandi, *l. 6. de maleficis, lib 9. t. 16.*

SOMNUS. *Somnum* capere confugientibus ad Ecclesias non licet, *l. 4. de his qui ad Eccles. conf. lib. 9. tit. 45.*

SOPHISTAE, qui facundia Græcitatis pollent, *l. vlt. de studiis lib. V. R. lib. 14. t. 9.* sunt oratores seu Rhetores Græci, & inter professores publicos numerantur, *d. l. vlt.* & *l. vn. de profess. lib. 6. t. 21.* Consule *Commentar.*

SOPITUS. *Sopita* ira, *l. 5. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Lis* sopita ex transactione aut qualibet alia ratione, *l. 32. de petition. lib. 10. t. 10.*

SORDIDARE. Fluenta *sordidare*, *l. 13. de re militar. lib. 7. t. 1.*

SORDIDUS. *Sordida* connubia seruularum, *leg. 6. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* *Sordida* munera, de his est *lib. 11. t. 16.* *Sordidus* panis, *l. 5. de annonis ciuicis, lib. 14. t. 7.*

SORITES. *Soritis* exemplum, *in leg. 6. de fide testium, lib. 11. t. vltim.*

SOROR. *Sorores* germanæ, *l. 2. vlt. de incestis nupt. lib. 3. t. 12.* *l. vn. comm. diuid. lib. 2. t. 25.* *l. vn. vnde liberi, lib. 4. t. 2.* *l. 4. de legit. hæredit. lib. 5. tit. 1.*

SORORIUS. *Sororia* appellatio, & eius consortio decolorari, *l. 44. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

SORS. Sortitio. *Sorte* ducti iudices, non sponte delecti in specie *l. 13. de accusat. lib. 9 t. 1.* 2.) *Sors* pro conditione quacumque. Censualis *sors*, *l. 1. de protostasia, lib. 11. t. 24.* *Sors* communis *l. 6. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* *Sors* Deportationis *l. 9. de iurisdict. lib. 2. t. 1.* *l. 14. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Ita quoque, fatali *sorte* mori, *l. 7. de censu, lib. 13. t. 10.* Humana *sorte* consumi, mori, decedere, *l. 7. de sponsf. lib. 3. t. 5.* *l. vn. de Prætor. lib. 6. t. 4.* Humilior *sors*, *l. 2. de Lenonib. lib. 15. t. 8.* Militiæ *sors*, opponitur codicillis a principe impetratis, vt quis in gradu præferatur,

tur, *l. 2. qui in gradu, lib. 7. t. 3.* Nascendi *sors*, *leg. 172. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* Naturali *forte* absumptus, *leg. 43. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* Negotiationis *sortem* agnoscere, *l. 10. de lustr. conlat. lib. 13. t. 1.* Originis *sors*, *l. 58. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* Pari *sorte* cum cæteris, *l. 13. de extraordinariis, lib. 11. t. 16.* Peræquationis *sors*, *l. 13 de Senat. lib. 6. t. 1.* Proscriptionis *sors*, *l. 1. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* Subhastaria *sors*, *l. 9. de præd. nauicul. lib. 13. t. 6.* Suspensa eorum *sors* & fortuna fit, *l. 13. de pœnis, lib. 9. t. 40.* 3.) *Sortes* pro fundis & possessionibus. Pro modo capitationis & *sortium*, *l. 15. de annon. lib. 11. t. 1.* Quanta *sors* fuerit subleuata, *l. vlt. de locat. fund. lib. 10. t. 3.* Hinc & *sors* grauis pro opimo prædio, *l. 13. de Senat. lib. 6. t. 2.* *Sors* illa, spatium terrarum dicitur, *l. 1. de terris limitaneis, lib. 7. t. 15. l. vn. de rei vindication. lib. 2. t. 23.* & Nouell. Theodos. 31. *de ambitu & locis limitaneis.* De *sorte* plura leges in Commentario ad *d. l. 15.* vbi de Gothorum, Wandalorumque sortibus dictum ex medii æui scriptoribus. Consule etiam Commentar. ad *d. l. 13. de Senator. in fin.* & Du Fresne *in Glossar. voc. Sors.*

SORTIRI & subsortiri præturam, *l. 12. 13. de Prætor. lib. 6. t. 4* *Sortiri* copiam abeundi, *l. 3. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

SORTITO, sorte, vel per sortem. *Sortito* tamen ad iudicium vocabuntur, *l. 12. de iurisdiction. lib. 2. t. 1.* Consule Sauaronem ad Sidonium *Ep. 7. lib. 8.*

SPADONES, *l. 17. de hæret. lib. 16. t. 5.* Sed legendum ibi *bistopodes.* Vide *Commentar.*

SPATANGIVM, *l. vn. de pretio piscis, lib. 14. t. 20.* Genus echini maximum, de quo ex Hesychio & Aristotele dixi, in *Commentar. ad h. l.*

SPATIVM. *Spatia* terrarum, *l. vnic. de rei vindicat. lib. 2. t. 23. l. 1. de terris limit. lib. 7. t. 15.* vid. *Sors. Spatium* ruris, *l. 7. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

SPECIALITER, id est, expresse, præcise, *l. 176. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

SPECERE antiquum, pro *inspicere*, occurrit *l. 8. de curiosis lib. 6. t. 29.* in ea enim, agentibus in rebus, *speciendarum* euectionum cura mandatur.

SPECIES sunt res, seu corpora quæcumque, quorum vsus est aliquis in humana conuersatione, & quidem, quæ vel tributi vel annonarum nomine fisco penduntur, *l. 48. de cursu, lib. 8. t. 5. l. 9. 10. 18. 24. de suscept. lib. 12. t. 6. l. 1. de condicis, lib. 11. t. 14. l. 24. de annona, lib. 11. t. 1. l. 18. de cursu, lib. 8. t. 5. l. 6. 17. 19. de cohort. lib. 8. t. 4. l. vlt. de oloueris vest. lib. 10. t. 21. l. 49. de oper. publ. lib. 15. t. 1. l. vltim. de equorum conlat. lib. 11. t. 17.* Æris *species*, *l. 4. de priuileg. eorum qui in S. Palat. lib. 6. t. 35.* *Species* annonariæ, *l. 2. de public. comparat. lib. 11. t. 15. l. 9. de nauicul. lib. 13. t. 5. l. 9. de suscept. lib. 12. t. 6. l. 3. 15. de annona, lib. 11. t. 1. l. 15. 18. de erogat. mil. annonæ, lib. 7. t. 4.* *Species* pro annona militari, *l. 1. 11. in fin. de erogat. mil. annonæ, lib. 7. t. 4.* *Species* Largitionales, quæ & largitiones principis, *l. 13. & 47. de cursu, lib. 8. t. 5.* Publicæ *species*, *l. 16. de cursu, lib. 8. t. 5.* *Species* Primipilares, *l. 19. de cohort. lib 8. t 4.* *Species* Sericæ blattæ ac metaxæ, *l. 13. de murilegulis, lib. 10. t. 20.* Solemnes *species*, *l. 6. de exact. lib. 11. t. 7.* *Species* Tributorum, *l. 2. 3. 15. 24. 29. de annon. lib. 11. t. 1. l. vnic. ne conlat. per logogr. lib. 11. t. 4.* 2.) *Species* pro materia, *l. 37. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* 3.) *Species* pro forma. Vetusta loci *species* *l. 7. in fin. de prædiis nauicul. lib. 13. t. 6.*

SPECTARE pro respicere. Omnes mercatores *spectat* lustralis auri depensio, *leg. 11. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

SPECTATVS. *Spectata* fidelitate, *l. 12. de exaction. lib. 11. t. 7.* Militia *spectata* agentium in rebus, *l. 18. in fin. de Agent. lib. 6. t. 27.* *Spectatus* labor, *l. 4. de priuileg. eorum qui in S. Palat. lib. 6. t. 35.*

SPECVLARII, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* videntur fuisse, qui specula in ornamentum parietibus inserebant. Consule *commentar. ad h. l.* & Duckerum *de Latin. ICtor. pag. 429.*

SPECVLATORES inter iudicum ordinariorum apparitores, *l. 16. de cohort. lib. 8. t. 4.* De iis dixi *in Commentario.*

SPECVLA, proprie locum editum notat, vnde excubiæ fiunt, ne hostes ex inopinato detrimenti quid afferre possint. Inde in *specula*, seu in *speculis* iudices eorumque officia esse iubentur, *l. 15. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 8. de pistor. lib. 14. t. 3. l. 5. de reparat. appell. lib. 11. t. 31. l. 45. de hæret. lib. 16. t. 5.*

SPERARE pro timere, metuere per Catachresin ἀκυρολογία. Cum per Illyrici partes Barbaricus *sperarentur* incursus, *l. 25. de petition. lib. 10. t. 10.* Consule Fornerium *Rer. Quotidian. lib. 3. c. 15.* Duckerum *ad Florum lib. 1. cap. 1.* Lindenbrogium *ad Ammianum lib. 14. cap. 7.* Sauaronem *ad Sidonium lib. 6. ep. 6.* & *lib. 7. ep. 7.* Brissonium *de V. S.* 2.) *Sperare*, spem habere. Nec *sperari*, nec peti, *l. 13. de Palat. s. l. lib. 6. t. 30.*

SPERNVI, id est, spretores laborum, *leg. 8. de cohort. lib. 8 t. 4.* Sed locus in mendo cubat, & est fine dubio legendum, *strenui.*

SPES. *Spes* correctionis, *l. 25. de hæret. lib. 16. t. 5.* Honoris falsi *spes*, *leg 24. de Decurionibus, lib 12. t. 1.* Interitus alieni *spem* polliceri, *l. 12. de Paganis, lib. 16. t. 10.* *Spes* Promissionis. Vanæ *spem* promissionis accipiat, *l. 9. de Paganis, lib. 16. tit. 10.*

SPIRANS. *Spirantia* exta consulere, *l. 12. de Paganis, lib. 16. t. 10.*

SPIRITVS, est animi elatio. *Spiritus* hæreticorum pertinaces, *l. 25. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 26. de Iudæis, lib. 16. t. 8.* Resupinos *spiritus* aduersum definita referre, *l. 2. Episcopis, lib. 16. t. 2.* vt, resupina ceruice titulum tantum gerere, *leg. 5. de custodia reorum, lib. 9. t. 3.*

SPLENDIDVS. *Splendidior* fortuna, *leg. 53. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* *Splendidissima* curia, *leg. 12. de Agentib. lib. 6. t. 27.* Vrbs *splendidissima*, *leg. 51. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* *Splendidissimus* ordo, *l. 175. de Decurionibus, lib. 12. t. 1. l. 4. de pistor. lib. 14. t. 3.*

SPLENDOR, de honoribus proprie, *l. 17. de pœnis, lib. 9. t. 40.* Patriciatus *splendor*, *l. vn. de consul. lib. 6. t. 6.* Senatorum *splendor*, *l. 93. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.*

SPOLIVM. Ditatus *spoliis* prouincialium, *l. 22. de cohort. lib. 8. t. 4.*

SPOLIATIO. *Spoliatione* indigna vexari, *l. 50. de cursu, lib. 8. t. 5.* Rerum omnium *spoliatio* est deportatio, *l. vnic. de sent. passis & rest. lib. 9. t. 43.*

SPOLIARE. *Spoliari* honoris indebiti dignitate, *l. 44. de Decurion. lib. 12. t. 1.* *Spoliatus* ante omnia restituendus, *l. 3. ad l. Iul. de vi, lib. 9 t. 10.*

SPONSALIA. De his est *tit. 5. lib. 3. de sponsalibus* & ante nuptias donationibus. 2.) *Sponsalia* sunt, quæ sponsaliorum nomine seu titulo donantur.

SPONSIO. *Sponsione* se constringere, *l. 2. si certum petatur de suffr. lib. 2. t. 29.*

SPONSOR.

SPONSOR. *Sponsores* aut fideiussores, *l.1. in fin. de mater. bonis, lib. 8. t. 18.* Dotis *sponsores* prohibiti, *l. vnic. de fideiuss. dotium, lib. 3. t. 15.*

SPONTANEVS. *Spontanea* deuotio, opposita compulsioni, *l. 34. de ann. lib. 11. t. 1.*

SPORTVLA. *Sportulæ* ab ineuntibus magistratum ad amicos mitti solebant, *l. 1. de expens. ludor. lib. 15. t. 9.* Intelliguntur autem per sportulas, dona, amicis, qui ad officium honoris caussa venerant, data. Et *sportulæ aureæ*, laudata lege, sunt aurei nummi. Consule *Commentarium* & ibi adducta veterum loca. Du Fresne *Glossar. voc. sporta*, & Brissonium *de V. S.*

SPVRCVS. *Spurca* amputatio digitûm, *leg. 10. de tironib. lib. 7. tit. 13.*

SPVRII, proprie sunt vulgo quæsiti, & incerto patre nati, sed *l. 2. de incest. nupt. lib. 3. t. 12. Spurii* dicuntur ex incestis nuptiis procreati: & *l. 3. ad SC. Claudian.* vocantur *Spurii*, qui patre seruo, & matre ingenua procreati sunt.

SQVALIDVS. *Squalida* loca, *l. 11. de veteranis, lib. 7. t. 20. Squalidiora* adque ieiuna prædia cultis adque opimis opponuntur, *l. 3. de censitor. lib. 13. tit. 11.* Afantica, audiunt, paullo ante, *ead. leg.*

SQVALOR. *Squalor* custodiæ, *leg. 2. de custod. reorum, lib. 9. titul. 3.* Confer Gellium *Noctium Att. lib. 2. c. 6.*

STABILITAS. *Stabilitas* census, *l. 7. de Censu, lib. 13. t. 10.* Ad *stabilitatem* reuocare debilitata, *l. 20. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

STABVLA, *leg. 34. de cursu public. lib. 8. tit. 5. l. 16. 17. 35. 37. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* sunt receptacula animalium publicorum.

STARE. *Stare* concordia pacis & quietis dicitur, *l. vnic. de hirenarchis, lib. 12. t. 14.*

STATIO, locus, in quo milites consistunt. *Statio* militiæ, *l. 2. quis in gradu, lib. 7. t. 3.* Stationes, *l. 12. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.* 2) *Statio*, de officialium administratione, *l. 8. 10. de cohort. lib. 8. t. 4. l. 24. de suscept. lib. 12. t. 6.* 3) *Stationes*, pro locis in quibus officiales susceptores consistebant suscipiendis tributis & annonis, *l. 19. de suscept. lib. 12. t. 6.* Itaque in his mensuræ & pondera erant, *d. l. 19.* in mansionibus videlicet & ciuitatibus, vt de eadem prorsus re agens *lex 21. eodem titul.* docet, *Bureaux ou estappes.* 4) Nauium *stationes*, *l. 2. de litor. & itin. cust. lib. 7. t. 16. l. vn. de lusoriis Danubii, lib. 7. tit. 17.*

STATIONARII, dicuntur, certis & designatis locis ac stationibus positi, ad reos nunciandos, *l. 1. de curiosis lib. 6. t. 29. l. 2. de cohortalib. lib. 8. t. 4. l. 1. de cursu, lib. 8. t. 5. l. 31. de Episcopis lib. 16. t. 2.* 2) Milites *stationarii*, *l. 2. in fin. de veteran. lib. 7. t. 20.* ab his veteranorum filii, militiam detrectantes, ad principis conspectum mittebantur, *d. l. 2.* Nomen hi habent a stationibus, in quibus erant positi. De his Ammiani *lib. 18. c. 5.* elegans est locus. 3) *Stationarii* Primipilarium, *l. 2. de cohortalib. lib. 8. tit. 4.* sunt iidem cum iis, de quibus primo loco dictum, sed ex primipilaribus lecti, ad stationes curasque peragendas. Modo enim ex Memorialibus, Palatinis, Præfectianis, agentibus in rebus, ad munus stationarii obeundum, euocati sunt. Consule *Commentar. ad d. l. 2.*

STATIVA. De his est *tit. 6. lib. 8. De tractoriis & statiuis.* Sunt autem mansiones, diuersoria, stationes, in quibus commeantes, seu iter facientes subsistebant, diuertebant, ibique annonas e publico consequebantur. V. Paratitlon *illius tit.*

STATVARII, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* Statuarum sunt artifices.

STATVA. De *statuis* & imaginibus, *lib. 9. t. 44.*

STATVRA. *Statura* in milite spectata, *l. 5. de re milit. lib. 7. t. 1. l. 12. de veteranis, lib. 7. t. 20.*

STATVS, pro patriæ potestatis iure, *l. 6. de legitim. heredit. lib. 5. t. 1.* 2) *Status* notat quamcumque conditionem, rationem, & naturam. Ita Ædificiorum *status*, *leg. 18. de Paganis, lib. 16. tit. 10.* Status *hominis* vel patrimoniorum, *l. 2. de officio rect. prou. lib. 1. t. 7.* Functionis *status*, *l. 149. in fin. de Decurionibus, lib. 12. tit. 1.* Publicus *status*, *leg. 2. de his qui condit. propr. lib. 12. tit. 19.* 3) Vrbis *status*, de operibus publicis, *l. 3. de calcis coctor. lib. 14. tit. 6.* simili sensu Valent. *Nouella de pentapolit. 40.* pro tuendo *statu* venerandæ vrbis, &c. 4) *Status* est conditio personarum. De *statu* atque patrimonio, *leg 4. de dilation. lib. 2. tit. 7.* Super alienis causis vel statu, *l. 2. 3. de offic. rect. prou. lib. 1. tit. 7.*

STATVTI dicuntur, quasi in actu iam constituti & positi, & qui officio suo iam intra scholas militum fungebantur. Hinc *statuti* supernumerariis & vacantibus oppositi. De his *l. 15. 17. de Palatinis, s. l. lib. 6. t. 30. l. vltim. de Agent. lib. 6. t. 27 l. 2. de castrensianis, lib. 6. t. 32.* erant enim in scholis supernumerarii, qui in decedentium locum subrogabantur *d. l. 17. & l. vlt. de Agent. lib. 6. t. 27. & d. l. 2.*

STEMMA. *Stemmata* auorum atque maiorum, *l. 89. de Decurionib. lib. 12. t. 1.*

STERILIS. De *sterilibus* fundis ad fertiles adiungendis, *l. vn. de fatür. lib. 7. t. 19.*

STERNERE, id est deiicere. Ne labores hominum & diuina munera *sternerentur*, *l 3. de maleficis, lib 9. t. 16.* Id est, ne vindemiæ, messes, imbre, grandineque quaterentur. Gladio vltore *sterni*, *l. 4. de Pagan. lib. 16. t. 10. Sterni*, de his, qui extremi, seu vltimo gradu, & loco collocantur & cæteris substernuntur, subiiciuntur, *l. 5. de domesticis, lib. 6. t. 24. Sterni*, inter vltimos, *l. 14. de re milit. lib. 7. tit. 1. l. 3. de agent. lib. 6. t. 27.*

STIGMA inusta nota. *Stigmata* brachiis fabricensium, & tironum inflicta, *l. 4. de fabricens. lib. 10. t. 22.* Consule Commentarium ad *h. l.* & ad *leg. 2. de pœnis.*

STILLATVRA, aut *stellatura*, vti rectius legendum videtur, ἀπὸ τῶ στέλλειν, mittere, aut dimittere, & commeatum dare. *l. 28. de erogat. mil. annonæ, lib. 7. t. 4.* Lucellum, quod Tribuni ex annona singulorum militum, quibus commeatum dederant, capiebant. Mos ille & hodie inter milites seruatur. Consule Commentarium, & obseruationem ad *d. l. 28.* & Brissonium de *V. S.*

STILVS scriptio. Deportationis *stilus*, *l. 57. de hæret. lib. 16. t. 5.* Proscriptionis *stilus*, *leg. 7. 15. de bonis proscript. lib. 9. tit. 42. Stilus* acerbior, pro proscriptione, *l. 13. de bonis proscript. lib. 9. t. 42. Stilus* proscriptionis, *l. vltim. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* Diligens *stilus* singillatim omnia adscribat *l. 1. de incorporat. lib. 10. tit. 9.* Supremæ voluntatis *stilus* liber sit, *lege quarta, de Episcopis, lib. 16. titul. 2. Stilo* trepidante recauere in pœnam reciproci, id est, inscribere in crimen, *l. 3. de exhibendis reis, lib. 9. t. 2.*

STIPENDIVM. Militum *stipendia*, *l. 4. 5. 7. de re milit. lib. 7. t. 1. l. 2. quis in gradu. lib. 7. t. 3.* 2) Patriæ *stipendia*, id est munera curialia, *l. 57. de Decurionibus, lib. 12 t. 1.* 3) *Stipendium* agrorum, *l. 8. de veteranis, lib 7. t. 20.* est tributi genus, & quasi solarium, quod pro solo atque agro

agro penditur. 4) *Stipendium* religionis, *l. 16. de lustrali collation.* ibi: Distincta sunt *stipendia* religionis & calliditatis, id est, aliud est religioni inseruire, siue ad clericatum se conferre, aliud calliditati & fraudibus studere, iisque lustralem collationem euitare.

STIPENDIARIVS. *Stipendiarii* fundi, *lege secunda de donation. lib. 8. titul. 12.* ex quibus tributa colligebantur, quique Italicis fundis opponuntur, a censu immunibus. Consule *Commentar. ad d. l.*

STIPS. *Stips* necessaria, *l. 2. de alimen. quæ inopes parentes, lib. 11. t. 27.* id est, necessaria alimenta.

STIRPS In *stirpes* & in capita diuisio. *V. l. 8. 9. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

STOLVS, classis. *Stolus* Alexandrinus, *l. 7. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Id est, classis Alexandrina. Vetus Inscriptio Romæ in basi marmorea, apud Gruterum *CXIV. 4.* τȢ πορευτικȢ Ἀλεξανδρινȣ ςόλȣ. Vide *not. g. ad d. l. 7.* & Du Fresne *Glossar. voc. stolus.*

STRANGVLARI. Delatorum pernicies in ipsis faucibus *strangu letur*, *l. 2. de petition. lib. 10. t. 10* id est, inter ipsos conatus coerceatur. *Strangulari* causis necessitatis, *l. 1. de prædiis & mancipiis, lib. 12. t. 3.*

STRATA, via lapidibus strata. *Stratarum* & pontium opera, *l. vlt. de itinere muniendo, lib. 15. t. 3.* Consule *not. e. ad h. l.*

STRATOR, in re veterinaria est, qui stratum equi componit, dominum in equum subleuat, dextra ei substrata, quique ad frena etiam currit, vel capistro equum domini ducit. Ostendit enim Cuperus *ad Lactant de mortib. persecutor. cap. 5.* stapedes & scandulas, quibus hodie equos ascendimus, antiquissimi vsus non esse. Erat autem *stratorum* in palatio schola, vti coniicimus ex tituli serie *de stratoribus vtroque Codice*: cui præfuit Tribunus stabuli, vt est videre ex Ammiano *lib. 30. c. 5. in fin. Cum Valentinianum A. oblatus non susciperet equus, anteriores pedes præter stratorem erigens in sublime, innata feritate concitus, dextram stratoris militis iussit abscidi, quæ eum insilientem iumento pulserat consueto, perissetque cructabiliter innocens iuuenis, ni Tribunus Stabuli dirum nefas distulisset.* Quo loco, & *strator miles* & *Tribunus stabuli*, cuius sub dispositione erat, occurrit. Ex hac autem stratorum schola nonnulli mittebantur in prouincias, vt equos eos maxime, qui Imperatorum vsui erant destinati, diligenter probarent, ob quam probationem, siue probam, (quæ vox huius æui est) sportularum nomine a prouincialibus solidum capiebant, vt discimus ex *l. vn. de stratorib. lib. 6. t. 30. Per omnes prouincias Edictum generale misimus, vt ab stratoribus vnus tantum solidus probæ nomine posceretur, & in offerendis equis certam formam, staturam, ætatem prouinciales custodiendam esse cognoscerent.* Horum *stratorum* quoque fit mentio *l. 4. de executor. lib. 8. t. 7.* Consule *Commentar. ad d. l. vn.* Valesium *ad Marcellin. lib. 29. c. 3.* & *lib. 30. c. 5.* Salmasium *ad Spartian. Anton. Caracall. c. 7.* Du Fresne *in Glossar. voc. strator*, & Brissonium *de V. S.* 2) *Stratores* in exercitu appellati sunt, qui castra præibant, vt accommodatiora loca ad exercitum traducendum facerent, & idonea castris præpararent. Horum frequens mentio in *Gromatico* Hygini, & in lapidibus, vt dictum *ad leg. vn. de stratorib.* 3) *Stratores* fuerunt in magistratuum officio, veluti Præfectorum, Proconsulum, Præsidum, habueruntque carceris quoque & reorum custodiam, docente *l. 1. de custod. reorum lib. 9. t. 3.* vbi consule *Commentarium.* Neque tamen hi stratores diuersi fuere nominis etymo a cæteris stratoribus, seu scansoribus, quicquid dicat Gothofredus in *Comment. ad. d. l. vn.* censens, stratores militares, & eos, qui in officio magistratuum erant, sic appellatos, quod viam sternerent Imperatoribus, Magistratibus domi militiæque, seu foras procedentibus. Nam cum *stratores*, seu ἀναβολεῖς, in curandis dominorum equis, in iis adducendis, & in alleuandis dominis in equos, operam suam locarent, iisque equitantibus perpetuo adessent, factum postea, vt, qui perinde magistratibus, tum ciuilibus, tum militaribus, aderant, quo eorum peragerent iussa, *stratores* etiam appellarentur. Vnde non desunt, qui esse eosdem cum mandatoribus putant, qui iussa officiorum exequebantur, eorumque mandata expedite deferebant, vti obseruauit Car. du Fresne *in not. ad lib. 5. Iohan. Cinnami pag. 475. Edit. Paris. & pag. 161. Edit. Venet.*

STRENA, munus festiuum. *Strenæ* Palatinorum, præter annonas, & modus certus earum, *l. 11. de Palatinis S. L. lib. 6. t. 30.* De *strenis* principi oblatis, *V. tit. de oblatione votorum, lib. 7. t. 24.*

STRENVVS. *Strenuæ* personæ, *l. 20. de exact. lib. 11. t. 7.* *Strenuus* exactor, *l. 5. de censitor. lib. 13. t. 11.*

STREPITVS, de accusatione & crimine. Hinc, accusationis exortæ *strepitus*, *leg. 1. de abolition. lib. 9. titul. 37.* Falsi *Strepitum* inferre, *leg 2. ad l. Cornel. de falso, lib. 9. tit. 19.* id est, crimen falsi inferre. Et mox ibidem, vltimus finis *strepitus* criminalis. *Strepitu* criminalis negotii terreri, *l. 8. de accusat. lib. 9. t. 1.* Contractum litigioso strepitu turbare, *l. 1. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* 2) *Strepitus* de exactione collationum dicitur, *l. 14. de Episcopis lib. 16. t. 2.* Ab vniuersis clericis exactionis *strepitus* conquiescat.

STRICTVS. *Strictior* inquisitio, id est, quæstio & tormenta, *l. vn. ad l. Iul. maiest. lib. 9. t. 5.*

STRINGERE. *Stringere* operam fabricationi, Architecti dicuntur. *l. 3. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* *Stringi*, id est, perstringi, infortunio alieni criminis non oportet, *leg. 1. de bonis proscript. lib. 9. titul. 42.* Insimulatione maleficiorum atque inuidia *stringi*, *l. 10. de maleficis, lib. 9. t. 16.*

STRVCTORES. *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* sunt, qui structuras fundamentorum, parietum atque murorum faciebant. Inde *ars structoria*. Vid. *Commentar. ad h. l.* & Brisson. *de V. S.*

STVDIVM opera hominis attentior. Hinc *studium* artis fraudulentæ, *leg. 49. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* Aliquid sollicitudinis *studio* custodire, *l. 13. in fin. de re milit. lib. 7. t. 1.* 2) *Studium*, cupiditas. *Studia* priuata vtilitati publicæ contraria, *l. 76. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* Sidon. *lib. 4. epist. 25. Nec non & illa, quæ bonum publicum semper euertunt, studia priuata.* 3) *Studium* pro literarum studio. Hinc *studia* liberalia, de quibus *tit. 9. lib. 14.* 4) *Studium* in re athletica, est vehemens circa Gymnica spectacula occupatio populi. Hinc *l. 3. de scenicis lib. 15. t. 7.* Gratianus A. ait, Cohortamur amplectenda felicis populi *studia*, vt Gymnici agonis spectacula reformentur. Et paullo post: cum viri primates populi *studiis* grati esse cupiant.

STVPRVM. *Stuprum* non gaudet indulgentia, *l. 7. de indulgentiis crimin. lib. 9. t. 38.*

SVADERE. *Suadere* dicitur furor errorem, *l 31. 32. de hæretic. lib. 16. tit. 5.* Quo voluntas *suaserit*, *l. 11. de Metallis, lib. 10. t. 19.*

SVARII & *suariorum* corpus. De his *Lib. 14. tit. 4.* vbi

vbi latissime dictum. Consuli etiam potest Thom. Reinesius *Inscription. Clas. I. 105. p. 145.*

SVBCLAMATIO. Occurrit hæc vox *l. 4. de exactionib. lib. 11. t. 7.* Quoniam *subclamatione* vestra merito postulastis. Si proba vox est, idem innuit, quod supplicatio & comploratio *l. 6. de nauicular. lib. 13. t. 5.* & deploratio *l. 3. de superexactionib. lib. 11. t. 8.* & *l. 2. de naufrag. lib. 13. t. 9.* Verum est vox hæc sine dubio spuria, & pleraque editiones habent *sub clamatione.* Forte legendum, *sub clamitatione*, aut, *sub inclamatione.*

SVBCRESCERE. *Subcrescere* ærarii emolumenta dicuntur, pro augeri, *leg. 2. de Senator. & glebali conlatione, lib. 6. tit. 1.*

SVBCVMBERE, subiacere, subesse. *Subcumbere* aurariæ functioni, *l. 18. de lustrali conlat. lib. 13. tit. 1.*

SVBDIACONVS, *leg. 49. 161. de Decurionibus, lib. 12. tit. 1.*

SVBDERE. *Subdi* pro solidis, adulterini dicuntur, *l. 13. de susceptor. lib. 12. t. 6.* id est, substitui, vel subrogari, vt *d. l. 13.* exponitur.

SVBDVCERE pro computare, *l. 2. de Iudiciis, lib. 2. t. 18.* Rei, quæ petebatur, integra æstimatione *subducta.*

SVBFVLTVS. *Subfulti* religione orthodoxorum, *l. vlt. de his qui sup. religione, lib. 16. t. 4.* Palatina dignitate *subfultus, l. 9. de priuil. eorum, lib. 6. tit. 35.*

SVBHASTARIVS. *Subhastaria* sors, *leg. penultim. de prædiis nauicul. lib. 13. tit. 6.*

SVBHASTATIO. *Subhastatio* publica, *l. vltim. de fide & iure hastæ, lib. 10. tit. 17.*

SVBIACERE. *Subiacere* hoc onere, *leg. 17. de lustrali conlation. lib. 13. titul. 1.* Subiacere indignatione, *l. 2. de Lenonibus, lib. 15. t. 8.* vbi consule *not. f.*

SVBIECTVS. *Subiecta* innocentia. Ne *subiectam* innocentiam faciamus, *l. vlt. de accusat. lib. 9. t. 1.* Id est, suppositam, obnoxiam calumniatoribus. 2) *Subiectus* pro substitutus. Hinc, Per *subiectam* personam, *l. 20. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* 3) *Subiectus* curiæ, id est, qui ad curiam vocari potest, *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 4) *Subiectus*, subditus, obnoxius. Sententiæ *subiectus, leg. 15. de pœnis, lib. 9. titul. 40.*

SVBIGERE. *Subigere* arua coloni dicuntur, *l. vnic. ne colonus inscio Dom. lib. 5. t. 11.* Vide ibi *not. e.* & Virgilii atque Ammiani loca.

SVBIICERE, substituere. *Subiicere* in venditione figuratum solidum adultera imitatione, *leg. vnic. si quis solidi circul. lib. 9. t. 22.*

SVBIRE. *Subire* hæreditatem, est hæreditatem adire eiusque commodum consequi, *leg. vnic. vnde liberi, lib. 4. t. 2.* Consule *not. f. ad h. l.* & Brissonium *de V. S.* 2) *Subire* sustinere. Patriæ munera *subire, l. 140. 148. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.*

SVBIVGARE. *Subiugare* proprie, *leg. 19. de Prætoribus, lib. 6. titul. 4.* Equos quatuor, *subiugandos* quadriges. 2) *Subiugari* figurate curiæ atque collegiis, *l. 179. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Subiugari* exitio vltimo, *leg. vnic. ne damna Prouinc. lib. 11. titul. 11.* *Subiugari* deportationis incommodo, *l. 92. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* *Subiugari* legibus publicis, *l. 1. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Subiugari* multæ auri, *l. 150. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Subiugari* obsequiis competentibus, *l. 44. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* Periculo capitali *subiugari, leg. 6. de Iudæis, lib. 16. titul. 8.* *Subiugari* pœnæ, *l. 4. de curiosis, lib. 6. tit. 29. l. vnic. si quis Imp. maledix. lib. 9. tit. 4. l. 1. in fin. de raptu Virginum, lib. 9. t. 24. l. 20. de diu. off. lib. 8. t. 7.* *Subiugari* proscriptioni, *l. 7. de Paganis, lib. 16. t. 10.* *Subiugari* sententiæ capitali, *l. 7. de fam. libell. lib. 9. t. 34. l. 2. de his qui cum dispens. lib. 10. tit. 24. leg. vnic. de mulier. quæ se seruis propr. lib. 9. tit. 9. l. 1. de pignor. lib. 2. tit. 30.* Sæuiori sententiæ *subiugari, leg. 2. de accusat. lib. 9. tit. 1.* Vltionis sententiæ *subiugari, l. 11. de Iudæis, lib. 16. t. 8.* Seuerissimæ sententiæ *subiugari, l. 17. de petition. lib. 10. t. 10.* *Subiugari* supplicio, *l. 2. de patrocin. vicorum, lib. 11. t. 24. l. 2. ad l. Cornel. de fic. lib. 9. tit. 14.* Grauissimo supplicio *subiugari, l. 12. de numer. lib. 8. tit. 1.* Vltimo supplicio *subiugari, l. 1. in fin. de falsa mon. lib. 9. tit. 21.* Vltioni *subiugari, l. 3. de patroc. vicor. lib. 11. tit. 24.*

SVBIVNGERE, vox rei vehiculariæ propria. Vide Sup. *Iungere* & *iugitas.* Suo anne mulionis itineri subiungat, *l. 14. de cursu publ. l. 8. t. 5.* Virgilius *Eclog. V. 29. Daphnis & Armenias curru subiungere tigris.* Et apud Columellam *lib. 6. c. 2. Boues plostro subiungendi.*

SVBIVNCTORIVM. *Subiunctorium* priuatum, pro vehiculo priuato, *l. 10. de cursu publ. lib. 8. tit. 5.*

SVBLATVS, id est, exactus. *Sublatæ* pensiones. Pensiones, quæ deinceps *sublatæ* a competitoribus fuerint, *l. 41. in fin. de oper. public. lib. 15. tit. 1. Qui seront d'oresnavant levées.*

SVBLEVARE. *Subleuari* oneribus & oblationibus, *l. 17. de nauicul. lib. 13. t. 5.* Litem iuris remedio *subleuare*, id est, prouocationis remedio, *l. 15. de appell. lib. 11. t. 30.*

SVBLIMARE. Quos magistri equitum & peditum pompa *sublimat, l. 44. de cursu. lib. 8. t. 5.*

SVBLIMIS. In *sublime* prouectus, *l. 5. de priuil. eorum qui in S. Pal. lib. 6. t. 35.* *Sublimes* potestates, id est, præfecti prætorio, *l. 6. de indulg. debit. lib. 11. t. 27.* *Sublimis* vir honoris, *leg. 41. de Episcopis, lib. 16. titul. 2.*

SVBLIMITAS. *Sublimitatis* titulus tribuitur Præfectis prætorio, *l. 18. de Agent lib. 6. t. 27. L. vn. de offic. Præf. Prætor. lib. 1. t. 5.* *Sublimitatis* tuæ succedat examen.

SVBMOTVS. *Submota* quinque pedum præscriptione, *l. 4. fin. regund. lib. 2. t. 26.* *Submotum*, id est, alienum, semotum. A nostrorum temporum tranquillitate *submotum, l. 1. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.*

SVBMOVERE. *Submouere* facultatem, id est, adimere, *l. vnic. ne in sua causa quis iud. lib. 2. t. 2.* 2) *Submouere*, excludere. *Submouere* a dignitatibus, *l. 155. de decurion. lib. 12. t. 1.*

SVBNIXVS, firmatus, munitus. Scriptura veritate *subnixa, l. 4. de fide test. & instrument. lib. 11. t. 39.*

SVBREPTIVVS. *Subreptiua* defensione, *l. vn. de mancip. lib. 14. t. 5. l. 1. in fin. de rei vindicat. lib. 2. t. 23.* *Subreptiua* impetratio, *l. 11. de murileg. lib. 10. t. 20.* Rescriptum *subreptiuum, l. 5. de princip. Agentib. lib. 6. tit. 28.*

SVBREPTITIVS. *Subreptitia* rescripta, *l. 9. de censit. lib. 13. tit. vlt.* *Subreptitia* supplicationes, *l. 3 ad l. Iul. de ambitu, lib. 9. tit. 26.*

SVBREPTIO, obreptio. *Subreptio* precum, *l. vnic. si nuptiæ ex rescript. lib. 3. tit. 10.*

SVBROGARE. *Subrogari*, subiici, reddi, restitui, *l. 120. 134. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* 2) *Subrogare*, sufficere in locum. *l. 12. 21. de Prætoribus, lib. 6. tit. 4.*

SVBRVERE. *Subruere* statum prouincialium, *leg. 16. de cursu. lib. 8 tit. 5.*

SVBRVTVS. *Subruta* ædificia, *leg. 47. de oper. publ. lib. 15. titul. 1.*

SVBSCRIBENDARII, *l. 1. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* Fuerunt sub Comite vel Duce rei militaris, & commonitoria, Ducis vel Comitis nomine conscripta, subscribebant. De iis consule *Commentar. ad h. leg.* In *l. 8. de cohort. lib. 8. tit. 4.* coniunguntur tabulariis, diurnariis.

SVBSCRIPTIO. *Subscriptio* in crimen, *leg. 5. de accusat. lib. 9. tit. 1.* est, quando actor, in libello oblato, ad eiusdem criminis, cuius alterum accusat, pœnam se obligat, si calumniæ conuictus fuerit. Consule *Commentarium ad h. l.*

SVBSCRIPTORES, testes, *l. 3. de testam. lib. 4. tit. 4.*

SVBSELLIA, *l. 2. de contrah. empt. lib. 3. t. 1.* id est, scamna.

SVBSIDIVM. *Subsidia* euectionum, *l. 20. de cursu. lib. 8. t. 5.* 2) *Subsidia* pro annonario commeatu, *l. 6. de nauicul. lib. 13. t. 5.* 3) Largitionum *subsidia*, *les aydes*, *l. 13. de suscept. lib. 12. tit. 6.* 4) Priuare aliquem vniuersis patrimonii *subsidiis*, *l. vnic. ne sine iussu principis, lib. 9. tit. 41.*

SVBSORTIRI. Alii in eorum locum, qui eandem dignitatem (vt vtamur veterum verbis) *subsortiti* fuerant, subrogentur, *leg. 12. de Prætor. lib. 6. tit. 4.*

SVBSTANS, *present & en estat, en personne*, *l. 28. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.*

SVBSTANTIA. *Substantia l. 7. de censu lib. 13. t. 10.* est homo substans, siue persona, quæ censum inferre potest. *Substantia*, vt apud Græcos ὑπόστασις. Vide quæ monui *not. k ad h. l.* 2) *Substantia* pro annona seu victu, *l. 2. de alim. quæ inopes parent. lib. 11. tit. 27.* Ex horreis *substantiam* protinus tribuant competentem. Victualis *substantia*, *l. vlt. de custod. reorum, lib. 9. t. 3.* Annonarum *substantia l. 12. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* 3) *Substantia* pro materia & fundamento. Fabricandi *substantia*, id est, materia, *l. 3. de sepulch. viol. lib. 9. t. 17.* Materia fabricæ, *l. 4. eod. tit.* 4) *Substantia* pro iure, titulo, causa. Appellationis *substantiam* prosequi, *l. 21. de appellat. lib. 11. t. 30.* Iuris sui vel litigii *substantia*, *Le fond & merite de la cause*, *l. 30. in fin. de petition. lib. 10 tit. 10. l. 11. de appell. lib. 11. t. 30. l. 5. quorum appell. lib. 12. t. 36.* *Substantiam* paciscendi & conloquendi habere *l. 6. de pactis, lib. 2. t. 9.* 5) *Substantia* census, facultates, Panificii substantia, *l. 4. de pistor. lib. 14. t. 3.* Res familiaris *substantia*, *l. 2. de alimen. quæ inopes par. lib. 11. t. 27. l. 133. de Decur. lib. 12. t. 1.* Damnatorum *substantia*, id est, facultates & bona damnatorum, *l. 6. de bon. proscriptor. lib. 9. t. 42.* Senatorum *substantia*, *l. 7. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* 6) *Substantia*, est fœcunditas, opimitas, *l. 4. de ann. lib. 11. tit. 1.* 7) *Substantia* virtutis honorandæ, abundare dicitur in numero 50. Senatorum, *l. 9. de Prætoribus lib. 6. t. 4.* vbi substantia est materia sufficiens.

SVBSTRVCTIO. *Substructiones*, *l. 19. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* Non effossis nobilium operum *substructionibus*.

SVBTEXTVS, textus vel contextus. *Subtexta* pallia tunicæque, *l. vlt. de vestibus oloueris, lib. 10. t. 21.*

SVBTILITAS. *Subtilitas* verborum non attenditur in sp. *leg. 1. fam. ercisc. lib. 2. t. 24.*

SVBVECTIO. *Subuectio* vehiculorum, rhedarum, *l. 18. & 28 47. de cursu, lib. 8. t. 5.* Dicuntur etiam *Subuectionem* celebrare nauicularii, *l. 2. de nauibus non excus. lib. 13. t. 7.*

SVBVEHERE. Naues dicuntur *subuehere* fiscale onus, *leg. 4. de nauicular. lib. 13. t. 5.* 2) *Subuehi*, pro euehi ad altiorem gradum. Quos splendidior fortuna *subuexit*, *l. 53. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.*

SVBVRBICARIVS. *Suburbicaria* vel suburbanæ regiones vel partes, *l. 9. de annon. & tribut. lib. 11. t. 1. l. 12. de extraordin. muner. lib. 11. t. 16. l. 12. de indulgent. debitorum lib. 11. t. 28.* Consule Commentarium *ad d. l. 9.* & Sirmondi atque Salmasii scripta amœbæa *de regionib. suburbicar.* Adde Notitiam Dignit. *in Comit. Rer. Priuat. Occid.*

SVBVSTIO. *Subustio* Thermarum, *l. 32. de oper. publ. lib. 15. t. 5.* id est calefactio.

SVCCEDANEVS, succedens. *Succedaneæ* vices, per *succedaneas* vices, *l. 14. de nauicul. lib. 13. t. 5.* *Succedaneus* functioni paternæ, *l. 64. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* Consule Brissonium de *V. S.*

SVCCEDERE, pro accedere. Ad loca tutiora *succedere*, *l. vlt. de curiosis, lib. 6. t. 29.* Gallice, *aborder.*

SVCCENSVS, accensus. *Succensus* indignatione, *leg. 16. de nauicul. lib. 13. titul. 5.*

SVCCESSIO. *Successio* pro filiis, *leg. 1. de Collegiatis, lib. 14. titul. 7* 2) *Successiones* pro successoribus, & quidem filiis, *l. 19. de diuers. off. lib. 8. tit. 7.*

SVCCESSVS. *Successus* melior, *l. 2. 3. de Decurionibus, & silent. lib. 6. tit. 23.*

SVCCENDERE. *Succendere* balneas, *l. 1. ne Comit. & Tribunis, lib. 7. tit. 11.*

SVCCIDERE. *Succidere* vitem falce, *l. 1. de censitor. lib. 13. titul. vltim.* *Succisa* præscriptio temporibus seu temporis, *l. 5. de prædiis nauic. lib. 13. t. 6.* 2) *Succidi* figurate pro atteri. *Succisos* sese prosecuti sunt, id est, attritos, vel debilitatos sese esse allegarunt, *l. 8. de censitor. lib. 13. tit. vlt.*

SVCCINCTVS. *Succinctus* honore, *leg. 54. de hæreticis, lib. 16. titul. 5.*

SVCCRESCERE. V. Sup. *subcrescere.*

SVCCVMBERE. *Succumbere* solutioni, *l. vnic. de pecun. sequestr. lib. 2. titul. 28.*

SVDARE, de labore militari, *leg. 8. de re militari, lib 7 tit. 1.* *Sudare* armatam militiam, *l. 10. de veteranis, lib. 7. t. 20.* *Sudatus* labor, *leg. 2. de Comitibus rei militaris, lib. 6. tit. 1.*

SVDOR. *Sudor* bellicus, *l. 7 de lustr. conlat. lib. 13. t. 1.* Scriniorum sacrorum emensis *sudoribus*, *l. vltim. de honor. Codic. lib. 6. t. 22.* Stipendiorum *sudoribus*, *l. vnic. de præpos. laborum. lib. 6. tit. 25.*

SVFFICERE, id est, substituere, *l. 1. quemadm. mun. ciuil. lib. 12. t. 5. l. 161. de Decur. lib 12. tit. 1.*

SVFFRAGATIO. *Suffragatio* meriti, *l. 10. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

SVFFRAGATOR, qui suffragatur. *Suffragator* & suffragium, *lib. 2. t. 29. si certum pet. de suffr.* Iurgii alieni *suffragator*, *l. 6. de cognitor, lib. 2. tit. 12.*

SVFFRAGARI. *Suffragari* licentia dicitur, *leg. 8. de Agentibus, lib. 6. tit. 27.* Meritis *suffragantibus*, *leg. 7. in fin. de tiron. lib. 7. titul. 13.* *Suffragante* stipendiorum numero, *leg. 40. de Decurionibus, lib. 12. titul. 1.* *Suffragatur* Priuilegium, *l. 1. in fin. de Prætor. lib. 6. tit. 4. l. 15. de tiron. lib. 7. t. 13.* Tempora *suffragantia*, *l. 16. de pœnis lib. 9. t. 40.*

SVFFRAGIVM, auxilium, patrocinium. *Suffragium* ambitionis, *l. 1. de numer. lib. 8. t. 1. l. 7. de*

re milit. lib. 7. t. 1. *Suffragia* emendicata, Decretorum, *l. 15. de accusat. lib. 9. t. 1.* *Suffragium* Defensionis necessariæ, *leg. 22. de appellat lib. 11. tit. 30.* *Suffragium* Dignitatum, vide *leg. 5. 25. de Decurionibus, lib. 12. tit. 1.* *Suffragium* Dilationis, *l. 2. de dilation. lib. 2. t. 7.* Honorarii tantum nominis *suffragia, l. 44. de cursu, lib. 8. tit. 5.* Exquisitum *suffragium, leg. 6. de appellat. lib. 11. titul. 30.* Imploratum *suffragium* Episcoporum, iudicum, defensorum, *l. 2. de Lenonibus, lib. 15. t. 8.* Hominis *suffragium, l. 4. de Apost. lib. 16. t. 7.* *Suffragium* Iuris, quod in celeri reformatione consistit, id est, momenti beneficium & interdictum, *l. 5. de denuntiat. lib. 2. t. 4.* *Suffragium* Laborum, *l. 14. de re milit. lib. 7. t. 1.* *Suffragium* Liberorum, *l. 3. de legit. hæred. lib. 5. t. 1.* *Suffragium* Munerum, *l. vlt. de liber. causa. lib. 4. t. 8.* *Suffragium* Nominis, *l. 44. de cursu, lib. 8. t. 5.* *Suffragium* Prouocationis, *l. 39. de appell. lib. 11. tit. 30. l. 21. quorum appell. lib. 11. t. 36.* *Suffragium* Stipendiorum, *l. 19. de Agent. lib. 6. t. 27.* 2) *Suffragia* extrema in *l. 1. de scænicis, lib. 15. t. 7.* pro baptismo & Eucharistia. Nempe quia quibuscumque scænicis, etiam in vltimo vitæ, necessitate cogente, interitu imminente, in extremo periculo constitutis, & pro salute id poscentibus, indulgebantur, *d. l. 1. de scænicis.* 3) *Suffragia* innocenter adhibita, de magicis actibus ad salutem hominum & vindemias messesque conseruandas, *l. 3. de maleficis, lib. 9. t. 16.* 4) *Suffragia* pro priuilegiis, *l. 3. de priuileg. corporator. V. R. lib. 14. t. 2.*

SVFFVGIVM. *Suffugium* prouocationis, *l. 39. de appell. lib. 11. t. 30. l. 1. de bonis proscript. lib. 9. t. 12.*

SVGGERA, *l. 3. de calcis coctor. lib. 14. t. 6.* de quo monstro vocis consule *not. m. ad h. l.*

SVGGERERE. *Suggerere* alimenta, id est præbere, *l. 23. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

SVGGESTIO, id est relatio, consultatio ad principem, *leg. vltim. de relation. lib. 11. tit. 29. l. 9. in fin. de numer. lib. 8. tit. 1.*

SVLCARE. *Sulcare* terras, *l. 11. de veteranis, lib. 7. t. 20.* Latera vngulæ *sulcare* dicuntur, *l. 6. de malefic. lib. 9. t. 16.*

SVMERE. *Sumere* adfectum, *l. omnis, 5. de iis quæ administr. lib. 8. tit. 15.* Nemo aliquid comparandi *sumat* affectum.

SVMMA. Præfectus Prætorio tenere dicitur. *Summa* iudiciorum, *leg. 1. de Episcop. iudicio, lib. 16. 16. tit. 12.* Rerum *summa* commissa Præfecto Præt. dicitur, *l. 117. de Decurionibus, lib 12. tit. 1.* & apud Amm. *lib. 17. cap. 3.* Consule Commentarium ad *h. l.* *Summa* quantitatem notat *l. 1. de vsuris lib. 2. t. 33.* *Summa* sententiæ, *l. 39. de appell. lib. 11. t. 30.* est, id, quo tota controuersia redit, siue tota continetur, verbo, sententia definitiua. *Summa* rei, est summa pecuniæ, καθόλϐ λόγος, Hinc officium *summæ* rei *l. 2. de distrab. pigno. lib. 11. t. 1.* Consule Commentarium ad *h. l.* & Brissonium *de V. S.*

SVMMATES. *Summates* classium, *l. 32. de nauicul. lib. 13. t. 5.*

SVMMOTVS. Calumnias *summotas* esse iubemus, id est submouemus, *l. 1. de priuil. eorum qui in S. Pal. lib. 6. t. 35.*

SVMMVS. Ad *summum, l. 18. 20. de curs. publ. lib. 8. t. 5.*

SVMPTVS pro pecunia & annonis opponitur, *l. 2. de concuss. aduoc. lib. 8. t. 10.*

SVPERCILIVM. *Supercilii* erigendi fastus, *l. 1. de conduct. & hom. domus Aug. lib. 10. t. 26.*

SVPERCOMPELLERE, *l. 2. de veteranis, lib. 7. tit. 20.*

SVPERBE. *Superbe* nefariam hominum conscientiam in maiestatem animare, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

SVPEREXACTIO. De hac *titul. 8. de superexactionibus, lib. 11.* vbi consule Paratitlon.

SVPERDVCERE est vltra legitimum numerum ducere animalia, *l. 53. de cursu, lib. 8. t. 5.*

SVPERFLVVS. *Superflua* appellatio pro iniusta, quæ & multabatur, *l. 39. 42. de appell. lib. 11. t. 30. Fol appel, amende de fol appel.* Ex *superfluo, l. 11. de Palat. s. l. lib. 6. t. 30.* Partem *superfluam* consequi, *l. 1. de vsuris lib. 2. t. 33.* Litigio *superfluo* vexare, id est, iniusto, *l. vnic. de petition. & desistent. lib. 10. t. 13.* Ex *superfluo* venire, *leg. 6. de tironibus, lib. 7. titul. 13.* *Superflua* non nocent, *leg. 3. de testamentis, lib. 4. titul. 4.*

SVPERFVNDERE. Quos certa priuilegia *superfundunt, leg. vltim. de priuil. eorum qui in S. Palat. lib. 6. tit. 35.*

SVPERFVSVS. *Superfusum*, quod in censu vel peræquatione alicui inique adscriptum, *leg. 4. de censitor. lib. 13. tit. 11.*

SVPERINDICTIONES. *l. 5. de extraord. lib. 11. t. 16.* Sunt onera extraordinaria. Vide Paratitlon *de extraordinar. siue sordid. muner. lib. 11. t. 16.*

SVPERINDICTVM. De eo, *titul. 6. de superindicto, lib. 11.* est vltra solitum & canonicam collationem indictum.

SVPERINDICTITIVS. *Superindictitii* tituli, *leg. 36. de annona, lib. 11. titul. 1.* Vide titul. de *superindicto.*

SVPERIMPOSITVS. *Superimposita* appellatio, *l. 1. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* sed rescribendum ibi, *super interposita appellatione.*

SVPERIOR. *Superior* Iudex, pro decessore, *l. 21. de oper. publ. lib. 15. tit. 1.* Locus *superior* presbyteris tribuitur, *l. 10. de fide testium, lib. 11. t. 39.*

SVPERNVS, exterior. *Superna* codicillorum impressio, *l. 1. de honor. codicill. lib. 6. t. 22.* 2) *Supernus*, in summo loco constitutus. *Supernæ* legis Antistites, id est, Episcopi, *l. 49. in fin. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Supernum* numen, *l. 3. de Apost. lib. 16. t. 7. l. vn. de imper. imag. lib. 15. t. 4.*

SVPERNVMERARII. In scholis sunt certo numero præter statutos, quibus opponuntur, *l. 15. 17. de Pal. s. l. lib. 6. tit. 30. l. 2. de Castrensianis, lib. 6. tit. 32.* qui in decedentium locum subrogabantur, *d. l. 17.* Et *l. vlt. de Agentibus, lib. 6. t. 27.* Et *dict. l. 2.* Dicti & vacantes, *d. l. vlt.*

SVPERPOSTVLATIO, est iniusta & noua præter ordinariam postulatio. *Superpostulationis* occasio, *l. 28. de erogat. mil. ann. lib. 7. tit. 4.* V. integram legem.

SVPERSTATVTORVM graue atque inusitatum quoddam nomen cænaticorum introductum, *l. 12. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4.*

SVPERSTES. *Superstes* amori. Tantum posthæc maritus vel vxor sibi inuicem derelinquant, quantum *superstes* amor exegerit, *leg. 2. de iure Liberorum, lib. 8. tit. 17.* Spatium *superstes*, id est, reliquum, *l. 2. de dilat. lib. 2. tit. 7.*

SVPERSTITIO, absolute pro aris & simulacris, *l. 3. de Paganis, lib. 16. t. 10.* quæ ipsis ædibus templorum *d. l. 3.* opponitur; illam erui Constans voluit, has conuelli noluit. *Superstitio*, pro idolorum cultu, *l. 2. de Paganis, lib. 16. t. 10.* Cesset *superstitio*, sacrificiorum aboleatur insania. *Superstitio*,

perstitio, de haruspicina, *leg. 1. de maleficis, lib. 9. titulo 15.* *Superstitio* de hæresibus. Vt *superstitio* Eunomiana, *l. 34. de hæret. lib. 16. t. 5.* Donatistæ *superstitionis* hæretici, *l. 39. de hæreticis, lib. 16. tit. 5.* *Superstitio* Hæretica Tascodrocitarum, *leg. 10. si de hæretic. lib. 16. tit. 5.* *Superstitio* de Iudaica religione. *Superstitio* Iudaica, *l. 158. de Decur. lib. 12. t. 1. l. 28. de Iudæis, l. 16. t. 8.*

SVPPEDITARE, præbere, subministrare, *leg. 28. de Iudæis, lib 16. tit. 8.* *Suppeditabunt* manifesta documenta.

SVPPLEMENTVM. *Supplementa* militaria seu militiæ, *l. 3. de tabul. lib. 8. tit. 2.* *Supplementa*, necessaria instruere, *leg 6. de desertoribus, lib. 7. titul. 18.* *Supplementa* agitare, *l. 9. de tiron. lib. 7. tit. 13.* Amm. *lib. 21. cap. 6.* *Supplementa legionibus scripta sunt indictis per prouincias tyrociniis.* 2) *Supplementum* est, quando in rem dubiam magis inquirimus. Ita, dantur Arbitri in *Supplementum* pronuntiationis, *l. vnic. de litigiosis, lib. 4. t. 5.*

SVPPLICARE, libellum vel preces principi offerre. Licentia *supplicandi* adempta in *l. 7. de maternis bonis, lib. 8. t. 18.*

SVPPLICATIO, preces principi oblatæ. *Supplicationes* illicitæ, *l. 6. 17. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 3. ad l. Iul. de ambitu, lib. 9. tit. 26. l. 36. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* 2) *Supplicationes* dicuntur dies Christianis festi, *l. Dominico vlt. de spectaculis, lib. 15. t. 5.* Aliud esse supplicationum tempus, aliud voluptatum.

SVPPLOSVS, explosus. *Supplosa* nouitate impetrationis, *l. 4. ne conlat. transl. lib. 21. t. 22.*

SVPPOSITVS, subiectus. Per *suppositas* fraude personas emptio, *l. 1. de prædiis & mancip. lib. 12. t. 13.* Merita *l. 54. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

SVPPVTARE, non imputare. Non *supputentur* merita stipendiorum, id est, in æstimationem non veniant, nec ei prosint, *l. 154. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2) *Supputare*, pro computare, *leg. 8. de appellatione, lib. 11. t. 30.*

SVPRASEDERE. *Suprasedente* aduersario, *l. 5. de pactis, lib. 2. t. 9.* Id est, supersedente.

SVPREMVS. *Suprema* actio, id est, accusatio & actio criminalis, *l. 5. in fin. de accusat. lib. 9. t. 1.* Scriptura *suprema*, *leg. 40. circa med. de hæretic. lib. 16. t. 5.* est vltima voluntatis scriptio. *Supremum* Numen *l. 3. de Apostatis, lib. 16. t. 7.*

SVSCEPTOR. 1) *Susceptores* sunt, qui solutionem auri & specierum accipiebant. De iis est *titulus 6. lib. 12. de susceptoribus*, vbi consule *Paratitlon.* 2) *Susceptor* dicitur, qui litigantis causam suscipit & defendit, *l. 6. de cognitoribus lib. 2. tit. 12.* Nemo militantium fiat *susceptor* defensorue causarum. Ambrosius ad eandem rem *Offi. tor. l. 86.* *Is, qui Imperatori militat, a susceptionibus litium prohibetur humanis legibus.*

SVSCEPTVS pro cliente, *l. 4. de principib. agentium, lib. 6. t. 28.* Cum enim litigantes dicantur *suscipi* ab iis, qui eorum causam defendebant, siue a *susceptoribus*, de quibus paullo ante, factum est, vt *susceptos* dixerit hæc ætas, clientes. Ammianus *lib. 30. cap. 4.* *Ad defendendam caussam admissi, quod raro contingit, suscepti nomen, & vim negotii sub ore disceptatoris inter ipsos conflictuum articulos instruuntur.* Elegans locus Saluiani *de gubernat. lib. 5. cap. 8.* *Ecce, quæ sunt auxilia ac patrocinia maiorum. Nihil susceptis tribuunt, sed sibi.* Seruius *ad Virgil. Æn. VI. v. 609.* *Clientum, quos nunc susceptos dicimus.* Interpretatio *ad leg. 1. de postulando lib. 2. t. 10.* *Aduocati (id est, causas agentes) qui per iniquam cupiditatem susceptos, quorum causas agunt, &c.* Et Interpretatio *ad leg. 1. de erroribus Aduocator. lib. 2. t. 11.* *Aduocatus, si in suscepti caussa, aliquid in præiudicium per errorem dixerit* &c. Ita enim hic legendum, non vero in *suscepta caussa*, vt vidit Doctissimus Iuretus *ad Symmachum lib. 5. ep. 41.* qui varia Augustini, Ambrosii, Cassiodori loca adduxit. Consule etiam Valesium *ad Marcellin. l. c.* Rittershusium *ad Saluianum l. c.* Du Fresne *in Glossar. voc. suscept.* Schultingium *ad Paull. Sent. lib. 5. t. 15.* Pithæum *ad collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 9.*

SVSCIPERE. *Suscipere* possessionem & conducere, *l. vn. qui conduct. rei priu. lib. 10. t. 5.* 2) *Suscipere* actiones aduocati dicti, *l. 3. de accusat. lib. 9. t. 1.* Vide supr. *Susceptor*, & Brissonium *de V. S.* Inde etiam *suscipiens*, *l. 12. de fide testium, lib. 11. t. 39.* pro eo qui actiones suscipit, id est, reo, eiusque Aduocato. 3) Appellationem seu prouocationem *suscipere* dicitur Iudex *l. 22. 25. 32. 67. de appell. lib. 11. t. 30.* V. Sup. *accipere, recipere.* 4) Patrocinium *suscipere*, *l. 3. de patrocin. vicorum, lib. 11. tit. 24.* qui clientelam *susceperint* rusticorum, *l. 4. eodem.* 5) *Suscipi* ab Ecclesia, id est ad Clericatum admitti, *l. 17. de Episcopis, lib. 16. t. 2.* vt ad ecclesiam confugere, *l. 123. de Decurion. lib. 12. t. 1.* est ad Clericatum se conferre. 6) *Suscipere* aurum æqua lance & libramentis paribus, *l. 1. de ponderator. l. 12. t. 7.*

SVSPECTVS, in suspicionem incidens. *Suspecta* Scriptura, *l. 7. de fide testium, lib. 11. t. 39.* 2) *Suspecta*, id est, loca in quibus thesauros quis latere suspicatur, *l. 2. de thesauris, lib. 10. t. 18.* 3) *Suspectus* honos, id est amatus, æstimatus quique admirationi est *l. 12. de Medic. & profess. lib. 13. t. 3.*

SVSPENDERE. *Suspendere* executionem appellatio dicitur *l. 25. quorum appell. lib. 11. t. 36.* *Suspendit* appellatio commodum sententiæ, *l. 6. quorum appell lib. 11. t. 36.* Prouocatione lata sententia *suspenditur*, *l. 61. 66. de appell. lib. 11. t. 30. l. 3. de reparat. appell. lib. 11. t. 31.*

SVSPENSVS. *Suspensus* stater ἐν ζαθμικῇ, *l. 1. de ponder. lib. 12. t. 7.*

SVSPICERE, veneratione prosequi. *Suspicere* simulacra, *l. 10. de Paganis, lib. 16. t. 10.* Delubra nemo, nemo templa circumeat, nemo delubra *suspiciat*, *l. 11. de Paganis, lib. 16. t. 10.*

SVSPICIO. In *suspicionem* quis venerit negotii criminalis, *l. 2. de exhib. reis, lib. 9. t. 2.* A *suspicione* alienum esse *leg. 2. de fam. libellis, lib. 9. tit. 34.* *Suspicio* adulterii vel stupri, necessitudine & proximitate eliditur, *l. 8. de adult. lib. 9. t. 7. l. 44. de Episcopis, lib. 16. t. 2.*

SVSTENTARE. Qui mansionum spatio angustiore *sustentantur*, *l. 3. de aquæductu, lib. 15. t. 2.* id est, qui domos angustiores inhabitant. 2) *Sustentare* pro sustinere *l. 1. de protostasia lib. 11. t. 23.* Ad eum numerum, quem ipsi censuali sorte sustentant.

SVSTINERE. *Sustineri.* Rebus, quæ cultui rustico *sustinentur*, *l. 6. de Decur. lib. 12. t. 1.* Id est, quæ ad cultum rusticum tenentur, & quidem de instrumento rustico proprie *sustinere.* 2) *Sustinere*, pro durare, manere. In probata census sarcina *sustineat*, *l. 6. de tiron. lib. 7. t. 13.*

SVSTOLLERE, ædificare. *Sustollere* nouum opus, *l. 28. de oper. publ. lib. 15. t. 1.*

SVTELA. *Sutela* fraudium, *l. 7. de numer. lib. 8. tit. 1.*

SVVS. *Suo* spectaculo præbere populo materiam voluptatis, *l. vn. de vsu Sellarum. lib. 15. tit. 13.* *Sua* potestatis, & nullis per prouincias functionibus

nibus obligati, non curiales, *l. 74. in fin. de decurion. lib. 12. t. 1.* *Sua* successio, *l. 2. de apostat. lib. 16. t. 7.* *Sui* hæredes. De his *l. 1. de famil. hercifcund. lib. 2. t. 24. l. 9. de bon. proscript. lib. 9. tit. 42.* Consule Brissonium *de V. S.*

SYLVÆ. *l. 7. de bonis proscriptorum, lib. 9. t. 42.*

SYNAGOGÆ Iudæorum, de his *lex 2. 4. 9. 12. 14. 20. 21 22. 25. 26. 27. de Iudæis, lib. 16. tit. 8. l. 2. de Metatis, lib 7. t. 6.*

SYNCERITAS, v. Sup. *Sinceritas.*

SYNDICI corporum, *l. 42. de Episc. lib. 16. t. 2.*

SYNEDRIA Iudæorum, & quidem vtriusque Palæstinæ, *l. 29. de Iudæis, lib. 16. t. 8.*

SYNODITÆ Monachi, *l 37. de appell. lib. 11. t. 30.* qui cœnobitæ, *l. 16. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

SYNODVS. *De Synodis, l. 23. 46. de Episc. lib. 16. tit. 2.*

SYNONETON, *l. 1. de publ. comparat. lib. 11. t. 15.* est comparatio seu coemptio frumentaria. Consule *Commentarium ad h. l.* Cuiacium *Obseruat. l. 35.* & Brisson *de V. S.*

SYRIARCHA & SYRIARCHIA, *l. 1. de prædiis Senatorum. lib. 6. t. 5. l. 103. de Decur lib. 12. t. 1. l. 2. de expensis lud. lib. 13. t. 9.* Sacerdotii id in Syria munus, de quo fuse dictum ad eas leges.

T.

TABELLIO. Ex *Tabellione* Decuriones fiunt, *l. 3. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

TABERNACVLVM. *Tabernacula* atque ergasteria, *l. 10. de Episcop. lib. 16. t. 2.*

TABERNA. *Tabernæ* famosæ & harum ministri, *l. 8. de tyron. lib. 7. t. 13.*

TABES; longa *tabe* consumi, *l. 1. de custod. reorum. lib. 9. t. 3.*

TABESCERE. *Tabescentes* artus, *l. 1. de emendat. seru. lib. 9. t. 21.*

TABIFICARE, Morte *tabificare* corpora, *l. 5. de hæret. lib. 16. t. 5.*

TABVLA. *Tabulæ* emptionum, *l. vnic. de his qui veniam ætat. lib. 2. t. 17.*

TABVLARIVS, qui tabulas publicas in municipiis tractat. De *tabulariis* est *tit. 2. lib. 8.* Ab his autem distincti sunt *Tabularii* Iudicum, qui ideo dicuntur Apparitores *tabularii*, *l. 2. de susceptorib. lib. 12. tit 6.* Consule *Commentar. ad leg. 1. de tabular.* Brissonium *de V. S.* & Du Fresne *in Glossar.*

TABVLATA. Ab his materia & lignum separantur, *l. 15. 18. de extraord. lib. 11. t. 16.* *Tabulata* operum publicorum, *l. 45. de operibus publ. lib. 15. t. 1.*

TACITVS. *Tacitæ* conscientiæ remuneratione contentum esse, *l. 177. de Decur. lib. 12. t. 1.* Fideicommissum *tacitum*, *l. 17. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 27. de Episcop. lib 16. t. 2. l. 20. de petitionibus. lib. 10. t. 10. l. vnic. de his qui se deferunt, lib. 10. t. 11.*

TACITVRNITAS seu silentium, *l. vnic si certum petat. de chirogr. lib. 2. t. 27* *Taciturnitas* dissimulationis, *l. 1. ne quid publicæ lætit lib. 8. t. 11. l. vnic. de actione certo tempore finienda. lib. 4. t. 13.* *Taciturnitatem* habere, *l. 22. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

TACITVRNVS. *Taciturnus* debitor exigere tempora iure delata contrectationibus dicitur, *l. vnic. si certum pet. de chirogr. lib. 2. t. 27.*

TACTVS, vox fulguralis disciplinæ propria, *l. 1. de Paganis. lib. 16. t. 10.* Consule ibidem *Commentarium.*

TALIO. De *Talionis* pœna vide *l. 7. 9. 11. 14. 19. de accusat. lib. 9 t. 1.*

TAM. ἔλλειψις τοῦ tam *l. 3. de Episc. lib. 16. t. 2.*

TARDITAS. Si *tarditas* afferatur vltra tempus, *l. 34. de annon. lib. 11. t. 1.* *Tarditas* pœnæ solutio, *l. 13. de desertoribus. lib. 7. t. 18.* Causas *tarditatis* necessariæ approbare, *l. 15. de Agent. lib. 6. t. 27.* Iniuriæ *tarditatis* subdi, *l. 22. quorum appellat. lib. 11. t. 36.* Obstaculum *tarditatis* alicuius afferri, *l. 31. de appell. lib. 11. t. 30.* Vitium *tarditatis* contractum, *l. 27. de petition. lib. 10. t. 10.*

TASCODROGYTÆ, *l. 10. 65. de hæret. lib. 16. t. 5.* qui proprie Ascodrogytæ *d. l 65.* Genus hæreticorum, de quo dictum ad eas leges.

TAXARE est æstimare, censere, *l. 20. de erogatione mil. ann. lib. 7. t. 4.* *Taxari* inter Vicarios, id est, haberi, censeri, *l. vnic. de comitibus & archiatris sacri palatii. lib. 6. t. 16. l. 6. de testam. lib. 4. t. 4.* Scriptura viribus nullis penitus *taxetur*, *l. 6. de testament. lib. 4. t. 4.*

TAXATIO est æstimatio, *l. 17. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* vbi agitur de taxatione militarium specierum. De *taxatione* in auctionibus, *l. 2. de domibus ad rem priuatam pertinentibus. lib. 10. t. 2. l. omnis 5. de iis quæ administrant. lib. 8. t. 15. l. 30. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4. l. 19. de cohortalib. lib. 8. t. 4. l. 4. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2. l. 1. de excoct. & transl. lib. 7. tit. 5.*

TECTVM, domus. Agro *tectoque* suscipere desertorem, *l. 5. de desertor. lib. 7. t. 18.*

TEGVMENTVM. Ad *tegumenta* frontis Sacerdotii nominis titulos præferre, *l. vlt. de Episcopali iudic. lib. 16. t. 12.* id est, ad tegendam audaciam & impudentiam.

TELONARII & Publicani, *l. 3. de indulgentiis debit. lib. 11. t. 28.* Vide de iis *Commentar. ad h. l.* Brissonium *de V. S.* Du Fresne *Glossar.*

TELVM. *Telum* venenatum iniicere quoddam famosis libellis inimicis suis, *l. vltim. de famosis libellis. lib. 9. t. 34.*

TEMERARE est violare fraudibus, *l. 5. de iure fisci, lib. 10. t. 1.* Decreta *temerare*, *l. 2. de condit. in publico horreo. lib. 11. t. 14.* Fines *temerare*, *l. 5. in fin. de pactis. lib. 2. t. 9.* *Temerare* libertatem, *l. 1. de liberali causa. lib. 4. t. 8.* Possessionem *temerare*, *l. 1. ad l. Iul. de vi. lib. 9. t. 10.* Priuilegia *temeratæ* possessionis statum iubent reformari, *l. 30. de nauic. lib. 13. t. 5. l. 17. de extraord. lib. 11. t. 16.* Reuerentiam veram diuinamque *temerare*, *l. 56. de hæret. lib. 16. t. 5.* Statuta *temerare*, *l. vltim. ne conlatio translatio. lib. 11. t. 22.* Scita nostri numinis *temerare*, *l. 62. de cursu. lib. 8. t. 5.*

TEMERARIVS. *Temeraria* vsurpatio, *l. 85. de Decur. lib. 12. t. 1.*

TEMERE προπετῶς, *l. 2. ad. l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.* id est, proterue in eadem *lege sub. fin.*

TEMERITAS de vi seu violentia, *l. 2. de suffrag. lib. 2. t. 27. l. 16. de iure fisci, lib. 10. t. 1.* *Temeritas* de crimine maiestatis, *l. vnic. ad legem Iul. maiest. lib. 9. t. 5.*

TEMNERE pro contemnere statuta, *l. 3. in fin. de decur. & silent. lib. 6. t. 27.*

TEMONARII erant auri tyronici exactores. Eorum mentio, *l. 3. de priuil. eorum qui in sacro palatio. lib. 6. t. 35. l. 7. de tyron. lib. 7. t. 23.* vnde & *temonaria* functio, *l. 14. de extraord. lib. 11. t. 16.*

TEMO præstationis genus, & idem cum functione capitularia, siue tironum exigendorum onere.

Vocis origo obscura est. Iniuria *temonis*, *l. 14. de proximis. lib. 6. t. 26. temonis* necessitas *l. 15. de extraordinar. lib. 11. t. 16.* onus *l. 18. eodem.*

TEMPERAMENTVM. *Temperamentum* Imperatoris. Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit *temperamentum*, *l. 2. de fide Cathol. lib. 16. t. 1.* Iudicis *temperamentum*: Qui sententiam laturus est, *temperamentum* hoc teneat, *l. 1. de pœnis. lib 9. t. 40.*

TEMPERARE. *Temperare* ab officio aliquo, est abstinere, *l. 3. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

TEMPESTAS pro tempore. Sic *tempestate* militiæ, *l. 6. de domesticis. lib. 6. t. 24.* 2) *Tempestas* figurate. Sic tristis *tempestas* proscriptionis, *l. vnic. ne sine iussu Principis. lib. 9. t. 4.*

TEMPLVM pro Ecclesia, *l. 4. de his qui ad Ecclesias confugiunt. lib. 9. t. 45.* 2) *Templorum* appellatione gentilia ferme notata. De his *lib. 16. tit. 10. de Paganis, sacrificiis & templis, l. 4. de his qui ad Ecclesias confug. lib. 9. t. 45. Templorum* cultus, pro vniuersa gentilium seu Paganorum superstitione, *l. 112. de Decurionibus. lib 12. t. 1. Templorum* solemnia, *d. l. 112.*

TEMPORALIS. *Temporalis* dies, *l. 63. de appellat. lib. 11. t. 30. l. vlt. de repar. appell. lib. 11. t. 31.* est dies fatalis, qui nimirum est vltimus illius temporis, quod ad appellationem legibus tribuitur. *Temporales* potestates, quæ paulo ante seculares iudices, *l. vltim. de Episcop. lib. 16. tit. 2.*

TEMPVS. *Temporis* senium, *l. 46 de operibus publicis. lib. 15. tit. 1. Temporum* obtrectator, *l. vnic. si quis Imp. maledix. lib 9. t. 4.*

TEMVLENTIA, *l. vnic. si quis Imp. lib. 9. t. 4.*

TENAX. *Tenax* inquisitor, *l. 5. de censitor. lib. 13. tit. 11.*

TENACITER. *Tenaciter* obseruare, *l. 17. de Medicis. lib. 13. t. 3. l. 29. de Decur. lib. 12. t. 1.*

TENDI pro extendi. Sic expensio *tendi* dicitur, *l. 1. de conditis in publicis horreis. lib. 11. t. 14. Extendi* Cod. Iustin. *eod. tit.* Nimia *tenditur* largitas, *l. 21. de petitionib. lib. 10. t. 10.*

TENDICVLÆ iuris sunt solennitates & verborum aucupia. *Tendiculas* pati graues, *l. vnic. de cretione. lib. 4. t. 1.*

TENEBRÆ. *Tenebræ* sedis intimæ. Eas in carcere inclusus non debet pati, *l. 1. de custod. reor. lib. 9. t. 3. Tenebræ* Iudaicæ superstitionis Christianæ religionis luci opponuntur, *l. 18. de Iudæis lib. 16. t. 8.* Carcerum ferales *tenebræ*, *l. 1. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.*

TENERE, pro obtinere, *l. 6. de indulg. crimin. lib. 9. t. 38 l. 14. de desertor. lib. 7. t. 18.* Patientiam *tenere*, pro obtinere, *l. 8. de diuersis offic. lib. 8. t. 7.*

TENOR. *Tenore* edicti, *l. 7. de iure fisci, lib. 10. t. 1. Tenor* Præcepti imperialis, *l. 13. de incestis nupt. lib. 3. t. 12. Tenor* rescripti, *l. 2. de aquæductu. lib. 15. t. 2.*

TENTAMENTA, *l. 7. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* sunt attentationes & conatus Iudicum.

TENTORIA, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.*

TEPERE, remittere. Arbitrantur, legum ante aduersus se datarum *tepuisse* constituta, *l. 46. de hæret. lib. 16. t. 5.*

TERGIVERSATIO. Sine aliqua *tergiuersatione*, id est corruptione. *l. 6. de pœnis. lib. 9. t. 40.*

TERGIVERSARI est moras nectere. *Tergiuersantibus* abuti moris, *l. 21. de appellation. lib. 11. t. 30.*

TERMINARE, finire. *Terminans* iurgium sententia, id est definitiua, *l. 25. de appell. lib. 11. tit. 30.*

TERMINVS. *Termini* Vrbis, *l. 14. de numer. lib. 8. t. 1. Terminus* impius, pro morte, *l. vlt. de domesticis. lib. 6. t. 24.*

TERRA. *Terrarum* cultores, *lege vnica, quod iussu. lib 2. tit. 31.*

TERRENVS. *Terrena* descriptio. *l. vlt. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* est, quicquid pro possessionibus præstatur.

TERRERE. *Terreri* necessitatibus, *l. 2. de actorib. procurat. lib. 10. t. 4.*

TERRIBILIS. Quicunque prætextu muneris publici possunt esse *terribiles*, *l. vnic. ne damna Prouinc. lib. 11. t. 11.*

TERROR. *Terror* appellationis, *l. 6. quorum appell. lib. 11. t. 36.* Chlamydis *terror* opponitur quietis coloborum, ac penularum vestimentis; chlamys enim militaris vestis est & vocatur, *l. 1. de habitu quo vti. lib. 14. t. 10.* Legum *terror*, *l. vnic. de infirmand. pœnis cœlib. lib. 8. t. 16.* Militaris *terror*, *l. 6. de executorib. lib. 8. t. 8.* id est, opinatoris. Potentiæ *terror*, *l. 6. de pactis. lib. 2. t. 9.*

TERRITORIVM duplici significatu, pro Vrbis territorio, & pro cuiusque possessione & agrorum modo vtroque sensu accipitur in *l. 186. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. vnic. de birenarchis. lib. 12. t. 14.* Castellorum *territoria* seu loca adscripta militibus Castellaniæ, *l. 2. de terris limitaneis. lib. 7. t. 15. Territorium* decurionis & aliorum, id est possessiones, *l. 2. de exaction. lib. 11. t. 7. l. 34. de operibus publicis. lib. 15. t. 1. l. 186. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* Ciuium *territoria*, *l. 34. de operibus publicis. lib. 15. t. 1. l. 12. Cod. Iust. eod. Territoria* singula, id est, singularum ciuitatum *territoria*, *l. vnic. de birenarch. lib. 12. t. 14.*

TERRVLA. *Terrulæ* demigrare dicuntur, *l. 51. de operibus publ. lib. 15. t. 1. Terrulæ* fertiles vicanorum glebæ inutili opponuntur, *l. vlt. de patrocin. vicor. lib. 11. t. 24.*

TERTIVS. *Tertio* edicto vocari, *l. 23. de Decur. lib. 12. t. 1. adjournement à trois briefs jours.*

TESSELLARII, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.* qui conficiebant tesselata pauimenta, de quibus Svetonius *in Iulio Cæs. c. 46.*

TESSERA. *Tesseræ* frumentariæ, nomine Imperatoris concedentis, largientis sancitæ, *l. 2. de frum. Alex. lib. 14. t. 26.*

TESTAMENTVM. De *testamentis* & codicillis est *lib. 4. t. 4.* De inofficioso *testamento* est *lib. 2. t. 17.* De *testamento*, quod deportatus filius remeante patre fecisset, *lege vnic. de sententiam passis. lib. 9. t. 4. Testamento* relicta, *lege 7. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

TESTATVS. *Testatior* summa, *l. 14. in fine, de iure fisci. lib. 10. tit. 1. Testata* professaque scelera, *l. vlt. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.*

TESTIFICATIO. *Testificatio* actorum, *l. 151. de Decur. lib. 12. t. 1.* Gestorum *testificatio*, *l. 2. de prædiis & mancip. curial. lib. 12. t. 13. l. 28. de susceptor. lib. 12. t. 6. l. 41. de operibus publicis. lib. 15. t. 1. Testificatio* numerorum, *l. 10. de numer. lib. 8. t. 1.*

TESTIMONIALES sunt Epistola Principis, quibus dignitas confertur. De *testimoniali* ex tribunis & protectoribus est, *tit. 21. lib. 7. Testimonialibus* tantam adipisci dignitatem, *l. vlt. de honor. codic. lib. 6. t. 22.* Consule Du Fresne *Glossar.*

TESTIMONIVM. *Testimonium* Prouinciæ, l. 1. *de honor. codicillis. lib. 6. t. 22.* est, præconium administrationis, vt dicitur l. 52. *de decur. lib.* 12, *t.* 1. *Testimonii* adminiculis honestis eniti, *l. 25. de Decur. lib. 12. t. 1.*

TETER, fœdus. *Tetra* inluuies, *l. 17. de pœnis lib. 9. t. 40.* *Tetra* iussio, *l. 1. de emendat. seruor. lib. 9. t. 12.*

TEXTRINA, *l. 24. de ann. & tribut. lib. 11. t. 1.* Vindicantur opifices linteæ vestis *textrinis*, *l. 6. de murileg. lib. 10. t. 20.* Vide *not. e. ad hanc leg.*

TEXTVS. *Textus* euectionis, *l. 22. de cursu. lib. 8. t. 5.* *Textus* Negotii, *l. 10. de maleficis. lib. 9. t. 16.* *Textus* petitionis impetratæ, *l. 21. de petition. lib. 10. t. 10.*

THEATRVM. *Theatra*, *l. 12. de scenicis, lib. 15. t. 7.* vnde ludi *theatrales*, *l. 2. de Spectaculis lib. 15. t. 5.* Spectaculum *theatrale*, *l. 1. de scen. lib. 15. t. 7.* Proscenia *theatri*, *d. l. 12.*

THEODOSIANVS. *Theodosiana* Prætura, *l. 25. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

THEODOSIACVS. *Theodosiacus* aquæductus, *l. 30. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

THERMÆ. De *thermarum* mancipibus est *lib. 14. tit. 5.*

THESAVRI, de his est *lib. 10. t. 18.* *Thesauri* Vrbium, *l. 48. de cursu. lib. 8. t. 5.*

THESAVRENSES, *lege 14. vltima, de diuersis officiis, lib. 8. t. 7.* sunt Officiales Comitis thesaurorum, qui thesaurorum habebant custodiam. Consule *Commentarium ad d. l. 14.*

THYMELA. *Thymela l. 21. 22. de diuers. officiis lib. 8 t. 7.* Rectius *Thymele*, græcis θυμέλη, pulpitum, pars orchestræ, in qua modos & saltationes personæ scenicæ facere consueuerunt. Pollux *Onomast. lib. 4. c. 19. Segm. 123.* Phrynichus *de nominib. & verb. Attic. pag. 64. Edit. Pauw:* θυμέλη τόπος ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐν ᾧ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ἀγωνίζονται: *thymele locus theatri, vbi tibicines & citharœdi & alii quidam certant.* Inde *Thymele* pro ludia cytharistria, & saltatrice, apud Iuuenalem *Satyr. I. v. 36. Satyr. VI. v. 65.* Sidonium *lib. 9. ep. 13.* Tanta autem in Oriente harum scenicarum voluptatum fuit cura, vt & ad eas peculiares Actuarii & Cornicularii fuerint constituti, qui *Actuarii* & *Cornicularii Thymelæ* audiunt *d. l. 21. 22.* vbi consule *Commentar.* Sauaronem *ad Sidon. l. c.* Rittershusium *ad Saluian. lib. 6. c. 7.*

THYMELICVS, id est, scenicus. *Thymelica*, scenica, *l. 5. de scen. lib. 15. t. 7.* Nulla fæmina nec puer *thymelici* consortio imbuantur, *l. 12. de scenic. lib. 15. t. 7.* Nulli pistori in *thymelicas* liceat coniugii societate transire, *l. 21. de pistorib. lib. 14. t. 3.* Vide supra *Thymela*, & Brissonium *de V. S.*

TIGNARII, *l. 2. de excusat. artif. lib. 13. t. 4.*

TIROCINIVM militiæ, *l. 11. de tyron. lib. 7. t. 13.* *Tirocinia* castrensia, *l. 12. de Veteranis. lib. 7. tit. 20.*

TIRONATVS, *l. 21. de tyron. lib. 7. t. 13.*

TIRONES, de his & horum collatione atque auro tironico est *lib. 7. t. 13.* Pretium *tironis* triginta solidi, *l. 20. de tiron. lib. 7. t. 13.*

TITILLVS. *Titillus* innocuus, *l. 2. de cursu. lib 8. t. 5.* Nullus in agitando fuste vtatur, sed aut virga, aut certe flagro, cuius in cuspide infixus breuis aculeus, pigrescentes artus *innocuo titillo* poterit admonere.

TITVBARE. Cœtus nauarchorum nauium inopia *titubare* dicitur, *l. 32. de nauic. lib. 13. t. 5.* Si *titubauerint* concessa, &c. *l. 30. de petitionib. lib. 10. t. 10.* id est, si bona competitoribus concessa, caduca non esse aduersus delatorem, probatum fuerit. Perceptio in petitore *titubare* dicitur, *l. 32. in fin. de petition. lib. 10. t. 10.* Si in aliqua parte *titubauerint* priuilegia, *l. 1. de priuil. corp. V. R. lib. 14. t. 2.*

TITVLVS, pro causa, item causa debiti & præstationis, *l. 2. de Prætor. lib. 6. t. 4. l. 11. 12. 13. 18. de susceptor. lib. 12. t. 6. l. 7. de executor. lib. 8. t. 8. l. vlt. de ponderat. lib. 12. t. 7. l. vlt. de his quæ ex publ. conlat. lib. 12. t. 9. l. vlt. de appell. lib. 11. t. 30. l. 49. de operibus publ. lib. 15. t. 1. l. 1. de discuss. lib. 11. t. 26. l. 8. de extraord. lib. 11. t. 16. l. 11. de indulg. debit. lib. 11 t. 28.* Annonarius *titulus l. 4. tributa in ipsis speciebus. lib. 11. t. 2. l. 1. de immunitate. lib. 11. t. 12. l. 1. de fide & iure hastæ. lib. 10. t. 17.* *Titulus* genus functionis annonariæ, *l. 1. de discuss. lib. 11. t. 26. l. 36. de annona. lib. 11. t. 1.* Fiscalis *titulus l. 5. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.* *Titulus* Fiscalis debiti, *l. 17. de exaction. lib. 11. t. 7.* *Titulus* Frumentarius, *l. 1. 3. de frument. Vrb. Constantin. lib. 14. t. 16.* Laudabilis *titulus*, *l. vltim. de itinere muniend. lib. 15. t. 3* *Tituli* ad largitiones pertinentes, *l. 3. de indulgent. debit. lib. 11. t. 28.* *Titulus* manifestus, *l. 32. de erog. mil. ann. lib. 7 t. 4.* Meritorum *titulus*. *l. vnic. de consul. lib. 6. t. 19.* *Titulus* nauium, *l. 2. de Alexandr. pleb. primat. lib. 14. t. 27.* *Titulus* Præstationis, *l. 1. de calcis coctor. lib. 14. t. 6.* Primipili *titulus*, *l. 11. de indulgentiis debitorum. lib. 11. t. 28.* *Titulus* solemnis, *l vnic de superindicto. lib. 11. t. 5.* *Titulus* solitus, *l. 19. de ann. lib. 11. t. 1.* *Titulus* Canonicus, *l. 36. de ann. eod.* id est, ordinariæ annonæ & tributa, quibus opponuntur superindictitii tituli *d. l. 36. l. 3. de decurion. & silent. lib. 6. t. 23.* *Titulus*, id est causa possessionis, *l. 12. de fide testium. lib. 11. t. 39.* *Titulum* inlatæ solemniter pulsationis excipere, *l. vnic. de his qui potent. nomin. lib. 2. t. 14.* pro caussa seu litis genere, siue pro libello, quo causa litis continebatur, quem actor litem aduersario denuncians dabat. Largitionales *tituli l. 18. de exaction. lib. 11 t. 7. l. 12. de numerar. lib. 8. t. 1. l. 14. de indulgentiis debitorum. l. b. 11. t. 28. l. 40. de cursu. lib. 8. t. 5.* Debiti *tituli l. 19. de ann. lib. 11. t. 1.* Ad domum sacram pertinentes *tituli l. 9. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.* Generales *tituli l. 9. de indulg. debit. lib. 11. t. 26.* quibus personalia debita opponuntur, *l. 3. eod.* *Tituli* dicuntur Genera functionum publicarum, *l. vlt. de equorum conlatio. lib. 11. t. 17. l. 49 de operibus publicis. lib. 15. t. 1* Publici *tituli* sunt publicæ pecuniæ, *l. 31. de operibus publ. lib. 15 t. 1.* *Tituli* omnes, *l. 16. de indulg. debit.* Vniuersi, *l. 12. de indulg. debit. lib. 11. t. 28.* *Tituli* dicuntur tabulæ prædiis affixæ. Hinc *tituli* affixi prædiis fisci nomine, seu fiscales, *l. 11. 20. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* Fiscalis *tituli* proscriptione signatus fundus, *l. 4. de aquæduct. lib. 15. t. 2.* *Titulus* æneus, est tabula ænea, cui inscribebatur panis modus, & nomen eius, qui panem gradilem accipiebat, *l. 5. de annon. ciuic. lib. 14. t. 17.* *Titulos* siue tabulas etiam potentiores solebant prædiis affigere, vid. *titul. 14. lib. 2. de his qui potentiorum nomina in lite prætendunt, aut titulos prædiis adfigunt*, ibique Commentarium. Adde Brissonium *de V. S.*

TOGATVS, *l. 10. in fin. de metatis. lib. 7. t. 8. l. 152. de Decur. lib. 12. t. 1. l. vlt. de Senator. lib. 6. t. 1.* *Togati* Senatores esse debebant duobus temporibus, *l. 1. de habitu quo vti oportet. lib. 14. t. 10.*

TOLERANTIA munerum sordidorum, *l. 4. de priuileg. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.*

TOLERARE Sacramenta sub armis militiæ, *l. 2. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

TORPOR. Otio & *torpore* degeneri paternam exuere virtutem, *lege 155. de Decurionibus. lib. 12. t. 1.* *Torporis* rationem atque segnitiem edere, *l. 9. de numer. lib. 8. t. 1.*

TORVS. *Torus* genialis. Maritum in primis genialis *tori* vindicem esse oportet, *l. 2. ad legem Iul. de adult. lib. 9. t. 7.*

TOTVS, pro omni. *Totius* dignitatis exceptionem depellere, *l. 92. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Tota* obseruatione prouidebit, *l. 80. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

TRABEA vestis consularis, & consularis dignitas. *Trabeæ* regales. Falsis si honor datus fuerit *regalium trabearum, l. 4. ne quid publicæ lætit. lib. 8. t. 11.* Consule ibi Commentarium.

TRABEATVS, consularis & Senatorius. *Trabeata* quies. Inuiolabilem manere decreuimus *Trabeatam* quietem, *l. 33. de petitionib. lib. 10. t. 10.* id est Consulum & Senatorum.

TRACTARE. *Tractare* bella, *l. 16. in fin. de tiron. lib. 7. t. 13.* Pecuniam in negotiis *tractare*, *l. 7. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* id est, vtilem vitam commerciis exhibere, *d. l. 7.* 2) *Tractandi* vox de dissertatione super religione, *l. 2. de his qui super relig. lib. 16. t. 4.* Vnde *tractatores* sequiori ætate, & quidem sacrorum librorum interpretes. Consule Du Fresne *Glossar.* voc. *Tractatores.*

TRACTATVS, deliberatio, *l. 4. 7. 9. 12. de Legatis. lib. 12. t. 12.* est deliberatio Decurionum, de petitionibus ciuitatum per Legatos principi offerendis. *Tractatu* habito, *d. l. 4. 7. 9.* Inde, *Per simulationem tractatus publici*, Ammian. *lib. 14. cap. 11.* id est, simulans de rebus ad publicum spectantibus deliberandum esse. Publicus *tractatus* super ordinando prouinciæ Sacerdote, *l. 148. de decurionib. lib. 12. t. 1.* 2) *Tractatus* Iureconsultorum, *l. vn. de respons. Prudent. lib. 1. t. 4.* dicitur, quando rem vel quæstionem dubiam plene perfecteque discutiunt. *Tractandi* enim vox propria ICtis. Vetus Scholiast. Iuuenal. *Satyr. I. v. 128. Iuxta Apollinis templum Iurisperiti sedebant & tractabant.* vid. *not. g. ad h. leg.* & Brissonium *de V. S.* 3) *Tractatus* Mathematicorum, *l. 8. de malef. & mathemat. lib. 9. t. 16.* sunt mathematicorum consultationes. Sui enim copiam faciebant Mathematici priuatis consultoribus. 4) *Tractatus* sunt collationes de rebus sacris & ad religionem pertinentibus, *l. 15. de Episcopis lib. 16. tit. 2.* In Ariminensi Synodo *tractatu* habito. Consule Du Fresne *Glossar. voc. tractatus.* 5) *Tractatus* sunt consilia hæreticorum ad defendendam propagandamque hæresin inita, *l. 15. de hæret. lib. 16. tit. 5.* Omnes perfidarum sectarum, nullum vsquam sinantur habere conuentum, non inire *tractatus*.

TRACTVS pro diœcesi. Ita Ægyptiacus *tractus*, *l. 3. de indict. lib. 11. t. 5.* *Tractus* Illyrici, *l. 8. de metallis. lib. 10. t. 19.* 2) Interiecti æquoris *tractu* querelæ prouincialium pereunt, *l. 33. de erogat. militar. annon. lib. 7. t. 4.*

TRACTORIÆ. De his *tit. 6. lib. 8.* de *tractoriis* & statiuis. Vide *l. 11. de desert. lib. 7. t. 18.* sunt autem diplomata, siue epistolæ Imperatoris, quibus euectio publica, annonæ, prabitiones & alia necessaria, conferebantur. Consule *Paratitlon ad tit. de tractor.* Brissonium *de V. S.* & Du Fresne *Glossar.*

TRADERE *Tradi* dicuntur rei criminum. Qui custodiendi *traduntur*, *l. 2. de executor. lib. 8. tit. 8.*

TRADITIO & mancipatio separantur, *l. 47. de donat. lib. 8. t. 12.* mancipatio enim in Italico solo, traditio in stipendiario. *Traditio* in donationibus, *l. 1. 2. 4. 5. 7. de donation. lib. 8. t. 12.* De *traditione*, vide *l. 2. de suffrag. lib. 2. t. 27. l. vlt. de sponsal. lib. 3. t. 5.*

TRAHERE. *Trahere* originem curialem, *l. 38. de Decur. lib. 12. t. 1.* In debitis trahere. Vt nihil in debitis *trahatur*, *l. 2. de publ. comparat. lib. 11. t. 15.* id est, solutio differatur.

TRAMES. Qui vel leui argumento a Iudicio Catholicæ religionis, & *tramite* detecti fuerint deuiare, *l. 28. de hæret. lib. 16. t. 5.*

TRANQVILLITAS. A nostrorum temporum *tranquillitate* submotum, *l. 1. de conlatione donatar. lib. 11. t. 20.*

TRANSACTIO. De *transactionibus tit. 9. lib. 2.* de pactis & *transactionibus*, *l. 32. de petition. lib. 10. t. 10. l. 66. de appellat. lib. 11. t. 30. lege vltima, de fide Catholica lib. 16 t. 1. l. 1. de his qui super religione. lib. 16. t. 4. l. 31. de appellat. lib. 11. t. 30. l. 8. de diuersis rescriptis, lib. 1. t. 2. lege vnica, de comitibus consistor. lib. 6. t. 12. l. 15. de Episcop lib. 16. t. 2. l. 26 de diuersis officiis. lib. 8. t. 7.* Species, sub *transactione* comparationis, pretio expeti solent, *l. 2. de publ. comparat. lib. 11. t. 15.*

TRANSCENDERE, egredi. *Transcendere* præcepta Iudex prohibetur, *l. 22. de Prætor. lib. 6. tit. 4.* 2) *Transcendere*, ascendere. Ad superiorem gradum *transcendere*, *l. 2. 3. de decurion. & silent. lib. 6. t. 23.*

TRANSCRIBERE est transferre. Sic, arbitrii sui existimatione *transcribere* vniuersa bona sua, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Emptiones *transcribere*, *l. 7. de pistor. lib. 14. t. 3.* Facultates venditione vel donatione *transcribere*, *l. 6. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

TRANSCVRSVS. *Transcurso* ordine, id est, præterito, turbato, præpostero, imo præcoci, non seruato, *l. 182. de Decur. lib. 12. t. 1.* Anniuersario anno *transcurso*, *l. 11. de susceptor. lib. 12. t. 6.*

TRANSFVGA. *Transfugæ* Curiales, *l. 113. de Decur. lib. 12. t. 1.*

TRANSFVNDERE, est transmittere. *Transfundere* in hæredes proprios iura sanguinis, *l. 10. de annonis ciuicis. lib. 14. t. 17.* Quæ ad ipsos priuatorum institutione liberalitate vel dote, aut quolibet titulo probantur esse *transfusa*, *l. 13 de pistorib. lib. 14. t. 3.*

TRANSIGERE pro agere, *l. 25. in fin. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* Bini agnoscere incipiant, quod singuli antea *transigebant*. 2) *Transigi*, est præterire. Ita *transactis* temporibus, *par le passé*, *l. 172. de Decurion. lib. 12 t. 1.*

TRANSIRE. *Transire* ad aras & templa, *l. 2. de Apost. lib. 16. t. 7.* Et, in sacrilegia templorum *transire*, *l. 3. d. t.* est desciscere, & Paganum fieri ex Christiano. 2) Iniurias inultas *transire*, *l. 2. de concuss. lib. 8. t. 10.* pro dissimulare.

TRANSITVS. De *transitu* Iudicum, militum, officialium, *l. 4. de officio Rectoris Prouinc. lib. 1. t. 7. l. 6. ne quis in palat. lib. 7. t. 10. cheuauchée*, discurrere ideo dicuntur. *l. 5. d. t. de Off. Rect. prouinc.* Consule Brissonium *de V. S.*

TRANSLATIO. *Translatio* pro functionis seu canonis & præstationis in alium, seu aliud genus mutatione, *l. vlt. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* 2) *Translationis* nauiculariæ munus, *l. 18. de nauic. lib. 13. t. 5.* est onus transportandarum publicarum specierum. Sollicitudo *translationis* angariarum, parangariarum & nauiculariæ, *l. 40.*

de Episc. lib. 16. t. 2. vbi consule *Commentar.* Ita etiam, *Translationes* sunt Parangariæ, *l. 15. de Episcop. lib. 16. t. 2.* De *translatione* annonarum militarium est *tit. 5. lib. 7.* 3) *Translatio* seu alienatio patrimonii in fraudem designationis Prætoriæ facta non valet, *l. 7. de Senat. lib. 6. t. 1.*

TRANSVECTIO. *Transuectio* specierum, *l. vlt. de equor. conl. lib. 11. t. 17. l. 49. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* Publica *transuectio*, pro collatione eorum, quæ ad largitiones Principis transuehebantur, *l. 19. de erog. mil. ann. lib. 7. t. 4.* *Transuectio* Speciei annonariæ, *l. vnic. de lusoriis Danubii. lib. 7. t. 17.* *Transuectiones*, *l. 6. 32. de nauic. lib. 13. t. 5. l. 1. de nauibus non excusand. lib. 13. t. 7.* Dicuntur commeatus *l. 7. de nauic. lib. 13. t. 5.* Conuectio, *l. vlt. de præd. nauic. lib. 13. tit. 6.*

TRANSVERSVS. *Transuersa* linea, *l. 6. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

TREDECIM. *Tredecim* annorum priuilegium in specie, *l. vlt. de decur. & silent. lib. 6. t. 23.* *Tredecim* liberorum *l. 2. de Decur. lib. 12. t. 1.*

TREMISSES, tertia pars assis seu solidi, *l. 4. de militari veste. lib. 7. t. 6. l. 2. ne comitibus & tribunis. lib. 7. t. 11.*

TREPIDARE. Vbi securi ac tuti domini *trepidauere* fortunæ, *l. 12. de petition lib. 10. t. 10.* *Trepidante* stylo in pœnam reciproci recauere, id est inscribere in crimen, *l. 2. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.*

TREPIDATIO. Pœnæ *trepidatio*, id est metus pœnæ, *l. vnic. de his qui a non domino. lib. 4. t. 10.* *Trepidatio* prouocantis, quæ & iudicantis constantiæ opponitur, *l. 55. de appell. lib. 11. t. 30.*

TRES. *Tres* legati, *l. 7. de Legatis. lib. 12. tit. 12.* *Tres* mares, *l. 132. de Decurion. lib. 12. tit. 1.* *Tres* serui, *l. 48 de cursu. lib. 8. t. 5* *Trium* liberorum ius, *l. 9 de bon proscriptor. lib. 9. t. 42.*

TRIBVERE pro præstare. Ab omni inquietudine immunes *tribuantur*, *l. 10. de Medicis. lib. 13. tit. 3.* 2) Sibi *tribuere*, id est, sibi vindicare. Nec quisquam sibi spontaneam vindicandi *tribuat* potestatem. *l. 14. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* 3) *Tribuatur* occasio, pro supersit facultas, *l. 4. de maternis bonis. lib. 8. t. 18.*

TRIBVNVS & Magister officiorum, *l. 1. de distrab. pignor. lib. 11. t. 9.* *Tribunus* plebis *l. 74. de Decur. lib 12. t. 1.* *Tribuni* scholarum, de his *lib. 6. t. 13.* *Tribuni* siue notarii, de his *ad l. vnic. de mandatis princ. lib. 1. t. 3.*

TRIDVVM, tertius dies *l. 4. de erogat. militaris annon. lib. 7. t. 4.*

TRIBVTARIVS. *Tributariæ* res. De his est *tit. 1. lib. 11. de annona & tributis.* imo & sequentes omnes vsque *ad tit. de Relat. 29. lib. 11.* Ex his omnibus rei tributariæ ratio petenda.

TRICLINIA. *Triclinia* & Porticus in sepulchris, *l. 5. de sepulchr. viol. lib. 9 t. 17.*

TRIPLICATVS. *Triplicata* inlatio, *l. 8. de tyron. lib 7. t. 13.*

TRISTIS. *Tristis* abductio rusticorum, *l. 1. ne operæ à conlat. lib. 11. t. 10.* Proscriptionis *tristis* tempestas, *l. vnic. ne sine iussu Princ. lib. 9. tit. 41.* *Triste* exemplum, *l. vnic. ne sine iussu Princ. lib. 9. t. 41.* *Tristior* fortuna, *l. 17. de bonis proscript. lib. 9. t. 42.* *Tristia* sua, populus oblectatione, ludis consolatur, *l. 169. de Decur. lib 12. tit. 1.* ideo contra, lætitia pro ludis: vide *supra Lætitia.*

TRISTITIA. Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione *tristitia* generetur, *l. 2. de Maiuma. lib. 15. t. 6.*

TRITICVM. *Triticum* Vrbis Romæ, horreis inferendum, *l. 7. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

TRIVMPHALIS. *Triumphalis* Prætura, *l. 5. 25. de Prætor lib. 6. t. 4.* *Triumphalem* patrem suum Theodosium vocat Honorius, *l. vltim. de exhib. reis. lib. 9. t. 2.* *Triumphalia* scita, *lege 5. de reparat. appellat. lib. 11. t. 31.* *Triumphalis* dextra, *l. 4. de annonis ciuic. lib. 14. t. 17. l. 16 de murileg. lib. 10. t. 20.* Lex Patris nostri, *Triumphalis* memoriæ, *l. vnic. si nuptiæ ex rescript. lib. 3. t. 10.*

TRVDERE. *Trudi* in Curiam, *l. 15. de Decur. lib. 12. t. 1.* *Trudi* in metallum, *l. 6. de Decur. lib. 12. t. 1.*

TRVNCATIO. *Truncatio* digitorum, *l. 5. de tiron. lib. 7. t. 13.*

TRVTINA. *Trutinæ* examine, non oculorum libertate porcinam præbere suariis, *l. 4. de suariis. lib. 14. t. 4.*

TVGVRIVM. *Tuguria* seu casas collocare in Campo Martio, *l. vnic. de Campo Martio. lib. 14. tit. 14.*

TVITIO. *Tuitio* militaris, *Sauvegarde, main forte*, *l. vnic. de offic. iudic. milit. lib. 1. t. 9.* *Tuitio* deferri iubetur omnibus, qui Ecclesiis seruiunt pro eorum priuilegiis, *l. 29. de Episc. lib. 16. t. 2.* Ad Ecclesiam contugis *tuitione* quandoque consulendum, *l. 4. de his qui ad Eccles. lib. 9. t. 45.* *Tuitio* locorum, *l. 27. de erogatione milit. annon. lib. 7. t. 4* *Tuitionis* præsidium a Iudice postulabatur, *l. 36. de nauic. lib. 13. t. 5.* Quinquennii præscriptione tutis, Iudices *tuitionem* enixam præstare iussi, *l. vnic. de quinquennii præscriptione. lib. 4. t. 15.*

TVMVLTVS. *Tumultus* de accusatione, *l. 1. ne præter crimen maiest. lib. 9. t. 6.*

TVMVLTVOSVS. *Tumultuosa* conuenticula extra Ecclesiam, l. 37. *de Episcopis, lib. 16. t. 2. l. 4 5. de his qui super relig. lib. 16. t. 4.*

TVRBA. *Turbæ* de hæreticorum conuentibus, *l. 3. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

TVRBARE. *Turbare* possessorem, *l. 1. vnde vi. lib. 4. t. 22.* *Turbare* elementa magi dicuntur, *l. 5. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

TVRBIDVS. *Turbido* potum cœno miscere, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.*

TVRBIDE. *Turbide* res acta, *l. omnis 5. de iis quæ administr. lib. 8. t. 15.*

TVRBVLENTVS. *Turbulentum* executionis suæ ministerium commodare, *l. 6. de conductor. & homin. dom. August. lib. 10. t. 26.*

TVRIFICARE. *Turificantes*, *l. 12. de Paganis lib. 16. tit. 10.*

TVRMA. *Turmæ* militum, *l. 8. de tyron. lib. 7. t. 13.* inde

TVRMARII, qui tirones exigebant, probabant. Horum mentio, *l. 3. de priuileg. eorum qui in sacro palatio. lib. 6. t. 35.* Ne exactorum vel *turmariorum*, (quos capitularios vocant) curam subeant vel obsequium temonariorum vel prototypiæ. Consule *Commentar.* & Du Fresne *Glossar.*

TVRPARE. *Turpare* aliquem macula suppliciorum dicitur, *l. 8. de cohort. lib. 8. t. 4.*

TVRPITER de adulterio dicitur, *l. 3. de Iurisdictione. lib. 2. t. 1.*

TVRPITVDO Iudæis tribuitur, *lege 6. de Iudæis. lib. 16 t. 8.*

TVRRES. De *turribus* murorum, *lege 13. de metatis. lib. 7. t. 6.*

TVS. *Tura* imponere; Simulacra *ture* venerari; Loca *turis* vapore fumantia, *l. 12. de pagan. lib. 16. t. 10.*

TVTAMEN. *Tutamina* claustrorum, sunt conclauia in carcere, *l. 3. de custod. reorum. lib. 9. t. 3.*

TVTELA, cura. *Tutela* fisci, *l. 2. de aduocato fisci. lib. 10. t. 15.* *Tutela* Iuris Publici, *l. 21. de Iudæis. lib. 16. t. 8.* Publica *tutela* minoribus debetur, *l. 19. de Decur. lib. 12 t. 1.*

TVTORES. Ad hos pertinent *tres tituli postremi lib. 3. de tutoribus & curator.*

TZANGÆ vel TZANCÆ, *l. 2. 3. de habitu quo vti. lib. 14. t. 10.* calceorum genus, pedes surasque ad genua usque tegens. Consule *Commentarium ad d. leg.* Cuiacium *Obseruat. XXI. 28.* Brissonium *de V. S.* Du Fresne *Glossar. vtrumque.*

TYRANNI. De infirmandis iis quæ sub *tyrannis* aut barbaris gesta sunt, est *lib. 15. t. 14.* De ingenuis, qui tempore *tyranni* seruierunt, est *lib. 5. t. 6.* *Tyrannorum*, quorum hoc Codice mentio fit, nomina habes in *Paratitlo, de infirmandis iis quæ sub tyrannis lib. 5. t. 14.* De indulgentia criminum *tyrannide* sublata, *l. 2. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

V.

VACANS. *Vacantes, lege vltima, de agentibus in rebus, lib. 6. t. 27.* qui & supernumerarii, *l. 15. 17. de Palatinis S. L. lib. 6. t. 30. lege 2. de castrensib. lib. 6. t. 32.* qui scilicet in scholis præter statutum numerum, otiosi in decedentium locum subrogabantur *dicta lege vltima, & dicta lege 17.* Consule Commentarium *ad leg. vlt. de agent. in reb.* Du Fresne *in Glossar.* & in primis Valesium *ad Marcellin. lib. 15. c. 3.* Ex *vacantibus*, supplementa militiæ, completa sunt, *l. 3. de tabulariis. lib 8. t. 2.* Agentes in rebus *vacantes*. Quæ eorum ratio, *l. vlt. de agentibus in rebus. lib. 6. t. 27.* 2) *Vacantes* sunt, nulli corpori adscripti, *l 137. 179. de Decurion. lib. 12. t. 1.* Vide *otiosus* & *Vacuus.* 3) Terræ *vacantes* Veteranis datæ, *l. 3. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* id est, terræ incultæ, desertæ. Dicuntur *Vacantes* agri, *l. 8. eod. tit.* loco absentium squalida & situ dissimulationis horrentia, *l. 11. eod.*

VACATIO, est munerum & onerum excusatio. *Vacatio* temporaria, *l. 3. de commeatu. lib. 7. t. 12. l. 135. de Decur. lib. 12. t. 1.* De *vacatione* munerum ciuilium, *l. 1. 17. 135. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

VACVARE. *Vacuari* proprie obreptio dicitur, *l. vlt. de immunit. lib. 11. t. 12.* id est, nullum robur obtinere, in irritum deuocari. *Vacuatis* rescriptis *l. 17. de Decur. lib. 12. t. 1.* Subreptio *vacuatur, l. vlt. de locat. fundorum iuris emphyteut. lib. 10. t. 3 l. 3. ne Christianum mancip. lib. 16. t. 9.* Subreptiones *vacuandas* esse censemus. Vide Du Fresne *Gloss. voc. vacuare.* 2) *Vacuatis* Vrbibus, *lege si curialis relicta ciuitate. lib. 12. t. 18.* id est, relictis vrbibus.

VACVEFACTVS. *Vacuefactæ* Curiæ, *l. 25. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

VACVVS. *Vacuæ* fortunæ, id est, vacantes & inanes sine naturali successione *l. 123. de Decur. lib. 12. t. 1.* 2) *Vacui*, publico officio vacui, *l. 3. de naufrag. lib. 13. t. 9.* qui *vacantes*, *l. 137. 379. de Decurionibus. lib. 12 t. 1.* *Otiosi*, *l. vnic. de mancip. lib. 12. t. 16.* 3) Priuilegiis *vacui*, *l. vnic. de equestri dig. lib. 6. t. 36.*

VAFER. *Vafra* mens tyranni, *l. 7. de infirmand. his quæ sub tyran. lib. 15. t. 14.*

VAGARI. Vid. *euagari.* *Vagari* interpretatio incerto errore dicitur, *l. vlt. de Apostat. lib. 16. t. 7.* *Vagantes* terræ, *l. 8. de Veteranis. lib. 7. t. 20.* Vid. supr *vacans.*

VAGVS. *Vagus* error. Qui auri metallum *vago* errore sectantur, *l. 7. de metallis. lib. 10. t. 19.* *Vagi*, pro desertoribus. De his & eorum inquisitoribus, *l. 10. vlt. de desertor. lib. 7. t. 18.* *Vaga* mancipia, *Vagi* serui. De his & eorum petitione est *lib. 10. t. 12.* Tiro *vagus*, *l. 6. de tiron. lib. 7. t. 13.* *Vagos* natatus animalium exercere, *l. 13. de re milit. lib. 7. t. 1.*

VALDE. *Valde* sufficere. Cum *valde* sufficiat, *l. 1. vnde vi. lib. 4. t. 22.*

VALETVDO. De *valetudine* corporis aduersa, vide *Æger, morbus.*

VALLARE. *Vallari* peruigili Curia, *lege 17. in fin. de pœnis. lib. 9. t. 40.* Excubiis *vallare* crebris littora & portus, *l. 1. de litt. custod. lib. 7. t. 16.*

VALLVM. Adeant loca, quæ eos, quasi *vallo* quodammodo ab humana communione secludunt, *l. 14. de hæreticis lib. 16. t. 5.*

VANITAS, *Vanitas* breuis, id est, futilitas, *l. 3. de fisci debitoribus. lib. 10. t. 16.* *Vanitas* hæreticorum, *l. 46. de hæret. lib. 16. t. 5.*

VANVS. *Vana* superstitio, *l. 18. de pœnis. lib. 9. t. 40.* *Vanæ* imagines, *l. 12. de Paganis. lib. 16. t. 10.* *Vana* appellatio, *l. 6. de iure fisci. lib. 10. t. 1.*

VASARIVM. *Vasaria* publica, *l. 12. de censitor. lib. 13. t. 11.* sunt quæ *encautaria* siue libri censuales, dicuntur, *l. vlt. de censu. lib. 13. t. 10. les Roolles de Tailles.*

VASTAGA. Vide *supra Bastaga.*

VASTITAS. *Vastitas* barbara, *l. 20. de tiron. lib. 7. t. 13.* quod de Marciana accipiendum. Immensæ viarum *vastitates*, *l. 1. de itin. muniend. lib. 15. t. 3.*

VASTVS. *Vastæ* solitudines. *l. 1. de monachis lib. 16. tit. 3.*

VATES, diuinator. In hos *l. 4. de malefic. lib. 9. t. 16.* pœna statuta.

VECTIGAL, pro exercitio lapidicinarum priuatarum præstabatur, *l. 8. de metallis. lib. 10. t. 19.* & fisco quidem repræsentabant decimas *l. 10. 11. d. tit.* sed immunes erant senatores, *d. l. 8.* De *vectigalibus* ciuitatum, reditu seu canone, pensione, viribus *v. ciuitates in Topograph.*

VEGETARE. Luce vsurpata vegetari, *leg. 1. de custod. reorum, lib. 9. tit. 3.*

VEHATIO, vectura, quæ fit vehibus, *l. 3. de calcis coctoribus, lib. 14. t. 6.* *Vehatura* Festo. Vid. *not. f. ad h. l.*

VEHES plaustri genus. *Vehes* calcis, *l. 1. 3. de calcis coctorib. lib. 14. t. 6.* Vid. *Comment.*

VEHICVLVM. De *vehiculis* honoratorum est *lib. 14. t. 12.* De *vehiculis* in cursu publico vide *tit. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

VEL pro, *& etiam l. 31. de erogat. mil. ann. lib. 7. t. 4. l. 7. de proximis, lib. 6. t. 24. l. vlt. de Salgamo, lib. 7. t. 9. l. 10. de Metatis, lib. 7. t. 6. l. 26. de Decurion. lib. 12. t. 1.* 2) *Vel* pro saltem. *Vel* leui argumento, *l. 28 de hæreticis, lib. 16. tit. 5.*

VELAMENTVM. *Velamentum* priuilegii, *l. vltim. de equorum conlat. lib. 11. tit. 17.*

VELAMEN. *Velamine* aliquo colorant inuidiam iniquæ retentionis, *l. 2. si vag. petat. mancip. lib. 10. t. 12.* *Velamen* Clericatus, *l. 19. de hæreticis, lib. 16. tit. 5.* Qui Clericatus *Velamine* religioni maculam conantur infligere.

VELARE. *Velata* corruptio veteris adiectione noui, *l. 1. de conditis in public. horreis, lib. 11. t. 14.* *Velari* colore inani honestatis, *l. 6. de contrab. empt. lib. 3. t. 1.*

VELLE. *Velit euertere*, pro *euertat.* Nemo per calumniam *velit*, quod sponte fecit *euertere*, *l. 12. de infirm. his quæ sub tyran. lib. 15. tit. 14.* Fecisse *velit*, pro *iubeat, faciat*, formula solemni in legibus.

VELOX. *Velox* & clabularius cursus separantur, *l. 62. de cursu, lib. 8. t. 5.*

VELVM, pro admissione, ingressu ad iudicem. *Velum* iudicis. Non sit venale iudicis *velum*, non ingressus redempti. *leg. 1. de officio Rectoris prouinc. lib. 1. tit. 7.* 2) *Velum* proprie. *Velo* leuato. De submersis nauibus decernimus, vt leuato *velo* istæ causæ cognoscantur, *l. vltim. de naufrag. lib. 13. t. 9.* Id est, patente velo.

VENA. *Vena* metallorum, saxorum nitentium *venæ*, *l. 2. de Metallis, lib. 10. t. 19.* Saxorum *vena*, *l. 10. eod.* Diues marmorum vena, *l. 11. d. t.* *Vena* nobilis

bilis ferri & materiæ ad arma fabricanda. Vt venæ nobilis & quæ facile deducatur ignibus seu liquescat, ferri materies præbeatur, *l. 2. de fabricens. lib. 10. t. 22.*

VENALIS. *Venalis* perfidia, *l. 14. de pœnis, lib. 9. t. 40. venalis* gratia, *l. 5. eod.* Exigentium terror *venalis, l. 6. de quæstio. lib. 9. t. 35.* Si quis scit *Venalem* fuisse sententiam, *l. 6. ad leg. Iul. repet. lib. 9. tit. 27. Venale* silentium, *leg. 7. de iure fisci, lib. 10. tit. 1.* Suffragium *venale, l. vnic. de perfectiss. dignit. lib. 6. tit. 37.* Iudicis velum *venale* non sit, non ingressus redempti, non infame licitationibus secretarium *l. 1. de officio Rectoris prouinc. lib. 1. t. 7. Venalium* rerum pretia *l. 10. de Iudæis lib. 16. t. 8. l. 2. de suariis lib. 14. t. 4.*

VENALITIVM, fuit vectigal rerum venalium. *Venalitium* non petatur, *leg. 14. de proximis, lib. 6. t. 1. 26.*

VENDIBILIS. *Vendibilis* conhibentia, *leg. 15. de pœnis, lib. 9. t. 40.*

VENATIO. De *venatione* ferarum est *lib. 15. tit. 11.*

VENDICARE. *Vendicare* personam propriam a nexu curiali, *l. 6. de re milit. lib. 7. t. 1.*

VENEFICI. Indulgentia criminum ad eos non pertinet, *leg. 1. 3. 4. 6. 7. 8 de indulg. crim. lib. 9. tit. 38.* appellare etiam non possunt, *l. 1. 7. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

VENENVM. *Venenum* mentis & corporis componere, *leg. 6. de indulgen. crim. lib. 9. t. 38. Veneni* virus infundere, *leg. 1. de emendat. seru. lib. 9. tit. 12.* Insidiæ *venenorum, l. 4. de indulg. crimin. lib. 9. t. 38.* 2) Sacrilegi Ariani *venenum, l. 6. de hæret. lib. 16. t. 5.*

VENENATVS. *Venenatum* telum. Vniuersi, qui famosis libellis inimicis suis velut *venenatum* quoddam telum iniecerint, *l. vlt. de fam. libell. lib. 9. t. 34.*

VENERABILIS. *Venerabile* Concilium, *l. 4. de Episc. lib. 16. t. 2. Venerabilis* baptismus, *l. 22. de Iudæis, lib. 16. t. 8. Venerabilis* Ecclesia, *leg. vltim. de denunciat. lib. 2. tit. 4. l. 34. 41. de Episcopis, lib. 16. t. 2. l. 21. 22. de extraordin. u. lib. 11. t. 16. l. vltim. de patroc. vicor. lib. 11. t. 24.* Lex *venerabilis*, id est, Christiana religio, *leg. 7. de Iudæis, lib. 16. tit. 8.* Leges *venerabiles* D. Constantini, *l. 7. de Prætoribus, lib. 6. tit. 4.* Ordo *venerabilis*, id est, Senatus, *l. 1. de Decur. & silent. lib. 6. t. 23. Venerabilis* Religio, id est, Christiana, *leg. 2. de Apostat. lib. 16. tit. 7. Venerabilis* substantiæ prædia, id est, principis, *l. 54. de hæretic. lib. 16. t. 5.*

VENERANDVS. Consistorii secreta *veneranda, l. 7. de priuileg. eor. lib. 6. tit. 35. Veneranda* antiquitas, *l. 3. de Decurionibus V. R. lib 14 tit. 1. Veneranda* Fides, *leg. 2. ne Christianum mancipium, lib. 16. tit. 9.* Leges *venerandæ, l. vn. de bon. quæ filiisfam. lib. 8. t. 19. l. 13. de Iudæis, lib. 16. t. 8.* Cœtus Senatus *venerandus, l. 12. de proximis, lib. 6. tit. 26.* Vrbs *veneranda, l. 61. de appellat. lib. 11. tit. 30. l. 30. de nauicul. lib. 13. tit. 5. l. 5. de canone frument. V. R. lib. 14. tit. 15. Venerandum* vinculum cognati sanguinis, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9. t. 38.*

VENERATIO. *Veneratio* Catholica, *l. 38. de hæret. lib. 16. t. 5. Veneratio* Christiana, *l. 19. de Iudæis, lib. 16. t. 8. Veneratio* Legis Christianæ, *l. 1. de Lenonib. lib. 15. t. 8.* Sanctorum *veneratio, l. vlt. de sepulch. violat. lib. 9. t. 17. Venerationis* meritum, *l. vlt. de itiner. muniendo, lib. 15. tit. 3.* Purpuræ *veneratio, l. 3. de numer. lib. 8. t. 1.*

VENIA. *Venia* ætatis. De his qui *veniam* ætatis impetrauerunt, est *lib. 2. tit. 17. Venia* debitæ quantitatis, pro immunitate a tributis, *leg. vlt. de immunitate, lib. 11. tit. 12.* Ad *veniam* pertinere, id est, veniam indultam, ratam esse. *l. 4. de pœnis, lib. 9. tit. 40. l. 11. de infirm. his quæ sub tyran. lib. 15. tit. 4. l. 18. de bonis proscript. lib. 6. titul. 42.* τυχεῖν συγγνώμης.

VENIRE. *Venire* in querelas, id est, conqueri, *l. 3. de bonis vacantib. lib. 10. t. 8. Venientium,* (id est, aduenientium, futurorum,) est temporum disciplina, instare Veteribus institutis, *l. vn. de longa consuetudine, lib. 5. t. 12. Venietur* ad capita officiorum, id est, capite plectentur officiales, *l. 4. de extraord. lib. 11. t. 16.*

VENTILARE. *Ventilare* suos inimicos manibus accitis, *l. 5. de maleficiis, lib. 9. t. 16.* Consule de hac voce *Commentarium.* 2) *Ventilare* est agere causam, negotium. Quæ in vno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuersos iudices voluerit *ventilare, l. 2. de iud. lib. 2. t. 18. Ventilari* cognitio dicitur, *leg. 5. de iure fisci, lib. 10. tit. 1.* Iurgium *ventilare, l. vlt. de reparat. appellat. lib. 11. tit. 31.* Negotium *ventilare, l. 43. de appell. lib. 11. t. 30.*

VERACITER *Veraciter* & manifeste probare aliquid, *l. 4. de accusat. lib. 9. t. 1.*

VERBVM. *Verba* qualiacumque sufficiunt ad exactionem dotis, *l. 4. de dotib. lib. 3 t. 13.*

VERBERA simpliciter in *l. 128. 153. de Decur. lib. 12. t. 1.* sunt plumbatarum verbera. Studiosi *verberibus* affecti in specie *leg. 1. de studiis liberal. lib. 14. t. 9.* Seruorum *verbera, leg. 1. 2. de emend. seruorum, lib. 9. tit. 12. Verberibus* affecti deportati, *l. 21. de pistoribus, lib. 14. tit. 3.* Coloni *verberibus* affecti in specie *legis 54. de hæret. lib. 16. t. 5.*

VERBERO seruus, *l. vn. de mulierib. quæ se seruis propriis, lib. 9. t. 9.*

VERECVNDIA. *Verecundiæ* militari consultum, *l. 13. de re milit. lib. 7. tit. 1. Verecundiæ* alienæ insidiari, dicuntur, qui calumniosam accusationem instituunt, *l. 41. de Episcopis, lib. 16 t. 2. Verecundiam* tangere alicuius iudicis, res dicitur *l. 4. de extraord. lib. 11. t. 16. Verecundia* iudicantis, superfluam prouocationem recipientis, *l. 42. de appell. lib. 11. t. 30.* Virginalis *verecundiæ* raptor, *l. 6. de indulg. crim. lib. 9 tit. 38.*

VERECVNDVS. *Verecundæ* & tacitæ conscientiæ remuneratione contentus, *l. 177. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

VEREDI sunt equi cursui publico deputati, *l. 8. 14. 16. 24. 28. 29. 30 34 35. 38 47. 49. 53. 55. vlt. de cursu publico, lib. 8. t. 5. l. 2 6. de curiosis. lib. 6. t. 29.* A quibus & *veredarii*, qui veredis vtebantur, *l. 17. 50. de cursu publico, lib. 8. t. 5. Veredaria* functio, *l. 8. de cohortalib. lib. 8. t. 4.*

VERNACVLVS. *Vernacula, l. 13. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* dicuntur *l. 12. eod.* domestici fructus, in cuiuscumque terris & rure nata propriaque. Ita *vernaculum* pecus, apud Columellam *lib. 7 c. 3.*

VERNACVLI sunt serui, *leg. 2. de emendatione seruorum, lib. 9. t. 12.*

VERSARE. *Versare* arua, *l. 7. de veteran. lib. 7. t. 20.* Et ea *colere*, ibidem.

VERSARI. *Versari* in vita, *l. vlt. de Metatis, lib. 7. t. 8.*

VERSVTIA. *Versutiæ* genus quodlibet, *leg. 1. de suariis, lib. 14. tit. 4. Versutias* exerere. Ad excogitandas fraudes & *versutias* exerendas moræ ac tempus, *l. 27. quorum appell. lib. 11. t. 36.*

VERSVTVS *Versutæ* fraudes numerariorum, *l. 6. de numerariis, lib. 8 t. 1. Versuti* quæstus negotiatorum, *l. 16 de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.*

VERVECINVS. *Veruecina* caro militi præbita, *l. 6. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.*

VERVS. *Vera* ratio similitudini argumentorum opponitur, *l. 7. quorum appellat. lib. 11. t. 36. Veri* fides, *l. 7 de famos. libell. lib. 9. t. 34.*

VESANIA. *Vesania* in Deum miseræ conspirationis hæreticorum, *l. 15. de hæreticis, lib. 6. tit. 5. Vesania* Eunomianorum, *l. 5. de hæret. lib. 16. t. 5.* Procax *vesania*, de violentiæ crimine, *l. 14. quorum appellat. lib. 11. t. 36.*

VESANVS. *Vesanus* ac sacrilegus incertorum consultor, *l. 7 de pagan. lib. 16. t. 10.* dicitur *perditus, l. 4. eod. Vesani* hæretici, *leg. 2. de fide cathol. lib. 16. t. 1.*

VESTIS. *Vestem* & annonam muliones, carpentarii & mulomedici ex publico consequebantur, *l. 31. de cursu publ. lib. 8. t. 5.* De *vestium* militarium translatione, *l. 33. de cursu publ. lib. 8. t. 5.*

VESTIBVLA carcerum, pro cellulis, conclauibus, *l. 1. de custod. reorum, lib. 9. t. 3.*

VESTIGARE, indagare. *Vestigare* tota sagacitate, *leg. 5. de susceptoribus, lib. 12. tit. 6.*

VESTIGIVM, indicium. *Vestigium* mediocre facinoris. Vel in mediocri *vestigio* facinoris inuentus, *leg. 9. de hæreticis, lib. 16. tit. 5.* In *vestigio* ipso puniri, *l. 13. de Pagan. lib. 16. t. 10.* Veritatis *vestigia*, argumenta, testes, *l. 2. ad l. Corn. de falso. lib. 9. t. 19.* 2) *Vestigia*, id est, notæ, fodicationes, lacerationes. Vel dilaniauerit pœnis publicis corpus ferarum vestigiis latera persecando, *l. 1. in fine de emendat. seruorum, lib. 9. t. 12.*

VESTIRE. *Vestiri* insignibus, *l. 5. de honor. Codicil. lib. 6. t. 22.*

VETERATORES homines astuti & callidi. *Veteratorum* calumnias non solum repetitione priuandas, verum etiam seueritate cohibendas, *leg. vnica si certum petatur de suffrag. lib. 2. t. 29.*

VETERNOSVS. *Veternosæ* lites, *leg. vnica de dilationibus ex consensu, lib. 11. t. 33.*

VETVS. *Vetus* iudicatum, id est, sententia definitiua a qua appellatur, *leg. 39. in fine de appellation. lib. 11. tit. 30.* *Vetus* ius, *leg. 1. de infirm. his quæ sub tyran. lib. 15. tit. 14.* *Vetus* Roma ad differentiam Constantinopoleos, quæ noua Roma, *leg. 45. de Episcopis, lib. 16. tit. 2.* *Veteris* iuris definitio & principum rescripta separantur a Constantino Magno, *l. 1. de fide testium, lib. 11. t. 39.* *Vetus* lex, *l. vlt. de naufrag. lib. 13. t. 9.* *Vetera* signa in re agrimensoria, *l. 4. finium regundor. lib. 2. t. 26.* Vide ibi Commentarium, & Goesii obseruationes.

VETVSTAS. *Vetustas*, id est, quadraginta annor. præscriptio, *l. 2. de long. temp. præscript. lib. 4. t. 13.* Instrumenti *vetustas*, *l. 2. de longi temp. præscript. lib. 4. tit. 13.* Chirographi ætas appellatur *l. vn. de chirograph. l. 2. t. 27.* Recentibus *vetustatem* (vetus testamentum) renouare temporibus, *leg. 6. de testamentis, lib. 4. tit. 4.*

VEXARE. *Vexare* audaciam insignem recenti flagitio, *l. vlt. de raptu Virg. lib. 9. t. 24.* id est, accusare. Facultates *vexare*, *l. 7. de oper. publ. lib. 15. t. 1.* Mortuos *vexare* dicitur criminationis iniuria, *l. 3. de Apostat. lib. 16. t. 7.* Possessiones & terras, *vexare* nomen delatorum dicitur, *leg. 19. de petitionibus, lib. 10. tit. 10.* Possessores vel coloni pratorum *vexari* dicuntur a militibus pascua eorum depascentibus, *l. vlt. de pascuis, lib. 7. t. 7.* Prædium *vexare* dicitur, qui diu manet in eo metati iure, *l. 10. de Metatis, lib. 7. t. 6.* *Vexata* fluctibus nauis, l. 4. *de naufrag. lib. 13. t. 9.* Cursus publicos *vexare* illicita vsurpatione, *l. 53. de cursu, lib. 8. t. 5.* Longa stipendiorum mole *vexatus*, *l. 16. de Agentibus, lib. 6. t. 27.* Calumniis vel deprædationibus *vexatus*, *l. 1. de Actor. lib. 10. t. 4.*

VEXATIO pro pœna. *Vexatione* triginta librarum auri officium quati, *l. 4. ne quid publ. læt. lib. 8. t. 11.* *Vexationi* graui subiacere, *l. 2. de Salgamo, lib. 7. t. 9.* 2) *Vexatio* fœda rei familiaris, l. 27. *de Decurion. lib. 12. tit. 1.* est turpis profusio.

VEXILLVM. *Vexilla* præsidialia, *l. vlt. ad l. Iul. de ambitu, lib. 9. t. 26.*

VEXILLATIONES, *l. vnic. de bonis milit. lib. 5. t. 4. l. 22. 23. de erogat. milit. ann. lib. 7. t. 4.* erant equitum; legionibus opponuntur *d. l. vn.* & *22.* quæ scilicet peditum fuere.

VIA. *Via* diuinæ cultionis, id est, Clericatus, *l. 49. vers. propinquorum, de Decurion. lib. 12. t. 1.* De *viarum* reparatione agitur *l. 36. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

VIATICVM. *Viaticum* conficiendi itineris, *leg. 1. de tractoriis, lib. 8. tit. 6.* est tractoria, siue diploma euectionis.

VICANI, *l. 1. 5. de patroc. vicor. lib. 11. t. 24.* vicorum incolæ.

VICARIVS, vicem alterius gerens. *Vicaria* mancipia reddita, *l. vnic. communi diuid. lib. 2. tit. 25.*

VICARIANVS. *Vicariana* dignitas, *l. 22. de Agent. lib. 6. t. 27.* est dignitas Præfecturæ vicariæ.

VICIS. *Vicem* adulterii obtinere, *l. 2. de nupt. lib. 3. t. 7.* *Vice* sacra iudicare, supra vide *sacra*.

VICESIMVS. *Vicesimus* lapis, *l. 7. de erog. milit. ann. lib. 7. t. 4.*

VICI, *l. 3. de coll. donat. lib. 11. t. 20.*

VICINITAS. *Vicinitate* aduocata, *l. 1. de donat. lib. 8. t. 12.* Mortis *vicinitas*, *l. vnic. si certum petatur, de chirog. lib. 2. tit. 27.*

VICINITAS, id est, ex quatuor lateribus, *l. 4. de oper. publ. lib. 15. tit. 1.* Probant id verba *leg. 38. eod.* ibi: priuata ædificia quæ coniuncta horreis publicis esse cognouerit, dirui ac demoliri præcipiet, ita vt ex quatuor lateribus priuatorum consortio separata sint ac libero spatio secernantur.

VICISSTVDO. *Vicissitudo* inter plures qui possessiones exiguas habent, *l. 7. de tiron. lib. 7. t. 13.*

VICTVS. *Victa* senio. Priusquam ea, quæ *victa* senio fatiscerent, repararent, *leg. 15. de oper. publ. lib. 15. tit. 1.*

VICTRIX. *Victrices* aquilæ, *l. 9. de desert. lib. 7. tit. 18.*

VICTVALIS. *Victualis* substantia, *l. vltim. de custodia reorum, lib. 9. tit. 3.* *Victualis* sumptus, *l. 2. de postlim. lib. 5. t. 5.*

VICTVRVS. *Victuris* fascibus annuos Magistratus auspicari, *l. 9. de infir. his quæ sub tyran. lib. 15. t. 14.* *Victura* in æternum iussio, *l. 5. in fin. de hæreticis, lib. 16. tit. 5.*

VIDERE. *Videri* pro adiri, *l. vn. de off. iud. ciuil. lib. 1. t. 8.* quod ita effertur in *l. 6. de off. rector. prou. lib. 1. tit. 7.* ne quis domum iudicis ordinarii postmeridiano tempore ingredi affectet. *Videris* exædificare, id est, ædificari cura, *l. 57. de operib. publ. lib. 15. t. 1.*

VIDERI, de iis rebus, quæ vere fiunt. Afferri *videtur* obstaculum tarditatis, *l. 31. de appellat. lib. 11. t. 30.* Adhærere *videntur*, id est, adhærent, *l. vlt. de operib. public. lib. 15. t. 1.* Debere *videantur*, *l. 109. de Decur. lib. 12. t. 1.* Intra vrbem seu in suburbanis esse *videantur l. 19. de hæretic. lib. 16. tit. 5.* Exclusa potestas *videbatur*, *leg. 29. de appellat. lib. 11. tit. 30.* Exercere *videntur* solertiam negotiandi vel mercandi, *l. 2. de lustrali conlat. lib. 13. t. 1.* Obnoxius *videbatur*, *leg. vltim. de immunitate, lib. 11. tit. 12.* Operari *videatur*, *l. 37. de appell. lib. 11. t. 30.* Oriundi *videntur*, *leg. vltim. de Metallis, lib. 10. tit. 19.* Imposita necessitas *videtur*, *l. 32. de appellat. lib. 11. tit. 30.* Manere *videntur*, *l. 12. de ann. lib. 11. t. 1.* Remansisse *videntur*, *l. 3. de mater. bon. lib. 8. t. 18.* Redundare ad culpam reorum *videatur*, *l. 31. de appellat. lib. 11. t. 30.* Tutela in medio constituta *videtur*, *l. 21. de Iudæis, lib. 16. tit. 8.* Mortui *videbuntur*, *l. 7. de censu, lib. 13. t. 10.* Suscepisse *videntur*, *l. 1. de patroc. vic. lib. 11. t. 24.* *Videatur* accepisse, *l. 18. de susceptorib. lib. 12. t. 6.*

VIDVÆ. De raptu *viduarum lib. 9. t. 24. 25.*

VIGILANTER. *Vigilanter* obseruare, *l. 13. de pœnis, lib. 9. t. 40.*

lib. 7. t. 4. Regionis *visceribus* prædator insidet, *l. 9. de executorib. lib. 8. t. 8.* *Viscera* Vrbium, *l. 48. de Decurion. lib. 12. t. 1.*

VISIO. *Visio* præsidis & iudicum, *l. 1. de officio Rectoris prouinciæ, lib. 1. t. 7.*

VITA. *Vita* indeuotionis, id est, genus vitæ indeuotum, contra deuotionem patriæ debitam, *l. 119. de Decur. lib. 12. t. 1.* Merita *vitæ*, pro summa dignitate, *l. 2. de spectaculis, lib. 15. t. 5.* Probitas totius *vitæ*, id est, probitas in omni conuersatione, *l. 12. de re milit. lib. 7. t. 1.*

VITIVM. *Vitium* commissi, *l. 3. de administr. & periculo tutorum, lib. 3. t. 19.* quando quid in publicum cadit, & in speciem eius legis, quando emphyteusis perit. Contemptus vel ignorationis *vitium*, *l. 62. de cursu, lib. 8. tit. 5.* *Vitium* fugæ, *l. vn. vtrum vi, lib. 4. t. 23.* Operis publici *vitium*, *l. 24. de operib. publ. lib. 15. t. 1.* *Vitia* a maioribus contracta perdurant, *l. 5. vnde vi, lib. 4. t. 22.*

VITRIARII, *l. 2. de excusat. artific. lib. 13. t. 4.* Consule *Commentar.*

VITVTIARII, *l. 2. de Collegiatis, lib. 14. t. 7.* Hi, qui fuerint, dictum ad *eam leg.*

VIVERE, id est, facultatem habere, *l. vn. de action. certo tempore finiend. lib. 4. t. 13.* *Viuentis* hæredem se agere, *l. 28. de Episc. lib. 16. t. 2.*

VLTIMVS. *Vltima* apparitionis. Ad *vltima* apparitionis minime deuocamus, *l. 13. de cohortalib. lib. 8. t. 4.* *Vltimum* exitium, *l. vn. ne damna prouinc. lib. 11. t. 11.* Vitæ *vltimum*, *l. 1. de scænicis, lib. 15. t. 7.*

VLTOR. *Vltor* gladius, *l. 1. de iurisdict. lib. 2. t. 1. l. 2. de bonis proscript. lib. 9. t. 42. l. vlt. de famosis libellis, lib. 9. t. 34. l. 4. de maleficis, lib. 9. t. 13. l. 3. ne præter crimen maiestat. lib. 9. t. 6.* Armari iura, gladio *vltore*, *l. 3. ad l. Iul. de adult. lib. 9. t. 7.*

VLTRIX. *Vltrix* censura, *l. 5. ne sanctum bapt. lib. 16. t. 6.* Flamma *vltrix*, *l. 179. de Decurion. lib. 12. t. 1. l. 2. de his qui latrones, lib. 9. t. 29.* *Flammis vltricibus cremabuntur*, Firmicus, *lib. 8. c. 17.* Sententia *vltrix*, *l. vn. de his qui ad statuas, lib. 9. t. 44.*

VLTRO. *Vltro* citroque, *l. 13. de lustrali, lib. 13. t. 1.* *Vltro* data, *l. vlt. in princ. de conlat. donat. lib. 11. t. 20.* de his etiam *tit. 10. de petition. l. 10.* & *l. 15. eod.* & *l. 49. de hæret. lib. 16. t. 5.*

VMBRA. *Vmbra* necessitatis, *l. 72 de Decur. lib. 12. t. 1.* Defensionis exquisitæ *vmbræ*, *l. 4. de Apostatis, lib. 16. tit. 7.* Dignitatum *vmbra*, *l. 2. de honor. Codic. lib. 6. t. 22. l. 74. de Decur. lib. 12. t. 1.* Potentium sub *vmbra* latitare, *l. 146. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.*

VMBRACVLVM. Fraudibus *vmbraculum* facit sæpe dignitas, *l. 8. de numerariis, lib. 8. t. 1.* Honoris *vmbracula*, *leg. 153. de Decurionibus, lib. 12. t. 1.* Quietis secretæ *vmbracula*, *l. 6. de honor. Codicill. lib. 6. tit. 22.*

VMBRATILIS. *Vmbratilis* pactio, *l. 36. de Decur. lib. 12. t. 1.*

VNCIÆ. Aquæ *vnciæ*, *l. 3. vlt. de aquæductu. lib. 15. t. 2.* Pedis *vnciæ*, *l. 3. de tiron. lib. 7. t. 13.* Hæreditatis *vnciæ*, *l. 1. de natur filiis, lib. 4. t. 6.* *Vnciæ* Auri libræ, *l. 8. de falsa moneta. lib. 9. t. 21.*

VNDE. *Vnde*, *domo*, *lege 4. de Agentibus in rebus. lib. 6. t. 27.* *Vnde* vir & vxor, *vnde* liberi, *lib. 4. t. 2.* *Vnde* vi, *lib. 4. t. 22.*

VNGVLA. *Vngula* sulcantes, *l. 6. in fin. de maleficis. lib. 9. t. 16.*

VNIFORMIS. *Vniformis* in cunctos indictio, *l. vlt. de ponderat. lib. 12. t. 7.*

VNITAS. De ea Edictum, quod Græcis *henoticum*, *l. 2. de Relig. lib 16. t. 11. l. 38. de hæret. lib. 16. t. 5. l. 2. 3. de fide Cathol. lib. 16. t. 1. l. 3. ne sanctum baptism. lib. 16. t. 6.* vide *C. Canon. Eccl. Afric. c. 99.*

VNIVERSITAS. Actiones ad *vniuersitatem*, id est vniuersales, *l. vnic. de actione certo tempore finienda. lib. 4. t. 13.*

VOCABVLA, pro officiis ipsis. Hirenarcharum *vocabula l. vnic. de hirenarchis, lib. 12. t. 14.*

VOCARE. *Vocari*, pro adstringi, *l. 7. de operibus publ. lib. 15. t. 1.* non *adstringatur*, id est immunis sit.

VOLVMINA censualia, *l. 3. de priuil. eorum qui in sacro pal. lib. 6. t. 35.* *Roolle des Tailles.*

VOLVNTAS. *Voluntatis* quæstio, *l. 4. de donation. lib. 8. t. 12.*

VOLVPTAS. *Voluptas* integra, *l. 3. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* *Voluptas* sumptuosa, *l. 2. de metallis. lib. 10. t. 19.* *Voluptates* populi de spectaculis, *l. dominico vlt. de spectaculis. lib. 15. t. 5.* ibi: Aliud esse supplicationum nouerint tempus, aliud *voluptatum*. Addatur *l. vnic. de vsu sellarum. lib. 15. t. 13. l. 32. de Prætorib. lib. 6. t. 4. l. 3. 17. de Paganis, lib. 16. t. 10.* Scænicæ *voluptates*, *l. 29. de Prætorib. lib. 6. t. 4.* *Voluptates* Populi, *l. 13. de Prætorib. lib. 6. t. 4. l. 2. de Equis Curulib. lib. 15. t. 10.* *Voluptatum* tribunus qualis Carthagine fuit, *l. vlt. de scænicis. lib. 15. t. 7.*

VOLVTARE. *Volutare* se turpibus complexibus, *l. 8. de scænicis. lib. 15. t. 7.*

VOMER. *l. 7. de bonis proscriptor. lib. 9. t. 42.*

VORACITAS. *Voracitas* aperta creditorum, *l. vn. de actione ad potentior. transl. lib. 2. t. 13.*

VORAX. *Vorax* & fraudulentum numerariorum propositum, *l. 4. de numerar. lib. 8. t. 1.* vide *supra Fraudulentum.*

VOTIVVS. *Votiua* absolute, pro expetendis, *l. 1. de feriis, lib. 2. t. 8.* vide ibi *not. i.* Numerositas *votiua* Curialium, *l. vlt quemadm. munera ciuilia. lib. 12. t. 5.* Proles *votiua*, *l. 27. de Episcop. lib. 16. t. 2.* Solemnitas *votiua*, *l. 2. de expensis lud. lib. 15. t. 9.* Sumptus *votiui*. Quos *votiui* sumptus designauit electio, *l. 31. de Prætor. lib. 6. t. 4.*

VOTVM. *Vota* deducunt in consilium commune, *l. 13. de Legatis. lib. 12. t. 12.* *ce qui est mis en deliberation par l'advis commun.* *Votum* Christianæ legis & meritum eximiæ singularisque virtutis, pro clericatu, *l. 16. de Episcopis. lib. 16. t. 2.* *Votorum* celebritas, de gentilitiis, *l. 8. de Paganis. lib. 16. t. 10.* *Votum* parentum. *Votum* parentum vertat in melius, *l. 1. de alim. quæ inop. par. lib. 11. t. 27.* Vide ibi *not. d.* *Vota* communia. Quando votis communibus fatorum annus aperitur, *l. vnic. de oblatione vot. lib. 7. t. 24.* Muneris alicuius *vota* procurare, *l. 4. ne conlat. translatio. lib. 11. t. 22.* id est, officia publicæ deuotionis. *Vota* pro nuptiis *l. 6. de sponsal. lib. 3. t. 5.* *Votis* indecentibus mater filium obsidet, *l. 2. de inofficioso testam. lib. 2. t. 19.* vbi consule *Commentarium.* *Vota* Principibus oblata. De *oblatione* votorum est *lib. 7. tit. 24.* Adi *Commentarium.*

VOX. *Vox* accusationis, *l. vltim. ad l. Iul. repet. lib. 9. t. 27. l. vltim. de Apostatis. lib. 16. t. 7.* Accusatio publicis *vocibus* relaxata, *l. 2. de nuptiis. lib. 3. t. 7.* *Vocem* æmulationi congruæ non negamus, *dicta l. vltim.* *Vocem* intercidi oportet, *l. 3. ne præter crimen maiestatis, lib. 9. t. 6. l. 4. eod.* *Vox* Appellationis, *l. 9. quorum appell. lib.*

lib. 11. *t.* 36. *Vox* Appellantis, prouocantis, prouocationis, l. 7. 20. 26. 40. 58. *de appell. lib.* 11. *t.* 20. l. 9. *quorum appell. non recip. lib.* 11. *tit.* 36. Conquerendi *vocem* omnibus aperimus, *l.* 1. *de officio Rector. Prou. lib.* 7. *t.* 1. Contestationum *voces*, *l. vnic. si certum petat. de chirogr. lib.* 2. *t.* 27. Fisci aduocati *vox*, *l.* 32. *de petition. lib.* 10. *t.* 10. Funesta *vox* serui vel familiaris dominum accusare volentis, *l.* 3. *ne præter crimen maiestatis. lib.* 9. *t.* 6. *Voces* illicitæ & improbæ libertorum patronos accusantium, *l. vlt. ne præter crimen maiestatis. lib.* 9. *t.* 6. Populi *vocibus* expetiti clerici, *l.* 49. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. Senatus religiosis *vocibus* persuasi, decernimus, *l.* 1. *de Prætor. lib.* 6. *t.* 4. Reluctationis *vocem* obiicere, *l.* 179. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1.

VRBANVS. *Vrbana* Præfectura, *l.* 67. *de appell. lib.* 11. *t.* 30. *l.* 183. *de Decur. lib* 12. *t.* 1. *l.* 7. *de priuileg. eorum qui in sacro pal. lib.* 6 *t.* 35. *l. vlt. de nauic. lib.* 13. *t.* 5. *l.* 5. *de adulter. lib.* 9. *t.* 7. *Vrbana* mancipia, *l.* 1. *de priuil. eorum qui in sacro pal. lib.* 6. *t.* 35. *Vrbanum* forum, *l. vlt. de cobort. lib.* 8. *t.* 4. *Vrbanum* iudicium, *l.* 188. *de Decurion. lib.* 12. *t.* 1. *Vrbanus* carcer, *l.* 27. *de nauic. lib.* 13. *tit.* 5.

VRBANICIANVS. *Vrbaniciani* officiales, dicuntur apparitores Præfecti vrbis, *l.* 1. *de conditis in publ. horreis.* Tribuni *vrbaniciani*, *l.* 8. *de agentib. in rebus, lib.* 6 *t.* 27. sunt tribuni militum vrbis Constantinopolitanæ. His Tribunis concessum *dict. l.* 8. semel tantum in anno suffragari recipiendis in scholam agentium.

VRBICARIVS. *Vrbicarius* canon, *l.* 3. 6. *de canone frum. V R. lib.* 14. *t.* 15. qui idem & *Vrbanus l.* 27. *de nauic. lib.* 13. *t.* 5. *Vrbicaria* Præfectura, *l.* 2. *de conditis in publ. horr. lib.* 11. *t.* 14. *l.* 2. *Cod. Iust. vbi Senator. l. vlt. de Senator. lib.* 6. *t.* 2. Regio *Vrbicaria*, *l.* 1. *si per obrept. lib.* 11. *t.* 13. *l.* 3. *quibus equorum vsus. lib.* 9. *t.* 30. *l.* 3 *tributa in ipsis specieb. lib.* 11. *t.* 2. *l.* 14. *de indulg. debit. lib.* 11. *t.* 28. *l.* 9. *de extraordinar. lib.* 11. *t.* 16.

VRBICVS. Pistores Vrbici, *l.* 2. *de nauic. lib.* 13. *t.* 5. *Annonæ Vrbicæ*, apud Vopiscum, *in Aurelian. c.* 47.

VRBS, per excellentiam, de Alexandrina, *l.* 5. *de Legatis. lib.* 12. *t.* 12. *l.* 9. *de operibus publ. lib.* 15. *t.* 1.

VRGERE. *Vrgere* commotionem, *l.* 62. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5.

VRGVERE, pro accusare, *l.* 9. *de accusat. lib.* 9. *t.* 1. (in Iust. Cod. *arguere*) *l.* 41. *de hæret. lib.* 16. *t.* 5.

VRI. *Vri* exilio perpetuæ deportationis, *l.* 40. *in fin. de Episc. lib.* 16. *t.* 2. Infamia *vri*, *l.* 4. *de Apostatis. lib.* 16. *t.* 7. vide Turetum *in Symm. lib.* 5. *ep.* 66.

VRNA. *Vrnæ*, quibus clausa corpora supra terram, *l.* 6. *de sepulchr. viol. lib.* 9. *t.* 17

VSQVE nunc, *l.* 2. *de fide Cath. lib.* 16. *t.* 1.

VSVALIS. *Vsualis* pes & vnciæ, *l.* 3. *de tyron. lib.* 7. *tit.* 13.

VSVRÆ. De *vsuris* est *lib.* 2. *t. vlt.*

VSVRPARE. *Vsurpare* lucem, *l.* 7. *in fin. quorum appellat. lib.* 11. *t* 36. *lege* 1. *de custodia reorum. lib.* 9. *t.* 3.

VSVRPATIO, est, quando quid aduersus definita maiorum fit, *l.* 2. *de Iurisdict. lib.* 2 *t.* 1. *Vsurpatio* hæretica, *l.* 4. *de hæret. lib.* 16 *t.* 5. *Vsurpatio* tyranni, *l.* 6. *de infirmand. his quæ sub tyrannis. lib.* 15. *tit.* 14.

VSVRPATORIVS. *Vsurpatoria* temeritas, *l.* 11. *de extraord. lib.* 11. *t.* 16.

VSVS. *Vsus* armorum instrui, *l. vnic. de oblat. equorum. lib.* 7. *t.* 23. Castrorum *vsus*, *l.* 5. *de re milit. lib.* 7. *t.* 1. *Vsus* Iuris publici, *l.* 1. *de relig. lib.* 16. *t* 11 In *vsum* metalla peruenire dicuntur cum cadunt, *l.* 2. *de metallis. lib.* 10. *t.* 19.

VT. *Vt* assolet, *l. vnic. de auri publ. prosecut. lib.* 12. *t.* 8. *l.* 33. *de Episc. lib.* 16. *t.* 2. *Vt* ita dixerim, *l.* 4. *de sepulchr. viol. lib.* 9. *t.* 17. *Vt* oportebit, *l.* 1. *de domib. ad rem priuat. lib.* 10. *t.* 2.

VTPOTE, pro quasi, *l.* 177. *de Decur. lib.* 12. *t.* 1.

VTERINVS. *Vterinus* frater ac soror *vterina*, *l.* 9. *in fin. de bonis proscriptorum. lib.* 9. *t.* 42. *l.* 1. *de inofficioso testament. lib.* 2. *t.* 20.

VTI. *Vti* legibus, pro leges exercere, potestatem suam secundum leges exercere, *l.* 11. *de Iurisdict. lib.* 2. *t.* 1.

VTILITAS. *Vtilitas* prouocationis, *l.* 11. *in fin. de appellat. lib.* 11. *t.* 1. *Vtilitates* publicæ, pro tributariis functionibus, *l.* 6. *de diuersis rescript. lib.* 1. *t.* 2. *Vtilitatibus* fisci inferre, *l.* 1. *de defensorib. ciuit. lib.* 1. *t.* 11.

VTRVM. *Vtrum* vi interdictum, & *Vtrubi*, de eo *lib.* 4 *t.* 23.

VVLGARIS. *Vulgarem* vitam conuersatione, & moribus exercere, *l.* 2. *de scænicis. lib.* 15. *t.* 7.

VVLGVS. *Vulgi* appellatio in legibus vsurpata. Quos ob facinorum magnitudinem *vulgus* maleficos appellat, *l.* 4. *de maleficis. lib.* 9. *t.* 16. qui malefici *vulgi* consuetudine vocantur, *l.* 6. *d. tit.* quos plebe confusa *vulgus* abscondit, *l.* 8. *de numer. lib.* 8. *t.* 1.

VVLNERARE. *Vulnerare* contumelioso nomine iniuria ciuem, *l.* 9. *de indulg. crim. lib.* 9. *tit.* 38. *Vulneratum* negotium sententia, *l.* 15. *de appellat. lib.* 11. *t.* 30.

VVLNVS. *Vulnerum* gloriosorum cicatrices, *l.* 12. *de Veteranis. lib.* 7. *t.* 20. Laudabilis *vulnerum* excusatio, *l.* 3 *in fin. de testimoniali ex Tribunis, lib.* 7. *t* 21. Missio ob belli *vulnera*, *l.* 4. *de Veteranis. lib.* 7 *t.* 20.

VVLTVS Principis in nummo, *l. vnic. si quis solidi circulum lib* 9. *t.* 12. *l.* 1. *de ponderat. lib.* 12. *tit.* 7. *Vultus* sacri inhiantibus populis illati, *l.* 4. *ne quid publ. lib.* 8. *t.* 11.

VXOR. De *vxoribus* nonnulla *tit. de nupt. lib.* 3. *t.* 7. *& de repud. lib.* 3. *t.* 16. *l. vnic. de Burgariis. lib.* 7. *t.* 14. *l.* 6. 7. *de tyronib lib.* 7. *t.* 13. *l. vnic. communi diuidundo, lib.* 2. *t.* 25. *l.* 10. 14. *de Episcopis. lib.* 16. *t.* 2. *l.* 2. 4. *de incestis nuptiis, lib.* 3. *t.* 12. *l.* 3. 10. *de Medicis & Professoribus lib* 13 *t.* 3. *l.* 1. *de bonis proscript. lib.* 9. *t.* 42. *l.* 5. *de muril. g. lib.* 10. *t.* 20 *l.* 5. *de reuocandis donationib. lib.* 8 *t.* 13. *l. vnic. quorum bonorum. lib.* 4 *t.* 21. *l.* 3. *de re milit. lib.* 7. *t.* 1. *l.* 4. *de Veteranis. lib.* 7. *t.* 20. *l.* 58. *de cursu. lib.* 8. *t.* 5.

X.

XENIA a rusticanis non exigenda, neque munuscula *l. vnic. ne damna Prouinc. lib.* 11. *t.* 11. vide *l.* 6. §. 3. *D. de offic. Proconsulis.*

XYSTVS in Vrbe Roma, *l.* 8 *de Medicis & Professoribus, lib.* 13. *t.* 3. vbi male legitur *Sixti* pro Xysti, est gymnasium, ludus, locus in quo Athletæ degebant & exercebantur. Medici ibi peculiares destinati Athletis curandis.

Z.

ZYGOSTATES, *l.* 2. *de ponderat. lib.* 12. *t.* 7. per singulas ciuitates a Iuliano constitutus, qui exortas de solidis controuersias dirimeret Alius *Zygostates* fuit Alexandriæ, qui æstimando frumento, Alexandriam conuecto, præerat, de quo *l.* 1. *de frumento Alexandr. lib.* 14. *t.* 26. Hinc etiam *Zygostasii* munus *d. l.* 1. de quo in *Commentar. ad eam leg.* Consule etiam Brissonium de *V. S.*



SVPPLEMENTVM CODICIS THEODOSIANI,

SEV

CONSTITVTIONES CCCXX. CIRCITER,

quæ e Codice Theodosiano desumptæ vel interpolatæ fuerunt, & in solo Codice Iustinianeo reperiuntur.

EX LIBRO I.

Lex, non plures 4. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.
Lex, quisquis censibus 16. Cod. de Episcopis.
Lex, si quis ex consensu 7. Cod. de Episcopali audientia.
Lex, Episcopale iudicium 8. Cod. de Episcopali audientia.
Lex, vn. Cod. nemini licere signum.
Lex, nemo Iudæorum 7. Cod. de Iudæis.
Lex, fideli 2. Cod. de his qui ad Eccles.
Lex, iam dudum 1. Cod. de his qui in Ecclesiis manum.
Lex, inter æquitatem 1. Cod. de legibus.
Lex, quæ ex relationibus 2. Cod. de legibus.
Lex, leges vt generales 3. Cod. de legibus.
Lex, digna vox 4. Cod. de legibus.
Lex vnic. Cod. de Senatusconsultis.
Lex 3. Cod. de precibus Imp. offer.
Lex, si quis aduersus 5. Cod. de precibus Imp. offer.
Lex, vniuersis 6. Cod. de precibus Imp. offer.
Lex, rescripta 7. Cod. de precibus Imp. offer.
Lex, puniri 3. Cod. si contra ius.
Lex, etsi legibus Cod. si contra ius, &c.
Lex, sacrilegii 5. Cod. de diuersis rescriptis.
Lex, 1 Cod. de statuis & imaginibus.
Lex, si quos Iudices 3. Cod. de officio PP. Orient.
Lex, de ordinario 4. Cod. de officio PP. Orient. & Illyrici.
Lex, si qui post hac 5. seu vlt. Cod. de off. PP. Orientis & Illyrici.
Lex 1. Cod. de officio Præfecti Vrbi.
Lex, quod promulgatis 2. Cod. eod. tit.
Lex, Præfectura 3. Cod. eod. tit.
Lex, omnia 4. Cod. eod. tit.
Lex, Primicerius 4. seu vlt. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. de officio Magistri milit.
Lex, Apparitores 2. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. de off. quæstoris.
Lex, omnes 2. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. de off. Magistri officiorum.
Lex, nemo 2. Cod. eod. tit.
Lex vnic. Cod. de off. Com. S. L.
Lex 1. Cod. de off. Com. R. P.
Lex, ad Palatinorum 2. Cod. eod. tit.
Lex, si quis Iudicum vlt. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. de off. Proconsulis.
Lex 1. Cod. de off. Præf. Augustalis.
Lex 2. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. de off. Vicarii.
Lex, relationes 2. seu vlt. Cod. eod. tit.
Lex, præsides 2. Cod. de off. Rectoris Prouinc.
Lex, iustissimos 3. Cod. eod. tit.
Lex, in officiales 4. Cod. eod. tit.
Lex, potioris 5. Cod. eod. tit.
Lex, Ciuitas 6. Cod. eod. tit.
Lex, qui ordinariam 7. Cod. eod. tit.
Lex, ne quis 8. Cod. eod. tit.
Lex, nullus 9. Cod. eod. tit.
Lex, nullum 10. Cod. eod. tit.
Lex, omnes 12. Cod. eod. tit.
Lex vnic. Cod. de off. Præf. vigilum.
Lex 2. Cod. off. ciuil. Iud.
Lex 2. Cod. de off. milit. Iud.
Lex, singuli 2. Cod. de off. diu. Iudicum.
Lex 2. Cod. de off. eius qui vicem alicuius, &c.
Lex, Præsides 2. Cod. de adsessoribus.
Lex, Consiliarios 3. Cod. eod. tit.
Lex, Domesticus 4. Cod. eod. tit.
Lex, nemo 5. Cod. eod. tit.
Lex, si post 9. Cod. eod. tit.
Lex, Illustres 4. Cod. de modo multarum.
Lex, multarum 5. Cod. eod. tit.
Lex 6. seu vlt. Cod. eod. tit.
Lex 1. de defensoribus ciuit.
Lex, Defensores 2. Cod. eod. tit.
Lex, vtili ratione 3. Cod. eod. tit.
Lex, in Defensoribus 4. Cod. eod. tit.
Lex, Defensores 8. Cod. eod. tit.
Lex 2. de Magistratibus municipal.

EX LIBRO II.

Lex, vbi pactum 40. Cod. de transactionibus.
Lex, si qui Aduocatorum 4. Cod. de postulando.
Lex, prouidendum 7. Cod. eod. tit.

Lex,

Lex, qui necessario 2. Cod. de aduocatis diuers. iudiciorum
Lex, quidquid 5. Cod. eod. tit.
Lex, Procuratoribus 22. Cod. de Procuratoribus.
Lex, quicunque 5. Cod. eod. tit.
Lex, in pecuniariis causis 26. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. vt nemo priuatus titulos.
Lex, si per impressionem 11. Cod. de his quæ vi metusue causa.
Lex 1. Cod. de formulis.

EX LIBRO III.

Lex, quoniam 4. seu vlt. Cod. de ordine Iudicior.
Lex, siue pars 4. Cod. de dilationibus.
Lex, a procedente 4. Cod. eod. tit.
Lex, omnes Iudices 3. Cod. de feriis.
Lex, a nullo Iudice 4. Cod. eod. tit.
Lex, publicas 5. Cod. eod. tit.
Lex, nemo 4. Cod. de Iurisdict. omnium Iud.
Lex, in criminali 5. Cod. eod. tit.
Lex Magisteriæ 6. Cod. eod. tit.
Lex vnic. Cod. vbi de possessione.
Lex 2. Cod. vbi in rem actio.
Lex, actor. vlt. Cod. eod. tit.
Lex, nemo 2. seu t. vlt. Cod. vbi de ratiociniis.
Lex 1. Cod. vbi quis de Curiali.
Lex, Senatores 2. Cod. vbi Senatores.
Lex, ad fiscum 5. Cod. vbi causæ fiscales.
Lex, si quis 6. Cod. eod tit.
Lex, dominicis 7. Cod. eod. tit.
Lex, cum aliquid 8. Cod. eod. tit.
Lex, nullum 10. Cod. eod. tit.

EX LIBRO IV.

Lex, quisquis Iudici 16. quod si certum petatur.
Lex, in exercendis 15. Cod. de fide instrum.
Lex, pro auro 25. Cod. de vsuris.
Lex, in re mandata 21. Cod. mandati.
Lex, quia nonnunquam 3. Cod. quæ res venire.
Lex 4. seu vlt. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. quæ res venire.
Lex 1. Cod. de Eunuchis.
Lex 2. Cod. de patribus qui filios.
Lex vlt. Cod. de rescind. vendit.
Lex vlt. Cod. de nundinis.
Lex, vniuersi 5. Cod. de vectigalibus.
Lex, ex præstatione 7 Cod. eod. tit.
Lex, a Legatis 8. Cod. eod.
Lex, vsurpationem 9. Cod. eod.
Lex, vectigalia 10. Cod. eod.
Lex, si quis sine persona 11. Cod. eod.
Lex, quidquid 12. Cod. eod.
Lex, exceptis his 13. seu vlt. Cod. eod.
Lex vlt. Cod. vectigalia noua.
Lex, non solum 2. Cod. de commerciis.
Lex, nobiliores 4. Cod. eod.
Lex, Mercatores 4. Cod. eod.
Lex, cessante 5. Cod. eod.
Lex vlt. Cod. eod.

EX LIBRO V.

Lex, celebrandis 19. Cod. de nuptiis.
Lex, in coniunctione 20. Cod. eod. tit.
Lex, a caligato 21. Cod. eod.
Lex, qui contra 4 Cod. de incestis nupt.
Lex, fratris vxorem 5. Cod. eod.
Lex 1. Cod. de secundis nupt.
Lex, cum aliis 4. Cod. eod.
Lex, vxor 7. Cod. de repudiis.
Lex 1. Cod. ne fideiussor vel mand. dot.
Lex vnic. Cod. de concubinis.
Lex 1. Cod. de naturalibus liberis.
Lex, matre 2 Cod. eod.
Lex 2. seu vlt. Cod. de tutoribus Illustrium.
Lex, curator 12. Cod. qui dare tutores.
Lex vlt. qui dari tutores.
Lex, quæ tutores 22. Cod. de administ. tutor.
Lex, excusationem 24. Cod. de excusat. tutor.
Lex vlt. Cod. de prædiis & aliis rebus minor.
Lex, & fine 4. Cod. quando decreto opus.

EX LIBRO VI.

Lex, si fugitiui 3. Cod. de seruis fugitiuis.
Lex, quicunque 4. Cod. eod. tit.
Lex, mancipia 5. Cod. eod. tit.
Lex, cum seruum 6. Cod. eod. tit.
Lex, si quis seruum 7. Cod. eod. tit.
Lex, si quid publicorum vlt. Cod. eod. tit.
Lex vlt. Cod. de operis libertorum.
Lex 2. Cod. de bonis libertorum.
Lex, quicunque 8. Cod. qui admitti ad bon. poss.
Lex vlt. Cod. eod tit.
Lex, milites 15. Cod. de testam. mil.
Lex, Eunuchis 5. Cod. qui testam. fac.
Lex, si quis Imperatorem 6. Cod. eod. tit.
Lex, cum hæredes 7. Cod. eod. tit.
Lex, quoniam 15. Cod. de testamentis.
Lex, non dubium 16. Cod. eod. tit.
Lex, omnium 19 Cod. eod. tit.
Lex, extraneum 11. Cod. de hæredibus instit.
Lex, si infanti 18. Cod. de iure delib.
Lex vlt. Cod. quemadm. testam. aper.
Lex, si idem 7. Cod. de codicillis.
Lex, in *Legatis* 21 Cod. de *Legatis*.
Lex, matres 3. Cod. ad Senatusconsultum Tertullianum.
Lex, si qua mulier 4. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. de hæredit. decurionum.
Lex, si quis cohortali 3. Cod. eod. tit.

EX LIBRO VII.

Lex, apud Concilium vlt. Cod. de vindicta libert.
Lex, iubemus 41. Cod de liberali causa.
Lex, vlt. Cod. eod. tit.
Lex, vlt. Cod. de ordine cognitionum.
Lex vltim. Cod. de long. temp. præscript. quæ prohib.
Lex 10. Cod. de adquir. & retin. poss.
Lex 1. Cod. de quadriennii præscript.
Lex 1. Cod. ne rei dominicæ.
Lex, vniuersas 2. Cod. eod. tit.
Lex, male agitur 2. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum.
Lex, hi quos 2. Cod. de alluuionibus.
Lex 2. Cod. de sententiis ex periculo.
Lex, Iudices 12. Cod. de sententiis & interlocut.
Lex vlt. Cod. de pœna Iudicis qui male iud.
Lex vlt. Cod. comminationes, epistolas.
Lex, & in maioribus 20. Cod. de appellationib.
Lex, cum appellatio 23. Cod. eod. tit.

EX LIBRO VIII.

Lex, si quis post hanc legem 6. Cod. de ædific. priu.
Lex, nemini 7. Cod. eod. tit.
Lex, singularum 8. Cod. eod. tit.
Lex, per Prouincias 10. Cod. eod.
Lex, Meniana 11. Cod. eod.
Lex, pignorum 8. Cod. quæ res pignori.
Lex, si quis Aduocatus 12. Cod. de exceptionibus.

Lex, quicunque 9. Cod. de litigiosis.
Lex, consuetudinis 2. Cod. quæ sit longa consu.
Lex, in extraneos 29. Cod. de donationib.

EX LIBRO IX.

Lex, disputare 2. Cod. de crimine sacrilegii.
Lex 3. seu vlt. Cod. eod. tit.

EX LIBRO X.

Lex, Iudices 11. Cod. de annonis & tributis.
Lex, in fiscalibus 6. Cod. de exactoribus tribut.
Lex 1. de canone largition. tit.
Lex 2. Cod. de conditis in publ. horr.
Lex, nati 29. Cod. de Decurion.
Lex, procuratores 20. Cod. eod. tit.
Lex 1. Cod. quando & quibus quarta pars.

EX LIBRO XI.

Lex vlt. Cod. de naufragiis.
Lex, cum Procuratores 4. Cod. de metallariis.
Lex, baphii 2. Cod. de murilegulis.
Lex, priuatæ 14. Cod. eod. tit.
Lex, vellera 3. Cod. de vestibus oloueris.
Lex 1. Cod. de veteris numism. pot.
Lex 2. Cod. eod.
Lex 3. seu vlt. Cod. eod.
Lex 1. Cod. de priuil. Vrbis Constantinop.
Lex 2. Cod. de annonis ciuilibus.
Lex 5. 6. 7. 8. Cod. de Agricolis & censitis.
Lex 10. 11. 12. 13. Cod. eod. tit.
Lex 15. 17. 19. Cod. eod. tit.
Lex 1. 2. Cod. in quibus causis coloni censiti.
Lex vnic. Cod. de colonis Palæstinis.
Lex vnic. Cod. de colonis Thracensibus.
Lex vnic. Cod. de colonis Illyricianis.
Lex 1. Cod. de omni agro deserto.
Lex 3. Cod. eod. tit.
Lex 5. Cod. eod. tit.
Lex 7. 8. 9. 11. Cod. eod. tit.
Lex 13. 14. 15. 16. 17. seu vlt. Cod. eod. tit.
Lex 1. de fundis limitrophis
Lex 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. de fundis patrimonialibus.
Lex 1. 2. 3. 4. Cod. de mancipiis & col. patrim.
Lex 1. 3. Cod. de fugitiuis colonis.
Lex 4. 5. de collat. fundor. patrimon.
Lex 1. 2. 3. 4. 5. Cod. de fundis rei priu.
Lex 1. Cod. de fundis & saltibus rei dom.
Lex 1. 2. 3. 4. 5. Cod. de agricolis & mancip.
Lex 1. 2. 4. Cod. de diuersis prædiis.
Lex 1. 2. 3. 4. Cod. de locatione præd. ciuil.
Lex 1. 2. 3. Cod. de collat. fundor. fiscal.
Lex 2. 3. Cod. de priuil. dom. Aug.
Lex vnic. Cod. de palatiis.
Lex 1. Cod. de cupressis.

EX LIBRO XII.

Lex 4. 5. 6. Cod. de dignitatibus.
Lex 9. Cod. eod. tit.
Lex, Senator 11. Cod. eod. tit.
Lex 14. 15. 16. 17. Cod. eod. tit.
Lex 1. & 2. Cod. de Prætoribus & honore Præturæ.
Lex 1. Cod. de Consulibus.
Lex vlt. Cod. de Veteranis.
Lex 2. Cod. de filiis officialium militar.
Lex 2. Cod. de Apparitoribus Magistror. mil.
Lex 1. 2. 3. Cod. de Apparitor. Proconf. & Legati.
Lex vnic. Cod. de Apparitor. Comitis Orientis.
Lex 2. Cod. de cohortalib.
Lex 9. Cod. eod. tit.
Lex 1. & 2. Cod. de Apparitorib. Præf. annonæ.
Lex 3. 4. Cod. de diuersis offic.
Lex vlt. Cod. de executoribus.
Lex vlt. Cod. de lucris Aduocatorum, &c.

FINIS.



LEGVM

NOVELLAE CONSTITVTIONES IMPERATORVM IVSTINIANO ANTERIORVM THEODOSII, VALENTINIANI, MARTIANI, MAIORIANI, SEVERI, LEONIS ET ANTHEMII,

IN

VNVM CORPVS COLLECTAE, COLLATAE CVM CODICIBVS MSS. WVRCEBVRGENSI, OTTOBONIANO, GOTHANO, LIBRISQVE EDITIS,

ET

PERPETVO COMMENTARIO ILLVSTRATAE,

OPERA ET STVDIO

IOANNIS DANIELIS RITTERI

S.R.M. A CONS. AVL. ET HIST. P. P. IN ACAD. WITTEBERG.



PETRVS PITHOEVS IACOBO CVIACIO I.C.

SALVTEM.

Ecce Tibi Nouellas ipsas, quarum ob solum indicem, quem ex meo libro cum quibusdam aliis Imperatorum legibus acceperas, profusissime pro tua gratia me honorasti. Vnde vero inquies? Ex eodem ipso copiae cornu, ex quo & index prodierat, id est, ex Bibliotheca Patris mei V. C. quem quoties post tot infelicium Doctorum deuoratas, &, quod non cuiusuis stomachi est, bene concoctas ineptias, inter tantas tamque serias occupationes, eo seculo, ea aetate, in ea vrbe, ad haec demum studia animum reuocasse cogito, toties intelligo, quae Dei summa benignitas est, nullo vnquam seculo defuisse, qui in tenebris solem, vt dicitur, id est, quae recta essent, perspicerent, inuestigarent, colerent, amplecterentur. Hoc ego tanto patre si non indignus filius videor, satis me magnum hactenus studiorum meorum fructum consecutum arbitror. Sed vt ad Nouellas, eas pater cum per otium, quod vix fere illi vllum fuit, ipse non posset, ab amanuensi suo ex vetere quodam exemplari describendas curauerat. Qua in re Vir alioqui Reipublicae iuuandae natus, eiusque amantissimus sibi tantum fortasse laborasset, ni post eius luctuosissimum obitum Ioannes & Nicolaus filii illi gemini, mihi consanguinei fratres (de quorum ingenuis virtutibus plura dicere cum meus pudor, tum ipsorum verecundia prohibet) in magno laborum chartarumque cumulo, me tum quidem vix pubere & studiorum caussa absente, has quasi e naufragio tabulas excepissent, & inter Gallicos istos tumultus diligentissime adseruassent. Nuper autem cum de tuo Codice Theodosiano mentio incidisset, & a me harum Nouellarum, vt tum quidem putabam, amissio bona fortuna deploraretur, dixerunt illi habere se care repositas, atque etiam vltro obtulerunt. Eas ego tandem a fratribus acceptas, vix grauissimo morbo recreatus, & auidissime perlegi, & quae in eis vel antiqui scriptoris, vel amanuensis paterni negligentia aut imperitia errata erant, religiose, vt par est, & quasi suspensa manu, emendaui. Statim autem ad Te misi, qui iure quodam tuo haec sibi vindicare potes, vt reliqua, si qua sunt, a me deposita persanares, & hoc iam Theodosiani potius, quam Theodoriciani corporis membrum reliquo, si tibi ita videretur, aliquando adiungeres. Prodibunt igitur hae Nouellae multis nominibus obaeratae, Patri, quod e tenebris erutae, fratribus, quod adseruatae, Tibi vero, quod multis vulneribus sanatae tandem communi omnibus sole fruentur. Mihi sane nihil adrogo, satisque erit, si & studiis nostris aliquantulum profuero, & Tibi hac in parte satisfecero. Vale. Lutet. Paris. Kal. Aug. cIↄ Iↄ LXVI.

NOB.



NOB. ET AMPLISS. VIRO

MARQVARDO FREHERO

IC. EL. PAL. CONSILIARIO,

F A V T O R I

S V O E X I M I O.

S. P. D.

Cunradus Rittershusius.

IN Nouellas Iustiniani quid noui operis parem, Vir Nob. & Ampliss. ex incluso specimine quadamtenus cognosces, & dum res integra est, consilio me auxilioque tuo, vt soles, fideliter ac prudenter ibis adiutum. Vide quantum de te fiducia sit mihi. Cum enim id te facturum vltro mihi polliceatur insigne illud iuuandae ac promouendae reipublicae studium, cuius plurima foras iam olim dedisti, eaque illustria documenta, nec cessas subinde plura emittere, beneuolentia quoque tua erga me, per annos iam multos continuata, multisque testata exemplis: ne rogabo te quidem solicitius aut operosius. Hoc potius agam, sed paucis, vt tibi & occasionem exponam, quae me ad hasce Nouellas colligendas, nouaeque editioni, quam vides, apparandas deduxit, & causas, quæ ad easdem inscribendum tuo Clariss. nomini impulerunt. Dum auditoribus meis, quibus Nouellas Iustiniani noua quadam ratione ac via docendi annum iam vertentem interpretor, necessarias quasdam protheorias traderem, inter alia ipsis commemorabam, quinam Imperatores Romani vel ante Iustinianum, vel post eundem Nouellas promulgauissent. Addebam quoque: etiamsi hodie auctoritatem in vsu fori nostri tantam non habeant aliorum Imperatorum Nouellae constitutiones, quantam eae, quas nobis reliquit Iustinianus (cuius ipsum nomen iustitiae συνώνυμον fatale quodammodo fuisse, res loquitur) tamen alias vtilitates minime contemnendas ab illis promanare aiebam: In quibus haec non videtur postrema, quod τοῖς τῆς ἀρχαίας πολυμαθείας ἐρασταῖς ex ipsis complere licebit historiam quandam vniuersi Iuris Romani, & antiquitatis haurire notitiam, ne ignari simus omnino eorum, quae vero quoque seculo, sub hoc aut illo Imp. obtinuerint, quid ab vnoquoque constitutum sit noui iuris, quid de iure prius recepto vel retentum atque approbatum, vel immutatum, vel abrogatum, vel quid cui quatenus derogatum vel obrogatum vel subrogatum. Quæ res saepenumero etiam ad exemplum prodesse potest, si forte similia tempora, aliaeque περιστάσεις similem legum innouationem fieri suaserint. Oracula enim quasi quædam sunt illa Iustiniani: οἱ τῆς χρείας ἀεὶ καλούσης, συμφώνως τοῖς πράγμασι χρὴ τιθέναι τοὺς νόμους· καὶ, ὅτι ἡ τῶν πραγμάτων ποικιλία καὶ ἡ φύσις ταῦτα συχνῶς μεταβάλλου καὶ παρασκευάζει τοὺς νόμους δεῖσθαι ἐπανορθώσεως. quaeque huiusmodi plura passim locorum in eius Nouellis continentur. Hortabar insuper eosdem auditores ac studiosos meos, vt quas dixi aliorum Principum Nouellas, quamuis


hodie illis non omnibus vtamur, vel ob modo dictas causas cum Iustinianis coniungerent, spondens, fore, vt sui huius studii nequaquam ipsos poeniteat. Sed animaduerti, non ipsis studium legendi cognoscendique, verum exemplaria deesse. Quae enim in Galliis aut apud Allobroges sunt aliquando impressa, non vbiuis sunt obuia. Ea me res permouit atque impulit, vt in vnum quasi corpus colligerem omnium Iustiniano anteriorum Principum Nouellas, quas nosti partim coniunctas Codici Theodosiano, (quem Ioan. Sichardus primum, deinde auctiorem Iac. Cuiacius edidit) partim a Pet. Pithoeo V. Cl. seorsim quasi pro mantissa datas: a nemine vero adhuc, vt opinor, in vnum collectas.

Cum autem huic libro ad Typographum flagitantem iamiam mittendo idoneum aliquod patrocinium conciliare vellem, Tu in primis occurrebas mihi, clarissime Frehere, cuius nomen ei prae caeteris praescribendum existimarem.

Nemo enim in Germania nostra te rectius talia didicit æstimare suis pretiis. Nemo quoque facile reperietur, qui plus quam tu hic me iuuare aut possit, aut velit: illud quidem, quia plurima antiquitatis monumenta indefesso studio indagas, & feliciter eruis ac profers, & ἀφθόνως cum aliis communicas: cuius rei inter plurimos alios testes classicos, & cognatum tuum Georgium Remum, Compatrem meum, & Clarissimum collegam atque compatrem meum Scipionem Gentilem, & me licet antestatos accipias: hoc, quia me singulari beneuolentia complexum tenes, multisque volentem nexibus deuinxisti. Quare geminam quodammodo faciem apud te praeferet hoc munusculum, simul enim gratiam referre studebit prioribus beneficiis tuis; simul inire volet nouam, a teque elicere aliqua instituto meo accommodata adiumenta, quibus abundare te nouimus. Inprimis autem a te peto, vt in partem venias curarum, quas Methodicae Nouellarum Iustiniani Expositioni impendo.

De harum adornatione, vt σὺν θεῷ spero, non aspernanda, his ipsis diebus plura ad Clarissimum Virum Regnerum Sixtinum, Hassiae alterum Scæuolam, perscripsi, quae abs te quoque cum beneuolentia cognosci velim. Quod si & hanc editionem nostram Nouellarum Theodosii & seqq. Impp. vsque ad Iustinianum, & alterum illud maiorum vigiliarum opus Iustinianarum, lectoribus non ingratum fuisse animaduertero (tibi quidem haec grata a me fore confido omnia) accingar vita comite ad tertium quoque volumen (quod iam affectum habeo) absoluendum: in quo & Iustini & Leonis & posteriorum Impp. omnium, quotquot supersunt, Nouellae concludentur. Eam ad rem non parum mihi subsidii, postquam ab Henrico Agylaeo, Enimundo, Bonefidio, & paucis aliis abii, repositum est in Clarissimi Leunclauii tui, & tuis, quae iam pridem publice extant, lucubrationibus: quibus quidem nostra nec fraudi erunt, vti spero, nec dehonestamento. Eo enim consilio nostra referuntur, eoque spectant, vt Iurisprudentiae Romanae studiosa iuuentus Tripartitum opus Nouellarum mea qualicunque industria adornatum habeat, tum anteriorum Iustiniano principum, (quod hic liber complectitur) tum Iustiniani ipsius, (quod breui sequetur,) tum denique eorum, qui Iustinianum in Orientis Imperio sunt secuti.

Erunt fortassis, (vt sunt hominum mores & iudicia) qui haec pro nihilo vel pro paruo ducentes superciliose pronunciaturi sint, potuisse his Rempub. carere. Quibus nihil nunc aliud regeremus, nisi hoc, ipsorum quoque supercilio fortasse rempub. carere posse: deinde plus valere apud nos aliorum censuram, paulo quam sint ipsi, sapientiorum virorum, quibus aliter quam ipsis videri solet. Vale, & coeptis faue. Altorfii Mense Ianuario Anni M. DC. IX. quem tibi felicissimum precor & voueo.





LEGVM NOVELLARVM DIVI THEODOSII A.

LIBER I.

De Theodosiani Codicis auctoritate. Tit. I.

1. Impp. Theodosivs & Valentinianus AA. Florentio PF. P. Orientis. (a)



SÆPE nostra clementia dubitauit, quæ causa faceret, vt, tantis propositis præmiis, quibus artes & studia nutriuntur, tam pauci, raroque (b) extiterint, qui plena (c) iuris ciuilis scientia ditarentur, & in tanto lucubrationum tristi pallore, vix vnus aut (d) alter receperit soliditatem perfectæ doctrinæ. Quod nequaquam vlterius sedula ambiguitate (e) tractetur, si copia immensa (f) librorum, si actionum diuersitas, difficultasque causarum animis nostris occurrat, si denique moles Constitutionum Diualium, quæ velut subtraksæ (g) demersæ caliginis (h) & obscuritatis vallo sui notitiam humanis ingeniis interclusit: verum exegimus (i) negotium temporis nostri, (k) &, discussis tenebris compendio breuitatis, lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus, exploratæ fidei, famosæ doctrinæ, quibus delegata (l) causa ciuilis officii, purgata interpretatione retro (m) Principum scita (n) vulgauimus, ne Iurisperitorum vlterius seuericate mentita, dissimulata scientia, (o) velut ab ipsis adytis (p) expectarentur formidanda responsa, cum liquido pateat, (q) quo pondere donatio deferatur, (r) qua actione petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur, (s) vt certum vel incertum debitum sit exigendum. Quæ singula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta sunt, splendore numinis (t) nostri radiante. Nec paruum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus diuina sensa pectoris nostri mandauimus. Etenim si recte mentis acie futura prospicimus, ad posteros vsque deuenient (u) laboris nostri consortio. *Quamobrem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium ætates attritæ sunt, compendiosam Diualium Constitutionum scientiam ex D. Constantini temporibus roboramus*, nulli (x post Kal. Ian. concessa licentia, ad forum & (y) quotidianas aduocationes ius principale deferre, vel litis instrumenta componere, *nisi ex his videlicet libris, qui in nostri nominis vocabulum transierunt, & sacris habentur in scriniis.* (z) Quanquam nulli retro Principum æternitas sua detracta est, nullius latoris occidit nomen, (aa) imo lucis gratia mutati, (bb) claritudine (cc) consultorum (dd) Augusta nobiscum (ee) societate iunguntur. Manet igitur, manebitque perpetuo (ff) elimata gloria conditorum, *nec in nostrum titulum demigrabit*, (gg) *nisi lux sola breuitatis.* Et quamuis nostris auspiciis totius operis instauratio deberetur, attamen magis imperatorium, magisque credidimus (hh) gloriosum, si fugata inuidia, *perennitatis iure memoria remaneret auctorum. Nobis ad fructum* (ii) *bonæ conscientiæ abundeque sufficit*, (kk) *reuelatis legibus, inuenta maiorum obscuritatis* (ll) *iniuria vindicasse.* His adiicimus, nullam Constitutionum in posterum, velut latam in partibus Occidentis, alioue in loco ab inuictissimo Principe, filio (mm) nostræ clementiæ, perpetuo Augusto Valentiniano posse proferri, vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem diuina pragmatica (nn) nostris mentibus intimetur. Quod obseruare necesse est in his etiam, quæ per Orientem nobis auctoribus promulgantur: falsitatis nota damnandis, quæ ex tempore definito

Theodosiano non referuntur *in Codice: Exceptis his quæ habentur apud militum ſancta Principia,* (oo) *vel de titulis* (pp) *publicis expenſarum, aliarumque rerum gratia, quæ in regeſtis* (qq) *diuerſorum officiorum relata ſunt.* Longum eſt memorare, quid in huius conſummationem negotii contulerit (rr) vigiliis ſuis *Antiochus*, (ss) cuncta ſublimis ex Præfecto & Conſule: Quid *Maximinus*, (tt) vir illuſtris (vv) Exquæſtore (xx) noſtri Palatii, eminens omni genere literarum: Quid *Martyrus*, vir illuſtris, Comes & Quæſtor, noſtræ clementiæ fidus interpres: Quid etiam *Sperantius*, *Apollodorus*, *Theodorus* viri ſpectabiles, (yy) Comites ſacri noſtri Conſiſtorii: (zz) Quid *Epigenius* (*a*) vir ſpectabilis, Comes & magiſter memoriæ: (*b*) Quid *Procopius* vir ſpectabilis, (*c*) Comes Exmagiſtro libellorum, (*d*) iure omnibus veteribus comparandi? Quod reſtat, Florenti, Parens Kariſſime & amantiſſime. (*e*) Illuſt. & magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare eſt, placere Principibus, Edictis propoſitis in omnium populorum, in omnium prouinciarum notitiam ſcita maieſtatis Auguſtæ noſtræ faciat peruenire. Dat. xv. Kal. Martii, (*f*) Conſtantinopoli, Theodoſio Auguſt. xv. (*g*) & qui fuerit nunciatus. [438]

INTERPRETATIO. *Hæc lex dicit, vt Theodoſiani Codicis auctoritas omni firmitate ſubſiſtat.*

(a) FLORENTIVS fuit PP. Orientis *A. D.* 438. ſucceſſitque Dario, qui anno ſuperiore in Oriente Præfecturam geſſit. Conſule *Proſopograph. voc. Florentius*, & *Darius*, & *Prolegomena ad Cod. p.* 213. Laudes eius decantat ipſe Theodoſius *Nouell. 18. infr. de lenonib.* & mentio eius quoque fit *Nouell. 33. infr.* Patronus hic fuit fidei catholicæ, adfuitque non tantum Theodoſio in Concilio Conſtantinopolitano, in quo eius potiſſimum opera Eutyches latens detectus eſt, ſed & cum Marciano A. præſto fuit Concilio Chalcedonenſi, vt docent Acta illorum Conciliorum, apud Baronium *Tom. VI. ad an. 448. pag. 62. 63. & Tom. II. Concil. Harduin. Act. 1. Concil. Chalcedonenſ. p. 54.* vbi dicitur, *μεγαλοπρεπέςατος καὶ ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων, καὶ πατρικίων Φλωρέντιος, magnificentiſſimus & glorioſiſſimus Expræfectus prætorio, exconſul, & patricius Florentius.* Adde *pag. 167.* & *pag. 171.* Quo loco, *ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως, καὶ ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίȣ τὸ ἕκτον, Expræfectus vrbis, & expræfectus Prætorio ſexies*, appellatur. *Φλάυιον Φλωρέντιον* dici in eodem Concilio Relandus ſcripſit *in Faſt. ad an. 429.* quod prænomen ego non reperio. *Florentinum* autem non tantum Concilii laudati, interpretes, obſeruante Harduino, & Codex Goth. male nominant, ſed & ita edidit Rittershuſius in Nouellarum Editione.

(b) *Rarique*, Edit. Lugd. in f. 1566. & in 4. 1593. *carique* Rittershuſ. lectionem autem Edition. Paris. non tantum confirmat Sichardus, qui optimis vſus eſt Codicibus, ſed & MSS. Wurtzb. Ottobon. & Goth. Atque ita vitatur ταυτολογία.

(c) *Pleno*, MS. W. & Editiones Pariſ. an. 1586. 1607. *Plene* Sichard. reliquæ *plena*, quæ lectio ſana eſt.

(d) *Vnus ab altero reciperet*, MS. G.

(e) *Quod nequaquam vlterius ſedula ambiguitate tractetur.* Senſus verborum eſt: Quod ne vllo modo ſedula vlterius tractetur, ſiue agatur, ambiguitate, in tanta librorum copia, in actionum diuerſitate &c. verum exegimus negotium temporis noſtri, compendio breuitatis lumen legibus dando. *Sedula ambiguitas*, eſt ambigua ſedulitas, qua nihil efficitur, nil expeditur, vt e ſuperioribus patet. Nempe cauſa hæc fuit, quare ſtudioſi iuris in tanto lucubrationum pallore nil proficiebant, neque ad plenam iuris ſcientiam perueniebant, quod immenſa copia librorum, infinita actionum diuerſitas erat. Ne itaque vlterius iura ſine profectu laborioſe tractarentur, conſilium Codicis conficiendi cepit. *Nequaquam* ita, vti fecimus, explicari poſſe, non dubitabit, qui etiam *nequicquam*, pro, ne vllam rem, & *quaquam* ſeparatim dici, meminerit. Res e Lexicis diſci poteſt. Ceterum, ſi quis malit *ut* intelligere, non repugnem.

(f) *Inmiſſa* MSS. Wurtzb. & Ottobon. Cæterum illa immenſa librorum copia fraudibus quoque dedit occaſionem: MARCELLINVS enim Iuriſperitos ſui temporis deſcribens *lib. 30. c. 4. Hi vt altius*, inquit, *videantur iura callere, Trebatium loquuntur & Caſcellium, & Alfenum, & Auruncorum Sicanorumque iam diu leges ignotas, cum Euandri matre abhinc ſeculis obrutas multis. Et ſi voluntate matrem finxeris tuam occidiſſe, multas tibi ſuffragari abſolutionem lectiones reconditas, pollicentur, ſi te ſenſerint eſſe nummatum.* Verum etiam, quod mireris, in tanta librorum copia, fuere nonnulli, immature e ludis literariis erumpentes, qui eam in ventrem ſumpſerunt confidentiam, ut ſine omni librorum conſtitutionumque Diualium apparatu, cauſas in foro agere non erubuerint, & cum ad inopiam muniendarum venerint allegationum, ad effrenatam deflexerint conuiciandi licentiam. *E quibus*, inquit laudatus Marcellinus l. c. *ita ſunt rudes nonnulli, ut nunquam ſe Codices habuiſſe meminerint; & ſi in circulo doctorum, auctoris veteris inciderit nomen, piſcis aut edulii peregrinum eſſe vocabulum arbitrantur.*

(g) *Suppreſſa* Edit. Lugdunenſes & MS. Goth. *ſub craſſo*, Edit. Sichard. *ſub craſſa*, MSS. Ottobon. & Wurtzb. Placuit lectio, quam in textum recepimus, Viro docto inter Belgas, qui in *Miſcellan. Obſeruat. Volum. IV. Tom. I. pag. 154.* conſtitutioni huic nouellæ, lucem, eruditis animaduerſionibus, affundere voluit: Sed in fine periodi pro *interclusit*, emendandum eſſe ex ſcripturæ compendio, *intercluſerunt*, cenſuit, reſpiciens ad Conſtitutiones diuales. Senſus quidem ita planus eſſet: nimirum conſtitutiones, quæ demerſæ erant ſubcraſſæ caliginis & obſcuritatis vallo, ſui notitiam humanis denegarunt ingeniis. Verum *ſubcraſſus* eſt infrequens, licet non abhorreat ab analogia, cum *ſubcraſſulus* occurrat apud CAPITOLINVM, qui *in Gordianis c. 6.* Gordianum *corporis qualitate ſubcraſſulum* fuiſſe, ſcriptum reliquit: deinde ex ſcripturæ compendio pro *interclusit*, vix reſtitui poteſt, *intercluſerunt*; acce-

accedit tandem, Quæstorem, qui iussu Theodosii scripsit hanc constitutionem, dum similitudine vti voluit, non respicere ad constitutiones principum potuisse, sed animo sibi concepisse *molem* terræ, ex qua vallum erigitur. Certe, si quid video, Quæstori fuere in animo, illa Virgilii *Æn. VI. v. 276.*

Pandere res alta terra & caligine mersas.

rescribendumque hic, *moles constitutionum diualium, quæ velut subcrassæ demersa caliginis & obscuritatis vallo, sui notitiam interclusit.* Innuit enim Theodosius, Constitutionum diualium molem, velut sub vallo crassæ caliginis & obscuritatis demersam, & in paucissimorum manibus esse Principum Edicta, Rescripta, Decreta, quorum tamen auctoritas & utilitas in foro maxima. Huc facit adductus paulo ante Ammiani locus, ex quo intelligimus, constitutionum collectiones fuisse adeo raras, ut & causarum patroni fuerint, qui nunquam meminerint, se Codices habuisse.

(h) *Et* abest a MS. Wurtzb.

(i) *Verum exegimus negotium.* Ita legunt Editiones Parisin. In MSS. Ottobon. Wurtzb. Goth. & impressis libris reliquis est, *verum egimus negotium.* Elegans est lectio prior: *exigere* enim notat absoluere, perficere, estque statuariorum verbum, quando imaginem absolutam, exactam nominabant. Vide *Lexicon Symmachian.* Hinc Horatius *lib. 3. carm. 30. Exegi monumentum ære perennius.* Ouidius *Remed. amor. v. 811. Hoc opus exegi.* Et *Metamorphos. XV v. 871 Iamque opus exegi.* Plura exempla Lexica suppeditabunt. *Verum negotium temporis nostri*, est negotium, quod decet felicia Theodosii tempora, quod vere & recte hoc tempore exigitur, quod vere aptum huic Seculo.

(k) *Temporis nostri.* Solebant Principes gloriari temporum suorum, seculique sui felicitate, & detestari ea omnia, solemnibus formulis, quæ tempori, quo residebant ad reipublicæ gubernacula, dedecus labemque afferre poterant. Huc pertinent illa *l. 2. Cod. Iust. ne fiscus vel Respubl. Temporum meorum disciplina non patitur*, & *l. 3. eod. Abhorret a seculo nostro*, *L. vlt. Cod. eod. de sepulcr. violat. init. Cum sit iniustum & nostris alienum temporibus.* Collegit alia Brissonius *de formul. lib. 3. n. 38.* cui adde Plinii *Epist. 1. 34. 46. lib. 10.* Vide etiam Commentarium *ad l. 1. Cod. Theodos. si quis Imperat. maledixerit.* Symmachus ad Theodosium *lib. 10. ep. 56. Dignum est diuina vestrorum temporum felicitate.* Famæ quoque temporis, seu seculi, Iudices probi amantissimos se profitentur, Symmachus laudatus *lib. 10. ep. 55. in fin. Documenta subtexui, præsumens bonis, placitura principibus, quæ secundum leges, pro fama temporum iudicaui.* Idem *Epistol. 48 lib. cit. init. Qui ad amplissimos honorum gradus prouehimur, summo studio debemus eniti, ut famam seculi tueamur.* Ideo etiam Principes legitimi, ea tempora, quibus tyranni in quadam orbis Romani parte, summam rerum tenuerunt, *tempora scæua, infausta* appellant, ac si non fuissent, æstimari iubent, *l. 2. de indulgent. crimin. l. 9. de infirmand. his quæ sub tyrannis.* Ex his lucem fænerantur illa, *Nouella 3. Theodos. de Iudæis Samaritan. Heret. Ne ferales sectæ, immemores nostri seculi, licentius euagentur.* Vir Doctus etiam in *Constit. Iustinian. de confirmat. D. ad Senatum & omnes populos, §. 19.* ibi, *Gratias amplissimas agite summæ diuinitati, quæ vestris temporibus tam saluberrimum opus seruauit: quo enim antiquitas digna diuino non est visa iudicio, hoc Vestris indultum est temporibus*, rescribendum esse *Nostris temporibus*, auctoritate nonnullarum editionum, censet. Verum illa emendatio & repugnat MS. Florent. & ipsi Inscriptioni constitutionis, quæ *ad omnes* populos data est.

(l) *Delegata causa ciuilis officii.* MSS. W. & Ottobon. *delegamus causas.* Elegans lectio, qua significat princeps, elegisse se in Codice adornando, viros, quibus ciuilia delegata fuerant officia, id est, qui vel iudicia exercuerant, vel in iudiciis causas perorauerant. Plinius *lib. 4. Epist. 24. Illum ciuilibus officiis principis amicitia exemit.* Orator forensis apud Quintilianum *declamat. 283. Sed non necesse habeo iudices, diu commendare vobis officia ciuilia, in quibus iam diu satisfeci.* His autem optime perspectum erat, quæ principum constitutiones maxime insignem in foro præstare possent utilitatem. Certe olim Hadrianus negotium concinnandi Edicti perpetui ideo Saluio Iuliano dedit, quod is Præturam gerebat, & in iure dicundo, supplendo, corrigendo, erat occupatus. Vide Cl. Heineccii *dissertat. de Saluio Iulian.* Gothofredus *in Prolegomen. cap. 1. §. 8. Ciuile officium* hoc loco esse legum & legislationis repurgationem censuit, ad differentiam officii militaris & bellici. Ita apud Quintilianum *declamat. 268.* legimus, *militiane vtilis, an ciuilibus officiis.* Proba est illa interpretatio: neque enim temere recedendum a vulgata lectione.

(m) *Retro Principum*, id est, Principum anteriorum. Ita & infr. *nulli retro Principum*, & sæpe in Cod. Theodos. & in Cod. Iust. Vide *Glossarium Cod. Theodos.* & Brissonium *de V. S.*

(n) *Scientia*, MS. W. & Ottobon, *Scientiam*, Sichard. & MS. Goth. Recte *scita*, id est, constitutiones. Glossæ Cyrill. *Scitum*, δόγμα, θέσπισμα. L. 12. de re militar. *necessaria scita*, L. 14 quorum appellat. *Aliis quoque scitis clemens conditor explanauit.* Consule *Paratitlon de Constitut. Princip.* Cæterum Theodosius ait, *vulgauimus scita interpretatione purgata*, ex quibus intelligimus, solitos fuisse Ictos Constitutiones Principales interpretari, easque interpretationes sensim in foro iudiciisque, maiorem, quam ipsa Principum Edicta, obtinuisse auctoritatem. Scita igitur Principum, reiectis interpretationibus, in lucem edere publicam Theodosius A. voluit, ut & iudices, & causarum patroni, & litigantes de voluntate Principum fierent certiores, neque a Iurisperitis, expectarent responsa. Certe iam olim *Dicta Prudentium* tantum potuere, teste Cassiodoro in formula Comitiuæ priuatarum *VI. Var. 8.* ut abusiue iudicium appellatum sit, ubi allegata ea non fuerant. Consule Commentarium *ad tit. de Respons. Prudent.* Apud eos postea, qui sub Gothorum imperio, lege tamen Romana viuebant, legum romanarum interpretationes, quas vulgo Aniano tribuimus, maioris fuere pretii, ipsis constitutionibus, quod non tantum Sichardina docet editio, in qua omissis legibus, solæ aliquando apparent interpretationes, sed obseruaui quoque in MSS. W. & Goth. maiorem interpretationibus, quam legibus, librarios curam adhibuisse. Fidem dictis maximam faciet Breuiarium Legum Roman. Guelferbytanum, de quo *in præfat. ad Tom. I. Codicis Theodos.* cuius auctor solius interpretationis rationem habuit. Apud Græcos, post Iustiniani tempora, Iuris interpretum, siue Magistrorum auctoritatem non tantum testantur βασιλικῶν libri, verum etiam ex Constant. Harmenopuli *Præfat. in leges*, intelligimus, τὰ Ῥωμαϊκά, (id est, ut ego interpretor, leges latino sermone conscriptæ, veteres populi romani mores, consuetudines, antiquitates, ad legum intelligentiam facientes) κατ' ἐξοχήν, Magistri nomine venisse.

Ita enim intelligenda sunt verba HARMENOPVLI: μεθ᾽ ὧν εισι καὶ τὰ Ρωμαικὰ τε Μαγίςρε λεγόμενα, καὶ τὰ ἐπαρχικά τε, καὶ τῶν προχείρων τὰ κάλλιςα. Non vidit hoc SVALLEMBERGIVS *in præfatione ad Harmenopul.* quamuis notauerit, Magistrum Veterum tantum ICtorum responsa, interpretatum esse. Cum Ius Romanum tandem in Italiam quasi postliminio rediisset, bone DEus, quanta in illa temporum caligine barbarieque, ICtorum, siue Glossatorum auctoritas. Neminem fugiunt illa RAPHAELIS FVLGOSII *in lib. 6. Cod. de obligat. & actionib. Nostis quanta sit auctoritas Glossatoris.* Et paullo post: *Sicut antiqui adorabant idola pro diis, ita aduocati adorant Glossatores pro Euangelistis. Volo enim pro me potius Glossatorem, quam textum.*

(o) *Seueritate mentita, dissimulata scientia.* AMMIANVS *lib. 30. c. 4.* de Iurisperitis: *Velut vinculis ori impositis reticentes, iugi silentio umbrarum sunt similes propriarum. Hi velut fata natalitia præmonstrantes, aut Sibyllæ oraculorum interpretes, vultus grauitate ad habitum composita tristiorem, ipsum venditant, quod oscitantur.*

(p) *Velut ab ipsis adytis.* VIRGILIVS *Æn. II. v. 115.*

Scitatum oracula Phœbi

Mittimus, isque adytis hæc tristia dicta reportat.

vbi consule SERVIVM. CICERO *de Orator. lib. 1. cap. 45. Est sine dubio domus Iurisconsulti, totius oraculum ciuitatis.* Adde *orationem pro Muræna.*

(q) *Pateat.* MS. Goth. *appareat.*

(r) *Deferatur.* Edit. Sichard. *differatur.*

(s) *Colligatur.* Ita MSS. & editi omnes: Gothofredus autem edidit *colligetur.* Et licet ignoremus, utrum id fecerit, auctoritate veteris libri, an coniectura ductus, præferenda tamen omnino est hæc lectio. *Colligere stipulationem verbis*, non occurrit, sed *colligare verbis*, dixit Ulpianus *l. 8. §. 3. D. de acceptilatione. Acceptum fieri non potest, quod verbis colligatum est.*

(t) *Luminis*, MSS. Ottobon. & W. *Nominis* MS. Goth. & Sichard. Præterea in Cod. W. verba ita transposita sunt: *Luminis nostri radiante splendore.* Peruagatum quidem est, Imperatores *Numinis* appellatione fuisse honoratos, idemque nomen in rescriptis sibi arrogasse, ut post BRISSONIVM *de V. S.* docuit etiam GOTHOFREDVS *Commentar. ad leg. vlt. de pactis*, IVRETVS *ad Symmach. lib. X. ep. 16.* sed hoc loco mallem legere *luminis nostri*, cum alluserit sine dubio Quæstor ad antecedentia illa, *lucemque deducta*, & notum sit, Principes *Lumina Reipublicæ*, apud varios auctores appellari.

(v) *Peruenient*, MS. Goth.

(x) *Nihil post*, MSS. W. Ottobon. Goth. *Nulla post*, Editiones Lugdunens. & Sichardin.

(y) *Vel*, MS. Goth. & unus ex Sichard. Codicibus.

(z) *Sacris habentur in scriniis.* SIDONIVS *Carm. V. 570.*

Quid loquar hic illum, qui scrinia sacra gubernat.

SYMMACHVS *lib. 1. ep. 83 Sacris scriniis apta.* IDEM *lib. 10. ep. 37. Perennitatis scrinia*, & *ep. 46. eod. lib. augusta scrinia*, vocat. Consule ibi IVRETVM, & *Paratitlon de Proxim. Comit. dispo-sit. cæterisque, qui in sacris scriniis militant.* Est autem *scrinium*, ut recte dixit Papias, *scriptorum publicorum reconditio.* GLOSSÆ *Βασιλικῶν*: σκρίνια γὰρ αἱ ἄρκλαι, σκρίνιον δὲ δρυφρακτικὴν κάρνακα καλεσι Ρωμαῖοι. Et in sacris his Principis scriniis custodiebantur omnia monumenta literaria, ad imperii administrationem, ius publicum, priuatumque pertinentia. De quatuor scriniis palatinis, *Memoriæ*, *Libellorum*, *Dispositionum*, *Epistolarum*, consule NOTITIAM IMP. *in Notit. Magistri Scrinior.* SALMASIVM *ad Lampridium in Vit. Alexandr. Seuer. cap. 31.* GVTHERIVM *de Off. dom. Aug. lib. 3. c. 3. 4. 5. 6.* COMMENTARIVM *ad leg. vn. de magistris scrinior.* PARATITLON *de Proxim. Comit. disposit.* COMMENTARIVM *ad leg. 1. eiusd. titul.* & DV FRESNE *in Glossar. latin.* Cæterum hæc ipsa Nouellæ huius verba mirifice illustrat Honorii *lex 19. Cod. Iust. de testament.* ante viginti quinque annos lata, ibi: *& toto iure, (quod in nostris est scriniis constitutum,) teste succedit.*

(aa) *Nullius latoris occidit nomen.* SYMMACHVS *lib. 2. ep. 13.* Theodosium M. propter leges latas, commendans; *Frigent iamdiu*, inquit, *apud homines criminosos vetera decreta, quorum vigor cum latoribus suis occidit.*

(bb) *Lucis gratia mutati.* MSS W. Ottob. & Goth. *lucis gratiam mutati.* Hæc sensu omnino carent: sed facillime medelam facere iis possumus inspecta Editione Sichardi: Is enim ex antiquo Codice, quo usus est, edidit, *lucis gratiam mutuati.* Ita omnia plana sunt Quæstor enim, legem concipiens, respexit ad antecedens *occidere*, & id innuere voluit; Principum, qui leges promulgarunt, nomina non interiisse, sed ipsos Principes Theodosii A. opera, quasi continuo viuere, & esse συμβασιλεύοντας. *Lux* hic non indigitat nominis famam, aut conditionis claritatem, qua Principes Theodosio anteriores non egent, sed Vitam, & *lucis gratia*, est *vita dulcedo, suauitas*, quam *lucis gratiam* Principes Legum latores, qui *occiderant* dudum, ut Symmachus ait, id est mortui erant, a Theodosio viuente & imperante, quasi *mutuati* sunt, & facti sunt συμβασιλεύοντες, id enim volunt sequentia, *augusta nobiscum societate iunguntur*, cum eorum Constitutiones, eadem, qua viuentis Theodosii, auctoritate, in foris, regnent & imperent. *Lucem* vitam denotare & *gratiam* suauitatem ac dulcedinem, possunt Lexica docere, nec operæ pretium fuerit, cumulare loca.

(cc) *Claritate* MS. Goth.

(dd) *Consultorum.* Tentauit nonnemo *conditorum*, quia *consultorum* nomine iurisperiti intelligi soleant, ut docent loca apud Brissonium *de V. S.* Sed recte obseruauit Doctissimus Vir *Vol. IV. Tom. 2 Obseruat. Miscellan. pag. 274.* per *consulta* hic Principum Decreta & rescripta intelligi. Probat id locus VOPISCI *Vit. Taciti cap. 7. Qui hactenus sententiis suis Rempublicam iuuit, nunc iuuet iussis atque consultis*: & *l. 23. Cod. Iust. de testament.* qua constitutiones, *consulta diualia*, appellantur.

(ee) *Nobiscum.* MSS. Ottobon. & Wurtzb. *nobis*, elegantius.

(ff) *Perpetuo.* Gothofred. & Rittershus. edidere, *pro perpetuo.*

(gg) *In nostrum titulum demigrabit.* MSS. Ottobon. Wurtzb. & G. *demigrauit*, accuratius. Sæpe enim a librariis *b* & *u* confundi notum est. *In nostrum titulum demigrauit*, idem est ac, nobis vindicauimus. Nempe Principis solius olim erat, *titulos*, σανίδας βασιλικὰς, *Nouell. Iustinian. 28. c. 5* Γραπτὰς σανίδας, AGATHIAS *lib. V. pag. 103. Edit. Venet. inter Script. R. B.* tabulas nomine Principis inscriptas, prædiis apponere, ut omnes intelligere possent, pertinere ea, ad rem priuatam. Hinc *Sacri* dicuntur *tituli*, apud SYMMACHVM *lib. 5. ep. 54.* ubi consule IVRETVM,

& varia huc pertinentia repete ex *Commentario ad leg. 11. de bonis proscriptor.* Deinde prædiis, ad fiscum delatis, *tituli* sic imponebantur, eratque *titulus* ille, σήμαντρον, ut CHRYSOSTOMVS appellat *ad popul. Antiochen. homil. 13. num. 2. pag. 136. Edit. Benedictin. Tom. II.* bona eorum, qui sub hoste egerant, qui proscripti fuerant, maiestatis læsæ reorum, item bona vacantia atque caduca, & quæ, Christianis Principibus ad reipublicæ gubernacula residentibus, olim fuerant iuris templorum, patrimonio principis aggreganda esse. Hinc SYMMACHVS scribit *l. c. sacros titulos responsa minitantur.* CASSIODORVS *IV. 14. Casas eius appositis titulis fisci nostri iuribus vindicabis.* Imo GREGORIVS M. *lib. 1. ep. 63.* dixit *titulare* simpliciter, id est, fisco addicere, appositis titulis. Vide alia in *Commentario ad leg. 1.* de *incorporat.* & apud DV FRESNE *in Glossario vtroque voc. titulus, titulare, titulatio,* τίτλος. Ex his iam intelligimus, quid sit *in titulum demigrare.*

(hh) *Credidimus.* MSS. Ottobon. & Goth. & Edit. Rittershus. *credimus.*

(ii) *Nobis ad fructum.* MS W. *Ad fructum nobis.*

(kk) *Abundeque sufficit.* MS. W. *abundaque sufficiet,* MS. Ottobon. *abundeque sufficiet,* Sichard. *sufficeret,* Rittershus. *satis abundeque sufficit.*

(ll) *Obscuritatis.* Rittershus. Edit. *ab obscuritatis.*

(mm) *Filio nostræ clementiæ.* Consule *Prolegomena cap. 1. §. 3.* & ea, quæ ad Inscriptionem *Nouellæ 2 sequent.* diximus. Ex his autem apparet, communicata fuisse cum Valentiniano III de edendo Codice consilia, & Occidentis Augustum e scriniis quoque suis dedisse octo viris constitutiones suas, ut Codici eas insererent.

(nn) *Diuina Pragmatica, nostris mentibus intimetur.* Diuina Pragmatica *Nouell. 13. Valentinian. de confirmat. Legum Nouellar. Theodos.* appellatur *sacra præceptio*, ibi: *Leges a se post Codicem nominis sui latas, nuper ad nos, sicut repetitis constitutionibus cauerat, prosequente Sacra præceptione, direxit.*

( ) *Sancta Principia.* GOTHOFREDVS & RITTERSHVS. edidere, *Sancta principis*, & ita etiam legimus in Edit. Lugdunens. an. 1593. impressæ reliquæ omnes habent, *sancta principia*, quam lectionem confirmant MSS. Ottobon. & Goth. in Codice W. autem est, *sancta principium.* Sed optime editum *sancta principia.* Bene enim obseruauit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 2. de veteran.* Principia in re militari fuisse, quod in re ciuili Prætoria & Secretaria Iudicum. Præfecti & tribuni militum in principiis ius dixere, audieruntque commilitonum querelas, vt docet *l. 12. D. de re militar.* In principiis igitur his, leges quoque & principum constitutiones, quæ ad rem spectabant militarem, erant seruandæ, & maxime probabilis est Gothofredi coniectura, ex principiorum scriniis depromptam esse supra laudatam *l. 2. Codic. Theodos. de veteran.* cum illa bene longam, actorum in principiis militaribus, seriem contineat. Imo non tantum scriptum, sed &, quod consuetudine aut vsu introductum fuerat ius inter milites, principiorum scrinia continuerunt, vt probat *l. ult. Cod. Iust. quæ sit longa consuetudo*, ibi: *& quod principiis, vel collegiis præstitutum fuisse, cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere statuimus.* Cum his principiis tamen non confundenda sunt *deuotissima principia l. 16. Cod. Iust. de erogat. militar. annon.* §. 1. eo enim loco, principia dicuntur principes milites, ex quibus principia constabant. Hinc *principiorum nomina* apud VEGETIVM *lib. 2. c. 7.* & *missa principia*, apud FRONTINVM *l. 2. c. 5.* apud AMMIANVM *lib. 22. c. 3. Legionum principia*, & *lib 25. c. 5. aduocata legionum principia*, & *lib. 28 extr. numerorum principia.* Huc etiam trahit Vir doctus, qui Brissonii librum *de V. S.* auxit, locum POLLIONIS *in Regilliano: Cum mane processisset, a principiis Imperator est salutatus*, redarguens Gothofredum, qui principia proprie dicta, ibidem intellexit; at enim vero dissimulandum non erat, ingenue falsum esse Codicis Theodosiani interpretem, Virum Doctum Salmasium, principia, pro principibus militibus accepisse. *Sancta* autem *principia* dicuntur, prisco more, quod eo loco aquilæ, & signa, id est, dii militares seruabantur, & aræ atque altaria extructa erant. TACITVS *Annal. 1. c. 39. Illic signa & aquilam amplexus, religione sese tutabatur: ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani, Romanis in castris, sanguine suo altaria Deum commaculauisset.* Hinc etiam QVINTILIANVS *pro milite declamat. 3.* sententiam ex hac sanctitate petit: *Sed neque hoc Mars parens, nec signa militaria, aquilæque victrices sinant, vt tua quoque sententia quisquam vir, & Romanus, & miles, nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est.* Allusit etiam ad hunc morem STATIVS *lib. 10. Thebaid. v 176*

Ventum ad concilii penetrale domumque verendam
Signorum.

ut obseruauit CL. LIPSIVS *in not. ad Tacit. Histor. lib. 1. cap. 48* Adi eundem *de militia Rom. lib 5. dial 4.* STEWECHIVM *ad Veget. lib 1. cap. 20. lib. 2. cap 7.* BRISSONIVM *de V. S.* SALMASIVM *ad locum Pollionis citat.* & ad *Vopisci Bonosum init.* BERNEGGERVM *ad Iustin lib 11. cap. 6.* GRONOVIVM *Obseruat. IV. cap. 10.* CVPERVM *Obseruat. IV. cap. 19.* DV FRESNE *in Glossar. Principium* male interpretatur *palatium principis*, prouocans ad TERTVLLIANVM *de corona cap. 12.* ibi: *Ecce annua votorum nuncupatio, quid videtur? Prima in principiis, secunda in capitoliis*, verum omnes vident, hic principia proprie sic dicta intelligenda esse. Vir Doctus *in obseruat. miscellan.* malebat locum hunc ita restituere: *Quæ habentur apud militum sancita principem.* Scio *sancta* & *sancita* idem significare, & commutari etiam in multis libris: est præterea frequentissima mentio *Principis*, non modo in Notitia Imperii, sed & in legibus Codicis Theodosiani. Enimuero *Princeps* ille non *militum*, sed *officii* militaris Princeps fuit, atque de eo agitur *l 1. de principib. agent in reb.* & titulo *de cohortalibus, principibus cornicular.* &c. & hunc quoque intellexit PANCIROLVS *in Not. Orient. cap. 41.* neque de eius, sed de numerarii officio, disputauit ex Vegetio *lib. 2. cap. 19.* Audit autem hic *Princeps* κατ' ἐξοχὴν, *Princeps officii*, apud SYMMACHVM *lib. 10. ep. 36.* Notitia Præf. Prætor. Orient. *Officium Viri illustris Præf Prætor. Orient. Princeps, Cornicularius, &c.* Notitia Viri illustris Magistri militum præsentalis, *Habet autem dignitates infra scriptas, Principem, Numerarios duos Commentariensem, &c.* Principes autem hi apud Præfectos Prætorio & Magistros militum eo fungebantur officio, vt causas militum coram Præfectis Magistrisque motas instruerent & exequerentur, quod post PANCIROLVM *l. c.* docuit etiam Gothofredus *Commentar. ad leg. 1. de agent.* Paratitlo *de cohortal.* & *ad leg. 10. eius tit.* verum scrinia hos Principes curasse, & in iis seruasse ea omnia, quæ ad officium Præfecti militum pertinentia, constituissent Imperatores, quod Vir Doctus putat, nullibi lego, imo contrarium docet Notitia Imperii, quæ in officio Præfectorum & Magistrorum militum recenset, *Adiutores, Exceptores, Primiscrinios, Scriniarios.* Hæc fidem faciunt, Theodosium A hic non intellexisse *Principem Officii* militaris, qui custos rescriptorum, quæ ad rem militarem spectabant, fuerit,

fuerit, sed innuisse ipsa sancta principia militum, quod maxime etiam confirmat laudata supra *l. ult. Cod. Iust. quæ sit longa consuetudo*, & Iustinianus *Constitut. de Codice confirmando ad Mennam PP.* §. 4. *Sed & si qua regesta in tui culminis iudicio, vel in aliis iudiciis ciuilibus vel militaribus, vel apud principia numerorum, pro publicis expensis, vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus posita sunt: ea etiam, prout communis rei commoditas exigit, firma esse censemus.* Denique *Princeps officii*, neque in Principum constitutionibus, neque apud auctores huius æui, audit *Princeps militum.* Ego certe multo minori opera defenderem lectionem MS. W. *apud militum sancta principium*, nisi mihi persuaderem, facile omnes intelligere, vulgatam tantum recipiendam esse.

(pp) *De titulis publicis expensarum &c.* Ita Iustinianus Theodosii exemplo *Constit. de nouo Cod. fac.* supra laudata, §. 4. *Pro publicis expensis, vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus, posita sunt.* Quid tituli sint, docet *Gl. ssar. Theodos.* Forte hic *tituli publici expensarum* sunt publicæ præstationes & illationes annonarum militarium, quarum cura pertinebat ad Præfectos Prætorio, quod clarum est ex *l. 22. de annon. & tribut.* Tituli enim alii pertinebant ad curam Comitum S. L. & R. P. & illationes siue præstationes inferebantur in eorum scrinia: & huc pertinere puto sequentia, *aliarumque rerum*, & designare Theodosium hoc loco, primo ius militibus proprium, & in principiis reconditum, secundo titulos expensarum, siue annonæ militaris, & tandem titulos publicos aliarum rerum, siue præstationes omnes publicas. Vti autem militibus propriæ consuetudines, jus proprium a communi recedens, ita & apud hos, quibus incumbebat cura titulorum publicorum, consuetudinis erat vis maxima, cum difficillimum esset, omnia ad publicas præstationes pertinentia, legibus definire.

(qq) *In regestis relata sunt.* Huius æui scriptores præpositionem *in*, etiam quando ad locum significat, cum auferendi casu jungunt; exempla collegit IVRETVS ad Symmachum *lib. 5. ep. 86.* & GIFANIVS *in Indice Lucretian.* *Regesta* autem dicuntur libri, siue indices, in quos quicquid actum esset, referebatur, fuereque singulis officiis eiusmodi Codices, memoriæ vtilitatisque publicæ caussa confecti, de quibus satis dictum est in *Glossar. voc. regestum.* Cæterum pro *relata*, MS. Ottobon. habet, *relaxata.*

(rr) *Contulerit vigiliis suis. Cogitauerint* MS. Goth. *cogitauerit*, Sichard.

(ss) *Antiochus cuncta sublimis ex Præfecto & Consule.* Antiochus gessit Præfecturam Prætor. Orientis an. D. 427. ut patet ex *l. 2. Cod. Iust. de officio eius, qui vicem alterius iudicis.* A. D. 430. *leg. 6. de conlat. donatar.* A. D. 431. *l. 4. de his qui ad eccles. confug.* vbi in inscriptione constitutionis græcæ dicitur, μεγαλοπρεπέστατος ἔπαρχος καὶ ὕπατος; prodiit enim hoc anno Consul in Oriente cum Basso, vide *Chronologiam*, PAGIVM *in Critic.* & RELANDVM *in Fast.* Nominatur autem *Flauius Antiochus* in *Actis Concilii Ephesini pag. 1540. Tom. I. Concil. Harduin.* ὑπάτῳ Φλαυίῳ Ἀντιόχῳ, καὶ τῷ δηλωθησομένῳ, *Flav. Antiocho Cos. & qui fuerit nuntiatus*, & mortuus est iam ante annum D. 444. nam in *Nouella* Theodosii 33. *de releuatis adæratis vel donat. possessionib.* quæ eodem anno emissa est, nominatur *illustris memoria Antiochus.* Patet igitur GOTHOFREDVM *in prolegom. cap. 1. §. 5.* & in *Prosopograph.* HEINECCIVM *in hist. Iur.* § 379. & alios, qui Gothofredum secuti sunt, longissime aberrauisse a vero, quando Antiochum hunc eundem cum illo fecerunt, cuius memoriam conseruauit Marcellinus Comes *in Chron. ad an. 448* quo iste anno non tantum vixisse, sed & Præfecturam gessisse, & opera publica restituisse, dicitur. Vid. *pag. 41. Thesaur. Tempor. Scaliger.* Imo diuersus etiam est ab Antiocho nostro, *Antiochus* evnuchus, de quo Theophanes *in Chronograph. ad an. Theodos. 36.* id est, *an. 443.* quo ipsum damnatum & Theodosii iussu clericum factum esse, scribit. Hunc innuit SVIDAS *voc.* Ἀντίοχος, εὐνοῦχος, & Θεοδόσιος. ZONARAS *Annal. Tom. II. pag. 40. Edit. Reg. & pag. 32. Edit. Venet.* laudatus THEOPHANES *ad an. 14. Arcadii* memoriæ tradunt, eum ab Isdigerde Persarum Rege missum in aulam Theodosii, vt eius nomine imperium romanum administraret. Hic autem a Græcis πραιπόσιτος dicitur, nemoque veterum reliquit, eum & Consulatum & Præfecturam gessisse. Πραιπόσιτος, est Præpositus S. cubiculi, fuitque illustris hæc dignitas in aula Constantinopolitana Evnuchis præsertim addicta, ut videre est ex Scholiaste Iuliani Antecess. *c. 83.* & aliis, quos adducit DV FRESNE *in Glossar. voc.* πραιπόσιτος, cui iunge IACOB GOARVM *in not. ad Theophan pag. 572. Edit. Paris & pag. 23. Edit. Venet.* Ex dictis itaque clarum, Antiochum nostrum, qui primas quasi partes egit in componendo Codice, recte dici ex Præfecto & ex Consule.

(tt) *Maximinus* MS. G. & vnus Sichardi, *Maximus.* Nulla autem huius *Maximini* siue *Maximi* apud auctores mentio, vt & reliquorum virorum illustrium & spectabilium, quorum nomina sequuntur: nisi cum GOTHOFREDO *ad legem vn. de Professorib.* velis statuere, fuisse Sophistam *Maximum*, qui ea lege inter Professores memoratur.

(uu) *Illustris* MS. Ottobon. *inluster.*

(xx) *Ex Quæstore.* Recte obseruauit Gothofredus in *Prolegomen. cap. 1. §. 5.* opus fuisse Viris, qui erant imbuti iuris diualiumque constitutionum cognitione. Egerat Quæsturam Maximinus, quo munere fungebantur tantum viri legum consultissimi. Quæstor, στόμα βασιλέως, qui formas edendarum legum composuit. CASSIODORVS *Var. VI 5.* *Quæsturam nostræ linguæ vocem esse censemus.* Et mox: *adesse debet scientia iuris, cautela sermonis, vt nemo debeat reprehendere, quod principem constiterit censuisse.* Notitia vtriusque Imper. inter insignia Quæstoris exhibet, *leges salutares.* Sed de Quæstore satis nota omnia. Consule tamen NICOL. ALEMANNVM *ad Procop. histor. arcan. pag. 146. Edit. Paris.* & *pag. 368. Edit. Venet.* item *pag. 158. Edit. Paris.* & *pag. 373. Edit. Venet.* DU FRESNE *Glossar. voc.* Κοιαίστωρ. Nugas agunt viri docti, qui suspicantur, *Exquæstoris* titulum hoc & Iustiniani æuo aliquid amplius quam virum quæstorium, siue eum, qui quæsturam dimiserat, designasse, & fuisse *Exquæstorem* quasi *Quæstorem primarium.* Aldobrandinus, qui primus hanc coniecturam in medium protulit, persuasit sibi in constitutione *de confirmat. Digestor. ad Senat.* §. 9. Dorotheum & Patricium Antecessores *Quæstorios* dici, ad differentiam Triboniani *Exquæstoris.* Sed hæc sunt inania. Scire debebat Vir doctus, Professores & Antecessores accepisse quæsturæ codicillos honorarios, vt notum est ex titulo Cod. vtriusque *de Professoribus*, & ideo *Viros quæstorios* dictos, non *ex Quæstoribus*, vt intercederet aliqua differentia inter ἐμπράκτους καὶ ἀπράκτους. Porro notandum, etiam ἀπράκτους, siue honorarios & codicillares Quæstores, dici potuisse *ex Quæstoribus*, quando scilicet ipsis in consistorio principis aliquid ordinariæ dignitatis postea commissum

missum esset. En *legem 2. Cod. Iust ut dignitat. ordo seruetur*, ibi: *Et inter administratores illos etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis vel ante commisimus, vel postea committemus peragendum.* Ita nimirum, qui *quæstorius* fuerat hactenus, & Præfectura postea ornatus, dicebatur postea *ex Quæstore* & *PP.* Ex hujus legis verbis etiam iis satisfacere possumus, qui animo concipere sibi non possunt, qua fiat ratione, ut *Exquæstor* præferatur *Viro illustri Quæstori*, quod etiam hac lege nouella factum: Hi quando intuebuntur in illa verba accuratius, *inter administratores numerari, quibus aliquid ordinariæ dignitatis ante commissum est*, desinent imposterum dubitare. Denique clarum ex his, quid statuendum de *Exconsulibus*, quo titulo CL. SCHWARTZIVS *in schol. philolog. ad Institution. pag. 40.* neque consulatum honorarium aut codicillarem, neque etiam virum consularem, sed eminentiorem aliquam dignitatem, quæ tantum ministr. ssimis tributa sit, censuit indicari, cum obseruauerit Vir doctissimus titulum *Exconsulis*, etiam titulo *Consulis ordinarii* præmitti. ἀπὸ ὑπάτων dicuntur hoc æuo, & Consules honorarii, ὕπατοι καλἔμενοι μόνον, vt est apud PROCOPIVM *de bell. Goth. lib. 3. c. 32.* &, qui Consulatum ordinarium gesserant, quos PROCOPIVS laudatus *lib. 1. de bell. Goth. cap. 5. in fin.* etiam ἐξ ὑπάτων, nominat. Res dubio caret, neque placet exscribere notas ALEMANNI *ad Procopii anecdot. pag. 92. 93. Edit. Paris.* & *pag. 342. 343. Edit. Venet.* & quæ protulit Du FRESNE *in Glossar. voc.* ὕπατοι. Finge igitur, honorarium Consulem postea factum ordinarium, certe nominandus erat, vt patet ex laudata supra *leg. 2. Exconsule & Consul ordinarius*, aut, puta, mentionem faciendam fuisse ordinarii Consulis, & eius simul qui olim eo dignitatis fastigio ornatus prodierat; tum in principum Constitutionibus, & apud historicos accuratos, non potuit non, ob legem de dignitatum ordine seruando, prior nominari *Exconsul*, posterior *Consul ordinarius*, cum inter ἐμπράκτες semper numerandi sint, quibus antea aliquid ordinariæ dignitatis commissum est. Quod attinet ad ipscriptionem Nouellarum Iustiniani *71. & 72. 74. 78.* Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, ὑπάτῳ ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ, *Ioanni gloriosissimo sacrorum per orientem Prætoriorum Præfecto, iterum Exconsuli, Consuli ordinario & Patricio*, mendosissima ea est, quod vidit dudum ALEMANNVS laudatus. Primo enim honorarii Consules, qualis fuit Ioannes, antequam ordinarius procederet, neque iterum neque tertio dicuntur Consules, cum illorum nomina in fastis, & ideo in anni supputatione, locum non inueniant: deinde τὸ δεύτερον ad Consulatum ordinarium referri non potest, nam semel tantum prodiit Consul ordinarius an. D. 538. sed Præfecturam Prætorianam iterum gessit. Ergo rescribendum vbique in Nouellis secundum ea, quæ hic obseruata sunt, ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων, ὑπάτῳ ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

(yy) *Viri spectabiles.* MS. Ottobon. *Vir Spectabilis.* Sichard. male, *Viri expectabiles.*

(zz) Comites Consistorianos intra consistorii arcana admissos, actibus ipsis interfuisse, & audisse principis responsa, docet *l. ult. de honorar. Codicillis.* Consule *Paratitlon de Comitib. Consistorian.*

(a) *Epigenius.* MS W. *Epigenes* & vnus Sichard. MS. G. *Ephiganis.* Sichard. *Ephigenes.*

(b) *Magister memoriæ.* Notitia Imper. *Magister memoriæ, annotationes omnes dictat, & emittit, & precibus respondet.* Consule GVTHERIVM *de Off. D. A. lib. 3. c. 3.* Du FRESNE *in Glossar. latin.*

(c) *Vir Spectabilis.* Sichard. *Vir illustris*, & ad margin. *Spectabilis.*

(d) *Ex Magistro libellorum.* MS. G. *Et Magister libellorum.* Cum de Procopio nihil legam apud Scriptores huius æui, pronuntiare non possum. De magistro libellorum Notitia Imper. sub magistro scriniorum. *Magister libellorum, Cognitiones & preces tractat.* GVTHERIVS *de O. A. lib. 3. c. 5.*

(e) *Parens Karissime & amantissime.* MSS. W. Ottobon. & vn. Sichard. *P. K. A. A.* MS. G. & Sichard. *P. A. A.* Sigla in MSS. semper deprehendo, quæ mirifice iuuant BRISSONII coniecturam *lib. 3. formular. pag. 294.* statuentis, antiquarios, qui eorum ignorarunt potestatem, ea pro lubitu reddidisse, vel, *Præfecte Karissime Augustorum*, vel, *Parens Karissime atque amantissime*, cum tamen vbique legendum sit, *Parens Karissime Augustorum.* Disputat autem aduersus hanc Brissonii sententiam Vir Doctissimus in laudatis supra obseruationibus miscellaneis, atque non tantum probat, *amantissimos* appellatos fuisse ab Augustis Præfectos Prætorio, sed & accurate obseruat, huius æui auctores non alligasse se conceptis semper verbis, a quibus vel tantillum recedere nefas esset, cum verborum aucupia atque sollemnitates dudum essent sublatæ. Apud SPARTIANVM *in Vit. Antonin. Get. c. 4.* Præfectus Prætorio Iuuenalis dicitur amantissimus, *Mirum mihi videtur, Iuuenalis amantissime:* & Nouell 17. Theodos. *de repud.* FLORENTIVS, *Parens Karissimus atque Amantissimus.* SYMMACHVS PV. ab Honorio, *Parens carissimus atque amantissimus* appellatur, *in Auctuar. Symmach. Ep. 20. 23. 25.* Consule ibi IVRETVM. Certe si opus fuisset sollemnibus verbis, quando compellandus erat PP. ea tacere minime poterat CASSIODORVS *in formula Præfecturæ lib. 6. Var. 3.* Sigla autem *PK AA.* in Codicibus obuenientia nollem cum Viro Doctissimo explicare, *Parens Karissime atque Amantissime*, partim, quod in notis Iuris Magnonis, *AA. Augustos* denotare, scriptum sit, partim etiam, quod Augustis συμβασυλεύοντες respiciendi sint. BRISSONIVS hic consulendus *libro supra citato.*

(f) *XV. Kal. Mart.* MS Ottobon. *Dat. Prid. Kl. Febr.* MS. W. *Dat. XVI.* per ἐπίσημον græcum, quo sex significatur, quod vide in æs incisum in *Præfat. Tom. I.* & in *prolegomen. pag 212.* In margine Edit. Sichard. *Dat. XVI.* & in margine Edit. Lugd. *Dat. V.*

(g) *Theodosio Aug. XV. & qui fuerit nuntiatus.* MS. W. *Theud. A. XG. Cos.* MS. Ottobon. *Theodos. A. XVI. Cos.* MS. Goth. & Sichard. *Theodos. A. XV. Cos.* absunt ab his libris verba illa, *& qui fuerit nuntiatus.* Ante Gothofredum erratum ab omnibus in anno consignando, quo Codex Theodosianus editus, & mirum inprimis, RELANDVM, qui tamen argumenta, quæ laudatus Gothofredus in Prolegomenis protulit in medium, ignorare non potuit, *in Fastis*, Nouellam hanc etiam ad annum 435. retulisse. Prodiit Theodosius *XV.* Consul an. D. 435. verum cum quindecim leges, hoc, & sequentibus annis 436. & 437. datæ, in ipsum Codicem relatæ sint, ἐκ τῶν ἀδυνάτων est, ut nouella his legibus anterior eas confirmare potuerit. Deinde Nouella inscripta est, *Florentio PP. Orientis*, qui tamen an. 435. Præfecturam non gessit, sed *Isidorus*, ut patet ex *Prosopograph.* & *Chron. histor.* A. D. 436. idem *Isidorus* hanc obtinuit dignitatem, cui successit *Darius* parte ultima anni, & anno 437. Florentius itaque summum Præfecturæ honorem demum an. 438. obtinuit. Confer *Prolegomena cap. 1. §. 3.*

Hæc sufficere possunt ad emendandam nouellæ subscriptionem, quibus tamen iam non opus est, cum & MS Ottobon. & Wurceburgens. Consulatum Theodosii *XVI.* præferant. In Cod. W. apparet τὸ ἐπίσημον græcum, siue nota numeri senarii, de qua satis dictum *not. x ad prolegomena. Lex 7. Cod. Iust. de hæreticis* iam Pridie Kal. Febr. præfert *Theodosium XVI. & Faustum Coss.* ut videri possit, verba illa, *& qui fuerit nuntiatus*, aut spuria esse, aut a Triboniano alterum Consulem postea additum. Sed salua res est: Lex enim illa septima desumpta est ex *Nouella 3. Theodosii de Iudæis*, & ad annum 439. pertinet, quo Theodosius XVII. Consulatum gessit, emendandaque est eius subscriptio. Animaduertit tamen Vir Doctissimus *in obseruat. miscellan.* audax in ea lege Triboniani facinus, qui Consulem alterum adscripsit, quamuis eo, quo lex fuit olim data, die, nondum fuerat nuntiatus. De formula illa, *& qui fuerit nuntiatus*, consule Du Fresne *in Glossar. Græc. voc.* ὕπατοι.

De confirmatione legum nouellarum Theodosii A. Tit. II.

Domino Valentiniano inclyto, Victori, ac triumphatori semper Augusto filio, Theodosius PP. (a) Augustus Pater. (b)

POstquam in corpus vnius Codicis Diuorum retro principum Constitutiones, nostrasque redegimus, (c) aliam mox legem pietas nostra (d) promulgauit, quæ tam (e) confecto Codici vires, (f) auctoritatemque tribueret, nec aliter in iudicio quas contineret leges, nisi ex ipso proferrentur, valere præciperet. (g) Quod si quid (h) iuris ab altero nostrum postea conderetur, ita demum in alterius quoque (i) principis regno vires proprias obtineret, quod generatim (k) constitutum esset, si diuinis (l) prosequentibus scribtis, ad alterum (m) principem fuisset emissum. Quia igitur diuersis emergentibus caussis, per hoc transacti temporis interuallum ferri leges alias emergentium rerum necessitas persuasit, quæ nobis perpetua rerum publicarum occupatione districtis ad scientiam perferri tuæ maiestatis minime potuerunt, necessarium duximus, has nunc saltem vniuersas tuæ Serenitati, cum nostræ maiestatis subnotatione (n) transmittere: quo subiectis, & prouinciis, & populis sollenniter innotescant, earumque vis etiam in occiduis partibus incipiat obseruari. Ac lites, quas inchoatas quidem, necdum tamen finitas eo tempore quo publicantur inuenerint, secundum earum tenorem volumus terminari. Illas autem, quæ iam vel sententiis definitiuis, (o) vel transactionibus decisæ sunt, minime resuscitari. Eas igitur, Domine sacratiss. (p) fili, Auguste venerabilis, cunctis ex more facias diuulgari, & inuicem mihi, & prouincialibus, & populis orientalibus cauenda, obseruandaque cum suæ manus adumbratione transmitti, quæcumque per id temporis spatium vestra Perennitas generaliter, (q) promulgauit. Dat. Kalend. Octob. Constp. (r) Ardabure v. c. cons. & (s) qui fuerit nuntiatus. (447.)

Interpretatio. *Hæc lex Nouellarum legum Constitutiones præcipit obseruari.* (t)

(a) *Theodosius PP.* MS. W. *Theodosius Imp.* MS. Goth. *Theodos. Semp. Aug.*

(b) *Pater.* Pater Valentiniani III. dicitur Theodosius, partim quod Eudoxia Theodosii filia ipsi in matrimonium an. D. 437. data est, ut ex *Prospero, Marcellino, Cassiodoro, & Chron. Paschal.* clarum, partim etiam, quod a Theodosio acceperat Valentinianus imperium. Vide *Commentarium ad leg. un. Cod. Theodos. de actionib. certo temp. finiend.* & *ad leg. 2. de censu.* Spanhemii *Orb. Roman. cap. 25.* Hos enim filios appellabant, quos ad augustale euexerant fastigium. Ita Leo Anthemium, *Nouella 3 inter Anthemian.* filium nominat, *Pius ac triumphator semper Augustus filius noster Anthemius.*

(c) *Redegimus.* MSS. W. & G. *redigimus.*

(d) *Pietas nostra.* MS. W. *Nostra pietas.*

(e) *Tam confecto;* Hanc lectionem habet MS. W. In MS. G. est, *tamen confecto.* Editiones autem reliquæ Sichard. Lugdunens. Rittershus. Gothofred. legunt, *iam confecto*, quam lectionem omnino præferendam censeo.

(f) *Codici vires.* MS. G. *Codici iuris*, errore librarii.

(g) *Præciperet.* MS. W. & Edit. Sichard. *præciperent.*

(h) *Quod si quid iuris.* MSS. W. & G. *quam si quid iuris.* Possem tueri hanc lectionem, sed vulgata sollicitanda non est, cum bene se habeat.

(i) *Ita demum in alterius quoque.* MS. W. *ita demum in alterius quo.* MS. G. *ita demum quoque in alterius.* Sichard. *ita demum in alterius hoc.*

(k) *Generatim.* Generatim constitutum, est lex, quæ tam in Oriente, quam Occidente præstare potest vtilitatem; cui opponuntur leges speciales, quæ ad commoda tantum diuersarum pertinent prouinciarum.

(l) *Diuinis prosequentibus scriptis.* Male editum in Editione Gothofredi, *diuersis prosequentibus scriptis*, quod sensu caret. *Diuina scripta*, sunt Imperatoris literæ. Omnia enim principis dicebantur esse diuina. Inde diuinus afflatus, diuinum rescriptum, diuinum iudicium, apud Symmachum. Consule Juretum *ad Symmach. lib. 5. ep. 95. lib. 7. ep. 82. Glossar. Theodos.* & *Brisson. de V. S.*

(m) *Ad alterum principem.* MS. G. *ab altero principe fuisset* &c.

(n) *Subnotatione.* Subnotatio infra dicitur, *manus adumbratio.* Subnotatio autem ipsius principis, quæ breuibus fiebat verbis, hic ideo requirebatur, ne de αὐθεντίᾳ constitutionum posset oriri dubitatio.

(o) *Iam vel sententiis definitiuis.* MS. G. *Iam de sententiis definitis.*

(p) *Domine sacratissime.* MS. W. *Domine Sancte.*

(q) *Generaliter.* Supra *generatim constitutum.* Vid. *not k.*

(r) *Constp. Ardabure V. C. Cons.* Sichard. *Constantinop. Arcadio A. & Ardaburo V. C. Coss.* MS. G *Constp. & Ardabore.* Editiones Lugdunens. *Constp. & Ardabure V. C. Cons.* Anno D. 447. prodierunt Consules *Alypius & Ardaburius*, prior in Occidente, alter in Oriente. Fasti Græci omnes Ἀλύπιον efferunt, imo & *Epist. 13.* Leonis Papæ, ad quam RELANDVS prouocat; sed apud Prosperum, Cassiodorum, Marcellinum *Callepius* appellatur, in *Nouellis* Valentiniani *5.* & *6.* & *inter Theodos. 27. Calipius*, & in diuersis Codicibus *Callypius* & *Calepius*. Non constat, vtrum sit ille *Callippus*, cuius fit mentio apud Fabrettum *cap. 3. Inscript. 570.* aut *Calippus* apud Gruterum *pag. 643. n. 8.* Alter Consul recte *Ardaburius* dicitur, & male *Ardabures* scriptum in Fastis latinis. PRISCVS Rhetor in rebus Marciani, Ἀρδαβούριος ὁ τοῦ Ἄσπαρος, Vid. *Excerpta Legat. pag. 40. Edit. Paris.* & *pag. 27. Edit. Venet.* Chron. Paschal. Ἀρδαβουρίου καὶ Ἀλυπίου, & ad an. 464. Ἀρδαβουρίου τοῦ πατρικίου, τοῦ υἱοῦ Ἄσπαρος τοῦ στρατηλάτου, ὄντος τότε Κόμητος Ἀνατολῆς, *cum Ardaburius Patricius, Asparis magistri militum filius, tum Comes esset Orientis.* Ex his patet Ardaburium hunc & Comitiuam Orientis gessisse & filium fuisse Asparis illius, qui anno D. 434. Consul fuit, de quo vid. *Prosopograph.* PAGIVM *in Critic. ad an.* 434 & 447. & DV FRESNE *in famil. Byzantin. pag. 79. Edit. Paris.* & *pag. 64. Edit. Venet.*

(s) *Et qui fuerit nuntiatus*, absunt a MSS. W. & G. & Edit. Sichard. Hæc autem verba viro doctissimo in *obseruat. miscellan. Volum. V. Tom. I. pag. 31.* grauem crearunt difficultatem. Mirum ipsi videtur Kal. Octobris Calipium aut Alypium Consulem Occidentis nondum fuisse nuntiatum, cum tamen ab ineunte anno dignitate perfunctus sit. Enim vero grauiter errat, statuens, hoc æuo Consules kalendis Ianuariis semper iniisse magistratus, cum certissimum sit dilatam interdum eorum nominationem aliquot post Kalendas Ianuarias menses pro lubitu principum. Testem dabo idoneum *libellum de Praefectis Vrb.* a Cuspiniano, Panuinio & Bucherio editum, & *Notitiæ Dignitat. Cod. Theodos.* ob insignem, quam præstat in elucidandis legibus, vtilitatem, a me additum *pag. 12.* in quo ad an. Dom. 307. Consules *Ex mense Aprili*, an. 308. *Ex XII. Kal. Mai.* An. 311. *Ex mense Septembri* prodiisse obseruamus. Deinde difficultatem augere non possunt Nouellæ inter Theodosianas *27. de negotiator.* & *42. de palatin.* quarum prior *Data VII. Kal. Mai. Rom. Calipio V. C. Cons.* altera *VII. Kal. Mai. Rom. Calypio V. C. Cons.* & Valentiniani Nouella 5. *de sepulcris Dat. III. Id. Mart. Rom. Calipio V. C. Cons.* Nouella 6. *de libertis, Dat. III. Non. Iun. Romæ Calipio & Ardabure Conss.* Sunt enim hæ constitutiones omnes Valentiniani: & nemo non videt Occidentis Augustum non potuisse ignorare Consulem Calipium, quem ipse in Occidente nominauerat. Neque etiam dubium facere debet lex laudata sexta *de libertis*, in cuius subscriptione Ardaburii iam apparet nomen mense Iunio; facile enim fieri potuit, vt Ardaburii Consulatus prius innotesceret Rauennæ, quam nuntius creationis Calipii Constantinopolin perferretur. Ex his patet, nil opus esse audaci coniectura, sed subscriptionem Nouellæ nostræ bene se habere. Addo in hunc annum 447. incidere octaua Quinquennalia Theodosii post patrem regnantis, quæ ideo celebriora reddere voluit editione Nouellarum. Consule PAGIVM *in Critic. ad an. cit.* & quæ dixi ad *Prolegomena pag. 213.*

(t) *Obseruari.* MSS. W. & G. *confirmari.*

De Iudæis, Samaritanis, hæreticis, & paganis. *Tit. III.*

1. Impp. THEOD. & Valentin. AA. Florentio (a) PF. P.

I*Nter cæteras sollicitudines, quas amor publicus peruigili cogitatione* (b) *nobis* indixit, *præcipuam imperatoriæ maiestatis curam esse perspicimus veræ religionis indaginem,* cuius si cultum tenere potuerimus, (c) iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Quod vsu longæ (d) ætatis experti, piæ mentis arbitrio ad posteros vsque perennitatis iure fundare decreuimus ceremonias (e) sanctitatis. Quis enim tam mente captus, tam (f) nouæ feritatis immanitate damnatus est, vt cum videat cœlum diuinæ artis imperio, (g) incredibili celeritate intra sua (h) spatia metas temporum terminare: cum siderum motum, vitæ commoda moderantem, dotatam (i) messibus terram, mare liquidum, & immensi operis vastitatem finibus naturæ conclusam, tanti secreti, tantæ fabricæ non quærat auctorem? quod (k) sensibus excæcatos Iudæos, Samaritas, Paganos, & cetera hæreticorum (l) genera portentorum audere cognoscimus? Quos si (m) ad sanitatem mentis egregiæ lege medica (n) reuocare conemur, (o) seueritatis culpam ipsi præstabunt: (p) qui duræ frontis obstinato piaculo (q) locum veniæ non relinquunt. Quamobrem cum, sententia veteri (r), desperatis morbis nulla sit adhibenda curatio, tandem, ne ferales (s) sectæ in vitam, immemores nostri seculi, (t) velut indiscreta confessione licentius (v) euagentur, hac victura (x) in omne æuum lege sancimus: Neminem Iudæum, (y) neminem Samaritam, neutra lege constante (z) ad honores (aa) & dignitates accedere, nulli administrationem patere ciuilis obsequii, nec defensoris (bb) fungi saltim officio. Nefas quippe credimus, vt supernæ maiestati, (cc) & Romanis legibus inimici, vltores (dd) etiam nostrarum legum surreptiuæ iurisdictionis habeantur obtentu, & acquisitæ dignitatis auctoritate muniti, aduersum Christianos, & ipsos plerunque sacræ religionis Antistites, velut insultantes fidei nostræ, iudicandi vel pronuntiandi quod velint habeant potestatem. Illud etiam pari consideratione sancientes, (ee) ne qua Synagoga in nouam fabricam surgat,

gat, (ff) fulciendi veteres (ff) permissa licentia, quas ruina præsentanea minitatur: (gg) His adiicimus, (hh) vt quicunque seruum seu ingenuum inuitum, vel suasione plectenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam ritumue traduxerit, (ii) cum dispendio fortunarum capite puniendum. Vt quisque (kk) igitur vel infulas ceperit, (ll) acquisitis dignitatibus non potiatur, vel Synagogam extruxerit, compendio Ecclesiæ catholicæ se nouerit laborasse. (mm) Imo qui ad honores irrepserit, (nn) habeatur, vt ante, condicionis extremæ, (oo) et iamsi honorariam promeruerit dignitatem. (pp) Et qui Synagogæ fabricam cœpit, non stu dio reparandi, cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat præterea bona sua proscribta, pœnæ mox sanguinis destinandus, qui fidem (qq) alterius expugnauit peruersa doctrina. Et quoniam decet Imperatoriam maiestatem ea prouisione cuncta complecti, vt in nullo publica lædatur vtilitas, Curiales (*) ciuitatum omnium, nec non (rr) cohortalinos, onerosis quin etiam militiæ, seu diuersis officiis, facultatum, & personalium munerum obligatos, suis ordinibus, cuiuscunque sectæ sunt (ss) inhærere censemus, (tt) ne videamur hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstitisse, quos volumus huius Constitutionis auctoritate damnare. (vv) Hac exceptione seruata, vt apparitores (xx) memoratarum sectarum, in priuatis duntaxat negotiis, nullius (yy) Iudicis sententias exsequantur, nec carcerali præsint custodiæ, (zz) ne Christiani, vt fieri adsolet, nonnunquam obstrusi (aaa) custodum odiis alterum (bbb) carcerem patiantur, incertum an iure videantur inclusi. Hinc perspicit (ccc) nostra clementia, Paganorum (ddd) quoque & gentilis immanitatis vigiliam nos debere sortiri, qui naturali væsania & licentia, pertinaci veræ (eee) religionis tramite diffidentes, nefarios sacrificiorum ritus & funestæ superstitionis errores occultis exercere quodammodo solicitudinibus (fff) dedignantur, nisi ad supernæ maiestatis iniuriam, & temporis nostri contemptum, eorum scelera professionis genere publicentur: quos non promulgatarum legum mille terrores, (ggg) non denuntiati exilii pœna (hhh) compescunt, vt si emendari non possint, mole saltem criminum, & illuuie victimarum discerent abstinere. Sed prorsus ea furoris (hhh) peccatur audacia, iis (iii) improborum conatibus patientia nostra pulsatur, (kkk) vt si obliuisci cupiat, dissimulare non possit. Quanquam igitur amor religionis nunquam possit esse securus, quanquam Pagana (lll) dementia cunctorum suppliciorum acerbitates exposcat, lenitatis tamen memores nobis innatæ, trabali iussione (mmm) decreuimus, vt quicunque pollutis contaminatisque mentibus in sacrificio quolibet in loco (nnn) fuerit comprehensus, in fortunas eius, in sanguinem (ooo) ira nostra consurgat. Oportet enim dare nos hanc victimam meliorem, ara Christianitatis intacta seruata. An diutius perferimus mutari temporum vices, (ppp) irata cœli temperie? quæ paganorum exacerbata perfidia (qqq) nescit naturæ libramenta seruare. Vnde enim ver solitam gratiam abiurauit? Vnde æstas messe ieiuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarum? Vnde hyemis intemperata ferocitas vbertatem terrarum penetrabili frigore sterilitatis læsione damnauit? nisi quod ad impietatis vindictam transit lege sua (rrr) naturæ decretum. Quod ne posthac sustinere cogamur, pacifica vltione, vt diximus, pianda (sss) est superni numinis veneranda maiestas. Superest, vt quæ in Manichæos, (ttt) Deo semper offensos, quæ in Eunomianos, (vvv) hæreticæ fatuitatis auctores; quæ in Montanistas, (xxx) Catafrigas, (yyy) Fotinianos, (zzz) Priscillianistas, (a) Ascodrogos, (b) Hydroparastatas, (c) Borboritas, (d) Ophitas, (e) innumerabilibus Constitutionibus lata sunt, cessante desidia, celeri exsecutioni mandentur, Florenti Parens Karissime atque amantissime. (f) Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua, cui cordi est cum diuinis, tum principalibus adhibere iussionibus famulatum, (g) quæ insatiabili catholicæ religionis honore decreuimus, propositis excellentiæ suæ solenniter edictis, (h) in omnium faciat (i) peruenire notitiam. Prouinciarum quoque Moderatoribus præcipiat intimari, (k) vt & eorum pari sollicitudine cunctis ciuitatibus atque prouinciis quæ necessario sancimus (l) innotescant. Dat. prid. Kal. Febr. (m) Constantinop. Theod. A. XVII. CONS. & qui fuerit nuntiatus. (n) Eodem exemplo (o) viro illustri PF P. Illyrici. (439)

INTERPRETATIO. *Hæc lex specialiter iubet, vt nullus Iudæus, nullus Samaritanus ad*

nullum

nullum (p) militiæ aut administrationis honorem possit accedere, neque defensoris officium vlla ratione suscipere, neque carceris esse custodem: ne forsitan sub specie (q) cuiuslibet officii Christianos, vel etiam sacerdotes sub quacunque occasione iniuriis audeant fatigare, ne suprascripti, (r) qui inimici legis nostræ sunt, legibus nostris aliquos aut condemnare aut adiudicare (s) præsumant. Nullam denuo (t) audeant construere (v) Synagogam. Nam si fecerint, nouerint hanc fabricam Ecclesiæ catholicæ profuturam, & quinquaginta pondo (x) auri auctores fabricæ esse multandos. Sed hoc sibi sciant esse concessum, vt ruinas Synagogarum suarum debeant reparare. Hoc etiam specialiter in hac lege comprehensum est, vt nullus Iudæus seruum, aut ingenuum Christianum audeat quacunque persuasione in suam legem (y) transferre. Quod si fecerit, amissis facultatibus capite puniatur. De reliquo vero hæc lex damnat sectas, quæ nominatim hac lege (z) continentur insertæ.

(a) De *Florentio* consule *Prosopograph.* & *not.* 4. *ad Nouell.* 1.

(b) *Cogitatione nobis*, Sichard. *Nobis cogitatione.*

(c) *Potueris.* Ita omnes MSS. & editi libri legunt, sed Cuiacius iam olim emendauit *potuerimus*, quam lectionem Gothofredus recepit in textum.

(d) *Longæ.* MS. G. *longæua.*

(e) *Cerimonias.* MS W. & Sichard. *ceremonia.* Bona lectio, sed recepta sollicitanda non est.

(f) *Tam noua.* MSS. W. & G. *quam noua.*

(g) Imitatio Ciceronis, vt obseruauit Rittershusius. CICERO *de natura Deor. lib. 2. §. 45. Quis enim hunc hominem dixerit, qui cum tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa & apta viderit, neget in his vllam inesse rationem, &c. Cum autem impetum cæli admirabili cum celeritate moueri, vertique videamus, constantissime conficientem vicissitudines anniuersarias, cum summa salute, & conseruatione rerum omnium.* Et mox de terra: *Terra vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus.* Et deinde de mari: *Ipsum mare sic terram appetens littoribus cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur.* IDEM *de Legib. libr. 1. Nulla gens est, neque tam inmansueta, neque tam fera, quæ non Deum habendum sciat.* Et *lib. 2. de legib. Quem vero astrorum ordines, quem dierum noctiumque vicissitudines, quem mensium temperatio, quemque ea, quæ gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse cogant?*

(h) *Intra sua.* MS. W. *intrans vi spatia*, errore librarii, qui scribere voluit, intra sui spatia, vt est in Editione Sichard.

(i) *Dotatam.* MS. G. *donatam.*

(k) *Quod sensibus excæcatos.* MS. W. *Quod sensibus excæcauit* MS. G. *Quid sensibus excauit.* Sichard. *Quid sensibus excæcatos.*

(l) *Iudæos, Samaritas, Paganos, & cætera hæreticorum genera.* Consule *titul. de hæreticis*, lib. 16. t. 5. *Titulum de Iudæis & Samaritanis*, lib. 16. t. 8. Titulum *de Paganis, sacrificiis, & templis*, lib. 16. t. 10. Cæterum MS. G. hic legit, *Samaritanos.*

(m) *Quos si.* Sichard. *Quod si.*

(n) *Lege medica reuocare.* Sichard. *Legum edicta reuocare.*

(o) *Conemur.* MS. G. *conamur.*

(p) *Præstabunt.* MS. W. *præsentabunt.*

(q) *Piaculo.* Piaculum de scelere superstitionis atque hæreseos. Vide *Glossar. Theodos.*

(r) *Sententia veteri.* Hippocratis est hæc sententia, quem vide περὶ τέχνης *cap.* 4. & 14.

(s) *Ferales secta.* Ita *l. 1. de Iudæis: Qui eorum feralem fugerit sectam.* Consule *Glossar.*

(t) *Immemores nostri seculi.* Vide dicta *not. k. ad Nouell.* 1.

(v) *Confessione.* Ita legunt MSS. W. & G. In libris autem editis omnibus est *confusione.*

(*) Hinc desumpta est *l. vlt. Cod. Iust. de Iudæis.* Relata etiam hæc sententia ex Nouellarum Codice, in *canonem 73. Concilii Meldensis* sub Carolo Caluo celebrati, *pag. 1496. Tom. IV. Concil. Harduin.*

(x) *Victura.* Cod. Iust. *valitura.* In Canone 73. *victura*, quod indicio est, Lege Romana Patres Concilii Meldensis usos; probatque canon laudatus, Caroli Calui temporibus in Francia Compendium Codicis Theodosiani regnasse in foris.

(y) *Neminem Iudæum, neminem Samaritam.* Cod. Iust. *neminem Iudæorum, quibus omnes administrationes & dignitates interdictæ sunt, nec defensoris,* &c. Canon Meldens. *Neminem Iudæum ad honores & dignitates accedere*, &c. omissis verbis intermediis.

(z) *Neutra lege constante.* MSS. W. & G. Sichard. & Editt. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *neutra lege constantem*, quæ lectio placuit Viro doctissimo *in Obseruat. miscellan.* statuitque, hoc verbis illis innui: nec Iudæorum, nec Samaritarum legem vsu amplius obtinere, cum interitu reipublicae etiam sacris eorum fine imposito. Sed quamuis verum sit *legem* denotare, sacrorum cultum, religionem, sectam, hoc æuo, vt *Glossarium Theod.* satis docere poterit, id tamen veritati est contrarium, Iudæorum religioni, cum interitu Reipublicæ, in orbe Romano finem fuisse impositum. Alia omnia constant ex legibus Codicis Theodosiani, ex quibus luce est clarius ab an. D. 315. ad an. 429. floruisse in Oriente & Occidente Iudæorum sectam, & occupatam fuisse commerciis. Vide *l. 18. de naucular.* Occurrunt Iudæorum Patriarchæ, erant summa dignitate, vocanturque viri clarissimi & illustres, *l. 8. 13. de Iudæis*, Synagogæ, Archisynagogi, Primates, Synedria. Consule *Paratitlon de Iudæis.* Imo quod maxime huc pertinet, Iudæi in Oriente & Occidente, honoribus aucti sunt, ita volentibus Augustis, *l. 2. 3. 24. de Iudæis, l. 99. 157. 158. 165. de decurionib.* Hanc autem ad honores dignitatesque viam Iudæis interclusurus Theodosius A. hac nouella, leges anteriores omnes Sectæ Iudaicæ fauentes, improbat. Hoc innuunt illa verba, *neutra lege constante*, id est, nulla lege, vel in Oriente vel Occidente antea lata, qua Iudæi muniti quasi, honores appetere poterant, valente & subsistente. *Constare* est subsistere, valere, manere, vt videri potest apud BRISSONIVM *de V. S.*

(aa) *Ad honores & dignitates accedere.* MS. W. *ad honores dignitate succedere.* MS. G. *ad honoris dignitatem accedere.*

(bb) *Defensoris.* Ciuitatum intellige defensores, qui in municipiis celebrioribus & hominum frequentia abundantibus, disciplinæ publicæ curam gerebant, plebem ipsosque decuriones tuebantur ad-

uersus Rectorum prouinciæ, compulsorum, exactorum, susceptorumque insolentiam. Patent hæc ex legibus, quas vide *in Paratitlo de defensoribus.*

(cc) *Maiestati.* MSS. W. & G. *maiestatis.*

(dd) *Vltores.* Sichard. *Vltoresque.* Abit hic Codex Iust. & canon Meldens. a verbis legis, vt patebit inspicientibus. Cæterum hæc verba innuunt, iudicasse antea secundum leges romanas, & iurisdictionem habuisse Iudæos. Imo liberalibus studiis instituti, Aduocationis habuere licentiam in Occidente, imperante Honorio, docente *l. 24. de Iudæis*

(ee) *Pari consideratione sancientes.* MSS. W. G. Edit. Sichard. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *Illud etiam pari consideratione rationis arcentes.* Cod. Iust. *consideratione rationis arguentes.*

(ff) *Fabricam surgat.* Idem Theodosius Iun. sanxit iam an. 423. *l. 27. de Iudæis, vt nec nouas vnquam Synagogas permittantur extruere, nec auferendas sibi veteres pertimescant.*

(ff) *Veteres.* MSS. G. *veteris.*

(gg) *Quas ruina præsentanea minitatur.* Cod. Iust. *Quæ ruinam minantur.* MSS. W. & G. & Sichard. qua ruina præsentanea minitantur. Edit. Lugdun. Rittershus. Gothofr. accuratius, *quæ ruinam præsentaneam minitantur.*

(hh) *His adiicimus.* Sichard. *Præterea* præcipimus.

(ii) Vide *legem 22. & 26. de Iudæis,* quibus prohibitum, christianum, vel cuiuslibet sectæ hominem, ingenuum seruumue, iudaica fœdare nota, id est, circumcidere.

(kk) *Quisque.* MSS. W. & G. Edit. Sichard. Lugd. Rittershus. Gothofred. *quisquis.*

(ll) *Infulas ceperit.* Cod. Iust. *infulas acceperit.* Intellige dignitatis infulas, vt vocantur *l. 27. 42. 155. de decurionib.* Consule *Glossar. Theodos.*

(mm) Canon Meldensis hæc ita reddit: *Nouerint hanc fabricæ ecclesiæ catholicæ profuturam.* In Codice Iust. post illa, *non potiatur,* additum: *vel si ad officia vetita irrepserit, ab his penitus repellatur.*

(nn) *Irrepserit.* MSS. W. & G. & canon Meldens. *inrepsit.*

(oo) *Extrema.* MS. G. *extraneæ.*

(pp) Honorarias siue codicillares dignitates conlatas fuisse Iudæis, testatur *l. 22. de Iudæis,* ex qua intelligimus, Gamalielum, summi fastigii, id est, Præfecturæ, Codicillis Theodosii Iun. tempore exsplenduisse. Confer *Commentar. ad h. l.*

(qq) *Qui fidem.* Cod. Iust. vulgat. *Quasi qui fidem.*

(*) Lex *Curiales 7. Cod. Iust. de hæreticis,* hinc desumpta est.

(rr) *Nec non cohortalinos.* Hæc absunt a Cod. Iust. De cohortalinis, siue officialibus Rectorum Prouinciæ, consule *Paratitlon de cohortalib.* Est autem cohortalinæ militiæ onerosum officium, quod hæretici deserere non potuerunt. Ita enim Theodosius noster A. D. 410. *L. 48. de hæret. Si quos vero ex his* (hæreticis) *curialis origo, vel ordinum nexus, aut cohortalina militia inligat obsequiis & functionibus, his adstringi præcipimus, ne sub colore damnatæ religionis, eliciant vacationis cupita sibi suffragia.* Quam legem Imperator post longum temporis interuallum hac Nouella denuo repetit. Curiæ obnoxios Iudæos esse voluit Valentinianus Iun. *l. 99. de decurior.* quæ est *l. 5. Cod. I. de Iudæis,* Honorius A. cuiuscunque superstitionis homines ad obeunda munera curialia vocat, *l. 157. de decurion.* quæ est *l. 49. Cod. I. eod. tit.* Arcadius Theodosii pater, Iudæos curiæ mancipandos esse, sanxit *l. 165. de decurion.* quæ est *l. 10. Cod. I de Iudæis.* Ex his lucem capit *Nouella Iustiniani 45. Vt non liberentur curiali fortuna Iudæi, in præfat.* ibi: *Quapropter curiam exerceant, & curialibus functionibus, sicut etiam officialibus, vt dudum sancitum est; & compleant corporalia & pecuniaria munera.*

(ss) *Sectæ sunt.* MS. W. *Sectæ sint.*

(tt) *Censemus.* MS. G. *censuimus.*

(vv) *Damnare.* Ita legunt MSS. W. G. & Edit. Gothofred. sed in Cod. Iust. Sichard. Edit. Lugdun. Rittershus. est *damnari.*

(xx) *Apparitores.* Hi paullo ante dicuntur *cohortalini,* & onerosum militiæ officium, est apparitio. Apparitores militare dicuntur, *l. 18. de diuers. off.* Frequens mentio militiæ officialium in legibus dicti tituli, vbi consule *Paratitlon.*

(yy) *Nullius.* In MS. W *si vllius.* Forte legendum hic, *negotiis sint, nullius* &c.

(zz) *Carcerali præsint custodiæ.* Id est, *stratorum* fungantur officio, vt est *l. 1. de custod. reor.* Penes stratores enim erat carceris custodia, de quibus consule GOTHOFREDVM *in Commentar. ad d. l. 1.* & *Glossar. Nom.*

(aaa) *Obstrusi* int. in carcerem. Sensus est: propterea a custodia carcerum remouendos esse, ne si quando Christiani in carcerem condantur, & custodes habeant Paganos Iudæosque, ab iis vexentur.

(bbb) *Alterum Carcerem.* Posset alicui in mentem venire: *atrum carcerem.* Sed non est opus. *alterum carcerem pati* eleganter dicitur, grauiorem carceris pœnam experiri propter insolentiam & odium custodum, vt *bis mori* apud Phædrum pro acerbiori morte.

(ccc) *Perspicit.* MS. W. *præspicit.* MS. G. Edit. Sichard. Lugd. Rittershus. Gothofred. *prospicit.*

(ddd) Sichardus ita edidit: *Paganorum quoque & gentiles immanitates vigiliam nostram debere sortiri.* In MSS. W. & G. legitur, *gentiles immanitates.* Sed hæc sensu carent.

(eee) *Pertinaci veræ religionis.* MS W. *pertinaci vel religionis.* Sichard. *pertinaciue religionis.* Vulgatam si sequimur interpunctionem, melius forte legeretur, *licentiA pertinaci* id est, *licentia, a pertinaci,* per regulam geminationis. Sed cum defendi bene possit recepta lectio, cum Rittershusio verba ita interpungenda esse censeo: *naturali vesania. & licentia pertinaci, veræ religionis* &c. Licentia pertinax hoc loco dicitur, quam *licentiam nefariam* Constantius Imp. *l. 5. de pagan.* appellat, & repellendam esse, sancit.

(fff) *Solicitudinibus.* In MS. & impressis libris omnibus est, *solitudinibus,* quæ lectio omnino vera est. Theodosius M. enim iam an. 391. sanxit *l. 11. de pagan.* vt nemo templa adiret; Arcadius filius *l. 13. de pagan.* statuit, nemini esse imposterum licentiam, accedendi templa, celebrandi sacrificia, quolibet loco vel tempore. Quærebant igitur pagani occultas solitudines, siue loca ab hominum frequentia remota, vt sacrificia Diis facere possent. Certe occulte sacrificasse dæmonicolas, fidem facit Theodosii nostri *lex 22. de pagan.* an. 423. lata, qua pronuntiat credere se, nullos iam superesse paganos: verum cum Idem Princeps paullo post certior fieret, quosdam sacrificiis adhuc operam dare, sequente *lege 23. de pagan.* edixit, paganos, si aliquando in exsecrandis dæmonum sacrificiis fuissent comprehensi, exilio esse coërcendos: quæ & ipsa lex satis innuit verbis, *fuerint comprehensi,* tum temporis in occultis tantum locis sacra fuisse peracta. Confirmant sententiam, lectionemque, quam defendi, verba etiam sequentia huius nouellæ, *ad temporis*

poris nostri contemptum eorum scelera professionis genere publicentur. Professio significat sectam, & societatem, quam quis sequitur, item disciplinam, & vitæ genus, quod quisque profitetur. Ita *persuasa professio, l. 27. de episcop.* est imaginaria disciplina & *religiosa professio, l. 7. de haeretic.* est societas catholica siue catholica ecclesia. Igitur patet, paganos, eo, quo Nouella est edita, tempore, dedignatos fuisse, exercere superstitionem in locis occultis, siue solitudinibus, sed in contemptum temporum Theodosii, prodiisse in publicum, & licentia pertinaci, edidisse suæ professionis genus.

(ggg) *Mille terrores.* Hos vide in primis titulo *de pagan.*

(hhh) *Exilii pæna.* Respexit Theodosius *legem* suam *23. de pagan.* iam anno D. 423. latam, qua statuit, *paganos, quamuis capitali pœna subdi debuerint, bonorum proscriptione & exilio esse coërcendos.*

(hhh) *Ea furoris peccatur audacia.* MS. G. *Ea frequens peccatorum audacia.* MS. W. *Ea furens peccator audacia.*

(iii) *Iis.* MSS. W. G. & Sichard. *bis.*

(kkk) *Patientia pulsatur.* *Pulsare* est fatigare Vid. *Glossar. Cod. Theodos.* & Commentar. *ad leg. vn. de ingrat. liber.*

(lll) *Pagana dementia.* Sichard. Editiones Lugdunens. Gothofred. Rittershus. *Paganorum dementia.*

(mmm) *Trabali iussione.* Trabalis iussio, est lex firmissima, atque summa prædita auctoritate. *Trabali clauo figere* dixit CICERO *Verrin. 5. cap. 21.* id est, firmissimum efficere. In Concilio *Toletan. XIII. can. 2. pag. 1739. Tom. III. Concil. Harduin.* legimus: *Et trabale iudicium, aut morti, aut ignominiæ perpetuæ subiugauit,* id est iudicium adeo firmum, vt, quemadmodum trabs valida disrumpi non potest, ita & illud nulla ratione conuellatur. Vide plura apud CIRONIVM *Obseruat. Iur. Can. lib. 2. cap. 11.* & DV FRESNE *in Glossar.*

(nnn) *Quolibet in loco.* Hæc verba confirmant ea, quæ supra de solitudinibus disputaui. Paganus enim quicunque sacrificans, & in loco occulto, & in eo, qui ab hominum frequentia non est remotus, summo afficitur supplicio.

(ooo) *In fortunam, in sanguinem.* Confirmat Theodosius A. *legem* suam *23. de pagan.* qua *bonorum proscriptione,* coercentur pagani, & *legem vltimam eiusdem tituli,* qua *morte multandos* dæmonicolas esse, statuit.

(ppp) *Mutari temporum vices.* His & sequentibus verbis retorquet crimina, in paganos, Theododosius A. quæ quondam Christianis ab iis obiecta sunt, propriisque quasi telis Deorum cultores conficit. Gentiles enim, vbi aduersi quid Reipublicæ aut imperio Romano accidebat, tribuebant id Christianis, naturæ humanique generis hostes eos esse vociferantes. TERTVLLIANVS *Apologet. c. 40. Quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si cælum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim christianos ad leonem.* AVGVSTINVS *de ciuitate Dei lib. 2. c. 3. Illud quoque ortum est vulgare prouerbium: Pluuia defecit, causa christiani nominis.* Et mox: *Atque hoc apud vulgus affirmare nituntur, clades, quibus per certa interualla locorum & temporum, genus humanum oportet affligi, causa accidere nominis christiani.* ARNOBIVS inprimis huc pertinet *lib. 1. aduers. gent. init. Si apud nos constiterit esse causas, per quas suis mundus aberrauit ab legibus.* Et. *pag. 3. Edit. Stewech. Inuectam esse labem terris, postquam religio christiana intulit se mundo. Pestilentias, & siccitates, bella, frugum inopiam, locustas, mures, & grandines, & alias res noxias, dii nobis important iniuriis vestris, atque offensionibus exasperati.* Et *pag. 4. Difficiles pluuiæ sata faciunt emori, & sterilitatem inducunt terris.* CYPRIANVS *tractat. ad Demetrian. pag. 186. Edit. Ioan. Cestriens.* apposite ad hunc locum: *Non hieme nutriendis seminibus tanta imbrium copia est: non frugibus æstate torrendis solis tanta flagrantia est, nec sic verna de temperie sua læta sunt, nec adeo arboreis fætibus autumna fæcunda sunt. Deficit in agris agricola.* Consule apud eundem *Epistolam* Firmiliani *75.* OROSIVM *lib. 7. c. 37.* & maxime Antonini A. Epistolam apud EVSEBIVM *hist. lib. 4. c. 13.* BARONIVS *in Annal. ad an. 439.* hanc Theodosii constitutionem recitans, putat, mutatas temporum vices, quarum hic mentio facta, dedisse imperatori occasionem, sanciendi legem, cum admodum bene intellexerit, violatæ rectæ religionis causa, Dei iusta vindicta factum esse, vt magna singulis annis laboratum esset frugum inopia. Elegans quidem hæc Viri magni coniectura est, at vero, cum scriptorum nullus, qui res huius temporis, memoriæ tradiderunt, memorauerit insignem quandam in Orientis partibus sterilitatem, tribuerem potius hanc iussionem Theodosii, pietati & reuerentiæ erga catholicam religionem, quam, in fine quoque Nouellæ profitetur. Cum etiam in hunc annum, quo data est hæc constitutio, incidant octaua Theodosii *Quinquennalia,* ea sine dubio magis illustria, promulgatione legis, ex qua maximum in ecclesiam redundare debebat commodum, reddere voluit. De *Quinquennalibus* his locus est classicus apud MARCELLINVM *in Chron. Theodos. A. XVII. & Festo Cos.* Confer etiam PAGIUM *in Critic. ad an. 439. num. 1.* Laudatus modo Baronius, verba nouellæ huc pertinentia ita edidit: *An diutius perferimus mutari temporum vices?* ex ingenio, vt puto, cum constantissime manuscripti & impressi libri seruent, *perferimus.*

(qqq) *Perfidia.* Nomen *perfidiæ,* hæreticis tribuitur, *l. 6. 25. de hæret.* Vid. *Glossar.* Sed *Perfidia* de paganis recte dicitur, quia nimirum contra fidem vere expositam, id est, Apostolicas expositiones, Symbola, Nicænum, & Constantinopolitanum, mente præfacta veniunt, vt videre est *l. 4. Cod. Iust. de SS. Trinitat.*

(rrr) *Transit lege sua natura decretum.* MS. W. *transit legis suæ natura decretum.* MS. G. *transit leges suæ naturæ decretum.* Male se habet recepta lectio, hinc Vir doctissimus *in obseruat. miscellan.* emendat, *transit legem suam naturæ decretum.* Naturæ lex sua, qua temporum vices distinguuntur. MINVTIVS *cap. 18. Cælum terramque perspicias, prouidentiam, ordinem, legem.* ARNOBIVS loco supra citat. *Mundus aberrauit a legibus.* Et *lib. 1. pag. 2. Quid contra leges principaliter institutas, aut sensit, aut passa est rerum ipsa, quæ dicitur, appellaturque natura?* Et *pag. 8. Aliis legibus alia rursus ordinanda natura,* Forte auctoritate MS. G. reponeret quis, *leges suas.* Sed proba est lectio MS. W. *Lex naturæ,* est, ordo naturæ; hinc decretum legis suæ, id est, decretum ordinis sui, natura ad vindictam impietatis paganæ, transire dicitur.

(sss) *Pianda.* MS. G. *Expianda.*

(ttt) *Manichæos.* De his agitur legibus septendecim hoc Codice, quas repete ex *Paratitlo* tituli de hæreticis.

(vvv) *Eunomianos.* De his sunt leges viginti atque vna, recitatæ in laudato *Paratitlo.*

(xxx) *Montanistas.* De his sunt *leges, 34. 48. 57. 65.* titulo *de hæret.*

(yyy) *Catafrigas.* MSS. W. G. & Edit. Sichard. *Phrygas*

Phrygas. Fryges appellantur *l. 40. 59. 65. de haeret. Phryges* apud EPIPHANIVM *haeres. 48. Cataphryges* apud EVSEBIVM *hist. eccles. lib. 5. cap. 14. 16.* quasi Euangelium, vel dogma esset κατὰ Φρύγας, vt obseruat Doctissimus PETAVIVS *in not. ad Epiphan. haeres. citat.* De haeresi hac adi GOTHOFREDVM *in Commentar. ad d. leges.* & VALESIVM *in Obseruat. ad Euseb. l. c.*

(zzz) *Fotinianos.* MS. W. *Fotinos*, Sichard. *Photinas.* Sed *Fotiniani* nominantur *l. 65. de haeret.* & labes *Fotiniana l. 6. dict. tit.* Rectius *Photiniani*, a Photino Episcopo Sirmiensi, de cuius haeresi agit EPIPHANIVS *haeres. 71.* & inter recentiores MATH. LARROQVANVS *in dissertat. de Photino*, quae lucem vidit Geneuae 1670.

(a) *Priscillianistas.* MSS. W G. *Pristinanistas*, male. Phryges & Priscillianistae in legibus Cod. Theodos. iidem sunt. Ita *l. 40. de haeret. Frygas siue Priscillianistas*: & *l. 59. eod. tit. Fryges, quos Pepuzitas siue Priscillianistas, vel alio latentiore vocabulo appellant.* Priscillam enim quandam prophetissam Phryges venerabantur, vt est apud EPIPHANIVM *haeres. 48.* & *49.* a qua muliercula Priscillianistarum nomen. Imo in legibus *48.* & *65. de haeret* Priscillianistae sunt Phryges, cum illae leges editae sint a Theodosio Iuniore, & haeresis Phrygum in Oriente altas egerit radices. Eam ob causam etiam hoc loco, licet Catafrigarum supra facta sit mentio, Priscillianistas, Phrygum sectam intelligendam esse censeo, non eam, cuius est auctor Priscillianus, Hispanus nobilis & diues, de quo multa apud SVLPITIVM SEVERVM *lib. 2. cap 46. sequent.* HIERONYMVM *in Catalog. cap. 121.* AVGVSTINVM *haeres. 70.* BARONIVM *ad an. 381.* IOSEPH D'AGVIRRE *Concil. Hispan. Tom. 2. Dissert. 4* NICOL. ANTONIVM *Biblioth. Hispan. Tom. 1. pag. 129.* huius enim Viri perfidiae tabes, pleraque tantum Hispaniae, vt Sulpitius refert, peruaserat.

(b) *Ascodrogos.* In margine Edit. Sichardin. ex libro vetere, *Tascodrogitas.* Tascodrogitae occurrunt *l. 10. de haeret.* Apud EPIPHANIVM autem *haeres. 48. Tascodrugitae* sunt Phrygum secta, nomen habentes a τασκὸς, quod illis *paxillum* significat, & δροῦγγος, id est, *nasus*, siue *rostrum*, quia nimirum inter orandum, vt animi quandam tristitiam, & affectatam prae se ferrent sanctitatem, indicem manus digitum naso imponebant. In lege *65. de haeret.* mentio fit *Ascodrogitarum*, qui in lege *5. Cod. Iust.* quae ex dicta 65. desumpta est, audiunt *Tascodrogitae*, & in graecis paratitlis Ἀσκόδρουγοι. Ex quo patet, *Tascodrogitas, Ascodrogitas*, & *Ascodrogos* vnius haereseos esse homines. Imo *Ascodrytae* vel *Ascodrupetae*, apud THEODORETVM *haeret. fabular. lib. 1. c. 13.* iidem sunt cum *Ascodrogis*, quod vidit PETAVIVS *ad Epiphanium l. c.* Ascodrogitas autem ideo dictos, PHILASTRIVS *haeres. 76* retulit, quod vtrem inflatum posuerint, in ecclesia sua eum cooperuerint, atque postea circumierint, potibus insanientes, non intelligentes, quod ait Saluator, vtres nouos sumendos, inque eos vinum nouum mittendum, non in veteres. Diuersa enim haereticis, ob diuersas actiones, imposita fuisse nomina notum est. Imo *Passalorynchitae* plane non differunt a Tascodrogitis, quamuis id velit Philastrius. Satis enim aperta sunt Epiphanii verba *l. c.* τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος καλεῖται. Vti enim ἀπὸ τοῦ τασκοῦ, *Tascodrugitarum*, ita ἀπὸ πασσάλου, *Passalorynchitarum* nomen est. Consule AVGVSTINVM *haeres. 63.* PETAVIVM *ad Epiphan. l. c.* CAVE *hist. literar. ad an. 172.* & *Commentar. ad leg. 10. de haeret.*

(c) *Hydroparastatas.* De his sunt leges *7. 9. 11. 65.* titulo *de haereticis.* Dicuntur *Aquarii* apud PHILASTRIVM *haeres. 77.* quia aqua solum vtebantur, etiam in eucharistiae sacramento, damnabantque vinum. EPIPHANIVS *haeres. 47. n. 1.* κέχρηνται δὲ καὶ αὐτοὶ μυστηρίοις δι' ὕδατος. Confer *Commentar. ad l. 7. de haeret.* Prodiit haeresis e Tatiani schola, de quo EVSEBIVS *lib. 4. c. 29.* IRENAEVS *lib. 1. c. 31.* THEODORETVS *lib. 1. c. 20.* EPIPHANIVS *haeres. 46. Tatianorum n. 2.* DODWELLVS *Dissert. 4. in Irenaeum.* CAVE *hist. liter. ad an. 172.*

(d) *Borboritas.* Impressi libri plerique *Borporitas*, MS. W. *Barboritas.* Lege 65. de haeret. dicuntur *Borboriani*, & in graecis Paratitlis *pag. 1426. Tom II Bibl. Iur. Can. Hen. Iustelli*, Βορβολιανοί. Recte *Borboriani* aut *Borboritae*, ex graeco βόρβορος, *caenum.* Fuit haeresis illa portio Gnosticorum, cuius asseclae carnalibus sese volutabant voluptatibus, & conuentus suos multiplicis ac promiscui concubitus foeditate contaminabant, imo humanis carnibus vescebantur, narrante EPIPHANIO *haeres. Gnosticor. 26. n. 3.* Inde *caenosi*, siue *Borboriani*, audiunt. PHILASTRIVS *in Catalog. haeret. c. 74. Hi itaque in caenum euntes, & inde obliti de caeno facies, & membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrabant.* THEODORETVS *haeret. fabular. lib. 1. cap. 13.* primo *Barbeliotas* vocatos tradit, quod aeonem quendam ab interitu alienum, nomine *Barbeloth*, finxerint, degere in spiritu virginali. Propter nefanda autem mysteria, & execrabilem viuendi rationem, fuisse postea cognominatos *Borborianos.* Eorum fit mentio apud PHILOSTORGIVM *lib. 3. c. 15.* vbi consulendus GOTHOFREDVS, & apud HIERONYMVM *proœm. epist. ad Galat. lib. 2. in Epistola Synodica* SOPHRONII Archiepiscopi Hierosolymorum, quae legitur *Action. XI. Concilii Oecum. VI.* Vide *pag. 1291. Tom. III. Concil. Harduin.*

(e) *Ophitas.* Ophitarum nulla mentio in legibus Codicis Theodosiani, occurrunt autem in Constitutionibus graecis Iustiniani *l. 18.* & *21. Cod. Iust. de haeret.* & in SOPHRONII *Synodica epistola pag. 1291. Tom. III. Concil. Harduin.* Aduersus Ophitas disputat EPIPHANIVS *haeresi 37.* eorumque deliria recenset THEODORETVS *haeret. fabular. lib. 1. c. 14.* TERTVLLIANVS *de praescript. c. 47.* PHILASTRIVS *de haeres. c. 1.* Nomen habent a serpente, Ὀφῖται δὲ καλοῦνται, δι' ὃν δοξάζουσιν ὄφιν, *Ophitae, siue Anguinei vocantur ab angue illo, quem celebrant*, inquit EPIPHANIVS *l. c.* Certe TERTVLLIANVS scribit, eos serpentem, tanquam scientiae boni & mali auctorem tanti fecisse, vt Christo ipsi praetulerint. AVGVSTINVS *de haeres. c. 17.* scriptum reliquit, Ophitas haereticos, serpentem Paradisiacum Christum fuisse, arbitratos, nutriuisseque ideo serpentem aliquem in spelunca, & magno habuisse in honore. THEODORETVS porro narrat, serpentem eos mensae, siue altari, in quo siti erant oblati panes, imposuisse, & postea panibus his, tanquam ab angue sanctificatis, communicasse. Longum esset stulta Ophitarum memorare somnia, facile enim ex dictis colligi potest, iis nihil plane cum Christianis fuisse commune, quod ORIGENES *aduers. Celsum lib. 6. pag. 291. 294.* magis probat, scribens, pestilentissimae sectae homines, neminem in sodalitium adsciuisse, nisi prius Iesum fuerit execratus.

(f) *Parens Karissime atque Amantissime.* MSS. W. G. *Florenti P. K. AA.* Sichard. Editiones Lugd. Gothofred. *Praefecte Karissime Augustorum.* Consule dicta ad *Nouellam 1. in fin.*

(g) *Famulatum.* SYMMACHVS ad Honorium Aug. *Ep. 19. auctuar. Symmach. Me tacere non conuenit,* pro

pro debito famulatus, quem maiestati vestræ semper exhibeo. IDEM *ibid. ep. 21. Statim debito famulatu implere properaui.* Et *epist. 29. Vbi primum sacra domini nostri præcepta perlata sunt, statim (vt conuenerat) debitum tribui famulatum.*

(*h*) *Propositis excellentiæ suæ solemniter edictis.* Ita omnes libri exhibent, sed forte hic rescribendum *excellentiæ tuæ*, quamuis defendi possit lectio vulgata. *Excellentia tua* compellatur PP. in legibus plurimis, quas vide collectas in *Notitia Præfect. Prætor. pag. 4.* Præterea hæc verba lucem capiunt ex more, qui olim obtinuit, vt principales iussiones, magistratus programmate, siue edicto proposito, diuulgarent, & in locis celeberrimis anteferrent, quo facilius citiusque ad omnium peruenire possent notitiam. L. 37. de hæret. *Rescriptum, proposito Programmate, celeberrimis in locis volumus anteferri.* Et Præfectus quidem Prætorio, per cunctas præfecturæ suæ prouincias, Principum constitutiones, ad Iudices siue Rectores, transmittebat. Consule *Paratitlon de Constitutionib. princip.* Hinc facile intelliguntur verba & formulæ in constitutionibus obuiæ, *Antelata, Prælata, Proposita, Proposita sub edicto Præf. Prætor.* Nouell. Valent. de 30. annor. præscript. *Prælata oraculi auctoritate*, l. vn. si per obreption. *Missa a Præf. Prætor.* l. 3. ne quid publ. lætit. nuntii. SIRMONDVS *Propempt. 2. cap. 2.* accurate monuit, primo semper loco scriptam legem Principis, eique subiectum magistratus edictum monitorium fuisse. Probant sententiam, non tantum Acta Conciliorum, vt Ephesini, *Part. 4 pag 1718. Tom. I. Concil. Harduin.* Collationis Carthaginiensf. *collat. 1. num. 4. pag 1052. Tom. eod. Concil.* sed & ipsa decori species eam confirmat, cum facile omnes intelligant, Principis legem magistratus siue Iudicum programmatibus postponi non potuisse. Confer COMMENTARIVM *ad leg. vn. si per obreptionem*, & GVTHERIVM *de Off. dom. aug. lib. 1. c. 36.* qui tamen non vbique recte vidit.

(*i*) *Faciat.* MS. W. *faciet.* Ita *l. vlt. de decurion. & silentiar.* data ad Præf. Prætor. *Illustris auctoritas tua, statuta nostræ clementiæ, edictis propositis ad omnium notitiam faciet peruenire.* Sed ea lectio huic loco non conuenit, quamuis bene defendi possit MS. W. vt patebit ex nota sequente.

(*k*) *Præcipiat intimari.* Ita omnes libri habent, in MS. W. vero vno contextu legitur: *Faciet peruenire notitiam; prouinciarum quoque moderatoribus præceptum intimari.*

(*l*) *Necessario sancimus.* MS. W. *necessaria sanximus.* MS. G. *necessaria sancimus.* Videtur omnino legendum esse, *necessario sanximus.*

(*m*) *Prid. Kal. Febr.* MS. G. *Prid. Id. Febr.* Sine dubio vitio librarii. nam libri reliqui omnes diem vulgatum seruant, cumque habet Codex Iust. in *lege vlt. de Iudæis*, & *leg. 7. de hæret.*

(*n*) *Theodosio Aug. XVII. Cos. & qui fuerit nuntiatus.* Theodosius Consul hoc anno processit decimum septimum ob Quinquennalia octaua imperii, viuente patre initi, habuitque in Occidente Collegam Festum. MARCELLINVS *in Chron. Theodosio XVII. & Festo.* CHRON. ALEXANDR. Θεοδωσίȣ Αὐγȣ́ςȣ τὸ ιζ καὶ Φήςȣ. *Fasti Florent. maior.* Θεοδωσίȣ τὸ ιζ' καὶ Φίςȣ. Confer PAGIVM *in Critic. ad an. 439.* & *Fastos* RELANDI. Quia vero Nouella hæc edita est sub initium anni, Festi Consulatus Constantinopoli nondum innotuerat, hinc formula hic apparet, *& qui fuerit nuntiatus*, quæ tamen abest a MSS. W. & G. & Edit. Sichard. Patet ex dictis, emendandam esse subscriptionem *legis 7. Cod. Iust. de hæret.* cum enim ea lex desumpta sit ex hac nouella, vt supra iam vidimus, mutandus est consulatus, rescribendumque *Theodosio Aug. XVII. & Festo Cos.* Male hactenus editum, *Theodosio XVI. & Fausto*, qui Consules prodiere anno superiore 438.

(*o*) *Eodem exemplo. Viro Illust. PF. P. Illyr.* Absunt hæc a MSS. W. G. & Edit. Sichard. negligentia librariorum, nam hæc verba certissime genuina sunt. Etenim leges, quæ singulare commodum toti imperio conciliare, quæque malo, per imperium grassanti, medelam afferre debebant, ἰσοτύπως ad varios magistratus dabantur. Exemplum est in *l. vlt. de princip. agent. in reb.* quam Theodosius noster an. D. 435. dedit quidem ad Valerium Magist. Off. sed quæ *eodem exemplo* missa fuit ad Præf. Prætor. Præfectum Vrb. Comitem Ægypti, aliosque Magistratus. Cum Honorius an. 408. catholicæ sectæ inimicos prohiberet intra palatium militare, *legem 42. de hæreticis* inscripsit Magistro officiorum, & Comiti domesticorum, sub quorum dispositione omnis erat militia palatina. Theodosius Iun. an. 414. tribuens indulgentiam debitorum omnibus Orientis prouinciis, dedit *legem 9. de indulgentiis debitorum* ad Anthemium Præf. Præt. orientis, cui hæc verba adiuncta legimus: *De eadem re scriptum edictum ad populum, ad Marcianum Com. S. L. Musellio Præposito sacri cubiculi, de titulis ad domum sacram pertinentibus. Ad Rectores prouinciarum, & de metallariis edictum ad populum per Prouincias Illyrici, & ad Rectores prouinciarum.* Idem Augustus, cum Anno D. 436. Decurionum priuilegia per imperium Orientis firmare vellet, *legem 187. de decurionib.* inscripsit Isidoro Præf. Prætor. Orient. & misit, *eodem exemplo Eubulo Præf. Prætor. Illyr.* *Eodem exemplo*, est, τῷ αὐτῷ τύπῳ, apud SOCRATEM *lib. 2. c. 23.* in *lege 13. de veteran* dicitur, *paria scripta dirigere.* Igitur cum hæc lex aduersus Iudæos, hæreticos & paganos, per totum Orientis imperium sparsos, lata sit, non tantum erat inscribenda Florentio, cui Oriens proprie sic dictus suberat, sed mittenda quoque ad Præfectum Prætorio Orientalis Illyrici: his enim duabus Præfecturis continebatur Orientis imperium.

(*p*) *Ad nullum.* Editiones Sichard. Paris. Rittershus. Gothofred. *ad vllum.*

(*q*) *Sub specie.* Hæc & sequentia interpretis verba in *canone 73. Concilii Meldensis*, adsuta sunt ipsi constitutioni Theodosianæ, hoc modo: *nefas quippe credimus, vt supernæ maiestati & romanis legibus inimici, sub specie cuiuslibet officii, christianos, vel etiam sacerdotes, sub quacunque occasione iniuriis audeant fatigare.*

(*r*) *Ne suprascripti &c.* Hæc in canone Meldensi ita immutata: *fatigare, vel legis nostræ aliquos, aut condemnare aut adiudicare præsumant.* Aliqui *legis nostræ*, sunt christiani; *lex christiana*, est christiana religio, vide *Glossar.* & hanc, *legem suam*, vocant patres Concilii Meldensis.

(*s*) *Adiudicare.* MS. G. Editiones Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershus. *iudicare.*

(*t*) *Denuo.* MS. W. *de nouo.*

(*v*) *Construere.* Editiones Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershus. *constituere.* Canon Meld. *struere.*

(*x*) *Pondo.* MS. G. & Can. Meld. *pondera.*

(*y*) *In suam legem.* MSS. W. & G. *in sua lege*, rustica latinitate, de qua vide BIGNONIVM *in præfatione ad Marculfum*, & DU FRESNE *in præfat. ad Glossar. latin.*

(*z*) *Hac lege.* MSS. W. & G. *in hac lege.*

Ne curialis prædium alterius conducat, aut fideiussor conductoris existat. Tit. IIII.

I. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PF. P. Orientis & Exconsule. (a)

NOn dubium est (b) in legem (c) committere eum qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Nec pœnas legibus insertas (d) euitauit, (e) qui se contra iuris sententias sola (f) prærogatiua verborum fraudulenter excusat. Curiales ne ad procurationem rerum alienarum accederent, cautum est prouidentissima sanctione, (g) cuius in fraudem conducendi eos sibimet vsurpare licentiam sublimitatis tuæ suggestione comperimus. Quos licet pristinæ legis laqueis irretiri decernamus: conductionem namque speciem esse procurationis certissimum est: attamen ne sub fraudis suæ velamine legis lateant contemptores, neue eis fucata suæ calliditatis excusatio relinquatur, hac perpetua (h) lege valitura sancimus, conducendi (i) quoque fundos alienos licentiam curialibus amputari, locatas res fisci viribus vindicari. Conductor itaque locatori, vel contra, locator conductori contra hanc legem nulla tenebitur actione. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quam nouellas trahi generaliter imperamus, vt legislatori quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, cetera quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere. Hoc est, vt ea quæ lege (k) fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile (l) debere esse quod factum est. Sed & si quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente factum est lege, illud quoque cassum atque inutile esse præcipimus. (m) Sed quo omnis fraudis semen per hanc legem curialibus radicitus amputetur, nec fidem suam pro conductoribus fundorum interponere concedimus curiales. Cur enim conductio prohibetur, si conductionis periculum vel sollicitudo permittitur? Secundum prædictam itaque (n) regulam, quam (o) vbique seruari, factum lege prohibente, censuimus, certum est nec stipulationem eiusmodi (p) tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec sacramentum (q) admitti, nec actionem quolibet pacto aduersus eum (r) fideiussorem competere locatori, Florenti Parens Karissime atque amantissime. (s) Illustris itaque & magnifica auctoritas tua prouidentissime constituta, edictis propositis ad omnes prouincias perferri præcipiat. Dat. XVII. (t) Id. April. Constantinop. Theod. A. XVII. Cons. (v) (439.)

INTERPRETATIO. *Nullus curialium in fiscali* (x) *vel in priuato agro conductor accedat, nec pro aliquo conductore fideiussor existat. Quod si quis curialem in agro suo susceperit conductorem, aut pro alio* (y) *conductore fideiussorem acceperit curialem, actionem suam nouerit in omnibus vacuari. Nam* (z) *& ager ipse, qui a possessore curiali conductus est, fisci viribus vindicetur. Curialis vero pro suprascriptis conditionibus, etiamsi cautionem emiserit, non teneatur.* (aa)

(a) *Florentio PF. P Or. & Excons.* De hoc vide dicta *not. a. ad Nouell. 1.* & *Prosopograph.* Male hic Edit. Sichard. *Florentio PV.* In MS. & edit. Sichard. nulla Exconsulis mentio.

(b) *Non dubium est.* Lex *non dubium est 5. Cod. Iust. de legibus* hinc desumta est, omissis iis, quæ de procuratione & conductione agunt.

(c) *In legem.* MSS. W G. *in lege.* Vid. *not. y. ad Nouell. 3.*

(d) *Legibus insertas.* MSS. W. G. & Cod. Iust. *insertas legibus.*

(e) *Euitauit.* Cod. Iust. *euitabit*; & ita quoque edidit Gothofredus.

(f) *Sola.* MSS. W. G. *scæua:* inde in Cod. Iust. *saua prærogatiua.* Prærogatiua *scæua*, est iniqua, mala, peruersa. In Glossis, *scæui, mali, sinistri, peruersi,* & *scæuitas, iniquitas.* Vox familiaris Apuleio, & Symmacho, & obuia in legibus utriusque Codicis. Consule *Glossarium* & BRISSONIVM *de V. S.* Nouella 6. Valentin. *de libertis*; *Scæuis interpretationibus calumniantium.* SYMMACHVS *lib. 10. ep. 44. Moribus scæuis familiare atque cognatum est, armare spiritus impunitatis exemplo.* Vide IVRETVM *ad Symmach. lib 1. ep. 25.* SVLPITIVS *Dialog. 1. cap. 7. Scæuo exemplo ad regendam ecclesiæ disciplinam præfectus assumitur.*

(g) *Prouidentissima sanctione.* Prouocat Theodosius Iun. ad *legem* Theodosii M. aui sui *92. de decurionib.* qua statutum; *Vt, si quis procurationem facultatum suarum crediderit curiali esse mandandam,*

dandam, patrimonium eius omne, quod curiali crediderat, fiscus inuaderet; curialis autem, qui libertatis & generis immemor, infamissimam seruilemque susceperit procurationem, deportaretur. Est enim procuratio facultatum alienarum, fundorum, prædiorum seruilis actus, quem curialis, nisi cum detrimento existimationis suæ, suscipere potuit. Vide *Commentarium* GOTHOFREDI *ad h. legem.* Curiales igitur, vt fraudem huic legi facerent, conduxerunt prædia: eam ob caufam Theodosius Iun. Aui sanctionem, quam prouidentissimam vocat, interpretatione sua extendit ad conductionem, imo ad fideiussionem conductionis.

(h) *Hac perpetua.* MS. W. *hac perpetuo* MS. G. *hac perpetua.* Probæ lectiones, & meliores vulgata.

(i) *Conducendi quoque.* Hinc desumpta est *lex 30. Cod. Iust. de locato & conduct.* quam integram appono. *Impp. Theodos. & Valentin. A. A. Florentio PP. Curialis neque procurator, neque conductor alienarum rerum, nec fideiussior aut mandator conductionis existat: alioquin nullam obligationem neque locatori, neque conductori ex huiusmodi contractu competere sancimus.* Abest subscriptio legis a vulgatis editionibus Codicis Iust. quam tamen CONTIVS ex hac Nouella suppleuit.

(k) *Quæ lege.* MS. G. *quæ ex lege.*

(l) *Inutile debere.* MS. W. *Vt inutile debere.*

(m) *Præcipimus.* MS. G. Editiones Sichard. Lugd. Gothofred. *perspicimus.* MS. W. *præspicimus*, errore librariorum.

(n) *Secundum prædictam itaque.* Cod. Iust. *secundum itaque prædictam.*

(o) Quam vbique seruari, factum lege prohibente. Edit. Sichard. quam vbique seruari sanctam, lege perhibente: male, vt patet ex antecedentibus. Emendandus etiam ex hac lege Cod. Iust. in quo legitur, *qua* vbique non seruari factum lege prohibente. Sed hæc sensu carent.

(p) *Eiusmodi.* Cod. Iust. huiusmodi.

(q) *Nec sacramentum admitti.* Quid in foro olim sacramentum fuerit, ii, qui ad Ciceronem commentati sunt, & ERNESTI *in claue Ciceron.* WYBO *de interrogat. in iur.* aliique docuerunt. Hoc autem loco sacramentum pignus significat, siue, vt interpres bene dixit, cautionem, quam fideiussor emisit, locatorique pignori dedit. Habes ergo hic exemplum, sacramenti nomine venisse hoc æuo, sponsionis priuatim & extra iudicium factæ, pignus, quod dudum vidit SIGONIVS *de iudiciis lib. 1. c. 21.* Et de his tantum temporibus intelligendus est ISIDORVS *Origin. lib. 5. cap. 24.* scribens: *Sacramentum est pignus sponsionis. Vocatum autem sacramentum, quia violare, quod quisque promittit, perfidia est.* Nulla hic mentio prisci moris, quem non neglexisset doctissimus Præsul, si de veteribus sacramentis constituisset exponere. *Sacramentum* autem hic pertinere ad fideiussorem, docent verba mox sequentia, *aduersus eum fideiussorem.* Nam *stipulatio* pertinet ad ipsam conductionem, *mandatum*, ad procurationem rerum alienarum.

(r) *Eum.* Abest hæc vox a MS. G.

(s) *Florenti Parens Karissime atque amantissime.* MS. W. Florenti P. carissime Augustorum. MS. G. Florenti P. K. Augustorum. In Sichardin. & vna Lugdun. Præfecte charissime Augustorum, in Lugdun. altera & Rittershus. Præfecte Clarissime. Consule notas ad Nouell. 1. in fin.

(t) *Dat. XVII.* MS. W. & Cod. Iust. *Dat. VII.* quomodo & in aliis Codicibus fuit, vt notatum in margine Edit. Sichard. Lugdun. & Paris.

(v) *Theodosio A. XVII. Cos.* Ita emendaui auctoritate Codicum MSS. W. Ottobon. Goth. Codicis Iust. & Edition. Sichard. licet impressi libri omnes præferant *Theodos. A. XV.* Sed mendosissima est hæc subscriptio. Theodosius A. XV. Consul prodiit A. D. 435. edita itaque esset hæc Nouella ante Codicem Theodosianum, qui demum A. D. 438. promulgatus est. Neque Florentius A. D. 435. fuit Præfectus Prætor. Orientis, sed Isidorus, vt patet ex *lege vltima de princip. agent.* Consule, quæ dicta sunt ad subscriptionem *Nouellæ 1.* & *Prolegomena Cod. Theodos. cap. 1. §. 3.* ibique *notas.*

(x) *In fiscali.* Hæc addidit interpres ex seculi sui more.

(y) *Alio.* MS. G. *Aliquo.*

(z) *Nam.* Abest hæc vocula ab Edit. Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershus.

(aa) *Teneatur.* MS. W. & Edit. Sichard. *tenetur.*

De tutoribus. (*a*) *Tit. V.*

1. Impp. THEOD. & Valent. AA. Florentio PF. P. Orientis & Exconsule. (b)

CVm in omnibus rebus, tum vel maxime moderamen desideratur in legibus, per quas delinquentes pro qualitate criminum (c) conuenit emendari. Nec enim vtile est, vel a Iudicibus obseruandum, quod modum emendationis excedit, si (d) Constitutionem, quæ matres pupillis, vel minoribus defensionem legitimam non petentes, vel relictarum rerum inuentarium non facientes, mori præcepit (e) intestatas, vt pote amaram, ac matres immoderata pœna plectentem, (f) antiquari decernimus. Sed ne superflua vel inhumana resecantes, impunitatem delinquentibus promittere videamur, hac saluberrima lege pupillorum quoque vtilitatibus censuimus prouidendum. Sciant (*) itaque qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre, tutorem ei secundum leges (g) non petierint intra annum, omnem (**) eis siue ab intestato, siue iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam. Idemque obseruari volumus, & si mater (***) legitima (h) liberorum tutela suscepta, ad secundas, contra sacramentum præstitutum, (i) aspirauerit nuptias, antequam ei tutorem alium fecerit ordinari,

nari, eique quod debeatur (k) ex ratione tutelæ gestæ persoluerit. Quod si contra legis huius auctoritatem, antequam hæc impleuerit, (l) secundo se marito crediderit copulandam, mariti quoque eius, præteritæ tutelæ ratiociniis, (m) bona iure pignoris tenebuntur obnoxia, Florenti Parens Karissime atque amantissime. (n) Illustris itaque & magnifica auctoritas tua legem perpetuo valituram, edictis propositis, ab omnibus obseruari præcipiat. Dat. VII. (o) Id. Iul. Constantinop. Theodosio A. XVI. (p) & Festo V. C. coss. (439)

INTERPRETATIO. *Lex ista liberat matres a pœna illa, quæ fuerat in Theodosiani Codicis corpore constituta, vt si non prouidissent filiis tutores, vel rerum inuentarium non fecissent, faciendi de rebus suis testamenta, vel donandi cui voluissent, non haberent liberam potestatem, & insuper notarentur infamia. Sed hæc Constitutio, vt matrem de prædicta* (q) *pœna liberat, ita minoribus in hac parte consulit,* (r) *vt si mater tutelam filiorum gerendam legitime susceperit, & se iurisiurandi interpositione constrinxerit, si ad alias nuptias contra promissa transierit, & alium tutorem filiis deducta ratione non dederit, aut quæ* (s) *eam constiterit debere non ante persoluerit, contra legis huius ordinationem veniens, non solum eius bona si debitrix extiterit, filiis teneantur obnoxia, verum etiam secundi mariti qui obligatæ personæ coniunctus est, facultas, in eo quod debitum processerit,* (t) *loco pignoris teneatur, donec omne debitum quod ratio tutelæ inuenerit, suppleatur. Nam etiam pupillis in ea parte lex ista præstat auxilium, vt patre defuncto, si filio impuberi, id est, infra annum* XIIII. *hæ personæ quæ ei defuncto possunt legibus & iure succedere, si non aut agendam tutelam ipsius susceperint, aut petierint tutorem, qui res eius, aut ipsum minorem debeat gubernare, ab eius successione habeantur extranei: illis sine dubio profutura successione, qui ad petendos tutores lege non tenentur adstricti, & defuncto cognationis gradu inueniuntur esse propinqui.*

(a) *De tutoribus.* Prouocat ad hanc Nouellam PAPIANVS *libro Responsorum tit. 35.* sed pleniorem profert titulum, *de tutoribus pupillis nominandis.* Soliti sunt Gothi pro lubitu variare titulos, quod sæpe obseruaui in Compendio Alariciano.

(b) Desumptæ ex hac nouella *l. 10. Cod. Iust. de legitim. hæredib. l. 6. Cod. eod. ad SC. Tertullian.* in quibus emendanda inscriptio, cum male legatur, *Florentino PP.* Bene *in l. 6. Cod. Iust. in quibus causis pignus, ad Florentium PP.* quæ & ipsa lex ex hac Nouella est. *Florentino* præfert MS. G. & Sichard. *Florentio PF. V.* male. Consule *not. a. ad Nouell. 1.*

(c) *Criminum.* Edit. Lugd. Sichard. Rittershus. Gothofred. *criminis.*

(d) *Si constitutionem.* Ita quidem habent omnes libri MSS. & impressi. Sed grauissimum hic latet mendum. Quis enim sibi persuadere poterit, Quæstorem ita scripsisse; *nec enim vtile est, vel a iudicibus obseruandum, si constitutionem antiquari decernimus.* Sed facilis est emendatio. Librarii in verbis *si constitutionem* neglexerunt Ꝺc c. aut dictanti non bene auscultarunt: cumque scribendum esset *sic constitutionem,* eorum oscitantia incommodum sensum peperit. Legendum itaque hic est: *Nec enim vtile est, vel a iudicibus obseruandum, quod modum emendationis excedit. Sic constitutionem* &c. *antiquari decernimus.*

(e) *Præcepit.* MSS. W. G. *præcipit.*

(f) *Immoderata pœna plectentem.* Discimus enim ab interprete, matres insuper notatas fuisse infamia. Amara autem hæc constitutio sine dubio olim inserta fuit a Codicis Conditoribus titulo *qui petant,* sed post hanc nouellam legem latam, expuncta, cum in foro nullius vsus esset. Extitisse in Codice, expressa testantur interpretis verba, qui & videre potuit, cum dubium nullum sit, Alarici Regis iussu, vt Compendium legum romanarum accuratissime adornaretur, antiquissima conquisita fuisse Codicis exemplaria.

(*) *Lex sciant 10. Cod. Iust. de legitimis hæredib.* hinc desumpta.

(g) *Secundum leges non petierint intra annum.* MS. G. & Cod. Iust. *secundum legem.* Huc pertinet *lex VII. qui petant,* a Constantio Aug ad Orphitum PV. data. *Auos quoque & auias tutoris necessitas postulandi teneat obligatos, si nepotibus pupillaris ætatis testamentaria vel legitima tutela defuerit: nam si tutor forte penitus non fuerit, secundum ea, quæ priscis legibus statuta sunt, emolumentum successionis amittant, ad quos poterat hæreditas peruenire:* quam legem bene interpretatus est GOTHOFREDVS, quicquid contra dicat Vir doctus *in obseruat. miscellan. Volum. C. Tom. I. pag. 140.* quo loco scribit, falsa Gothofredum & a veteris prudentiæ dignitate alienissima lectoribus obtrusisse, statuendo, Constantium Aug. laudata lege respexisse ad Seueri Aug. constitutionem, quam de tutoribus petendis dederit. Extat illa *l. 2. §. 2. D. qui petant,* & vt lectores æqui iudicare melius possint, integra apponenda est *Omnem me rationem,* inquit A. *adhibere subueniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo: & ideo, quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis, reiectiue, non confestim aliorum nomina dederit, ius non habeat vindicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum.* Egregie hic errasse Gothofredum putat Vir doctus, cum Seueri hæc constitutio non auum & auiam, sed solam coerceat matrem. At enim vero non obseruauit, Constantium Seueri legem supposuisse, & extendisse tantum ad auum auiamque; ideo enim, ne matre quidem nominata, ait, *auos* QVOQVE *& auias tutoris necessitas petendi teneat obligatos,* cum de matre dudum lege cautum esset Imo posteriora quoque legis verba id suadent, quibus sancit Constantius, *secundum ea, quæ priscis legibus statuta sunt,* id est, ad exemplum legum, quæ matres coercuerant, auos quoque & auias hæreditate pupillorum priuandos esse. Ipse Vir doctus autem egregium commisit errorem, cum legem e Codice Theodos.

dos. laudatam ad Constantinum M. retulit, censuitque ea augeri posse FRANCISCI BALDVINI *librum de legib. Constantin. M.* Certe acutius vidit Balduinus optimamque chronologiæ rationem habuit, vt non possim satis mirari, virum doctum tam negligenter inspexisse legis inscriptionem. Errauit porro, ita interpungendo legem: *nam si tutor non petitus fuerit secundum ea, quæ priscis legibus statuta sunt,* &c. putans Constantium voluisse, vt petatur tutor *secundum leges,* id est, iussa populi & principum constitutiones, quibus curam tutelarum magistratibus mandauerunt. Male. tota enim lex est extensiua, & vti capite primo tutoris postulandi necessitas extenditur ad auos & auias, ita etiam capite altero, pœna quæ matrem coercuerat, extendenda fuit *secundum priscas leges,* & applicanda ad eos, ad quos poterat peruenire hæreditas. Hac porro nouella Theodosius Aug. abrogata durissima lege aduersus matrem lata, extendit Constantii constitutionem ad omnes legitimos hæredes, eademque pœna afficiendos vult, si tutorem petere pupillis neglexerint. Id nouum est, & ex hac nouella in Ius Iustinianeum translatum *l. 10. Cod. Iust de legitim. hæredib.* Sed disquirendum hic, an nouum etiam sit, illud *secundum leges intra annum.* Annale tempus neque memorat Seueri neque Constantii constitutio, vt videri possit a Theodosio hoc demum tempore introductum. Eam ob causam etiam CVIACIVS, cum legeret illa §. *penult. Institut. de SC. Tertyllian. futuris eis,* (matribus) *quod si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur,* quæ partim ex Seueri constitutione, partim ex hac nouella, siue dicta lege 10. desumpta sunt, scripsit in notis, illud *de anno* esse Triboniani emblema ex *d. l. 10.* Verum obseruauit CORN. VAN BYNKERSHOEK *Obseruat VIII. 16.* idem iuris iam obtinuisse ætate Vlpiani. Hic enim *l. 2. D. ad SC. Tertyllian.* illustraturus Seueri constitutionem, *§. 43.* scribit, constituisse principem, *confestim* esse a matre tutores petendos, nisi forte impediat infirmitas, vel alia magna caussa, tempus annale tamen matrem nullo modo posse excedere. Verba Vlpiani hæc sunt: *Confestim autem sic erit accipiendum, vbi primum potuit; nisi forte infirmitate impedita est, vel alia magna caussa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impediret, ita tamen, vt nullo modo annale tempus excederet.* Vir doctus *in obseruat. miscellan.* vt Bynckershoekii sententiam confutaret, opponit, nullius legis, constitutionis nullius meminisse Vlpianum, verum interpretis munere fungi, & ex rei natura, receptoque moribus iure disputationem instituere, ac Seueri decretum æquitate temperare. Sed hoc nemini facile persuadebit, potuisse Iurisconsultos principum constitutiones pro lubitu interpretari, idemque facere, quod libera Republica Prætores, qui supplebant, & corrigebant leges, earumque rigorem æquitate temperabant. Id si potuissent ICti, diualia statuta, æternæ sanctiones, iussiones in æternum victuræ, quibus nominibus constitutiones suas ornant ipsi principes, ex eorum pependissent arbitrio, fuissetque eorum potestas maior, quam ipsorum iudicum, quibus capitale fuit, rigorem legum mollire. Sane non capio, quid velit vir doctus, quando asserit, Vlpianum ex iure moribus recepto disputasse, id enim si fecit, non temperauit Seueri constitutionem quadam æquitate, sed ius consuetudinis respexit, quod sine lege vetustas comprobauit; atque vt paucis absoluam, in animo habuit ius ciuile. Certissime autem cogitauit cum animo suo Vlpianus ius antiquum, dum enim hæret circa τὸ *confestim,* interpretatur id, *quam primum potuit,* declaraturus hac interpretatione Seueri Aug. voluntatem. Quoniam autem ob morbum aliasque magnas caussas efficacissime legibus opponuntur exceptiones, addit Iureconsultus, hoc quoque casu, infirmitatem, legitimaque impedimenta excusare, matrem tamen *nullo modo posse annale tempus excedere.* Cur *nullo modo?* Non quia ita censet Vlpianus, sed quod ita erat moribus, siue iure ciuili receptum, aut lege quadam dudum statutum, quam tamen hodie ignoramus. Ex his liquet, hac nouella, & *d. l. 10. Cod. Iust.* tutorem *secundum leges intra annum petere,* idem esse, ac ex legum anteriorum decreto intra annale tempus. In Cod. Iust. & MS. G. est *secundum legem,* quæ lectio si genuina est, respexit Theodosius sine dubio *l. vn. qui petant,* quam hac nouella denuo reuocauit & auxit. MERILLIO *Obseruation. l. 37.* placuit recepta lectio, *secundum leges,* legesque Atiliam, Iuliam & Titiam, intelligendas esse, existimauit; sed cum auctoritas desit, hic nihil pronuntiandum est. Qua ratione autem anni spatium definitum sit, non constat. sunt enim suauia laudati Merillii, aliorumque, qui eum sequuntur, somnia, quæ de anno luctus, quo liberi apud matrem iure antiquo morabantur, profert, neque huc pertinet locus HORATII *lib. 1. ep. 1. v. 22,* vt probauit accurate BYNCKERSHOEKIVS *l. cit.* Et si de matre, auo etiam & auia constaret, incerti tamen hæreremus, cur legitimis hæredibus aliis omnibus, annuum spatium tributum esset. Acquiescendum itaque in voluntate imperantis.

(**) Lex *omnem matri, 6. Cod. Iust. ad SC. Tertullian.* hinc desumpta est.

(***) Lex *si mater 6. Cod. Iust. in quibus caussis pignus,* ex hac nouellæ particula est.

(h) *Legitima.* Cod. Iust. *d. l. 6. in quib. causs. legitime.*

(i) *Prestitutum.* Ita habent MSS. & impressi libri omnes: sed præferre mallem hic Codicem Iust. qui in laudatis modo legibus seruat, *præstitum.* Potest tamen defendi *præstitutum,* vt sit iusiurandum matri præscriptum, id enim est *præstituere,* vt multis locis probat BRISSONIVS *de V. S.* Hoc autem iusiurandum, propter periuriorum frequentiam sustulit Iustinianus *Nouell. 94. c. 2,* quæ ex hac lucem capit.

(k) *Debeatur.* MS. G. & Cod. Iust. dictis leg. *debetur.*

(l) *Impleuerit.* MS. W. *adimpleuerit.*

(m) *Tutelæ ratiociniis.* Cod. Iust. d. l. 6. in quib. caus. *tutelæ gestæ ratiociniis.*

(n) *Parens Kar. atque amant.* MS. W. & Edit. Gothofred, *P. K.* AA. MS. G. Edit. Sichard. Lugd. *Præfecte charissime AA.* Rittershus. *Præfecte Clariss. AA.*

(o) *Dat. VII.* MS. W. Cod. Iust. dictis legibus, Edit. Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershus. *Dat. VII.*

(p) *Theodosio A. XVI. & Festo.* MS. W. Cod. Iust. *d. l. in quib. causs. d. l. 10. de legitim. hæred.* Edit. Sichard. *Theodos. Aug. XVII.* recte. Anno enim D. 439. Theodosius decimum septimum cum *Festo* Consul prodiit. Consule PAGIVM & RELANDVM. Emendanda itaque etiam est subscriptio *legis 6. ad SC. Tertull.* in Cod. Iust.

(q) *De prædicta.* Ed. Sichard. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *a prædicta.*

(r) *Consulit.* MSS. W. G. & impressi omnes, *consuluit.*

(s) *Aut qua.* Edit. Sichard. Lugd. Rittershuſ. Gothofred. *aut quod*

(t) *Facultás, in eo, quod debitum proceſſerit.* MSS. W. G. *Facultas, ſi in ea debitum proceſſerit.* Accuratius impreſſi reliqui, *in eo, quod debitum praceſſerit. In eo*, eſt propterea, latinitate ruſtica.

(v) *Si non aut agendam tutelam ipſius ſuſceperint.* MS. W *ipſi ſuſceperint.* MS. G. *ſi non agendam tutelam ipſi ſuſceperint.*

Contra ſententias Præfectorum P. (a) *iniuſtas poſt ſucceſſionem* (b) *intra biennium ſupplicandum.* *Tit. VI.*

1. Impp. Theod. & Valent. AA. (c) Talaſio PF. P. Illyrici. (d)

SVggeſtio ſublimitatis tuæ, & nobis non probatæ legis abrogandæ (e) materiam miniſtrauit, & quæ ſit (f) in examinandis litigatorum allegationibus tua celſitudo monſtrauit. Quid enim litigantibus in ampliſſimo tuæ ſedis iudicio relinquitur, ſi poſt ſententiam quam nefas eſt appellatione ſuſpendi, (g) nec noſtræ Serenitatis imploretur auxilium. Ideo hac lege perpetuo valitura, litigantibus in ampliſſimo Prætorianæ Præfecturæ iudicio, ſi contra ius ſe læſos affirment, ſupplicandi licentiam miniſtramus, licet pro Curia vel alia qualibet publica vtilitate (h) dicatur prolata ſententia: Nec enim publice (i) prodeſt ſingulis legum adminicula denegari, Talaſi Parens Kariſſime atque amantiſſime. (k) Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua, Conſtitutione, quæ aduerſus ſententiam pro Curia latam ſupplicare prohibuit, omni parte caſſata, ſciat preces intra biennium tantum noſtro numini (l) contra cognitionales ſedis tuæ (m) ſententias offerendas, poſt ſucceſſionem (n) videlicet Iudicis numerandum. Huius legis, (o) ne quem latere poſſit vtilitas, edictis propoſitis, eam ad omnium notitiam venire præcipiat. Dat. III. Id. (p) Auguſt. Conſtantinop. Theod. A. XVII. & Feſto V. C. COSS. (439)

INTERPRETATIO. *Contra Iudicem, aduerſus cuius potentiam non licuerit* (q) *appellare, iubet hæc lex, vt cum priuatus effectus fuerit, intra biennium liceat cuicunque, qui iniuſte oppreſſus eſt, rerum dominis* (r) *ſupplicare, vt illis iterum audientia deputetur. Quod ſi intra biennium poſt ſucceſſionem illius non ſupplicauerint, quæ contra eos fuerant* (s) *iudicata, ſeruentur, & perpetuam teneant firmitatem.*

(a) *Præfectorum P.* Sichard. *Præfecti Prætorii.*

(b) *Succeſſionem.* Sichard. *Succeſſiones.*

(c) *Theodoſius & Valent. AA.* Deſumpta eſt ex hac nouella *lex vn. Cod. Iuſt. de ſententiis Præfectorum Prætor.* cuius mendoſa inſcriptio emendanda eſt. Habent enim editiones vulgatæ, *Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Thalaſſio Præf. Præt. Illyrici*, cum tamen lex data ſit centum triginta & quatuor annis poſt abdicatum a Diocletiano & Maximiano imperium. Vidit id Ez. SPANHEMIVS *Orb. Rom. exercitat. 2. cap. 2.* Sed non emendauit. ANT. CONTIVS autem notauit ad marginem dictæ legis, in exemplaribus manuſcriptis fuiſſe *Theod. & Valent.* Mirari ſatis non poſſum, oculatiſſimum virtum hanc lectionem in textum non recepiſſe. MS. G. hic male quoque habet, *Impp. Conſtantinus AA. PF. P. Illyrici.*

(d) *Talaſio PF. P. Illyrici.* MS. W. Edit. Sichard. Lugdun. Rittershuſ. Gothofred. *Thalaſſo.* Sed recte in Cod. Iuſt. *Thalaſſio*, Græcis enim dicitur θαλάσσιος, & ita quoque ſcribitur *l. vlt. Cod. Theod. de petition.* & *l. 7. Cod. Iuſt. de aduocat. diuers. iudic.* Fuit is an. D. 430. Comes Rer. priuat. vt diſcimus ex dicta lege vltima, & *Proſopograph. Theodoſ.* anno autem 439. Præfectus Prætor. Illyrici, vt præfert hæc nouella, & dicta *l. 7. Cod. I.* Eodem autem anno a Proclo Conſtantinopolitano conſtitutus eſt Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, vt diſcimus ex SOCRATE *in fine hiſtoriæ eccleſiaſticæ.* Dignus eſt locus, qui hic legatur: *Proclus Conſulatu Theodoſii ſeptimodecimo, rem plane admirabilem, & qualem nemo vnquam ex veteribus Epiſcopis geſſerat, aggreſſus eſt. Mortuo enim Firmo Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo, Cæſarienſes Conſtantinopolin venerunt, Epiſcopum poſtulantes. Cumque Proclus diſpiceret, quem ad epiſcopatum illum promoueret, forte accidit, vt ad ipſum ſalutandum cuncti Senatores die Sabbathi in eccleſiam venirent:* ἐν οἷς ἦν καὶ θαλάσσιος, ἀνὴρ τὴν ὕπαρχον χειρίσας ἀρχὴν τῶν ἐν Ἰλλυρικοῖς ἐθνῶν τε καὶ πόλεων, μέλλοντι δὲ αὐτῷ, ὡς φήμη ἐκράτει, τὴν τῶν ἑῴων μερῶν ἐγχειρίζεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως φροντίδα, ἐπιβαλὼν χεῖρα ὁ Πρόκλος, ἀντὶ ὑπάρχου ἐπίσκοπον τῆς Καισαρείας ἀνέδειξεν, *inter quos erat etiam Thalaſſius, qui prouinciarum & ciuitatum Illyrici Præfecturam adminiſtrauerat. Cum vero Orientis quoque partium adminiſtratio ei mox ab Imperatore credenda eſſet, vt fama erat, Proclus ei manum iniiciens, pro Præfecto Prætorii Epiſcopum Cæſareæ illum conſtituit.* Interfuit deinde A. D. 449 Synodo λῃστρικῇ Epheſinæ iuſſu Theodoſii, vt diſcimus ex Epiſtola Theodoſii Aug. ad Dioſcorum Alexandrin. in *Actis Concil. Chalcedonenſ. pag. 79. Tom. II. Concilior. Harduin.* & EVAGRIO *hiſt. eccleſ. lib. 2. cap. 4.* ſed indulgentiam conſecutus in Concilio Chalcedonenſi A. D. 451. ſubſcripſit in Dioſcori condemnationem. Vide *act. 3. Concil. Chalcedonenſ. pag. 374* BARONIVM *ad an. 449. 451.* VALESIVM *in not. ad Socrat. l. cit.*

(e) *Non probata legis abrogandæ.* Quænam fuerit illa lex, intelligitur ex his infra, *conſtitutione, quæ aduerſus ſententiam pro curia latam ſupplicare prohibuit, omni parte caſſata;* Sed poſt hanc nouellam latam, ſine dubio deinde intercidit, &

& e Codice fuit eiecta. De lege autem illa hæc coniectura in mentem venit. Nominabantur aliquando ad curiales functiones a cætu ordinis, siue curia ciuitatis, qui aut publica munera obire non poterant, aut iustas se habere excusationis caussas, perhibebant. Ii igitur, post nominationem, ad prouocationis concurrebant auxilium, adeuntes Præfectum Prætorio. Sed facillime fiebat, vt, cum desolatæ essent curiæ, propter grauissima curialium onera, Præfectus Prætorio curiæ nominationem ratam haberet ferretque pro curia sententiam. Quandoquidem vero a Præfecto Prætorio appellare non licebat, nominatus contra ius, iniusta sententia, mancipabatur curiæ. Factum id Iuliani A. tempore frequenter, quod testantur AMMIANI loca, *lib. 21. c. 12. Ad fauorem municipalium ordinum, iniuste plures muneribus publicis adnectebat.* Lib. 22. c. 9. *Illud amarum & notabile fuit, quod ægre sub eo a curialibus quisquam appetitus, licet priuilegiis & stipendiorum numero, & originis penitus alienæ firmitudine communitus, obtinebat æquissimum.* Lib. 25. c. 4. *Illud quoque ibidem parum ferendum, quod municipalium ordinum cœtibus patiebatur iniuste quosdam adnecti, vel peregrinos, vel ab iis consortiis priuilegiis aut origine longe discretos.* Idem fecerat Thalassii antecessor per Illyrici Præfecturam, quam ob caussam is religione æquitateque motus, retulit ad Theodosium, videri sibi, iniustas latas pro curia sententias, præbuitque abrogandæ legi materiam.

(f) *Quæ sit tua celsitudo.* Id est, qualis sit tua celsitudo in examinandis allegationibus, aut, quam curam adhibeat celsitudo tua. Minime quidem conuenit hæc scribendi ratio elegantiæ latini sermonis, sed secundum hanc ætatem, de ea iudicium ferendum est.

(g) *Nefas est appellatione suspendi.* Constantinus M. qui primus omnem orbem romanum in quatuor diuisit Præfecturas, vt est apud ZOSIMVM *lib. 2. c. 33.* iam anno 331. constituit *l. 16. de appellation.* a Præfectis Prætorio prouocari non posse. Primus hic fuit Imperatorum, qui facultatem a Præfectis prouocandi abstulit, quod licet hodie peruulgatum sit, notare tamen ideo volui, ne quis cum GVTHERIO erret, qui *de Off. dom. aug. lib. 2. c. 2.* auctoritate Aurelii Arcadii Charisii ICti *l. 1. D. de Off. Præf. Prætor.* id iam tempore Alexandri Seueri, sub quo Arcadius ille Iureconsultus vixerit, constitutum fuisse, existimat, & Diocletiani tempore litigantibus in amplissimo Præfecturæ iudicio, si contra ius se læsos affirmarent, supplicandi licentiam *l. vn. Cod. Iust. de sentent. Præfect. Prætor.* datam, tradit. At enim vero, vt sciunt docti, Arcadius demum vixit Constantini M. temporibus, & dicta *l. vn. Cod. Iust.* male Diocletiano inscripta, vt docui supra *not. c.* Rationem autem, cur appellare non liceat a Præfectis, reddidit laudatus ICtus *d. l. vn. Credidit enim,* inquit, *princeps eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse, pro sapientia & luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus.* Prærogatiuam etiam illam Præfectis olim concessam non tollit hæc nouella, sed supplicandi tantum, læsis contra ius, ministrat licentiam, vt patet ex illis, *si contra ius se læsos affirmant, supplicandi licentiam monstramus.* Ideo etiam Tribonianus *l. vn. Cod. Iust. de sentent. Præfect. Prætor.* elucidationis ergo addidit, *si contra ius se læsos affirment, non prouocandi, sed supplicandi licentiam ministramus.* Et idem Theodosius *l. 32. Cod. Iust. de appellation.* quæ subscriptione caret, & quam ad annum 440. proximam, referendam esse censeo, cum inscripta sit Cyro PP. qui eo anno gessit Præfecturam Orientis, vt patet ex Nouellis sequentibus, constituit, ex appellationibus spectabilium iudicum, quæ per consultationes diuini principis numinis, disceptationem implorant, non vlterius sacram esse expectandam audientiam, sed si a Proconsulibus, vel Augustali, vel Comite Orientis, vel Vicariis fuerit appellatum, virum illustrem Præfectum Prætorio, qui in Principis erat comitatu, simul cum Quæstore sacri palatii, voluit esse iudicem. Huc spectat etiam § 5. dictæ legis, *initio: Sane si illustrium ac magnificorum iudicum sententiæ fuerint appellatione suspensæ, eorum videlicet, quorum sententias licet appellatione suspendi.* Præfecti enim Prætorio sententia appellatione suspendi non poterat. Hinc & postea CASSIODORVS in formula Præfecturæ *Var. VI. 6.* scripsit: *Quid est, quod non habeat commissum, cuius est vel ipse sermo iudicium? Pene est, vt leges possit condere, quando eius reuerentia potest negotia sine appellatione finire.* Etiam Iustinianus idem ius dedit Præfectis, quod non modo docet titulus Codicis de appellationibus, verum ipse profitetur *Nouella* sua *119. capite 5.* quo denuo quasi stabilito Præfecturæ honore, firmissimam vult esse latam a Præfecto sententiam, permissa tamen libertate litigantibus, qui putauerint se grauari, vt intra dies decem latæ sententiæ, libellum qui didascalicus appellabatur, aut ipsi Præfecto, aut eius assessoribus siue consiliariis, offerre possent, petituri sententiæ retractationem. Eam ob causam Seculo vndecimo scripsit *Mich.* ATALIOTA ἐν ποιήματι νομικῷ *tit. 94.* οὐκ ἠδύνατο τις λέγειν ἐπὶ δικαστηρίου, ὅτι ἐκκαλοῦμαι κατὰ τῆς ἀποφάσεώς σου, διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς ἀξίας αὐτοῦ: *non poterat quis ad tribunal dicere, aduersus sententiam tuam appello, propter eminentiam dignitatis eius.* Consule BERTERIVM *Pithanon diatrib. I. cap. 8.*

(h) *Alia qualibet publica vtilitate.* Publicam vtilitatem curabant Præfecti; hinc CASSIODORVS in *præfat. Variarum, a præfectura,* inquit, *exercituales flagitantur expensæ: ab hac victus quæritur sine temporis consideratione populorum. Cui ideo leges visæ sunt immensum onus imponere, dum ad ipsam honoris gratiam, maluerunt pene omnia pertinere. Quando in vnum pectus confluit, quicquid vtilitas generalitatis exposcit.* In primis autem huc pertinere puto curam annonæ, de qua præter Cassiodorum, etiam ZOSIMVS *lib. 2. c. 32.* AMMIANVS *lib. 14. cap. 7.* curam etiam cursus publici, muniendorum itinerum, fisci, vectigalium, & quod de bonis vacantibus pronuntiauerit, quæ res omnes tam sunt molestæ odiosæque, vt facillime intelligere possimus, vltro citroque subditos aduersus præfecturam iactasse querimonias. De cura Præfectorum exposuit PANCIROLVS *ad Notit. Imper.*

(i) *Publice.* Sichard. *publico.*

(k) *Parens Karissime atque amantissime.* Edit. Sichard. Lugdun. Rittershus. *Præfecte charissime Augustorum.* Gothofred. *P. charissime Augustorum.*

(l) *Numini.* MSS. W. G. *nomini.* Male: Consule hic BRISSONIVM *de V. S.* ibique Symmachi loca, GOTHOFREDVM *in Commentar. ad leg. 8. de pactis Tom. I. pag. 155.* IVRETVM *ad Symmach. lib. 10 ep. 16.*

(m) *Sedis tuæ.* Du FRESNE *in Glossar.* minus accurate notat, *sedem,* dignitatem indigitare. Sedes enim est iudicium, & contra *sedis tuæ sententias.* idem quod supra, contra amplissimum Prætorianæ Præfecturæ iudicium. *Sedere* dicuntur iudices, quando ius dicunt, vt notum est ex Cicerone.

vone. Consule Cl. Ernesti *Clauem Ciceron.* & loca veterum auctorum a Brissonio allata *de V. S.* Errauit etiam Gothofredvs *not. e. ad leg. 12. de legat.* censens, *sedem* tantum dictam de illustribus dignitatibus, Præfectura nimirum Prætoriana & Vrbana. Verum est d. l. 12. *sedem illustrem,* l. vlt. Cod. Iust. de aduocat. diuersor. iudic. *sedem amplissimam,* esse Præfecturam & in illis Clavdiani *in Cos. Mall. Theodor. v. 22.*

Ipsa hæc amplissima sedes
Orantem stupuit.

pertinere *sedis* vocem ad iudicium Præfecturæ Prætorianæ, quomodo & apud Symmachvm *lib. 10. ep. 53.* legimus, *amplissimæ Prætorianæ sedi statuta & diffinita suggessit*: de Præfectura Vrbana quoque idem clarum ex *l. 22. de pistoribus,* qua memoratur *apparitor illustris vrbanæ sedis.* Sed *sedes* quoque tribuitur Vicariis, qui sunt tantum in spectabilium numero. Ita Symmachvs *lib. 10. ep. 36. Tuitionem de sede vicaria postulauit,* & mox, *is, qui adierat vicariam sedem.* Sidonivs de Gaudentio Vicario, *lib. 1. ep. 3. Quem consessu despiciebant, sede suspiciunt.* Cassiodorvs *Var. II. 24. Arcæ vicarianæ sedis, vniuersa complete.*

(n) *Successionem.* Male in Sichardina, *cognitionem.*

(o) *Huius legis.* Hæc non cohærent. Omissa sine dubio negligentia librariorum copulatiua coniunctio, rescribendumque, *& huius.*

(p) *Dat. III. Id.* MS. W. *Dat. VII. Id.* MS. G. *Dat. IV. Id.*

(q) *Licuerit.* Editiones Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershuf. *licuerat.*

(r) *Dominis.* Editiones Sichard. Lugd. Goth. Rittershuf. imo etiam MS. G. *dominos,* quod forte genuinum, cum rustica latinitate vtatur frequentissime interpres.

(s) *Fuerant.* MS. G. *fuerint.*

De paternis seu (a) *maternis bonis.* *Tit. VII.*

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio pf. p. (b)

Officium est Imperatoriæ maiestatis, iis etiam, qui nondum nati sunt, prouidere, & in parentum contractibus, futuris quoque liberis fructum naturæ debitum præparare. Præteritæ constitutiones mulierem, morte mariti matrimonio dissoluto, communibus liberis extantibus, donationem ante nuptias, resque alias certis modis (c) ad eam deuolutas ex mariti persona, iisdem liberis quibusdam condicionibus (d) seruari præceperant. (e) Hæc Diuus (f) nostræ Mansuetudinis auus (g) humana mente viros quoque, morte mulieris (h) matrimonio dissoluto, extantibus liberis, circa dotem, resque alias certis modis ad eum ex persona mulieris deuolutas, iisdem condicionibus suaserat (i) obseruare. Nos feliciter (k) vinculo legis hæc a viris obseruanda censuimus. (l) Nam generaliter, (*) quoquo (m) casu Constitutiones ante legem hanc, mulierem, liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quæ de bonis mariti ad eam deuoluta sunt, seruare sanxerat: (n) iisdem casibus nos per huius legis auctoritatem, (o) maritum quoque, quæ de bonis mulieris ad eum deuoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus liberis seruare censemus: nec interesse volumus, (p) si alter (q) pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Hæc (r) obseruari præcipimus, licet res ante nuptias donatæ, vt adsolet fieri, in dotem a muliere redigantur. Nam & si culpa mulieris, repudio matrimonium fuerit dissolutum, maritus totam donationem, non partes, vt in altera dote, (s) retinebit. Dominium autem rerum, quæ liberis, vel (t) huius legis, vel præteritarum Constitutionum auctoritate seruantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis reseruabat, (v) extantes, (x) ab omni possessore liberi vindicabunt, consumptas, (y) ab heredibus eius exigent, qui eas seruare debuerant. Alienandi sane, vel obligandi suo nomine eas res, quæ liberis seruari præceptæ sunt, eis, qui reseruaturi sunt, adempta licentia est. Negotia vero liberorum patri vtiliter administrare concedimus. (z) Diuidendi quoque res inter eos ipsos (aa) liberos parentibus pro suo arbitrio, vel eligendi (bb) quem voluerint licentiam non negamus. In hiis autem casibus, in quibus res vt paternas mater liberis communibus seruare præcepta est, hoc est, vbi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias venit: (cc) vel vbi vt (dd) maternas, patrem liberis communibus seruare censuimus, hoc est, vbi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venit, (ee) si hereditatem (ff) eius parentis, qui prior mortuus est, non adierint liberi, licebit eis, tamquam eius tantum res fuerint, (gg) eas sibimet vindicare: scilicet si vel (hh) eius, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam: ne quod fauore liberorum indictum est, (ii) quibusdam casibus ad læsionem eorum videatur inuentum. (kk) Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, vt eo quoque casu, quo lucratur vel mulier res, quæ ad eam a marito perueniunt, (ll) vel maritus eas, quæ ex bonis mulieris

lieris ad eum transeunt, hoc est, vbi primum matrimonium alterius morte dissoluitur, nec superstes ad secundas nuptias venit, (mm) si res vel maritus, vel vxor, hoc est, qui superstes est, non consumpserit vel alienauerit: quod eis ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis concessum esse (nn) non dubium est, si hereditatem eius qui posterior moritur liberi adire noluerint, (oo) vt eis liceat res a patre profectas vt paternas, a matre vt maternas accipere. Quod (**) autem Scitis prioribus (pp) continetur, nec a filia, quæ in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo (qq) addito confirmamus, vt defunctis hiis adhuc in potestate patris, si liberis extantibus moriantur, ad liberos eorum eadem res (rr) iure hereditatis, non ad patrem (ss) iure peculii transmittatur, ne (tt) per nepotes auo videlicet acquirendæ, (vv) Florenti Parens Karissime atque amantissime. (xx) Illustris itaque (yy) ac magnifica auctoritas tua legem saluberrime promulgatam edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire. (zz) Data VII. Id. (aaa) Septembr. CP. Rheod. A. XVII. (bbb) & Festo V. C. coss. (439)

INTERPRETATIO. *Hæc lex confirmat, vt sicut mulier* (ccc) *post mortem mariti omnia, quæ ad eam de rebus mariti quolibet ordine peruenerunt,* (ddd) *totum filiis profuturum debeat conseruare, hoc etiam & patres de rebus maternis simili obseruatione custodiant,* (eee) (*excepto quod eis fuerit filiorum morte quæsitum.* (fff) *ea ratione sicut lex Theodosiani* (ggg) *in octauo libro declarat*), *si ad secunda vota venerint, aut forte non venerint: post quorum obitum si alienatæ, vel obligatæ quoquo pacto fuerint res, quæ filiis iussæ sunt reseruari,* (hhh) *vbicunque eas potuerint inuenire, ad suum dominium filios præcipit reuocare. Nam permisit, vt mulier de sponsalitia donatione, quam a marito suscepit,* (iii) *si proprium mulier nihil habeat,* (kkk) *dotem exinde ipsi marito possit offerre. Causas vero filiorum patres agere vtiliter, cum summa* (lll) *strenuitate constituit, & vt* (mmm) *diuidere æqualiter inter filios facultates maternas, aut per se, aut per quos elegerint habeant potestatem. Sane de omnibus rebus vxoris, quæ ad proprietatem mariti quolibet titulo vel nomine, seu donatione, seu testamento, seu morte filii peruenerint, etiamsi ad alias nuptias non transierit, si mortuo eo hereditatem eius filii adire noluerint, omnia quæ de maternis bonis maritus quocunque ordine habuit acquisita, filii sibi, sicut reliquas maternas facultates, apud quoscunque inuenerint vindicabunt. Simili ratione, si & mater marito mortuo, etiamsi ad secundas nuptias non venerit, si hereditatem eius filii adire noluerint, omnia quæ de paternis* (nnn) *facultatibus mater eorum quoquo modo, vt superius dictum est, acquisiuit, filii post mortem matris, cuius hereditatem repudiauerint, ad integrum sibi vindicent & defendant: quia iustitiæ intuitu constat esse prospectum, vt quia nihil de illius parentis rebus, qui posterior moritur, habere dinoscitur, vel ea quæ ex prioris mortui parentis bonis esse constat, ad filios debeant integra pertinere.* (ooo) *Reliquum vero huius legis in aliis legibus habetur expositum.*

(a) *Seu.* MS. G. &.

(b) De Florentio, vid. *not. a. Nouell. 1.*

(c) *Resque alias certis modis ad eam deuolutas.* Respexit Theodosius, *l. 2 de secundis nuptiis*, siue l. 3. Cod. Iust. eod tit. qua septem genera maritalis in vxorem liberalitatis exprimuntur, nimirum dona sponsaliorum tempore & nuptiarum solemnitate, mortis causa donatio, hæreditas, fideicommissum, legatum, donatio morte confirmata. Sunt hi *certi modi*, quibus res ex mariti persona deuoluuntur ad mulierem. Consule GOTHOFREDVM *not. d. ad d. l.*

(d) *Iisdem liberis quibusdam conditionibus.* Seruat conditiones illas *dicta lex 2 de secund. nupt.* Etenim auus Theodosii nostri, Theodosius Senior, voluit, vt liberis e priore matrimonio susceptis, cuncta quidem bona conseruarentur integra, sed vsusfructus tamen eorum esset apud matrem, eaque liberam haberet facultatem, vnum etiam tantummodo e liberis prioris matrimonii eligendi, cui potissimum bona relinqueret. Ita satis se fecisse familiæ putauit Theodosius M. dummodo bona peruenire non possent ad extraneos. Sed illa electionis potestas adempta postea matri a Maioriano Nouell. 8. infr. *de sanctimonialibus & viduis §. illud sane latus.* Nouella Seueri 1. ibi: *proprietatis commoda cunctis pariter filiis deputata non minuant.* Nouella Iustiniani 2. *cap. 1. Et nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere.* Nouella eiusdem *22. de nuptiis cap. 25. Non enim permittimus parentibus, non recte introductam electionem in eos, neque alii quidem filiorum dare, alium vero exhonorare.*

(e) *Seruari præceperant.* MS. G. *seruare præceperunt.*

(f) *Diuus* MS G. *Edictis.*

(g) *Auus.* Theodosius M. *l. 2. de secund. nupt.* quam An. D. 382. promulgauit, *in fin.* ibi: *Similiter admoneri maritos volumus, & pietatis, & legis exemplo, quos etsi vinculo non adstringimus, velut impositæ seuerius sanctionis, religionis tamen iure cohibemus,* &c.

(h) *Mulieris.* Sichard. *mulierum.* In MSS. W. & G. verba sequentia ita transposita sunt. *morte mulieris, extantibus liberis, matrimonio dissoluto.*

(i) *Suaserat.* Vide *not. g.* antecedentem ibi: *quos etsi vinculo non adstringimus.*

(k) *Feliciter.* Subaudi eueniat. Formula bene precandi *feliciter*, ex theatro in forum deducta, & in solemnibus nuptiarum, imo in cæteris faustis acclamationibus adhibita, de qua consule Brissonivm *formul. lib. 8. num. 24.* Torrentivm *ad Sueton. Claud. cap. 7.* Mvretvm *Var. IX. 8.* Tvrnebvm *Aduers. XV. 17.* Grangævm *ad Iuuenal. Satyr. II. v. 119.* Schefferum *ad Phædrum lib. 5. fab. 2.*

(l) *Obseruanda censuimus.* En nouum Ius: Theodosius enim iunior aui consilium immutat, virosque legis necessitate adstringit, vt liberis susceptis, materna bona conseruent integra.

(*) Hinc desumpta est *Lex generaliter censemus 5. Cod. Iust. de secund. nuptiis.*

(m) *Quoquo.* Cod. Iust. *quocunque.* In MS. Cod. Iust. quos consuluit Contivs, *quoquo.*

(n) *Sanxerat.* Ita impressi omnes, sed in MSS. W. G. & in Cod. Iust. *Sanxerunt.* Recipienda hæc lectio, aut rescribendum *Sanxerant.*

(o) *Nos per huius legis auctoritatem.* Resecta hæc a Triboniano *d. l. 5.*

(p) *Nec interesse volumus.* Tribonianus, *nec interest.*

(q) *Si alter.* *Alter* pro *alius* apud antiquos & recentiores scriptores. Vide *Glossarium Nom.* & adde Cl. Bynckershoekivm *Obseruat. Iur. Ciuil. IV. 18.* Brissonivm *de V. S.*

(r) *Hæc.* In MS. G. & Cod. Iust. *hoc.*

(s) *Non partes, vt in altera dote.* Si culpa mulieris diuortium factum, propter liberos retentio locum habuit; Singulorum enim liberorum nomine ex dote retinebantur sextæ, vt legimus apud Vlpianvm *tit. 6. de dotib. §. 10.* Idem *§. 12.* scribit: *morum nomine, grauiorum quidem sexta retinetur, leuiorum autem octaua.* Huc pertinet Honorii *lex 2. de repud.* qua non tantum probatur hæc retentio, sed & de donatione, idem quod hac nouella, statuitur. Sed mutatum postea hoc ius retentionis. Anno enim 449. Theodosius *l. 8. Cod. Iust. de repudiis & iudicio de morib. sublatis*, certas præscripsit causas, ob quas diuortium fieri posset, addiditque, vt si sine tali caussa diuortium factum esset, vxor dotem suam, & ante nuptias donationem amitteret, nec intra quinquennium nubendi haberet potestatem; Vir quoque, si vxorem relinquere vellet præter caussas lege statutas, redhiberet dotem, & ante nuptias donationem perderet. Iustinianus deinde A. D. 528. iudicium de moribus *l. 11. Cod. Iust. de repud.* penitus sustulit, legemque suam *Nouella 22.* denuo confirmauit A. D. 536. idemque fecit A. D. 541. *Nouella 117. cap. 8. 9.* Ex his autem constitutionibus, sublato de moribus, vt dictum antea, iudicio, dos & donatio propter nuptias liberis cedit communibus, vel iis non existentibus, coniugi innocenti. Consule Cviacivm *ad Nouell. citat.* Schvltingivm *ad Vlpian. tit. 6.* Heineccivm *ad leg. Iul. & Pap. Popp. lib. 2. cap. 19.* Et hæc caussa est, cur Tribonianus *lege 5. de secund. nuptiis*, illa; *nam etsi culpa*, vsque ad, *retinebit*, omiserit. Cæterum in MS. G. hic legitur: *maritus tamen totam donationem, non in partes*, &c.

(t) *Vel huius.* In Cod. Iust. *per huius*, & mox, *auctoritatem.*

(v) *Reseruabat.* Cod. Iust. Vulgat. *seruabat.* Veteres autem libri, quos consuluit Contius, *reseruabat.*

(x) *Extantes ab omni.* MS. G. *extantes biennii ab omni.*

(y) *Consumptas.* Cod. Iust. *consumptas vero.*

(z) *Concedimus.* MS. G. *præcipimus.*

(aa) *Ipsos.* Abest hæc vox a Cod. Iust.

(bb) *Vel eligendi.* Mutatum hoc ius, sublata electione. Vide supra *not. d.* Cviacivm *ad Nouell. Iustin. 2.* Scipion. Gentilem *de secund. nupt. cap. 9.*

(cc) *Venit.* Cod. Iust. Vulgat. *peruenerit.* Contius edidit, *venerit.*

(dd) *Vbi vt.* Cod. Iust. *vbi res, vt.*

(ee) *Venit.* Cod. Iust. *venerit.*

(ff) *Hereditatem.* MS. G. *hereditates.*

(gg) *Fuerint.* In Cod. Iust. hic additum, *fuerint, qui posterior moritur.*

(hh) *Si vel eius.* Cod. Iust. *si eius.*

(ii) *Indictum est.* Cod. Iust. *inductum est*, recte. *Inducere* est, introducere, vt docet multis locis Brissonivs *de V. S.*

(kk) *Inuentum.* Theodosius A. propter odium secundarum nuptiarum liberis seruari vult lucra nuptialia, quæ sibi vindicare possunt, etiamsi parentum hæreditatem non adierint. Finge patrem mortuum, & liberos repudiasse hæreditatem, vel ab ea sese abstinuisse, matrem vero ad secunda transiisse vota, licebit liberis, matre mortua, lucra sibi nuptialia vindicare, *tanquam eius tantum res fuerint.* Neque coguntur parentis posterioris adire hæreditatem, posset enim facillime etiam contingere, vt quod fauore liberorum, circa nuptialia lucra, introductum est, liberos, adita hæreditate, magno afficeret damno. Sed, vt loquitur Iustinianus Nouella 22. *cap. 20. in fin.* dabuntur hæc lucra liberis honore præcipuo, licet non fiant hæredes, aut patris aut matris. Verba illa huius constitutionis, *scilicet, si vel eius, qui posterior moritur, hæreditatem crediderint adeundam*, non ita interpretanda sunt, quasi necessarium sit, posterioris parentis adire hereditatem, verum id innuunt, habere liberam liberos facultatem, adeundi hereditatem, si quidem crediderint, eam sibi futuram lucrosam. Suadent id non tantum verba sequentia, *ne quod fauore* &c. sed & illa Iustiniani in Nouella laudata *22. cap. 26. §. 1.* *Et super iis quoque lucris, quæcunque ad secunda venientibus vota parentibus, percipiunt, non perscrutamur, vtrum heredes existant, aut præmorientis parentis, aut secundi morientis, nec si alii quidem heredes existant, alii vero non: Sed præmium eis damus hoc, siue hæredes fiant, siue etiam non.*

(ll) *Perueniunt.* MS. G. *peruenerint*, male.

(mm) *Venit.* Cod. Iust. vulgat. *peruenit.* Contius *venit* edidit. In MS. G. *veniat.*

(nn) *Quasi rerum dominis concessum esse.* Si coniux superstes non contrahat secundas nuptias, iure veteri alienandi ius habet, & plenam proprietatem lucrorum nuptialium, *h. l.* & *l. 6. §. vlt. l. 8. §. 1. Cod. Iust. de secund. nuptiis.* Sed mutatum hoc ius deinde a Iustiniano Nouella 98. An. D. 540. qua voluit, vt parentes, siue ad alias nuptias venerint, siue non venerint, dotis tantum vel donationis propter nuptias vsumfructum haberent, proprietatem autem seruarent liberis. *Sancimus*, inquit Iustinianus cap. 1. dict. nouell. *si mulier moriatur, & eueniat lucrum fieri viro, dotem hanc omnino seruare filiis, siue ad secundas veniat nuptias, siue etiam non. Et ex diuerso, si mortuus fuerit vir, mulierem antenuptialis donationis lucra propriis filiis seruare.* &c. De matre idem iam sanxit A. D. 463. Seuerus A. *Nouell. 1. de abrogat. capitib. iniustis legis D. Maiorian. Scilicet, vt post viri obitum sponsalia in vsumfructum tantum*

mater

mater habeat, & a filiis alienare non possit, siue in alias nuptias venerit siue non venerit. Consule hic CVIACIVM *in exposit. ad Nouell. Iustin. 2.* qui tamen fallitur, quando putat, Maiorianum antea, *Nouella de sanctimonial.* matribus proprietatem abiudicasse lucrorum nuptialium. Agitur enim illa Nouella de matre, secundas nuptias, quibus filiis, sollicita pietate, commodum conciliare possit, contrahente.

(oo) *Si hereditatem eius, qui posterior moritur, liberi adire noluerint.* Absunt hæc a Codice Iust. Idem vero sancitum *l. 6. §. vlt. l. 8. §. 1. Cod. Iust. de secund. nupt.* Intelligenda autem hæc sunt de liberis heredibus quidem institutis, sed qui parentis tamen hereditatem adire noluerint. Nam si parens heredem sibi instituerit aliquem extraneum, dici non potest, liberos sibi posse ea bona vindicare, cum generalis institutio alienationem etiam contineat, vt recte vidit SCIPIO GENTILIS *de secund. nupt. cap. 2.* Aut parens decessit intestato, & tum liberi sibi vindicare possunt lucra, licet hereditate non adita. Huc pertinet *l. 8. §. 3. Cod. Iust. de secund. nuptiis*, quæ multum torsit laudatum modo SCIPIONEM GENTILEM *l. c.* & ad quam alii miras attulere interpretationes. En verba eius: *Talem vero licentiam datam filiis, vt etiam non adeuntes paternam vel maternam hereditatem, lucra vindicarent, quæ parens eorum ex matrimonio, quod secundo toro minime mutauit, sibi acquisita non alienauit, nullo modo eis concedimus, si paternam vel maternam hereditatem* AB INTESTATO *ex parte (si forte alii etiam ex anteriore matrimonio morienti parenti filii sunt) sibi acquisierint.* Recte iudicauit CVIACIVS in expositione Nouell. 22. *anterius matrimonium:* non indicare hac lege secutas esse secundas nuptias, sed vnum tantum a Iustiniano proponi matrimonium; minus tamen accurate idem *ibidem* scripsit, illos solos, qui heredes exstiterint, secundum hanc legem sibi vindicare potuisse nuptialia lucra. Neque accuratior est SCIPIO GENTILIS *l. c.* quando putat, Iustinianum sensisse, si plures sint liberi heredes instituti a parente superstite, qui lucra illa non alienauit, & alii ex his filiis hereditatem sibi testamento delatam repudiauerint vel omiserint, sed eam ab intestato acquisiuerint, pro sua scilicet parte; alii vero ex testamento illam adiuerint, his solis filiis, qui adiuerunt, lucrorum nuptialium vindicationem esse concedendam. Verum in lege ipsa nihil de testamento, sed intestati tantum proponitur hereditas: itaque tenendum est, statuisse Iustinianum, liberos non adeuntes hereditatem, vindicare sibi extantia lucra posse, ne adita hereditate forte minus lucrosa, detrimenti quid caperent, sed occurrisse Imperatorem hac lege simul heredum fraudibus, qui expilare hereditatem occasione lucrorum nuptialium tentabant. Finge mortuum esse parentem, pluresque adesse ex matrimonio filios, eorumque nonnullos *ab intestato ex parte* sibi acquisiuisse hereditatem, ii tum *talem licentiam, vt etiam non adeuntes hereditatem, lucra sibi vindicarent, nullo modo habebunt*, sed cum sese hereditati immiscuerint, atque per eos factum sit, vt amouerentur res hereditariæ, erunt heredes, & obligabunt se creditoribus.

(*) *Lex 3. Cod. Iust. de bonis quæ liberis*, hinc desumpta est.

(pp) *Scitis prioribus.* Intelligenda est *lex* Valentiniani *vn. Cod. Theodos. de bonis quæ filiis familias*, relata in Cod. Iust. *num. 1. tit. de bon. quæ liber.* vbi consule Gothofredum *in Commentar.* & lex 2. *Cod. Iust. eod. tit.*

(qq) *Eo addito.* Sichard. *eo quoque addito.*

(rr) *Eadem res.* Cod. Iust. *eadem res*, & mox, *transmittantur*, quo modo & habent MSS. W. G. ex quo colligimus, veram esse lectionem *eædem res*, & ita vbique rescribendum, cum infra quoque in omnibus libris legamus, *acquirendæ*.

(ss) *Patrem.* MSS. W. & G. *patris*, inde in Cod. Iust. *patres.*

(tt) *Ne.* In MSS. W. G. & Cod. Iust. recte *nec.*

(vv) *Acquirendæ.* Porro in Cod. Iust. hæc addita a Triboniano: *Sin autem idem nepos, superstitibus tam patre, quam auo materno, diem suum sine liberis obierit: eorum dominium, quæ ad ipsum ex matre, vel ab eius linea peruenerint, non ad auum, sed ad patrem eius perueniat: vsufructu videlicet in huiusmodi casibus auo, dum supererit, seruando.*

(xx) *Florenti Parens Kariss. atque amant.* MS. G. *Florent. P. K. Augustor.* MS. W. Gothofred. Rittershus. *Florenti Præf. clarissim. August.* Edit. Lugd. & Sichard. *charissime.*

(yy) *Illustris itaque.* MS. W. *Itaque illustris.*

(zz) *Promulgatam edictis propositis ad omnium notitiam faciat* &c. MSS. W. G. *promulgatam ad omnes populos edictis propositis faciat peruenire.* Edit. Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershus. *promulgatam edictis propositis ad omnem notitiam*, &c.

(aaa) *VII. Id.* MS. G. *VI. Id.*

(bbb) *Theodos. A. XVII.* MS. G. male, *Theodos. A. XIV.* Consule RELANDVM *in Fast.*

(ccc) *Vt sicut mulier.* Sichard. male, *vt si qua mulier.*

(ddd) *Peruenerunt.* MS. G. *peruenerint.*

(eee) *Custodiant.* Male Rittershus. *custodiebant.*

(fff) *Quæsitum.* Edit. Sichard. Lugdun. Rittersh. Gothofred. *adquisitum.*

(ggg) *Theodosiani.* MS. G. *Theodosiana.* Sed genuina est lectio *Theodosiani*, scilicet Codicis, frequentissime enim occurrit non tantum in interpretationibus Codicis, sed & apud auctorem *collat. Leg. Mos. & Rom.* apud Papianum *libr. Responsor.* & in *vetere consultatione.* Ceterum intelligit hic Interpres *legem 4. de matern. bonis*, quæ tota agit de bonis filiorum, & qua ratione in ea succedere possit pater. Verba autem illa, *excepto*, vsque ad, *declarat*, includenda, vt sensus constet, & interpretatio congrua fiat legi.

(hhh) *Iussæ sunt reseruari.* Edit. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *iuste sunt reseruatæ*, MSS. W. G. *iussi sunt reseruari.*

(iii) *Suscepit.* MS. W. *percepit.* MS. G. *percipit.*

(kkk) *Si proprium mulier nihil habeat.* Editiones Sichard. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *si proprium nihil habeat.* MS. G. *si de proprio mulier nihil habeat.*

(lll) *Cum summa.* MSS. & Edit. omnes, *& cum summa.*

(mmm) *Et vt.* Impressi omnes, *&.*

(nnn) *Paternis.* MSS. W. G. *patris.*

(ooo) *Pertinere.* Impressi omnes, *peruenire.*

Ne decurio ad ſenatoriam dignitatem, vel aliquos honores aſpiret. (a) Tit. VIII.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatum Vrbis Conſtantinop.

Splendidiſſimo (b) cœtui (c) veſtro P. C. placere confidimus, ſi ciuitatum commodis conſulatur. Veſtrum eſt nempe (d) velle ciuitates augeri. Vos Curiis peculiariter proſpicere conſueſtis: ſiquidem vobis noſtro iudicio reſp. ſoleat gubernanda committi. (e) Nam etſi otio frui vos quodam tempore patiamur, ne labore videamini fatigari continuo, non tamen ideo cura vos deſerit optime regendæ reip. Quamobrem lege Curiis profutura, (f) vobis P. C. vel maxime gratulamur. Suggeſtione viri illuſtris atque magnifici Præfecti P Orientis & Exconſule (g) Florentii comperimus, quosdam Curiales, iniuriis ſe Præſidum ſubtrahere cupientes, ad ſenatoriæ dignitatis prærogatiuam confugere. (h) Hoc Curias eneruare non dubium eſt: Curialibus quippe præturæ munus (i) impoſitum, patrias etiam functiones, ac ſuæ quenque (k) munia ciuitatis, patrimoniis eorum eo modo conſumptis, denegare compellit. (l) Et quod motibus (m) ſe Iudicum reuerentia ſubtrahunt dignitatis, (n) publicis commoditatibus noxium eſſe perſpicitis: (o) Ceſſat enim debitorum compulſio, (p) ſi debitorem deſiderat executor. (q) Lege itaque perpetuo valitura decernimus; Nullum poſthac Curialem ſibimet dignitatis ſenatoriæ infulas (r) vſurpare: Nulli Curiali licentiam dari clariſſimo ſe permiſcendi conſortio. (s) Sed ne prouidentiſſime conſtituta, (t) quibusdam præteritis, ſemiplena reliquiſſe noſcamur, illis etiam Curialibus, qui iam ſenatoriam adepti ſunt dignitatem, præturæ munus remitti decernimus, qui nondum Prætores ſunt nominati, (v) vel quos nominatos nondum ampliſſimi veſtri cœtus ſententia, Præturæ muneri mancipauit obnoxios. (x) Dat. prid. Id. Sept. (y) Conſtantinop. Theod. A. XVII. & Feſt. v. c. coss. (439)

INTERPRETATIO. *Hæc lex hoc præcepit, (z) vt nullus Curialis natus ad aliquos honores adſpiret, nec dignitatem aliquam ſupplicando tentet adſumere, niſi tantum officia Curiæ debita ſe nouerit ſubiturum.*

(a) *Vel aliquos honores aſpiret.* MSS. W. G. Edit. Lugdun. Rittershuſ. Gothofred. *vel ad aliquem honorem aſpiret.* in Sichardina titulus nouellæ hic eſt, *Decurio ſi ad Senatoriam dignitatem, vel aliquem honorem aſpiret.*

(b) *Splendidiſſimo* Sichard. *colendiſſimo*, male. *Splendidiſſimum ordinem Senatorium* appellant Theodoſius M. *l.* 122. & Honorius Aug. *l.* 155. *de decurionib.*

(c) *Cœtui.* Ita *florentiſſimus cœtus*, l. vlt. de vſur. *ſacratiſſimus cœtus.* l. 5. de princip. agent. *venerandus cœtus Senatus*, l. 12. de proxim. comitib. Conſule PARATITLON *de Senatorib.*

(d) *Veſtrum eſt nempe.* MS. W. *Veſtrum nempe eſt.* MS. G. *Nempe eſt veſtrum.*

(e) *Reſpublica ſoleat gubernanda committi.* Habuit Conſtantinopolitana ciuitas ad exemplum romanæ *Γερουσίαν, μέγα ἢ συγκλητικὸν βουλευτήριον*, vt docuit, multis veterum allatis locis, GOTHOFREDVS *in Commentar. leg. 3. ad leg. Cornel. de ſicar. num. 9.* & Senatoribus, priſco more, commendata quoque fuit Reipublicæ cura. Hinc Iulianus, cum Conſtantinopoli eſſet, curiam frequentiſſime ingreſſus eſt, & ad Senatum retulit, vt videmus apud AMMIANVM *lib. 22. c. 7.* quam ob cauſam mirifice eum collaudat LIBANIVS *in orat. funebr. pag. 298. Edit Morell.* ex quo id quoque diſcimus, Senatores vetere more ſediſſe circa Iulianum, cum ſub Conſtantio, qui princeps alto ſupercilio ſolebat plerosque deſpicere in palatium tantum vocati ſint, vt ibidem ſtantes exciperent ex ore principis, quæ fieri vellet. Ideo etiam Iulianus *l.* 1. *de exhibendis reis* ſcribit, *ius ſenatorum, & auctoritatem eius ordinis, in quo nos quoque ipſos numeramus* &c. Eundem honorem exhibuit Senatui Conſtant. Arcadius, Aug. qui, *leg. 3. ad leg. Corn. de ſicar.* vitam ſalutemque Senatorum aduerſus factiones defendens, ait, *de nece ſenatorum etiam, nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, cogitant*, &c. Certe eo imperante, ab ampliſſimo ordine Conſtantinopol. bellum indictum, quod docet elegans locus ZOSIMI *lib. 5. cap. 11.* vt &, cum tanta tum eſſet Senatus auctoritas, non potuerit non ridere CLAVDIANVS *lib. 2. in Eutrop. v. 136. Byzantinos Proceres, Graiosque Quirites*, quod Eutropio eunucho ſummos honores detulerint. Manſit eadem Senatui dignitas ſub Theodoſio Iuniore, vt docet *lex 180. de decurionib.* fidemque in primis facit hæc nouella; & poſt longum temporis interuallum obſeruamus, Iuſtinianum & Iuſtinum Augg. iura Senatus nouæ Romæ conſeruare voluiſſe integra. Pertinet huc *Nouella* Iuſtiniani *62. de conſultationib.* qua iubet, *vt totus Senatus cauſas appellationum audiat, & conueniat, quamuis ſilentium tantum ſine conuentu Senatoribus denunciatum fuerit. Silentio enim conuentum ineſſe videri:* neque omittendus inſignis PROCOPII locus *hiſt. arcan. cap. 14.* qui, quamuis ſit in Iuſtinianum iniquus, luculentum tamen de Senatus poteſtate præbet teſtimonium. Ita autem ille: *πολλάκις δὲ τὰ συγκλήτῳ βουλῇ, καὶ τῷ αὐτοκράτορι δεδοκιμασμένα, εἰς ἑτέραν τινὰ ἐτελεύτησε κρίσιν. ἡ μὲν γὰρ βουλὴ ὥσπερ ἐν εἰκόνι ἐκάθητο, οὐδὲ τῆς ψήφου, οὐδὲ τοῦ καλοῦ κυρια*

οὖσα σχήματος δὲ μόνου, καὶ νόμου ξυνειλεγμένη παλαιοῦ ἕνεκα. ἐπεὶ οὐδὲ φωνὴν ἀφεῖναί τινα ὁτῳοῦν τῶν ἐνταῦθα ξυνειλεγμένων τὸ παράπαν ἐξῆν. ἀλλ' ὅτε βασιλεὺς, καὶ ἡ σύνοικος ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον διαλαγχάνειν μὲν ἀλλήλοιν τῶν διαφερομένων ἐσκήπτον, ἐνίκα δὲ τὰ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὑπὲρ τούτων ξυγκείμενα: *Sapissime factum est, vt quæ Senatus, queue Imperator de eadem re decreuissent, in contrarium caderent; nam fuit Senatus inane quoddam simulacrum, penes quem neque sententiæ dicendæ, neque tuendi honestum arbitrium esset: sed consessum impleret ad speciem quandam, & ex prisca lege, ac nemini plane mutire liceret; sed ea, de quibus consulendum esset, Imperator atque coniux (Theodora) sibi sumerent, & quæ apud se ipsi statuissent, hæc obtinerent.* Nolo iam virulentum animum, & maledicentissimi huius scriptoris calumnias tangere, certe hic locus exemplo esse quoque potest, quantum credendum sit homini, qui & iis, quæ publica lege statuta sunt, contraria scribere non est veritus. Perspiciunt enim facile omnes, dignitatem & iura Senatus Iustinianum sanctissime esse tuitum, imo maiorem fere præ reliquis principibus, ei exhibuisse honorem, cum locum in Silentio siue Principis Consistorio inter Consistorianos Comites assignauerit Senatoribus. Venio ad Iustinum, de quo CORIPPVS *in laudem Iustini lib. 2. v. 200. sequent.* hæc ad Senatum Const. pertinentia habet:

- - - *Vos o mihi proxima membra,*
Conscripti Patres, nostri spes maxima regni;
Vos estis pectus, vos brachia verticis huius;
Quorum consiliis, quorumque laboribus vsa
Publica res domuit gentes, & regna subegit.
Summa regendarum cura est mihi credita rerum:
At quia subiectum nostrum est disponere mundum,
Nos etiam vobis curas committimus orbis.

Vltima Poetæ verba accurate conueniunt cum his nouellæ nostræ, *Vobis nostro iudicio respublica soleat gubernanda committi.* Senatores autem prouincias administrasse intelligimus præterea ex *lege 1. de honorar. codicill. l. 14. 52. de decurionib.* & laudata *nouella Iustiniani.* Consulendus etiam est PHIL. BERTERIVS *Pithan. diatrib. I. cap. 7.* qui obseruauit, in sanctissimis ecclesiæ conuentibus Chalcedone & Constantinopoli, cum vota pro imperii incolumitate fierent, Senatui acclamatum, *Multos annos Senatui.*

(f) *Lege curiis profutura.* MSS. W. G. *legem curiis profuturam.*

(g) *Et exconsule.* Abest & a MSS. W. G. & Edit. Sichard. in qua editum, *Exconsulis.* Florentius autem Consulatum gessit A. D. 429. vt docet *Prosopograph.* de eo dictum ad *Nouell. 1.*

(h) *Ad Senatoriæ dignitatis prærogatiuam confugere.* Potuerunt Decuriones CONSTANTINI M. tempore adspirare ad dignitatem Senatoriam, dummodo non lacerassent fiscales rationes, & circa exactionem annonarum rite essent versati, vt patet ex *l. 14. de decurionibus.* Idem tamen mox *l. 18. eod. tit.* cum forte curiæ essent desolatæ, constituit, vt nemo decurionum ad Senatum aspiraret. Sed hæ leges pertinent ad Senatum V. R. sunt enim emissæ an. *D. 326. & 329.* ante Constantinopoleos dedicationem. Romanus etiam Senatus intelligendus est in *l. 29. de decurion.* quæ CONSTANTEM AVG. habet auctorem, qua permissum Senatorium honorem impetrare post impleta omnia curiæ munera. CONSTANTII AVG. *lex 42. de decurionib.* data *an. 354.* ad ordinem Cæsenatium, ex qua intelligimus decuriones codicillis acceptis, non tantum insulas clarissimæ dignitatis, id est, Senatoriæ, impetrasse, sed & curia esse liberatos; Romam quoque respicit. At eiusdem Augusti *l. 48. de decurion. A. D. 361.* ad Senatum Constantinopolitanum data est, eaque sancitum, vt decuriones, Senatores facti, albo curiæ eximerentur, exceptis tantum iis, qui perfuncti iam erant Prætorum honore, ludosque prætorios ediderant. Mirifice illustrat hæc lex nouellam nostram, vt mox ostendemus. Præterea VALENTINIANI leges ad Occidentem pertinentes. VALENS autem Orientis Aug. *A. 365. l. 69. de decurionib.* & *A. 371. l. 74. eod. tit.* Senatorium honorem expletis curialibus muneribus, decurionibus concessit, idemque statuit THEODOSIVS M. *A. 380. l. 82.* & *an. 382. l. 90. de decurionib.* dummodo post expleta etiam curialia munera, vicarium curiæ substituerent, verum eodem adhuc anno, mutata plane sententia, cum forte curias obseruaret negligi, edixit, *lege 93. de decurion.* vt omnes, qui Senatorum se splendori vel collegio miscuerant, simul cum sobole restituerentur, idque iterum præcepit *A. 386. l. 111. A. 387. l. 118. d. l. An. 390.* autem, mitiorem amplexus sententiam, *l. 122.* voluit, vt dignitatis Senatoriæ prærogatiuis quidem vterentur decuriones, sed simul cum filiis curiæ munera obirent, & e patria discedere ciuitate iis esset piaculum. Hoc iure vsi sunt decuriones ad *Annum* vsque *393.* quo Theodosius constituit *l. 130. de decurion.* vt muniis perfuncti in patria omnibus, senatoria gaudere possent dignitate & prærogatiua; bona vero eorum obnoxia manerent curiæ, atque idonei substituerentur. Patris constitutionem *an. 398.* confirmauit ARCADIVS *l. 160. de decurion.* THEODOSIVS tandem IVNIOR *An. 416. leg. 180. de decurion.* ad VRSVM P. V. Constantinopol. hanc dedit legem: *Licet augeri cœtum amplissimum cupiamus, cuius consortio gratulamur, tamen si quis functionibus inuolutus, & nexibus municipalis ordinis innodatus, codicillos Clarissimatus potuerit impetrare, nec suscipiendos eos Tua sublimitas, nec penitus allegandos esse cognoscat.* Quæ lex lucem etiam affundit iis, quæ nota superiore de Senatu Constantinopol. dicta; simulque ostendit, licuisse decurionibus post expletas functiones omnes, senatoria frui dignitate, quod magis docet eiusdem Theodosii lex 182. eodem anno data, ibi: *Sed prius vniuersis functionibus per ordinem propriæ ciuitatis expletis, tum demum ad competentem honorem singuli venire deproperent.* Obtinuit hoc ius, (quod scimus ex *lege 183. d. t.*) vsque ad annum 436, quo *lege 187. d. t.* definiuit Theodosius, vt decuriones, euecti ad Spectabilium dignitatem, tam curialia quam senatoria obirent munera; ii vero, qui honorario tantum dignitatis titulo essent ornati, & ἄπρακτοι, senatoriis muneribus per se, curiæ vero per substitutum periculo facultatum suarum responderent. Sed triennio post hæc nouella decreuit, vt nullus omnino posthac curialis infulas dignitatis Senatoriæ sibimet vsurparet. Ex his intelligimus, quam sæpe variarit hoc ius. Quæ mens fuerit Iustiniano, docet *lex vlt. Cod. Iust. de decurionib.*

(i) *Prætura munus impositum.* Appellatur quidem Prætura, *l. 74. de decurionib.* proprium Senatus decus, sed grauissimum erat onus, propter munerum in circo & theatris editionem, quæ adeo erat necessaria, vt & cogerentur absentium Censuales ludos exhibere, Prætorum nomine, quod legimus apud SYMMACHVM *lib. 4. epist. 8.* Sumptuosissimas autem fuisse editiones, multa docent veterum loca, & ZOSIMVS ideo vituperat Constantinum M. quod excogitauerit Præturam Constantinianam, quo posset splendidioris fortunæ

tunæ

tunæ hominibus ægre facere, honorisque prætextu magno pecuniæ pondere priuare. Vide eum *lib. 2. cap. 38.* vbi addit: *ἦν οὖν ἰδεῖν τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων ἐπιδημούντων ταῖς πόλεσι, φυγὴν ἁπάντων καὶ ἀποδημίαν ἀλλόφυλον, δέει τοῦ μὴ σὺν ἀπωλείᾳ τῆς οὐσίας ταύτης τυχεῖν τῆς ἀξίας; idcirco quoties ad vrbes venissent, qui huius rei mandatum habebant, videre erat fugam omnium & profectionem ad extraneos, metuentium, ne cum patrimonii sui detrimento dignitatem hanc apiscerentur.* Modum sumptuum, in Præturas, *Flauialem*, *Constantinianam*, & *Triumphalem*, Constantinopoli impendendorum, definiuit Constantius *l. 5. de Prætorib.* vbi vide Commentarium. Verum fœda iactatio & æmulatio functiones has Prætorias grauissimis auxerat impendiis, vt & publica lege, quam dedit Theodosius M. *An. D. 384.* quæque hodie legitur *num. 1. titulo de expensis ludorum*, esset coercenda. Hanc legem respicit SYMMACHVS *lib. 10. ep. 21.* ibi: *Agit diuinis sanctionibus vestris gratias ordo reuerendus, etiam nomine posterorum, quibus Respublica emendata tradetur. Nam cum fœda iactatio Senatorias functiones grauibus impendiis obruisset, & moribus & sumptibus nostris sanitatem veterem reddidistis: ne aut impares facultate collegas tenuis decoloraret editio, aut per verecundiam viribus maiora conatos effusio inconsulta demergeret.* Consulendus etiam IVRETVS *in Symmach. lib. 10. ep. 4.* VALESIVS *ad Ammianum lib. 27. cap. 3.* sed inprimis huc pertinet elegans OLYMPIODORI locus in *fine eclog. Tom. I. Script. Rer. Byzant.* ex quo, quantæ pecuniæ summæ, Romæ in Prætorias editiones erogatæ fuerint, optime cognoscimus. Ita autem ille: Καὶ ὅτι Πρόβος ὁ παῖς Ἀλυπίου, τελέσας τὴν οἰκείαν Πραίτουραν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς Ἰωάννου τυραννίδος, δώδεκα Κεντηνάρια χρυσοῦ ἀνάλωσε. Σύμμαχος δὲ ὁ λογόγραφος, συγκλητικὸς ὤν, τῶν μετρίων πρὶν ἢ τὴν πόλιν ἁλῶναι, τοῦ παιδὸς Συμμάχου Πραίτουραν τελοῦντος, εἴκοσι κεντηνάρια ἐδαπάνησε. Μάξιμος δὲ εἷς τῶν εὐπόρων, εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ Πραίτουραν, τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια. ἑπτὰ δὲ ἡμέραις οἱ πραίτορες τὰς πανηγύρεις ἐτέλουν. *Probum Alypii filium in pretura, quam Ioannis tyranni temporibus gessit, auri centenarios duodecim expendisse. Symmachum vero oratorem, mediocri censu Senatorem, ante captam vrbem, filio Symmacho Præturam gerente, centenarios impendisse viginti. Maximum dein, ex opulentis vnum, in filii præturam quadraginta centenarios impendisse. Septem autem diebus solemnes ludos Prætores celebrabant.* Ob hos Præturæ sumptus augendus erat Senatus, ne pauci cogerentur onera tolerare, quod indicat *l. 180. de decurionib.* & decuriones in Senatum recepti cito designabantur Prætores: imo ex *lege 48. de decurion.* est colligere, promisisse nonnullos Senatui sumptuosas editiones, & allectos, vt fidem liberarent, pecunias ciuitatum publicas abstulisse. En verba legis citatæ: *qui Prætorum honore perfuncti sunt, residentes in Senatu, redhibere debebunt, quæ ex rationibus fisci, aut vrbium visceribus abstulerunt, ita vt omnibus deinceps adipiscendi honoris huiusce aditus obstruatur.* Cum vero Theodosius Iun. ante triennium *l. 187. de decurion.* constituerit, vt decuriones in Senatum allecti, tam senatoriis, quam curialibus muneribus satisfacerent, vt nota superiore obseruauimus, iamque animaduerteret, *præturæ munus impositum* in ciuitate Constantinopolitana, *patrias etiam functiones*, quas tamen aut ipsi decuriones, Senatores facti, aut per substitutum periculo facultatum suarum obire debebant, *ac sua quemque munia ciuitatis, patrimoniis eorum eo modo consumptis, denegare compellere*, hac lege perpetuo valitura decreuit, vt nullus postea curialis Senatoria frui posset dignitate. Per *munia ciuitatis* intelligendæ sunt editiones ludorum in ciuitatibus a magistratibus faciendæ, de quibus multis egit LIBANIVS, cuius verba repete ex Commentariis *ad leg. 1. de Spectacul. leg. 29. 169. de decurionib.* Consumpto igitur patrimonio (quod tamen erat curiæ obnoxium) ob ludos Constantinopoli editos, solitis & ἐγκυκλίοις oblectationibus populo suæ ciuitatis faciendis impar fiebat Senator.

(k) *Sua quenque.* Sichard. *sua quenque.*

(l) *Compellit*, MSS. W. G. & Sichard. male *compellitur.*

(m) *Quod motibus.* Sichard. *quod hiis moribus*, male. *Motus iudicum*, sunt arbitria & voluntates. Vide *Glossar.* & BRISSONIVM *de V. S.*

(n) *Reuerentia dignitatis.* De reuerentia dignitatis Senatoriæ consulendum *Paratitlon de Senatorib.*

(o) *Perspicitis.* MS. W. *prospicitis.*

(p) *Compulsio.* MS G. *compulsatio.* Vtraque vox huius æui. *Compellere* est debitum exigere, *compulsores*, exactores, *compulsio*, exactio. CASSIODORVS *Var. XII. 10. Prudens se ipse compellit, minus cautus est, qui vrgetur ab altero. Nam quid egit totius anni suscepta compulsio.* Vide *Glossar.* voc. *compulsor.* Apud TERTVLLIANVM *Apologet. c. 21. compulsationis* vox occurrit, sed alio sensu. *Nam & nunc Iudæi aduentum Christi expectant, nec alia magis inter nos & illos compulsatio est, quam quod iam venisse non credunt.* Cæterum respicit hoc loco Theodosius debita curiæ munera, quæ vide *in Paratitlo de decurionib.*

(q) *Si debitorem desiderat executor.* MSS. W. G. *si debitorem deserat executor.* Sichard. *si debitori desit executor.* Editiones Lugdun. Rittershus. Gothofred. *si debitum deserat executor.*

(r) *Infulas.* Infulæ dignitatis sæpe occurrunt in legibus, allusione facta ad sacerdotes & flamines. Videnda in primis *l. 122. de decurion.* Loca alia require in *Glossar.* & apud BRISSON. *de V. S.*

(s) *Consortio.* Ita *l. 73. de decurion. In consortium Senatus nititur peruenire. L. 74. eod. tit. Ad consortium Senatus legetur.*

(t) *Prouidentissime constituta.* MS. G. *prudentissime constituta.* Sichard. *Prouidentissime constantissimeque constituta.*

(v) *Nominati.* De designatione & nominatione Prætorum, quæ fiebat senatus arbitrio, consule *Paratitlon de Prætorib.*

(x) *Mancipauit obnoxios.* Designabantur primo Prætores, deinde vero, cum varii Prætorum essent gradus, sumptusque varie præstituti, editionis modum, seu præturas ipsas arbitrio Senatus sortiebantur. *Paratitlon de Prætorib.* Hæc sortitio dicitur proprie *nominatio*, & qui Præturas erant sortiti, *nominati* appellantur, *l. 1. 17. de Prætorib.* Nominationem sequebatur *denuntiatio.* Legibus enim statutum est, vt intra quinque menses, si absens quis esset, moneretur, quo aut nominationi adsensum præberet, aut excusationem suo tempore proponeret, *l. 22. de Prætorib.* Cum deinde præsentis etiam excusationes audiendæ, & a Senatu ponderandæ essent, ante sententiam ab amplissimo ordine latam, nemo Præturæ muneri obnoxius erat, seu præturæ muneri obnoxius mancipabatur. Sensus itaque verborum hic est: Curialibus, qui senatoriam adepti

adepti sunt dignitatem, Prætura remittitur, si nondum nominati sunt, ne, quod supra vidimus, consumpto patrimonio, patrias functiones & munera negligere cogerentur. Manent ergo Senatores sine onere, quo patriæ oneribus ferendis pares sint. Deinde nominatis ad præturam, sed nondum muneri huic per sententiam latam obnoxiis, (cum scilicet nominati iustas allegarent excusationis causas, de quibus in Senatu in vtramque partem disceptabatur) onus Præturæ etiam remittitur, disceptationique, si qua fuit, per hanc legem, imponitur finis. Tandem patet, eos quos sententia Senatus, iam ante hanc legem, præturæ mancipauerat obnoxios, oneri subiectos fuisse; sed post hanc constitutionem neminem curialium potuisse ad senatoriam aspirare dignitatem, ne curiæ eneruarentur.

(y) *Dat. Prid. Id. Septembr.* MS. Ottobon. *Dat. XIII. Kal. Aug.* MS. G. *Dat. III. Id. Septembr.*

(z) *Præcepit.* MSS. W. G. *præcipit.* Obseruandum autem, non cepisse interpretem sensum nouellæ, quod facile animaduertent lectores.

De testamentis. (a) *Tit. VIIII.*

I. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PF. P. (b)

ITa prodest (c) gentes barbaras nostri nominis (d) imperio mancipari, ita nostræ victoriæ videbuntur obedientibus fructuosæ, si pacis commoda legum regulis componantur. (e) Ideo diuinis sensibus die noctuque res humani generis pertractantes, gratum duximus deficientium quoque voluntatibus subuenire, vt pro suo quisque testetur arbitrio: vt in potestate sua suam habeat voluntatem: vt inuitus nemo nec taceat, nec loquatur. Illud est quippe proprie testamentum, quod testantis meram obtinet voluntatem. (f) Natura talis est hominum, vt quosdam diligant, alios timeant, quibusdam sint officiosæ gratiæ debitores, alios suspicentur, quorundam fidem intelligant eligendam, aliis nihil credendum existiment: nec tamen audeant de singulis, quæ sentiunt, confiteri. Ideo veteres testamenta scripta testibus offerebant, oblatarumque eis tabularum perhibere testimoninm postulabant. (g) Sed dum iuris antiqui cautelam paulatim mutat posteritatis imperita præsumptio, & testes exigunt omnino, quæ testamento continentur, agnoscere, eo res processit, vt dum sua quisque nonnunquam iudicia (h) publicare formidat, dum testibus testamenti, sua non audet secreta committere, ne suis facultatibus inhiantes offendat, intestatus mori, quam suæ (i) mentis arcana periculose patiatur exprimere. Hac (*) itaque consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamentum, si nullum scire volent, (k) quæ in eo conscripta sunt, signatam (l) vel ligatam, vel tantum clausam (m) inuolutamve proferre scripturam, vel ipsius testatoris, vel cuiuslibet alterius manu conscriptam, eamque rogatis testibus septem numero ciuibus Romanis puberibus omnibus simul offerre signandam & subscribendam: dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur, (n) eique ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit. Quo facto, & testibus vno eodemque die ac tempore subscribentibus & signantibus, (o) valere testamentum: nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quæ in eo scripta sunt testamento. (p) Quod si literas testator ignoret, vel subscribere nequeat, octauo subscriptore pro eo adhibito, (r) eadem seruari decernimus. In omnibus autem testamentis, quæ vel absentibus, vel præsentibus testibus (s) dictantur, superfluum est vno eodemque tempore exigere testatorem & testes adhibere, & dictare suum arbitrium, & finire testamentum. Sed licet alio tempore dictatum scriptumve proferatur testamentum, sufficiet vno eodemque die, (t) nullo actu (v) interueniente, testes omnes videlicet simul, nec diuersis temporibus subscribere, signareve testamentum. Finem autem testamenti, subscriptiones & signacula testium esse decernimus. Non subscriptum namque (x) a testibus, atque signatum testamentum, pro imperfecto haberi conuenit. Ex imperfecto autem testamento voluntatem teneri (y) defuncti, nisi inter solos liberos habeatur, (z) non volumus. Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, testamenta non alias valere sancimus, nisi (aa) septem testes, vt supra dictum est, simul vno eodemque tempore collecti, testatoris voluntatem, aut (bb) testamentum sine scriptura facientis, audierint, non (cc) vt suum, quod adsolet fieri, narrantes arbitrium, hoc est, vt manifeste testari se sub iisdem testibus sine scriptura eo ipso tempore dicat, non futurum suæ voluntatis promittat arbitrium. Si quis autem testamento iure perfecto, postea ad aliud venerit testamentum, non alias, (dd) quod ante factum est infirmari

firmari decernimus, quam id quod secundo facere testator instituit, iure fuerit consummatum: Nisi forte in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hereditatem successionemve venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur. Eo enim casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam eius voluntatem non quasi testamentum, sed quasi voluntatem intestati (ee) valere censemus: (ff) in qua voluntate quinque testium iuratorum depositiones sufficient. (gg) Quo non facto, valebit primum testamentum, licet in eo scripti (hh) videantur extranei. Illud etiam huic legi perspicimus (ii) inserendum, vt quoniam Græce iam testari concessum est, (kk) legata quoque ac directas libertates, (ll) tutores (mm) etiam Græcis verbis liceat in testamentis relinquere, vt ita vel legata relicta, vel libertates directæ, tutoresve dati videantur, ac si legitimis (nn) verbis ea testator dari, fieri, obseruarique iussisset, Florenti Parens Karissime AA. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua consultissimam legem, edictis propositis, ad omnium notitiam perferri præcipiat. Dat. prid. Id. Sept. (oo) Constantinop. Theod. A. XVII. & Festo v. c. coss. (439)

INTERPRETATIO. *Hæc lex multa confirmat, quæ de testamentis in Theodosiani corporis auctoritate conscripta sunt. Sed hoc amplius habet,* (pp) *vt si aliquis iure prætorio condiderit testamentum, id est, quod septem testium subscriptionibus confirmatur, auctor testamenti, si literas scit, octauus ipse subscribat: Sin autem aut subscribere* (qq) *non potest, aut literas nescit, tunc octauum pro se adhibeat subscriptorem.* (rr) *Nam etsi subscriptores nesciant, quæ* (ss) *in pagina testamenti continentur, testamentum ex hac re non habeatur* (tt) *infirmum. Testamento vero nihil detrahitur, si per plures dies dicatur fuisse dictatum, dummodo vna die sub præsentia testatoris simul omnes rogati a testatore subscribant, ac suis sigillis subscriptum muniant testamentum. Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, qui suam publicare maluerit voluntatem, conuocatis simul vna hora septem testibus, primum pro qua re eos venire rogauerit, euidenter explanet, vt quia testamentum non fecit, illi apud gesta,* (vv) *defuncti publicent & allegent voluntatem. Si quis autem facto legitimo testamento, aliud postea* (xx) *voluerit facere testamentum, non aliter quod prius factum est reddatur infirmum, nisi sequens testamentum omni firmitate fuerit conscriptum,* (yy) *& legitimo testium numero roboratum. Nam si imperfecta fuerit forsitan deficientis voluntas, secunda voluntas tunc valeat, si in primo testamento, quod fecerat, extraneos scripsit heredes, & postea in secunda voluntate illos instituit, vel ad successionem vocauit, qui etiamsi non testatus fuisset, poterant in hereditate* (zz) *defuncti ab intestato succedere, quæ tamen posterior voluntas defuncti, licet non sit perfecta, sic in omnibus quæ scripta sunt valeat, vt quinque testes iurisiurandi religione confirment, testatorem ad hoc eos conuocasse, vt remoto priore testamento, secundam in propinquis suis, quam perficere non valuit, conderet voluntatem, quæ in omnibus, vel circa omnes firma permaneant.*

(a) *De Testamentis.* MS G. *de testamento.*

(b) De *Florentio* PP. consule dicta *ad Nouell. 1.* male in MS. G. *Laurentio PV.*

(c) *Ita prodest.* Seruant hanc lectionem MSS. W. G. sed in Sichard. Lugdun. Gothofred. Rittershus. edit. *Vt prodest.*

(d) *Nominis.* Ita habent MSS. W. G. & impressi omnes, GOTHOFREDVS autem edidit *numinis.* RITTERSHVSIVS etiam *numinis* vocem restituendam esse censuit. Recte, vt opinor. Etenim scriptorum nullus, quantum quidem scio, Orientis imperium appellauit Theodosianum.

(e) Bene obseruauit RITTERSHVSIVS, Procemium Institutionum Iustiniani videri hinc expressum, qua de re consulendi Commentatores. Huc pertinent Theodorici Ostrogothorum Regis verba apud CASSIODORVM *Var. IV. 12. Propositi nostri est, vt prouincias, nobis Deo auxiliante subiectas, sicut armis defendimus, ita legibus ordinemus.*

(f) *Meram obtinet voluntatem.* QVINTILIANVS *declamat. 308. init.* de testamentis: *Neque enim aliud videtur solatium mortis, quam voluntas vltra mortem.* Et circa fin. *Testamentum est voluntas defuncti consignata iure legibusque ciuitatis.* Consuli hic possunt, qui ad Institutiones & Vlpianum commentati sunt.

(g) Respicit Theodosius illa VLPIANI *tit. 20. § 9. Nuncupatur testamentum in hunc modum. Tabulas testamenti testator tenens ita dicit.* HÆC VTI IN HIS TABVLIS, CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR: ITAQVE, VOS QVIRITES, TESTIMONIVM PRÆBITOTE. Consulendus SALMASIVS *de subscribendis & signandis testamentis cap. 19. sequ.* SCHVLTINGIVS *ad Vlpian.*

(h) *Iudicia.* Iudicium vltimæ voluntatis sententia, seu testamentum. Vide loca in *Glossar.* & apud BRISSONIVM *de V. S.*

(i) *Sua.* Editiones Sichard. Lugd. Rittershus. Gothofred. *sua.*

(*) Lex, *hac consultissima*, *21. Cod. Iust.* de testamentis, hinc desumpta est.

(k) *Volent.* MSS. W. G. & Cod. Iust. *volunt - ea.*

(l) *Signatam.* Cod. Iust. vulgat. *consignatam.* CONTIVS edidit *signatam.* Vtraque lectio proba est. Conferatur hic locus SVETONII *Neron. c. 17.* & PAVLLI *lib. 5. recept. sent. §. 6.*

(m) *Clausam.* MS. W. *clusam.* Edit. Sichard. Lugd. Rittershus. Gothofred. *inclusam.*

(n) *Offertur.* MS. W. *profertur.*

(o) *Signantibus.* Cod. Iust. *consignantibus.*

(p) *Scripta sunt testamento.* MS. W. *scripta sint testamento.* Idem vero iam antea statuit Arcadius *l. 3. de testament. & codicill.* ibi: *Statuimus, iis qui extremas ordinant voluntates, hæc esse seruanda, vt & præsentes videant subscriptores, & ii, qui venerint non ignorent, etiamsi iisdem scripturæ continentia non fuerit intimata.* Consule hic GOTHOFREDVM.

(r) Consule ZACH. HVBERVM *II. Obseruat. rer. iudicat. c. 13.* Voluit deinde Iustinianus *l. 29. de testamentis,* & *§. 4. Inst. h. t.* vt per manum testatoris, & si scribere hic nequeat, testium, nomen heredis aut heredum exprimeretur. Sed ipse sustulit eam solemnitatem A. D. 541. *Nouell. 119. c. 9.* addita ratione, quæ hanc quoque constitutionem illustrat: *Agnouimus autem ex huiusmodi subtilitate plurima testamenta destructa, testatoribus non valentibus huiusmodi custodire subtilitatem, aut forsan nolentibus scire aliquos suam voluntatem.*

(s) *Vel absentibus vel præsentibus testibus.* Cod. Iust. *quæ præsentibus vel absentibus test.*

(t) *Vno eodemque die.* Cod. Iust. vulg. *Vno tempore eodemque die.* Glossula hæc est, a nasutulo, occasione superiorum verborum, *vno eodemque tempore,* addita. MS. W. legit hic, *vno eodem die.*

(v) *Actu.* Cod. Iust. *actu extraneo.* Hoc etiam addidit semidoctus, & abest a veteribus libris, vt vidit Contius.

(x) *Subscriptum namque.* Cod. Iust. *subscriptum autem, a testibus ac non signatum.* In MSS. autem lectio nostra apparet.

(y) *Teneri.* MSS. W. G. & Cod. Iust. *tenere.* male.

(z) *Liberos habeatur.* Obserua hic emblema Triboniani additum *ex l. vlt. Cod. Iust. famil. ercisc und.* *Liberos, a parentibus vtriusque sexus, habeatur, non volumus. Si vero in huiusmodi voluntate, liberis alia sit extranea mista persona: certum est, eam voluntatem defuncti, quantum ad illam duntaxat permixtam personam, pro nulla haberi, sed liberis adcrescere.* Gothofredus *in Commentar. ad leg. 1. famil. hercifcund.* hæc verba in constitutione Theodosiana, *l. 21. Cod. Iust. de testament.* exstitisse, scripsit; sed contrarium docet hæc nouella. Neque hoc verum est, quod idem statuit cum Contio, *legem* illam *vltim. famil. ercifcund.* miro Triboniani flagitio interpolatam esse ex laudata *l. 21. de testament.* Nam prior lex Constantinum M. habet autorem, posterior Theodosium, vt facile pateat, ex priore siue *d. l. vlt.* migrasse integram sententiam, in *d. l. 21.* posteriorem. Denique probari non potest, quod tamen multis argumentis conquisitis tentat laudatus Gothofredus, Tribonianum *in l. vlt. Cod. Iust. famil. ercifcund.* magna audentia mutasse inscriptionem, & loco *Verini,* substituisse *Bassum PP.* cum nondum liqueat, an *lex vltim. Cod. Iust. famil. ercifcund.* sit excerpta ex *lege 1. Cod. Theodos. eiusd. titul.* quæ ad Verinum data est. Cæterum, quod hoc loco de voluntate patris, & scriptura quacunque, licet solemnitatibus destituta, inter liberos locum habente, statutum est, iam antea obtinuit ex *lege 1.* Constantini M. *Cod. Theod. de famil. ercifcund.* Vide hic *Commentarium.* Quid Iustinianus sanxerit docet eius *Nouell. 18. c. 7.* & *Nouell. 107. c. 1.* vbi conferendus CVIACIVS, & RITTERSHVSIVS.

(aa) *Nisi septem.* Cod. Iust. *quam si.*

(bb) *Aut testamentum sine scriptura facientis.* Ita legunt impressi omnes: in MSS. W. G. est, *vt testamentum sine scriptura facientes,* in Cod. Iust. *vt test. sine script. facientis,* quæ lectio proba est, vt patet ex sequentibus. Rescribendum etiam mox, *narrantis arbitrium.*

(cc) *Non vt suum, quod adsolet.* MS. W. *non vt solum, vt adsolet.* MS. G. *non solum vt suum, vt adsolet.* Cæterum hæc verba, vsque ad illa, *si quis,* absunt a Codice Iust.

(dd) *Alias* pro *aliter.* Vid. BRISSONIVM *de V. S.*

(ee) *Voluntatem intestati.* Cod. Iust. *voluntatem vltimam intestati.*

(ff) *Censemus.* Cod. Iust. *sancimus.* MS. G. *censuimus.*

(gg) *Sufficient.* Cod. Iust. *sufficiunt.*

(hh) *Scripti.* MS. W. *conscripti,* oscitantia librarii ob antecedentem vocem *eo.*

(ii) *Perspicimus.* Cod. Iust. *prospeximus.*

(kk) *Græce iam testari concessum est.* Cod. Iust. *vt etiam græce omnibus testari liceat.* Cuncta quæ erant iuris ciuilis, latina tantum lingua concipiebantur, quod notum. Consule BRISSONIVM *de formul. lib. 7. num. 6.* CVIACIVM *ad Vlpian. tit. 25.* Quæ vero erant iuris gentium, qualibet poterant expediri lingua. Huc pertinent illa Vlpiani *l. 11. D. de legat. 3. init.* *Fideicommissa quocunque sermone relinqui possunt: non solum latina vel græca, sed etiam Punica vel Gallicana, vel alterius cuiusque gentis:* & *leg. 8. in fin. D. de acceptilat.* *Et ideo puto, & græce posse acceptum fieri, quia hoc iure vtimur, vt iuris gentium sit acceptilatio:* & *in fragment. tit. 25. num. 9.* *Item græce fideicommissum scriptum valet, licet legatum græce scriptum non valeat.* Ideo etiam directæ libertates tutelæque, olim erant romana lingua concipiendæ. Dispiciendum autem, quo tempore potestas facta sit omnibus, testamenta græca lingua faciendi. Vehementer enim errant, qui persuadere volunt, post translatum Constantinopolin imperium, cunctis græce testari licuisse, quorum in numero est CL. OTTO *ad Instit. tit. de testament.* & HEINECCIVS *in institut. eod. tit.* prouocans ad *leg. 15. Cod. Iust. de testament.* quæ tamen lex de formulis tantummodo solemnibus in testamentis adhibendis, sublatisque, intelligenda est, quod docere possunt illa: *ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuorum indignum est: ademptis his, quorum imaginarius vsus est: institutioni heredis verborum non esse necessariam obseruantiam: quolibet loquendi genere formata institutio valeat.* Notandum præterea, eam legem non pertinere ad Constantinum, vt vulgati Codices præferunt, sed ad Constantium, quod clarum ex subscriptione. Constantius autem primus sustulit formulariam iurisprudentiam, *l. 1. Cod. Iust. de formulis.* Consule GOTHOFREDVM *ad leg. vlt. de stud. liberal. vrb. Rom. & Constantinopol.* Deinde translata licet ab vrbe Roma Byzantium sede imperii Constantinus eiusque successores, latinam linguam nouæ Romæ seruari voluerunt, vt docent inscriptiones statuarum, monetæ, epistolæ, edicta, constitutiones; imo Iustiniani tempore in aula

& comitatu fuit ea in vſu communi, quod vel maxime teſtatur *nouella* eius *VII. cap. 1.* Διόπερ αὐτὴν καὶ προὐθήκαμεν καὶ οὐ τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν νόμον συνεγράψαμεν, ἀλλὰ ταύτῃ τῇ κοινῇ τε καὶ Ἑλλάδι, ὥστε ἅπασιν αὐτὸν εἶναι γνώριμον, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἑρμηνείας: *ideo hanc emiſimus & non patrio ſermone legem conſcripſimus, ſed hoc communi & græco, vt omnibus nota ſit, propter interpretationis facilitatem.* En linguam latinam πάτριον appellat Iuſtinianus, & *Nouella LXVI. cap. 1. §. 1.* ſcribit, ediſiſſe ſe æqualis formæ conſtitutiones de menſura inſtitutionis filiorum, quarum alia lingua græcorum ſit conſcripta propter multitudinis frequentiam, τῆς δὲ τῇ Ῥωμαίων (φωνῇ) ἥπερ ἐστὶ καὶ κυριωτάτη, διὰ τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα, *alia vero latina, quæ etiam propria, propter Reipublicæ ſtatum.* Multa huc pertinentia collegit CAR. DV FRESNE *in præfationibus ad vtrumque Gloſſar.* Cum vero iam Theodoſii M. tempore contigerit, vt græculi homines, vtrumque colentes ſermonem, neutro recte vterentur, ita publicis fidem facientibus eius ætatis monumentis, facile eſt videre, ob latinitatem in teſtamentis adhibendam, non potuiſſe non infinitas oriri lites. Nihilominus tamen neque Theodoſius, neque Arcadius ſubditis fecerunt poteſtatem græce teſtandi, ſed primus eam conceſſit licentiam Theodoſius Iun. Id vero factum ante hanc nouellam editam, vt aperte docent verba illa, *quoniam græce iam teſtari conceſſum eſt.* Cum vero illa conſtitutio perierit, de anno non liquet. Eſt tamen mihi hæc ſententia, anno 439. quoque id ius introduxiſſe Theodoſium, & forte paullo ante hanc noſtram conſtitutionem, quia Tribonianus, cui ad manus fuere Theodoſii leges, in *lege* ſæpe memorata *21. de teſtament.* abſciſſe ſcripſit, *illud etiam huic legi proſpeximus inſerendum, ut etiam græce omnibus teſtari liceat.* Videtur enim legem priorem, quæ ſine dubio tantum de licentia græce teſtandi egit, cum hac noſtra, qua extenditur illa græce teſtandi facultas ad legata, libertates & tutelas, coniungere voluiſſe.

(ll) *Libertates.* Hinc deſumpta eſt *lex 14. Cod. Iuſt. de teſtamentaria manumiſſione*, quæ caret ſubſcriptione. Hæc itaque huic anno eſt reddenda in faſtis RELANDI. En eam. *Impp. Theodoſius & Valentinian. Augg. Florentio PP. Directas libertates græcis verbis liceat teſtamentis relinquere: vt ita libertates directæ datæ videantur, ac ſi legitimis verbis eas teſtator dari iuſſiſſet.* Emendandus etiam BRISSONIVS *de formul. lib. 7. cap. 6. pag. m. 562.* qui exiſtimauit, hanc *legem 14.* ſexennio poſt *legem vlt. 8. Cod. Iuſt. de teſtamentar. tutel.* datam, quæ tamen lex etiam, vt mox videbimus, ex hac nouella noſtra eſt, & ad an. 439. pertinet.

(mm) *Tutores etiam.* *Lex vltim. 8. Cod. Iuſt. de teſtamentar. tutela*, hinc excerpta; cuius verba hæc ſunt: *Tutores etiam græcis verbis licet in teſtamentis relinquere: vt ita tutores dati videantur, ac ſi legitimis verbis eos teſtator dediſſet.* In antiquis Codicibus & apud Contium quoque ita ſubſcripta eſt, *Dat. Prid. Id. Septembr. Theodoſ. A. XIV. & Maximo*, quæ ſubſcriptio in errorem induxit BRISSONIVM, vt crederet legem an. 433. emiſſam, quod nota ſuperiore vidimus. Connexerunt CONTIVS & alii ſubſcriptionem ope huius nouellæ.

(nn) *Legitimis.* Legitima verba hic ſunt latina, quia legibus introducta.

(oo) *Prid. Id. Sept.* MS. G. *IV. Id. Sept.* Cod. Iuſt. *Dat. Idib. Sept.* Sichard. *Prid. Id. Febr.*

(pp) *Habet.* MSS. W. G. *continet.*

(qq) *Subſcribere.* MSS. W. G. *ſcribere.*

(rr) *Subſcriptorem.* Editiones Sichard. Lugd. Ritterſhuſ. Gothofred. *ſcriptorem.*

(ss) *Quæ in pag. teſt. continentur.* MSS. W. G. *quid in teſtamenti pagina continetur.*

(tt) *Habeatur.* MSS. W. G. *habetur.*

(vv) *Apud Geſta.* Geſta ſunt acta publica, in quæ referebantur teſtamenta, donationes & quæuis inſtrumenta. Vide *Gloſſar. Theodoſ.* DU FRESNE *in Gloſſar.* & BRISSONIVM *de V. S.*

(xx) *Poſtea.* MS. W. *propterea.*

(yy) *Conſcriptum.* MSS. W. G. *ſubſcriptum*, male, vt patet ex ſequentibus.

(zz) *Hereditate.* MS. G. *hereditatem.*

De alluuionibus & paludibus & paſcuis. (a) *Tit. X.*

1. Impp. THEOD. & Valent. AA. Cyro PF. P. & Conſuli deſignato. (b)

SVggeſtionibus tui Culminis (c) ſemper magnum aliquid reip. conferendi materiæ (d) miniſtrantur, ſemper nobis aliquid porrigitur emendandum. Quanta itaque Magnitudinis tuæ prouincialium cura eſt, per eas quoque non dubie declaratur. Alluuionum, quæ contingere ſolent in prædiis, quæ ripis quorundam fluminum terminantur, (e) ea natura eſt, vt ſemper incerta poſſeſſio, incertum ſit eius dominium, quod poſſeſſori per alluuionem accreſcit. Nam quod hodie poſſidemus, nonnunquam altero die vicini fundi dominio, in alteram fluminis ripam translatum, acquiritur, (d) nec tamen apud eum cui accreſcit, ſemper remanet acquiſitum, ſed plerumque redit ad priorem dominum (f) cum augmento. Sæpe nec ad poſteriorem manet, nec ad priorem redit, ſed in harenam fluminis inundatione diſſoluitur. Ideo ſuggeſtionem (g) tui Culminis admittentes, non Ægyptiis ſolis, nec de Nili tantum alluuionibus (h) loquimur, ſed quod ſalubre eſt, orbi terrarum, atque omnibus prouinciis promulgamus. Et ea (*) quæ per alluuionem (i) poſſeſſoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque a quolibet peti, nec ſeparatim cenſeri vel functiones exigi, (k) hac perpetuo lege valitura ſancimus, ne vel alluuionum ignorare vitia, (l) vel rem noxiam poſſeſſoribus videamus indicere. (m) Similiter nec

ea quidem, quæ paludibus antea vel pascuis videbantur ascripta, (n) si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sint, (o) vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus: ne doleant (p) diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam intelligant. (q) Huius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coherceri decernimus. Inter quos habendum est officium quoque tuæ sedis excelsæ, si aliquid eiusmodi suggesserit disponendum, vel si preces instruxerit (r) petitoris, Cyre Parens Karissime AA. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua suggestione tui Culminis ac dispositione (s) non admissa tantum, sed etiam collaudata, legem hanc edictis propositis ad omnium noticiam perferri præcipiat. (t) Dat. XI. Kal. Oct. Constp. Valent. A. V. & Anatolio V. C. COSS. (440.)

INTERPRETATIO. *Hac lege censitum est, vt si fluuius alueum suum paulatim in aliam partem contulerit, terram illi acquirat, cuius finibus spatium terræ dignoscitur contulisse. Quam rem beneficio aquæ possessoribus acquisitam, nullus velut fiscalem audeat vindicare, cui rei tributum nullus adiiciat. Si quis etiam paludes suo studio deriuauerit, & ad vsum fertilitatis adduxerit, similiter hoc is qui excoluit, sine censu perpetuo iure possideat, neque quisquam hoc audeat a nostra munificentia postulare.*

(a) Legitur hæc Nouella inter varias rei agrariæ leges, *pag. 343. sequ. edit. Goes.* sed a sciolo agrimensore ineptis deprauata additamentis, & in alium hinc inde detorta sensum; quod CONTIVS non obseruauit, notans ad *l. 3. Cod. Iust. de alluuionib.* eam integram ab agrimensore ex Codice Theodosiano fuisse exscriptam. Oculatissimum autem GOESIVM nouella nostra latuit, cuius tamen ope longe felicius restituisset legem agrariam.

(b) *Cyro PF. P. & Consuli designato.* De Cyro agit EVAGRIVS *hist. eccles. lib. 1. Cap. 19.* SVIDAS *voc. Κυρος.* THEOPHANES *in Chronograph. ad an. Theodos 37. pag. 66. 67. Ed. Venet.* CHRON. PASCHALE *ad an. 450. pag. 253. Ed. Venet.* THEOPHYLACTVS *hist. lib. 8. c. 8.* CEDRENVS *in Annal. sub Theodos. pag. 270. Edit. Venet.* ZONARAS *Annal. Tom. 2. pag. 34. Edit Venet.* BARONIVS *in Annal. ad an. 440.* ANTON. PAGIVS *in Critic. ad an. 446.* Scimus autem ex his, ipsum fuisse Panopoliten Ægyptium, Deorum cultorem, poeticisque facultatibus in amicitiam sese Eudociæ Augustæ insinuasse & viam parasse sibi ad summos honorum in aula Constantinopolitana gradus. Euagrius eum Claudiano iungit, & ex Metaphraste apud SVRIVM *d. 11. Decembr.* notum, ipsum tempore angustiarum suarum, de quibus mox, elucubrasse carmen, sub titulo, Veritas exulans. SVIDAS habet, Præfectum Vrbi, Præf. Prætorio, Consulem & Patricium factum, & AVCTOR *Chron. Paschal.* tradit, geminas ipsum Præfecturas quatuor annis administrasse, ob summam vitæ innocentiam. Præf. Vrb. Constant. fuit An. 426. vt testatur *l. 5. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudic.* An. 439. *l. 9. Cod. eod. de sacros. eccles. l. 20. Cod. eod. de operib. publ.* & hoc Anno 440. vt habet inscriptio *legis 21. Cod. Iust. de operib. publ.* quæ inscriptio lucem capit ex Chronico Paschali, quod fidem facit, Cyrum duas Præfecturas simul administrasse. Præfecturam Prætorianam enim gessit an. 440. vt docet nostra nouella, & infr. *nouell. 14. num. 2. 3.* item *l. 2. Cod. Iust. de temporib. & reparationib.* ad quem annum refero etiam *leges 32. 33. Cod. Iust. de appellat.* quæ subscriptione carent, licet certi nihil hic definiri possit, cum ad annum vsque 448. Cyrus honores gesserit. Anno sequenti 441. Cyrus solus Consul in Oriente processit, vt docent omnes Fasti. Vid. BARONIVS, PAGIVS & RELANDVS. Quando vero EVAGRIVS scribit, eum eo tempore, quo Carthago capta est a Vandalis, fuisse Magistrum militum in Occidente, statuendum est, Cyrum tum Vrbis Constant. Præfectum, (occupata enim est Carthago an. 439. quo Præfecturam vrbanam gessisse supra vidimus) a Theodosio in auxilium Valentiniano missum, cum post Carthaginem expugnatam Vandali toti occidenti terrorem incuterent. Anno 447. ingens terræ motus ædificia & muros Constantinopol. concusserat, quos Cyrus tum P. V. intra sexaginta dies magnifica substructione restituit, tota vrbe obstupescente, & laudibus eum summis extollente. Eæ autem laudes maximam bono viro crearunt inuidiam, quæ aucta est, postquam Eudocia Augusta an. 448. Theodosii gratia exciderat, &, relicta vrbe, abierat Hierosolyma. Eo enim anno, sedente in circo Cyro cum Theodosio, cum populus ob murorum ædificiorumque refectionem atque ob vrbem luminibus nocturnis exornatam exclamaret, *Vrbem Constantinus condidit, Cyrus renouauit,* Imperator indignabundus, ademit ei Præfecturæ vrbanæ dignitatem, obtentu, quod gentilis esset. Cyrus de vita sollicitus in ecclesiam fugit & clericus factus est, sed Imperator miseratione motus eum Cotyaii constituit Episcopum, vt narrat SVIDAS, cui etiam fides adhibenda est, licet alii tradant Smyrnensi ecclesiæ fuisse præfectum. In actis enim Concilii Constantinopolitani an. 448. Pseudo-Ephesini 449. Chalcedonensis 451. Æthericus Episcopus Smyrnensis occurrit. Tandem obserua, in MSS. W. G. verba illa, *& Consuli designato* abesse, & præterea male legi in MS. G. *Cyro PV.* Apud Goesium autem *P. P. Orientalium.*

(c) *Tui culminis semper.* In MS. leg. agrar. *tui culminis quod semper.* Emendat GOESIVS, *suggestionibus tui culminis semper magnum aliquid reipublicæ conferendi materia ministratur. quod semper nobis aliquid porrigitur emendandum.* Sed ea emendatione nil opus.

(d) *Materia ministrantur.* In leg. agrar. *materia ministratur.*

(e) *Ripis fluminum terminantur.* CASSIODORVS *Var. III. 52. Aut terminis testibus, aut iugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis constructis constat esse definitum.* Adi etiam Frontinum *de colon. pag. 121. 129. Edit. Goes.*

(d) Huc pertinent, illa LVCANI de Pado *lib. 6. v. 277*

Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt, donante Pado.

Item: POMPONII *l. 30. D. de acquir. rer. dom. Flumina enim censitorum vice funguntur, vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum*; quibus verbis facile lucem affundes ex *titulo de censu siue adscriptione*, item *titul. de censitorib. lib. 13.*

(f) *Ad priorem dominum.* In MS. leg. agrar. *ad priorem in dominium.*

(g) *Igitur suggestionem tui culminis admittentes, non Ægyptiis solis.* In leg. agrar. *Ideoque suggestione culminis tui admittitur, vt iudicio agrimensoris finiatur. Non Ægyptiis solis.* Hæc sensu plane carent: hinc notat GOESIVS: Sed quid iudicio agrimensoris finietur? incerta possessio & incertum dominium? An vero illud, quod in harenam fluminis inundatione soluitur? Quippe de his actum erat. Hoc igitur, cum plane videatur absurdum, verisimilius est, rescriptum fuisse: *ne iudicio agrimensoris finiatur.* Quo scilicet vel ab ærario vendi, vel a quolibet peti, vel separatim censeri, vel functiones exigi possint. Hactenus Vir ille doctus, qui si vidisset nostram nouellam, non potuisset non ridere ineptissimam semidocti agrimensoris glossam, quam ideo per summam audaciam intrusit legi, vt pluribus negotiis interessent agrimensores.

(h) *Nili tantum alluuionibus.* De his est elegans locus apud CASSIODORVM *Var. III. 52.* extat etiam constitutio de Nili inundatione *l. 2. Cod. Iust. de alluuion.* sed sine die & Cos. In MSS. W. G. hic legitur, *de maris tantum alluuionibus.*

(*) *Et ea quæ per alluuionem.* In MS. leg. agrar. *Vt ea quæ:* vnde coniicit GOESIVS, scriptum fuisse: *vt ea, quæ per alluuionem possessoribus acquiruntur, neque possint ab ærario vendi* &c.

(i) Lex *ea quæ per alluuionem 3. Cod. Iust. de alluuionib.* hinc desumpta est.

(k) Solebant Inspectores ea, quæ per alluuionem accreuerant, tanquam publica fisco vindicare, vt bene obseruat interpres, imo aliquando vendere. Ii etiam, qui prædæ inhiabant, atque ex fructuosis petitionibus ditescere cupiebant, eiusmodi bona a principe petebant, quod videmus *titulo de petitionibus*; & vt erant plerumque censitores subditis graues, cum viderent incrementa per alluuionem aut separatim ea censere, aut maiorem censum agris imponere, siue functiones maiores exigere, volebant, quod hac nouella vetitum. Consule *titul. de censitorib. peræquatorib. & inspectorib. lib. 13.*

(l) *Ne vel alluuionum ignorare vitia, vel rem noxiam.* Hæc valde deprauarunt librarii in MSS. W. & G. Prior Codex habet, *nec per alluuionum ignorare vel tanta vel rem noxiam*, in altero est, *nec per alluuienem ignorare vel tantam, vel rem noxiam.* Sichardus edidit, *ne per alluuionum ignorantiam vetitam rem, & maxime noxiam.*

(m) *Indicere.* Recte *indicere*, de censu, & functionibus: male in Cod. Iust. *inducere.*

(n) *Paludibus vel pascuis ascripta.* Quando libri censuales scribebantur, loca palustria vel compascua ob sterilitatem censu eximebantur. *Adscribere* paludibus vel pascuis, est censu liberare. HYGINVS *de limitib. constituend. pag. 207. edit. Goes. In agris quædam loca propter asperitatem aut sterilitatem non inuenerunt emptores. Itaque in formis locorum talis adscriptio adest:* IN MODVM COMPASCVÆ, *aliquando facta est*, ET TANTVM COMPASCVÆ, *quæ pertineret ad proximos quosque possessores, qui ad ea attingunt finibus suis.* Dicuntur hi agri subsecini. Vetus auctor *de limit. pag. 293. Subsecini agri, quos in pertica diuisos recusant, quasi steriles aut palustres.* Aliter autem interpretanda *subsecina* apud SVETONIVM *in Domitian. c. 9.* ea enim in agrorum diuisione carptim superfuerant, id est, non effecerant centuriam.

(o) *Sint.* MSS. W. G. & Cod. Iust. *sunt:* item apud Goesium.

(p) *Ne doleant.* In leg. agrar. *ne hi doleant*, male.

(q) *Intelligant.* Male in Cod. Iust. *iudicantes intelligant.*

(r) *Instruxerit.* Sana hæc lectio: male in Cod. Iust. *introduxerit.* Officiales enim in prouinciis degentes, instruunt petitores, qui plerumque erant ipsi in comitatu.

(s) *Ac dispositione.* Bene emendat GOESIVS, *hac dispositione.*

(t) *Præcipiat.* Stultam iterum hic agrimensor addidit glossam: *Præcipiat hæc agrimensorum semper esse iudicia.*

De his qui sponte munus aliquod vel honorem largiuntur, & de naturalibus filiis in curiam dandis, heredibusque scribendis, vel bona parentum accipiendis. (a) *Tit. XI.*

I. Impp. THEOD. & Valent. AA. Apollonio PF. P. (b)

NVlla professione virtutis, nullaque re alia potius homines Deo, quam prona liberalitate iunguntur. Nam cum beneficiorum fontibus genus amplificetur humanum, diuinam beneuolentiam nobis credimus obligari, vnde spes tota vicissitudinis exspectetur. (c) Quod si quis bene de se meritum lædat, ex amore omnium quem liberalitas meruit, communi necesse est odio condemnetur ingratus. Huius iniquissimæ rei acerbitate commotam Celsitudinem tuam, a nobis remedium postulasse præsens suggestio declarauit. Multi enim sæpe nullam trahentes sorte maiorum Decurionatus originem, sua sponte, (d) liberalique sententia, (e) pietatis quoddam insigne duxerunt, magnificis patriam muneribus beneficiisque donare. Alii, cum extruendi publici operis nulla eis necessitas immineret, diuersis eam ædificiorum ornatibus extulerunt. Id augendæ patriæ desiderium maximis laudibus ac præconiis efferendum, alios curialibus oneribus, alios discussionum laqueis (f) implicauit. Et quod vltra omnem indignationem est, rationes (g) liberalitatis suæ dare cogitur,

cogitur, qui luxuriæ non dedisset. Quod nisi prouida dispositione curetur, quotus quisque erit tam sui suæque vtilitatis ignarus, qui vel in operibus construendis largitatem exercere velit, cui discussor immineat, vel in conferendo aliquo munere gloriari, cum id quod munus fuerat, incipit (h) esse iam debitum? Qui denique sic patriam suam diliget, vt cum frui liceat opibus ociosis, iactura patrimonii sui sollicitam redimat egestatem? Quapropter ipsis ciuitatibus potissimum consulentes, quibus suorum ciuium beneuolentiam nolumus interclusam, huius æternæ legis saluberrima ratione decernimus, vt si quis sua sponte nullique eiusmodi oneri subditus, in qualibet ciuitate per se alteriusue personam (i) quodcunque munus ediderit, vel honorem gesserit, nullum ex voluntaria largitate vel præiudicium sui status incurrat, (k) vel discussionis ratiociniis obligetur: Hoc enim pacto, cum ex voluntate præbeatur, quod, si necessitas immineat, euitetur, nec gratos suæ circa patriam beneuolentiæ pœnitebit, nec excusatio relinquetur ingratis. Illi etiam parti, sollicita nobis circa res humanas prouidentia suggerente, consulendum esse credidimus, quantum fauoris splendorisque, legitimæ proli ex legum suffragatione præstatur, tantum naturali ac degeneri soboli derogatur. Nam cum de successionibus paternarum facultatum quædam seueriora, quædam humaniora circa eos iura prolata sint, nulla lex adeo eis pepercit, vt eiusmodi sorte conceptos saltem in aliorum loco poneret, quos naturæ coniunctione proximos inuenisset. Sed nos, a quibus solet in hominum genus semper aliquid procedere quo iuuentur, vna eademque saluberrima sanctione & horum condicioni, & Curiarum commoditati subueniendum esse perspeximus, vt cum & naturalium liberorum vilitas splendidiorem fortunam, & Decurionum nobilitas multitudinem desideret auctiorem, vtriusque generis vtilitatibus in commune perpensis, ab altero commodetur, quod alteri deficit: lexque vndique temperatissima collocetur, quæ & naturæ vitium dignitatis impartitione (l) soletur, & ordinum dignitatem a corporum exiguitate defendat. Hac igitur pepetuo duratura promulgatione decernimus, vt si cui & legitimorum, & naturalium liberorum progenies suppetat, veterum illibata constitutionum auctoritate seruata, iustæ ac legitimæ sobolis iura nulla imminutione decrescant. Si quis (*) vero parentibus amissis, naturalem duntaxat fœcunditatem, non etiam legitimam sortiatur, seu liber ipse, seu Curiæ sit nexibus obligatus, & tradendi filios vel omnes, vel quos, quemue maluerit, eius ciuitatis Curiæ, vnde ipse oritur, & in solidum heredes scribendi liberam ei concedimus facultatem. Parentibus vero superstitibus si naturalis pater vitæ munus impleuerit, quartam partem (m) bonorum contemplatione gradus legitimi patri matriue, auo vel auiæ saluam intactamque seruamus, vt si quis eorum vel præteritus, vel parum quam ei debebatur ex legibus fuerit consecutus, mouere de inofficioso testamento querelam pro iuris ordine concedatur. Quos ex hac nostra dispositione (n) nec lædi credimus, nec offendi. Nec enim aliquid ex eorum iure decoquitur, (o) cum nequeant, ad quoscunque heredes forte transmissa, quicquam amplius ex filiorum suorum nepotumue facultatibus, præter memoratam defendere quantitatem. Nisi forte moleste ferendum sit, natura sibi cohærentes, licet iure seiunctæ sint, (p) alienissimis anteferri, rerumque esse participes, quos consortes sanguinis confitentur. Quod si (q) cui non ex vrbe, sed vico, vel possessione qualibet oriundo naturales liberi contigerint, eosque velit sub definitione prædicta, & Curiæ (r) splendore cohonestare, & hereditatis opibus adiuuare, eius ciuitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille seu possessio (s) censetur. Quod si alterutram regnantium ciuitatem patriamque (t) sortiatur, sit ei liberum susceptam ex inæquali coniugio sobolem cuiuscunque ciuitatis Decurionibus immiscere, dummodo ciuitas, quæ eligitur, totius prouinciæ teneat principatum. Indignum est enim, vt qui sacratiss. vrbis vbere gloriatur, natales (v) suos non inlustri (x) ordine ciuitatis illuminet. Hæc, siue, cum postrema definiat, (y) siue, cum donatione (z) cuiuslibet quantitatis, habita ratione Parentum, (aa) in liberos naturalis (bb) pater conferat, quod de subeunda forte curiali, seu testamento, seu actorum fide constituat, (cc) ita ratum esse, stabiliterque (dd) volumus obseruari, vt siue abstinendo hereditatibus, (ee) siue abdicando donationes, naturales liberi curialem voluerint euitare fortunam, posteaquam (ff) paternarum opum vel in solidum, vel ex parte reperti fuerint possessores, licet eas alienauerint,

omni modo ad condicionem, in qua pater eos (gg) amplificatis (hh) opibus esse voluit, etiam inuiti cogantur accedere. Apolloni Parens Karissi. (ii) AA. Illustris & magnifica auctoritas tua, quæ sanximus, edictis propositis ad vniuersorum nostro imperio subiectorum (kk) notitiam commeare perficiat. Dat. XVI. Kal. Ian. (ll) Constantinop. Maximo II. & Paterno (mm) v. c. coss. (443)

INTERPRETATIO. *Si quis habuerit legitimos filios & naturales,* (nn) *id lex ista constituit, vt id obseruetur quod est in Theodosiani corpore constitutum, hoc est, vt extantibus filiis legitimis octauam hereditatis naturalibus, vel eorum matribus, pater si voluerit, derelinquat. Si vero legitimos filios non habuerit, & naturales habuerit, & eos heredes facere fortasse* (oo) *voluerit, non aliter poterit,* (pp) *nisi vt primitus eos corpori Curiæ sub gestorum testificatione coniungat: & sic, si* (qq) *voluerit integras ad eos siue donationes, siue testamento heredes scribendo, transferre poterit facultates. Quarta vero patri vel matri, auo, auiæ, quibus de inofficioso testamento actio suppetit, specialiter seruata.* (rr) *Hoc, seu curialis, seu liber a Curia, naturalibus filiis ita conferre legis istius ordinatione permittitur, ita, vt in ea ciuitate, in qua, vel in cuius territorio habitat, naturales filios constituat curiales. Quod si, vt adsolet, in duabus prouinciis ei possessio vel habitatio fuerit,* (ss) *& voluerit eos in ciuitate sua facere curiales, hoc lex ista permittit, vt in qua prouincia elegerit, dummodo in Metropolitana ciuitate, instituendi naturales filios Curiales pater habeat potestatem.*

II. Idem AA. Apollonio PF. P. (tt)

Nulla pene res (vv) adeo pro vtilitate humani generis inuenitur, quæ non callidis hominum consiliis ad fraudem malitiamque conuertitur. Nonnulli enim Curiales, quorum corpori semper volumus esse consultum, parum habent sua commoda nostris beneficiis adiuuari, nisi eis ad aliorum abutantur incommodum. (xx) Sed nos, quibus ingenitum est prodesse cunctis, obesse nemini, sicut eorum vtilitatibus prouidendum esse censemus, ita fraudibus etiam ducimus obsistendum. Hic enim est expeditissimæ sanctionis effectus, qui dum aliis prospicit, aliorum iura non minuit. Meminimus (**) quippe, nuper emissa lege diuali, (yy) portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet nouissima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemcunque, præterquam si ad filios (zz) deferantur, curiarum deputasse corporibus. Sed multi, tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata vniuscuiusque rei sibi particulam vindicando, adeo totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarum opum nocere cupiant, sua quoque iura præcipitent. Quorum nimiam licentiam prouida dispositione frenantes, (aaa) ipsis quidem Curialibus occupandi sua auctoritate res mortui copiam denegamus: optionem vero damus heredi, (bbb) ad quem vel intestato vel ex postrema voluntate, directis, vel fideicommissariis verbis decurrit hereditas, vtrum æstimationem quartæ partis Curiæ velit offerre, an omne patrimonium quod relictum est, in partes quatuor pro sua voluntate diuidere, vt rebus totis in sortitum casumque (ccc) deductis, vel Curiæ quadrantis, vel heredi, ac fideicommissario per vniuersitatem dodrantis electio ex sortis condicione (ddd) contingat. Ita scilicet & præfati successores, & Curia, promiscui rerum dominii (eee) liberabuntur incommodo. Naturale (fff) quippe vitium est negligi, quod communiter possidetur, vtque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur. Denique suam quoque partem corrumpi patitur, dum inuidit (ggg) alienæ. Sed vbi quarta pars bonorum mortui, Curiæ debet offerri, immobiles quidem res, quæ nec latere facile possunt, nec quicquam si diuulgentur officiunt, sub aspectu etiam Curialium æstimari, diuidiue concedimus. Mobiles autem res, vel se mouentes, vel instrumenta, vel si quid etiam (hhh) in eiusmodi iure consistat, in medium proferri diuulgarique non patimur: sed iuratis successoribus, cum apud se diligenter æstimauerint, quæ, quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus. Quid enim tam durum, tamque inhumanum est, quam publicatione pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ patere diuitias? In exigendis vero debitis, si pretium, quod pro quarta parte actionum Curiæ competit, successores præstare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in medium, vnusquisque a debitoribus conuenientem sibi exigat portionem, atque e diuerso

æs alienum, si qui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quam Curia pro sua sorte restituere compellantur. (iii) Quod si sæpe dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum, tum vero ad similitudinem rerum immobilium, diligentior Curialibus omnium rerum indago præbebitur: (kkk) scilicet vt vniuersis mortui facultatibus in aperto propositis, vel æstimatio rerum, vel diuisio, prout successores elegerint, (lll) sub præsentia Curialium celebretur. In omnibus autem casibus, vbi quarta pars Curiæ competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decernimus. Ad filiorum vero numerum, (mmm) ad quos integras opes venire censuimus, filium, nepotem, pronepotem, (nnn) patrem, auum & proauum, ad virilis sexus originem pertinentes, etsi alieni sint Curia, iubemus adiungi, vt ad has quoque personas ex vltima voluntate, vel ab intestato, delapsæ facultates, nullius partis imminutione decrescant. Filiam, quinetiam neptem, proneptemve Principali (ooo) eiusdem ciuitatis, vnde pater, auus vel proauus oritur nuptam, rerum vel ab intestato, vel ex dispositione voluntatis vltimæ quæsitarum, integrum nullaque parte minutum dominium habere sancimus. Quod si post parentum obitum inueniantur innuptæ, vel viduæ, impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis vero, quæ pubertatem adeptæ sunt, (ppp) vel etiam in viduis post mortem parentis, triennium duntaxat volumus expectari, vt interim quarta portio suspensa, vel apud eam, si in matrimonio Curialis eiusdem ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat, vel si intra id temporis (qqq) alienum eadem curia sortiatur maritum, penitusve nupta non fuerit, memorata pars (rrr) Curiæ cum triennii tam vrbanorum, quam rusticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur. Ita tamen, vt & (sss) optionis condicio, in offerendis rebus quartæ partis siue eius pretio & sacramenti tam de quantitate, quam de æstimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis excipiendisue, (ttt) sicut in extraneis personis dictum est, ratio conseruetur: Ceteris (vvv) videlicet, quæ super hac re prolata constitutio continet, firmiter duraturis. Sed & si mater mortui vel auia, tempore, quo filius neposve moritur, in coniugio Curialis inuenta fuerit, ne ipsas quidem patimur quartæ portionis subire iacturam. Extraneum quinetiam heredem, propinquitatis quidem iure discretum, Curiæ tamen eiusdem ciuitatis obnoxium, supradictæ portionis dispendio liberamus. (xxx) Femineo vero sexui non hac tantum prouisione, sed illa insuper iuris adiectione consulimus. Præcipimus namque, (yyy) vt ad similitudinem naturalium filiorum, quos Decurionatus sorti paterna sententia dedicauit, filia quoque naturalis, in matrimonium Curialis ascita, si tamen nulla patri eius suppetat legitima soboles, id quod paternæ visum fuerit voluntati, & omnes res patrias donationis titulo consequatur, & heres scribatur ex integro: Ita tamen, vt parentum, quibus quarta pars (zzz) patrimonii relinquenda est, & locorum, vnde gener legitur principalis, ad formam nuper emissæ constitutionis (*a*) ratio consequetur. (*b*) Quid enim interest, (*c*) vtrum per filios, an per generos ciuitatum commoditatibus consulatur? Et vtrum nouos lex faciat Curiales, an foueat quos inuenit? Aliam quoque de negotio Curialis caliginem, suggestione tui Culminis moti, recenti interpretatione discutimus, & imprimis descriptionis onere (*d*) siliquarum quatuor, (*e*) quas lucratiuis iugationibus tantum, non humanis, vel animalium censibus, (*f*) neque mobilibus rebus iubemus indici, & si Curiales non sint, maiores ac posteros liberamus. Vt si pater, auus vel proauus, filio, nepoti, pronepotiue, vel filiæ, nepti, proneptiue, (nec referet nuptæ sint Curialibus necne,) postrema voluntate, vel inter viuos etiam donatione, quicquam de suis opibus largiatur, memoratæ descriptionis cesset indictio. Eque diuerso, vt si posteri, ad maiores prædicta sibi consanguinitate (*g*) deuinctos, præfatis titulis, suas conferant facultates, nullius accessione grauaminis huiusmodi liberalitas oneretur. Ita enim (*h*) necessariis sibi coniunctisque personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. Cuius auctoritatem iuris pariter valere sancimus, (*i*) & si ab intestato succedant præfati sibi generis ordine sociati. Ex hiis enim successionibus maxime debiti potius solutio, quam muneris oblatio conprobatur, quæ non largientibus etiam dominis, ipsa propinquitatis serie deferuntur. Ceteri vero licet quadam inter se cognatione iungantur, nunquam tamen Curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur, nisi forte is, cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus, qui licet inter extraneos numeretur,

tur, vacuum tamen ea functione, quod datum est, consequetur. (*k*) Nam cum personæ condicio non mutetur, ne rei quidem statum conuenit immutari. Lucratiuas vero res, eas tantum volumus appellari, & prædictæ descriptionis grauamen excipere, (*l*) quæ hereditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa donatione, vel cuiuslibet postremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter viuos etiam donatio simplici liberalitate confecta lucratiuæ merebitur & nomen & sarcinam. (*m*) Si vero vel socer futurus, filii, nepotis, vel pronepotis sponsæ affinitatis coeundæ causa donauerit, vel parens etiam filiam, neptem, vel proneptem, (*n*) Curiali, seu extraneo nubentem dotauerit, licet casus euenturus, (*o*) eius cui data est, vertatur ad lucrum, nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est, matrimonium, cum tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus. Res vero, quæ memoratis causis lucratiuæ semel nomen exordiumque sortita est, licet ab eo qui susceperit, ad alterum emptionis vel cuiuscunque contractus iure migrauerit, cum prædicto descriptionis grauamine proculdubio transferetur, (*p*) vt vel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam,, vel si ignorauerit, quod interest consequatur, contraque (*q*) si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaserit, & si postea lucri titulo in dominatum alicuius ceciderit, sarcinam memoratæ descriptionis effugiet. Nulla enim in huiusmodi (*r*) causis confusionis intercedit occasio, si ad primordium (*s*) tituli posterior quoque formetur euentus: Nisi forte res Decurionis, quæ ad eum cuiuslibet mercimonii iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema eius voluntate ab intestato, (*t*) vel inter viuos donatione translata. Tunc enim, quia semel in personam cecidit principalis, veterum titulorum nequaquam ratione perspecta, condicionem & onus merebitur lucratiuæ. Apolloni Parens Karissime AA. (*v*) Illustris itaque & magnifica auctoritas tua, edictis ex more propositis, sanctionem nostræ Clementiæ, quam in perpetuum volumus obseruari, ad omnium notitiam peruenire constituat. Dat. VII. Id. Mart. Constantinopoli, Dioscoro, & Eudoxio VV. (*x*) CC. COSS. (442)

INTERPRETATIO. *Lege hac Curiales minime prohibentur testamentum facere, sed ita vt legitimis filiis si voluerint facultates suas integras sine imminutione aliqua derelinquant. Ceterum si filii legitimi defuerint, quemlibet etiam extraneum a Curia, scribere heredem permittantur, sed ita vt heres, qui condicionem Curiæ nullam debet, quartam hereditatis acceptæ, Curiæ sine aliqua imminutione mox refundat. Quod si is, qui heres scriptus est, integram hereditatem habere voluerit, pro quarta illa, quæ Curiæ deputatur, pretium quantum valuerit dare non differat. Agri, domus, vel quicquid latere non potest: communi æstimatione taxentur. De præsidio* (*y*) *vero, aut quicquid latere potest, heres scriptus Curiæ præbeat sacramenta, secundum fidem pretium soluturus. Quod si noluerint, prolatis omnibus, tres partes heres, & quartam Curia vindicabit. De cautionibus vero, quæ Testatori Curiali debebantur,* (*z*) *simili ratione diuisis etiam quæ Testator Curialis debuisse conuincitur, tres partes heres, & quartam Curia creditoribus sine dilatione dissoluat. Pactiones quæ inter heredem & Curiam de hereditatis diuisione factæ fuerint, firmæ permaneant. Filii vero, nepotes & pronepotes, qui auis & proauis per virilem gradum successerint, seu scripti heredes sint, seu ab intestato succedant, siue Curiales sint, siue a Curia liberi, de hereditate sibi debita vel dimissa, quartam partem Curiæ nomine penitus non amittant. Filia etiam Curialis, neptis, proneptis si Curiali ipsius* (*aa*) *ciuitatis in matrimonio iuncta fuerit, auo, proauo intestatis, in integra hereditate succedit.* (*bb*) *Et si testatus fuerit, & has personas relinquat heredes, quartam portionem Curiæ refundere non coguntur.* (*cc*) *Quod si filia, neptis, aut proneptis a patre, auo, vel proauo, vel in minore ætate, vel viduæ relinquantur heredes, posteaquam ad annos pubertatis accesserint, triennio expectentur, vt si Curiali eius ciuitatis nupserint, integram hereditatem, sicut eis vel debita est, vel dimissa, sine aliqua imminutione possideant. Si vero ei nupserint qui Curiæ nihil debebat, quartam partem hereditatis a die mortis auctoris Curiæ cum fructibus sine aliqua* (*dd*) *dissimulatione restituant. Et si sine maritis voluerint perdurare, quartam similiter Curiæ cum fructibus reddant: Quod si rem relictam a parentibus tenere maluerint, sacramento præbito de quantitate hereditatis, quartam partem Curiæ in pretio mox refun-*

refundant. Matri quoque vel auiæ, si tamen Curiales maritos habuerint, quartam portionem hereditatis defuncti filii vel nepotis, quæ eis acquisita est, lex ista a Curia non iubet auferri. Nam si quis Curialis quemlibet extraneum, & tamen Curialem scribat heredem, & ipse quartam, quia portio Curiæ ipsius est, non refundat. Curialis etiamsi legitimos filios non habuerit, & habuerit naturales, si voluerit eos Curiæ iungere, & heredes scribere, vel donatione in eos propriam conferre substantiam, faciendi habeat potestatem. Filia quoque naturalis, si Curiali nupta fuerit, licet ei proprias & donare & relinquere facultates, ea condicione, vt patrem matremve, vel quibus actio de inofficioso testamento competit, nullatenus prætermittat. Sed eis legibus debitam vel donationis, vel mortis tempore, hoc est quartam portionem reseruet.

(a) Titulus Nouellæ in MSS. W. G. Edit. Sichard. Lugd. Gothofr Rittersh. hic est; *de bonis decurionum & naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibusque scribendis.*

(b) *Apollonio PF P.* Apollonio Com. S. L. inscripta *l. vlt. de murilegul.* an. 436. An hic idem sit, non liquet. Vid. *Prosopograph.* Sed nullum est dubium, quin idem sit *Apollonius*, cui an. 442. inscribitur *l. 3. Cod. Iust. de discussor.* & sine die & Cos. *l. 26. Cod. eod. de dignitat.* cuius inscriptio mendosissima, quamque ego aut ad annum 442. aut sequentem referendam censeo.

(c) *Exspectetur.* MSS. W. G. *exspectatur.*

(d) *Sua sponte.* Occurrunt spontanei quidam decuriones, qui nulla nascendi sorte coacti, amore solo, quem erga ciuitates, conceperant, vltro se curiæ offerebant, & munia subibant, in *l. 54. 172. 177. de decurionib.*

(e) *Liberalique sententia.* Lex 177. de Decurion. in eadem re: *nullis curiæ nexibus obligati, soli genitalis amore, vel liberalitatis cupiditate suadente.*

(f) *Discussionum laqueis.* *Discussio* alias est examen, tributorum acceptorum & reliquorum, siue residuorum. Cum enim prouinciales tributa minus accurate penderent, multaque in reliquis residerent, mittebantur extra ordinem in prouincias *discussores*, inspecturi, quid tributorum nomine esset exactum, quid reliquum, discussuri ratiocinia tributorum, & coacturi prouinciales ad solutionem. Hinc etiam *discussor*, vocatur Inspector *Nouella 7. Valentin. de indulgent. debitor.* Sed hoc *discussorum* genus cæque *discussiones* ad hunc locum pertinere non possunt, quo de ædificiorum ornatibus agitur. Sciendum itaque *discussores* fuisse quoque publicorum operum, qui nimirum discutiebant, quam bene pecuniæ ad opera publica destinatæ, essent impensæ. De iis agit SYMMACHVS *lib. 5. ep. 76. Bonoso optimo viro, discussionem pontis ac basilicæ nouæ præceptio augusta mandauit, quod munus summa fide & vigilantia perimpleret, si solus istiusmodi examinis ius haberet.* Glossar. Cyrilli, *Discussio*, λογοθεσία. *Discussionum* comitiua, occurrit *l. 4. ad leg. Iul. repetundar.* ad quam vide Commentarium, vt & *ad leg. 1. de discussor.* Graue autem molestissimumque discussionis onus fuisse, præter hunc locum, docere poterit SYMMACHI *epistola laudata.*

(g) *Rationes.* MSS. W. G. *rationem.*

(h) *Incipit.* MSS. W. G. *inuenit.*

(i) *Alteriusue personam.* Apposite ad hunc locum Theodosius *in l. 177. de Decurion. Vltro munus curiale putauerit subeundum, vel oblata duntaxat pecunia, per quam id ex integro poterit expediri.*

(k) *Praiudicium sui status incurrat.* Idem Theodosius in leg. laudata 177. *Ciuitatis, in qua munus spontaneum crediderit explicandum, in iudicio Rectoris prouinciæ, vel absente eo apud duumuiros, siue defensorem eiusdem ciuitatis, primo, se curiæ non teneri, incorrupta ordinis adstipulatione, perdoceat: dein, si certum munus explicaturum se promiserit, curialium præsentium responsione munitus, quod nec ipse, nec facultates eius aut successores, vtpote curialis, inquietudinem sustinebunt, liber & ab omni securus molestia curiali, promissum munus absoluat.*

(l) *Impartitione.* MS. W. & Edit. Sichard. *impertitione.*

(*) Lex *si quis naturalem dumtaxat 3. Cod. Iust. de natural. liberis* hinc excerpta additis tamen nonnullis ex lege sequente, cuius & Consules habet subscriptos.

(m) *Partem.* MSS. W. G. *portionem.*

(n) *Dispositione.* MSS. W G. *propositione*, male.

(o) *Decoquitur, cum nequeant ad quoscunque.* Errore librariorum in MS W. legimus, *de quo agitur, cum neque antiquos cunque*: in MS. G. *de quo agitur, cum neque ante quoscunque.* Male etiam in Sichardina, *cum neque*, & infra, *defenderit.*

(p) *Iure seiunctæ sint.* Error hic subest. MS. W. habet, *iurisue iuncta ei sint.* In MS. G. est, *iuris vel iunctæ sint.* Sichardus edidit, *iure non iunctæ sint.* Sed legendum sine dubio, *iure seiuncti sint.*

(q) *Quod si.* Hinc iterum desumpta verba *legis 3. Cod. Iust. de natural. liber.*

(r) *Et curiæ.* Abest & a Cod. Iust. Est autem nostra lectio elegantior.

(s) *Vicus ille seu possessio.* Cur vicis non adscribuntur? Habebant enim metrocomiæ & vici curias suas & curiales, quod scimus ex *oration.* LIBANII περὶ τῶν προστασιῶν, § *3.* vbi vicorum ἄρχοντες occurrunt; & elegans est præterea locus SALVIANI *lib. 5. de gubernat. Dei cap. 4. Quæ enim sunt, non modo vrbes, sed etiam municipia atque vici, vbi non quot curiales fuerint, tot tyranni sunt?* Huc pertinent quoque Primates vicorum, *l. 13. de desertorib.* vbi consule *Commentarium.* item *ad leg. 6. de patrocin. vicor.* & BERTERIVM *Pithan diatrib. 1. cap. 10.* At obseruandum est, vicos hos fuisse publicos, vt vocantur *l. 6. de patrocin. vicor.* id est, in publico iure constitutos, quique publicas ideo præstabant functiones, suumque habebant forum, vt diserte testatur PAVLLVS *sentent. IV. 6. n. 2.* Hoc autem loco intelligendi sunt vici ad priuatos pertinentes, eorumque tantum voluntati obtemperantes, de quibus nonnihil dixit MANVTIVS *de quæsit. per epistol. lib. 3 c. 7.* Hinc in lege nostra scriptum, *vicus seu possessio.* Est enim *possessio* prædium, fundus, vt notum His autem vicis nulli ἄρχοντες, siue magistratus, ideoque natura-

naturales, in iis in lucem editi, liberi, eius ciuitatis curiæ erant offerendi, sub qua vici censebantur.

(t) *Alterutram regnantium ciuitatem patriamque.* Cod. Iust. *alterutram regalium ciuitatum patriam.* Elegantius MSS. W. G. & Sichard. *alterutram regnantium ciuitatum patriam.* Regnantes ciuitates Roma & Constantinopolis De Roma AMMIANVS *lib. 14. cap. 6. Per omnes tamen, quotquot sunt partes terrarum, vt domina suspicitur & regina.* Constantinopolis *caput omnium ciuitatum* audit §. *vlt. Institut. de satisdat.* CHRYSOSTOMVS *homil. de verb. Isaiæ*, appellat πάσης χώρας καὶ πόλεων περιφανεστάτην βασιλίδα, *reginam omnium regionum & urbium illustrissimam*, obseruante BERTERIO *Pithanon diatrib. 1. cap. 1.* De vtraque vrbe NAZIANZENVS *de vit. sua*, canit:

Δύω μὲν οὐ δέδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας, τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε καὶ νέον κράτος,
Τόσον διαφέροντας ἀλλήλων, ὅσον
Τὴν μὲν προλάμπειν ἡλίου, τὴν δ' Ἑσπέρας.
Duos non protulit soles natura,
Sed duas Romas totius orbis
Faces, veterem scilicet & nouam Romam,
Hoc inter se discrepantes,
Quod hæc in Oriente, illa fulgeat in Occidente.

Consule SPANHEMIVM *Orb. Rom. pag. 491. Edit. Lond.* IVRETVM *ad Symmach. lib. 5. ep. 94.* BRISSONIVM *voc. Constant. Rom.*

(v) *Natales.* Male Cod. Iust. *naturales.* Illuminare natales, est illustres, clariores & honestiores reddere. SYMMACH. *lib. 7. ep. 95. Quos castrensis honor illuminat.* Vid. IVRETVS *in Symmach. lib. 4 ep. 71.*

(x) *Inlustri.* Melius in MS. W. & Cod. Iust. *illustris.* De Metropoli enim hic agitur.

(y) *Hæc, siue, cum postrema definiat.* Cod. Iust. *Et hoc, siue postrema definiat voluntate. Postrema definire*, est hoc loco, testamentum facere. Rescribendum vero hic; *Hoc, siue* &c. vt docent illa inferius, *ita ratum esse.*

(z) *Cum donatione.* Recte in MS. W. *donationem.*

(aa) *Habita ratione parentum.* Hæc eiecit e Cod. Iust. Tribonianus.

(bb) *Naturalis.* Bene in MS. W. & Cod. Iust. *naturales.* Integer enim locus ita legendus & interpungendus est: *Hoc, siue, cum postrema definiat, siue, cum donationem cuiuslibet quantitatis, habita ratione parentum, in liberos naturales, pater conferat.* In Codice Iustinianeo hiulcus apparet verborum concursus, quæ nemo, nisi consulta hac nouella, recte capiet.

(cc) *Constituat.* Cod. Iust. *constituit.* & ita hic restituendum. Male Sichard. *constituant.*

(dd) *Stabiliterque.* MS. G. *stabilitumque.*

(ee) *Hereditatibus.* Cod. Iust. *ab hereditatibus.*

(ff) *Posteaquam.* MS. W. *postquam.* Cod. Iust. *posteaque.*

(gg) *Pater eos.* Male MS. G. Rittershus. Gothofred. *parte eos.*

(hh) *Amplificatis.* MSS. W. G. *publicatis.* Scio *publicare* esse, publico dicare & consecrare, vt in *l. 3. §. 5. D. de sepulchr. violat.* vbi Hadrianus Aug. locum sepultura religiosum factum *publicari* siue publico restitui, iussit; viderique hic posset *publicatas opes*, denotare, patris pecunias reipublicæ siue curiæ consecratas; sed vulgatam lectionem sequi malo.

(ii) *Parens Kar.* MSS. W. G. Sichard. Edit. Lugd. Rittershus Gothofred. *Præfecte Karis.*

(kk) *Nostro imperio subiectorum.* Notare hæc verba possunt indocti Iurisconsulti, qui nescio quid de legum vniuersalitate somniant, & quos vbique obseruabis prouocare ad legem, quam dederit *Valentinianus & Valens AA.* item, *Gratianus, Valentinianus & Theodos. AAA.* item, *Theodosius & Valentian. AA.* Ineptissime, & per summam ignorantiam hoc faciunt. Leges enim, quamuis vtriusque AA. nomen præferant, vnius tantum sunt, neque ad integrum romanum orbem, sed aut ad orientis aut occidentis pertinent imperium, vt & hic locus docet, neque valent, quæ sunt in occidente latæ, in orientis imperio, qua de re inferius *Nouell. Valentinian. 1. & 2.* consuli potest. Si quis Præfecturas Prætorianas notas sibi reddiderit, de imperii forma, principumque imaginibus rite iudicauerit, is recte quoque de legum inscriptionibus, earumque vniuersalitate sentiet.

(ll) *XVI. Kal. Ian.* Ita libri omnes, in solo MS. G. est, *Dat. Kal. Ian.* Eundem diem quoque habet Cod. Iust. Sed Coss. legis sequentis, vnde iudicare potes de accuratione virorum, qui Codicem condiderunt Iustinianeum. Sed forte vtraque nouella eodem anno prodiit. Vid. infr. *not. a.*

(mm) *Maximo II. & Paterno.* MS. W. & Sichard. *Maximo & Paterio.* Obseruauit iam BRENCKMANNVS *Epistol. de Coss. in append. Fast. Reland.* vbiuis fere in nouellis his pro *Paterno*, legi *Paterio*, etiam in MS. Ottobonian. Vide *Nouell. 22. 30. 31. 41. num. 2. 45. &c.* Neque tamen vitio laborat hæc lectio, rescribendumque, censente Brenckmanno, *Paterno*, quamuis in CHRON. PASCHAL. Μαξίμου τὸ β' καὶ Πατέρνου, in *Chron.* CASSIODORI, & ex iis apud CVSPINIANVM & ONVPHRIVM, *Maximo II. & Paterno*, legamus. Nam MARCELLINVS, PROSPER, IDATIVS & *Fasti Flor. maior. Paterium* nominant, & locus est extantissimus ENNODII, *Dict. 13.* cuius titulus: *Quando Paterius & Seuerus traditi sunt ad studia*, quem excitauit PAGIVS *in Critic. ad an. 443.* vbi is ait; *mecum, Seuerum & Paterium, & aula veneratur & curia, quorum familia meruit scipiones & trabeas.* Vidit hoc etiam DU FRESNE, emendauitque *in notis pag. 505. Ed. Venet.* Chronici Paschalis auctorem. Vterque Consul occidentalis est, & *Paterius* procul dubio is, qui gessit sub Valentiniano Præfecturam Prætorianam an. 442. superiore, vt fidem facit *titul. 42. infr. de palatinis, num. 2.* Alter est *Fl. Anicius Petronius Maximus*, Comes R. P. sub Honorio an. 415. & Præf. Vrb. an. 420. Vide *Prosopograph.* & lapidem apud Gruterum *CCCCXLIX. 7.* Consul an. 433. & iterum hoc anno 443. Præfectus Prætorio, de quo ad *nouell. 21. infr.* tandem tyrannus, occiso Valentiniano, A. D. 455. Consule PAGIVM *in Critic. ad h. a.*

(nn) *Et naturales.* MSS. W. G. Edit. Sichard. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *& naturales habuerit.*

(oo) *Fortasse.* Abest hæc vox ab Edit. Sichard. Lugdun. Rittershus. Gothofred.

(pp) *Non aliter poterit.* Obserua interpretem ipsam Theodosianam constitutionem non cepisse.

(qq) *Et sic si.* MS. W. *& si sic.*

(rr) *Seruata.* MS. W. *reseruata.*

(ss) Ne-

(ss) Neque hic intellexit interpres ea, quæ de regnantibus ciuitatibus in lege constituta sunt.

(tt) *Apollonio PF. P.* Vide supra *not. a.* Cæterum hæc lex a collectoribus nouellarum rectius priore loco collocata fuisset, vt patet ex subscriptione. Data enim est A.D. 442. Nisi emendanda subscriptio.

(vv) *Nulla pene res.* Ita *Nouella 30. infr. de locis reipublicæ: Nulla pene res adeo tuta atque inuiolata est, contra quam hominum naturalis auiditas non vnquam aliquid existimet moliendum.* Huc pertinent etiam illa Iustiniani *Nouell. 44. cap. 1. §. 3. Nihil inter homines sic est indubitatum, vt non possit, licet aliquid sit valde iustissimum, tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem.*

(xx) *Incommodum.* MS. W. *incommoda.*

(*) Lex *meminimus 2. Cod Iust. quando & quibus quarta pars debetur,* hinc desumpta est.

(yy) *Emissa lege diuali.* Respicit Theodosius *l. 1. de imponend. lucratiu. description.* iam an. 428. datam, cuius pars ex *l. 1. Cod. Iust. quando & quib.*

(zz) *Filios.* Tribonianus addidit *curiales*, vt lex congrueret cum Iustiniani *lege 3. quand. & quib.* Nam secundum hanc nouellam, si filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus, non curialis licet, successerit curiali, quarta curiæ non debetur, vers. *ad filiorum vero numerum.* Sed ex *d. l. 3.* Iustini debetur Consule Cuiacium *ad h. l.*

(aaa) *Frenantes.* Cod. Iust. *refrenantes.*

(bbb) *Optionem vero damus heredi* &c. In Cod. Iust. hæc ita mutata: *heris autem, ad quem ab intestato, vel ex postrema voluntate directis vel fideicommissariis verbis decurrit hereditas, omne patrimonium, quod relictum est, in partes quatuor diuidi procuret.* Omissa itaque illa, quæ de æstimatione quartæ partis, Theodosius constituerat.

(ccc) *Sortitum casumque.* Cod. Iust. *sortium casum.* Sed elegantior est nostra lectio.

(ddd) *Conditione.* Ita recte in nouella scriptum. Male in Cod. Iust. *felicitate.*

(eee) *Promiscui rerum dominii.* Male MS. G. & Sichard. *inprimis ceu rerum domini.* Notat hic Cuiacius, communionem esse promiscuum rerum dominium.

(fff) *Naturale.* Sententia Aristotelis hæc est, ex *libro 2. Politicor. c. 3. & 5.*

(ggg) *Inuidit.* Melius in Cod. Iust. *inuidet.*

(hhh) *Si quid etiam.* Cod. Iust. *si quid aliud.*

(iii) *Restituere compellantur.* Nempe cautionibus prolatis, si nolint successores pretium nominum curiæ præstare pro quadrante, nomina inter curiam & successores pro dodrante & quadrante diuidentur, & e contrario pro quadrante agnoscet curia æs alienum defuncti, secundum priscum ius XII. Nomina inter heredes pro portionibus hereditariis ercta cita svnto.

(kkk) *Præbebitur.* Sichard. *præbetur.*

(lll) *Prout successores elegerint.* Absunt hæc a Codice Iustinianeo. Sublatum enim esse voluit Iustinianus arbitrium successorum, transactionibusque negotium censuit esse finiundum.

(mmm) *Ad filiorum vero numerum &c.* Hæc mutauit Iustinianus, vt conuenirent *l. 3.* Iustiniani, *quando & quib.* Ita autem habet Cod. Iust. *Ad filiorum vero curialium, vel nepotum ac pronepotum, scilicet decurionum similitudinem, ad quos integras opes peruenire censuimus: filiam, quin etiam neptem.* &c. Scilicet, vt supra *not. z.* diximus, ex Iustiniani sententia, si filius, nepos, pronepos curialis, successerit curiali, nihil omnino debetur curiæ. Idem quoque obtinet, filia, neptis, proneptis curiali nupta, patri, auo, proauo, curiali succedat.

(nnn) *Pronepotem.* Abest hæc vox a MSS. W. G. & Edit. Sichard.

(ooo) *Principali.* Cuiacius *in not. ad h. l.* existimat, per principalem hic intelligi curialem quemlibet, quandoquidem Augustinus Areopagitas, principales Atheniensium, vocauerit. Sed ex hoc ipso testimonio potuisset colligere, maiorem omnino principalium fuisse dignitatem in municipiis, quam curialium reliquorum, exemplo Areopagitarum. Certe *principales*, qui ferme erant numero decem, vnde etiam *Decemprimi*, distinguuntur ab ordine reliquo, vt vides in lapide, *in præfat. ad Tom. IV. Codicis Theodos.* adducto, & eximiis præ reliquis curialibus gaudent priuilegiis, quæ repete ex *Paratitlo ad tit. de decurion.* Principes ciuitatis, scriptores hist. aug. appellant. Vide Vopiscvm *in Aurelian. c. 33. in fin.* Eiusmodi *princeps Palmyrenorum*, Odenatus, Orientis ille defensor & restitutor fuit, vt appellat ipsum Pollio *in vita*, quem ideo Festvs *in breuiar. c. 13.* communi omnibus magistratibus municipalibus, nomine, *decurionem Palmyrenum* vocauit.

(ppp) *Adeptæ sunt.* MSS. W. G. & Cod. Iust. *excesserint.*

(qqq) *Temporis.* Cod. Iust. *tempus.*

(rrr) *Memorata pars.* Cod. Iust. *memorata pars totius substantiæ.*

(sss) *Et optionis conditio, in offerendis rebus quartæ partis, siue eius pretio, & sacram.* In Cod. Iust. *& optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis, & sacram.* quæ verba ab omnibus libris scriptis Cod. Iust. abesse Cuiacius obseruauit, suspicatusque est ab Haloandro ex hac nouella inuecta. Vid *not. Cuiac. ad tit. 1. lib. 3. Iust.*

(ttt) *Excipiendisue.* Cod. Iust. *vel excipiendis.*

(vvv) *Cæteris &c. duraturis.* Hæc absunt a Cod. Iust.

(xxx) Finit hic *lex 2. Cod. Iust.*

(yyy) *Præcipimus namque* &c. Ex hac periodo composuit Tribonianus partem vltimam *legis 3. Cod Iust. de naturalib. liberis.* Eam ob caussam etiam lex illa Consules habet huius nouellæ, sed diem superioris, cum ex vtraque desumpta sit. Ita autem in Codice Iust. legimus: *Sed & si filiam naturalem vel filias habuit, & eam, vel eas curiali, vel curialibus ciuitatis, ex qua oriundus est, vel sub qua vicus, vel possessio, vnde oritur consistit, vel eius ciuitatis, quæ principatum totius prouinciæ tenet, matrimonio collocauit: hæc eadem in persona eius, vel earum, ad exemplum marium obtinebunt.*

(zzz) *Pars patrimonii.* MSS. W. G. & Sichard. *pars matrimonii.* Male: nouella enim superiore scriptum, *quartam partem bonorum, patrimatriue seruamus.*

(a) *Nuper emissæ constitutionis.* Sed hæc omnia statuta esse obseruabis nouella superiore, quæ tamen habet Coss. anni sequentis. Vnde ego coniicio vtramque nouellam vno anno prodiisse. Mouent me MSS. W. & G. in quibus subscriptio huius nouellæ est, *P. C Dioscori & Eudoxi*, id est, *post Consulatum Dioscori & Eudoxii*, an. 443. quo *Maximus & Paterius Coss.* prodierunt. Secundum hanc lectionem igitur, hæc nouella a superiore differret tantum spatio duum mensium.

mensium. Sed diuinare non possum, qua caussa scriptum sit, *Post Consulatum*, cum Constantinopoli iam Kalendis Ian. innotuerint *Maximus & Paterius*.

(*b*) *Consequetur*. Ita omnes libri, sed recte emendauit CVIACIVS in margine, *conseruetur*.

(*c*) *Quid enim interest*. Integram hanc sententiam Tribonianus retinuit *in fine d. l. 3. de natural.*

(*d*) *Descriptionis onere*. Lex *descriptionis onere, vnica, Cod. Iust. de imponenda lucratiuis descriptione*, hinc est desumpta. *Descriptio* est collatio, contributio, vt vocatur *l. 173. de decurion.* quæ & ipsa de lucratiuis agit facultatibus, & Theodosii Iun. est. Discutit autem interpretatione Theodosius *legem* suam *vn. de imponend. lucrativ. description.* cuius verba hæc sunt: *Hi, qui ex lucratiua caussa possessiones detinent, quæ aliquando curialium fuerint, pro singulis earum iugis & capitibus quaternas siliquas annuæ ordinibus nomine descriptionis exsoluant.* Cum vero huius constitutionis verba latius paterent, atque ordo curialium quatuor siliquarum onus non iugationibus modo, sed & humanis animaliumque censibus indiceret, Imperator descriptionem siue collationem restringit ad lucratiuas tantum iugationes, id est, ad pensitationes, quæ agrorum nomine præstabantur. Consule *Glossar. & not. c. ad leg. vn. ne conlat. per logograf.*

(*e*) *Siliquarum quatuor*. ISIDORVS *Origin. XVI. 24. Siliqua vigesima quarta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.* Faciunt ergo quatuor siliquæ sextam solidi partem. Consule HOTOMANNVM *de re numar. pag. 286.* & DU FRESNE *Glossar.*

(*f*) *Humanis vel animalium censibus*. Intellige census, qui pro seruis, colonis, & pro animalibus, quæ in prædiis erant, præstabantur. *Lege 6. de conlat. donatar.* nominantur hi census *humana atque animalium capitatio*. Nempe *capitatio*, est canon, pro modo capitum seu iugorum præstandus. *Caput*, est iugum, siue possessio, est qua fructus colliguntur, vt apertissime docet *d. lex 6.* Cum vero homines & animalia, sint pars fundi, iugi, siue *capitis*, inde *humana & animalis capitatio*, quæ appellatur quoque *d. l. animarum descriptio*, opponiturque descriptioni terrenæ. Hæc eam ob caussam monui, quod in Lexico Brissoniano, *voc. caput*, pleraque adducta auctorum loca, legesque male intellectæ sunt. Consule etiam *Commentar. ad leg. 2. de censu, & ad d. l. 6.* & *Glossar.*

(*g*) *Consanguinitate*. Consanguinitas, strictiore quidem significatu, est fraternitas, obseruante CVIACIO *Obseruat. 11. 26.* Sed hoc loco est cognatio. Neque abhorret significatus ab analogia, cum, definiente JCto, *l. 1. §. 10. de suis & legitim. consanguinei* sint, *qui sanguine inter se sunt connexi.*

(*h*) *Ita enim*. Cod. Iust. *in tam enim*. Bene hic notat CVIACIVS, Parentes ac liberos, non tam lucra, quam debita accipere. Qua ratione & olim vicesimam non præstabant, nec eis heredibus institutis vlla caduca fiebant.

(*i*) *Sentimus*. MS. G. *censuimus*.

(*k*) *Consequetur*. MSS. W. G. & Sichard. *consequitur*. Cod. Iust. *consequatur*. *Vacuum functione consequi*, est, sine onere consequi. Ita, *vacui publico officio, l. 3. de naufrag.* SYMMACHVS *lib. 7. ep. 32. Filii virium vacui sunt*, id est, sine viribus.

(*l*) *Grauamen excipere*. Sichard. *grauamine excipere*.

(*m*) *Sarcinam*. *Sarcina* pro onere. Exempla suppeditat *Glossar.*

(*n*) *Vel pronepiem*. MS. W. *pronepiemue*.

(*o*) *Licet casus euenturus*. Cod. Iust. & Edit. Lugdun. *licet casus euentu, res eius*. Haloander ita edidit: *licet casus mortis vel diuortii, res eius* Contius, *licet casus mortis diuortii euentu, res ei, cui*. Sichard. *licet casus euentusue*. MS. W. *casus euenturis*. Recte editum in Cod. Iust. *casus euentu*, est euentu mortis. *Casus* pro morte, vt docet *Glossar.* & elegans AMMIANI locus *lib. 25. cap. 3. Quem cum beatum fuisse Sallustius respondisset Præfectus, intellexit occisum: acriterque amici casum ingemuit, qui elate ante contempserit suum.* Itaque *casus euentu*, siue morte, *res* a patre filiæ, nubenti curiali aut extraneo, in dotem data, *eius vertitur ad lucrum, cui data est*, filia, neptis, proneptis. Verbo, dotem lucratur maritus.

(*p*) *Transferetur*. Sichard. *transfertur*.

(*q*) *Contraque*. MS. W. *Contra quæ*.

(*r*) *Huiusmodi*. MSS. W. G. Cod. Iust. Sichard. *huiuscemodi*.

(*s*) *Ad primordium*. MS. G. *a primordio*.

(*t*) *Ab intestato*. MSS. W. G. & Cod. Iust. *vel ab intestato*.

(*v*) *Parens Kar. AA.* Ita etiam habet MS. W. in reliquis est, *Præfecte charissime*.

(*x*) MS. Ottobon. *Dioscoro & Theodosio*. MS. W. *P. C. Didoscori & Eudoxi*. MS G. *P. C. Didoscoro & Eudoxio*. Sichard. *P. C. Didoscore & Theod.* De Consulatu iam quædam dixi supra *not. a.* Cum autem hæc nouella in omnibus Codicibus superiori postponatur, quæ tamen tempore est posterior, videri omnino possit, recte habere Codices qui *Post Consulatum* præferunt. Ceterum *Eudoxius* fuit Cos. Orientalis, gessit enim Præfecturam sub Theodosio Iun. an. 427. vt docent l. vn. Cod. Iust. nemini licere sign. saluator. & l. 2. Cod. eod. de cupressis ex luco Daphn. Vide *Prosopograph.* Dioscorus in Occidente prodiit, quod acute colligit Pagius ex Epitaphio Romano apud REINESIVM *pag. 985.* & FABRETT. *Inscript. p. 112.* in quo legimus, deponiti. NONIS. NOVEMB. CONS. DIOSC. V. C. Nam in occidente non alio, quam occidentali consule solo, publica monumenta consignari potuerunt.

(*y*) *De Præsidio*. Ita habent MSS. in Sichardin. est *pretio*, sine sensu. Rittershusius emendauit *prædio*; sed de prædio iam ante cautum. Obserua, *præsidium* barbaro æuo notare, pecuniam, aurum, argentum. GREGOR. TVRONENS. *de glor. confess. c. 110. Habens diuitias multas, & tam in fundorum possessione, quam in præsidio domorum valde diues erat & locuples.* IDEM *hist. Francor. lib. 6. c. 4. Irruerunt in domo Lupi, & direpto omni præsidio, fingentes, se illud in thesauro regis recondere, suis eum domibus intulerunt.* Vide MARCVLFI *formul. 10. lib. 2.* ibique BIGNONIVM, & DU FRESNE *in Glossar. voc. præsid.* Notat RVINART *ad Gregor. l. c.* præsidium non semel Plautum vsurpasse pro pecunia.

(*z*) *Debebantur*. MS. W. *debentur*.

(*aa*) *Ipsius*. MS. W. *illius*.

(*bb*) *Succedit*. MS. G. *succedat*.

(*cc*) *Coguntur*. MS. G. *cogantur*.

(*dd*) *Aliqua*. Abest hæc vox a MS. W.

De

De patrimonialibus rei dominicæ & limitrophis fundis ad Orientem positis. (a) Tit. XII.

I. Impp. THEODOSIVS & Valentinianus AA. Marcellino Comiti PF. (b)

PRope est vt beneficium accepisse credamus, quotiens offertur nobis causa præstandi, & diem perisse (c) proculdubio suspicemur, quem nostri nominis (d) munificentia non illustrat. Fruimur quippe conscientia largitatis, & benefaciendi prouincia, quæ cum Deo meritum hominis adplicitum inter imperatorias primasque virtutes obtinet principatum. Valuerit igitur in fundis patrimonialibus, sitis per Asianam diœcesim, sitis per Ponticam, in diem præsentem & Consulatum XVI. nostræ clementiæ lex diuæ memoriæ Constantini, quæ ad ædes per Constantinopolitanam vrbem sacratissimam dominus exigebat. (e) Sed nequaquam vlterius felicitas patitur ciuitatis, non suis meritis, verum porro quæsitis compendiis æstimari: nequaquam, vtriusque obsequiis elementi (f) contenta, suæ fortunæ desiderat incrementa subsidio prædiorum, quæ in cœlum vsque prouecta gloria nominis tui, in societatem admittere dedignatur aliena fata terrarum. Quare cum diuinum consilium principis memorati, progressus temporis subiecerit, (g) & legis proposito in augenda vrbe, pace superi numinis, sit satisfactum, reddet nostra maiestas gratam possessoribus nouitatem, vt petitioni suæ ante formidinem, (h) cui Romæ desunt penates, securus vomerem, securus falcem possessor exerceat, quod parauerit relicturus heredi. Pertinet hoc quoque profecto ad pretium ciuitatis, ad famam tanti splendoris, amantium ambitu frequentari, cessante legis imperio. Quapropter suggestione magnitudinis tuæ, victura in omne æuum lege sancimus, vt quisquis patrimoniales possidet fundos, seu prædia per diœceses memoratas, donationis, alioue titulo, firmiter in æternum, veluti priuato & inconcusso iure possideat, etiam si domicilium in Constantinopolitana vrbe non habeat, ad heredum suorum, vel emptorum legitimorum, quinetiam retentatorum, si dominus quoque (i) pacto abalienauerit, eius, commodis migraturis, omni petitionis exclusa molestia, instructionis quinetiam, officio cuius interest, (k) molestia denegata. Quam si quis tractator (l) temerario spiritu contra iussa diualia, quod non opinamur, offerre temptauerit, quinquaginta librarum auri, cum amissione militiæ, dispendio ferietur: Quatenus cuncti cognoscant firmius nos possessoribus præsenti lege donasse, quæ exceptionibus & ceteris formulis vacillabant. Marcelline frater amantissime. Inlustris igitur auctoritas tua, statuta nostræ clementiæ pro deuotione sincera, solemniter edictis propositis ad omnium noticiam faciat peruenire. Dat. VI. Id. Mai, Constantinopoli, Theodosio A. XVI. CONS. (438)

II. Idem AA. Florentio PF. P. (m)

Suggestionem tui culminis salutarem debita cum laude diuinus amplectitur nostræ serenitatis adsensus, per quam suggeritur prouidendum, ne redituum præstatio minor videatur expensis, neue erogatio conlationis functionem excedat. Quod euenire monstratur patrimonialibus fundis ac limitrophis, nec non etiam saltuensibus, (n) pro libidine petitorum ad ius priuatum securitatemque translatis. Cui rei, ne vlterius adtemptetur, hac lege perpetuo valitura remedium credidimus offerendum, omnes eiusmodi post hanc legem petitionum materias inhibentes. Præcipimus itaque nulli iam (o) in posterum licere patrimoniales, seu limitrophos vel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre priuatum, siue dempto, siue saluo canone, iuris immutatio (p) postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna cohercentes, tam videlicet petitorem, quam Officium, quod petitionem concedit admitti, licet adnotatio nostra, licet diuina pragmatica (q) contra vetitum proferatur. Florentii P. K. AA. Itaque magnifica auctoritas tua edictis propositis, quæ sanximus ad omnium notitiam perferri præcipiat.
Data VI. Id. Iun. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. & Festo coss. (439)

III. Idem AA. Cyro PF. P. (r)

In omnibus quidem rebus publicam conuenit vtilitatem priuatis commodis anteponi, sed tum præcipue cum saluti pariter prouincialium, ac imperii nostri felicitati consuletur: vnde singulorum quoque fortunis ac securitatibus prospici non habetur incertum. Quoniam igitur per consultissimam tuæ sublimitatis suggestionem comperimus Armeniæ tractum in ipso pene limitis aditu Persarum constitutum, pridem regalium fundorum copiis ac præsidiis munitum, in præsenti Persicis eruptionibus expositum fuisse, eo quod eosdem fundos & maxime Theodosiopolitanæ & Satalenæ ciuitati (s) contiguos vel propinquantes, quorumdam petitio diuersis retro temporibus in propria iura, mutato pristino nomine, transtulerit, hac in perpetuum victura lege censuimus statuendum, vt vniuersi qui nostram in his munificentiam meruerunt, sub ea conditione possessiones habere donatas concedantur, si cunctatus, (t) & pastacas, (v) & paraueredos, (x) & species, (y) necnon & coemptiones secundum pristinam consuetudinem dispositione tuæ magnificæ sedis iniungendas, & alia vniuersa fisci calculis (z) solemniter sine mora dependant & agnoscant, aut resistente cura vtilitate (aa) communi publicæ possessioni (bb) cuncti prædia refundant, sub ea scilicet obseruatione, cum nulli (cc) deinceps eosdem fundos liceat insidiosis & derogantibus Reipublicæ precibus emereri, aut ad sua compendia, despectis Reipublicæ vtilitatibus, transferre: centum pondo auri pœnæ nomine, tam his qui preces offerre temptauerint, quam scriniariis, vel aliis quorum interest, si supplicationes oblatæ, aut si fuerint instructæ, feriendis. Cyre P. K. AA. Sublimis igitur & magnifica auctoritas tua hanc saluberrimam legem edictis ex more propositis in omnium noticiam faciat peruenire. Data VI. Kal. Iul. Constantinopoli C. (dd)

(a) De *fundis patrimonialibus* rei dominicæ, seu prædiis ad patrimonium principis pertinentibus, dictum in *Paratitlo de locat. fundor. iur. emphyteut.* Fundi *limitrophi*, seu, vt CVIACIVS vult, *limitotrophi*, dicuntur, quod ex iis, conuecta annona, miles limitaneus, qui in limite imperii aduersus hostes excubabat, alebatur, quod docet *l. 1. Cod. Iust. de fund. limitrophis*, quam illustratam vide *in Commentar. ad leg. 7. de divers. rescript.*

(b) *Marcellino Comiti PF.* Marcellin. huius nulla apud historicos & in Actis Conciliorum, quantum quidem scio, mentio. Male autem scriptum hic *Comes PF.* Emendat Cuiacius ad marginem, *S. L.* Sed cum de patrimonio Principis hac nouella agatur, Marcellinus hic sine dubio fuit *Comes Rerum priuatarum*, rescribendumque adeo, *Comiti PR.* absolute enim *Comes Priuatarum* dicitur, *l. 120. de decurion.* & alibi. Vid. *Notit. Dignit.* Græcis, Κόμης Πριβάτων.

(c) *Diem perisse.* Imitatio illius Titi, apud SVETON. *in Vit. c.* 8. *Amici diem perdidi.*

(d) *Nominis.* Numinis placet Rittershusio, quod probo.

(e) *Dominus exigebat.* Memorat hic Theodosius legem Constantini M. qua voluit is, (quod videmus ex sequentibus) vt possessores fundorum patrimonialium in Asiana & Pontica diœcesibus, ædes in vrbe Constantinopolitana extruerent, quo noua illa Roma, maiora indies sumeret incrementa. Possessoribus fundorum, si id facere neglexerant, adempta prædia, *vers. infr. quapropter suggestione.* De studio Constantini, ad augendam vrbem adhibito, consule ZOSIMVM *lib. 2. cap. 30. sequ.* EVAGRIVM *lib. 3. cap. 41.* EVNAPIVM *lit. Ædes. pag. 39. edit. Commelin.* Porro discimus ex *lege 12. de annon. ciu.* Constantinum his ædificiis attribuisse annonas, quæ *annonæ domus*, *d. l.* vocantur. Patet ex his, legendum hic esse, *dominos exigebat*, scil. ad ædes per vrbem extruendas.

(f) *Elementi.* Fertilis soli, nauigabilis maris.

(g) *Progressus temporis subiecerit:* Id est, statuerit vrbem nouam, modico temporis progressu ad inuidendam magnitudinem exsurrecturam. *Subiicere progressus temp.* dictum eo modo, vt *subiicere causam*, *rationem* apud Terentium.

(h) *Vt petitioni suæ ante formidinem.* Hæc sensu carent: sed recte emendauit CVIACIVS, *vt petitionis cessante formidine.* Docent sequentia, ademptos fundos fuisse iis, qui domos in vrbe non habebant. Prædia igitur hæc fisco quæsita, ii, qui circa principem erant, petere consueuere, quod docebit late *Paratitlon de petitionib. & vltro dat.*

(i) *Quoque.* Lege *quoquo.*

(k) *Officio cuius interest.* Nimirum antequam petita bona vacantia a principe concedi possent, Officium Comitis R. P. instruendum erat, & contradictor admittendus, qui prædia iure sibi vindicabat. *L. 11. de petitionib. Certi dirigantur, qui cuncta solerter inquirant, & cuius fuerint facultates: & si nemo eas sibi iure nititur retentare*, &c. *L. 14. eod.* ad Pancratium Comit. R. P. data, *nemo possit ad indultum a nobis beneficium pertinere, nisi qui ante instructionem ab officio, quod Tuis meritis paret, fuerit adsecutus.*

(l) *Tractator.* Tractator est chartularius, qui tractat largitionales titulos, quod vidit CVIACIVS *ad l. 3. Cod. Iust. de canon. largitional. titul.* Notitia Imp. *Sub dispositione viri illustris Comitis Rer. priuatarum domus diuinæ, secundocerius totius officii, qui tractat chartas ipsius officii.* Consule etiam Du FRESNE *in Glossar.*

(m) *Florentio PF. P.* De Florentio PP. dictum *ad Nouell. 1.*

(n) *Saltuensibus.* Fundi saltuenses, sunt nemora pastioni deputata, quæ & ipsa ad principis patrimonium pertinuere. *L. vlt. Cod. Iust. de fund. patrimonial. Qui in quacunque diœcesi, vel quolibet saltu vel ciuitate fundos patrimoniales possederunt.*

(o) *Nulli*

(o) *Nulli iam.* Lex *nulli iam 13. Cod. Iust. de fundis patrimonial.* hinc desumpta est. In Contiana aliisque editionibus abest subscriptio, quam Cuiacius ex hac nouella addidit.

(p) *Iuris immutatio.* Cod. Iust. *iuris fundorum immutatio.* Melius.

(q) *Adnotatio nostra, licet diuina pragmatica. Adnotatio* manu principis, fieri solebat. Princeps scilicet adnotat ad ipsum libellum a priuato, & hoc loco, a petitore, oblatum, quid fieri velit. *Pragmatica iussio* siue *sanctio* est, quando princeps ἐπὶ τῦ πράγματος, de facto quodam, magistratui rescribit. Confuse hic multa tradidere GVTHERIVS *de O. D. A. lib. 1. c. 32.* & BRISSONIVS *de V. S.*

(r) *Cyro PF. P.* De Cyro dictum supra *ad Nouell. 10.*

(s) *Theodosiopolitanæ & Satalenæ ciuitati. Theodosiopolis* vrbs Armeniæ maioris, a Theodosio Iun. condita, & ab Anastasio Imp. aucta, de qua PROCOPIVS *de ædif. Iust. lib. 3. cap. 5. Satala* vrbs minoris Armeniæ, quam idem PROCOPIVS *eod. libr. cap. 4.* ob soli hostici vicinitatem periculis fuisse expositam, refert. Consule *Anton. Itinerar. pag. 207.* ibique CL. WESSELINGIVM.

(t) *Cunctatus.* Monstrum vocis. Scribendum *commeatus.* Ad defendendos enim fines imperii, opus est exercitus alimonia.

(v) *Pastacat.* Lege *Bastagas.* Onus transuehendi fiscales species dicitur *bastaga*, ἀπὸ τῦ βαςάζειν. Inde *bastagarii*, de quibus *leg. 4. de murilegul.* vbi vide *Commentar.* & Du FRESNE *Glossar.* & *Glossar Theodos.*

(x) *Paraueredos.* Parauereduṡ, est, veredus, qui præter modum euectione comprehensum, vsurpatur extra ordinem, vt docet *l. 64. de curs. publ.* vid. *Glossar.*

(y) *Species.* Intellige annonarias species, siue fruges, per menses singulos a fundorum possessoribus conferendas. Vid. *Paratitlon de annon. & tribut.* Quæ de *coemptionibus* sequuntur, illustrabit *Paratitlon de publ. comparat.* Nimirum vrgente belli, aut alia qua, necessitate, species annonarias a prouincialibus expetebat Præfectus Prætorio, ad quem cura annonæ pertinebat: pretio tamen, iuxta forum rerum venalium, soluto.

(z) *Fisci calculis*, id est, rationibus fisci. *L. 5. de fabricens. fiscalibus calculis socianda.*

(aa) *Aut resistente cura vtilitate communi.* Hæc ita restituenda, *aut resistentes curæ vtilitatis communis.* Nimirum, iis, qui curam finium tuendorum, adeoque vtilitatis publicæ habebant, obsequium præstare possessores fundorum denegabant.

(bb) *Publicæ possessioni.* Locus ita interpungendus: *resistentes curæ vtilitatis communis, publicæ possessioni cuncti prædia refundant.* Obserua prædia ad Rempublicam pertinentia, ciuitatibus sæpe fuisse adempta, vt docent multa LIBANII loca *in προσφωνητικῷ ad Iulianum, & leges tituli de locat. fundor. iur. emphyt.* priuatisque data, ea tamen lege, vt commoda iuuarent publica, canonicaque & consueta præstarent munera. Quod cum possessores facere negligerent, statuit Theodosius, hæc prædia *publicæ possessioni*, id est, ciuitati, aut Reipublicæ esse restituenda, vt ipsa adiuta eorum commodis, melius sibi consulere posset. Ita locum intelligendum esse, docent verba sequentia, ibi: *derogantibus reipublicæ precibus emereri*, & mox: *despectis reipublicæ vtilitatibus.* Imo supra dixit Theodosius, *prædia vicina Satalenæ ciuitati petitores nonnullos in propria iura transtulisse.* Consule etiam infr. *Nouell. 30. de locis Reipubl. quoque modo possessi. ciuitatibus restituendis.*

(cc) *Cum nulli.* Rescribo, *vt nulli.*

(dd) *Dat. VI. Kal. Iul. Const. C.* In MS. Ottobon. *Dat. VII. Kl. Iul. Constan. V. C. cons.* BRENCKMANNVS *in Append. ad fast. Reland. pag. 864.* censuit, adscribendos esse Coss. an. 440. *Valentinianum A. V. & Anatolium*, quia *Nouellæ 10. & 14. num. 2. 3.* eidem Cyro inscriptæ, hos Consules præferunt. Sed hæc nullius sunt momenti. Feliciter autem, si quid video, restitui consulatus potest, & ope nouellæ ipsius, & MARCELLINI *Comit.* Itaque primo ratio habenda est, literæ *C.* quam Codices omnes constantissime seruant, quæ nec ad Valentiniani nec Anatolii nomen quadrat: deinde dicit Theodosius in ipsa nouella, *Armeniæ tractum* IN PRESENTI *Persicis eruptionibus fuisse expositum*; quæ verba fidem faciunt, constitutionem hanc, propter ipsam eruptionem in Armeniam, datam, vt fundorum possessores cogerentur iuuare exercitum, bastagis, paraueredis, speciebusque annonariis. Cum vero MARCELLINVS *in Chronico ad Cyri Cos* A. D. 441. scribat, *Persæ, Paraceni, Zanni, Isauri, finibus suis egressi Romanorum sola vastarunt*, facile patet, scribendum hic *Cyro Cos.* Hanc irruptionem Persicam, sine dubio etiam intelligit THEODORETVS *lib. 5. c. 37.* quo loco scribit, Persas, cum ἐπώνυμον τῦ βασιλέως πόλιν, id est, Theodosiopolin, obsidione cinxissent, ope diuina, & Episcopi Eunomii virtute, fuisse ludibrio expositos.

De bonis fabricensium. (a) *Tit. XIII.*

1. Impp. THEODOSIVS & Valentinianus AA. Aureliano Conſ. PR. (b)

FAbricensium corpus subuenit necessitas cura bellorum, quo immortalitatis genere Principum scita custodit, (c) ne deficiente principio successus generes (d) haberentur, hoc enim armat, hoc nostrum ornat exercitum. Hinc iure prouisum est (e) artibus eos propriis inseruire, vt exhausti (f) laboribus immoriantur (g) cum subole professioni cui nati sunt. Denique quod ab vno committitur totius delinquitur (h) periculo numeri, vt constricti nominationibus suis, (i) sociorum actibus quandam speculam gerant, & vnius damnum ad omnium transeat (k) dispendium. Vniuersi itaque velut in corpore vniformi, (l) visus decoctionis, si ita res tulerit, respondere (m) coguntur, (n) vt viri illustris atque magnifici Magistri officiorum suggestio nostræ clementiæ patefecit. Quæ cum ita sint, præsenti sanctione perpetuo valitura, ergo si timore, (o) decer-

decernimus, vt quisquis fabricensium sine liberis, vel legitimo herede decesserit non condito testamento, eius bona cuiuscunque summæ sint, ad eos nutu nostræ mansuetudinis pertinere, qui velut creatores decedentium, adtinentur, qui fisco pro intercepto respondere coguntur. Hoc enim pacto contigit, (p) vt & Reipublicæ ratio salua permaneat, & fabricenses collegarum suorum solaciis perfruantur, qui damnis ac detrimentis tenentur obnoxij: omni in posterum ab eorum facultatibus, ab eorum patrimoniis petitione cessante. Aureliane P. K. AA. Inlustris igitur auctoritas tua post hanc legem, nullius petitionem admittat, vel instructionem fieri patiatur super bonis fabricensis defuncti. Quod si vlla procesit instructio. non sacra adnotatio, non diuina pragmatica (q) habeat locum contra generalem nostri nominis (r) sanctionem. Quinquaginta etenim auri librarum officium palatinum fisci viribus inferre cogetur, si postquam susceperit huiusmodi diuinum oraculum, vel instructionem dare temptauerit. Dat. prid. Non. Nouemb. Constantinopoli, ipso A. XVI. (s) & Fausto v. c. coss. (438)

(a) *De bonis Fabricensium.* Fabricenses sunt, qui in publicis officinis, seu fabricis, arma, hastas, sagittas, loricas, scuta, clibanos, fabricant. De his est *titulus* Cod. Th. *21. lib. 10.* vbi consule *Paratitlon.* Erant autem fabricæ & fabricenses sub dispositione Magistri Officiorum, quod docet *Notitia Imper.* & hæc nouella, ibi: *vt viri illustris atque magnifici Magistri officiorum suggestio nostræ clementiæ patefecit.* Eam etiam ob caussam plerasque leges in vtroque Codice, titulo de fabricens. Magistro Off. inscriptas esse, obseruabis. De armorum factoribus formula est apud CASSIODORVM *Var. VII. 18,*

(b) *Aureliano Cons. PB.* Quis ille Aurelianus sit, non constat. Occurrit quidem in legibus Cod. Th. Aurelianus PP. sub Theodosio Iun. *an. D. 415. & 416.* de quo in *Prosopograph.* Sed noster, vt ex annorum supputatione patebit, sine dubio ab eo diuersus est. Deinde male se habent illa, *Cons. PB.* quæ plane absunt ab Editione Gothofredi. Rittershusius edidit *Cons. Pb.* CVIACIVS *in not. ad leg. 5. Cod. Iust. de fabricens.* emendauit, *Com. Rer. priuatar.* cum mutila sit in vulgatis Cod. Iust. inscriptio. Puto JCtum bene emendasse. Erant quidem fabricenses sub dispositione Magistri Off. sed illius in ipsa nouella fit mentio. Deinde, cum solum fabricensium corpus hæc constitutio tangat, inscribi Præfecto Prætorio non potuit. Sed recte inscribitur Comiti Rerum Priuat. Fabricenses enim annonam a fisco accipiebant: Vide *Nouell. 85. Iustinian.* GVTHERIVM *de O. D. A. lib. 3. c. 12.* STEWECHIVM *ad lib. 2. Veget. cap. 11.* Mortuo itaque sine liberis fabricense, bona vacantia Comes Rer. Priuat. fisco sociabat, aut admittebat petitiones priuatorum, super bonis fabricensis defuncti, vt docet hæc *nouella circa fin.* Has autem petitiones Theodosius, data ad Aurelianum constitutionem, inposterum fieri vetat.

(c) *Subuenit necessitas cura bellorum, quo immortalitatis genere principum scita custodit.* Hæc sensu plane carent; cumque MSS. quibus vtor, leges apud Gothos Francosque vsitatas, tantum contineant, ab iis nullum mihi subsidium. Rescribo itaque ex ingenio, *fabricensium corpus inuenit necessitas curaque bellorum, quod immortalitatis genere principum scita custodiuere, ne, &c.* id est, principum scita, corpus fabricensium voluere esse perpetuum, & quasi immortale. Hæc, si cui displicent, meliora is proferat, & mox me habebit consentientem.

(d) *Successus generes.* Scribe, *successus degeneres,* infelices, infortunatos.

(e) *Iure prouisum est.* Lex, *iure prouisum est, 5. Cod. Iust. de fabricens.* hinc desumpta est.

(f) *Exhausti.* Cod. Iust. *exhaustis.* Vtraque lectio proba est. Vult autem nouella vt fabricensium liberi, exhaustis, a parentibus, militiæ laboribus, eidem adstringantur conditioni.

(g) *Immoriantur.* Cod. Iust. *immorentur.* Sed elegans est lectio, *immori professioni,* ut *immori studiis,* apud HORATIVM *epist. 1. 7. v. 85.*

(h) *Totius delinquitur.* Cod. Iust. *id totius delinlinquitur.*

(i) *Nominationibus suis.* Ipsi fabricenses socios fabricæ legebant siue nominabant, quod, præter hanc nouellam, docet etiam *nouell. Iustin. 85. c. 3.*

(k) *Transeat.* Male in Cod. Iust. *transit.*

(l) *Vniformi.* Cod. Iust. *vnius formæ.*

(m) *Visus decoctionis, si ita res tulerit respondere.* Cod. Iust. *vnius decoctionis, si ita res tulerit, respondere.* CONTIVS emendabat, *vnius decoctiones rependere.* Sed lege cum CVIACIO, *vnius decoctioni respondere,* id est, si quid vnus eorum decoxerit & interceperit, fisco totum fabricensium corpus pro intercepto respondet.

(n) *Coguntur.* Cod. Iust. *cogentur.*

(o) *Ergo si timore.* Monstrosa lectio. Scribendum, *largitatis amore.* Largitas imperialis, & regia, apud SYMMACHVM *lib. 4. ep. 12.* & CASSIODORVM *X. 26.* Forte cui placeret, *religionis amore,* vt *Nouell. Valentin. 5. infr. de sepulcr.* Sed prius malo.

(p) *Contigit.* Scribendum, *continget.*

(q) *Diuina pragmatica.* Consule dicta *ad Nouell. 12. num. 2.*

(r) *Nominis.* Lege, *numinis,* quomodo & Gothofredus edidit.

(s) *Ipso A. XVI.* Cod. Iust. *Theodos. A. XVI.* In Contiana editione nulla est subscriptio.

De

De amota militantibus fori præſcriptione. (a) Tit. XIIII.

I. Impp. THEODOSIVS & Valentinianus Florentio PF. P. (b)

IVratur in militiæ ſacramenta, vt neceſsitates publicæ procurentur: ſed ſuggeſtione culminis tui comperimus, quoſdam ideo tantum ſortiri militiam, vt alienorum prædiorum idonei poſsint fieri conductores. Quod niſi nominis (c) noſtri fuerit auctoritate correctum, in contumeliam aulæ diuinæ proficiet, ſi hiſdem priuilegiis muniantur, qui in priuatis negotiis occupantur, quibus iure militiæ ſeruientes, obſequiorum præmiis gloriantur. Quare præſenti lege ſancimus, omnes (*) omnino domeſticos, Agentes in rebus, (d) & quæcunque alia prætenditur (e) militiæ dignitas, ſub Moderatoribus prouinciarum, functionibus (f) publicis reſpondere, nulla fori præſcriptione valitura, ſi hac, qui exiguntur (g) debita publica, vti temptauerint. Immo & in aliis priuatis actionibus occupatos, malumus (h) reſpondere, qui per prouincias ſociantur, (i) vel conductorum vocabulis defenduntur, (k) ſiue domorum diuinarum, ſiue virorum potentium, ſeu cuiuslibet condicionis ſint conductores: niſi forte (l) commeatum, ad rem propriam componendam, vnius anni inducias oſtenderint accepiſſe. (m) Florenti P. K. AA. Inluſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ prouiſionum titulis & commodis publicis illuſtratur, nouerit præſenti lege noſtram clementiam ſtatuiſſe omnes conductores, omnes, qui per prouincias ſociantur, (n) vel ſuis vacant compendiis, ſine beneficio (vt dictum eſt) commeatus, ſuis aduerſariis agentibus reſpondere, ne ſub prætextu militiæ, priuatum ſeu publicum debitum deferatur: eadem forma ſeruata (o) in his etiam, qui in mercandum, (p) & militandi diualia beneficia meruerunt. Scita ſane noſtræ perennitatis, edictis ex more propoſitis ad omnium noticiam tua magnificentia faciat peruenire. Dat. XIIII. Kal. Mai. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVIII. (q) CONS. (439)

II. Idem AA. Cyro PF. P. (r)

Omnes odioſæ ſunt fraudes, & hæ maxime quæ legibus fiunt, quæ contra commoditatem publicam exquiruntur. His itaque legum conuenit auctoritatem opponi. Fori præſcriptiones noxia quidam interpretatione ſuis aſſertionibus aptare feſtinant, qui cinguli prærogatiua iudiciarias excludere poſſe cognitiones exiſtimant, neſcientes veteres quoque leges ſpecialiter eiuſmodi præſcriptionibus, & contractus, & negotia geſta, & delicta ſubtrahere, (s) nec pati aliquem, qui quid in qualibet prouincia criminoſe commiſerit, vel qui alicubi contraxerit, vel qui in quodam loco negotia geſſerit aliena, memorata ſe poſſe præſcriptione defendere. Sed tua celſitudo per ſuggeſtionem edocuit, quoſdam eorum etiam, qui ad Curiam vocantur, quiue cohortalibus deberi dicuntur officiis, vel qui debitis publicis obligantur, quiue ſuperexactionum vel concuſsionum criminibus inuoluuntur, in tantum audaciæ proceſsiſſe, vt ſub ſpecie militiæ, excelſæ tuæ quoque ſedis iudicio præſcriberent. Ideo diuinis ſenſibus, callidi memoratorum reſecantes incœpta, (**) hac perpetua lege ſancimus, excelſæ quidem tuæ ſedis neminem, ſub ſpecie fori præſcriptionis, in quolibet negotio declinare poſſe ſententias: ſed ne prouincialibus quoque iudiciis poſſe fori præſcriptionem opponere eos, qui ad Curiam (t) vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur officiis, (v) vel eos, qui debitis publicis obligantur, eosue, qui ſuperexactiones, vel concuſsiones perpetraſſe firmantur, quiue criminoſe quid arguuntur in prouincia commiſiſſe, quiue contraxiſſe, vel alienum dicuntur geſsiſſe negotium in ea prouincia, in qua conueniuntur, hac ſaluberrima lege decernimus: licet talis officii videatur apparitor, quod ſpecialiter apud ſuos tantum Iudices reſpondere de noſtri nominis (x) impetrauit clementia. Quod ſi quis contra tam ſaluberrimam legem pertinaciter voluerit, impetratis ſibimet vel ſuo corpori ſcitis vti cœleſtibus, ſciat tam tua ſublimitas, quam moderatores prouinciarum aduerſus eum tanquam in contumacem ſententiam proferendam. Cyre P. K. AA. Inluſtris itaque & magnifica auctoritas tua legem hanc edictis ex more propoſitis, ad omnium noticiam perferri præcipiat. Dat. XI. Kal. Octob. Conſtantinopoli, Valentiniano A. V. & Anatolio A. coss. (y) (440)

III. Idem AA. Cyro PF. P.

Nos quidem cum maiestate Consulum, qua res Romana paulatim & totus (z) vrbana hisdem scimus etiam adquisita seruari. Quis dubitat suis commodis veteres Reipublicæ commoda præferentes, mundi finibus fines imposuisse Romanos? Sic nos in legibus maxime promulgandis non quid forte quibusdam separatim, sed quid vniuersis in commune prodest, diuinis sensibus ponderamus, sed nonnunquam ea quæ saluberrime promulgantur, interpellatione (aa) quidam non recta deformare contendunt. Nuper (bb) Tutiis ciuitatibus, ipsis etiam prouinciis consulentes, cauimus lege perpetua, non debere passim cinguli prærogatiua, vel inlustrissimæ Præfecturæ, vel Rectorum prouinciarum declinari sententias. Hanc etiam legem de nostris militibus quosdam comperimus dicere promulgatam. Ne itaque male interpretandi scita nostra quibusdam detur occasio, sciat sublimitas tua de scholaribus nostris, (cc) Comitibus etiam ac Tribunis militaribus, consuetudinem obseruari velle nos hactenus obseruatam: de ceteris vero militibus armatis, vel de Tribunis, qui numeros agunt, prorsus legem nuper promulgatam non loqui, certissimum est. Cyre P. K. AA. Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua, legem perpetuo valituram edictis propositis, ad omnium noticiam perferri præcipiat. Dat. IIII. Kal. Ian. Constantinopoli, Valentiniano & Anatolio coss. (440)

IIII. Idem AA. Ariouindo Magistro militum. (dd)

Quæ de fori præscriptione nuper saluberrima lege decreuimus, ipsius legis definitionibus demonstratur. Sed suggestione tuæ sublimitatis ammoniti, quosdam etiam de apparitionibus magisteriæ potestatis excipi postulante, ad eam quoque partem ordinandam diuina moderatione peruenimus. Itaque, neque pulsantes (ee) ab aduersariis suis, vel in amplissimæ præfecturæ iudicio, vel prouinciis, ad præscribendum sufficiat apparitorem se dicere magisteriæ potestatis, exceptis quos obsequiis Magistri militum deputatos, ad alia iudicia, inconsulto suo iudice, trahi non liceat. Per singula officia virorum inlustrium Magistrorum militum, trecentos (ff) excipi lege pridem promulgata decreuimus, quos nec in prouincialibus, nec in Prætorianæ, vel Vrbicanæ Præfecturæ iudicio, sine permissu viri magnifici Magistri militum, litigare conueniet: ceteros omnes qui super prædictum sunt numerum, quasi nec militantes, & apud inlustrissimas præfecturas, & apud Vecariis (gg) Rectores prouinciarum, de quolibet negotio pulsari, & conueniri, & respondere, sine cinguli Præscriptione decernimus. (hh) Probari (ii) autem apparitores magisteriæ potestatis, neque curiales, neque cohortales, neque censibus volumus adscriptos. Quo autem sit certum, qui trecentorum numero continentur, in sententiis vel præceptis, quæ apparitoribus magisteriæ potestatis exsequenda mandantur, vel in commeatibus, si forte quis eorum ad sua reuerti voluerit, commeatui, virum magnificum Magistrum militum, subnotare sancimus, de numero trecentorum eum esse, cui præcepta vel sententiæ mandatæ sunt exsequendæ, vel cui ad sua per commeatum reuerti concessum est. Si quis igitur conuentus, ex sententia tuæ excelsæ sedis, (kk) vel vrbicariæ Præfecturæ, vel moderatoris prouinciæ, apparitorem se magisteriæ potestatis dicat, nec Magistri militum talem subscriptionem protulerit, fori eiusmodi præscriptionem in eius personam cessare decernimus. Quod si, qualem diximus, Magistri militum subscriptionem protulerit, siquidem ille est, cui neque a curia, neque a cohortali officio de statu moueatur controuersia, nec tributa, nec functiones debere firmatur, statim dimittendus est, vt pote fori alterius litigator. Quod si ab eo proferatur sæpedicta subscriptio, qui a curia, vel officio cohortali de statu patitur controuersiam, vel ab eo, qui vt tributa, vel functiones debens, in prouincia detinetur, de eius persona, & ad virum magnificum Magistrum militum, cuius se apparitorem dicet, & inlustrissimam Præfecturam referri decernimus, vt si intra quatuor menses non fuerit a Magistro militum causa Rectori prouinciæ delegata, tunc ex sententia culminis tui negotium vel in tuo iudicio, vel apud Rectorem prouinciæ peroretur. Quod si apud inlustrem atque magnificam sedem tuam postulatio contra talem fuerit deposita, ab ea quoque sede ad virum magnificum Magistrum militum iudicantem, causam ordine legum determinari censemus. Sed & eo casu, quo apparitor magisteriæ potestatis, de statu

supra-

supradicto in prouincia patitur controuersiam, si sententia vel interlocutio Rectoris prouinciæ fuerit appellatione suspensa, similiter vtroque amplissimo Iudice cognoscente, causæ iubemus merita ponderari, licet Magister militum Rectori prouinciæ causam delegauerit perorandam. In cognitionibus cum autem (ll) futuris, omnes ex iure venientes assertiones patribus (mm) inlibatas seruari sancimus. Ariouinde Par. K. AA. Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua legem hanc edictis propositis ad omnium noticiam perferri præcipiat. Dat. Prid. Non. Mart. Constantinopoli, Cyro v. c. cons. (441.)

Eodem exemplo Aspari (nn) viro inlustri Comiti, Exmagistro militum & Exconsuli bis ordinario. (oo)

(a) Habuerunt milites fori præscriptionem, ex *lege* Constantii A. 2. *de iurisdict. infin.* ibi: *Si militans aliquid admisisse firmetur, is cognoscat, cui militaris rei cura mandata est*, quæ lex data est an. D. 355. Idem constituit Valentinianus M. an. 365 *l. 2. de exhibend. reis; Referat ad magistros militum, si militaris fuerit persona.* Theodosius autem M. A. D. 393. *l. ult. ad leg. Jul. de adulter* fori militaris præscriptionem in adulterii crimine sustulit, eamque tandem Nepos Theodosius Jun. hac nouella plane amouit, aut remouit.

(b) De Florentio dictum ad *Nouell. 1.*

(c) *Nominis.* lege, *numinis.*

(*) Lex *omnes omnino, un. Cod. Just. in quibus causis militantes fori præscriptione uti non possunt*, hinc desumpta est.

(d) *Domesticos agentes in rebus.* De his vide titulos, *de domest. & protector.* & *de agent. in reb. lib. 6.* In Cod. Just. legitur, *& agentes in rebus*

(e) *Prætenditur militiæ dignitas.* Cod. Just. *prætendatur militia vel dignitas.*

(f) *Functionibus.* Cod. Just *pro functionibus.*

(g) *Qui exiguntur.* Confer. hic Brissonium *de V. S. voc. exigere.*

(h) *Malumus.* Cod. Just. *volumus.*

(i) *Sociantur.* Recte emendauit Cuiacius, *negotiantur.* Huc pertinet Leonis *l. 15 Cod. Just. de re militar. Milites, qui a republica armantur & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari, nec mercimoniorum quæstui, sed muniis insudare militiæ.* Consulendus etiam titulus Cod. Just. *negotiatores ne militent.*

(k) *Vocabulis defenduntur.* Cod. Just. *vocabulis, cum non armata militia præditi sint, defenduntur.*

(l) *Nisi forte.* Cod. Just. *nisi si forte.*

(m) *Accepisse.* Cod. Just. *se accepisse.*

(n) *Sociantur.* Fac, *negotiantur*, ut supra.

(o) *Seruata.* Cod. Just. *seruanda.*

(p) *In mercandum.* Id est, ad mercaturam exercendam, etiam nonnulli beneficia militandi meruerunt. In Cod. Just. est, *qui mercandi vel militandi sacra beneficia meruerint, ut & ipsi Rectoribus prouinciarum respondeant.* Sed male ita immutauit Tribonianus. Theodosius enim hic indigitat actu militantes, qui professionis ergo cogebantur mercaturam exercere. Hos autem fori præscriptione vti non posse statuit. Huc referendi, qui in officinis arma fabricant, & per prouincias eundo, necessaria coëmunt. Justinianus *l. un. negotiator. ne militent; in fin. Illis, qui ad armorum exstructionem suam professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & huiusmodi negotiationem nihilominus retinere.*

(q) *Theodosio A. XVIII.* Incidit hic Consulatus in A. D. 444. quo *Theodosius XVIII.* cum *Albino*, Consul prodiit. In MS Ottobon. est, *Theodosio A. XVII.* eamque designationem longe probabiliorem esse censet Brenckmannus, quod Florentius, cui hæc nouella inscribitur, iisdem Coss. Præfectus Prætor. fuit, ut patet ex nouellis superioribus. Sed cum Florentius fuerit sexies PP. vt ad *nouell. 1.* dictum, atque in collectione nouellarum temporis nulla ratio sit habita, præpositasque obseruemus leges, tempore sequentibus longe inferiores, hæc viri docti coniectura facile corrueret. Firmabo tamen eam certissimo argumento. Nimirum *lex 3.* huius tituli data est *Valentiniano & Anatolio Coss.* id est, an. D. 440. Ea vero Theodosius hanc legem respicit, ibi: *nuper prouinciis consulentes, cauimus lege perpetua, non debere passim cinguli prærogatiua, vel illustrissimæ Præfecturæ, vel rectorum prouinciarum declinari sententias.* Ex his igitur liquido patet, datam legem nostram an. D. 439. *Theodos. XVII. Cos.* sequendamque esse lectionem MS Ottobon. Sed postquam hæc scripsi, deprehendo in Codice Just. Consulatum recte expressum. *Theodos. A. XVII & Festo.* Ex hac nouella emendandus dies in Cod. Just. in quo male legitur, *Dat. III. Kal. Constantinop.* In MS. Ottobon. *Dat. XIII. Kal. Febr.*

(r) *Cyro PF. P.* De Cyro consule dicta ad *Nouell 10.* supra.

(s) *Delicta subtrahere.* Memorat hic Theodosius veteres leges, quæ præscriptioni obicem posuere. Collegit autem eas Gothofredus *in Commentar. ad leg. 2. de exhibend. reis.*

(t) *Curiam.* Cod. Just. *curias.*

(v) *Officiis vel eos, qui debitis.* Cod. Just. *officiis, vel aliis corporibus obnoxii sunt: eos etiam qui superexactiones* &c. Quæ sequuntur, a Triboniano sunt immutata, & compilata ex duabus nouellis sequentibus, exceptis vltimis verbis, quæ huius nouellæ sunt. In subscriptione, Tribonianus, diem huius nouellæ, *Dat. XII. Kal. Octobr.* (in nouella est *XI. Kal.* sed hic facile errare potuerunt librarii) retinuit, Consulem vero nouella 4. *Cyro V. C.* addidit.

(*) Lex *hac perpetua 2. Cod. Iust. vbi quis de curiali vel cohortali*, hinc excerpta est.

(x) *Nominis.* Fac, *numinis.*

(y) *Anatolio A Coss.* Scribendum, vt supra *Nouell 10* & infra *Nouell. 19 Anatolio V. C Coss.* Ad hunc autem Anatolium sæpe scripsit Theodoretus, eiusque fit mentio in Concilio Chalcedonens. vbi appellatur, *Magnificentissimus & gloriosissimus Magister militum, Expræfectus, & Exconsul ordinarius ac patricius.* Vide *action. 2. init. pag. 274. act. 4. init. pag. 382 Tom. II. Concil. Hard.* Vid. Pagius *in Critic. ad Annal. Baron. an. 440.*

(z) *Et totus urbana bisdem.* Locus plane corruptus; videturque, negligentia librariorum, aliquot excidisse voces. Interim ego, donec, quis meliora afferat, ita repono: *Nos quidem cum maiestate consulum, qua res romana paulatim & status urbanus creuit, scimus etiam acquisita seruare.* CASSIODORUS in formula Consulatus *lib. V. 1.* scribit, *per Consulis dignitatem statum imperii iugiter creuisse.*

(aa) *Interpellatione non recta.* RITTERSHUSIUS malebat, *interpolatione.* Sed rescribendum est, *interpretatione*, quod probant illa, *non recta*, & vox, *deformare*, & infra, *ne itaque male interpretandi scita nostra detur occasio.*

(bb) *Turiis ciuitatibus. Emendat* CUIACIUS, *curiis ciuitatum.* Respicit autem Theodosius *legem huius tit.*

(cc) *Scholaribus nostris.* De his satis dictum in *Glossar. Th.* voc. *schola*, *scholaris.*

(dd) *Ariouindo Magistro militum. Ariouindus, Ariobindas, Ariobindus* (diuersimode enim scribitur) Consul prodiit *A. D. 434.* cum *Aspare*, de quo mox. Consule *Fastos* RELANDI, ibique citatos, PAGIUM *in Critic. an. 434.* & *Prosopograph. Cod. Th.* Fuit autem an. 441. *Cyro Cos.* Magister militum, quod scimus præter hanc nouellam, ex PROSPERI *Chron. Cyro Cos. Theodosius Imp. bellum contra Vandalos mouet, Areobindo & Ansila atque Germano ducibus, cum magna classe directis: qui longis cunctationibus bellum differentes, Siciliæ magis oneri quam præsidio fuerunt.* Idem habet THEOPHANES *ad an. 41. Theodos. Aduersus Gizerichum classis missa, Ducibus Areobindo & Asyla*, &c. Cum autem hæc nouella data sit *Prid. Non. Mart. Constantinop.* manifestum fit ex ea, classem e portu Constantinopol. ante mensem Martium non soluisse. *Areobindus* hic A. D. 449. vitam cum morte commutauit. MARCELLINUS enim *in Chron. Protogene & Asturio Coss.* qui anno dicto prodiere, scribit, *Areobinda & Taurus Patricii communi vita defuncti sunt.* Extat ad eum, THEODORETI *Epist. 23.* Ex hac autem nouella compilauit Tribonianus *l. 5. Cod. Just. de apparitorib. magistr. militum*, cuius inscriptio in vulgatis libris mendosissima est, adeoque restituenda ope huius constitutionis. En integram legem: *Imp. Anastasius Mag. Milit. Eos, qui in officiis vestris merentes statutorum tantummodo numero inserti sunt, fori præscriptione muniri: ceteros vero, qui supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas præfecturas, & apud Clarissimos prouinciarum rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus. Dat. II. Non. Mart. Constantinop. Cyro V. C. Cos.* Recte itaque reposuit CUIACIUS, *Iidem AA. Ariobindo Mag. Mil.* Sed & dies ex lege nostra videtur esse emendandus.

(ee) *Pulsantes.* Legendum est, *pulsatos.*

(ff) *Trecentos excipi lege.* Hi dicuntur in *lege cit. Cod. Iust.* statuti, & opponuntur Supernumerariis, qui fori præscriptione non gaudent. De lege, quam hoc loco memorat Theodosius, nil constat.

(gg) *Vecariis.* Scribendum est ex mente CUIACII, V. V. C. C. id est, *Viros Clarissimos.*

(hh) *Decernimus.* Lucem hinc capit *lex Zenones 3. Cod. Iust. de offic. Magistr. milit. Eos, qui ultra statutos, in officio magisteriæ per orientem potestatis militant, ciuilium quoque iudicum sententiis, super quolibet negotio subiacere præcipimus.*

(ii) *Probari.* Lex *probari 3. Cod. Iust. de apparitorib. Magistr. milit.* hinc desumpta, cuius emendanda inscriptio. Miror, id CUIACIUM non vidisse. Ita autem legimus in Cod. Iust. *Impp. Theodosius & Valentin. AA. Basso PP.* (γρ. Ariouindo Mag. M.) *Probari apparitores magisteriæ potestatis, neque curiales in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus adscriptos volumus. Dat. Prid. Non. Mart. Const. Cyro V. C. Coss. Probare* hoc loco, est inquirere, an idonei capacesque sint. Ita dicuntur *probari* milites, *l. 2. 5. de filiis militar. apparitor.* Vid. *Glossar.* & BRISSON. *de V. S.*

(kk) *Tuæ excelsæ sedis.* Hæc male se habere videntur. *Excelsa sedes*, est Præfectura Prætoriana; Consule *Notit. Dignit.* Sed lex non inscribitur PP. verum Mag Mil. Delendam itaque vocem *tuæ*, suspicari quis posset. Ego tamen, cum sequentia intueor, & in primis illa infra, *tunc ex sententia culminis tui negotium vel in tuo iudicio* &c. nullus dubito, hanc nouellam τῷ ἀὐλῳ τύπῳ etiam datam ad Præfectum Prætorio, cuius nomen negligentia librariorum excidit.

(ll) *Cum autem.* Delendum *cum.* Nisi quis velit, *tum autem.*

(mm) *Patribus.* Intellige *curiæ patres*, qui apparitorem sibi vindicabant. His est inlibata omnis ex iure veniens assertio, licet causa agatur coram vtroque amplissimo iudice. Quid *asserere* sit, & *assertio*, notum.

(nn) *Aspari Viro inlustri. Aspar* hic patrem habuit *Ardaburium*, qui contra Ioannem tyrannum auspiciis Theodosii, *an. 424.* exercitum duxit in occidentem, sed aduerso vento vtens in tyranni manus venit. *Aspar* filius non tantum liberauit parentem, verum etiam anno sequenti debellauit tyrannum & occidit. SOCRATES *lib. 7. c. 23. 24.* OLYMPIODORUS *in fin. operis*, PHILOSTORGIUS *lib. 12. n. 11.* PROCOPIUS *de bell. Vandal. lib. 1. c. 3.* THEOPHANES *an. 15. Theodos.* MARCELLIN. *in Chron. Theodos. XI. & Valentin. an. 425.* adde GOTHOFREDUM *in Commentar. ad leg. 47. de Episcop.* Anno deinde 431. *Aspar* missus cum exercitu aduersus Wandalos in Africam, sed victus rediit Romam. PROCOPIUS *de bell. Vandal. lib. 1. c. 3.* AUCTOR *hist. miscell. pag. 94. Tom. I. Script. Rer. Ital. Murator.* THEOPHANES *ad an. 31. Theodos.* BARONIUS *in annal. hoc. an.* Plerique scriptores tradunt *Asparem* tum Constantinopolin profectum, excepto THEOPHANE, qui eum simul cum Bonifacio Africæ Comite adiisse Romam, reliquit, quod & probabile est, cum bellum contra Vandalos ad annum vsque 435. fuerit continuatum. Imo ob merita erga Valentinianum in Occidente fuit Consul creatus *A. D. 434.* cum *Areobindo.* Vide *Fastos.* Quo etiam anno fuit Carthagine, vt scimus ex PROSPERO *de promission. cap. 6.* Exsplenduit autem tum simul *Magistri militum* dignitate, vt testatur diserte PROCOPIUS *l. c. A. D. 441. Cyro Cos.* quo hæc nouella data, *Aspar Comitis* dignitatem gessit, secundum hanc legem, MARCELLINUS tamen in *Chron. h. a.* Magistrum militiæ vocat: *Persæ, Saraceni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi Romanorum sola vastarunt. Missi sunt contra hos Anatolius & Aspar Magistri militiæ*, & recte, nam ipsa lex nostra docet ipsum *Mag. Mil.* fuisse, reponendumque adeo hic, *Comiti & Magistro Militum.* Certe an. *D. 459. Patricio & Ricimere Coss.* adhuc Magister fuit militum, nam in CHRON. PASCHAL. *ad h. a.* legimus, *Eodem anno cæpit Aspar Magister militum condere magnam cisternam.* Anno D. 471. appellatur a MARCELLINO *Primus Patriciorum*,

rum, quo tamen anno tyrannidis suspectus, a Leone A. simul cum filiis *Ardaburio*, & *Patricio* Cæsare occisus est. Confer. MARCELLIN. *Cos. Leon. IV. & Probiano* VICTOREM TUNUNENS. *iisd. Coss.* IDATIUM *in Chron. circa fin.* CASSIODOR. *in Chron.*

(oo) *Et Exconsuli bis ordinario.* Scribendum, & *Exconsuli ordinario.* Semel enim tantummodo Cos. fuit. Vocula *bis*, irrepsit negligentia librariorum, occasione vocis antecedentis.

De nauibus vltra duorum millium modiorum capacitatem non excusandis. (a) Tit. XV.

1. Impp. THEODOSIUS & Valentinianus AA. Florentio PF. P. (b)

SEmina ferendis legibus fragilitas humani generis subministrat: repetitio vero legum nostræ est humanitatis indicium. Siquidem cum priorum aculei aduersus temeratores earum sufficerent corrigendos, ammoneri tamen per legis repetitionem delinquentes volumus, quam pœnam exigi delictorum. Ideo calcatam legem, quæ de nauigiis non excusandis, olim fuerat promulgata, (c) suggestione tuæ sublimitatis edocti, humanis sensibus saluberrima repetere scita compellimur, ac iubemus nullam (d) nauem vltra duorum millium modiorum capacitatem, (e) ante fœlicem embolam, (f) vel publicarum specierum transuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua personæ, (g) publicis vtilitatibus excusari posse subtractam: (h) nec si cœleste contra proferatur oraculum, siue adnotatio, siue sit diuina pragmatica, (i) prouidentissimæ legis regulas obpugnare debet. (k) Quod etiam in omnibus causis cupimus obseruari, vt generaliter si quid huiusmodi contra ius, (l) contraue vtilitatem publicam quolibet (m) negotio proferatur, non valeat, cum haud dubie (n) subreptionem arguat precatoris. Sed ne præsentis iuris videatur impunita contentio, (o) quicquid in fraudem istius legis quolibet modo fuerit adtemptatum, in (p) nauigii quod excusatur publicatione corrigimus. Florenti P. K. AA. Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua, legem perpetuo valituram ad omnium notitiam propositis edictis perferri præcipiat. Dat. VII. (q) Idus April. Constantinopoli, Theodosio A. XVII. CONS. (439.)

(a) *De nauibus non excusandis* est *lib.* 13. *Cod. Theod. tit.* 7. quem consule. Quæ diuersis temporibus, de nauium capacitate, & libera republica, & postea, constituta sunt, collegit GOTHOFREDUS *in Commentar. ad leg.* 28. *de naucular.*

(b) *Florentio PF. P.* De eo dictum ad *Nouell.* 1. *supr.*

(c) *Olim fuerat promulgata.* Innuit Theodosius *legem* 2. *de nauibus non excusand.*

(d) *Iubemus nullam.* Leges *iubemus nullam* 10. *Cod. Iust. de sacros. eccles.* & 2. *Cod. eod. de nauib. non excusand.* hinc desumptæ sunt.

(e) *Capacitatem.* Cod. Iust. *capacem.*

(f) *Ante felicem embolam.* Quid *embola* sit, indicant sequentia, *vel publicarum specierum transvectionem.* Ἐμβολὴ proprie dicitur, quicquid εἰς ναῦν ἐμβάλλεται, onus nauis, nam ἐμβάλλεσθαι est onerare nauem, vt scite obseruat SALMASIUS ad *Vopisc. Aurelian. c.* 45. Inde *felix embola*, hoc loco, onus, quod imponitur in naues, species transuehentes, aut Alexandria, aut ex aliis orientis prouinciis vectigalibus. Nam Ægyptus non tantum, sed & Asia & Syria cum Phœnice mittebat Constantinopolin frumentum, quod docet præter *legem* Constantini M. 7. *de naucular.* insignis EUNAPII *locus in Ædes. pag.* 41. *Edit. Commelin.* Ἐμβολὴν memorat Iustinianus *Nouell.* 163. *cap.* 2. & *Edict.* 13. *de Alexandrin. & Ægypt. prouinc. cap* 4. § 1. Πρώτην τε εἶναι φροντίδα τῶν τοιαύτην ἀρχὴν ἐχόντων βουλόμεθα τὴν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς διοίκησιν, *ut solemnis stataque frumenti illatio rite procedat, id eius, qui eiusmodi magistratum tenebit, primam curam esse volumus.* Sensus autem huius loci est, neque ecclesiarum, neque personarum in dignitate positarum, naues ampliores duorum millium modiorum, posse excusari *ante embolam felicem*, id est, postquam vniuersus canon urbi Constantinopolitanæ debitus, subuectus fuerit. Itaque, quamdiu quid transferendum superfuit, nauis nulla habuit excusationem, potuitque angariari, ut loquitur VLPIANUS l. 4. D. de veteran. De *embola*, vide DU FRESNE *Glossar. voc. embola*, ἐμβολή, & BRISSONIUM *de V. S.*

(g) *Prærogatiua personæ.* Id statutum quoque *d. l.* 2. *de nauib. non excusand. Cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conueniat utilitatibus publicis obedire, & subuectionem, sine dignitatis priuilegio celebrare.*

(h) *Subtractam.* Cod. Iust. *d. l.* 10. *subtractam excusari posse.*

(i) *Pragmatica.* Cod. Iust. *d. l.* 10. & 2. *Pragmatica sanctio.* CUIACIUS omisit *sanctionis* vocem.

(k) *Obpugnare debet.* *Cod. Iust. d. l.* 2. edidit, *obpugnare debebit*, & *d. l.* 10. *excusare debebit.*

(l) *Contra ius* &c. Anastasius Imp. *l. ult. Cod. Iust. si contra ius vel vtilitatem publ. Nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram adnotationem, qua generali iuri, vel utilitati*

litati publica aduersa esse videatur, in disceptationem cuiuslibet litigii patiantur proferri.

(m) *Quolibet.* legendum *in quolibet*, vt habet Codex Iust. vtraque lege.

(n) *Cum haut dubie.* Hæc vsque ad illa, *quicquid in fraudem*, absunt a Cod. Iust.

(o) *Contentio.* Scribe, *Contemtio.*

(p) *In nauigii.* Melius in Cod. Iust. *id nauigii.*

(q) *Dat. VII Id.* Cod. Iust. *d. l.* 10. *Dat. Theodos. A. XVII. & Festo Coss.* quæ subscriptio ex hac nouella supplenda. Dicta *l.* 2. *Cod. eod.* in Edit. Contiana subscriptione caret, CVIACIVS edidit, *Dat. IX. Id. April. Theod. A. XVII. & Festo Coss.* Sed & hic locus, quo lex data est, ex nouella addi debet.

De postulando & perpetuanda aduocatione. (a) *Tit. XVI.*

1. Impp. THEODOSIVS & Valentinianus AA. Florentio (b) PF. P. Orientis.

PRouidentissime suggestis lege saluberrima subuenimus. Eneruasse curias, vel (c) prouinciarum officia, effusam (d) amplissimæ præfecturæ iudicio postulandi cupiditatem, inlecebris immunitatis (e) accensam, tui culminis suggestione comperimus. Dispositiones quoque sublimitatis tuæ in hoc quoque secuti negotio, perpetuo lege valitura decernimus, Curiales, qui post sexaginta quatuor (f) priores aduocatos, contra licitum in amplissimo foro postulandi sibimet vsurpauere licentiam, per substitutum (g) munia suæ ciuitatis agnoscere, nulloque sacrarum Constitutionum, quæ de aduocatis latæ sunt, beneficio frui, nisi ad fisci nostri peruenerint patronatum. Cum vero aduocationem fisci susceperint, (h) omnibus aliis * perseuerantur substituto curiam non fraudantis vlterius neque curiali, neque cohortali aduocatorum Præfecturæ consortio sociamus. Sed quo numerus, vt suggeritur, infinitus eorum, qui post centum quoque & quinquaginta (i) passim matriculis continentur, quadam valeat prouisione deminui, nullum ad aduocationem fori culminis tui post hos, qui iam matriculis continentur, iubemus accedere, nisi ad centum numerus aduocatorum peruenerit. Hunc etenim numerum, vtpote sufficientem litibus amplissimæ præfecturæ, nec minui volumus, nec augeri (k) concedimus. Sed ne dura illis, qui supra numerum veniunt constitutum, longi temporis expectatio videatur, liberam eis ad alia, si voluerint, fora migrandi (l) tribuimus facultatem, nulla a minoribus iudiciis præscriptione pellendis. Superest non solum fugiendi prouincias aduocatis necessitatem extinguere, sed etiam amplectendi eas, atque in vocationis (m) earum officio perseuerandi, ministrare materiam: quod ita credimus euenturum, si ipsis quoque aduocationis præmium securitas, proponatur, si factiones eorum non timeant, contra quos clientibus suis fideliter adfuerunt, si officio amplissimarum potestatum, suas non viderint subiacere fortunas. Quamobrem nihil aduocatis prouinciarum (n) vel spectabilium Iudicum quis existimet iniungendum, nulla eis inspectio, (o) nulla ingeratur peræquatio, (p) nulla operis extructio, (q) nulla discussio, nullum ratiocinium (r) imponatur, nihil denique aliud eis mandetur illud, (r) præter arbitrium (s) in ea duntaxat prouincia, (t) vbi aduocationis exercetur (v) officium: quinquaginta librarum auri pœna Officio feriendo, quod (x) legis istius regulas temerare temptauerit. Florenti P. K. AA. Inlustris itaque & magnifica auctoritas tua, saluberrimam legem edictis propositis ad omnium notitiam peruenire præcipiat, quo præter aduocatos virorum inlustrium Præfectorum, quos ad finem aduocationis specialium priuilegiorum fructus, proposita etiam palma dignitatis hortatur, sciant alii lege priore sublata postulandi sibi licentiam datam, nullo tempore præscribendam. Dat. XIII. Kal. Mai, (y) Constantinopoli, Conf. suprascribt. (z) (439.)

(a) *De postulando & perpetuand. aduocat.* De *postulando* est *titul.* 10. *lib.* 2. *Cod. Theodos.* & *infra Nouell.* Valentininiani 34. *Postulare* autem est, causas agere, causidicinam profiteri, ut dicitur *l.* 188. *de decurionib.* Consule GOTHOFREDVM *in Paratitlo ad tit. cit. de postul.* Deinde obseruandum, aduocatorum olim in foro fuisse certum numerum, certamque matriculam, quod etiam ex hac nouella discimus. Vid. CVIACIVM *Obseruat. XVI.* 22. & GVTHERIVM *de O. D. A. lib.* 3. *c.* 2. Aduocati autem, qui erant in numero temporarii tantum, non perpetui erant. Et Præfecturæ Prætorianæ quidem ac urbanæ causidici, expleto vigesimo anno, aut minimum quin-

quinto decimo, honoribus aucti, aliis locum faciebant. *Novell. 34. de postuland.* Penuria tandem paucitasque iurisperitorum fecit, ut perpetuarentur aduocati, quam ob causam Theodosius quoque hac nouella *in fine*, exceptis aduocatis fori illustrium Praefectorum, perpetuauit aduocatos prouinciarum, & spectabilium iudicum; *sciant alii*, inquit, *lege priori sublata postulandi sui licentiam datam, nullo tempore praescribendam.* Ita intelligimus nouellae titulum. Aduersus hanc legem autem scripta est *nouella* inter Valentinianeas *16. de aduocatis non perpetuandis*, qua ius vetus restituit Marcianus A. cum magna adolescentium iurisperitorum esset copia, iique rogarent, ne perpetuo causis agendis insiderent veterani.

(b) *Florentio.* De *Florentio* dictum ad *Nouell. 1. supra.*

(c) *Vel Vel* pro *&*. Vid. *Glossar. Theodos.* Id enim vult Theodosius, cupiditatem postulandi eneruasse, & curias, & officia Rectorum prouinciae, quia scilicet cohortales, obtentu causidicinae, militiam desererent.

(d) *Effusam.* Legendum est *effusam in.* Scriptum fuit in Codicibus *effusam in*, quod librariorum negligentia in *effusam* abiit.

(e) *Inlecebris immunitatis.* De hac immunitate multa dixit ex legibus vtriusque Codicis, Gothofredus *in Commentar. ad l. 188. de decurion.* Huc pertinet locus *Nouellae* Valentinian. *10. infr. de confirmand. his quae administrant.* *Vacuas curias derelinquunt, qui certatim ad priuilegia, causidicis illustris Praetorianae sedis atque urbanae delata festinant.*

(f) *Post sexaginta quatuor priores.* Ex Aduocatis centum & quinquaginta, qui in foro Praefectorum causas agebant, sexaginta tantum quatuor, iis beneficiis, siue priuilegiis imperialibus, fruebantur, quibus honorabantur patroni fisci. Id nos docet haec nouella, quam magis illustrat *l. 15. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior.*

(g) *Per substitutum.* Nouell. Valentin. 10. de confirmand. his, quae administr. *Quisquis ergo ad hoc officium venire contendit, non ante sibi sciat esse permissum, quam vniuersa munia, quae patriae suae debet, exsoluat. Cuius tamen indulgemus arbitrio, ut si ad togam properat, suffectum curiae praestet, cuius studio perficiat vniuersa.*

(h) *Fisci susceperint.* Quae de Patrono fisci sequuntur, in omnibus Codicibus aut errore, aut negligentia librariorum sunt deprauata, & sensum non admittunt. Verba restituere non audeo, cum vero legam in *lege 8. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior.* quae sequente anno 440. ab eodem Theodosio ad Cyrum data est, *Iubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum peruenerint, a cohortis vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberos custodiri*, & iterum in *lege* Anastasii *2. Cod. eod. de aduocat. diuersor. iudicum*, *Aduocatos tuae sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradum & officium prouehuntur, una cum liberis iam natis, vel postea procreandis, ab omni cohortalis, seu cuiuslibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio suo conseruari decernimus: cum constet, hoc iam pridem tam aduocatis amplissimae Praetorianae per orientem, quam magnificae vrbicariae praefecturae, sacris constitutionibus esse indultum;* non dubito Theodosium, qui hac lege & curias iuuare, & fisci patronatum beneficiis ornare, studuit, id sanxisse, ut, qui fisci aduocationem susceperint, postquam substituto dato, curiam non fraudassent, ab omnibus sollicitudinibus, nexuque curiali atque cohortali cum liberis essent immunes, & aduocatorum praefecturae consortio sociarentur. Priuilegia Patronorum fisci, quaere apud Gutherium *lib. 3. de off. dom. aug. c. 1.*

(i) *Centum quoque & quinquaginta.* Obserua numerum Aduocatorum sedis Praetorianae. Et tot aduocatos, siue togatos, Theodosius noster quoque esse voluit, *l. 8. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior.* Leo Imp. hos *statutos* vocat, ad differentiam supernumerariorum, *l. 11. Cod. Iust. eod. tit.* *Nemini licere sancimus, aliquem sub adsidendi colore statutis centum quinquaginta aduocatis, quos sibi eminentissima Praefectura in consilium assumserit, aggregare.*

(k) *Nec minui volumus, nec augeri.* Haec repetita sunt, sequente anno, in laudata leg. 8. Cod. Iust. *Cum aduocatio praetoriana centum quinquaginta numero togatis, minime vel minuendo, vel augendo concludatur.*

(l) *Fora migrandi.* Idem de supernumerariis sanxit Leo, *d. l. 11. Cod. Iust. §. 2. Illud insuper decernimus, vt etiam his, qui vltra centum quinquaginta aduocatos eminentissimae tuae sedis reperiuntur, liceat & apud virum spectabilem Proconsulem, vel Praefectum Augustalem, vel Comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles vicarios, & apud Rectores prouinciarum negotia perorare.* Minora iudicia hoc loco sunt, quae iudiciis Praefecturarum opponuntur.

(m) *In vocationis.* Scribe, *in aduocationis.*

(n) *Aduocatis prouinciarum.* Hinc sumpta est *l. 6. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior.*

(o) *Inspectio.* Intellige *inspectoris* munus, quod in eo consistebat, ut vel ad petitionem priuatorum, vel curiarum & ciuitatum, aut denique totius prouinciae, iussu spectabilium iudicum siue rectorum prouinciae, cogeretur vir probus aeque usque adire prouincias, atque in iis agrorum inspicere qualitatem, steriles fundos releuare censu, possessoribus autem agrorum opimorum, pro rata portione infecundos adiicere, & compensare quasi squalida loca, cum iis, quae bene erant exculta. Vt breuiter absoluam: *Inspectio* erat census a censitore definiti quaedam emendatio. Consule *titul. de censitorib. peraequator. & inspectorib.* ibique *Paratitlon.* Inspectionem autem, non modo ab ipso principe, & Praefectis, sed plerumque a Rectoribus fuisse demandatam praeter *l. 11. de censitorib.* haec nouella docet, ibi, *nihil spectabilium iudicum existimo iniungendum.*

(p) *Peraequatio.* Peraequatio est census definiti a censitore aequa distributio. Nam *Censitores* primo loco modum census, quem prouincia praestabat, definiebant, deinde mittebantur in eam, cogniti ac probati homines, qui mera fide & integritate hunc census modum aequabant, siue peraequabant, id est, inter tributarios iustam aequabilitatem pro modo facultatum constituebant: inde *peraequatio*, & *peraequatores*, de quibus *titul. de censitorib. peraequator.* Denique (vt intelligamus etiam differentiam inter inspectionem & peraequationem) peraequatione facta, ad querelas prouincialium, ob agrorum sterilitatem, opus fuit inspectione fundorum, ut secundum eam census denuo emendari posset. Saepe tamen idem vir, & peraequationis & inspectionis munere, cum esset utrumque arctissime connexum, functus est. Confer. *Paratitlon de censitor.* & Brisson. *de V. S.*

(q) *Operis exstructio, nulla discussio.* Cod. Iust. *Operis constructio.* Opera publica, ut fabricae, moenia, balnea, carceres, horrea, pontes, portus, domus iudiciariae, & alia plura, in prouin-

eiis ad curam Rectorum prouinciarum pertinebant, iique, aut extruendis iis aut reparandis, præponebant curatores, qui tamen ab opere perfecto, vsque ad annum quintum decimum, si quid forte vitii in ædificio emersisset, tenebantur ob pecuniam ipsis decretam, obnoxii, damnumque aut ipsi, aut hæredes, ex facultatibus propriis resarcire cogebantur, docente *l. 24. de operib. publ.* vbi consule *Commentar. & Paratitl. titul. de operib. publ.* De *discussione*, est *titul. 26. lib. 11. de discussoribus.* Glossæ, λογοθέτης, *discussor*, λογοθεσία, *discussio*. Est *discussio* examinatio, vnde *discussionis* examen, *l. 5. de locat. fundor. emphyt.* Extra ordinem enim mittebantur in prouincias discussuri, siue indagaturi rationes tributorum, vt sciri posset, quid esset exactum, quidue in reliquis resideret. Plura infra ad *Nouell. Valentin. 7. de indulgent. reliquor.* Confer *Commentar. ad titul. 1. de discussor.* Id vero discussionis onus, inuitis iniungebatur, graueque & molestum erat, vt scimus ex *leg. C. Theod. de Primicer. & notar.*

(r) *Ratiocinium.* Discussionis *ratiocinia*, occurrunt *Nouell. 11. supr.* Sunt etiam *ratiocinia publica*, seu libri publici, in quibus, & tributi exigendi modus, & exacti rationes, continebantur, ut scimus ex *lege 2. de discussor.* Cuiusmodi ratiocinia, seu *Polyptica*, vt vocantur *d. l. 2.* & de quibus CVIACIVS *Obseruat. IV. 27.* iussu Rectorum Prouinciæ extra ordinem, a viris idoneis, in prouinciam missis conficienda erant. Sed hoc loco per *ratiocinium* intelligenda quæcunque ratio, & operis extructi, & discussionis caussa, conferenda.

(r) *Nihil denique aliud eis mandetur illud.* Locus corruptus. In Cod. Iust. legitur, *nullum denique aliud eis mandetur, præter.* Ex quo videmus delendum hic esse τὸ *illud*, quod irrepsit sine dubio in textum occasione antecedentis vocis *aliud.*

(s) *Arbitrium.* Arbitrium igitur Aduocato prouinciali imponit Rector Prouinciæ, siue, adigit eum, ut in prouincia, vbi aduocationis exercet officium, arbitrium recipiat, finemque sua sententia controuersiis faciat.

(t) *In ea duntaxat prouincia.* Cod. Iust. *in eodem duntaxat loco.*

(v) *Exercetur.* Cod. Iust. *exercent.* In MSS. tamen, obseruante Contio, legitur *exercetur.*

(x) *Quod.* Cod. Iust. *si.*

(y) *Dat. XIII. Kal. Mai.* In Cod. Iust. *d. l. 6. Dat. VIII. Kal. Mart.*

(z) *Cons. suprascript.* Intellige Consulatum Nouellæ antecedentis, *Theodos. A. XVII. & Festo*, vt recte habet Cod. Iust. *d. l. 6.* In MSS. Ottobon. male scriptum, *Theodosio & Aug. XVII. cons.*

De repudiis. (a) Tit. XVII.

1. Impp. THEOD. & Valent. AA. Florentio PF. P. (b)

CONsensu (c) licita matrimonia posse contrahi, contracta non nisi misso repudio dissolui præcipimus. Solutionem enim matrimonii difficiliorem (d) debere esse fauor imperat liberorum. Sed in repudio culpaque diuortii perquirenda, durum est veterum legum moderamen excedere. Ideoque Constitutionibus abrogatis, (e) quæ nunc maritum, nunc mulierem matrimonio soluto præcipiunt pœnis grauissimis coherceri, hac Constitutione repudia, culpas, culparum cohercitiones ad veteres leges (f) responsaque prudentium reuocari censemus, Florenti Parens Karissime atque amantissime. Inlustris itaque & magnifica auctoritas tua, quæ prouidentissime constituta sunt, edictis propositis publicare præcipiat. Dat. VI. Id. Iul. Constp. Theod. A. XVII. & Festo v. c. coss. (439.)

a) *De Repudiis* est *titulus 16. lib. 3.* duas constitutiones continens, quas nonnulli hac nouella, ibi, *ideoque constitutionibus abrogatis*, abrogatas esse statuerunt. Sed valde errarunt. Etenim *titulo de repudiis* agitur de pœnis iniusti repudii, hæc vero Nouella a Theodosio emissa est, ob pœnas coniugum, qui diuortio causam dederunt, quod patet ex verbis, *culpas, culparum cohercitiones ad veteres leges reuocari censemus.*

(b) *Florentio PF. P.* De Florentio dictum *ad Nouell. 1.*

(c) *Consensu.* Hinc sumptum est principium *legis 8. Cod. Iust. de repud.* vsque ad verba *liberorum*, ex quo iudicare potes, legem illam, quæ a Theodosio *A. D. 449.* data est, *Protogene & Asterio Coss.* vt emendanda ibi subscriptio est, explicandæ nostræ nouellæ caussa scriptam esse.

(d) *Difficiliorem.* Fuit enim ante facillima matrimonii solutio, quod testatur ASTERIVS, *homilia: illum liceat dimittere uxorem suam quacunque ex causa*, qui scripsit imperante Arcadio, patre nostri Theodosii. Hic autem pius ecclesiæ doctor *in fin. homil. cit.* queritur, maritos mulieres ceu vestes subinde mutasse, & thalamos tam sæpe ac facile struxisse, quam nundinarum tabernulas. Confer *Commentar. ad leg. 1. de repud.*

(e) *Constitutionibus abrogatis.* Forte eæ latæ sunt imperante Arcadio, ob crebras Patrum ecclesiæ querelas contra diuortia. Certe Græci ad *cap. 48. Aposto.* Εἴ τις, λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβαλὼν, ἢ ἑτέραν λάβοι, ἢ παρὰ ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω, notant, obseruatum perpetuo fuisse inter Christianos, vt mulier ob scortationem viri, siue adulterium, repudium ne quidem mittere ipsi potuerit. Sed id sine dubio displicuit hoc seculo mulieribus, quas, & ob hanc, & ob alias, easque forte caussas leuiores, soluisse matrimonia, ideoque pœnis grauioribus, quam quidem leges veteres dictabant, constitutionibus fuisse coercitas, hæc nouella fidem facit. At illæ constitutiones temporum iniuria periere.

(f) *Veteres leges.* Eas require apud VLPIANVM *tit. 6. de dotib. num. 9. sequ.* ibique consule SCHVLTINGIVM.

De

De lenonibus. (*a*) *Tit.* XVIII.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro & Alyppio PF. P. PM. (*b*)

Fidem de exemplis præſentibus mereantur hiſtoriæ, & omni de ambiguitate liberetur antiquitas, quæ nobis ſummos viros prætuliſſe Rempublicam facultatibus indicauit. Virum inluſtrem *Florentium* (c) præfecturæ Prætorianæ adminiſtratione ſubfultum cernamus, non iam cum maiorum laudibus, ſed cum ſuis magnis in Rempublicam meritis, præclari animi æmula virtute certantem, exſtimationem Reipublicæ non ſolum conſilio ſuo ac prouidentia, ſed etiam deuotione ac munificentia, pudendæ turpitudinis labe atque ignominia liberaſſe. Nam cum lenonum calliditate damnabili, circumuentam veterum videret incuriam, vt, ſub cuiusdam luſtralis præſtationis (d) obtentu, corrumpendi pudoris liceret exercere commercium, & (e) iniuriam ſui, ipſam quodammodo ignaram cohibere Rempublicam, pio circa omnium verecundiam propoſito, manſuetudinis noſtræ more pudicitiæque ſuggeſſit, ad iniuriam noſtrorum temporum (f) pertinere, ſi aut lenones in hac liceret vrbe verſari, aut eorum turpiſſimo quæſtu ærarium videretur augeri. Ac licet nos illud aduerteret execrari, etiam ceſſante vicaria oblatione vectigalis, tamen, ne vllum ad ærarium incommodum perueniret, propriam poſſeſſionem obtulit, ex cuius reditibus poſſit accedere, quod prædictum peſſimum genus conſueuerat penſitare. Vnde prouidentiam & munificentiam eius libenter amplexi, hac manſura in æuum lege ſancimus, vt ſi quis poſthac mancipia tam aliena quam propria aut ingenua corpora qualibet taxatione conducta (g) proſtituere ſacrilegii temeritate temptauerit, in libertatem prius miſerrimis mancipiis vindicatis, vel ingenuis perſonis conductione impia liberatis, grauiſſimè verberatus, huius vrbis finibus, in qua vetitum nefas crediderit exercendum, ad exemplum omnium emendationémque, pellatur. Cyre P. K. AA. Inluſtris igitur auctoritas tua, ea quæ tuendæ honeſtatis decreuimus gratia, veneratione debita iubeat cuſtodiri, officio amplitudinis tuæ viginti librarum auri pœnam, ſi præcepta noſtra neglexerit, luituro. Dat. VIII. id. Decemb. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVII. & Feſto V. C. COSS. (439)

(a) De *Lenonibus* eſt *titul. 8. lib. 15.* cuius lex vltima *Florentio P P.* qui auctor fuit Theodoſio huius nouellæ promulgandæ, inſcripta eſt. Perſuaſit is primo Theodoſio *an. 428.* quò *d. l. vlt. de lenon.* data eſt, vt, proſcriptionis bonorum, metallique pœna coherceret lenones, qui filias, ancillasque inuitas proſtituerent quæſtus faciendi cauſſa, effecitque tandem hoc *anno 439.* diſpendio etiam bonorum ſuorum, oblato ſcilicet latifundio, ne ærarium incommodi quid ſentire poſſet, ceſſante lenonum vectigali, vt ciuitas Conſtantinopolitana a lenonibus omnino redderetur libera.

(b) *Cyro & Alyppio PF. P. P M.* Mire deprauata eſt hæc inſcriptio; Rittershuſius edidit, *Cyro & Alyppio Pf. Pon. Pm.* In MS. Ottobonian. tantum eſt, *Ciro PPo.* Non inuenio *Alyppium* in legibus Codicis. *Alypius* quidem Conſul appellatur *an. 447.* in faſtis græcis, ſed is in faſtis latinis, & in legibus nouellis *Callepius & Callypius* audit, eſtque præterea probabile, pertinere eum ad Occidentale imperium, cum eius in conſulatu collega *Ardaburius* Conſulatum in Oriente geſſerit. Mihi videtur, *Alyppii* nomen hic plane delendum, excogitatumque a ſcribis eſſe. *Cyrus* enim hoc anno fuit *PV.* vt teſtantur *l. 9. Cod. Iuſt. de Sacroſ. eccleſ. & l. 20. Cod. eod. de operib. publ.* & hæc nouella ibi infra, *verberatus, huius vrbis finibus pellatur*, eique hæc conſtitutio inſcribenda fuit, cum de lenonibus ex vrbe pellendis agat. Sed fuit *Cyrus* ſimul Præfectus Præt. Illyrici & ſucceſſit *Thalaſſio*, qui hoc anno Epiſcopus conſtitutus eſt, hinc ſcriptum fuit ſine dubio *Cyro Illyr. PPO. & PV.* Has ſingulares literas cum rudes librarii corrupiſſent, excogitaſſentque *Alyppii* nomen, addiderunt deinde ſcribæ alii ex antiquis libris hæc ſigla, *P F P. P M.* quæ manifeſtum præbent indicium, nouellam hanc inſcriptam Præfecto Præt. & Vrbi, nam *PV.* mutatum in *PM.* cum facillime confundantur *V.* & *M.*

(c) *Florentium.* De eo dictum ad *Nouell. 1. ſupr.*

(d) *Luſtralis præſtationis.* Hæc docent luſtralem collationem præſtitiſſe Conſtantinopoli lenones, vt permitteretur ipſis, turpiſſimum exercere opus. Illa autem luſtralis collatio a lenonibus penſitanda, an Conſtantinum M. habeat auctorem, incertum eſt: nihil enim de ea ZOSIMVS habet, qui tamen *lib. 2. cap. 38.* refert, a luſtrali collatione ne quidem meretrices immunes factas; nulla etiam eius fit mentio in *legibus de luſtrali collatione.* Sed antiquum tamen eſt lenonum vectigal, de quo locus claſſicus apud LAMPRIDIVM *in Vit. Alexandr. Seuer. cap. 24.* id vero, cum annuum eſſet, videtur Conſtantinus M. τετραετηρικὸν, ſiue luſtrale, feciſſe. Adi *Commentar. ad leg. 1. de luſtral. collat.*

(e) *Et iniuriam.* Scribendum, *nec iniuriam.* Aut mox legendum *conniuere*, pro *cohibere.*

(f) *Ad iniuriam noſtrorum tempor.* Vide quæ obſeruaui *not. k. ad Nouell. I. p. 3.* de temporum felicitate, quam Principes prædicare ſunt ſoliti.

(g) *Conducta.* Ex lege Theodoſiana *2. de lenonib.* poterant proſtituere lenones, filias, ancillas, conductas etiam alias ingenuas perſonas, ſed non inuitas: hac vero lege, ne quidem volentes poſſunt, et lupanarium vſus penitus tollitur.

De inuasoribus. (a) *Tit. XVIIII.*

I. Theod. & VALENT. AA. Pierio PF. V. (b)

SI Diualium sanctionum nulla peruasorem pœna percelleret, nostris proculdubio remediis esset temeritas persequenda, ne alieni iuris vsurpator, præsumptionis suæ fructu impunè potiatur, cùm ea, quæ disceptationis examinatione decursa posset recuperare legibus, poscenti (c) festino cupiditatis ardore peruaserit. Mouet siquidem serenitatem nostram viri inlustris *Auxiliaris*, tam iusta, quàm vindicanda conquestio, cuius querelis & subiectorum series fidem tribuit, & magna assertio virtutis, multis perennitati nostræ administrationibus comprobata, qui se domus suæ possessione intra vrbem venerabilem positæ, nullius litis actione pulsatum, per inlustrem virum *Apollodorum* patefecit esse depulsum, absentiæ videlicet suæ occasione captata, dum si qua precatio (d) fuisset in causa, non paruis temporibus Romæ in eadem domo consistens, a memorato inlustri viro actione proposita potuerit conueniri: quando hoc (e) quod in prædicto viro inlustri non perspicimus obseruatum, possessorum prætermissa conuentio est, quando domini * sunt denunciata litigia, & de cognito potius negotio expectata sententia: vt quæ patrimoniorum potest esse securitas, si totiens insidietur inuasor, quotiens possessores esse contingit absentes? Verum, quia inlicitis ausibus videmus, quæ sunt possessorum quiete salubriter constituta, calcari, & frequenter pro multorum negotiis specialis querela commouit omnibus profutura decerni, merito præcedentia inclitorum Principum Parentumque nostrorum statuta renouamus. Idcirco mansura in æuum lege sancimus, vt quisquis inconuento domino, non expectata, vel aduersus præsentem, vel in contumacem, definitiua sententia, possessorem (f) de prædio rustico vrbanoque depulerit, possessione protinus restituta, causæ totius, sicut dudum constitutum est, (g) amissione multatus, æstimationem rei occupatæ mox cogatur inferre: hoc etiam coniuncto, vt si Iudex in huiusmodi negotiis, hanc putauerit sanctionis nostræ dissimulandam, ac non in exsecutionem mittendam esse sententiam, quæ de inferenda æstimatione prolata est, (h) iustitia statutam taxationem, cum fuerit, accepto successore, priuatus exsoluat. In præsenti vero causa, viro inlustri Auxiliari domum restitui iubemus inuasam, omni, si qua viro inlustri Apollodoro competere potuerat, actione consumpta, qui, quod legibus debuerat postulari, inconuento possessore peruasit: quem vlterius prosequi lites causasque non patimur earum rerum, quas aliis possidentibus non debuit comparare, quique debet in acceptum referre, quod ei æstimationem rei, de qua agitur, nostræ pietatis humanitate concedimus, quæ potuit multiplicium legum securitate (i) deposci. Eas vero mulieres, quas aut vendendo litigium, aut inuasioni participando * temeritatem (k) constat negotium non habere, ne qua instaurandi litigii quæratur occasio, omni actione priuamus: non præiudicantibus contractibus, si quos occupatores fortasse cum quibuscunque personis de eadem domo in præiudicium domini inire voluerunt, quoniam res peruasa in alium transferri iure non potuit. Restituturum quoque sancimus, quæcunque de rebus eius illo expulsionis tempore a quocunque peruasa sunt. Neque enim ita remittimus vltionem, vt diripi aut occultari aliena patiamur, Pieri P. K. AA. Quare inlustris magnificentia tua in traditionem ædium peruasarum Marcianum Agentem in rebus, vel Officium suum iubebit parere decretis, nec vllam saluberrimis præceptionibus nostris tarditatem sub impedimento cuiuscunque personæ patiatur afferri. Vt vero ea, quæ pro possessorum omnium quiete sancimus, in omnium possint notitiam pervenire, hanc legem nostram amplitudo tua propositis vulgabit edictis. Dat. v. Id. Ian. (l) Rau. Valentiniano A. (m) & Anatolio v. c. coss. (440)

II. Idem AA. Auxentio PF. V. (n)

Habet hoc insitum sollicita æquitatis examinatio, habet secundarum cogitationum subtilior exactiorque cura, vt siquid in legibus ferendis post impetum primum deliberatio

prope-

properata deliquerit, hoc consilio propensiore reuocetur. Permittit enim consuetudo ipsa rerum, adstipulantur innumera vetustatis exempla, multas leges a suis latoribus adempta aut addita parte, posse corrigi, multas tractatu maturiore, penitus abrogari. Quod nunc de abolenda Constitutione decernimus, quam non ante multos menses, ad preces inlustris viri Auxiliaris promulgaueramus, moti ingesta nobis peruasionis inuidia. Sed quia obsecratio viri inlustris Apollodori, nuper attentiores ad æstimandam iustitiam fecit, ob hoc tractatis omnibus, & plena æstimatione discussis, propter illa præcipue, quæ negotii modum, de quo tunc actum est, supergressa fuerant, & immerito personas mulierum pariter inligauerant, supra memoratam legem, præsentis edicti auctoritate remouemus, Auxenti Parens Karissime AA. Vnde inlustris magnificentia tua, hanc, qua præcepti superioris vacuatur incautior definitio, programmatis lectione euulgabit, vt agnosci ab omnibus possit, his, quæ in illa displicent, abolitis, id quod solum de vetustate repetitum probabile videtur, priscarum tantum legum definitione seruandum. Dat. VI. Kal. Feb. Rau. Post Consulatum Valentiniani A. (o) (441)

(a) *De inuasoribus.* Illustrabit hanc nouellam titul. *vnde vi, 22. lib. 4.* cuius leges iterum inculcat Valentinianus, ibi: *Parentumque nostrorum statuta renouamus.*

(b) *Pierio PF. V.* Intellige Præfectum Vrbis Romæ: est enim hæc Nouella Valentiniani III. *Pierii* autem nulla mentio, quantum scio, apud auctores fit.

(c) *Poscenti.* Scribe, *poscendi.* Rittershusius male emendat, *poscente.*

(d) *Precatio. Precationis* voce SYMMACHVS vtitur pro precibus. *Vid. Lexic. Symmach.* Notat etiam *precatio*, preces imperatori oblatas, siue libellum supplicem, *Gloss. Theodos. voc. precatio.* Sed hic *precatio*, est intentio, siue potius petitio, aut persecutio in iure.

(e) *Quando hoc*, &c. Male se habet hæc periodus, quam hoc modo sanari posse, censeo. *Quando hac, (quod in prædicto Viro inlustri non perspicimus obseruatum) possessorum prætermissa conuentio est: quando domini non sunt denunciata litigia, & de cognito potius negotio expectata sententia? Et qua patrimoniorum potest esse securitas, si totiens insidietur inuasor*, &c.

(f) *Possessorem de prædio.* Athalaricus Ostro-Gothorum Rex in Edicto apud CASSIODORVM *Var. IX. 18.* hanc Valentiniani sanctionem repetit: *Primum humano generi noxiam peruasionem seueritate legum, & nostra indignatione damnamus: statuentes, vt sanctio Diui Valentiniani aduersum eos, diu pessime neglecta, consurgat, qui prædia vrbana vel rustica, despecto iuris ordine, per se suosque præsumpserint, expulso possessore, violenter intrare: nec aliquid de eius districtione, detestali volumus temperatione mitigari: insuper addentes, vt si quis ingenuorum ad satisfaciendum legi superius definitæ idoneus non habetur, deportationis protinus subiaceat vltioni.*

(g) *Dudum constitutum est.* A Valentiniano II. *l. 3. vnde vi*, quam vide. Ex ea, vt & ex hac nouella nonnulla de peruasione transtulit Theodoricus Rex in Edictum suum, *n. 10. 11.*

(h) *Prolata est.* Valentinianus II. *leg. 4. ad leg. Iul. de vi*, Iudicem infamia notauerat: *Iudicem vero nosse oportet, quod graui infamia sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit, omiserit, vel impunitate donauerit, aut molliore pœna perculerit.*

(i) *Securitate.* Legendum, *seueritate.*

(k) *Temeritatem.* Nihil hic deesse videtur. Sensus est: *constat mulieres, aut litigium vendendo, aut inuasioni participando, temeritatem quidem, negotium vero non habere.* Sequentia docent, Apollodorum inuasam Auxiliaris domum, vt ægrius ipsi faceret, in tertium transtulisse. Sed obscura hæc sunt omnia, cum lateat nos huius inuasionis cognitio historica.

(l) *V. Id. Ian.* MS. Ottobon. *V. Id. Iun.*

(m) *Valentiniano A.* MS. Ottobon. *Valentin. V.* recte, hoc anno enim *Valentinianus V.* cum *Anatolio* Consul prodiit.

(n) *Auxentio PF. V.* Auxentius hic Pierii successor in Præfectura Vrbis Romæ, de quo tamen, quod addam, non habeo.

(o) *Post Conf. A.* MS. Ottobon. *P. C. Valentiniani A. V. & Anatolio V. C. Coss.* Accurate, si legeris *Anatolii.* Hoc anno 441. *Cyrus* in Oriente solus Consulatum gessit, qui tempore scriptæ nouellæ Rauennæ nondum innotuit.

De reddito iure armorum. (a) *Tit. XX.*

1. Impp. Theod. & VALENTIN. AA. ad Populum.

QVotiens publica poscit vtilitas vniuersitatis solicitudinem ducimus aduocandam, vt omnibus profutura impleantur ab omnibus: nec molestum esse id prouincialibus nostris credimus, quod pro ipsorum salute disponitur, vt resistendi prædonibus cura subeatur. Gensericus hostis Imperii nostri haud paruam classem de Karthaginensi portu nunciatus est eduxisse, cuius repentinus excursus & fortuita deprædatio cunctis est litoribus formidanda. Et quamuis clementiæ nostræ solicitudo per diuersa loca præsidia disponat, atque inuictissimi principis Theodosii patris nostri iam propinquet exercitus, (b) & excellentissimum virum Patricium nostrum Aëtium (c) cum magna manu adfore mox (d) credamus, cumque vir illustrissimus Magister militum Sigisundus, (e) tam militum atque

fœderatorum (f) tuitionem vrbibus ac litoribus non desinet ordinare, tamen quia sub æstiua nauigandi opportunitate satis incertum est, ad quam oram terræ possint naues hostium peruenire, (g) singulos vniuersosque nostros monemus edicto, vt Romani roboris confidentia, ex animo quo debent propria defensare, cum suis aduersus hostes si vis exegerit, salua disciplina publica, (h) seruataque ingenuitatis modestia, quibus potuerint vtantur armis, nostrasque prouincias, ac fortunas proprias, fideli conspiratione, & iuncto vmbone tueantur: hac videlicet spe laboris proposita, vt suum fore non ambigat quicquid hosti victor abstulerit. *Et manu diuina*, (i) *Proponatur amantissimo nostro populo Romano.* & ad latus. Dat. VIII. Kalend. Iul. Romæ, (k) Valentiniano & Anatolio v. c. coss. (440.)

(a) *De reddito Iure armorum.* Ὁπλοφορία, armorum gestatio, prohibita fuit, non in urbibus tantum, antiquissimis jam temporibus, ut omnes norunt, sed in itinere etiam, ob crebra latrocinia, qua de re multis disputat GOTHOFREDVS *ad titul. 15. lib. 15. quorum vsus interdictus est.* Sed iam an. Dom. 440. vrgente publica necessitate redditur populo ius armorum, ad Siciliæ Italiæque defensionem. Gensericus enim Wandalorum Rex in Africa, rupta pace, quam fecerat cum Valentiniano III. *an. D. 435.* ut scimus ex PROSPERI *Chron. Theodos. A. XV. & Valent.* IV. Coss. anno 439. mense Octobri Carthaginem occupauerat. PROSPER *in Chron. Theodos. XVII. & Festo Coss.* quo tempore Aëtius erat bello, aduersus Wisigothos in Gallia gerendo, occupatus. Ornabat igitur Gensericus, Africa in potestatem redacta, classem, tentaturus aut in Siciliam, aut ipsam Italiam irruptionem. En causam, ob quam populo ius armorum redditur.

(b) *Propinquet exercitus.* Sed certe hic sero aduenit, neque spem, quam de eo conceperat Valentinianus, impleuit. Etenim PROSPER in Chron. consular. *Cyro Cos. ann. 441.* scribit, *Theodosius Imp. bellum contra Vandalos mouet, Ariobindo & Ansila atque Germano Ducibus, cum magna classe directis: qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quam præsidio fuerunt.*

(c) *Aetium.* De eo dicetur ad *tit. 24. infr.*

(d) *Adfore mox.* Erat enim cum exercitu in Gallia, bellum contra Wisi-Gothos gerens. PROSPER in Chron. conf. *Theodos. XVII. & Festo Coss.* an. 439. *Aëtio rebus, quæ in Galliis componebantur, intento, Gensericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, decimo quarto Kal. Nouembr. Carthaginem dolo pacis inuadit.* Verum ob sacramenti religionem a Genserico violatam, pax Romanos inter & Wisi-Gothos anno citato 439. sancita est. Consule PAGIVM *in Critic. h. a.*

(e) *Sigisundus.* Rittershusius edidit, *Sigismundus.* Sed scribendum est *Sigisuuldus*, nam idem est cum eo, cui inscribitur infra *Nouella 41. de tironibus & occultatoribus desertorum*, vbi dicitur *Sigisualdus Comes & Magister vtriusque militiæ.* Data enim est ea nouella eodem anno, mensibus tribus ante hanc constitutionem, *XIII. Kal. April.* ob metum sine dubio Wandalicæ irruptionis, qua iussit Valentinianus, non tantum reparandi exercitus caussa conferri tirones a possessoribus, verum etiam occultatos, qui deseruerant signa, citissime restitui. Iam vero, cum immineret ipsa Wandalica inuasio, eidem *Sigisuuldo*, *Viro illustrissimo Magistro militum*, vt hic appellatur, vrbium litorumque commendauit tuitionem. Huius *Sigisuuldi* mentio iam fit an. D. 428. quo in Africam aduersus Bonifacium missus est, vt scimus ex PROSPERI *Chron. ad h. a.* qui *Comitem Sigisuultum* nominat; *Belli contra Bonifacium cœpti in Sigisuultum Comitem cura translata est.* AVCTOR *hist. miscell.* in rebus Valentiniani *lib. XIV.* idem referens, *Sigisuldum Comitem* dicit, quæ scriptura proxime accedit ad huius nouellæ lectionem: *Rursus contra Bonifacium Sigisuldus Comes dirigitur.* Et profecto Valentinianus non poterat præstantiorem, nostro *Sigisuuldo*, ducem præficere bello, aduersus Wandalos hoc tempore, gerendo. Is enim bellandi artes, quibus ea gens vtebatur, cum aduersus Bonifacium, a cuius parte stabant Wandali, exercitum eduxisset, cognitas sibi reddiderat. In fastis græcis atque latinis scribitur, *Sigisuultus*, *Sigisbuldus*, *Segisuuldus* Σιγισβάλδος, Σιγησβάλδος; nam consulatum gessit cum *Aëtio II.* an. Dom. 437. Confer RELANDVS & PAGIVS *in Critic. h. a.* Ornatus tandem est Patriciatus honore. Constantius enim Presbyter, *in vita S. Germani Antisiodorens. lib. 2. c. 17.* miracula ab hoc sancto Rauennæ edita referens, *Patricium* appellauit.

(f) *Fœderatorum.* Fit mentio fœderatorum *lege 16. de tiron.* quam Honorius promulgauit *A. D. 406.* Opponuntur hic militibus. *Milites* enim proprie Romani sunt, *fœderati* autem, populi barbari, qui Romanis merebant. Honorio imperante *fœderatorum* nomen attributum fuisse, inconditæ & e diuersis conflatæ populis, multitudini, OLYMPIODORVS testis est apud Photium *Cod. 80.* & *Tom. I. Script. Rer. Byzant. pag. 146. Edit. Venet.* Consule *Commentar. ad d. l. 16.* & ibi *notam.* Hoc loco per *fœderatos* intellige *Hunnos*, quos Aetius ad bellum contra Gothos in Gallia gerendum, adsciuerat. PROSPER *in Chron. ad an. 488.* *Bellum aduersus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur.* IDEM *ad an. 440. Littorius, qui secunda ab Aetio Patricio potestate Hunnis auxiliaribus præerat.* SIDONIVS *carm. 7. v. 246. Litorius Scythicos equites Gethicum rapiebat in agmen.* Adde CASSIODOR. *Chron. Theodos. A. XVII. & Festo Coss.* AVCTOR. *hist. miscell. in Valent. III. lib. 14.*

(g) *Naues hostium peruenire.* Peruenerunt autem in Siciliam hoc ipso anno. IDATIVS in Chron. ad an. Valentin. XVI. *Gaisericus Siciliam deprædatus, Panormum diu obsedit.* PROSPER in Chron. Valentin. V. & Anatol. *Geisericus Siciliam grauiter affligens, accepto nuntio de Sebastiano ab Hispania, ad Africam transit.*

(h) *Salua disciplina publica*, id est, nemo audeat latrocinia, facta armorum gerendorum potestate, exercere.

(i) *Et manu diuina.* Obserua Principis subnotationem, quam & infra *Nouella 25.* deprehendis.

(k) *Romæ.* MS. Ottobon. *Rav.* id est, Rauennæ, quod ego prætulerim, ob subscriptionem *Nouellæ 45. num. 1. de palatin.* quæ iisdem Coss. data est, *Prid. Non. Iun. Rav.*

Neque

Neque domum diuinam neque Ecclesiam aut aliquam personam quolibet publico munere excusandam. Tit. XXI.

1. Impp. Theodosius & VALENTINIANVS AA. Maximo II. PF. P. (a)

Cum publice priuatimque in omnibus rebus ac negotiis iustitiam conseruari oportet, tum præcipue in his tenenda est, quæ vectigalium neruos substinent, (b) quæ adtenuatis deuotorum viribus vti equitatum (c) succurrunt. Quod plurimi respuunt, qui domesticis tantum compendiis obsequentes, bonum commune destituunt, quo vera ac solida vtilitas continetur, melius plane ad singulos perueniens, cum proficeret vniuersis, maxime exigente hac tributorum necessitate, (d) sine quibus nihil in pace aut bello curari potest. Neque vltra valebit perpetuitas eorum manere, (e) paucis atque defessis imposita sarcina (f) quam potior detrectat, locupletior recusat, & validiore rei cedente (g) solus agnoscit infirmior. Hanc itaque iniquitatem corrigentes, primo capite huius sanctionis decernimus, vt omnes, quicunque ex iure domus Regiæ, vel pietate mea, vel a qualibet persona sacrarum necessitudinum mearum, (h) prædia adepti sunt, siue fructuaria largitate, seu donatione directa, seu commutationis vel emptionis ratione quæsita, parem cum ceteris possessoribus subeant functionem: in hac sorte numerandis his quoque, qui retento sibi vsufructu, proprietatem iuris sui venerabilium pignorum meorum, (i) vel pietatis meæ domui contulerunt: quos omnes ea conditione tributa volumus agnoscere, vt nihil sibi ex aurariis vel superindictitiis titulis (k) vindicent, quos ad similitudinem domus nostræ, qualibet sacri præcepti impetrauerunt sanctione. Secundo gradu huius legis cauemus, vt quicunque census (l) inlustrium dignitatum, siue Ecclesiasticus, vel in vrbe sanctissima, vel in quibuslibet prouinciis, ad exemplum domus nostræ, quocunque præcepto, diuersam sibi ab aliis, ipsius census, quem soluere videbatur, conditionem fecerat, priuilegii exceptione sustineant (m) nec in arcalibus tantum titulis (n) sed & his, quos sacri vel priuati ærarii partibus deputauit vetustas, ita (o) demum difficultati expensarum, exactionique inopum, diuinam moderationem secuti, gemina salutaris constituti remedia porrigamus. Nunc iam non dissimile superioribus, immo cuius vtilitas pene latius patet, hac edictali lege complectimur, sine vlla honorum, personarum, priuilegiorum distinctione generaliter sancientes, vt itinerum reparatio aliaque munia huiusmodi certante studio, (p) quo cum facilius tum firmius impleantur. Hæc enim superioris ætatis Principes, & Diuorum parentum nostrorum liberalitas, inlustribus titulis, redundantes opulentiæ (q) seculi, minore aliorum possessorum pernicie conferebant. Quod quamuis & tunc iniustum, tamen inter initia leuius videbatur. Sub difficultate autem præsentis temporis, non modo rei ipsius natura iniquum, sed impossibile paucis ac tenuioribus constat, qui multiplicato suæ, alienoque functionis onere depressi, procumbent penitus, nisi aliquando idoneorum (r) societate respirent. An forte contumeliosum putandum est inuentum contra rationem nomen (s) munerum sordidorum, quo instauratio militarium virorum, (t) quo armorum fabricatio, (v) quo murorum refectio, quo apparatus annonæ, quo reliqua opera, per quæ ad splendorem distinctionis publicæ peruenitur, praua appellatione censentur: sine quibus nullus maximarum rerum procedit euentus, quorum amminiculo statum pariter & decus tuemur Imperii, ac, ne singula prosequamur, sine quibus nihil necessarii operis effici potest? Quare repetita clementiæ nostræ præceptione sancimus, vt antiquatis omnibus priuilegiis, quæ vel dignitatibus delata fuerunt, vel diuersæ militiæ collegia (x) meruerunt, aut nomine venerandæ religionis obtentum est, (y) omnis vbique census, qui non personarum est sed agrorum, ad vniuersa munia a nona duntaxat indictione, vt supra deffiniuimus, absque vlla discretione cogatur † in quarta parte. Quo (z) quisque honoratior aut opulentior est, eo alacriorem publicis necessitatibus animum debet, quarum sibi procurationem magis intelligit profuturam. Maxime P. K. AA. Inlustris igitur & præcelsa magnitudo tua, hanc legem consuetæ sibi prouisionis vigore, in omnium prouinciarum populorumque notiti-

am perferre, & celeriter vniuersos diu expectati remedii salubritate iubebit potiri, vt sero saltim difficultati rerum, deuotio locupletum pariter ac pauperum, iustis æquata partibus libentius obsecundet. Dat. x. Kal. Mart. Rauennæ. Accepta Prid. Idus Mart. Vbi sup. (a) post Consulatum Valentiniano A. V. & Anatolio coss. (b) (441.)

(a) *Maximo II. PF. P.* Hic est ille *Maximus*, qui occiso Valentiniano III. *A. D. 455.* tyrannidem arripuit, atque vastandæ, a Genserico Wandalorum Rege, vrbis Romanæ auctor exstitit. Eum Præfecturam Prætorianam administrasse, luculentum præbet SIDONIVS *lib. 2. ep. 13.* testimonium, ibi: *iste tuus Maximus, maximo nobis documento poterit esse, qui quanquam in arcem præfectoriam, patriciam, consularemque intrepidus ascenderat, eosque, quos gesserat magistratus, seu recurrentibus orbitis inexpletus intrauerat.* Quo autem anno primum Præfecti Prætorio dignitate fuerit ornatus, non constat. Prouocat quidem doctissimus SAVARO in *notis ad Sidonium l. c.* ad legem *6. C. Theod. de legitim. hæredit.* quam Honorius ad *Maximum P. P.* an. Dom. 420. dedit; verum *Maximus* ille aut a nostro diuersus est, aut emendanda ibi inscriptio, quod etiam censuit Gothofredus, rescribendumque *Maximo PV.*, quod certissimis argumentis probabo. Scimus enim ex nummis apud Mediobarbum, *Maximum* nostrum, FL. ANICIVM MAXIMVM, & PETRONIVM MAXIMVM PF. AVG. dictum fuisse. Huic vero *Petronio Maximo*, postea Tyranno, statua in foro transitorio Romæ, ob insignia merita fuit posita, cuius inscriptio cum historiam eius egregie illustret, laudatæque legi lucem affundat, integra apponenda est ex GRVTERO *CCCCXLIX. 7.*

PETRONI. MAXIMI

D. D. D. N. N. N. INVICTISSIMI. PRINCIPES. HONORIVS
THEODOSIVS. ET. CONSTANTIVS. CENSORES
REMVNERATORESQVE. VIRTVTVM
PETRONIO. MAXIMO. V. C. PRAEF. VRB. OB. PETITION.
SENATVS. AMPLISSIMI. POPVLIQ. ROMANI. STATVAM
MERITORVM. PERENNE. MONVMENTVM. IN. FORO
VLPIO. CONSTITVI. IVSSERVNT. CVM. A. PROAVIS
ATABISQ. NOBILITAS. PARIBVS. TITVLORVM. INSIGNIBVS
ORNATVR. QVI. PRIMAEVVS. IN. CONSISTORIO
SACRO. TRIBVNVS. ET. NOTARIVS. MERVIT. NONO. DECIM
AETATIS. ANNO. SACRARVM. REMVNERATIONVM
PER. TRIENNIVM. COMES. POST. PRAEF. VRBIS. ET. SEX
MENSIB. HASQVE. OMNES. DIGNITATES. INTRA. VICE
SIMVM. QVINTVM. ADSECVTVS. AETATIS. ANNVM
PVBLICVM. IN. SE. TESTIMONIVM. ET. AETERNORVM
PRINCIPVM. IVDICIVM. PROVOCAVIT.

Posita autem fuit statua *an. D. 421.* quia in eius inscriptione *Constantius Augustus* dicitur, qui laudato anno, & imperium capessiuit, & diem quoque clausit supremum. Cum vero *d. l. 6. de legitim. hæreditat.* data sit an. D. 420. ad *Maximum PP.* Præfecturæ tamen Prætorianæ nulla fiat in marmore mentio, facile est videre, aut emendandam inscriptionem dictæ legis, reponendumque esse *Præf. Vrb.* aut, quod mallem, *Maximum* illum *PP.* alium a nostro esse. Deinde ex hoc lapide confutandus est error, quem commisit CL. DV FRESNE *in famil. Byzant. pag. 73. Edit. Par.* & *pag. 59. Ed. Venet.* scribens *Maximum* nostrum, illius *Maximi*, qui a Theodosio M. fusus cæsusque fuit, fuisse filium. At enim vero *Maximus* tyrannus, qui Gratianum Aug. optimum principem sustulit, debellatus est a Theodosio, viuereque desiit *an. D. 388.* Petronius autem Maximus, docente marmore, anno 421. vigesimum demum & quintum egit annum, qui tamen si filius eius fuisset, minimum quartum iam supra trigesimum attingere debuisset. Tandem ope huius lapidis non modo Maximi nostri, qui Valentiniano III. cæso, occupauit imperium, natiuitatis annum eruere, sed & præterea intelligere possumus, eum an. 455. quo cœpit ad reipublicæ residere gubernacula, prope sexagenarium fuisse. Fuit autem hic Maximus iam *PP. iterum*, an. D. 439. ut docet *Nouell. 41. infr. de successeion. curial.* & A. D. 440. testante inscriptione *Nouell. 42. & 45. infr.* Patricius appellatur an. 445. *Nouell. Valent. 3. de homicid.* Consule etiam IORNANDEM *de regn. successs. in Valentin.* MARCELLIN. COMIT. *ad an. 455.* VICTOR. TVNVNENS. *ad h. a.* Consulatum eius loquuntur Fasti. Prodiit enim Consul an. 433. cum *Theodosio XIV.* & iterum an. 443. cum *Paterio.* Vid. RELAND. in *fast.* & PAGIVS *in Critic. h. a.*

(b) *Substinent.* Scribe, *sustinent.*

(c) *Vti equitatum.* Emenda, *vti & ciuitatum,* quam emendationem ipsa constitutio suadet. Posset & ita quis tentare, *adtenuatis deuotarum viribus ciuitatum.*

(d) *Tributorum necessitate.* Pleræque enim prouinciæ erant in barbarorum manibus. Sedebant hoc tempore in Gallia, Wisi-Gothi, Franci, Burgundiones, in Hispania barbaræ gentes varia regna instituerant, Britanniam lacerabant Picti, Scoti, & Saxones, Africa autem erat in Wandalorum potestate.

(e) *Perpetuitas eorum manere.* Id est, cessabunt vectigalia.

(f) *Imposita sarcina.* SALVIANVS MASSILIENS. qui circa hæc tempora scripsit, *lib. 5. de gubernat. Dei cap. 7. Illud indignius*, inquit, *ac pœnalius, quod omnium onus non omnes sustinent, imo quod pauperculos homines tributa diuitum premunt, & infirmiores ferunt sarcinas fortiorum. Nec alia est causa, quod sustinere non possunt, nisi quia maior est miserorum sarcina, quam facultas.* Consule eundem *lib. 4. cap. 6.*

(g) *Validiore rei cedente.* Bene emendat Cuiacius, *recedente.*

(h) Sa-

(h) *Sacrarum necessitudinum mearum.* Sacræ necessitudines sunt *Placidia* Augusta mater, *Eudoxia*, conjux Valentiniani, & *Honoria* soror, quæ hoc tempore, quod cum Attila Hunnorum Rege conspirauerat aduersus Rempublicam, Constantinopoli, quasi in exilio, viuebat. *Necessitudines* sunt personæ sanguine & propinquitate iunctæ. Theodosius M. *l. 2. de testament. Quæ codicillis nobis necessitudinibusue nostris relinquuntur*, vbi intelliguntur & vxor *Flaccilla*, & liberi. Vide SYMMACH. *lib. 2. ep. 23.* & *32.* & BRISSON. *de V. S.*

(i) *Pignorum meorum.* Pignora sunt liberi, parentes, propinqui. QVINTILIAN. *lib. 6. c. 1.* Paullo ante *necessitudines* appellantur.

(k) *Aurariis vel superindictitiis titulis.* Hæc verba docent, eos, qui prædia, retento sibi vsufructu, obtulerant principis domui, siue rei priuatæ addixerant, & aurum, quod pendebant prædia, & id quod ex superindictitiis titulis, siue tributis extra ordinem indictis, proueniebat, ususfructus nomine sibi seruare potuisse, ad similitudinem prædiorum, quæ ad rem priuatam pertinebant. Principis enim patrimonium neque canonicos, neque superindictitios titulos agnoscebat, *l. 36. de annon. & tribut.* Facillime autem principes prædiis, quæ retento vsufructu patrimonio eorum addicebantur, præceptis sacris, eadem conferebant priuilegia, quibus gaudebat res priuata, quo & ad offerenda prædia plures allicerent, & patrimonium augere possent. Sed iam vrgente publica necessitate, *cui etiam reditus ex patrimonio principum prouenientes frequentissime erant deputandi*, vt inquit Valentinianus III. noster, laudata *leg. 36. de annon.* possessores ex aurariis & superindictitiis titulis sibi nihil vindicare possunt.

(l) *Census.* Hæc vox retrahenda est ad illa infra, *diuersam sibi.* Sensus hic est, *quicunque illustrium dignitatum, siue ecclesiasticus, vel in vrbe sanctissima, vel in quibuslibet prouinciis, ad exemplum domus nostræ, census diuersam sibi ab aliis, ipsius census* &c. Consule de immunitate illustrium personarum & venerabilis ecclesiæ, *l. 22. 23. de extraordinar.*

(m) *Sustineant.* Emenda, *abstineat.*

(n) *Arcalibus tantum titulis.* Arcales tituli, sunt præstationes annonariæ, arcæ Præfecti Prætorio inferendæ. Confer *Commentar. ad leg. 14. de susceptorib.* Paullo post, per *ærarium sacrum* & *priuatum*, indigitantur Largitiones sacræ & priuatæ.

(o) *Vetustas, ita demum.* Interpungendum legendumque est, *vetustas. Vt demum* &c. *porrigamus: nunc iam non dissimile* &c.

(p) *Certante studio.* L. 4. de itiner. muniend. *Propter immensas vastitates viarum, certatim studia cunctorum ad reparationem publici aggeris volumus festinare.* L. II. de exactionib. *Certantibus studiis deuotionis exsoluant.* Cæterum de viarum reparatione videndus *titulus de itiner. muniend. 3. lib. 15.*

(q) *Opulentia Seculi.* Rescribendum est, *redundantes opulentia Seculi:* Sensus hic est, *Hac priuilegia, Superioris ætatis principes, & liberalitas Diuorum parentum, redundantes opulentia seculi*, id est, gaudentes locupletibus & pecuniosis subditis, *illustribus titulis conferebant.*

(r) *Idoneorum.* Idoneus proprie de eo, qui est facultatibus idoneus. Consule *Glossar.*

(s) *Inuentum contra rationem nomen.* Sordida munera seu sordidæ functiones esse censebantur olim, paraveredorum & parangariarum præbitio, calcis excoctio, functiones capitularia & temonaria, siue capitum aut tironum exigendorum onus, & collatio exactioque auri tironici, materiæ, ligni, conuectio, publicarum vel sacrarum ædium construendarum cura, viarum pontiumque restauratio, panis excoctio, pollinis conficiendi cura, sumptus legatis allectisque præbendi, carbonum, ad armorum fabricationem, præstatio. Vide *leg. 15. & 18. de extraordinar. siue sordid. muner.* Cum vero sine his nihil in Republica possit bene recteque geri, Valentinianus hoc loco pronuntiat, his functionibus *nomen munerum sordidorum contra rationem* esse impositum. Idem censuit de viis stratisque muniendis, ac pontibus construendis, Theodosius Iun. *l. 6. de itiner. muniend. Absit*, inquit, *vt nos instructionem viæ publicæ, & pontium stratarumque, operam titulis magnorum principum dedicatam, inter sordida munera numeremus.*

(t) *Militarium virorum.* Ridicula lectio. Scribe, *militarium viarum.* De his viis adi HENNINIVM *ad Bergier. de viis lib. III. 51.* §. 2. & *Commentar. ad l. 3. de curs. publ.* Illustrabit autem hunc locum *lex 10. de extraordinar.*

(v) *Armorum Fabrica.* Vide *Paratitl. de fabricens.* & *Commentar. ad leg. 2. d. t.* Lex 15. de extraordinar. s. sordid. *Carbonis quoque præbitio, quem fabricatio poscit armorum.* Lex 18. eius tit. *Carbonis inlatio, quem antiquo more necessaria fabricatio poscit armorum.* Huc pertinet *ferraria præstatio*, de qua *d. l. 2.* ferri enim materiam ad armorum fabricationem nonnulli prouinciales conferebant.

(x) *Diuersæ militiæ collegia.* Intellige Comites & Tribunos Scholarum, Decuriones, Silentiarios. Vid. *leg. 15. & 18. de extraordinar.*

(y) *Obtentum est.* Nisi hic quid deest, legendum *obtenta sunt.*

(z) *Cogatur in quarta parte. Quo quisque.* Bene emendat CVIACIVS, *Cogatur. In qua parte, quo quisque*, &c.

(a) *Vbi sup.* Id est, *Supposita*, siue Proposita, ὑποτεθειμένα, vt est in *Glossar. Philox.*

(b) *Post Conf. Valent. A. V. & Anatolio Coss.* MS. Ottobon. *P. C. Valent. Aug. & Anatolio V. C. cons.* lege, *Valentiniani A. V. & Anatolii.* Hoc anno Cyrus in Oriente sine collega Consulatum gessit, qui eo tempore, quo hæc lex data, Rauennæ nondum innotuit.

De pecunia Afris credita & de fideiussoribus eorum.
Tit. XXII.

1. Impp. Theodosius & VALENTINIANVS AA. Albino II. PF. P. (a)

Si adflictis Afrorum fortunis, qui omnes facultates suas super acerbissima supplicia (b) amittere sunt coacti, decet miserationem publicam quocunque potest humanitatis genere

genere, vel singulis vel in commune consulere, quanto dignius est infortunia eorum contra molestias improbas creditorum, clementiæ nostræ remediis subleuari? Quos enim constat pericula famis aliter non posse depellere, nisi ope aliena auxilioque recreentur, quam magnæ acerbitatis putandum est, hos ipsos inopes omnium rerum, & precario victu egentes, compelli ad iniuriam restituere ea, quæ inprouiso cladis impetu vis maior abstraxit, vbique (c) inter omnium spolia vindicabit? (d) Et certe solet etiam salua re, prodesse debitoribus, si quid his calamitatis acciderit. Hic vero vbi omnium fortunarum diluuium, vbi etiam, quod per ignorantiam dominorum latere potuit, intolerabilis inquisitionum cruciatus extorsit, quisquam dubitare poterit, quin inhumanitatem superet hostilem, si quis quod integris & florentibus dederat, nunc ab spoliatis, egentibus & extorribus patriæ, (e) recuperare conetur, nec eos vereatur exigere, quos erubescendum est non iuuare? Albine P. K. AA. Ob hoc inlustris & præcelsa magnificentia tua, pragmatici nostri secuta præceptum, sciat miseriarum circa Afros intuitu, clementiam nostram statuisse, vt nulli, nomine cyrograforum creditæ pecuniæ, siue fideiussorum, vsque ad recuperationem rerum suarum, quolibet pulsante teneantur: pro quibus neque fideiussores, neque mandatores eorum, quolibet genere obligatos inquietari volumus, qui plerumque a creditoribus nomine debitorum conueniri pro arbitrii sui interpretatione consuerunt. Quæ forma circa eos debitores seruabitur, quos cum patria, omnia sua amisisse constiterit, hoc est, exceptis, qui alibi locupletes atque idonei, non debent vti excusatione miserorum. De his quoque, quæ intra prouinciam (f) gesta sunt, in qua liberum modo non est, sub quolibet causarum vel litium titulo, solitum ius a quoquam conuentionis exigere, amissis aut relictis ibidem necessariis instructionibus, nemo pulsabitur, nisi forte alia euidenter adprobatione doceatur. Quod obseruari volumus, sicut dictum est, vsque ad illud tempus, quo qualibet ratione atque euentu patriæ vel propriorum recuperatio optata contigerit. Illud etiam pari iustitiæ ratione seruandum est, ne creditæ pecuniæ, cuiuslibet temporis, a personis quarum supra infortunia expressa sunt, vsuræ penitus postulentur, cum abundare debeat creditoribus, si postremum integrationem (g) ad sortem potuerint peruenire. Quæ vt inuiolata seruentur, multa decem librarum auri dispendio ferietur quisquis contra statuta nominis nostri, quæ circa Afros moti ærumnis protulimus, venire temptauerit. Quam rem & his ipsis rationabilem videri posse credimus, æquitatis (h) tramitem, stimulis cupiditatis animum deprauantibus, vel nolunt tenere vel nesciunt. Data XIIII. Kal. Nouemb. (i) Maximo II. & Paterio V. C. COSS. (443.)

(a) *Albino II. P F. P.* Est hic *Cæcina Decius Aginatius Albinus PV.* sub Honorio A. D. 414. vt patet ex *l. vlt. de nauicular.* & ex GRVTERO, aliisque locis, quæ vide in *Prosopographia Cod. Theodos.* Ex RVTILII NVMANT. *Itinerar. lib. I. v. 466.* seq. patet, eum adhuc iuuenem Præfecturæ vrbanæ honore fuisse ornatum. Ita enim de eo Poëta:

ALBINI *patuit proxima villa mei.*
Namque meus, quem Roma meo subiunxit honori
Per quem iura mea continuata toga,
Non expectatos pensauit laudibus annos
Vita flore puer, sed grauitate senex.

Docent præterea versus, successisse eum Rutilio in Præfectura. Fuit deinde PP. sub Valentiniano III. A. D. 426. *l. 7. de legitim. hereditat.* Cum an. 439. Dux Valentiniani *Litorius*, qui secundum ab *Aetio* tenebat locum, prope Tolosam cum Theodorico Visi-Gothorum Rege imprudenter temereque manus conseruisset, & magna accepta clade ipse in captiuitatem fuisset abductus, eamque ob causam pacem Romani cum Gothis sancire necessariam coacti fuissent, *Albinus* a Valentiniano in Galliam missus est, ad res eius prouinciæ, vti coniicimus, ordinandas. Sed *Aetius*, qui rem Gallicam solus pro arbitrio tractare cupiebat, mox cum viro Præfectorio, perniciosa Reipublicæ contentione certare cœpit. Ne vero summorum virorum discordia rem Romanam in discrimen adduceret, Pontifex Romanus *Xystus*, Leonem diaconum, qui post eum accepit Pontificatum, in Galliam ablegauit, vt sua, qua pollebat, auctoritate, viros altercantes, inter se reconciliaret. Huius contentionis mentionem solus fecit PROSPER *in Chron. Valentin. A. V. & Anatol. Coss. A. 440. Defuncto Xysto*, inquit, *Episcopo, XL. amplius diebus Romana ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia, præsentiam Diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum amicitiæ redintegrandæ Galliæ detinebant.* Quam dignitatem eo tempore gesserit *Albinus* noster, non liquet: vehementer enim errat SIGONIVS *de occident. imper. lib. 12. p. 207.* pronuntians, eum fuisse tum Præfectum Prætorio. Satis enim constat, pacem cum Gothis an. 439. opera potissimum *Auiti*, qui post Maximum imperauit, esse factum, huncque Galliæ Præfecturam tunc temporis administrasse. SIDONIVS *Panegyr. in Auit. v. 297.*

Intemerata mihi Præfectus iura regebat.

Et

Et v. 307. . . . *Postquam vndique nullum Præsidium, Ducibusque tuis nil Roma relictum est Fœdus Auite nouas.*

Eodem vero anno 439. *Maximus* Italiæ fuit PP. vt scimus ex *Nouella Valentin. 41. infr. de success. curial.* Noster *Albinus* PP. fuit Italiæ an. 443. iterum, vt *hæc Nouella* docet, quæ de Afris agit; Africa vero ad Præfecturam Italiæ pertinuit. Consulatum gessit anno sequente 444. cum *Theodosio Aug. XVIII.* Vide RELAND. *fast.* & PAGII *Critic. h. a.* quo anno quoque fuit PP. *Nouell. Valent. I. de fructib. inter marit. & vxor.* An. 445. eadem dignitate essplenduit, vt docet *Nouell. 23. infr. de tribut. fiscalib.* Honorem Patriciatus adeptus est an. 446. Inscriptio *Nouell. 4. Valentin. de testament. num. I. Albino PF. P. II. & Patricio*, & Subscriptio ibid. *Antelata edicto Albini iterum PF. P. & Patricii.* Vide etiam *num. 2. eiusd. titul.* & *Nouell. 49. infr. de offic. & numerar. Præfector.* Tandem an. 447. *Albino Viro Illustri PF. P. II. & Patricio* inscripta est *Nouell. Valent. 5. de sepulcr. & Nouell. 6. eiusd. de libertis & success. eor.*

(b) *Super acerbissima supplicia.* De his suppliciis consule VICTORIS VITENS. *lib. I. hist. persecution. Vandal.* & RVINART. *hist persecut. Vandal.*

(c) *Vbique.* Recte emendat CVIACIVS, *sibique.*

(d) *Vindicabit.* Lege, *vindicauit.* Sæpe confunduntur in Codicibus nouellar. *b.* & *u.*

(e) *Patriæ.* Vellem *patria.* Sed temere nil muto, multa enim licent huic Seculo.

(f) *Prouinciam.* Africam intellige. Nouella enim tota ex historia Vandalica, & Genserici furore, lucem capit.

(g) *Postremum integrationem.* Emendat CVIACIVS, post *redintegrationem.*

(h) *Æquitatis tramitem*, scribendum est, *qui æquitatis.*

(i) *Nouemb.* MS. Ottobon. *Nouemb. Rau.* id est, Rauennæ.

De tributis fiscalibus, & de sacro auditorio & de cæteris negotiis. Tit. XXIII.

1. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino PF. P. (a)

Numidarum & Maurorum Sitifensium nuper acta legatio, (b) quam Palladius v. c. Comes & Tribunus, & Maximianus vir laudabilis probabiliter (c) executi sunt, huius legis præceptum de nostra perennitate promeruit. Proinde quia æquum est ægris prouincialibus & publica clade vexatis, humanitatis nostræ beneficiis superueniri, (d) hunc tributi modum ab his magnitudo tua sperandum esse cognoscat, vt retractis septem partibus, octauam tam priuatæ quam emphiteuticæ glebæ possessor agnoscat: Pro qua octaua, omnibus titulis (e) ad vnum redactis, quos possessor vel ciuis (f) quolibet nomine præstare consueuerant, quatuor millia ducentos tantum solidos, & mille ducentas militares annonas, & ducentum capitum (g) Numida prouincialis exsoluat, aut (h) prædia domus diuinæ, quæ a perpetuariis (i) detinentur simili modo octauam partem inferant etiam argentariæ functionis. (k) De colone (l) vero statuimus, vt (m) quinque centisimis due rusi canienses & coluane (n) ciuitatibus tres sacris largitionabilibus (o) inferantur, de salinis, alumine, charactere, (p) herba rubea, lini maceratura & claui vitrei (q) tantum titul. (r) a sacris largitionalibus (s) pro numero hominum & possibilitate poscantur, ob (t) hoc actu vel cura Curialibus penitus remotis, (v) quintam omnibus (x) quae iugis etiam domus pietatis nostræ vel necessitudinum nostrarum recedit superfunditur (y) cunctis possessoribus sit promissa (z) summa quæ ad arcam defendentes impleatur. Quæ omnis exactio per prouinciale procuretur officium a Curialibus submota molestia. Has autem militares annonas, cum prouinciales pro longinqua (a) difficultate itineris in adæratione persoluerint, vnius annonæ adæratio, (b) quatuor per annum solidis æstimetur. Ne vero necessitatis occasione, in expeditione milite (c) constituto, carioris cuiquam vendere liceat pretia necessariarum rerum, sub hoc modo, quo annonam adæramus, iubemus ferri, (d) id est tritici ad singulos solidos Italicos modia (e) quadraginta, & carnes pondus (f) CCLXX. vini sextaria Italicos (g) ducentos. Mauri vero Sitifenses, seruatis omnibus priuilegiis, dudum sibi a retro Principibus indultis, pro omnibus titulis totius annonæ nomine, quinque millia solidorum & quinquaginta capitum in annonis Ducis, consueto tempore annua functione dependant, pro octaua (h) portione soluturi, quod tributum (i) erit, exceptis prædiis diuinæ domus, quæ tamen exemplo Numidiæ prouinciæ conlatura sunt possessiones. (k) Desideriis vero quæ probabiliter insinuata sunt auribus nostris singillatim responsa præstamus, ne cuiquam passim titulos (l) in prædiis

propriis vel alienis, vel pietatis nostræ nomine, vel sacrarum necessitudinum nostrarum, vel cuiuslibet alterius fas sit adfigere. Itaque & si qui (m) post recuperationem prouinciarum impositi (n) reperiantur, ilico a possessore prædii deponantur. eosque hæc pœna teneat, vt si qui suo fundo adposuerit titulos, quinque libras auri fisco nostro cogatur inferre: si alieno, amisso secundum petitionem (o) quæcunque ei competit, decem libras auri, qui fuerit titulos adposuisse conuictus, exsoluat. Interest etiam publicæ commoditatis, ne vexatæ prouinciæ ambitione extraordinaria subruantur. Ad has itaque prouincias præter Ducem vel Consularem & Præsidem (qui vetustatis priuilegio ordinariorum Iudicum (p) nomen obtinent) nec curiosos litorum (q) nec quenquam sub alicuius actionis occasione, illuc dirigi sublimitas tua aspirare (r) patiatur. Ne quis vero de hac ipsa veritate colonorum (s) clericus (t) vel militiæ priuilegio se existimet excusandum, superioris legis, quæ hoc inhibet formam præcipies custodiri. Præterea Constantiniensis (v) ciuitatis plebi vel Curialibus concessa dudum priuilegia debere seruari, ita vt aquam ciuitatibus deputatam ad priuatos vsus non liceat vsurpari. (x) Loca quoque publica si sine legitimo præcepto ab aliquo tenentur, pristino iuri oportere restitui. Aduocatis vero intra Africam manentibus non debere imputari ad annorum numerum (y) tempora incursibus interrupta Barbaricis: quæ tamen cum expleuerint clarissimatus honore potiantur. Illud etiam permoti iustis allegationibus libenter adnuimus, vt quia publico infortunio ad paucos redactus est ordinum numerus, in municipalium confectione gestorum sit firmitas, si apud tres Curiales publico fuerint exceptore præscripta. (t) Cautiones, quæ expensarum nomine viri (a) Octauiano emissæ sunt, cognitis proces nostros (b) causis earum, iusta ratione vacuamus. (c) Quicunque etiam intra prouincias Africanas ad ius nostrum pertinentes, a cuiuslibet Iudicis sententia prouocauerint (quoniam decreti antiquitus cognitoris (d) cessat officium) inlustri vrbis Præfecti (e) examine ex appellatione se nouerint iurgaturos. Sed quia transmarinæ (f) regionis sunt, inducias temporis annum debere præstari. Illud etiam iustitiam petitionis secuti salubriter ordinamus, vt quoniam politaris (g) opera tunc maxime necessaria est, si in limite (h) constituta, Barbarorum discursibus opportune semper occurrat, euagandi ex domini locis (i) licentia denegetur: ne tamen hi quibus in Mediterraneo familia est atque possessio a domiciliis propriis penitus excludantur, per annum huiusmodi limitibus (k) vnius mensis inducias debere concedi. Erit etiam solicitudinis Ducis prouinciæ, ne cuiquam ad occasionem vexandarum prouinciarum armatos habere liceat, nisi forte his, qui sub periculo proprio, laudabili animositate contra hostem manus suas viresque promiserint pro vtilitate communi, quorum animositatem mite regendam (l) esse censuimus, (m) vt quicquid de præda hostium conquisierint sibi habeant, exceptis hominibus, quos se prouinciales docuerint perdidisse. Iudicibus vero administratione perfunctis ante exactos tres menses discedendi de prouincia licentia denegetur: ita vt coram (n) positus bene actæ rei fruatur laudibus, aut certe, si direptionis alicuius docebitur conscius, discessus celeritate se non subtrahat. Albine P. K. AA. Inlustris & præcelsa magnificentia tua ad vtriusque prouinciæ legationem beneficia præsentis legis propositis vulgabit edictis, vt reuelati concessa cognoscant, Iudices statuta custodiant, prohibiti interdicta non ambiant. Emissa. Dat. XI. Kal. Iul. Romæ. Valentiniano A. VI. & Numo (p) V. C. COSS. (445.)

(a) *Albino P F. P.* De Albino vide dicta ad nouellam antecedentem.

(b) *Acta Legatio.* Obserua ad meliorem nouellæ huius intelligentiam, *Gensericum* an. 439. capta Carthagine, sequente anno vastasse Siciliam, ISIDORO teste *in hist. Vandal. p. 226.* & IDATIO *in Chron. ad an. Valentin. XVI.* classemque eodem anno a Theodosio ducibus Ariobinda & Ansila, Valentiniano in auxilium missam, Siciliæ magis oneri, quam præsidio fuisse, nimium cunctantibus ducibus, vt habet PROSPER *in Chron. Cyro Cos. an. 441.* atque Valentinianum, quod Hunni barbaræque aliæ nationes in ditiones imperii orientalis irruperant, omni auxilio destitutum, coactum fuisse cum Gizericho siue Genserico iis conditionibus pacem componere, vt, quas occupauerant in Africa Vandali prouincias, in potestate retinerent, reliquas sibi seruaret Valentinianus. Facta est illa pax *an. D. 442.* vt habet PROSPER *in Chron. Cum Gaiserico autem*, inquit is, *ab Augusto Valentiniano pax est confirmata, & certis spatiis Africa inter vtrumque est diuisa.* Enarrat prouincias Africæ ad Gensericum pertinentes VICTOR VITENS. *lib. I. c. 4. Disponens quoque*, inquit, *singulas prouincias, sibi Byzacenam, Abaritanam atque Getuliam & partem Numidiæ reseruauit; exercitui vero Zeugitanam & proconsularem funiculo hereditatis diuisit; Valentiniano adhuc imperatore reliquas, licet iam exterminatas prouincias defendente.* Exterminatæ hæ, siue, quod innuit auctor, desolatæ prouinciæ, erant, *Numidia* reliqua,

qua, *Mauritania vtraque*, scil. *Cæsariensis* & *Sitifensis*, & veteris Mauritaniæ pars, postea *Tingitana* appellata, quæ ad Hispaniarum diœcesin pertinebat. Consule *Notitiam Africæ*, & *Geographiam Africæ sacram*, *Optato Mileuitano præmissam*, quæ & ex hac nouella nonnihil lucis accipit. Cum itaque hæ prouinciæ, bello Wandalico attritæ, &, vt Valentinianus ait, *publica clade vexatæ*, tributa fiscalia pendere non possent, Numidæ Maurique Sitifenses legatos miserunt ad Valentinianum, petituri oneris leuamentum. Annuit eorum precibus Valentinianus, hac constitutione, quam, cum *Vicennalia* celebraret imperii Augustei, festiuitatemque hanc, insigni in subditos beneficio collato, magis illustrem reddere vellet, publicauit.

(c) *Vir laudabilis probabiliter* MS. Ottobon. *vel sacerdotales probabiliter*. *Probabiliter*, significat, quod quis probet. SYMMACHVS *lib. 2. ep. 84. Recte & probabiliter iudicasti.*

(d) *Superueniri*. Eleganter MS. Ottobon. *subuenire*. Ita etiam habuerunt libri Rittershusii, sed vitio operarum editum est: *subueneri*.

(e) *Omnibus titulis*. Id est, quibuscunque præstationibus. Consule *Glossar. Theodos.*

(f) *Vel ciuis*. GVTHERIVS *de Off. dom. aug. lib. 3. c. 17.* male emendat *quiuis*. Possessor & ciuis opponuntur hoc loco, intelligitque Valentinianus tributa, quæ & possessiones fundique, & ciuitates, pendere consueuerant.

(g) *Capitum*. Vide *Glossar. Theodos.* & BRISSON. *de V. S.*

(h) *Aut prædia*. Optime MS. Ottobon. *ita vt prædia*.

(i) *Perpetuarii*. Perpetuarii sunt emphyteuticarii, prædia domus diuinæ iure perpetuo possidentes, vt dicitur *l. 12. de extraordinar.* & distinguuntur a conductoribus patrimonii. Consule *Paratitlon de locat. fundor. patrimonial.*

(k) *Argentariæ functionis*. De argentaria functione in Africam habes *legem 32. de annona & tribut.* Consule etiam *Paratitl. eius tit.*

(l) *De colone*. Hæc verba, & quæ sequuntur, adeo sunt deprauata, vt commodum fere sensum nullum admittant. Dabo primo variantes lectiones, deinde vero de restituenda periodo ero sollicitus. Rittershusius hic edidit, *de colore*. MS. Ottobon. habet, *de Thealoneo*.

(m) *Vt*. MS. Ottobon. *ex*.

(n) *Due rusi canienses & coluane*. MS. Ottobon. *duæ Ruficaniensi & collectaneæ*.

(o) *Largitionalibus*. MS. Ottobon. *Largitionibus*, recte. De quo mox.

(p) *Charactere*. Vellem *carraria*. *Caracter* enim nihil est.

(q) *Claui vitrei*. MS. Ottob. *claui vetrei*.

(r) *Titul.* MS. Ottobon. *tituli*.

(s) *Largitionalibus*. Hoc bene se habet: male MS. Ottobon. *largitionibus*.

(t) *Ob*. Recte MS. Ottob. *ab*.

(v) *Remotis*. Hic finit periodus, quam, quoad potero, integritati restituam. GVTHERIVS iam olim, *lib. 3. de Off. dom. aug. c. 17.* locum corruptissimum ita sanare conatus est: *De coloniis vero statuimus, vt quinque centesimis, duas Ruficadenses, & Culluanæ ciuitates tres, sacris Largitionalibus inferant, de salinis, alumine, charactere, herba rubea, lini maceratura, & claui vitrei tantum tituli a sacris largitionalibus, pro numero hominum & possibilitate poscantur.* Sed cum illa de coloniis, charactere, vitreo clauo, non tantum magis sint inuoluta obscuritati, sed & tota periodus, licet ita restituta, difficillime possit intelligi, visum mihi est, ita legenda esse verba: *De teloneo vero statuimus, vt ex quinque centesimis duæ Ruficadensi, & Culluanæ ciuitatibus, tres sacris largitionibus inferantur: de salinis, alumine, carraria, herba rubia, lini maceratura, clauis citreis, tantum tituli a sacris largitionalibus pro numero hominum & possibilitate poscantur, ab hoc actu vel cura curialibus penitus remotis.* Lego *de teloneo*, auctoritate MS. Ottob. in quo *thealoneo*. Telonium frequentissime in MS. *thelonium*. Apud CASSIODORVM *Var. V. 39. telonii canon*, in libris antiquis dicitur, *canon tholonei*. In Codicibus Capitular. Reg. Franc. *lib. 2. c. 19. lib. 3. cap. 12. tholoneum*, & inde dignitas *Tolonearii*, qui apud Francorum Reges præerat portitoribus omnibus, ab iisque recipiebat portoria. Vide DV FRESNE *in Glossar. Telonarii* occurrunt *l. 3. de indulgent. debitor.* quorum inprimis vsus fuit in portubus. MOSCHOPVLVS, Τελώνης οἱοί εἰσιν οἱ τὰ τῆς θαλάττης καὶ τὰ τοῦ αὐτιναύλου διενεργοῦντες νῦν. *Telonium* itaque proprie est pecunia, pro mercibus exportandis importandisque, in portubus numeranda. Sunt autem *Rusicade* & *Cullu* siue *Chullu*, Numidiæ portus, vt patet ex situ; de quo mox. *Quinque centesimas* pro mercibus in his portubus fuisse datas, hæc nouella docet. Cum vero ciuitates hæ maritimæ ob cladem barbaricam multum essent passæ detrimenti, Valentinianus assignat iis duas telonei centesimas, tres reliquas sacris seruat largitionibus. Recte hic me emendasse, puto ope MS. *ex quinque centesimis*. Nunc de *Rusicadensi* & *Culluanæ* ciuitatibus. Optime emendauit ita GVTHERIVS, quod non vidit LEONHARDVS ADAMI *Volsiniensis*, qui ex Codice Ottoboniano Nouellas has auctiores & emendatiores editurum se promisit. Sed consilia mors turbauit. Is in specimine ad CLEMENTEM XI. *Pontificem Max.* edito, ad lectionem Ottobon. Codicis, quam *nota n.* adduximus, notat legendum esse, *duæ Rusicadiensi & Collatanæ ciuitatibus*. Verum multo rectius legit Gutherius, *Culluanæ*. *Cullu* est municipium Numidiæ maritimum prope *Tuccam* ciuitatem, ad ostia fluminis *Ampsagas*. Antonin. Itiner. *pag. 19. Edit. Wesseling. Chulli M. P. LX. Rusiccade. M. P. L.* PLINIVS *hist. nat. lib. 5. c. 3.* de Numidia, *Oppida Cullu, Rusicade*. SOLINVS *Polyhist. cap. 26.* de eadem Prouincia. *Vrbes in ea quam plurimæ nobilesque, sed Cirta eminet, dein Chulli purpurario fuco Tyriis velleribus comparata.* Vide ibi SALMASIVM. *Rusicade* est colonia Numidiæ, ad mare sita. Eius mentio in *collat. Carthagin. d. I. c. 198.* apud PLINIVM, *Anton. Itiner. l. c.* Erat olim portus ciuitatis Constantinæ, siue Cirtensis, quæ infra memoratur. Vide etiam MELAM *lib. I. cap. 7. Tabulam Peutingerianam, & Geographiam sacram* Afric. Optato præmissam *pag. 36.* Hodie dicitur *Succaicade*. Porro legendum est, *sacris largitionibus*, vt est in MS. Ottobon. non *largitionalibus*. *Sacræ largitiones* sunt principis ærarium, *largitionales*, officiales Comitis S. L. De *salinis* in Africa PLINIVS disserit *hist. natural. lib. 31. c. 7.* De *alumine* per Africam idem auctor testis *lib. 35. c. 15.* De *charactere* omnia sunt obscura. GVTHERIVS laudatus, sibi persuasit, *characterem* esse signum, quod in Gallia plumbeum pannis laneis vel sericis imponatur, cuiusque præstatio dicatur, *droict de seau.* Sed eiusmodi characterem olim fuisse impositum pannis, nemo veterum tradidit. Ego malui hic *carraria* legere. Obseruo enim apud SOLINVM *c. 26.* in Numidia marmor eximium prouenisse; *eximio etiam*, inquit, *marmore prædicatur.*

tur. Ex Numidico marmore limina in domibus Romæ posita, PLINIVS *lib.36.c.6.* Vide eundem *lib.5.cap.3.* ISIDORVS *Origin. lib. 16.c.5. Numidicum marmor Numidia mittit, non crustis, sed in massis & liminum vsu aptum.* In Africa vero lapidicinas *carrarias* dictas esse, scimus ex AVGVSTINO *sermon. 2. de vit. & morib. clericor.* Consule DV FRESNE *Glossar.* Ob marmora autem cæsa decimæ vectigal fisco, & si exportarentur, portorium, soluebatur. Vide *Paratitlon de metallis metallar.* Si cui coniectura displicet, is meliora doceat. *Herba rubia* scribendum est ex PLINII auctoritate. Is *lib. 19.c.3. In primis*, inquit, *rubia, tingendis lanis & coriis necessaria.* De *lini maceratura*, adi eundem *lib.19.c.1.* Titulus siue functio *claui vitrei* maxime torsit GVTHERIVM. Credidit is, intelligi hoc loco per *clauos*, bullas, quæ in templorum valuis aureæ, in ædium autem, vitreæ fuerint. Bullarum in ornamentis valuarum, mentio apud CICERONEM *Verrin.4.c.56.* verum eas clauos dictos, præter GVTHERIVM, quantum quidem scio, nemo tradidit. Neque hic locum habere possunt vestium ornamenta. Ego scribendum censeo, *clauis citreis.* *Citrus* est Mauritaniæ arbor, ex cuius ligno mensas incredibilis pretii fabricatas esse nouimus. *Citreas mensas* dixit antiquitas. PLINIVS *hist. natural. lib.13.c.15. Confines Mauri, quibus plurima arbor citri, & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas regerunt.* Consule *Epigramma 89.* MARTIALIS *lib.14.* in *mensam citream*, & quæ ibi notarunt viri docti. Earum etiam in iure mentio, vide CVIACIVM *Obseruat. II. 5.* eique iunge SALMASIVM *in Plin. exercitat. pag. 951. 952.* Hinc titulus *claua citrea*, siue *ligni citrei functio*, quam Mauritaniæ incolæ præstabant ad ornamenta aulæ principalis. *Claua* fustis est, sine ramus ex vtraque parte decisus, & *citrea claua*, lignum citri arboris ita decisum, vt commode nauibus, aut carris plaustrisque imponi possit.

(x) *Quintam omnibus.* Hæc vsque ad illa, *impleatur*, adeo sunt deprauata, vt sensu plane careant. Videtur nonnihil incuria scribarum excidisse. Sed oleum operamque perderem, si iis inhærerem. In MS. Ottobon. legitur: *quinta etiam, qua in priuilegiis domus nostra vel necessitudinum.*

(y) *Superfunditur.* MS. Ottobon. *superfundatur.*

(z) *Sit promissa*, &c. MS. Ottobon. *Sit promissa summa, qua ad arcam defundenda est, impleatur.*

(a) *Longinqua.* MS. Ottobon. *longinqui.*

(b) *Aderatio.* De *aderatione*, consule *Glossar.*

(c) *Milite.* MS. Ottobon. *militi.*

(d) *Ferri.* Cuiacius emendabat, *farris.* Sed optime legitur in MS. Ottobon. *inferri.*

(e) *Modia.* MS. Ottobon. *modios.*

(f) *Carnes pondus.* Bene MS. Ottobon. *carnis pondo.*

(g) *Sextaria Italicos ducentos.* MS. Ottobon. *sextarius ducentos.* Scribe *Sextarios.*

(h) *Octaua.* De hac octaua portione vide nouellæ initium.

(i) *Tributum.* Tributum pro *attributum.*

(k) *Possessiones.* MS. Ottobon. *pensiones*, optime. Respicitur enim ad prædia domus diuinæ in Numidia, de quibus supra, *prædia domus diuinæ, qua a perpetuariis detinentur, octauam partem inferant argentariæ functionis.* Igitur hic legendum est, *conlatura sunt pensiones.*

(l) *Titulos.* Consule hic *titul. 14. lib. 2. De his qui potentiorum nomina in lite pratendunt, aut titulos prædiis adfigunt*, & nota, moris fuisse olim, vt priuati, quo testarentur se dominos esse prædiorum, titulum fundis suis, sed suum & proprium, adponerent, quod docent infinita loca. Atque hoc licuit semper, neque hac lege est vetitum. Sed ii, qui iniustam possessionem fraude quadam retinere cupiebant, aut terrorem aduersario sua repetenti, erant incussuri, & principis, & potentiorum adfigere solebant titulos, quod vt aliis legibus, ita & hac denuo a Valentiniano est prohibitum.

(m) *Itaque & si qui.* MS. Ottobon. *Ita, vt & si qui.*

(n) *Impositi.* MS. Ottobon. *impositi sint.*

(o) *Amisso secundum petitionem.* MS. Ottobon. *amissa negotii repetitione.* Forte, *amissa fundi petitione.* L. un. de his qui potentior. nomin. *Eius possessionis aut caussa, quam sub hac fraude aut retinere, aut euitare tentauerit, amissione multetur.* Sed & ex eadem lege defendi potest lectio MS. Ott. ibi: *nec repetendæ actionis, etiamsi ei vel probabilis negotii merita suffragentur, habeat facultatem.*

(p) *Ordinariorum Iudicum.* Nota locum hunc, qui multis legibus lucem affundit. AMMIANVS *lib. 21. cap. 16.* ordinarias potestates vocat, & castrensibus opponit, *Cuncta*, inquit, *castrenses & ordinariæ potestates, vt honorum omnium apicem, prisca reuerentiæ more Praefectos semper suspexere Pratorio.*

(q) *Curiosos litorum.* De curiosis est *tit. 29. lib. 6.* Mittebantur hi ex *Memorialibus*, aut *Agentibus in rebus* in prouincias, vt omnia, quæ geri in Republica viderent, ad principis deferrent notitiam. Sed erat hoc hominum genus, concussionibus fere infame. Ideo Honorius *an. 414.* *Curiosos* ab Africa remouit, *l. 11. de curios.* & *an. 415.* e Dalmatiæ litoribus, cum enormia sibi vindicassent ibi commoda. Vide *l. vlt. de curios.*

(r) *Aspirare.* Abundat hæc vox.

(s) *Veritate colonorum.* Deprauatus hic locus est, nec sanari facile poterit, cum lex illa, cuius paullo post mentio fit, nobis fit incognita.

(t) *Clericus.* Legendum *clericatus.*

(v) *Constantiniensis.* *Cirta* Numidiæ, cuius ciuitatis frequens mentio apud antiquos, (vide *Commentarium ad leg. 29. de decurion.*) in honorem Constantini M. *Constantina* dicta est, vt tradit AVR. VICTOR *cap. 40.* hinc in inscriptione *d. l. 29.* legimus, *Ordini ciuitatis Constantinæ Cirtensium.* Male ibi editum *Circensium*, vt & in *Africa Notitia*, quam CL. RVINART vulgauit in *histor. persecut. Vandal. p. 56.* Arabes *Cosantinam* appellant, eiusque figuram hodiernam CL. CVPERVS *ad Lactant. de mortib. persecutor. c. 44.* dedit. Adi CL. WESSELINGIVM *ad Anton. Itiner. p. 28.*

(x) *Vsurpari.* MS. Ottobon. *vsurpare.*

(y) *Numerum.* De hoc annorum numero vide infr. *Nouell. 34. de postuland.* & CVIACIVM *Obseruat. XVI. 22.*

(z) *Prascripta.* Recte MS. Ottobon. *perscripta.* Huc pertinet *l. 151. de decurion.* vbi & de *Exceptore*, & *gestis municipalibus* conficiendis, dictum.

(a) *Viri.* Male ita omnes editi habent. Sed emendandum ex MS. Ottob. *V. C. Octauiano.*

(b) *Proces nostros.* MS. Ottobon. *cognitis per proceres nostros causis.* Municipum *proceres*, vocat AVSONIVS *in Mosell. v. 402.* vrbium principales. *Proceres* etiam dicuntur qui inter Senatores sunt maxime illustres, vid. *l. 12. de Pratorib.* & *Proceres* tandem, qui inter illustres ingrediuntur Principis consistorium, quod docet CASSIODORVS *Var. VI. 12.* Igitur hoc loco intelligendi sunt Comites Consistoriani.

(c) *Vacuamus.* Vacuare, est irritum reddere. Vid. *Glossar.*

(d) *De-*

(d) *Decreti antiquitus Cognitoris.* Cognitor hic est Iudex. *Decretus antiquitus cognitor* Africæ Proconsul. Is enim inde a Constantini M. temporibus sacra vice iudicauit, atque ad eum ab ordinariorum per Africam Iudicum sententiis prouocatum esse nouimus ex *l. 3. de appellat.* Cum vero hoc tempore Proconsularis prouincia, cum ipsa metropoli, esset in Wandalorum potestate, non potuit non *cessare Proconsulis*, siue, vt Valentinianus ait, *Cognitoris* olim *decreti*, *officium*.

(e) *Inlustri Vrbis Præfecti.* MS. Ottobon. *vrbana præfecturæ.* Legendum autem hic per regulam geminationis, *in inlustri.*

(f) *Transmarinæ.* De transmarinis dilationibus, vide *l. 4. de dilationib.* ibique *Commentar.*

(g) *Politaris opera.* Recte emendauit Cviacivs, *militaris*, quam lectionem seruat MS. Ottobon.

(h) *Limite.* MS. Ottobon. *limine.* Melius *limite*, quod docere potest *Notitia Comitis Africæ.*

(i) *Domini locis.* MS. Ottobon. *ex his locis*, quæ lectio sana quidem est, sed plane recedit a vestigiis lectionis nostræ. Ego mallem hic rescribere, *limitaneis locis*, ex auctoritate citatæ modo *Notitiæ Afric.* Forte & non male reponeret quis, *domicilii locis.* Fuerunt enim sub Africæ Comite *Præpositi limitum*, quorum sedecim numerantur in Notitia, singulisque assignatæ certæ vrbes, seu *domicilia*, in quibus excubabant. Hæc *domicilia*, videntur opposita esse *domiciliis propriis*, de quibus paullo post.

(k) *Limitibus.* Optime in MS. Ottobon. *militibus.*

(l) *Mite regendam.* Bene emendauit Cviacivs, *ita augendam.*

(m) *Censuimus.* MS. Ottobon. *censemus.*

(n) *Ita vt coram.* MS. Ottobon. *ita vt aut coram*, quæ vera est lectio, vt sequentia docent. De trimestri spatio, per quod Iudicibus, post administrationem depositam, in prouincia fuit morandum, consule *Commentar. ad leg. 3. ad leg. Iul. repetundar.*

(o) *Emissa. Dat.* Illud *Dat.* a sciolo librario additum puto. Scribendum tantum, *Emissa XI. Kal.* vt docent *leges*, *9. de agent. 11. de diuers. off. 30. & 50. de appellat.*

(p) *Numo.* MS. Ottobon. *Nomo*, quomodo & Fasti græci habent. De eo alibi. Consule Pagivm & Relandvm.

De Episcoporum ordinatione. (a) *Tit. XXIIII.*

1. Impp. Theod. & Valentinianus AA. Actio vir. Inlust. Comiti (b) & Magist. vtriusque militiæ, & Patritio.

Certum est & nobis & imperio nostro vnicum esse præsidium in supernæ diuinitatis fauore, ad quem promerendum præcipuè Christiana fides & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis Apostolicæ Primatum, sancti Petri meritum, qui Princeps est Episcopalis coronæ, (c) & Romanæ dignitas ciuitatis, sacræ etiam synodi (d) firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius inlicitum præsumptio adtemptare nitatur: tunc enim demum Ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas. Hæc cum hactenus inuiolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis, (e) sicut venerabilis viri Leonis Romani Papæ (f) fideli relatione comperimus, contumaci ausu inlicita quædam præsumenda temptauit, & ideo transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus inuasit, quod recens maxime testatur exemplum. (g) Hilarius enim, qui Episcopus Arelatensis vocatur, Ecclesiæ Romanæ vrbis inconsulto Pontifice, indebitas sibi ordinationes Episcoporum sola temeritate vsurpans inuasit. Nam alios incompetenter remouet, (h) indecenter alios inuitis & repugnantibus ciuibus ordinauit (i). Qui quidem, quoniam non facile ab his, qui non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam, & claustra murorum in hostilem morem vel obsidione cingebat, vel aggressione reserabat, & ad sedem quietis, pacem prædicaturus, per bella ducebat. His talibus & contra imperii maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicæ sedis admissis, per ordinem religiosi viri, vrbis Papæ, cognitione discussis, (k) certa in eum, ex his quos male ordinauerat lata sententia est. (l) Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti pontificis auctoritati in Ecclesiis non liceret? Sed nostram quoque præceptionem hæc ratio prouocauit, nec vlterius vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari (m) sola mansueti præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri, Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Antistitis liceat obuiare. Ausibus enim talibus fides & reuerentia nostri violatur imperii. Nec hoc solum quod est maximi criminis, submouemus: Verum ne leuis saltim inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum prouinciarum contra consuetudinem veterem (n) liceat sine viri venerabilis Papæ vrbis æternæ auctoritate temptare. Sed illis, omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ sedis auctoritas, ita vt quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse co-

gatur, per omnia seruatis, quæ diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt. Æti P. K. A. (o) Vnde inlustris & præclara magnificentia tua præsentis edictalis legis auctoritate faciet, quæ sunt superius statuta, seruari, decem librarum auri multa protinus exigenda ab vnoquoque Iudice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. Et manu diuina, Diuinitas te seruet per multos annos Parens Karissime. Dat. VIII. Id. Iun. (p) Romæ Valentiniano A. VI. (q) CONS. (445)

(a) Præmittenda hic sunt quædam de ciuitate Arelatensi, eiusque dignitate ciuili atque ecclesiastica, itemque de contentione *Hilarii Arelatensis* Episcopi, quam habuit cum *Leone* Pontifice Romano, cum huius contentionis caussa hæc Nouella a Valentiniano III. emissa sit, neque intelligi possit, nisi in subsidium aduocata historia. *Arelatem* autem AVSONIVS *de clar. vrb.* vocat *Gallulam Romam*, quod esset & celeberrimum & opportunum totius Galliæ eo tempore emporium. Vide SCALIGERVM *lect. Auson. lib. 1. c. 24.* Eius ciuitatis antistes litem habuit cum *Viennensi* de Primatu. Atque, si verum dicendum, *Vienna* sine dubio fuit olim Metropolis, a qua & prouinciæ Viennensi nomen. Vid. FESTVS *in breuiario*, quod Valenti Aug. dedicauit post an. 369. At enim vero, cum id certissimum sit, matres ecclesiarum, siue eas ecclesias, quæ omnium primæ, per Prouinciam quandam circumtulerunt christianam religionem, propagaruntque fidem, singulari apud ecclesias, quarum ipsæ fundamenta prima iecerant, exsplenduisse auctoritate, & ius quoddam in eas accepisse metropolitanum, non potuit non aliquando contingere, vt metropolis in prouincia alia esset ciuilis, alia vero ecclesiastica. Neque enim semper in Metropolibus prouinciarum, primam fixit sedem christiana religio, quod bene illi norunt, qui primitiuæ ecclesiæ fata sibi cognita reddiderunt. Ipsum Concilium Nicænum, ea, quæ iam proposui, agnoscit, neque ius tantum in prouinciæ ecclesias metropolibus tribuit, sed simul definit, *antiquum* etiam esse *morem* obseruandum, & cunctis ecclesiis illibata relinquenda sua priuilegia. Adi *canonem VI.* & *VII. pag. 326. Tom. I. Concil. Harduin.* & *Canonem* Concil. Nicæn. *Arabicum VIII, pag. 479.* in cuius fine hæc legimus, *In aliis vero regionibus antiquus seruetur mos ecclesiæ, nimirum quod in præterito constitutum, & seruatum est.* Eam etiam ob caussam Arelatensis ecclesia prærogatiuam sibi vindicabat, cum esset omnium prima in Galliis, cuius a S. Trophimo primo ecclesiæ seculo iacta fundamenta, & e cuius fonte vniuersæ Galliæ fidei riuulos acceperint. Propterea quoque Pontifex Romanus Zosimus in Epistola, quam anno D. 417. ad Episcopos per Gallias & Septem Prouincias dedit, Narbonensem primam & secundam prouincias, Episcopo Arelatensi subdidit: *Quoniam,* inquit, *metropolitanæ Arelatensium vrbi vetus priuilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus Antistes, ex cuius fonte tota Galliæ fidei riuulos acceperunt, directus est.* Vide Epistolam apud BARONIVM *ad an. cit. 417.* Cum vero post Constantini M. tempora, in libertatem sese vindicarent ecclesiæ, essetque *canone IX. Antiocheno* A. D. 341. expressum, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, *propter quod ad metropolim omnes vndique, qui negotia videntur habere, concurrant. Vnde placuit, cum* (Episcopum metropolitanum) *& honore precellere, & nihil amplius præter eum cæteros episcopos agere,* Metropoles omnes de asserenda sibi ecclesiastica potestate fuerunt solliciti. Hinc illa contentio inter *Arelatensem* & *Viennensem* ecclesias, ob quam Concilium Taurinense an. D. 401. fuit coactum, vbi de iure metropolitico Patres tum congregati *canone II. pag. 958. Tom. I. Concil.* ita statuerunt: *Illud deinde inter Episcopos vrbium Arelatensis & Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, a Sancta Synodo definitum est; vt, qui ex eis approbauerit suam ciuitatem esse metropolim, is totius prouinciæ honorem primatus obtineat: & ipse iuxta canonum præceptum ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conseruandum, hoc consilio vtiliore decretum est, vt si placet memoratarum vrbium episcopis, vnaquæque de his viciniores sibi intra prouinciam vindicet ciuitates, atque eas ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, longius sibi vsurpando, quod est alii propius, inquietet.* Nemo miretur, Patres Taurinenses definire non potuisse, cui ciuitati competat ius metropoliticum, nam vtraque tum erat metropolis, *Arelas*, ecclesiastica, secundum veterem morem, & *Vienna* ciuilis. Ita enim canon hic intelligendus est, errantque vehementer & BLONDELLVS *de Primatu pag. 724.* & QVESNELLVS *in dissertat. Apologet. 5. pro S. Hilario Arelatens. part. 1. c. 5.* quando sibi persuadent, Concilii Taurinensis tempore Arelatem iam fuisse ciuilem Metropolim. Optime confutauit horum opiniones ANT. Pagius *ad an. 401.* Absurdum sane fuisset inquirere in metropolitanam dignitatem Arelatensis ciuitatis, si ea tum metropoleos iure esset gauisa, cum facile omnes videant, id Patres Taurinenses nullo modo ignorare potuisse. Cum vero post Concilium Taurinense *Præfectura Prætorii Galliarum*, vrbi Arelatensi esset attributa, itemque *septem Galliarum Prouinciæ, Viennensis, Aquitanica prima & secunda, Nouempopulana, Narbonensis prima & secunda,* & *prouincia Alpium maritimarum*, a Petronio PP. a Gallia reliqua essent distinctæ, decretumque, vt conuentus harum prouinciarum, siue *Septimaniæ*, singulis annis in metropolitana ciuitate Arelatensi congregarentur, vti apparet ex constitutione Honorii data *an. 418.* ad Agricolam PP. Galliar. quam post Scaligerum *in Lection. Auson. lib. 1. c. 24.* integram e MS. eccles. Arelatens. in lucem protraxit SIRMONDVS *in Notis Sidonianis*, ciuitas Arelatensis non modo facta est metropolis ciuilis, sed & eam ob caussam Arelatensis ecclesia caput altius extulit, iusque sibi asseruit in septem has prouincias. Certe *Hilarius* noster, obseruante BALVZIO *in supplement. lib. 5. de concord. cap. 31.* ad exemplum conuentus ciuilis Arelate celebrandi, celebrauit in vrbe Regiensi an. D. 439. eorum Episcoporum Concilium, qui per septem has prouincias erant sparsi, eique ipse præsedit. Ostendit id Concilii titulus, qui referente HARDVINO *p. 1747. Tom. I. Concil.* in MSS. hic est: *Incipiunt capitula Regensia sub Hilario Arelatensi.* Imo ante Hilarium, cum eiecto *Herote* Arelatensi Episcopo, *Patroclus* factione Constantii Mag. Milit. postea Augusti, esset intrusus in eius locum, ei, in odium Episcoporum prouincialium & metropolitanorum contradicentium eius electioni, datum fuit

fuit ius ordinandi Episcopos in Narbonensi & Viennensi Gallia. Consule hic PROSPERVM *in Chron. ad an. 412. Honorio Aug. IX. & Theodos. V. Coss.* & BARONIVM *in Annal. ad an. 445.* Cum vero id ius vsurparet etiam *Patroclus*, contradixerunt ei non tantum Galliæ Episcopi, sed & *Bonifacius* Pontifex Romanus, *Epistola ad Hilarium Narbonens.* an. D. 422. *Tom. I. Concil. pag. 1240.* ibi: *dicentes Coëpiscopum nostrum Patroclum, in locum decedentis Episcopi, nescio quem, in alia prouincia, prætermisso metropolitano, contra patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter*, &c. & infra: *Cesset huiusmodi, pressa nostra auctoritate præsumptio eorum, qui vltra licitum suæ limitem dignitatis extendunt.* Sed redeo ad *Hilarium*. Is *anno D. 444. Celidonium* Episcopum Vesontinum, dignitate episcopali exuit, hic vero ad *Leonem* Pontificem Romanum prouocauit, ab eoque non modo restitutus, verum ipse *Hilarius* condemnatus est. Contulerat enim sese Romam sponte, ad dicendam causam, sed cum forte Leonis animum a se sentiret alienum, non expectata sententia, ab vrbe recedens rediit Arelatum. Rem ita enarrat S. HONORATVS *Massiliens. in Vit. S. Hilarii apud Surium d. 5. April.* Quod cum *Hilarius* & *Germanus Antissiodorens.* prouinciam visitantes ad aliquam ciuitatem (tacet nomen eius) peruenissent, *flammata ad vtrumque nobilium & mediocrium studia conuolarunt, adstruentes Celidonium internuptam suo adhibuisse consortio, quod apostolicæ sedis auctoritas, & canonum prohibent statuta, simul ingerentes seculi administratione perfunctum capitali quosdam condemnasse sententia. Tanta rei nouitate permoti, testes imperant præparari. Conueniunt ex aliis locis probatissimi sacerdotes: res omni ratione prudentiaque discutitur, accusatio testimoniis confirmatur. Adhibetur vera simplexque definitio: vt, quem scripturarum regulæ remouebant voluntate propria se remouere deberet. Ille vrbem* (Romam) *credidit expetendam, ibique se iniusto rigore adstruit condemnatum. Quod vbi comperit vir beatus* (Hilarius) *quanto studii ardore, quantoque zelo superno fuerit inflammatus, vt non hyemis asperitatem, non Alpium stridores attenderet, vel frigora, non vitreæ glacialis crustæ spicula protinus resoluenda desuper, nec gladii ictui similes expauerit aculeos dependentes*, &c. addit, Leonem Pontificem eo acriter increpito, sedem restituisse Celidonio. *At Hilarius*, pergit Honoratus, *Roma relicta, hyemis rigore sæuiente, quos ratione non flexerat, credidit relinquendos.* Hactenus ille strenuus *Hilarii* defensor, cuius ego tamen causam defendendam suscipere nollem, cum *Celidonius* neque Episcopus Viennensis, neque septem prouinciarum, sed Metropolitanus ipse, prouinciæ maximæ Sequanorum fuerit. Hinc AVCTOR *Vitæ S. Romani Abbatis Iurensis cap. 2.* scribit: *Hilarius venerabilem Celidonium supra dictæ metropolis* (Vesontiensis) *Patriarcham, indebitam sibi per Gallias vindicans monarchiam, a sede episcopali memoratum Celidonium nulla existente ratione deiecerat. Ob quod in audientiam beatissimi Papæ Leonis Romæ male gessisse conuictus, restituto quoque in episcopatu Celidonio, apostolica auctoritate ob vsurpationem inlicitam regulariter est increpatus.* Consule etiam PAGIVM *in Crit. ad an. 445.*

Anno deinde sequente *445.* post discessum *Hilarii* ab vrbe, *Leo* Pontifex *VIII. Id. Ian. ad Episcopos Gallicanos Prouinciæ Viennensis* sequentem scripsit *epistolam*, quæ inter epistol. Leonis 9. est, quamque ex Bibliotheca Floriacensi edidit etiam BARONIVS *ad an. supra citatum.* Et vero adeo memoratu digna, vt absque illa Nouella nostra intelligi non queat, hinc integram dare malui, cum breuis sit, & sententiam aduersus *Hilarium* a *Leone* latam contineat. En eam!

Dilectissimis fratribus per Gallias & Viennensem prouinciam Episcopis constitutis Leo Episcopus.

Quali pertinacia Hilarius Arelatensis Episcopus iudicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Vnde & iustum esse videmus, vt quia Principis Apostolorum magnam in iudiciis moderationem, quam in potestate per Vicarios suos semper exhibet, Arelatensis Episcopus non expectauit, a priuilegio suæ ciuitatis submotus, humili loco discat, quod in magno gratis munere prædecessorum nostrorum concesso tenere noluit. Sitque redintegratum Viennensi Archiepiscopo priuilegium & ius antiquum, quod Apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulit ciuitatem: vt tali seueritate Hilarius coërcitus, discat non temere transgredi terminos antiquos canonica prolatione fundatos. Dat. VIII. Id. Ian. Valentin. A. IV. & Anteno Coss. Mala subscriptio, de qua quid sentiendum sit, exposuit PAGIVS *ad an. cit.* Scripsit deinde alteram *Leo ad Episcopos Galliæ Viennensis epistolam*, quæ est *vndecima*, qua egit, de Hilarii præsumtione in excedendis prouinciæ terminis, de *Celidonio* Episcopo, eiusque caussa agitata Romæ in Concilio. Addidit dein causam *Proiecti* Episcopi, cui ægrotanti Hilarius dederat successorem, cum tamen si mortuus quoque is esset, ad Viennensem id spectaret Episcopum, cuius in Prouincia erat Antistes *Proiectus*. Tandem irrita ea omnia reddidit, quæ ab Hilario erant patrata, præscripsitque de creandis Episcopis regulam. Sed inprimis huc pertinent eius epistolæ hæc verba: *Suis vnaquæque prouincia sit contenta Conciliis: nec vltra Hilarius audeat conuentus indicere Synodales, & sacerdotum Domini iudicia se interferendo turbare: qui non tantum nouerit se ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis prouinciæ, quam male vsurpauerat, potestate priuatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari; cum is, qui sibi ordinationem prouinciæ indebite vendicabat, talis in præsenti etiam prolatus fuerit, vt cum ipse frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suæ tantum ciuitatis illi sacerdotium pro sedis apostolicæ pietate præceptio nostra seruauerit. Non ergo sit illi ordinatio, qui meriti sui conscius, cum quæreretur ad accusandum, turpi fuga se crediderit subtrahendum, exors Apostolicæ communionis, cuius particeps esse non meruit: Deo, vt credimus, hoc agente, qui illum, inopinantibus nobis, & ad iudicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, vt abscederet latenter, effecit.* Hæc fidem faciunt, ab hoc tempore, Arelatensem ecclesiam ius metropolitanum, quo per breue tempus fuerat gauisa, amisisse; Leonis vero animum Hilarium ideo maximopere irritasse, quod Synodales is sua auctoritate conuentus instituerit, cum Romana id sibi tantum vindicaret ecclesia. Opponit hic Leo *Concilia* prouinciarum *conuentibus Synodalibus* plurium prouinciarum, quales Hilarius coëgerat, quarumque in numero est *Regensis*, de qua supra, atque *Arelatensis II.* de qua BALVZIVS *in Supplement. lib. 5. de concord. cap. 32.* dixit. Ex his vero, vti & ex *Nouella* nostra, optimum ferri potest iudicium, de potestate summi Pontificis Romæ in ecclesias occidentis, quam melius adhuc intelliges, vbi placuerit consulere Leonis eas epistolas, quæ locum occupant *in fine Tom. I. Concilior. Harduin.*

(b) *Actio Vir. Inlust. Comiti* &c. Vidit iam CVIACIVS,

IACIVS, rescribendum esse *Aetio*. De *Aetio* insigne est fragmentum ex historia *Renati Frigeridi* apud GREGOR. TVRONENS. *lib. 2. c. 8. hist. Francor.* ex quo intelligimus, eum in aula *Ioannis* tyranni *curam palatii* gessisse, missumque ad Hunnos, quibus erat notissimus, (obses enim fuerat) vt auxilia aduersus exercitum Theodosii adduceret. PHILOSTORGIVS *in fin. histor.* narrat, adfuisse ipsum cum sexaginta Hunnorum millibus tertio post Ioannis tyranni cædem, die, congressumque cum *Aspare*, sed intellecta Ioannis morte, fœdus iniisse cum Placidia & Valentiniano, *Comitisque* dignitate fuisse exornatum. PROSPER *in Chron. Theodos. A. XI. & Valentin. Cæs. Coss. an. 425.* *Placidia Augusta & Valentinianus Cæsar mira felicitate Ioannem tyrannum opprimunt, & regnum victores recipiunt, data venia Aetio, quod Hunni, quos per ipsum Ioannes exciuerat, eiusdem studio ad propria reuersi sunt.* Idem habet PHILOSTORGIVS *l. c.* AVCTOR *hist. miscell. lib. 14.* CASSIODOR. *in Chron.* Eodem iam anno *Aetius*, Theodoricum Visi-Gothum Arelatem obsidentem, pepulit, vt PROSPER docet. Sed grauissimum inflixit occidentali imperio, nimia imperandi libidine, vulnus, adigens Bonifacium Africæ Comitem, ad Africam Wandalis *an. 427.* prodendam. Vide PROCOPIVM *de bell. Wandal. lib. 1. c. 3.* Eam ob causam *an. 432.* occiso in prælio Bonifacio gratia Valentiniani excidit, & ad Hunnos veteres confugere coactus est amicos; sed pristinum recuperauit *an. 434.* locum, & *Patriciatus* quoque dignitate auctus est, vt scimus ex IDATII *Chron. an. Abraham. 2450.* qui Calend. Octobr. *an. Christi 433.* inchoatur, quod docet PAGIVS *in Critic. ad An. 434. n. 21.* Ab eo tempore *Aetius* occidentalis imperii salus statorque diu exstitit, & strenuam in bello aduersus Attilam nauauit operam. Quod attinet ad dignitatem *Magistri vtriusque militiæ*, cuius mentio in inscriptione nouellæ fit, eam *Aetius* iam *an. 429.* obtinuit, PROSPER enim *in Chron. Florentio & Dionysio Coss.* qui anno citato prodierunt, scribit: *Felice ad patriciam dignitatem prouecto Aetius Magister militum factus est.* Gessit præterea *Consulatus* tres; & primum quidem *an. D. 432.* cum *Valerio*, alterum *A. D. 437.* cum *Sigisuulto*, tertium *A. D. 446.* cum *Symmacho.* Tandem *an. D. 454.* venit in suspicionem affectatæ tyrannidis, Valentinianique ipsius manu in palatio confossus, interiit. PROSPER *in Chron.* a Pithæo edito *ad an. IV. Marciani.* IDATIVS *in Chron. ad an. 3. Marcian.* MARCELLIN. *in Chron. Aetio & Studio Coss. an. D. 454.* *Aetius Patricius, magna occidentalis reipublicæ salus, & Regis Attilæ terror, a Valentiniano Imperatore, cum Boetio amico, in palatio trucidatur, atque cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenus valuit releuari.* Alia ad historiam *Aetii* pertinentia tangere nolui, ne longior essem: addo tantum, ad ipsum datam Valentiniani *Nouell. XI. de parentib. qui filios distraxerint*, an. D. 451. cuius inscriptio hæc est, *Imp. Valentin. A. Aetio Patritio.*

(c) *Episcopalis corona.* *Corona*, dignitas. SIDONIVS ad Leontium Papam *lib. 6. ep. 3.* *Auctoritas coronæ tuæ dissimulantibus studeat excudere responsi celeritatem.* Et *lib. 7. ep. 8.* ad Euphronium Papam; *De minimis videlicet rebus coronam tuam maximisque consulerem.* Alia vide loca apud SAVARONEM *in not. ad Sidon.*

(d) *Sacræ Synodi.* Intelligit Synodum Nicænam, vexatumque huius Synodi *canonem VI. pag. 325. Tom. I. Concil. Hard.* Pertinet tamen huc etiam *Canon III.* Concilii Constantinopolitani, quod an. D. 381. congregatum est, *pag. 809. Tom. eod. Concil.*

(e) *Hilarius Arelatensis.* Hilarius monachus Lerinensis, discipulus *S. Honorati* Arelatens. cui etiam *an. D. 429.* in Episcopatu successit. Obiit *an. 449.* quod probat BARONIVS *ad h. a.* auctoritate literarum S. Leonis ad episcopos Lugdunens. Vita legitur apud SVRIVM *d. 5. April.* Causam eius egit PASCHASIVS QVESNELLVS Presbyt. Orator. *dissertatione V. Apologetica*, addita ad opera Leonis M. *Paris 1675.* Consule etiam PAGIVM *ad an. 429.* & *445.* RIVETVM *Crit. lib. 4. cap. 20.* CAVIVM *ad an. 430.*

(f) *Leonis Romani Papæ.* Hic sedit ab anno 440. ad annum vsque 461. fuitque vere *Magnus*, vt gesta eius docent apud BARONIVM & PAGIVM. De eius legatione ad Attilam, quem precibus flectit, ne Romam vastaret, loquuntur IORNANDES *cap. 42.* & AVCT. *hist. miscell. lib. 15.* Vide Vitam apud ANASTASIVM, & plura apud QVESNELLVM *in editione operum Leonis.*

(g) *Recens exemplum.* Anno enim superiore 444. Hilarius *Celidonium* Vesontinum Ep. dignitate priuauit. Vid. *not. a.*

(h) *Remouet.* Hæc ad *Celidonium* pertinent, de quo *d. not. a.*

(i) *Ordinauit.* Successorem enim dederat Hilarius *Proiecto* ægrotanti, contradicente Episcopo Viennense. Vid. Leonis *Epist. 11. not. a. adductam.*

(k) *Cognitione discussis.* Leo enim, vt patet ex Epistola eius vndecima, Romæ conuocato Concilio, cognouit de facto Hilarii. Vid. *not. a.*

(l) *Sententia est.* Sententiam aduersus Hilarium pronuntiatam seruant Leonis M. epistolæ, quas vide *not. a.*

(m) *Episcopum nuncupari, &c.* Retinuit enim Hilarius dignitatem episcopalem ad finem vsque vitæ. Vid. *not. e.* Leonis Epistola ad Galliæ Episcopos sub Consulatu Asterii & Protogenis, quam e MS. Arelatens. ecclesiæ eduxit BARONIVS *ad an. 449.* *Quod ergo in Arelatensium ciuitate, defuncto sanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem Rauennium consecrastis*, &c.

(n) *Contra consuetudinem veterem.* Extat hæc sententia apud SOCRATEM *hist. eccles. lib. 2. c. 8. & 15.* SOZOMENVM *lib. 3. c. 10.* THEODORETVM *lib. 2. cap. 22.* Sed alio plane sensu. Vide, quid iudicet de hoc loco GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 45. de Episcop. p. 101.*

(o) *Æti P. K. A.* Scribendum *Aeti.*

(p) *Id. Iun.* MS. Ottobon. *Id. Iul.*

(q) *Valentiniano A. VI.* In MS. Ottobon. melius, *Valentiniano A. VI. & Nomo V. C. Cons.*

❊ ❊ ❊

De

De pretio solidi, & ne quis solidum integrum recuset. (a) *Tit. XXV.*

1. Impp. Theodosius & VALENTINIANVS AA. Edictum ad Populum vrbis Romæ.

Frequens ad nos, Quirites, temerarI (b) ausus querela peruenit, vt in Parentum nostrorum contumeliam, insigniti solidi eorum nominibus, ab omni emptore recusentur: quod diu impunitum esse non patimur. Hoc ergo edicto agnoscat vniuersitas, capitale manere supplicium, si quisquam vel domini patris mei Theodosii, vel sacrarum necessitudinum nostrarum, vel superiorum Principum (c) solidum aureum integri ponderis refutandum (d) esse crediderit, vel pretio minori taxauerit. Vir autem inluster Præfectus vrbis eiusque officium decem librarum auri dispendio subiacebit, si, quemquam contra hoc statutum venisse, fuerit adprobatum. Quo præcepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne vnquam intra septem millia nummorum solidus distrahatur, emptus a collectario (e) septem millibus ducentis. Æquabilitas enim pretii, & commodum venditoris, & omnium rerum venalium statuta, custodiet. De ponderibus quoque, vt fraus penitus amputetur, a nobis aguntur exagia, (f) quæ sub interminatione superius comprehensa sine fraude debeant custodiri. Et manu diuina, Proponatur amantissimo nostri populo Romano, & ad latus, Data XV. Kalend. Febr. Romæ, Valentiniano V. A. CONS. (440)

(a) Confer ad intelligentiam Nouellæ, *titulum 22. lib. 9. Si quis solidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in vendendo subiecerit,* & Commentarium *ad leg. vn. eius tit.*

(b) *Temerari.* Scriptum fuit *temerarI,* loco *temerarii,* vti ediderunt RITTERSHVSIVS, & GOTHOFREDVS.

(c) *Superiorum Principum.* Vide loca huc pertinentia in *Commentar. ad d. l. vn. p. 204. 205.* supra *Parentes* vocantur. Per *necessitudines* hoc loco intellige, *Placidiam* & *Eudoxiam Augustas.*

(d) *Refutandum.* Eodem verbo vtitur vetus auctor subditus *Notitiæ Imp. cap 3. Inter damna,* inquit, *reipublicæ non ferenda solidorum figura aliquantorum fraudibus deprauata, diuersa populos ratione sollicitat, & regiæ maiestatis imaginem, dum per monetæ culpam* REFVTATVR, *imminuit.* EMENTIS *enim eundem solidum fraudulenta calliditas, &* VENDENTIS *damnosa necessitas, difficultatem contractibus intulerunt.*

(e) *Collectario.* Collectarius est *nummularius.* SVIDAS: Κολλεκτάριος, ἀργυραμοιβός, ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης, ὁ ἀργυροπράτης, *Collectarius, qui nummos viliores & minutiores argento permutat, mensarius, argentarius.* Erat *Collectariorum* Romæ *corpus,* de quo habes integram SYMMACHI *epistolam 42. lib. 10.* quod colligebat aureos solidos, vnde & nomen *collectarii. Emebant* nimirum nummularii solidos, vt postea eos publico vsu exposcente iterum *vendere* possent, quod vides apud SYMMACHVM *l. c.* Inde supra *Emptores,* & mox *venditores.*

(f) *Exagia.* Exagium est *trutinæ examen.* Gloss. ἐξάγιον, *pensatio.* Consule hic *Commentarium ad leg. 4. de suar.*

De corporatis vrbis Romæ, qui ad militiam vel ad clericatum transeunt, reuocandis. (a) *Tit. XXVI.*

1. Impp. Theodosius & VALENTINIANVS AA. Auxentio PF. V. II. (b)

Quæcunque vtilitatem sacratissimæ vrbis respiciunt, oportet Clementiam nostram salubriter ordinare. Prouidentiam itaque amplitudinis tuæ & geminis fascibus comprobatam suggestionem secuti, Auxenti P. K. AA. Inlustris magnificentia tua pragmatici nostri tenore conperto, sciat, corporatum vrbis Romæ qui non expleto ordine cœpti officii, priusquam ad primum iter fauos (c) ad locum emeritus peruenerit, ad militiæ cuiuslibet cingulum se credidit transferendum, corporibus cui nomen suum ante dicauerat, oportere reuocari: siue etiam in clericorum numero reperitur vsque ad diaconis (d) locum similis præcepti condicio teneatur, quatenus necessitatibus vrbis venerabilis, hoc salubri constituto, restitutis ministeriis, (e) consulatur. Dat. XVIII. Kalend. Mai, Romæ Valentiniano A. VI. & Numo V. C. COSS. (445)

(a) *Corporati* sunt vrbis incolæ, in corpora diuisi varia, necessitatibusque publicis consulentes, vt docet *titulus 2. lib. 14. de priuilegiis corporatorum vrbis Romæ,* qui adeundus est. Pertinent ad

ad corporatos, *Pistores*, *Catabolenses*, siue veterinis animalibus onera subuehentes, *Suarii*, *pecuarii*, *vini susceptores*, *thermarum mancipes*, &c. qui omnes erant *sub dispositione P. V.* quod docent inscriptiones legum *d. tit.* & hæc *Nouella*. SYMMACHVS *lib. 10. epist. 27.* de Corporatis agens: *Nouerat horum Corporum ministerio tantæ vrbis onera sustineri. Hic lanati pecoris inuector est: ille ad victum populi cogit armentum: bos suillæ carnis tenet functio: pars vrenda lauacris ligna comportat. Sunt, qui fabriles manus augustis operibus accommodant; per alios fortuita arcentur incendia. Iam caupones & obsequia pistoria, frugis & olei baiulos, multosque id genus patriæ seruientes, enumerare fastidium est.*

(b) *Auxentio PF. V. II.* Auxentius Præfecturam administrauit vrbanam *an. D. 441.* quod patet ex *nouell. 2. tit. 19. supr. de inuasorib.* & iterum hoc *anno 445.* Ideo Valentinianus ait, secutum se esse Auxentii suggestionem, *geminis fascibus* comprobatam. *Fasces* hic tribuuntur P. V.

(c) *Primum iter fauos.* Bene emendauit CVIACIVS, *primum inter suos.* Sed delendum etiam proximum *ad*, quod recte abest ab Editione Rittershusiana.

(d) *Diaconis. Diaco*, pro *Diaconus* passim occurrit apud Scriptores huius æui. Ex multis adi CYPRIANVM, *Ep. 1. 5. 7. 9.* &c. Olim iam eos, qui erant pistorum corpori obnoxii, licet ad declinanda pistrina, clericorum se consortio immiscuissent, reuocari iussit Valentinianus M. *l. 11. de pistorib.* Idem de Suariis aliisque corporatis sanxit Honorius *l. 8. de suariis*, ibi: *Eos etiam, qui ad clericatus se priuilegia contulerunt, aut agnoscere oportet propriam functionem, aut ei corpori, quod declinant, proprii patrimonii facere cessionem.*

(e) *Ministeriis.* Ministeria proprie sunt functiones corporatorum. Vid. SYMMACHI locum *not. 4.* In Valentiniani *Nouell. 12. de episopal. iud.* per *ministeria* ipsi corporati intelliguntur, ibi: *defensores ecclesiæ de expressis vrbium ministeriis non liceat ordinari.*

De negotiatoribus. Tit. XXVII.

1. Impp. Theodosius & VALENTINIANVS AA. Floriano. (a)

Inter cetera, queis perennitatis nostræ mansurum sæculis ordinamus Imperium, hoc quoque & (b) ærarii nostri commoda tueri posse salubri suggestione probamus, quod maiestatis nostræ sancimus oraculo, ne vlterius furtiua negotiatio, & claris vrbibus rarum faciat mercatorem, (c) & obscuris ac reconditis locis in damnum publicæ functionis lateat turba mercantum. Floriane. P. K. AA. Idcirco inlustris auctoritas tua pragmatici nostri tenore comperto, sciat iuxta suggestionem suam, omnes qui declinatis vrbibus, per vicos portusque quamplures, possessionesque diuersas exercent negotiationis officium, pro ærarii nostri commoditate retinendos, secundum modum quem iustitia suaserit aurariam functionem (d) cogantur agnoscere: grauis multæ condemnatione proposita his, qui huiusmodi negotiatores in fiscale dispendium putauerint contuendos. Æquum enim est eum, qui præceptis nostris crediderit obuiandum, facultatum suarum subire discrimen. Dat. VII. Kal. Mai. Romæ, Calipio (e) V. C. CONS. (447)

(a) *Floriano.* Florianus hic fuit *Comes S. L.* vt scimus ex *tit. 45. infr. de palatinis, nouell. 3.* quæ cum hac coniungenda est, data nimirum eodem die *VII. Kal. Mai. Rom. Calypio V. C. Cos.* Eius autem inscriptio hæc est, *Idem AA. Floriano Com. S. L.*

(b) *Et.* Abundat hæc vox.

(c) *Rarum faciat mercatorem.* Etenim, ne aurariæ functioni sese redderent obnoxios negotiatores, claras vitabant vrbes, malebantque in obscuris locis, nundinisque territoriorum, vt loquitur *l. 18. de lustral. collat.* exercere negotiationem. Huc pertinent illa infra, *per vicos portusque quamplures, possessionesque diuersas exercent negotiationis officium.*

(d) *Aurariam functionem.* Auraria functio, est lustralis auri depensio, vt vocatur *leg. 11. de collat. lustral.* quæ incumbebat negotiatoribus omnibus. Consule *Paratitlon. d. t.*

(e) Anno *D. 447.* Consules fuerunt *Alypius*, (vt Græci fasti appellant) siue *Callypius*, aut *Callepius*, (vt vocant Fasti latini) & *Ardaburius*. ANTON. PAGIVS *in Critic. ad h. an. num. 1.* notat, Onuphrium *Callypium* facere Consulem occidentalem, sed sine teste. Fuisse vero occidentalem, satis hæc Nouella docet, quæ eius tantum nomen præfert, vtpote qui Romæ prodierat, cum alterius, *Ardaburii* scilicet Orientalis Cons. eo tempore, quo constitutio hæc emissa est, nondum innotuisset. Magis hoc probat *Nouell. 2. Theodos.* supra, *de confirmat. leg. nouellar.* quæ eodem anno data est Constantinopoli, & *Ardaburii* solius nomen habet, cum occidentalis Consul *Callypius* ignoraretur. Vide quæ scripsi *not. r. 1. ad nouell. cit.*

D rescindendis venditionibus rei dominicæ. Tit. XXVIII.

1. Impp. Theod. & VALENTINIANVS AA. Eudoxio Com. R. P. (a)

Amorem circa Rempublicam sublimitatis tuæ suggestio nuper oblata testatur. Quippe si obseruatione diligenti fuerit custodita, reditus nostros inhibet a diminutione perpetua. Occupationibus etenim nostris, quibus pro mundi commoditatibus occupamur, abuti quorumdam noxia cupiditas non finit, qui paulatim canonem (b) possessionum

num ad diuinam nostri nominis (c) domum pertinentium comparantes, sub specie contractus furtiua subreptione patrimonium nostrum exhauriunt. Hac itaque perpetuo lege valitura sancimus, nullum adempto canone (d) ad comparationem Dominicæ possessionis accedere. Quod si quis post hanc legem (e) ad interdictum contractum accesserit, eum volumus præperdere, (f) fundos reddere, fructus redhibere perpetuos, nec expensarum vel melioratæ rei fructuum exactioni compensationem obponere, nec temporis sibimet contra commoda præscriptione (g) blandiri. Palatinum etiam officium si quo modo (h) contractus eiusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato nostræ maiestatis (i) ærario, nulla liberalitate nostræ clementiæ, nulla sanctione contra tanta priuatæ rei commoda valitura, licet adnotatio vel diuina pragmatica sit, quæ contra vetita canonem vendi concedet, (k) vel pœnam Palatino remittet officio. Eudoxi P. K. A. Inlustris itaque auctoritas tua legem hanc edictis propositis ad omnium notitiam perferri præcipiat. Dat. XIII. Kal. Iun. Constantinopoli, Anatolio V. C. CONS. (440)

(a) *Eudoxio Com. R. P.* Eudoxius hic sine dubio idem est, cum eo, cui inscribuntur in Cod. Iust. *l. un. nemini licere sign. saluator.* & *lex 2. de cupressis ex luco Daphnens.* Lex prior quidem, quæ data est an. D. 427. præfert *Eudoxium PP.* sed ex dicendis patebit, rescribendum esse *R. P.* Ait illa lex: *Signum Saluatoris Christi nemini licere, vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere vel pingere, sed quodcunque reperitur, tolli,* &c. Signum autem Saluatoris nostri consueuere antiqui christiani, vti notissimum, cunctis fere lapidibus sepulcralibus insculpere; cum vero monumentorum sepulcrorumque cura pertinuerit ad Comitem rerum priuatarum, huic etiam, non Præfecto Præt. illa lex inscribenda fuit. CASSIODORVS *in formula Comit. R. P. lib. 6. cap. 8.* *Illi quies defunctorum commissa est, ne quis vestita marmoribus sepulcra nudare: ne quis columnarum decorem irreligiosa temeritate præsumeret.* Quod attinet ad *legem 2. de cupressis*, nonnullæ quidem editiones seruant *Eudoxii PP.* nomen, sed id a libris antiquis plane abest, vt videbis in Contiana editione. CVIACII autem Codices habuerunt, *Eudoxio Com. Sac. Lar.* Sed & hic rescribendum, *Com. Sacr. Priuat.* Sacræ Priuatæ, sunt *res priuatæ*, quod notum. Pertinuit lucus Daphnensis ad rem principis priuatam, vt liquet ex *lege 1. eius tit.* & *legem citatam 2. Comiti Priuatar.* inscriptam fuisse, ipsa eius verba docent ibi: *Sed nec Alytarcha vnam cupressum aliis plantatis excidere sibi licere contendat: ac ne solatio antiquitus ei concesso priuari per omnia videatur, pro eo, quod ei cupressum excidere denegatur, vnam libram auri eum* DE PRIVATIS NOSTRIS LARGITIONIBVS *excipere decernimus.* Eudoxius hic deinde an. D. 442. cum Dioscoro Consul prodiit. Vide PAGIVM & RELANDVM.

(b) *Qui paulatim canonem.* De canone, siue certa pensione a possessoribus rei dominicæ soluenda, consule *Paratitlon de locat. fundor. iur. emphyteu.* & *titulum de conlation. fundor. patrimonial.* Cæterum hinc discimus, nonnullos rei dominicæ possessores, sub specie contractus & furtiua subreptione canonem possessionum comparasse, id est, contractus iniisse de soluendo canone, eumque rei siue fundo inhærentem, alligasse quasi personæ, atque functionem patrimonialem aut realem, fecisse personalem: deinde vero possessionem ipsam, dempto hoc modo canone, qui tamen perpetuo possessioni inhærere debebat, transtulisse in alios, exhausisseque per hanc furtiuam subreptionem patrimonium principis. Etenim cessante persona, cessabat canon. Hinc hac constitutione, coërcet Theodosius emptores, qui adempto canone audebant dominicas comparare possessiones. Coërcet etiam palatinum officium contractus eiusmodi celebrans, aut petitiones venditorum emptorumque instruens.

(c) *Nominis.* Vellem *numinis.*

(d) *Adempto canone.* Hinc desumpta est *lex vltim. Nemo dempto canone, Cod. Iust. de fundis rei priuat.* cuius inscriptio ex hac nouella supplenda, in vulgatis enim editionibus tantum est, *ad Eudoxium.* Sed recte edidit CVIACIVS ad *Eudoxium Com. R. P.*

(e) *Post hanc legem.* Cod. Iust. *imposterum.*

(f) *Præperdere.* Cuiacius ex Cod. Iust. emendauit, *pretium perdere.* In Cod. Iust. est, *pretia perdere perpetuo.* Reiecit enim sequentia Tribonianus, *fundos reddere, fructus redhibere perpetuos.*

(g) *Contra commoda præscriptione blandiri.* Cod. Iust. *contra nostra commoda, præscriptione excepto vetustatis auxilio, blandiri:* Vetustatis auxilium, est præscriptio 40. annorum. Tribonianus ex *lege vltim. Anastasii Cod. Iust. de fund. patrimonial.* eam exceptionem huic legi addidit, & recte quidem. Derogatum enim fuerat huic constitutioni per laudatam legem, ibi: *Hoc etiam adiiciendo, vt illi quoque, qui adempto canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione datos sibi fuisse confirmant: si per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter possederunt, neque canonem, cuius ademptionem quadraginta annorum possessio testatur, possint penitus profligari.*

(h) *Quo modo.* Cod. Iust. *quoquo modo.*

(i) *Maiestatis.* Cod. Iust. *mansuetudinis.*

(k) *Concedet.* Cod. Iust. *concedat,* & mox, *remittat.*

De ſcolaribus, Comitibus ſcolarum & de domeſticis eorum. (a)

Titulus XXVIIII.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Florent. Magiſtro Officior. (b)

Scolarium noſtrorum deuotio probata noſtris (c) parentibus, circa noſtræ maxime ſerenitatis (d) affectionem innituit. (e) Inde (f) quicquid ad fouenda ſeruandaue eorum priuilegia poſtulatur, ſtatim credimus (g) admittendum. Inde (h) ſuggeſtionem tui culminis adprobantes, v. v. s. s. Comitibus ſcolarum (i) verberandi regradandiue (k) Senatores ac ducenarios (l) licentiam denegamus. Ea namque quæ tali commotione (m) digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis volumus deferri notitiam. Domeſticos etiam (n) eorum a gradibus lege præterita (o) deſignatis, fieri non Senatores vel ducenarios centenariosue (p) decernimus. Quam ſuper his obſeruandis pœnam, circa temeratores ſtatutorum, præmiſſa (q) tua ſtatuit celſitudo, vt quinque librarum auri, qui de gradibus ſupradictis ad indebitum domeſticatus (r) accedit officium, decem librarum auri ſcrinium Barbarorum, (s) ſi tale quid vel adtemptari paſſum fuerit, vel adtemptatum contra legem non ſuggeſſerit, quinque etiam librarum auri v. s. Com. ſcolæ, ſi quid aduerſum hanc legem vel commiſerit, vel committi conceſſerit, percellatur, firmam per iſtius quoque legis auctoritatem eſſe præcipimus: eum, qui contra vetitum ad domeſticatum quoquomodo temptauerit adſpirare, poſt quinque librarum auri condemnationem, militia quoque pelli non immerito decernentes. Illud etiam obſeruari non ſine ratione conueniet, ne quis (t) cui domeſtici officium per militiæ gradum quinquennii tempus (v) interdici cenſuimus, familiaritate Comitis ſimulata, rem prohibitam alieno nomine valeat vſurpare. Florenti P. K. AA. Inluſtris itaque auctoritas tua legem hanc perpetuo valituram ad deuotiſſimorum ſcolarium notitiam perferri præcipiat. Dat. xv. Kal Mal, (x) Conſtantinopoli Cyro (y) v. c. CONS. (441)

(a) De *Scolaribus* ſeu *ſcholaribus* dixi ſatis in *Gloſſar. Theodoſ.* Cohortes militum, quæ prope palatium ſcholam ſeu ædificium habebant, atque pro palatio excubabant, *ſcholæ palatinæ* dictæ, & inde *ſcholares*. Deinde quoque præter has palatinas *ſcholas*, aliis cohortibus *ſcholarum* nomen eſt inditum, iiſque adhæſit, qui res Principis publicas priuataſque tractabant. Vnde *ſchola Agentium in rebus*, *Exceptorum*, *Chartulariorum* &c. Erant autem *ſcholæ* ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum, quod præter hanc legem docet Notitia Imper. *Sub diſpoſitione Viri illuſtris Magiſtri Officiorum*, *Schola ſcutariorum prima*, *Schola ſcutariorum ſecunda*, *Schola gentilium ſeniorum*, *Schola ſcutariorum ſagittariorum*, *Schola ſcutariorum clibanariorum*, *Schola armaturarum iuniorum*, *Schola gentilium iuniorum*, *Schola Agentium in rebus*, *& deputati eiusdem Scholæ*. Singulis ſcholis præerant *Comites*, quod diſces *tit. 13. lib. 6. de Comitibus & Tribunis ſcholarum.* Ad *domeſticos* quod attinet, quorum hac nouella fit mentio, non ſunt ii Imperatorii corporis, ſeu domus regiæ, cuſtodes, de quibus *titulus 24. lib. 6. de domeſticis & Protectorib.* quorumque *ſcholam* memorat *l. un. de præpoſit. laborum*, & *Comites illuſtres Domeſticorum equitum & Peditum*, Notitia Dignitatis: verum intelligendi hoc loco *Domeſtici* Comitum. Inde titulus nouellæ, *& de domeſticis eorum.* Habebant enim Præfecti Prætorio, Duces, Comites, Præſides *domeſticos* ſuos, quod multa docent Ammiani loca, quæ collecta vide *ad leg. 3. de aſſeſſorib. & domeſt.* Vnum ſufficiat PROCOPII teſtimonium, ex quo ſimul apparet, *domeſticos* hos in magna dignatione, & conſiliorum participes fuiſſe. Is enim de Marciano poſtea Auguſto, ſed antea Aſparis Magiſtri Mil. domeſtico, *lib. 1. de bell. Wandal. cap. 4.* Γιζέριχος τὸν ἄνθρωπον (Μαρκιανὸν), μεταπεμψάμενος, ἐπυνθάνετο αὐτοῦ, ὅςις ποτε εἴη; ὁ δὲ τῶν ἀποῤῥήτων Ασπαρι ἔφη κοινωνὸς εἶναι· Δομέςικον δὲ τοῦτον τῇ σφετέρᾳ Γλώσσῃ καλοῦσι Ρωμαῖοι. *Gizerichus hominem* (Marcianum) *ad ſe accitum, quis tandem ſit rogat. Hic ſe Aſpari ab arcanis eſſe reſpondit; Domeſticum ſua lingua Romani vocant.* Eam ob cauſſam Comites, vt hæc nouella docet, *domeſticos* ſuos ſolebant ob meritorum in ſe multitudinem aliis præferre, dignitatibuſque, quos alii expectabant ſperabantque, ornare. Conſule *Commentarium ad d. l. 3. de aſſeſſor. & domeſt.* & DV FRESNE *in Gloſſar.*

(b) *Florentio Magiſtro Officior.* Huius *Florentii* nulla apud auctores facta eſt mentio, quantum quidem ego ſcio. Cum autem Nouella agat de ſcholaribus, inſcribenda fuit Magiſtro Officiorum, ſub cuius diſpoſitione, vt ante vidimus, Scholæ erant. Elegantem addo PRISCI *Rhetoris* locum ex *Excerpt. Legat. pag. 26. Tom. I. Script. Rer. Byzant. Edit. Venet.* Πασῶν γὰρ τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ Μάγιςρος κοινωνός, διὰ δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων καὶ ςρατιωτῶν ἀμφὶ τὴν βασίλειαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένων. *Nam omnium Imperatoris conſiliorum Magiſter eſt particeps, ſub cuius cura ſunt tabellarii, interpretes, & milites qui palatii cuſtodiæ deputati ſunt.* Vide VALESIVM *ad Ammian. lib. 26. c. 5.* hæc illuſtrantem. Obſeruo etiam, ex hac nouella deſumptam eſſe *legem 1. Cod. Iuſt. de priuileg. ſcholar.* cuius inſcriptio, quod CVIACIVS non attendit, hinc emendanda eſt. Laudatus CVIACIVS edidit, *Phlegretio Comiti & Magiſtr. Officior.* in vulgat. editionibus eſt, *Pleitio Com. & Mag. Off.* In Contiana vero Auguſtorum tantum nomina apparent. Eſt præterea ex hac nouella excerpta *l. 3. Cod. Iuſt. de* effi-

officio Magistri Off. quæ subscriptione caret, ea autem non modo ex constitutione nostra addi, sed & emendari debet in Codice Iustinianeo inscriptio. Male enim in editis legimus, *Plectio Comiti & Mag. Off.* In MSS. obseruante CONTIO, est, *Phlezethio Com.*

(c) *Probata nostris.* Cod. Iust. d. l. 3. *Probata a nostris.* Elegantior nostra lectio.

(d) *Circa nostræ maxime serenitatis affectionem.* Cod. Iust. d. l. 3. *Circa maxima serenitatis nostræ affectionem.* Pessime hæc Tribonianus immutauit.

(e) *Innituit.* Scribendum *enituit*, vt habet Cod. I. d. l. 3.

(f) *Inde.* Cod. I. d. l. 3. *Vnde.*

(g) *Credimus.* Rectius Cod. Iust. *credidimus.*

(h) *Inde.* Bene Cod. Iust. *Ideoque.*

(i) *Comitib. scholar.* Incipit hic *d. l. 1. Viris spectabilibus Comitib. scholar.* Cod. Iust. *de priuileg. scholar.* sed ex arbitrio Triboniani multum immutata.

(k) *Regradandi.* Cod. Iust. vtraque lege, *degradandi*, male. In MSS. obseruante CONTIO est *regradandi*, & ita quoque edidit CVIACIVS *d. l. 1.*

(l) *Senatores ac Ducenarios.* Qui in schola Agentium in rebus dignitatem principatus, seu primum inter scholares, completo militiæ labore, locum erant consecuti, senatorio exsplenduerunt honore, & inter consulares numerati sunt. L. 6. de agent. in reb. *Sit Senator, & merito Consularibus aggregetur, sed vt eum functio vlla non teneat.* In eadem schola *Ducenæ* quoque fuit dignitas, a qua *Ducenariis* nomen: hanc si quis ex agentium in rebus numero fuerat adeptus, is proximum acquisiuerat sibi locum ad principatum obtinendum, quod optime docet *l. 3. Cod. Iust. de agent. in reb.* Consule etiam *l. 8.* & *20. Cod. Th. de agent. in reb.* Commentarium *ad leg. 1. de exactionib.* vbi de *Ducenariis* eorumque officio, quantum quidem fieri potuit in re obscurissima, disputauit GOTHOFREDVS, ex quo sua hausit DV FRESNE *in Glossar.*

(m) *Commotione.* GVTHERIVS *de Off. dom. aug. lib. 3. c. 10.* emendat, *commonitione.* Sed ea emendatione nil opus est. *Commotio* est ira, animaduersio, *l. 1. de palatin. S. L.* Vid. *Glossar. Theodos.*

(n) *Domesticos etiam* &c. Hæc in Codice Iust. *d. l. 1.* ita immutata, *Insuper etiam Domesticos eorum, non Senatores vel Ducenarios, centenariosque fieri decernimus: pœna quinque librarum auri plectendo, quisque hanc diuinam iussionem excesserit.*

(o) *A gradibus lege præterita designatis.* Hæc obscura sunt, lex enim illa, quam Theodosius hic memorat, non extat. Sed lucem iis affundam ex Codice Iustinianeo. Obseruandum igitur, in schola agentium in rebus gradus fuisse certos, per quos paullatim fuit ascendendum: In eam enim recepti, primo *Equites*, mox *Circitores*, dein *Biarchi*, tum *Centenarii*, *Ducenariique* gradatim fiebant, donec ad *Principis* locum possent peruenire. Vide *legem 3.* Leonis *eod. Iust. de agentib. in reb.* Ideo Constantinus M. *l. 1. Cod. Iust. de offic. Mag. Off.* Agentibus in rebus ita rescripsit: *Priuilegiis dudum scholæ vestræ indultis, & integris reseruatis, ad ducenariam, centenariam, & biarchiam nemo suffragio, sed labore vnusquisque perueniat: principatum vero adipiscatur matricula decurrente.* Et *lege 2.* eiusdem tituli definitur, *vt is gradu cæteros antecedat, quem stipendia longiora, vel labor prolixior fecerit anteire.* Cum vero Comites, domesticos suos, de quibus supra, neglectis gradibus his, ex inferiore loco ad senatoriam, ducenariam centenariamque dignitatem, eueherent, facerentque iis iniuriam, qui gradu domesticos hos antecedebant, legem de gradibus scripsit Theodosius, cuius hic mentio fit, noluitque *a gradibus ea lege designatis*, quos oportet fuisse omnino inferiores, *domesticos fieri Senatores* &c.

(p) *Centenariosue.* De *centenariis* & *Centenæ* dignitate, præter *l. 3. Cod. I. de agent. in reb. l. 1. Cod. eod. de Off. Mag. Off.* vide *Paratitlon de agent. in reb.* & *Comment. ad l. 7. eiusd. tit.*

(q) *Præmissa.* Scribendum, aut *præclarissima*, aut *amplissima.*

(r) *Ad indebitum domesticatus officium* &c. Etiam hæc sunt intellectu difficilia, cum lex illa, quam respicit Theodosius, perierit. Tantum ex fine nouellæ possum conicere, domesticos Comitum, post completum sui temporis actum, iterum adspirasse ad indebitum domesticatus officium, quod non licebat. L. 6. Cod. Iust. de assessor. & domest. *Nemo de domesticis Ducum vel Comitum militarium, officiis eorum connumeratus, post completum sui temporis actum, ad eandem rursum sollicitudinem audeat aspirare: decem librarum auri condemnatione proposita,* &c. Illa quoque *de gradibus supradictis*, coniuncta cum his infra, *cui domestici officium per militiæ gradum quinquennii tempus interdici censuimus*, fidem faciunt, quosdam militiæ gradus definiisse lege Theodosium, a quibus ad domesticatum ascendere non licuerit.

(s) *Scrinium barbarorum.* Scribe *barbaricariorum.* CVIACIVS *d. l. 1.* edidit *barbariorum.* In MSS. obseruante CONTIO est, *barbaricorum. Barbaricarii* sunt, vt scimus ex *lege 1. de fabricens.* qui arma, veluti cassides, bucculas, ære, argento, auro, tegebant condecorabantque. Consule *Commentar. ad d. l. 1.* DV FRESNE *in Glossar.* Hi erant sub dispositione Magistri Off. hac nouella, & Notitia Imp. testibus, ibi: *Officium illustris Viri, Magistri Officiorum de schola agentium in rebus est ita: Aiutor, Subadiuua adiutoris duo, Fabricarum tres, Barbariorum* (Barbaricariorum) *tres.* His Barbaricariis suum scrinium.

(t) *Ne quis.* Cod. Iust. d. l. 1. *ne is.*

(v) *Quinquennii tempus.* Bene hic Cod. Iust. *per militiæ gradum, vel quinquenni tempus.*

(x) *Dat. XV. Kal. Mai.* Cod. Iust. d. l. 1. *Dat. XVI. Kal. April.* Vereor, ne illa subscriptio sit eius legis, cuius in nouella nostra Theodosius fecit mentionem. Ex vtraque enim constitutione, legem suam compilasse Tribonianum, facile patebit inspicientibus.

(y) *Cyro V. C. Conf.* Recepi in textum *Cyri Cos.* nomen, quod abest ab omnibus libris editis, qui præferunt tantum *V. C. Conf.* Sed in MS. Ottobon. est, *Ciro V. C. Conf.* quam lectionem genuinam esse, Codex Iustinianeus *d. l. 1.* confirmat, in quo recte scriptum, *CP. Cyro Cos.*

De locis Reipublicæ quoquomodo possessis, ciuitatibus restituendis. (a) *Tit. XXX.*

I. Impp. Theod. & Valentin. AA. Apollonio PF. P. (b)

Cum summo studio totisque viribus nitamur ciuitates ditioni nostræ subiectas in perpetua fœlicitate versari, nihil tam iniquum esse, neque a nostris temporibus dissentiens (c) arbitramur, quam si eas aduentitiis quidem subsidiis adiuuari vellemus, propriis vero facultatibus nudari spoliarique patiamur. Quapropter cum vocati causa (d) per Heracletantem (e) ciuitatem transitum faceremus, petitionibus ciuium eiusdem, maxima sumus cum miseratione commoniti, (f) qui tam murorum suorum quam aquæductus nec non etiam aliorum operum publicorum, vt pote longo tempore neglectorum, curam fieri oportere nostris prouisionibus flagitarunt. Et quoniam sæpe ab vna ciuitate vel homine postulatum remedium, generalem solet formam correctionis adferre, horum desideriis annuentes, liberalitatem nostram ad omnes prouincias ducimus propagandam. Tunc enim maxime vota proficiunt, cum statui Reipublicæ, quæ causa votorum est, consulatur. Omnibus itaque consiliis diu nostro animo volutatis, nullam salubriorem causam reuocandæ pristinæ beatitudinis inuenimus, quam si prædia tam vrbana, quam rustica, nec non etiam tabernæ, (g) quæ ad ius ciuile pertinent, & a quibusdam quolibet modo intra triginta annos ab hinc vero numerandos, detentæ sunt, vniuersis ciuitatibus adsignentur: exceptis videlicet tantum his, quæ vel a Procuratore diuinæ domus, vel a viro inlustri Comite reperta (h) iussu nostræ clementiæ, vel communi consensu ciuitatum cum scripturæ interpositione distractæ sunt. Nemo igitur quodcunque memorati iuris, præter ciuitates, quas sui iuris volumus opibus frui, sibi deinceps existimet possidendum, ne propositum nostræ pietatis offendat, quod diuinitus nobis in mentem venisse confidimus, & credimus quidem nostris præceptionibus deuulgatis (i) neminem tam incautum esse, vt dispositionibus nostris obuiam ducat esse veniendum. Verum (k) quia nulla pene res adeo tuta atque inuiolata est, contra quam hominum naturalis auiditas nonnunquam (l) aliquid existimet moliendum, totius rei perfectionem amplitudini tuæ, cuius prouisionem amoremque circa Reipublicæ commoda ipsis rerum documentis sæpe sumus experti, vna cum viro inlustri Magistro Officiorum, (m) cuius administratio probatissima nobis est, delegamus. Apolloni P. K. A. Inlustris itaque auctoritas tua certo scitura, quod tam nobis hæc causa huiusque rei efficacitas cordi est, vt omnibus eam pene aliis præponamus, quæ per hanc diuinam legem sancimus, ad omnium prouinciarum notitiam edictorum propositione peruenire constituat, quatenus summa cum celeritate modisque omnibus impleatur. Dat. II. Kalend. Iul. (n) Frodosiadæ (o) Maximo II. & Paterio vv. cc. coss. (443)

(a) Reipublicæ loca, dicuntur fundi, publicæ possessiones, horti, ædificia, aut mænibus inclusa, aut pomæriis connexa. Vid. *Paratitlon de locat. fundor. iuris emphyteut.* Ex locorum horum locatione reditibusque opera ciuitatum publica, reparari solebant, vt liquet ex *leg. 18. 32. 33. 48. de operib. publ.* & *hac nouella.* Sæpe autem ea loca ciuitatibus adempta sunt, & a Christianis quidem principibus, eam ob caussam, quod videbant, ex reditibus, gentilitias tantum procurari festiuitates. Sed dudum ante hanc constitutionem Iulianus A. *anno 362.* voluit, vt possessiones publicæ ciuitatibus restituerentur, *l.* I. *de locat. fundor. iur. emphyteut.* *Possessiones*, inquit, *publicas ciuitatibus iubemus restitui : ita vt iustis æstimationibus locentur, quo cunctarum possit ciuitatum reparatio procurari.* Quam legem a longo temporis spatio neglectam, Theodosius Iun. hoc *anno 443.* denuo reuocat. Consule *Commentar. ad d. l. 1.*

(b) Apollonio PF. P. Fuit *Apollonius PP.* an. D. 442. *titul. 11. supr. nouell. 2. de bon. decurion.* & iterum hoc *anno 443. d. tit. 11. nouell. 1.* & *h. nouell.* Antea dignitatem gessit *Comitis S. L.* Vid. *Prosopographiam.* Eius fit mentio in Concil. Chalcedonens. *Act. IV. pag. 382.* vbi male dicitur, *Magnificentissimus & gloriosissimus Exprafectus vrbis Apollonius*, græca enim interciderunt: rectius *Act. VI.* eodem Concilio *pag. 464. Tom. II. Concil. Harduin. Vir magnificentissimus Exprafectus Apollonius.* Prodiit postea A. D. 460. *Consul* cum *Magno.* Vide *Fastos* Relandi & Pagii *Critic. h. a.* Alius a nostro est *Apollonius*, legatus a Theodosio circa vltima imperii sui tempora, missus ad Attilam, cuius memoriam conseruauit Priscvs *hist. Goth. in Excerpt. legat. pag. 72. Ed. Par.* & *pag. 49. Edit. Venet. Tom. I. Script. Rer. Byzant.* Is enim *Apollonius* Ducis dignitate eo tempore tantum exsplenduit.

(c) *A nostris temporibus dissentiens.* Vid. *not. K. ad Nouell. 1. pag. 3.*

(d) *Vo-*

(d) *Vocati caussa.* CVIACIVS emendat, *voti caussa.* Infra quidem legimus: *tunc maxime vota proficiunt, cum statui Reipublicæ, quæ caussa votorum est, consulatur.* Sed eo loco respexit Theodosius ad *Quinquennalia*, quæ hoc *anno* 443. celebrauit, quorumque occasione *vota publica* pro Principis salute suscepta & soluta sunt, ac nummi votiui cusi, de quibus agit DV FRESNE *dissertat. de infer. æui numismat.* §. 40. Verum etiam, magnam nouellam hanc ex *Quinquennalibus* his lucem capere, cum inter omnes constet, ea, quæ de nouo constituebantur, insigneque prouinciis ciuitatibusque commodum adferre debebant, vtpote maxime memorabilia, & Principis generosum beneficumque animum testantia, iis tantum annis addicta fuisse. Nihilominus tamen hæc sensu carere videntur, *voti caussa per ciuitatem transitum facere.* Itaque malo scribere, *metati caussa*, id est, *hospitii*, de quo *nouell. 32. sequ. Paratitlo de re militar. Tom. II. pag. 258.* & *titulo 8. lib. 7. de metatis.* Duxit enim superiore anno Theodosius exercitum aduersus Persas, metatique caussa per Heracleanam ciuitatem transiit, vt mox probabo.

(e) *Heracletantem ciuitatem.* Scribe *Heracleanam ciuitatem.* Heraclea Thraciæ hic intelligenda, quæ *Perinthus* antea vocata est. PTOLEMAEVS, Πέρινθος, ἤτοι Ἡράκλεια. Idem habent AMMIANVS *lib. 27. c. 4.* ZOSIMVS *lib. 1. cap. 61.* SOZOMENVS *lib. 6. cap. 7.* VOPISCVS, EVTROPIVS, PHILOSTORGIVS, *Heracleam* tantum appellant, quorum testimonia excitauit CELLARIVS *Geograph. antiq. lib. 2. cap. 15.* Vide etiam elegantem PETR. WESSELINGII obseruationem *ad Antonin. Itinerar. pag. 323.* & *ad Itiner. Hierosolymit. p. 601.* Posset forte nonnemo coniicere *Heracleam* Cariæ ciuitatem hic indicari, cum nouella nostra *Aphrodisiade*, quæ Cariæ est metropolis, data sit, hocque anno Theodosius Iun. in Asia, redux a Persica expeditione constiterit. Certe *Maximo & Paterio Consulibus*, quibus constitutio nostra emissa est, AVCTOR *Chron. Paschal.* scribit, Καὶ εἰσῆλθε Θεοδόσιος ὁ Αὔγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ τοῦ ἐξπαιδήτου τῆς Ἀσίας, μηνὶ Λόῳ, πρὸ ς΄. Καλανδῶν Σεπτεμβρίου, *&* *ingressus est Theodosius Augustus Constantinopolim, rediens ab expeditione Asiæ, mense Loo, ex a. d. VI. Kal. Septembr.* MARCELLINVS *in Chron. Theodosius Imp. ex Asiana expeditione in vrbem redit.* Sed coniectura illa locum inuenire non potest. *Heracleam* Cariæ enim, si situm consideres, (est enim maritima prope ciuitas) transire Imperator non potuit, nisi animus ipsi fuit, longissime a recta, quæ in orientem ducit, aberrandi via. Per Cariam etiam exercitus, aduersus Persas aut in Armenia aut Mesopotamia pugnaturus transitum facere non solebat, sed per *Bithyniam, Gallograeciam, Cappadociam Ciliciamque* ducebatur. Testem dabo locupletem AMMIANVM. Is *libro 20. cap. 9.* tradit, legatos Iuliani, ad Constantium contra Persas mouentem, accessisse: degentem adhuc Cæsareæ Cappadociæ: *tandem transfretati per Bosporum, itineribusque lentis progressi, apud Cæsaream Cappadociæ etiam tum degentem inuenere Constantium.* Iulianus A. aduersus Persas exercitum educens, transgressus fretum, transiit *Nicomediam* Bithyniæ, *Nicæam* ad Gallogræciæ fines, *Ancyram* Galatiæ, *Pylas*, locum Cappadoces & Cilices discernentem. IDEM *lib. 22. cap. 9.* Iouianus Aug. Constantinopolim pergens, relicta *Antiochia*, per *Syriam, Ciliciam, Cappadociam, Galatiam* iuit, & in *Bithyniæ* finibus mortuus est. IDEM *lib. 25. cap. vlt.* Valens Aug. bellum in oriente gesturus eandem viam instituit. In *Cappadocia* enim hærebat cum exercitu, cum audiret Procopium tyrannum purpuram sumpsisse. AMMIANVS *lib. 26. c. 7. Sophronius Notarius, Valentem a Cæsarea Cappadocum iam profecturum, vt vaporatis æstibus Ciliciæ iam lenitis ad Antiochiæ percurreret sedes, auertit Galatiam, res adhuc trepidas arrepturam.* Et mox: *atrocitate nuntii Valens perculsus, iamque reuertens per Gallo-Græciam.* Capite 8. *Valens Nicomediam pergit.* Hæc puto suffectura esse omnibus, vt sibi persuadere possint, per prouincias tantum memoratas, non vero per Cariam, exercitum ductum fuisse. Igitur *Heraclea* Thraciæ hic designatur, per quam transitum fecit Theodosius. A *Callipoli* enim celebris fuit traiectus in Asiam Lampsacum. ANTONIN. *Itiner. pag. 333. Edit. Wesseling. A Callipoli traiectus in Asiam Lampsacum. Callipolin* ibatur per *Aphrodisiadem* Thraciæ, ANTON. *Itin. ibid.* Theodosius vero *Constantinopoli*, per *Aphrodisiadem, Callipolin* tendens, necessario *Heracleam* Thraciæ ciuitatem transire debuit. Factum est id anno superiore 442. quo in Asiam Persici belli caussa abiit, hoc vero anno 443. redux, ac *Aphrodisiade* consistens, antequam *Heracleam* ingrederetur, hac nouella scripta, ciues Heracleanos summa afficere voluit lætitia, petitionisque suæ participes reddere. Tandem illa, quæ de *muris, aquæductu, aliisque operibus publicis* ciuitatis Heracleanæ, paullo post dicuntur, ad *Heracleam* Thraciæ tantum pertinere, PROCOPIVS *de ædific. lib. 4. cap. 9.* nos dubitare non sinit. Is enim auctor refert, veteres *aquæductum* in ea ciuitate extruendum curasse, quem temporis diuturnitate corruptum, deinde Iustinianus restituerit. Memorat præterea splendidum illius vrbis *palatium*, operum publicorum maximum, quo olim superbierit. Adi ipsum locum, est enim longior, quam vt exscribere possim.

(f) *Cum miseratione commoniti.* Forte legendum, *commiseratione moti.*

(g) *Tabernæ.* Tabernæ erant ædificia mercimoniis deputata, & officinæ etiam artificum, in quibus & ars exercebatur, & ex arte factum opificium, exponebatur venale. Dicuntur *lege 5. de metatis, l. 9. 42. de operib. publicis*, ergasteria. *Ergasterium* enim & *taberna* idem. Glossæ, ἐργαστήριον, *taberna, officina.* Pertinebant autem *tabernæ* hæ vel ad priuatos, quas *priuatas* diceres, de quibus agit citata *lex 5. de metat.* ex qua simul intelligimus, stabula iis cohæsisse, in quibus animalia vehendis mercibus destinata, stabulabantur: vel *publicæ* erant, spectabantque aliæ ad principem siue fiscum, aliæ ad ius ciuitatis, quæ hic, *tabernæ ad ius ciuile pertinentes*, audiunt. Consule *d. l. 9. & 42.* Reditus siue pensiones, quæ ex harum locatione prouenicbant, impendebantur ad operum publicorum conseruationem, docente nouella nostra.

(h) *Reperta.* Hæc nox nihili est. Recte emendauit CVIACIVS, *Comite rei priuatæ.*

(i) *Deuulgatis.* Scribe *diuulgatis.*

(k) *Verum quia.* Vide *not. v. tit. 11. supr. leg. 2.*

(l) *Nonnunquam.* Emendat CVIACIVS, *non vnquam.*

(m) *Magistro Off.* Fuit hoc anno Magister Off. *Numus* siue *Nomus*, cui inscribitur nouella sequens.

(n) *II. Kal. Iul.* MS. Ottobon. *XI. Kal. Iun.* RITTERSHVS. *XI. Kal. Iul.*

(o) *Frodosiadæ.* Recte in MS. Ottobon. *Afrodisiade.* Et ita emendauit GOTHOFREDVS *in Comment. ad leg. vlt. de annon. & tribut. Aphrodisias*, Thraciæ est ciuitas, quam transibant *Callipolin*, in Asiam traiecturi, tendentes. ANTONI-

NI *Itiner. pag. 333. Edit. Wesseling. Aphrodisiade M. P. XXXIV. Callipoli M. P. XXIV. A Callipoli traiectus in Asiam Lampsacum vsque stadia LX.* Hanc vrbem Iustinianus Imp. moenibus cinxit firmissimis, PROCOPIO teste *de ædif. lib. 4. cap. 10.* Memorat eam AGATHIAS SCHOL. *lib. 5. pag. 155. Edit. Paris.* & *pag. 108. Edit. Venet.* Transiit autem Theodosius Aug. *Aphrodisiadem* hoc anno, redux ab expeditione Persica, de qua *not. e.*

De ambitu & locis limitaneis inibi redhibendis. Tit. XXXI.

I. Impp. THEOD. & Valent. AA. Numo Magistro Offic. (a)

Cvm nulla pene res adeo parua sit, quæ non plurimum prouisionis de nostra clementia consequatur, præcipuam militibus curam impertiendam esse censemus, quibus maxime communitur vniuersa respublica. Hæc enim vna res diligentissime procurata multarum nos rerum sollicitudine relaxabit, nec singulis cogemur adhibere medicinam, si generali remedio cuncta sanemus. In primis itaque Duces limitum, * & præcipue quibus gentes, quæ maxime cauendæ sunt, adpropinquant, iudicio nostræ clementiæ prouehi volumus, quorum integritatem, fortitudinem, vigilantiam, prolata rerum documenta commendant, capitali pœna videlicet ambitus libidine restinguenda. Eos igitur quos nostra æstimatio, sicut iam dictum est, promouendos esse censuerit, in ipsis plerunque limitibus commorari, & milites ad antiquum redigere numerum, imminentibus magisteriis potestatibus, diuturnisque eorum exercitationibus (b) inhærere præcipimus: castrorum (c) quinetiam ipsis, luxuriarumque (d) pro antiqua dispositione curam refectionemque mandamus, quibus cum principe (e) castrorumque præpositis pro laborum vicissitudine, limitanei tantum militis duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriæ potestatis arbitrio, deputamus. De Saracenorum vero fœderatorum (f) aliarumque gentium annonariis alimentis nullam penitus eos decerpendi aliquid vel auferendi licentiam habere concedimus. Sciant plane, quod si quid amplius, quam eis ex nostra auctoritate statutum est, audeant vsurpare, vtpote superexactæ pecuniæ violatores, & ipsi (g) facultatibus suis, & tui culminis dispositione limitibus adsignandis, pœnam gladii sustinebunt: & qui tanti flagitii, vel potius proditionis publicæ ministros participesve ediderint, (h) pari supplicio subiacebunt, nullum effugium, nec sacra adnotatione, nec lege pragmatica, diuinisue mandatis, nullam spem salutis habituri. Viros autem inlustres Magistros militum, priorem integritatem suæ administrationis imitaturos, in posterum quoque ab omni limitaneorum militum ac fœderatarum gentium concussione temperaturos, suaque officia prohibituros esse, confidimus. Quod si quid huiusmodi fuerit perpetratum, apparitiones, quæ his obsequuntur, quadrupli solutionem agnoscere hisdem limitibus imperamus. Idem ipsis quoque viris eminentissimis magistris militum amicum esse non dubium est, qui semper omnia sua compendia pro salute Reipublicæ contempserunt. Quis enim dubitat, eos communem statum suis opibus prælaturos, qui defensione strenua bellicisque conflictibus imperium nostrum suo sæpe sanguini prætulerunt: vniuersis videlicet, qui hoc nefandum atque inlicitum facinus perpetrare temptauerint, adeo tam sacræ adnotationis, quam legis pragmaticæ, mandatorumque nostrum subsidio, etsi aliqua forsitan obreptione meruerint, excludendis: vt neque intimatio licet admissa fuerit, penitus prosit, & Duces seu Magistros militum, vel cuiuslibet Iudicis, qui insinuationi annuerit officium, cum centenarum librarum auri damnatione vlterius (i) quam summam ad eorumdem limitum refectionem volumus proficere. Agros * etiam limitaneos vniuersos cum paludibus, omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos, (k) ipsi curare pro suo compendio atque arare consueuerant: & si in præsenti coluntur, ab his firmiter ac sine vllo concussionis grauamine detineri: & si ab aliis possidentur, cuiuslibet spatii (l) temporis præscriptione cessante ab vniuersis detentatoribus vindicatos, hisdem militibus sine vllo prorsus, sicut antiquitus statutum est, collationis onere volumus adsignari. In his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obuiam venire temptauerint, eadem pœnarum acerbitate, quæ aduersus Ducum auiditatem prolata est, valitura. Nam si quis forte, quod minime audere debuerat, emptionis titulo memorati iuris possidet

sidet prædia, competens ei actio aduersus (m) venditorem intacta seruabitur. Id autem curæ (n) perpetuæ tui culminis credidimus (o) iniungendum, vt tam Trachi (p) quam Illyrici nec non etiam Orientalis ac Pontici limitis, Ægyptiaci insuper, Thebaici, Lybici, quemadmodum se militum numerus habet, (q) castrorumque ac lusuriarum (r) cura procedat, quotannis mense Ianuario in sacro Consistorio significare nobis propria suggestione procures, vt vniuscuiusque tam industria, quam desidia nostris auribus intimata, & strenui digna præmia consequantur, & in dissimulatores competens indignatio proferatur. Credimus namque, quod re militari ad eum modum, quem disposuimus, obseruata, quocumque terrarum se hostis mouere temptauerit, victoria nobis, propitia secundi (s) numinis voluntate nuntiabitur, antequam prælium. Nume frater A. (t) Inlustris igitur auctoritas tua, cuius integram fidem rebus ipsis experta est nostra perennitas, hanc generalem saluberrimamque nostræ clementiæ sanctionem obseruationi perpetuæ, effectuique mancipari præcipiat, & edictis vbique propositis ad omnium notitiam venire perficiat. Dat. prid. Id. Septemb. (v) Constantinop. Maximo II. & Paterio COSS. (443)

(a) *Numo Magistro Off.* Scribendum est *Nomo*, vt recte habet MS. Ottobon. *Nouella sequente*, quæ eidem inscripta est. Male autem idem MS. hic legit *Ciro Mag. Off.* quod videmus ex *lege 3. Cod. Iust. de fundis limitrophis*, quæ ex hac nouella desumpta est, inscriptionemque præfert, *Nomo Magistro Off.* Fasti Latini corrupte *Nonium* vocant ad an. 445. bene CHRONICON *Paschal.* & *Fast. Florent. mai.* Νόμον, quod verum eius nomen THEODORETVS, PRISCVS, & *Concilium Chalcedonense*, seruant. Fuit autem *Nomus* Magister Officiorum *A. D. 439.* teste *Nouell. 32. de metatis*, & iterum hoc *anno 443*, vti hæc nouella docet. Post hunc annum a Theodosio missus est legatus ad Attilam, auctusque *Patriciatus* dignitate. PRISCVS *hist. Goth. in Excerpt. Legat. pag. 44.* & *48. Edit. Venet.* Τὸν δὲ Νόμον τὴν τοῦ Μαγίστρου τιμὴν ἄρξαντα, καὶ ἐν τοῖς πατρικίοις σὺν Ανατολίῳ λεγόμενον. *Nomum vero Magistri dignitatem gerentem, & in numerum patriciorum vna cum Anatolio allectum.* Anno deinde *445.* prodiit *Consul* cum *Valentiniano Aug. VI.* Vide *Fastos* RELANDI, vbi nomen emendandum, & PAGII *Critic. h. a.* Interfuit etiam *A. D. 451.* Concilio Chalcedonensi, in quo appellatur, *Magnificentissimus & gloriosissimus Exmagister, Exconsul & Patricius Nomus.* Vid. *Act. IV. initio, pag. 382.* & *Act. VI. pag. 464.* In eodem Concilio audiit querelas *Athanasii* Presbyteri Alexandrini, Cyrilli ex sorore nepotis, aduersus se oblatas. Dioscorus enim Alexandrinus Patriarcha, in dicto Concilio postea condemnatus, *Nomi* potentia abusus est, ad vexandos omnes Cyrilli affines. Consule *libellum Athanasii inter acta Concil. Chalced. pag. 331. Tom. II. Concil. Harduin.* vbi queritur omnem Cyrilli posteritatem non tantum ab impio evnucho *Chrysaphio*, sed etiam a *Nomo* grauissime fuisse afflictam, οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ καὶ ἐνδοξοτάτῳ Νόμῳ, τότε τὰ τῆς οἰκουμένης ἐν χερσὶν ἔχοντι πράγματα, *quam etiam a magnificentissimo & gloriosissimo Nomo, tunc res totius orbis habente in manibus*, qui locus insigne præterea potentiæ eius præbet testimonium. Ad *Nomum* Consulem extant THEODORETI tres *epistolæ 58. 81. 96.*

(*) Lex *Duces militum, 4. Cod. Iust. de officio militar. iud.* hinc desumpta est, cuius inscriptio recte habet. *Nomo Magistro Offic.* Sed mox legendum ab initio, *duces limitum.*

(b) *Exercitationibus.* Officii Ducum pars fuit, inhærere militum exercitationibus, qua de re vide differentem GOTHOFREDVM *in Commentar. ad leg. 13. de operib. publ.* Per *magisterias potestates*, paullo ante, intellige *Magistros militum*, qui *imminebant* ducibus, siue, vt est in antiqua inscriptione *apud Gruterum CLXIV. 3. insistebant*, cunctaque ordinabant, disponebantque, quæ ad tuendum limitem pertinebant.

(c) *Castrorum.* Per orbem romanum barbaris in limitibus varia fuere obiecta *castra*, siue loca fossa circumdata, in quibus milites casis, seu scenis extructis excubabant, vnde militibus *castricianis* siue *castrensianis*, nomen, *l. ult. de de re militar.* His *Præpositi* præerant, quorum paullo post mentio fit, hinc *Præpositura castri* dicitur *l. 11. de diuers. Offic.* *Castra* occurrunt *l. 5. 10. de re militar. l. 1. de commeat.* & alibi. Vide *Glossar.* & *Paratitlon de re militar. pag. 252. Tom. II.* *Præpositorum* frequens mentio in *Notitia Imper. Occidental.* sub Comitibus & Ducibus, ex qua simul patet, *castra* plerumque ad ciuitates limitaneas fuisse locata. Inde in Notitia Or. Comitis Limitis per Ægyptum, *Ala prima Herculia scenis extra Gerasa.*

(d) *Luxuriarumque.* Scribe *Lusoriarumque*, & consule *titulum 17. lib. 7. de lusoriis Danubii*, SALMASIVM *in hist. Aug. Vit. Bonos. c. 14.* In Cod. Iust. *d. l. 4.* legitur, *Castrorum quin etiam refectionis lustrationisque curam habeant.* In MSS. est, *luxuriarumque*, hinc CVIACIVS *Obseruat. III. 24.* emendat, *clusuriarumque*, non obseruans, esse eam legem ex hac nouella excerptam. *Clusurarum* mentio apud SVIDAM, voce Κλεισοῦρα, qui montium claustra & angustos aditus fuisse bene monet, sed cum illa lex ex hac nouella emendanda sit, agaturque hic de *refectione*, facile patet, rescribendum tantum esse *lusoriarumque curam.* Notauit iam Cuiacium GOTHOFREDVS *in Comment. ad d. l. un. de lusor. pag. 407.* Naues vero *lusoriæ* aut *lusuriæ*, vt infra vocantur, sunt, quæ in fluminibus limitem imperii constituentibus, vltro citroque discurrebant, & *ludebant*, vt, aut prohiberent barbararum gentium incursiones, aut ipsæ belli tempore ad barbaras terras appellerent, easque vastarent. *Luxuriæ*, vt hic, appellantur apud VOPISCVM *loc. cit. Cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incendissent.* Recte apud AMMIANVM *lib. 17. c. 2. lib. 18. c. 2. lusoriæ.* Λουσόριον πλοῖον apud EPIPHAN. *in Ancorat. Tom. II. Oper. pag. 109.* occurrit Vide etiam VEGETIVM *in fine operis de re militar.* LINDENBROGIVM *ad Ammian. d. l. 17* & DV FRESNE *in Glossar. voc. Lusoria.*

(e) *Cum Principe.* In Cod. Iust. d. l. 4. *cum principibus.* Intelligitur hic legionis *Princeps*, de quo VEGETIVS *lib. 2. c. 8.* & ibi STEWECHIVS.

(f) *Saracenorum fœderatorum.* De fœderatis memini me iam alibi dixisse. De Saracenis scribit AMMIANVS *lib. 14. c. 4. Saraceni tamen nec amici nobis vnquam, nec hostes optandi*, quia nimirum eorum amicitia oneri ac damno cedebat Romanis, qui graue stipendium eis quotannis donare cogebantur, quod idem auctor docet *lib. 25. cap. 6. Saracenos, ideo patiebamur infestos, quod salaria muneraque plurima a Iuliano ad similitudinem præteriti temporis accipere vetiti, questique apud eum, solum audierant, Imperatorem bellicosum & vigilantem ferrum habere non arma.* Qui locus docet hos scenitas Arabes iam Constantii æuo, fœderatos Romanorum fuisse. Sub Theodosio M. *fœderatorum Saracenorum* mentionem facit PACATVS *in Panegyr. cap. 22. Dicam a rebellibus Saracenis pœnas polluti fœderis expetitas?* His, atque sequentibus temporibus, fœdus durasse, hic locus testatur, & PROCOPIVS *de bell. Pers. lib. 2. cap. 17.* Vide SPANHEMIVM *in not. ad Iulian. orat. 1. pag. 164. 165.* Quia vero illa gens latrociniis infamis, plurimum poterat detrimenti afferre rei romanæ, sancte colenda fuit eius amicitia, cautumque ideo hac lege, *ne quid ex Saracenorum alimentis annonariis decerpere* auderent Duces limitanei. Sane Heraclii tempore, cum Saraceni, qui ab Imperatore Romano stipendium accipere solebant, repulsam ob auaritiam Ducum passi essent, Muhammedanis sese coniunxerunt, itaque eorum auxerunt vires, vt breui tota Syria esset in infidelium manibus. Vide CEDRENVM *in Heraclio pag. 429. Edit. Par. & pag. 838. Ed. Venet.*

(g) *Et ipsi.* Hoc sensu caret. Scribendum igitur, *exuti facultatibus*, iisque limitum tuitioni, dispositione Magistri Off. adsignandis.

(h) *Participesue ediderint.* Scribendum est, *participesue non ediderint.*

(i) *Cum centenarum librarum auri damnatione vlterius.* Hæc pessime se habent. Puto scriptum fuisse, *centenarum librarum auri condemnatio vltura sit. Condemnatio*, est multa pecuniaria, vid. *Glossar. Theodos.* τὸ *cum* irrepsit in textum occasione vocis antecedentis, *officium.*

(*) Lex, *agros limitaneos, vlt. Cod. Iust. de fund. limitroph.* hinc desumpta est. Consule *titul. 15. lib. 7. de terris limitan.*

(k) *Munere vacuos.* Id est, sine vllo tributi vel collationis opere.

(l) *Spatii.* GOTHOFREDVS *not. 6. ad leg. 1. de terris limitan.* & *in Commentar. ad leg. vn. de rei vindicat.* item in *Glossar. voc. sors*, per *spatium* intelligit, certam agri portionem. Et certe *d. l. 1.* agri limitanei, dicuntur *terrarum spatia.* Si placet interpretatio, tunc interpungendus locus hoc modo, *ab aliis possidentur, cuiuslibet spatii, temporis*, &c.

(m) *Aduersus.* Cod. Iust. *contra.*

(n) *Id autem curæ.* Lex, *curæ tui perpetui, 4. Cod. Iust. de Off. Magistr. Offic.* hinc excerpta est, cuius inscriptio est, *Nomo Mag. Off.*

(o) *Credidimus.* Cod. Iust. *credimus.*

(p) *Trachi. Trachia*, pro Thracia, in inscriptione *legis vn. de lusor. Danub.* Prouinciæ *Trachiarum, leg. 3. de militar. vest.*

(q) *Habet.* Recte Cod. Iust. *habeat.*

(r) *Lusuriarum.* Supra *Luxuriarum.* Vid. *not. d.* Male hic Cod. Iust. *clausurarum.*

(s) *Secundi.* Vellem, *Superi.*

(t) *Frater A.* Singulare hoc elogium, testatur summum Theodosii aduersus *Nomum* studium. Omnia autem post *Chrysaphium* evnuchum potuisse apud Theodosium Nomum, liquet ex PRISCO *in Excerpt. Legat. pag. 44. 48.* & libello Athanasii, de quo *not. a.*

(v) *Dat. Prid. Id. Septemb.* Cod. Iust. *d. l. 4. de Off. Mag. Off.* & *d. l. 4. de offic. militar. ind. Dat. II. Id. Septemb.* Recte in *d. l. 3. de fund. limit. Dat. Prid. Id. Sept.*

De metatis. (a) *Tit. XXXII.*

I. Impp. THEOD. & Valent. AA. Numo Magistro Offic. (b)

Cum inter multa priuilegia, quæ militaribus detulit viris antiqua prouisio, habitaculis etiam eorum certæ portionis domorum sorte prospexit: nos a quibus familiare est vniuersa negotia conpetenti temperatione disponi, suggestione tuæ magnitudinis moniti ita hospitiis militantium volumus esse consultum, vt tamen honore præditis in exactionibus ædium debita dignitati reuerentia conseruetur. Meminimus quippe nos diuina promulgatione tam Consularium virorum, quam Præfecturæ infulis ornatorum, ceterorumque inlustrium, nec non etiam silentiariorum: (c) certas domos in hac sacratissima vrbe sitas metatorum præbendorum onere liberasse: cui nunc addi oportere censemus, vt his Consularibus, qui auspiciis etiam patriciatus exultant, ternarum domorum (d) excusationis licentia concedatur. In heredibus etiam eorum, quibus excusationis ius datum est, immunitatis ædium priuilegio pro tenore sacratissimæ Constitutionis, quæ super hac re loquitur, firmiter valituro. Sed ne liberalitate nostra laxius, quam oporteat propagata, vel hospitalis commoditas militantibus abnegetur, vel nihil emolumenti referatur in publicum, id inprimis statuendum esse censemus, vt si quis, vel ius excusandarum ædium non habens, vel licet, in pluribus tamen domibus, quam ex sacratissima Constitutione concessum est beneficium excusationis ratione, res sit immunis, (e) seu sacro oraculo, seu quocumque modo vel iam consecutus est, vel consequetur in posterum, tertiæ partis domus, super quem oportuit numerum, excusatæ, pensionem arbi-

trio

trio tui culminis in rationes publicas conferre cogetur, vt aurum ex huiusmodi titulo profligatum, pro iussu nostri numinis, cura tuæ sublimitatis, quo visum nobis fuerit, erogetur. Idque in omnibus huius almæ vrbis domibus custodiri decernimus: ceteris videlicet omnibus, (f) qui metata in suis domibus præstant, siue hospitia præbuerint metatoribus, (g) seu quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogendis. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci vel ordinis, in hac florentissima vrbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis domibus priuilegio militiæ vindicare. (h) Et his quidem, quibus iam præbendi metati immunitatem inlustris fauor dignitatis indulsit, licet vacantis militiæ cingulo vsi sint vel vtantur, vel honorariæ prærogatiuæ potiantur insignibus, inuiolata, vt cautum est, excusationis iura largimur. In posterum vero hi quidem, quibus inlustrem dignitatem, ius actæ administrationis adtribuit, domos suas pro modo quem sacratissima Constitutio præfiniendum censuit, excusabunt: ceteris vero, quibus inlustris dignitas cum cingulo vel citra cingulum pro solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. (i) Hoc iuris in his etiam præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis condicio spectabiles nouit, honor tamen additus a nostra liberalitate reddit inlustres: excepto videlicet viro spectabili primicerio notariorum, cui volumus in excusandis ædibus inlustrium magistratuum priuilegium conuenire. Sed & si quis iam inlustrem dignitatem inter vacantes vel honorarios consecutus, domum postea in hac sacratissima ciuitate possederit, hunc quoque iubemus esse priuilegiorum excusatione alienum. Scituris omnibus, quod si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem ita propriæ domus impetrauerit, vt a pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum in alienis domibus sibi crediderit vindicandum, siquidem honore præditus excusationis ius habeat, carebit legum priuilegiis, quas fraudare conatus est. Si vero inter eos, quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centenarum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum inlatione multabitur, Nume FR. A. Inlustris itaque auctoritas tua, quæ per hanc diuinam legem duximus sancienda, solemniter ad omnium notitiam peruenire constituat. Dat. XVII. Kalend. Febr. Constantinop. Theod. A. XVII. (k) CONS. (439)

(a) *Metatum* est hospitium, quod militibus, Ducibusque ad bellum proficiscentibus, vel redeuntibus e procinctu, vel in vrbe consistentibus, præbebatur. Vide *Paratitlon de re militar. pag. 258. Tom. II.* & *titulum 8. lib. 7. de metatis.* Frequentissima est *metati* mentio apud Scriptores huius æui. DV FRESNE *in Glossar. vtroque.* Græci μιτάτον dicunt. Inde *metator*, qui metata parat. Consule *Commentar. ad leg. 4. de metat.*

(b) *Numo Mag. Off.* Vid. *not. 4. Nouell. 31.*

(c) *Silentiariorum.* De *Silentiariis*, qui excubias agebant ante Principis cubiculum, vide *tit. 23. lib. 6. de decurionib. & silentiar.* & *Commentar. ad leg. 4. eius tit.* DV FRESNE *in Glossar.*

(d) *Ternarum domorum.* Antea Consulares binas proprias domos Constantinopoli habebant immunes, *ex lege vlt. de metat.*

(e) *Res sit immunis.* Codices alii obseruante CVIACIO habent, *resistit immunis*, quæ lectio, nisi omnino cæcutire velimus, recipienda est.

(f) *Omnibus.* Hinc desumpta est lex, *omnes, qui metata, 9. Cod. Iust. de metatis*, cuius inscriptio recte habet, *Nomo Magistr. Off*

(g) *Metatoribus.* Metatores hic sunt ipsi milites siue hospites, vt *lege vlt. de metat.*

(h) *Vindicare.* Idem statutum *l. 15. de metat.* vbi vide *Commentarium.* Additum hic in Cod. Iust. *quod & in prouinciis obseruari oportet.*

(i) *Denegamus.* Derogatur *legi vltimæ de metat.* qua honorarii immunes redditi sunt.

(k) *Theod. A. XVII.* Libri omnes, & Codex quoque Iust. tantum habent, *Theod. A. Cons.* sed in MS. Ottobon. apparent notæ numerales *XVII.*

De releuatis, adæratis vel donatis possessionibus. (a) *Tit. XXXIII.*

I. Impp. THEOD. & Valent. AA. Hermocrati PF. P. (b)

Perfecta est ac plena liberalitas, quam præsens munificentia (c) communit: tuncque maxime vnusquisque tuto se confidit habere quod meruit, si quod singulis specialiter indultum est, generali prouisione firmetur. Cum itaque multorum possessiones meminerimus nostro beneficio aliquatenus tributorum munere subleuatas, eisque postea certam concessæ quantitatis partem, quia id necessitas flagitabat, indictam, vt quod libe-

ralitati noſtræ derogatum eſt, non pœnitentiæ potius videatur fuiſſe quam temporis, ſummam, quæ iam ex deſcriptione inlata eſt, profligatione contentionis, in poſterum ab huiuſmodi exactionis inquietudine liberamus: vt & præteriti temporis pro ſubleuatis prædiis reliquorum exactio concedatur, & in poſterum nulla talis deſcriptio formidetur. Hoc enim neceſſario nobis hac generali ſanctione fuerat promulgandum, cum multo ſit oneroſius ſimul & in aggere coaceruatam ſoluere quantitatem, quam particulatim reddere quod debetur. Hæc tamen liberalitas noſtra nihil diſpoſitionis ampliſſimæ (d) recordationis Antiochi, (e) quæ certam quantitatem ante ſe releuatis poſſeſſionibus, nomine canonis indixit, imminuit. Id enim quod (f) iam in canonem cecidit, & anniuerſaria debet penſitatione perſolui, nec in præteritum, nec in poſterum patimur eſſe conceſſum: nullique (g) deinceps copia relinquitur inſpectores ſibi ſpecialiter expetendi, niſi ſecundum ſanctionem noſtram, quæ ad viri inluſtris & Conſularis Florentl (h) ſuggeſtionem emiſſa eſt, ex communi ciuitatis aut prouinciæ deſiderio poſtuletur. Indulgentiam vero memoratæ deſcriptionis, & in anteactum, & in poſterum tempus, non ſolum in releuatis, verum etiam in donatis, adæratis translatisque (i) ſeu quodlibet aliud nomen nouæ deſcriptionis excogitatum eſt, volumus obſeruari, nullamque ſuper his vnquam exactionis moleſtiam formidari, quibus non tantum reliqua præteriti temporis relaxamus, ſed nec in poſterum quicquam innouationis aut oneris addendum eſſe cenſemus. Quod (k) & ſi qua innouatio, poſt adminiſtrationem inluſtris memoriæ Antiochi facta eſt, aut aliquid eis indictum eſſe monſtratur, hoc inritum fieri, omnemque innouationem aut indictionem viribus carere decernimus. Sufficere etenim nouimus illud, quod inluſtris memoriæ Antiochus ante ſe releuatis, vel adæratis, vel donatis, vel translatis poſſeſſionibus nomine canonicæ ſolutionis indixit: quod ſuam firmitatem conuenit obtinere in poſſeſſionibus videlicet, quæ ante eius adminiſtrationem huiuſmodi beneficium meruiſſe noſcuntur: poſt eius vero adminiſtrationem, nec innouationem quandam, nec adiectionem, nec excogitationem contra eos, nec aliquam diſpoſitionem prolatam, firmam eſſe concedimus. Verum & ſi quis (l) ex auctoritate noſtri numinis, vel præceptis ampliſſimæ Præfecturæ, de fundis Patrimonialibus ſteriles, ſub certi canonis pollicitatione ſuſceperit, firmiter eum volumus poſſidere, vel eiusdem (m) tantum canonis ſolutione, quem noſtræ maieſtatis auctoritas, aut præceptum magnificæ tuæ ſedis, per annos ſingulos ſoluendum eſſe præſcripſit, nullamque eos deſcriptionem, aut adiectionem, aut innouationem in poſterum ſuſtinere: quoniam nimis abſurdum eſt, eos, qui nobis hortantibus, aut magnifica Præfectura, fundos inopes atque ieiunos (n) magno labore impenſo, aut exhauſto patrimonio, vix forte meliorare potuerint, (o) vtpote deceptos, inopinatum onus ſuſcipere: illud quoque velut (p) quadam circumuentione depoſci, quod, ſi ſe daturos præſciſſent, fundos minime ſuſcipere, aut etiam colere paterentur. Sed vt his, qui ante legem datam ex ſuggeſtione viri inluſtris Florentl, poſſeſſiones ſuas releuarunt, magnam libertatem proſpeximus, (q) omni timore in perpetuum, ſicut conuenit, abſolutis: ita eos, qui poſt memoratæ Conſtitutionis tenorem, ſuas poſſeſſiones releuare conati ſunt, nihil commodi capere volumus. Quapropter ſciant omnes, qui tale beneficium, poſt huiuſmodi Conſtitutionem meruerint, infructuoſum ſibi hoc eſſe, nulliſque licere deinceps contra Diualia ſtatuta, aut releuare ſuas poſſeſſiones, aut adærationem (r) translationemque depoſcere: quod & ſi ſubreptitiis precibus fuerit impetratum, nihil valere beneficium tale ſancimus. Nouerit ampliſſimæ tuæ ſedis officium, quod ſi aliquando nobis vel ſuggeſtio huic noſtræ ſanctioni contraria porrigatur, vel ſi legi ſacriſve mandatis (ſi qua forte citra ſuggeſtionem his piis diſpoſitionibus aduerſa manauerint) (s) obſequatur, & aliquos tanquam debitores ex huiusmodi titulo crediderit exponendos, (t) ducentarum librarum auri ſe condemnatione multandum. Omnibus enim circa res proprias amputanda triſtitia eſt, quibus ex ſalute noſtra (v) vera ſenſimus gaudia contigiſſe, vt non minus commoditatibus domeſticis, quam ſoſpitate lætentur. Hermocrates Parens Kariſſime AA. Inluſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc ſaluberrimam legem pro multorum commoditate ſtatuimus, ſollemniter edictis vbique propoſitis ad omnium notitiam venire perficiat.

ficiat. Dat. III. Id. Decembr. (x) Constantinopoli, Theod. A. XVIIII. (y) & Albino v.c. COSS. (444)

(a) Conferendus cum hac Nouella est *titulus 20. lib. 11. de conlatione donatarum vel releuatarum possessionum. Donabantur* autem possessiones principali largitate bene meritis, *subleuabantur* tributorum onere, vel in totum aliquando, vel ex parte tantum, *adærabantur* denique, quando extra ordinem, vrgente necessitate, aurum argentumque conferebant. Consule *Paratitlon de conlat. donatar.*

(b) *Hermocrati PF. P.* Huius *Hermocratis* memoriam scriptores, quantum scio, non conseruarunt. Cum autem hoc *an. 444. l. 11. Cod. Iust. de assessorib. & leg. vn. Cod. eod. de Magistr. scrinior.* Præfectus Prætorio Orientis dicatur *Zoilus*, oportet *Hermocratem* Præfecturam Illyrici gessisse.

(c) *Munificentia.* Munificentia Theodosius, *Nona Quinquennalia*, imperii viuente patre initi, quæ hoc anno celebrauit, illustria reddere voluit. MARCELLINVS *in Chron. Theodosius Princeps nona Quinquennalia gessit.*

(d) *Dispositionis amplissimæ.* Hinc excerpta est *l. vn. dispositionem amplissimæ recordationis, Cod. Iust. de conlation. donatar.*

(e) *Antiochi.* De hoc *Antiocho PP. Orient.* satis dictum in *Prosopograph.* Data ad eum *A. D. 430. lex vlt. de collat. donatar.* vbi Theodosius eius committit *dispositioni*, vt a proxima indictione possessionibus ante se releuatis, collationis modum, quem æquum censeret, imponeret. Et satisfecit *Antiochus* Theodosii desideriis, ediditque *dispositionem*, quam Imperator hac nouella denuo confirmat.

(f) *Quod iam.* Cod. Iust. *quoniam.*

(g) *Nullique.* Hæc vsque ad illa, *indulgentiam* reiecit Tribonianus.

(h) *Florentii.* De *Florentio* viro Consulari & PP. vide, quæ dicta sunt *ad Nouell. 1. supr.*

(i) *Adæratis, translatisque.* De *adæratis* possessionibus iam supra. Bene obseruauit CVIACIVS *ad d. l. vn.* adærare esse etiam taxare æstimareque pecunia, quod in annonis inferebatur. *Transferri* vero dicuntur possessiones, quando earum functio & præstatio commutatur. Huius *translationis* duæ sunt species, quarum altera est, quando in aliud ius, veluti ex patrimoniali in priuatum, transferuntur possessiones: altera, quando mutatur ipsa functio, siue præstatio, veluti si pro æris aut ferri præstatione, quæ grauior nonnullis erat, beneficio principis auri præstatio concedebatur, & vice versa. Vide *Commentar. ad leg. 6. de conlat. donatar.*

(k) *Quod.* Sequentia omnia *d. l. vn. Cod. Iust.* ex arbitrio Triboniani contracta sunt.

(l) *Et si quis.* Lex, *si quis auctoritate, 16. Cod. Iust. de omni agro deserto*, hinc excerpta est, cuius inscriptio in vulgatis Editionibus recte habet *Hermocrati PP.* Male in Contiana, *Hermog.*

(m) *Vel eiusdem tantum.* Recte RITTERSHVSII Editio habet, *sub eiusdem tamen*, quam lectionem seruat Cod. Iust.

(n) *Ieiunos.* Proba est hæc lectio: male in Cod. Iust. *egenos.* Possessiones *ieiunæ* & defectæ iunguntur *lege 5. de conlat. donatar.* Et *l. 3. de censitorib.* cautum, *squalidiora atque ieiuna, culta atque opima compensent.*

(o) *Potuerint.* Cod Iust. *potuerunt.*

(p) *Illud quoque velut.* Cod. Iust. *illudque velut.*

(q) *Magnam libertatem prospeximus.* Vellem, *magna liberalitate prospeximus.*

(r) *Adærationem.* Adæratio hic eo sensu accipienda, de quo *not. i.* Est nimirum compensatio, quæ fit in pecunia, loco specierum, ἀπαργυρισμός. Vid. *Glossas* Cyrilli, & *Commentar. ad leg. 28. de erogat. militar. annon.*

(s) *Manauerint.* Ita edidit etiam CVIACIVS *d. l. vn. Cod. Iust.* in Contiana & aliis Edd. est, *emanauerint.*

(t) *Exponendos.* Ita libri omnes: MSS. vero quos consuluit CONTIVS *d. l. vn.* habent, *exigendos.*

(v) *Salute nostra.* Respicit hoc loco Theodosius *Quinquennalia*, de quibus supra.

(x) *Dat. III. Id. Decemb.* Cod. Iust. d. l. vn. & d. l. 16. *Dat. XII. Kal. Decembr.* In Editione Lugdunens. 1566. est, *XIII. Kal. Decemb.*

(y) *Theodos. A. XVIIII. & Albino.* In Editione, quæ in quarto, vt dicunt, prodiit, & Gothofrediana est, *Theodosio Aug. & Albino XIX.* Rittershusiana nota numeralis abest. Sed recte MS. Ottobon. Cod. Iust. vtraque lege, & Editio Lugdunens. *Theodosio A. XVIII. & Albino*, qui Consules *A. D. 444.* prodiere. Consule RELANDI *fastos*, & PAGII *Critic. h. a.* Occasione huius Consulatus respicio ad *titulum 14.* supra *de amota militantibus fori præscriptione*, cuius tituli *nouella 1.* inscripta est *Florentio*, subscriptio vero habet, *Theodosio A. XVIII.* An. D. 444. Sed in Cod. Iust. & MS. Ottobon. est *Theodosio A. XVII.* A. D. 439. Hanc subscriptionem, licet ibidem *not. q.* defenderim, nouo tamen, eoque indubitato iterum firmabo argumento. Patet enim, primo, ex nouella hac, *Florentium* A. D. 444. siue *Theodosio XVIII. Cos.* Præfecturam non gessisse, sed priuatam vixisse vitam, cum appelletur tantum, *Vir illustris & Consularis*, nullaque fiat gesti honoris mentio, quod fieri tamen non poterat, si in dignitate fuisset constitutus. Deinde, cum notum sit, duas tantum fuisse Orientis Præfecturas, nostraque constitutio data sit ad *Hermocratem PP.* in legibus vero Codicis Iust. *11. de assessorib. & vn. de Magistr. scrin.* occurrat A. D. 444. *Zoilus PP. Orientis*, liquet certissime, *Florentium* eo anno neque Illyrici, neque Orientis Præfecturam gerere potuisse, dictamque *Nouellam 14.* anno tantum 439. esse emissam.

De postulando. (a) *Tit. XXXIIII.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Fausto PF. P. (b)

Gaudemus admodum hæc nobis amplitudinis tuæ insinuatione suggesta, quæ nostris concordare iudiciis, priuilegia dudum causidicis delata, testantur: quorum vt merita maior beneficiorum nostrorum cumulus augeret, etiam nouis insuper amplificamus indulgentiis. Quo enim impares honore credamus eos, quorum vitam, eloquentiam, per tot

tot officii huiusce annos, non solum priuatorum, verum etiam publicorum iudiciorum, explorat auctoritas? Fauste P. K. Inlustris & præcelsa magnificentia tua laudabilium suggestionum suarum contemplatione, hoc a nobis in admittendis retinentur (c) honorandisque causidicis edictali lege nouerit constitutum, vt in eo, qui se causidicorum numero optat adiungi, INprimis studia, mores, natales, (d) vel si perfunctus est muneribus, quibus patriæ suæ nascendi generositas debet esse munifica, neque per calumniam neque perfunctoria examinatione quærantur. Etenim oportet eos, quos semel adsciueris in seminarium dignitatum, omnino ita ad omnia esse ædificatos, vt idcirco digni vniuersis honoribus habeantur, quod aduocati esse meruerunt: quibus ad agendum viginti annos (non vt adpropinquare vicensimum, sed vt explere fas sit) legis huius auctoritate decernimus. In prouincialibus vero foris, sedecim aut eo amplius numero aduocati sint, & vnum ex his, qui in agendo annorum numero præstat, ad Prætorianum forum, si hoc præfectura iubeat, auocari: atque omnes siue vtriusque Prætorianæ, siue vrbanæ Præfecturæ causidicos, expleto vicensimo, vel ad alium vitæ cursum maturius transeuntes, quinto decimo aduocationis anno, Vicariæ (e) dignitatis ius potestatemque obtinere, ita vt in salutationibus nostris, (f) in conuentibus publicis, omnibus, qui post se Vicariæ potestatem adepti erunt, merito præponantur. Neque enim perpetuandam putamus (g) huiusmodi dignitatem in his, qui aduocatione functi sunt imaginaria aut vacantiua (h) videri, cum eam non gratiæ singulorum, sed ipsi ordini & professioni, iudicia nostra restituant, quamuis tam magno, tam necessario & tam sancto officio si seruetur reuerentia literarum, etiam hoc peruium esse videatur, nisi illis saluum esset sperare cum omnibus, quod optimus quisque ac sibi bene conscius, de nostris iudiciis non frustra debet optare. Neque enim tali fine meritum professionis artamus, aut futuræ spei intercludimus viam: quin præterita interim remuneratione, vt nullus ciuilium officiorum oneribus, aut exactionibus, aut operibus publicis, (k) ad suggestiones numeratorum, (l) vel ad præceptum sacræ nostræ, (m) huiusmodi hominum meritum, quod supra memoratos annos, in quolibet Prætoriano siue vrbano foro, studium probatæ defensionis impendit, post diutinum laborem solicitetur quies, prouidebit amplissimæ Præfecturæ debita & iusta commotio, quæ triginta librarum auri condemnatione ab officiis prouincialibus, (n) vel suo ilico iubebit exposci, si quemquam ex his, qui prædicta obseruatione causis patrocinia præstiterunt, ad huiuscemodi iniuriam suggerendum esse crediderint. His hoc etiam literatæ militiæ (o) contemplatione præstamus, vt si in familia fuerint constituti, quidquid quolibet titulo positi in aduocatione quæsiuerint, tanquam peculium castrense defendant, (p) ne præmium laboris alieni, aut in alios transferat, aut sibi vindicet patrum potestas. Hanc autem legem edictis amplitudinis tuæ omnibus Iudicibus ac prouinciis facias innotescere. Proposita Id. August. Romæ in Foro Traiani, Dioscoro Romæ (q) V. C. CONS. (442.)

(a) Consule supra *Nouellam 16. de postulando, & perpetuanda aduocatione.*

(b) *Fausto P. F. P.* Faustus hic, integro nomine audit, *Anicius Acilius Glabrio Faustus*, vt docet inscriptio, relata ab ONVPHRIO *in fast. ad An. 438.* Gessit autem *Faustus* Præfecturam vrbanam A. D. 425. vt liquet ex *leg. 62. de haeret.* Vid. CONTELORIVS *de Præf. Vrb. pag. 74.* Prodiit deinde in Occidente *Consul* A. D. 438. cum *Theodosio A. XVI.* Adi RELANDVM, PAGIVM, & *Prosopograph.* & hoc anno 442. honore *Præfecturæ Prætorianæ* Italiæ exsplenduit, teste *hac Nouella.*

(c) *Retinentur.* Emendat CVIACIVS *Obseruat. XVI. 22. retinendis.*

(d) *Studia, mores, natales.* Constantinus M. *l. 2. de aduocat. fisci*, aduocatos *pollentes literis* desiderat, & Theodosius Iun. *l. 5. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior.* priuilegia aduocatis *reuerentia* tantum *studiorum* concessa esse testatur: Leo Imp. *l. 11. d. t. Iurisperitos*, ait, *etiam eorum doctores iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere, esse eum* (Aduocatum) *qui posthac subrogari voluerit, peritia iuris instructum.* Innocentiam *morum* idem Constantinus requirit *d. l.* Cur vero de *natalibus* quærendum fuerit, docent sequentia: ne scilicet Aduocati, vinculo curiali obstricti, patriæ munera præstanda, obtentu aduocationis, effugerent. Vide *l. 2. 3. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior.* & *Paratitlon tituli de postulando.*

(e) *Vicariæ.* Consule *Commentar. ad leg. 4. de proxim. comitib. Tom. 2. pag. 150.* & *ad leg. 1. de vsur. Tom. I. pag. 271.*

(f) *Salutationibus nostris. Salutatio & adoratio* Principis, idem est. Certo autem ordine per admissionales, ad adorandum principem salutatores admissos, habitamque dignitatis fuisse rationem, late probauit GOTHOFREDVS *ad legem vn. de Præpos. S. cubicul.*

(g) *Perpetuandam putamus.* Emendat CVIACIVS *Obseruat. XVI. 22. Neque enim perpetiendum putamus.*

h) *Ima*

(h) *Imaginaria aut vacantiua.* Lege cum CVIACIO *loc. cit. Imaginariam aut vacantiuam.* Dignitas *imaginaria* & *vacantiua*, est, quam quis citra labores, pretio vel *gratia*, (vt mox dicitur) impetrauit. De dignitate *vacantiua*, & *imaginaria*, seu honoraria, consule *Commentar. ad leg. 1. de Comitib. vacantib.* Lucem etiam his affundit *l. 2. Cod. Iust. vt dignitat. ordo.*

(i) *Peruium.* Emendat bene CVIACIVS, *parum.*

(k) *Ciuilium officiorum oneribus, aut exactionibus, aut operibus publicis.* Quid onera ciuilium officiorum sint, peruulgatum est. De *exactionibus* debitorum publicorum, est *titul. 7. lib. 11.* & *tit. 8. lib. 8.* vbi consule *Paratitlon.* Cautum igitur hoc loco, ne Aduocati, qui per statutum temporis spatium, in foro Prætoriano vtroque, vel etiam vrbano, causas egerant, *exactorum* molestissimo munere fungi cogerentur. Quæ de *operibus publicis*, statuit Valentinianus, ea vide illustrata ad *nouellam* Theodosii *16. supra de postuland. not. q.* ibi: *nulla operis exstructio eis imponatur.*

(l) *Numeratorum.* Scribe *numerariorum*: male enim defendit GVTHERIVS *lib. 3. c. 2. de Off. dom. aug.* auctoritate Augustini vulgatam lectionem. De *numerariis* est *titulus I. lib. 8.* vbi consule *Paratitlon*: Erant autem *numerarii* inter officiales Præfectorum Prætor. Vrbis, Comitum S. L. & R. P. Rectorumque prouinciæ, penes quos *publicarum rationum consistebat notitia*, vt dicitur infra *Nouell. de numerariis*, cogebanturque Iudicibus, debitorum ac reliquorum modum, sub actorum testificatione, non modo frequenter ingerere, *leg. 9. de numerar.* sed & ipsi munerum iniungendorum sustinebant curam, id est, eos nominabant, qui exactorum, curatorumque operum publicorum, munus obire possent, & fastu turgidi, vti est in *leg. 11. de priuileg. eorum qui in sacro palat.* nullam aliquando priuilegiorum immunitatumque habebant rationem. Eam igitur ob caussam Valentinianus hoc loco, *numerariorum suggestiones*, siue nominationes, inualidas pronuntiat. De his *numerariis*, qui ita a rationibus numerandis & subducendis, nominati sunt, vide, quæ obseruarunt SAVARO *ad Sidon. lib. 1. ep. 11.* IVRETVS *ad Symmach. lib. 9. ep. 47.* & DV FRESNE *in Glossar.*

(m) *Sacra nostra.* CVIACIVS addit, *iussionis.* Sed ea voce nil opus est; *sacra* enim absolute denotat Imperatoris legem & epistolam, *l. 6. de cohortalib.* Vid. *Glossar. Theodos.* Gloss. Basil. σάκρα, οἱ λόγοι τῷ δημοσίῳ, καὶ αἱ Γραφαὶ, καὶ ἑρμηνεύονται ἱερά. Cumulauit alia loca DV FRESNE *in Glossar.*

(n) *Officiis prouincialibus.* Intellige *numerarios* iudicum. Mox enim verbis, *vel suo*, indigitantur *numerarii* Præfectorum Prætor.

(o) *Literata militia.* Leo Aug. *l. 14. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam Aduocatos: Militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt.*

(p) *Peculium castrense.* Repetita hic *lex 3. de postulando.* Aduocatis Præfectorum Prætorio idem quoque ius A. D. 440. tribuit Theodosius *l. 8. Cod. Iust. de aduocat. diuers. iudicior. Omne, quod togatis fori Celsitudinis tuæ (PP.) quolibet casu, quolibet acquiritur titulo, quasi castrense sibimet vindicare: nec patribus, nec auis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus.*

(q) *Romæ.* Delenda hæc vox. Vndecim occurrunt leges in Cod. Theodosiano *propositæ Romæ in foro Traiano*, quas quære in *Topographia p. 122.* Cæterum hæc nouella testimonium præbet, *Dioscorum* fuisse Consulem occidentalem, cum ea, eius tantum nomen præferat. *Eudoxius* enim hoc anno Consul in Oriente prodiit, vide PAGIVM *in Critic. ad an. 442.*

De confirmatione legum Nouellarum Diui Theodosii. (a) *Tit. XXXV.*

1. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino PF. P. & Patricio. (b)

Gloriosissimus principum dominus Theodosius clementiæ meæ pater, (c) leges a se post Codicem nominis sui latas nuper (d) ad nos sicut repetitis Constitutionibus cauerat, prosequente sacra præceptione direxit, Albine parens Karissime AA. Inlustris & præcelsa magnificentia tua nostrorum quoque apicum tenorem secuta, perferet eas in notitiam omnium, cum supradicta venerabili iussione simul missa, quæ nihil dubitationis relinquit, tam suis quam prouincialium Iudicum decernet edictis, vt sicuti vterque orbis indiuiduis ordinationibus regitur, hisdem quoque legibus temperetur. Dat. Non. Maii, (e) Rau. Postumiano & Zenone coss. (448)

(a) Hanc Nouellam edidit GOTHOFREDVS *inter Valentinianeas num. 13.* Cum autem nouellæ facillime inueniantur, nolui turbare ordinem editionis Cuiacianæ.

(b) *Albino PF. P. & Patricio.* De eo dixi supra ad *Nouell. 22. de pecunia Afris credita.*

(c) *Pater.* Vid. *not. b. ad nouell. 2. supra de confirmat. leg. Nouellar.*

(d) *Nuper.* Missæ iam sunt Constantinopoli anno superiore. *Sacra* enim illa *præceptio*, de qua mox, est dicta *nouella 2. supr. de confirmat. legum nouell. Theodos.* quæ data *Kal. Octobr. Constp. Ardabure V. C. Cons. & qui fuerit nuntiatus*, id est, an. D. 447. Hoc autem anno 448. demum, vt hæc constitutio docet, leges Theodosii nouellæ in Occidente promulgatæ confirmatæque sunt, forte, vt *decima* Theodosii A. *Quinquennalia*, quæ in hunc annum incidunt, hac promulgatione magis redderentur illustria.

(e) *Dat. Non. Mai.* MS. Ottobon. *Dat. III. Non. Iun.*

De Lampadariis. (a) *Tit. XXXVI.*

1. Impp. VALENTIN. A. Opilioni Mag. Offic. (b)

Merito amplitudinem tuam de statutis præcessorum (c) tuorum contrariis, inter primicerium Lampadariorum & sequentes eius habitis, videmus retulisse, vt quod pro verecunda moderatione ipse non poteras, nostra seruaret decretio. Opilio FR. AA. Inlustris itaque auctoritas tua iuxta rationabilem suggestionem tuam, perpendentes & breuia nimis & longiora tempora, hac edictali lege nos statuisse cognoscat, vt primicerius Lampadariorum tres annos in priuatos (d) administratione consistat, quatenus hoc labore perfunctos, (e) sequentibus ad processum copia tribuatur, vt neque ille diuturnitate posterioribus onerosus existat, neque sequentes nimia expectatione languescant. De absentibus, quæ amplitudinis tuæ suggestio patefecit, serenitas nostra confirmat: hoc est, vt si biennium suis (f) abfuerit, vnum ei, triennio duo, quatriennio tres merito propiet (g) anteponi: si vero quinquennio, matriculis eximatur, vt de sua (h) pœna percellat, & sedulis obseruationis suæ compendia præmio concedantur. Dat. v. Non. Octob. Romæ, Valentiniano A. VI. & Albino. (i) (450)

(a) *De Lampadariis.* Obscurum est *Lampadariorum* munus, parumque lucis affundit hæc nouella. *Notitia Magistri Officiorum,* & *lex vlt. Cod. Iust. de diuers. offic.* lampadarios adiungunt mensoribus. Notitia Imp. *Mensores & lampadarii.* Lex vlt. *Mensorum, lampadariorum eorum, qui in sacris scriniis deputati sunt.* PANCIROLVS *ad Notit.* & BRISSONIVS *de V. S.* aliique crediderunt, habuisse eos curam lampadum palatii, vt accenderentur & niterent, nonnullosque ad scrinii usus fuisse deputatos, vt scribis in multam noctem vigilantibus & scribentibus, lampades instruerent. Sed cum Iustinianus *Edict. VIII. cap. 3. §. 4.* Lampades, a quibus *lampadariis* nomen est, referat inter insignia magistratus, illa doctorum virorum opinio locum habere vix potest. Sentiendum igitur puto, cum GVTHERIO *de off. dom. aug. lib. 3. c. 12. in fin.* & DV FRESNIO *in Glossar. voc. lampadarius*, qui censent, *lampadarios* fuisse, qui faces aut lampades Imperatoribus Magistratibusque prætulerint. Ignem Imperatoribus prælatum fuisse, & viri docti sciunt, & plurima docent veterum loca. *Lampas* non est lucerna olearia, sed tæda, fax. Vide POLLVCEM *lib. 10. c. 26.* SCHOLIASTEN *ad Persium Satyr. VI. v. 61.* Imo *Lampas* candelabri imitatur figuram, quod cereis candelis instuctum est, & depictum servat Notitia Imperii in insignibus Præfecti Prætorio. Consule DV FRESNE *in Glossar. voc.* διβάμβυλον, λαμπάς. Itaque *Lampadarii* sunt, qui ignem Imperatoribus prætulerunt. Cumque magistratibus imperatoriæ imagines etiam præferri solerent, vt docet CASSIODORVS in form. Consularitatis *lib. 6. c. 20.* ibi: *vultus quin etiam regnantium geniata obsequii pompa præmittit, vt non solum summi iudicis, sed & dominorum reuerentia cumulatus orneris,* eæque imagines tantum μετὰ κηρῶν aut μετὰ κηραψίας in publicum efferrentur, vt præter *Acta synodi VII. act. 1.* testatur insignis locus CHRONICI PASCHAL. in Phoca *pag. 383. Ed. Par.* & *pag. 305. Ed Venet.* μετὰ καὶ τῆς εἰκόνος Φωκᾶ, ἣν εἰσῆγον ἐν τῇ ζωῇ αὐτȣ͂ εἰς τὸ ἱππικὸν μετὰ κηραψίας, *cum Phocæ imagine, quam, dum superstes esset, cum accensis cereis in circum intulerant,* Magistratibus quoque, quibus inter insignia, imperatoriæ sunt imagines attributæ, vt videre est in Notitia Imperii, lampadum vsus datus, & lampadarii concessi, qui in publicum cum imaginibus prodeuntibus, lampades siue ignem præferrent reuerentiæ ergo. Ideo IVLIANVS antecessor *constitut. 37.* memorat *lampadarios* Præfectorum Prætorio, Magistrorum Off. Quæstorum, & Præfectorum insularum, & *lex. vlt. Cod. Iust. de diuers. off. lampadarios* Magistrorum militum vtriusque Præfecti Orientis & Illyrici, Iustinianus *dicto Edict. 8.* eos Vicario Pontici tractus adsignat, ibi: *vtetur porro præconis voce, & lampadibus quatuor, quippe cum in hanc rem sumptus a nobis constitutus sit.* Ex his patet, plures fuisse *lampadarios*, quorum princeps hac nouella audit *primicerius lampadariorum.* Patet porro ex hac nouella & notitia Imp. eos fuisse sub dispositione Magistri officiorum, & forte in laudata Notitia, vt coniicit DV FRESNE, iunguntur mensoribus, quod, vt ii, imperatorem magistratusque præcederent. De *Lampadariis* aulæ Constantinopolitanæ multa habes apud CODINVM *de offic. cap. 6. & 7.* & GRETSERVM *in obseruat. ad Codin lib 3. cap. 1.*

(b) *Opilioni Mag. Off.* Opilio *Magister Off.* fuit *A. D. 450.* teste hac nouella, & *A. D. 449.* vt liquet ex nouella sequente. Prodiit deinde *Consul A. D. 453.* cum *Vincomalo.* Consule RELANDVM *in fast.* & PAGII *Critic.*

(c) *Præcessorum.* GOTHOFREDVS edidit *prædecessorum.*

(d) *In priuatos.* Bene emendat CVIACIVS, *in primatus.*

(e) *Perfunctos.* Lege *perfuncto.* Error ortus occasione vocis sequentis.

(f) *Suis.* Vellem, *quis.*

(g) *Propiet.* Emendat CVIACIVS *properet.*

(h) *De sua.* Bene hic legit CVIACIVS, *desides.*

(i) *Et Albino.* Male ita in libris omnibus. *Valentinianus* enim sextum prodiit Consul cum *Nomo A. D. 445.* vt clarum ex *fastis.* Cum vero vix capiam, qua ratione potuerint librarii, licet ineptissimi, confundere *Nomum* cum *Albino*, in mentem mihi venit, scriptum fortasse fuisse, *Valentiniano A. VII. & Auieno,* id est an. 450. *Auienus* autem in marmoribus *Habienus*, & apud Græcos Αβιῆνος & Αλβῖνος, dicitur. Vide *fastos* RELANDI. Imo subscriptio *leg. 1. Cod. Iust. de prætorib.* habet, *Valentiniano VII. & Albino Coss.* Deinde data est hæc nouella *Romæ*, in qua vrbe anno tantum 450. versatus est Valentinianus, & *quinta Quinquennalia* Augustei imperii celebrauit, vt probat PAGIVS *in Critic. ad an. 449. n. 17.* & docet subscriptio *nouella 38. de nauicular. amnicis*, & Valentiniani *nouell. 7. de indulgent. debitor.* quæ ex his quinquennalibus lucem capit. Ita conieceram. Sed Var. Lect. MS. Ottobon. consulens, hanc ipsam deprehendi lectionem, *Valent. A. VII. & Abieno Conf.* Patet igitur, nouellam hanc *anno 450.* emissam esse.

De principibus Agentium in rebus. (a) *Tit. XXXVII.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Opilioni Magistro Offic. (b)

Libenter accipimus quotiens necessaria subgeruntur. Tantum enim laudis est veterum statuta seruare, quantum necessaria prouida mente sanxisse: eadem ratio est præstare beneficia, & præstita custodire. Igitur sublimitatis tuæ, quæ magnanimitate sui (c) nostris temporibus proficere iudicat, quicquid rationabili sollicitudine prouidetur, suggestionem sequentes, Agentium in rebus scholæ, (d) quorum labores, sollicitudines, vigiliæ (e) tantæ sunt, vt soli quicquid oneris est, & profiteri & efficere videantur, hac edictali lege consulimus, vt quæ vetustas pro remuneratione sui præstitit, & intercepta iam diu fuerant, consequantur, scilicet, vt inconsulto Principe, qui ex eadem schola ad obsequia Præfecturæ Prætorianæ post infinita discrimina, & consumpta ætatis parte meliore peruenit, primores designati officii nihil vsurpent, (f) neque Præfectianus (g) aliquis summæ sumat (h) militiæ sacramenta, neque matriculis eximatur, præter eius conscientiam atque consensum: ita vt eadem matricula officii prætoriani in Principis potestate consistat, & annonis atque emolumentis, (i) Principibus nihil per Iudicum auaritiam subtrahatur. Debent enim plurimis remediis adiuuari, quos nouimus, vt ad hoc veniant, plurima pericula (k) sustinere, Opilio Frat. A. (l) Inlustris itaque auctoritas tua, hæc quæ merito constituta sunt, præcipiet pro sua æquitate seruari, vt spe certa recuperandi præmii antiquitus deputati, in necessitatibus publicis fidelius elaborent: quoniam vbi certus fructus est, illic studiosius laborare delectant: multa decem librarum auri statuta, si quis legis huius obuiauerit constitutis. Dat. III. Id Sept. Rau. Asturio & Protogene (m) VV. CC. COSS. (449)

(a) *De Principibus agent. in reb.* Hanc nouellam edidit GOTHOFREDVS inter Valentinianeas *n. 14. De Principib. agent. in reb.* est *titulus 28. lib. 6.* vbi consule *Paratitlon.* Sunt autem *Principes agentium in rebus*, qui in schola agentium, diuturno fatigati obsequio, tandem id præmii loco consequebantur, vt in prouincias missi, gubernarent Iudicum officia, vt docet *Notitia Imperii, & l. 6. de princip. agent. in reb.* Adde *Commentar. ad leg. 1. dict. tit.*

(b) *Opilioni Mag. Off.* De eo vide *not. b.* ad nouell. superiorem 36.

(c) *Sui.* Editiones Lugdunens. & Gothofred. habent, *sua.*

(d) *Scholæ.* De schola agentium in reb. consule *Paratitlon tit. 27. de agent. in reb. lib. 6.*

(e) *Vigiliæ.* L. 7. de priuileg. eorum, qui in sacro palat. militant: *Quique inter agentes in rebus plenum vigiliarum munus exercent.*

(f) *Nihil vsurpent.* Reuocat Valentinianus hoc loco *leges* Gratiani, Theodosii M. & Arcadii, *l. 3. & 6. de principib. agent. in reb.* quibus cautum est, ne quid officiales iudicum audeant agere, sine auctoritate Principis officii. Consule ibi *Commentarium.*

(g) *Præfectianus.* Præfectianus, ἐπαρχικὸς, est apparitor seu officialis Præfecti Prætorio. Vide *titulum 10. lib. 12. ne præfectianus* &c.

(h) *Summæ sumat.* In Editionibus Lugdun. & Gothofred. est, *sua præsumat.* Sed proba est nostra lectio, *sumere* enim *militiam*, & *matriculis eximi*, opponuntur. *Summa militia* dicitur Prætoriana, vt infra *nouell. 4.* Maioriani *de indulgent. reliquor. superior militia.*

(i) *Emolumentis.* Hinc discimus, Principes officiorum, quædam *emolumenta*, siue *sportulas* quasdam, accepisse ab iis, qui in militiam officialium adsumebantur. Ideo cautum supra, *ne quis sine consensu Principis sumere militiæ posset sacramenta.* Imo ob missiones officialium ad Principem redibant quædam *compendia*, vt vocantur *l. 2. de lucris officiorum*, quod docent verba illa, *neque matriculis eximatur.* Consule *Commentar. ad d. l. 2.*

(k) *Plurima pericula.* Theodosii Iun. L. 6. Cod. Iust. de principib. agent. *Principes agentium in rebus, quos sæpe sæua pericula, vitæque interdum renuntiatio ad memoratum gradum adduxit.*

(l) *Frat. A.* In Editionib. Lugd. & Gothofred. est, *P. K. A.*

(m) *Protogene.* M S. Ottobon. *Protegene*, male. *Protogenes* vocatur in Actis Concil. Chalcedonens. *Act. IV. init. pag. 382. Tom. II. Concil. Harduin. Et magnificentissimo & gloriosissimo expræfecto & exconsule & Patricio Protogene.* Consule *fastos* RELANDI & PAGII *Critic. h. a.*

De nauiculariis amnicis. (a) *Tit. XXXVIII.*

I. Imp. VALENT. Epitincano PF. V. (b)

Publicis commodis & sacratissimæ vrbis vtilitatibus amica suggestio magnitudinis tuæ, clementiam nostram more solito prouisionis admonuit, vt nauiculariorum corpori, per tot detrimenta lassato, remedia præstaremus: quorum priuilegiis sufficere constituta vetera potuerunt, nisi hæc temeritas inlicitæ vsurpationis infringeret. Epitincane P. K. AA. Vnde inlustris magnitudo tua hac nostri pragmatici actione (c) cognoscat, iuxta suggestionem

onem suam nauicularios, qui munus proprium diffugerunt, ad corpus suum cum agnatione & peculiis reducendos, omni vel coniunctionis, vel obnoxietatis,(d) vel cuiuslibet personæ priuilegio (e) & defensione submota: eorum, qui sine heredibus obierunt substantiam, quolibet alienatam titulo ab his vindicari, qui memoratæ seruiunt functioni. Nauem nec facere nouam, nec instaurare intra capacitatem (f) quadraginta cuparum liceat, quo hoc munus videtur esse susceptum: priuatorum (g) naues legitimæ capacitatis, necessitatem huius functionis singulis cursibus, minores vero binis solidis adiuuabunt: vt necessarium corpus saluberrimæ prouisionis auxilio subleuatum, deuotionem solitam redintegratis viribus possit agnoscere. Dat. VIII. Kal. Maii, Rom. Valentiniano A. & Auieno v. c. coss. (450)

(a) *De nauiculariis amnicis.* Ad vrbem Romam pertinet hæc Valentiniani constitutio, in qua A. D. 450. solemnia *Quinquennalium* Augustei imperii celebrauit. Vide PAGIVM *in Critic. h. a.* Huius solennitatis caussa Imperator *publicis* vrbis *commodis* consulere voluit. *Commoda* proprie sunt annonæ subsidia. Vide *Glossar. Theodos.* Vrbi enim æternæ canon frumentarius a possessoribus Africanis in primis erat præstandus, quem nauicularii ad portum Romanum subuehebant, vbi in horreis recondebatur. Ex his Tiberi aduerso Romam transferebatur per *caudicarios*, siue *nauicularios amnicos*, de quibus hic agitur. Pertinent huc tituli, *de canone frumentar. vrb. Rom. de annonis ciuicis, de nautis Tiberinis, de saccariis portus Romæ*, & *de nauiculariis*, quos consule. Sunt igitur *nauicularii amnici* iidem cum *caudicariis*, quorum fit mentio *l. 2. de pistorib. l. 9. de suar. l. 1. de canon. frumentar. vrb. Rom.* qui nauibus codicariis annonam Ostiam aduectam, in horrea populi Romani Tiberi subuehebant. De his *nauiculariis* consule *Commentar. ad d. l. 2. de de pistorib.* & *Paratitlon de nauicular.*

(b) *Epitincano PF. V.* Curam nauiculariorum habuit *P. V.* vt docent variæ Inscriptiones legum *tituli de nauicular.* De *Epitincano* autem nihil habeo, quod dicere possim.

(c) *Actione.* Bene emendat RITTERSHVSIVS, *sanctione.*

(d) *Coniunctionis vel obnoxietatis.* Hæc ita intelligenda esse videntur. Nauicularii pertæsi suæ functionis affectabant nonnunquam consortium aliorum corporum, vt *pistorum*, quod docet *l. 2. de nauicular.* aut *mancipum salinarum*, vt conii cere est ex SYMMACHO *lib. 10. ep. 58.* cumque deinde ad munus proprium reuocarentur, obiiciebant *coniunctionem* vel *obnoxietatem*, id est, profitebantur in iudicio, se alii corpori coniunctos obnoxiosque esse.

(e) *Priuilegio.* Vide *leg. 3. de nauicular.*

(f) *Capacitatem.* Illustrat hæc GOTHOFREDVS *in Commentar. ad l. 28. de nauicular.* quem vide.

(g) *Priuatorum.* Huc pertinet titulus *de nauibus non excusand.* & *Nouella 15. supr.*

De suariis, boariis & pecuariis. (a) *Tit. XXXVIIII.*

I. Impp. VALENT. & Marc. AA. Firmino PF. P. & Patricio. (b)

Non miramur inter bellicas curas & obstrepentes lituos (c) ordinatione viri magnifici Parentis Patriciique nostri Aëtii (d) formam publicæ dispositionis in meliorem statum fuisse mutatam: cuius sollicitudini facillimum effectum præstitit amplitudinis vestræ in æternum consulens laudanda prouisio, quæ sacræ vrbis priuilegiis, & administrantis prouidentia, & optimi ciuis adfectione subuenit, & iamiamque occidui corporis (e) functionem ita salubri dispositione constituit, vt remotis dispendiis nunquam defectum virium deuotio seruientis incurrat: quippe cui per mutationem (f) prouinciarum, exactionis qualitate & pretii moderata adæratione (g) prospexit. Firmine P. K. A. Inlustris & præcelsa magnificentia tua pragmatici nostri tenore comperto sciat secundum saluberrimam suggestionem suam, quæ ex magnifici viri Parentis Patriciique nostri Aetii dispositione processit, patronis corporis suariorum intuitu sacræ vrbis Romæ in primis hoc beneficium debere præstari, vt delegatio, (h) quæ his intra prouinciam Sardiniam præbebatur (de qua propter incertum nauigationis inlatio fluctuabat) ad arcam Prætorianam reducta, cum aliis prouinciis sub refusione vniuersorum titulorum (qui dispersi antehac plurimum in reliquis habere probantur) de vicinis prouinciis, id est, de Lucania sex milia (i) quadrigentorum, Campania M. D. CCCC. L. solidorum debita emolumenta oportet (k) decerni. De boariorum etiam vel pecuariorum (l) præstatione noningentos quinquaginta solidos exactos, sibi nouerint profuturos: centum milia æqui ponderis portione (m) de interpretiis (n) iuxta priora constituta præbeant, (o) ducentena quadraginta pondo (p) ad solidos secundum promissionem suam inlaturi, quoniam certa emolumenta, amota solita dubitatione, percipiunt: ita vt centum quinquaginta diebus (q) obsoniorum (r) præbitionem sine vlla causatione singulis annis a se nouerint procurandam.

dam, quæ quantitas in tricies centenis viginti octo milibus libris cum duarum decimarum, ratione colligitur. (s) In ipsorum autem patronorum sit arbitrio constitutum, vtrum Prætorianum officium, adiunctis ei quinque de corpore suo, quos elegerint, quibus ducenariam militiam præberi iubemus, an per suos tantummodo, ne forte onerosi sint apparitores, idipsum munus velint exactionis impleri, non expectata deinceps Prætorianæ sedis annua delegatione, quæ hactenus seruabatur: nec ante quicquam de Lucania Samnioque prouinciis arca Prætoriana deposcat, quam suariis exigentibus debitum omne saluatur. Moderatores prouinciarum eorumque officia sub periculo facultatum suarum diligentiam & efficaciam huic operi commodabunt; vt ea ipsa quæ prouidimus facilius impleantur. Barnio (t) priori corporis cum dignitate lege concessa, (v) etiam cingulum militiæ iubemus adiungi, quo in rebus ordinandis sub priuilegio militari maior huic auctoritas suffragetur, quod circa successores eius venientes per ordinem volumus custodiri: quos ad nullum aliud præterea onus conuenit reuocari, nisi huic (x) officio vacantes a ceteris habentur immunes. Suarios ipsos (y) nullius apparitionis neque iniuriæ (z) neque dispendiis subiacere, manentibus circa eos quæ superiora scita sanxerunt. Obnoxias sane Suario, Boario & Pecuario corpori personas ad debita præcipimus, cum agnatione, peculiis & prædiis, onera reuocari, remotis omnibus, quæ sibi contra leges præsumptio & ambitio vindicauit. (a) In quibus exequendis memoratus Barnius (b) vel successores eius, fidelem operam commodare debebunt, quo statutis nostris congruus præstetur affectus. Deuotos enim ob hoc non solum prouisione, sed etiam honore duximus adiuuandos, vt splendidiores in ministerio vrbis æternæ semper inuigilent, suisque compendiis æstiment adgregari quicquid iugis procurarit inlatio. Dat. III. Kal. Iul. Romæ, Herculano V. C. CONS. (452.)

(a) *De suariis* &c. De *suariis*, *pecuariis*, est titulus 4. *lib.* 14. vbi consule *Paratitlon.* & REINESIVM *Inscript. Class.* I. *n.* 105. *p.* 145. GOTHOFREDVS hanc nouellam edidit inter Valentinianeas *num.* 15.

(b) *Firmino PF. P. & Patricio.* Firmino hoc anno 452. inscribitur Valentiniani *Nouell.* 12. *de episcopali iudicio.* Gessit autem Præfecturam iam anno superiore, quo ad eum data est *Nouella* Valentin. 10. *de confirmand. iis*, *quæ administrantib.* & *nouell.* 9. *de colon. vagis*, cuius subscriptio *Romæ PP. in foro Traiani*, aperte docet fuisse eum Præf. Prætor. Italiæ, quod & nouella nostra testatur, in qua Campaniæ, Lucaniæ, Samnii, Sardiniæ, fit mentio. Idem *nouella* sequens 40. *de prædiis pistoriis*, Firmino an. 451. inscripta, quæ de Africæ prouinciis atque prouincialibus agit, confirmat. Firmini, Aruerna oriundi, diu in Galliis fuerunt illustres, vt patet ex GREGORIO TVRONENS. *lib.* 4. *cap.* 42. Vide & SAVARONEM *ad Sidonium lib.* 9. *ep.* 1.

(c) *Obstrepentes lituos.* Imminebat Italiæ cum infinita barbararum gentium colluuie *Attila* Hunnorum Rex, qui anno superiore maxima iactura suorum in Gallia ab Aetio Gothisque fuerat victus. Valentinianus vero Romæ consistens, & certior factus de hostium aduentu, in mandatis dedit eidem *Aetio*, teste hac nouella, vt exercitum colligeret ad vrbis defensionem. Igitur ille præter *bellicas curas*, quas laudat Valentinianus, consilia quoque cum *Firmino PP.* iniit, vt vrbs commeatibus firmaretur, & suariorum boariorumque corpora nouis ornarentur beneficiis. Ex hac vero nouella, quæ laudes Aetii decantat, quas *ob bellicas curas* merere videbatur, confutandus est PROSPER, qui sub huius anni Consulibus scribit: *Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil Duce nostro Aetio secundum prioris belli opera prospiciente; ita vt nec clusuris Alpium, quibus hostes probiberi poterant, vteretur, hoc solum suis superesse existimans, si ab omni Italia cum Imperatore discederet.* Certe *Aquileia*, nobilissima illa Italiæ ciuitas, & altera Roma quondam dicta, quæ prima superatis Alpibus, Attilæ fuit oppugnanda, diu eius impotentem despexit potentiam, licet tandem ciues, ad summam rei frumentariæ difficultatem adducti, consilium effugiendi ex vrbe eamque vacuam hostibus relinquendi, ceperint, vti posteriores tradiderunt, & coniicere quoque est ex IORNANDE *de reb. Goth. cap.* 42. Vide SIGONIVM *de occident. imper. ad h. a.* Corrigendus quoque PROCOPIVS, qui *lib.* 1. *cap.* 4. *de bello Wandal.* scribit, *Aquileiam* post Aetii demum obitum captam ab Attila excisamque fuisse.

(d) *Aetii.* De eo vide, quæ scripta sunt, ad inscriptionem *nouellæ* 24. *supr.*

(e) *Occidui corporis.* Occiduum corpus suariorum dicitur, quia vires eius conciderant, atque ad occasum interitumque vergere videbatur. Consule *legem* 5. *de suar.*

(f) *Mutationem.* Editiones Lugdunens. & Gothofred. habent *imitationem*, sine sensu. Receptam lectionem firmare quidem videntur, quæ sequuntur infra de prouinciis, & inprimis Sardinia ad arcam Præfecti Prætorio reducta; mallem tamen legere, *nutationem.* Ob *nutationem* enim prouinciarum *defectumque virium*, vt paullo ante dicitur, opus erat *moderata* pretii *adæratione.* Coniecturam meam iuuant verba illa infra, *plurimum in reliquis habere probantur.*

(g) *Exactionis qualitate & pretii moderata adæratione.* Exactionis qualitas, est modus exigendi porcinam. Huc pertinet *l.* 2. *de suariis*, ibi: *ne in æstimando porcorum pondere licentia suariis præbeatur*, & *l.* 4. *eod. tit. Suariis æstimandi licentia denegetur, pondusque porcorum trutinæ examine, non oculorum libertate quæratur.* Pretii *moderata adæratio*, est æstimatio nummaria moderata, quia suarios in æstimanda porcina nonnunquam modum excessisse legimus. Vide *l.* 2. & 3.

& 3. *de suariis.* *Adæratio*, est compensatio, quæ fit in pecunia vice specierum. Consule *Glossar.* & elegantem CASSIODORI locum *Var. XI. 39.*

(h) *Delegatio.* Legendum est *delegatione*, vt sensus constet. *Delegatio* notat descriptionem, a Præfecto Prætorio suariis datam, qua modus exigendi porcinam comprehendebatur. Vid. *Glossar.* & BRISSONIVM *de V. S.* Data fuerat eiusmodi delegatio suariis, vt in Sardinia possent porcinam exigere. Cum vero propter incertum nauigationis, iusto tempore Romam non possent transferre porcos, & obsonia populo dare, reducendam esse hanc delegationem ad arcam Præfecti Præt. censuit Valentinianus, id est, voluit, vt Sardinia assignaretur arcæ Prætorianæ, in eamque Sardi annonariam inferrent functionem.

(i) *Lucania sex milia.* Editiones Lugdunens. & Gothofred. *Lucania, Æmilia.*

(k) *Oportet.* Scribendum est, *oporteat.*

(l) *Pecuariorum.* Pecuarii proprie dicti, qui præerant veruecinæ ouillæque carni exigendæ, quæ populo Romano erogabatur. Vide *Commentar. ad leg. vlt. de suar.*

(m) *Portione.* Editiones Lugdunens. & Gothofred. habent *portionem.* RITTERSHVSIVS edidit, *portionis.* Scriptum fuit sine dubio, *centum mille portiones.*

(n) *Interpretiis.* Interpretium alias est lucrum inter emptum ac venditum, de quo est locus classicus AMMIANI *lib. 28. cap. 1.* vbi vide VALESIVM & LINDENBROGIVM. CVIACIVS *Obseruat. XVI. 4.* hic nimis obscurus est. Hoc loco vero *interpretium* est lucrum inter acceptum ac erogatum. Nimirum suariis leuandi dispendii caussa, quod in susceptione & erogatione porcinæ necessario eueniebat, quoddam ἐπίμετρον seu *auctarium*, vt in *Glossis* dicitur, a collatoribus porcinæ carnis dandum fuit, de quo est Valentiniani M. *l. 4. de suariis*, ex qua apparet, accepisse eos quinque pondo in centum, additurque ibidem, *animal a possessore tradendum, ob digeriem, prius vnius noctis ieiunitate vacuandum esse*, ne scilicet suarii loco carnis stercoris copiam acciperent. Id vero *auctarium* siue ἐπίμετρον postulasse ipsam necessitatem testatur CASSIODORVS *Var. XI. 39.* ibi: *Erat quidem gloriosum Romam pascere: sed quanto dispendio videbatur posse constare, adducere tam multis itineribus, quæ darentur ad pondus? dum quæ probantur decrescere, nullus poterat imputare.* Eam ob caussam etiam sæpenumero facta est adæratio. Cum vero in exigenda porcina maximam adhiberent suarii accurationem, vt fidem faciunt leges *de suariis*, factum est, vt ipsis ex ἐπιμέτρῳ lucrum quoddam accresceret, quod hic *interpretium* dicitur. Consule *Commentar. ad d. l. 4.*

(o) *Prabeant.* Sequentia suadent, legendum esse *habeant.* Et certe de beneficiis hic sermo est.

(p) *Ducenta quadraginta pondo.* Editiones Lugd. & Gothofred. habent, *ducenta quadragena pondus.*

(q) *Centum quinquaginta diebus.* Hi dies efficiunt menses quinque, computatis Iureconsultorum more in mensem triginta diebus. Per quinque menses caro populo Romano fuit præbita, vt constat ex *lege vltima de suariis.*

(r) *Obsoniorum.* Obsonium proprie est carnium præbitio, *d. l. vlt. de suar.* *In obsoniis quinas libras carnis a possessore accipiant.* Glossæ, ὀψώνιον, *diarium.* GREGOR. NAZ. *orat. 9. pag. 155. Edit. Lips.* ὀψώνιον τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον.

(s) *Colligitur.* Interpretatus est hæc verba GOTHOFREDVS *ad leg. vlt. de suar.* Quantitas autem hæc obsoniorum annua collecta, facit *triginta sex milliones ac viginti octo millia librarum carnis*, ex qua de numero ciuium, quibus annona danda, iudicium ferri potest.

(t) *Barnius.* Editiones Lugdun. & Gothofred. *Baonius.* Hunc putat GOTHOFREDVS *ad leg. 1. de suar.* fuisse suillæ carnis præbitorem, τοῦ χοιρείου κρέως χορηγὸν, vt appellat ZOSIMVS *lib. 2. c. 9.* Prior corporis, *lege vltim. de suar.* dicitur, *corporis principalis.*

(v) *Dignitate lege concessa.* Valentinianus an. D. 419. *leg. vlt. de suar.* ornauit *tres corporis principales tertii ordinis comitiua*, quam sibi non ex codicillis, sed ex priuilegio latæ legis poterant vindicare.

(x) *Nisi huic.* Alienum h. l. est *nisi.* Legere possis *sed.* Verum sic etiam scribendum foret: *habeantur.* Forte leg. *nam.* Compendia vtriusque verbi in MSS. facile confunduntur.

(y) *Ipsos.* Male Editiones aliæ, *ipsius.*

(z) *Iniuriæ.* Intellige iniurias corporales ex priuilegio Valentiniani *d. l. vlt.* ibi: *Nulla tamen eos corporis iniuriæ formido percellat.*

(a) *Vindicauit.* Idem *d. l. vlt.* sanxit Valentinianus: *Vt his quoque suas reddi iubeamus personas, quas rescissis omnibus priuilegiis, vinculis, gratiosis sententiis, (si quas in abolitionem genuinæ functionis meruerunt,) restitui facias cum facultatibus suis.*

(b) *Barnius.* Al. *Baonius.*

De prædiis pistoriis Afris deputandis. (a) *Tit. XL.*

1. Imp. VALENTIN. A. Firmino PF. P. (b) & Patricio.

Ad auditores (c) suos beneficia delata respiciunt, nec minus plenam gratiam meretur, qui præstanda suggessit, quam qui suggesta concedat: vnum prouidi Iudicis est, alterum munificentiæ principalis, & insinuatio, beneuolentiæ titulo præstando (d) gloriam, cumulat insinuationis affectum. Censeo igitur, vt iuxta suggestionem culminis tui, honoratis Afris & possessoribus hostili (e) vastatione nudatis isto remedio consulatur, vt quod fortunæ impressio sustulit, id quantum potest largitas Augusta compenset. Dulce est remedia fessis optata largiri: & licet habeat inexhaustum dolorem atque æterna suspiria propriarum amissio facultatum, tamen quæ in tam tristi fuerint sorte conlata, amissa solantur. Igitur intra Numidiam prouinciam ex desertis locis, de quibus, sicut celsitudinis tuæ suggestio loquitur, nihil emolumenti agnoscet, honoratis & possessoribus,

ſoribus, quos prædiximus, XIII. millia ferre (f) centuriarum, ſub quinque annorum vacatione concedimus: duo millia præterea ſolidorum, qui ex titulo vicinarum (g) ſiliquarum, quæ per ſingulas centurias exiguntur, & ſupereſſe fiſco perire (h) dicuntur, exacta per officium magnitudinis tuæ ad arcam, ad eandem ſummam, quemadmodum iuxta merita perſonarum per ordinem annis ſingulis diuidi debeant, pro tua moderatione decernas. Et in Sitifenſi & in Cæſarienſi prouincia, Mauritania & Numidia, prædia iuris emphyteutici & domus diuinæ, quæ a Vaculis (i) poſt Vandalicam vaſtationem fuerant competita, & a diuerſis hodie poſſidentur, auferri ab hisdem cenſeo, & ſub eo inſitationis modo, quo nunc tenentur ſubſignatione (k) ceſſante, honoratis Proconſulis prouinciæ Abidiacenæ (l) potius conlocari, quos a Barbaris, ſublatis patrimoniis etiam de ſedibus propriis conſtat expulſos. De piſtoriis autem prædiis ſtatuo, quoniam his quos Barbaries adflixerat, & ob alimoniam ante fuerant lege conceſſa, ad eos tantum debeant peruenire, quos ab hoſtibus certum eſt facultates captiuitatis infortunio perdidiſſe, iisdem pulſis, quos ad hoc beneficium indecenter conſtat admiſſos: nec liceat quemquam amplioribus, quam eius loci ratio poſtulat remediis adiuuari. Æquum enim eſt, vt quos perculſis grauiori ſorte contulimus, iuxta ſingulos diſtributione proficiat, penes quos ſaluo vrbis Romæ priuilegio, (m) hæc humanitas permanebit, donec auſpice Deo Africam redire contingat. Prædia obeuntium, eiusdem ſcilicet iuris, ad filios eorum quibus data ſunt, ſucceſſionis iure perueniant, ſaluo tamen, vt dictum eſt, priuilegio vrbis æternæ: qui, ſi defuncto fortaſſe non fuerint, auctoritatem (n) Iudicis huic dari præcipio, cui magis conſuli iuſta neceſſitas perſuadet. maioribus enim debent beneficiis adiuuari, quos dubium non eſt aduerſa vehementiora perpeſſos. Firmine P. K. AA. Itaque inluſtris & præcelſa magnificentia tua adſignatos (o) Prouinciales ſub programmate ſuo faciat peruenire, vt quanta nobis dotalium cura ſit, (p) præſenti lege cognoſcant. Dat. III. Id. Iul. Romæ, Adelfio V. C. CONS. (q) (451.)

(a) Edita eſt hæc Nouella in *Tricennalibus* Cæſarei Imperii Valentiniani, ex quibus lucem capit. De *prædiis piſtoriis*, per diuerſas prouincias ſparſis, quæ piſtoribus olim, qui pani coquendo, alimentisque popularibus, inſeruiebant, quædam præbebant ſolatia, vt dicitur *l. 19. de piſtorib.* conſule *Commentar. ad leg. 7. d. t.* & CVIACIVM *Obſeruat. XVI. 5.*

(b) *Firmino PF. P.* De eo dixi ad nouellam ſuper. *not. 6.*

(c) *Auditores.* Emendauit CVIACIVS, *auctores*, & ita edidit RITTERSHVSIVS recte.

(d) *Præſtando.* Lege, *præſtandi.*

(e) *Hoſtili.* Wandalica. Vide quæ ſcripſi *ad nouell. 23. ſupr. de tribut. fiſcal.*

(f) *Ferre.* Bene emendat CVIACIVS, *terræ.*

(g) *Vicinarum.* Lege cum CVIACIO, *vicenarum.*

(h) *Perire.* Emendat CVIACIVS, *per ſe.*

(i) *Vaculis.* Niſi ſcribendum *vagulis*, ſuntque intelligendi *vaguli Afri*, a Wandalis bonis exuti, & ad vltimas miſerias redacti, non habeo quomodo aut emendandus aut intelligendus ſit hic locus.

(k) *Subſignatione.* Subſignatio eſt confirmatio. *Subſignare*, eſt ſubſcribere, vt ex FESTO notiſſimum, confirmatio vero fit ſubſignatione.

(l) *Proconſulis Prouinciæ Abidiacenæ.* Recte quidem emendauit CVIACIVS *Proconſularis Prouinciæ*, ſed ſcribendum præterea eſt, *ac Byzacenæ*, monſtrum enim nominis eſt *Abidiacena.* Erant autem in Wandalorum poteſtate hoc tempore prouinciæ, *Proconſularis* ac *Byzacena*, & honorati plures, cum per ſortes agros inter exercitum diuiſiſſet Genſericus, ex iis fuerant eiecti. Vide, quæ obſeruaui ad *nouell. 23. ſupr.*

(m) *Priuilegio.* Nimirum piſtorum corpori ſalua manent ſua iura, & prædia piſtoria Afris locantur tantum iure perpetuario ſiue emphyteuticario. *L. 19. de piſtorib. Fundi iure perpetuo, idoneis, adfixa præſtatione tradantur, atque conductores præſtationis modum & ſolatia miniſtrent antiquitus conſtituta piſtoribus.*

(n) *Auctoritatem.* CVIACIVS recte emendauit, *auctoritate.*

(o) *Aſignatos.* Scribendum *ad ſignatos.* Signati ſunt ſignificanter, quaſi quodam ſigno, definiti, & deſignati. Vid. *Gloſſar. voc. ſignare.*

(p) *Dotalium cura ſit.* CVIACIVS hæc aſteriſco notauit, nonnihil excidiſſe putans. Sed bene ſe omnia habent, & ex *l. 7.* & *13. de piſtorib.* facile poſſunt illuſtrari. Prædia enim piſtoria proprie dicuntur *fundi dotales* dictis legibus, quia alienari non poterant, & corpori piſtorum iam olim inſtar *dotis* cuiusdam erant attributa. *L. 13. de piſtorib. Non ea ſola piſtrini ſint vel fuiſſe videantur, quæ in originem adſcripta corpori dotis nomen & ſpeciem retentant*, &c. *L. 7. d. t. Poſt quinquennii tempus emenſum vnus prior e Patronis piſtorum otio & quiete donetur, ita vt ei, qui ſequitur officinam cum fundis dotalibus tradat atque conſignet.*

(q) *Adelfio V. C. Conſ.* *Adelfius* dicitur in marmoribus, & plerisque faſtis latinis, Græci ſcribunt Ἀδέλφιον. De eo conſule *faſtos* RELANDI. Prodiit cum eo in Oriente hoc anno Conſul *Marcianus A.* cuius nomen tempore editæ nouellæ nondum in Occidente innotuerat.

De successione curialium. (a) *Tit. XLI.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Maximo II. PF. P. (b)

In augendo statu vrbium singularum, seruata catholicæ religionis veneratione, tam præcedentia veterum, parentumque nostrorum statuta renouamus, (c) quam nostris legibus obseruanda decernimus, ne passim imminutione municipum, cum numerositas ex abundanti clericatus augetur, publica damna generentur. Non dubium est enim, cum non expletis muniis ad obsequium venerabilis mysterii (d) curialis admittitur, relisum (e) in paucos publicæ functionis onus nequaquam posse tolerari: & rursus migrantibus patrimoniis curialium ad personas, quæ functionibus municipalibus non tenentur, propriam ciuitatis nutare substantiam. Propterea præsenti lege sancimus, vt quisquis ante huius sanctionis diem, suscepit clericatus officium, non expletis vrbis propriæ muniis ac muneribus, in ea quidem qua meruit religionis obseruatione perduret, sed omnia per suffectum tam personalia quam patrimonii onera cogatur agnoscere, facultates suas pro virili portione singulis filiis diuidat, sibimet simili parte seruata. Quod si filios non habuerit, duas partes facultatum suarum, præter vllam alienationis fraudem, propinquis ad curiam pertinentibus tradat. Quod si defuerint, easdem octo vncias ordini proprio proficere debere censuimus, quoniam non minor est affectio patriæ, quam parentum: tertiam sane propriæ substantiæ seruaturus. Qui vero redditis patriæ muneribus, dudum ad officium clericatus accessit, filiis, quos sibi procul dubio curia vindicat, facultatum suarum, sicut iam diximus, virilem singulis portionem tradere non moretur. Qui si filios non habuerit, ea quæ superius, & de patrimonii distributione talis personæ, constituta sunt, obseruare cogetur. Decet enim eum, qui sacrosanctis desiderat inhærere mysteriis, fide magis diuitem, quam facultatibus adprobari. In futurum ad Ecclesiastica ministeria curialem suscipi præsenti lege prohibemus, vt fiscales necessitates numerositate municipum facilius impleantur. Si quis sane ad clericatus obsequium etiam contra legum vetita, animi deuotione properauit, si propriæ non compleuerit onera ciuitatis vniuersa, per suffectum reddere compelletur: simili legis obseruatione facultates suas sicut supra scriptum est, aut cum filiis, aut cum propinquis, aut cum patria diuisurus. Quod si expletis muniis, sacrosanctæ religionis fuerit ministerio coniunctus, facultates suas viritim filiis distribuere per iudicium mox cogetur, sibimet virilem portionem inter liberos seruaturus. Qui si filios non habuerit, duas partes patrimonii sui propinquis (qui tamen curialitatis oneribus obnoxii sunt) absque vllo imminutionis commento, sicut superius dictum est, sciat protinus conferenda, omnibus in medium deductis quæ post hanc rem (f) clericatus in fraudem legis alienanda crediderit: tertiam cui voluerit proprio dispensaturus arbitrio. Quæ nostram serenitatem temperasse humanitatis intuitu vetera legum constituta (g) testantur, quibus omne patrimonium cedere ordini proprio curialis præceptus est, quotiens ad ministerium clericatus eligitur. Illam quoque partem dispositio nostra non præterit, vt quisquis ciuis vel incola deinceps in nullo obnoxius (cuius tamen substantia trecentorum solidorum (h) non exuberet quantitatem) fuerit repertus, habeat adipiscendi clericatus liberam facultatem. Eum vero cuius patrimonium maiore quam definiuimus æstimatione censebitur, liceat Curiæ secundum vetera statuta sociari: exceptis his qui sacris scriniis nostris & Agentium in rebus scholæ militant, & aliis, qui continuatæ militiæ obseruatione desudant, vt multis prouisionum generibus ordinum numerus suppleatur, nec tamen desint ministri venerandæ religionis obsequiis. Maxime P. K. AA. Inlustris & præcelsa magnificentia tua huius legis saluberrima constituta, sub edictorum promulgatione faciat in omnium notitiam peruenire, vt sacrilegii reatus (i) inuoluat, viginti librarum auri multa percellat, quem non obedisse claruerit edictalibus Constitutis. Dat. v. Kal. April. Rauennæ, Theodosio A. xv. (k) & Festo v. c. COSS.

(a) *De successione Curialium.* Hanc nouellam bene intelliges, aduocato in subsidium *Paratitlo de decurionib.*

(b) *Maximo II. PF. P.* De eo dixi *not. a.* ad *Nouell. 21. supr. neque domum diuinam.*

(c) *Renouamus.* Vide ea in *Paratitlo de decurion.* *pag. 358.*

(d) *My-*

(d) *Mysterii.* Male in aliis est *ministerii.* Clerici *l.* 123. de decurion. dicuntur *sacrosanctis mysteriis seruire.* Errauit profecto RITTERSHVSIVS, *ministerii* vocem defendens.

(e) *Relisum.* Emendat CVIACIVS, *recisum.*

(f) *Hanc rem.* CVIACIVS legit *honorem.*

(g) *Constituta.* Ea collegit GOTHOFREDVS *in Paratitlo d. pag.* 358.

(h) *Trecentorum solidorum.* Constantii æuo, ex *lege 33. de decurion.* vocabantur ad curiam, qui vltra viginti quinque iugera priuato dominio possidebant.

(i) *Sacrilegii reatus.* Sacrilegii reatus, est crimen violati iuris, *l.* 30. *de erogat. militar. annon. l.* 2. *vt dignit. ordo.* Vide *not. i. ad d. l.* 30.

(k) *Theodosio A. XV.* Scribe *XVII.* Cum *Festo* enim *A. D.* 439. Theodosius decimum septimum Consul prodiit, propter octaua *Quinquennalia* imperii. Vide PAGIVM *in Critic. ad h. a.* & *fastos* RELANDI.

In damnum publicum non valere rescriptum, nec specialia beneficia generalibus præferenda. Tit. XLII.

1. Impp. Theod. & VALENT. AA. Maximo PF. P. II. (a)

Vsu rerum frequenter agnouimus specialibus beneficiis generalem deuotionem grauari, recedente (b) in reliquos tributorum sarcina, (c) quæ singulis quibusque subducitur, Maxime P. K. AA. Et ideo inlustris & præcelsa magnificentia tua pragmatici nostri secuta decretum, sciat secundum suggestionem suam, manentibus his, quæ dudum de remouendis specialibus beneficiis censuimus, omnia quæ specialiter contra vetitum impetrata sunt, non valere, & functionem publicam æqualiter ab omnibus oportere cognosci, (d) vt & quod in commune statutum salubriter fuerat, perseueret, nec denuo in hæc ambitus redeat, quæ iterata præceptione remouemus. Dat. VIII. Kal. Febr. Rom. Valentiniano A. V. (e) & Anatolio V. C. COSS. (440.)

(a) *Maximo PF. P.* De eo dictum ad *Nouell.* 21. *supr.*

(b) *Recedente.* Rittershusius vult, *recidente.*

(c) *Tributorum sarcina.* De hac tributorum *sarcina*, vide querelas SALVIANI *de gubernat. Dei lib.* 5. *c.* 7. 8. qui circa hæc tempora scripsit.

(d) *Cognosci.* Forte *agnosci. Agnoscere functionem tributariam*, frequenter occurrit in legibus tituli *de annona & tribut.* & ipse Valentinianus *l.* 36. *d. t. Functiones*, ait, *absque vllius beneficii exceptione, agnoscere oportere censemus.* Sed & *l.* 14. *eod. tit.* legimus, *annonarias functiones cognoscere*, vbi tamen habet Codex Iust. *agnoscere.*

(e) *Valentiniano A. V.* MS. Ottob. mendose *Valentiniano Aug.*

De pantapolis (a) ad vrbem Romam reuocandis, & qui a tironum præbitione excusantur. Tit. XLIII.

1. Impp. Theod. & VALENT. AA. Edictum ad Populum.

Vrbis Romæ, quam merito caput nostri veneramur Imperii, intantum nos cura non deserit, vt quieti eius atque abundantiæ modis omnibus consulamus. Græcos itaque negotiatores (quos Pantapolas dicunt) in quibus manifestum est maximam inesse multitudinem, (b) magnamque in emendis vendendisque mercibus diligentiam, vlterius non patimur sacræ vrbis habitatione secludi, licet eos dissensio & maxime inuidia tabernariorum, (c) quam venerabilis Romæ vtilitas a negotiatione submouerit. Idcirco hoc edicto singuli vniuersique cognoscant Pantapolis ad vrbem Romam redeundi negotiandique licentiam restitutam, vt cura peruigili vbertas populo ministretur, & in rebus suspectis (d) a maiore multitudine ciuitas possit habitari, ita vt si quis statuta pretia non seruauerit, in eum pro qualitate facti vindicta procedat, nec ob vnius aut alterius delictum omne corpus liceat excludi. Ita enim cura multorum nec abundantiæ deerit, & profutura ciuitati augebitur multitudo. Ex illa sane parte totam solicitudinem omnemque formidinem vestris animis censuimus auferendam, vt huius edicti serie cognoscat vniuersitas, nullum de Romanis ciuibus, nullum de corporatis (e) ad militiam esse cogendum, sed tantum ad murorum portarumque custodiam, quotiens vsus exegerit, inlustris viri vrbis Præfecti dispositionibus (f) ab omnibus obsequendum. Cuius ordinatio etiam in muris, (g) turribus, (h) & portis, quæ sunt labefactata restituat, ita vt reparatione murorum (i) vel omnium, quæ supra dicta sunt, nullus penitus excusetur. Illud quoque pro tuendo statu venerandæ vrbis decernimus, vt a conlatione tironum, & ab exsoluendis septem solidis per

per millenas (k) nuper indictis, cespes Formonsis, Aëtrinsis, Calcarius & Victurarius habeatur immunis, vt propitius deuotionem solitæ functionis agnoscant. Dat. VI. Non. Mart. Romæ, Valentiniano A. V. & Anatolio V. C. COSS. (440.)

(a) *De Pantapolis.* Scribendum est *Pantopolis.* Sunt autem *Pantopolæ*, qui omne genus merces habent promercales. In *Glossis Philoxeni* dicuntur *Seplasiarii* & *Seplassarii.* Παντοπώλης, *Seplasiarius*, *Salgamarius*, *Seplassarius*, *Dardanarius.* Obseruat SALMASIVS *ad Vopisci Aurel. c. 45. Seplasiarios* non vnguenta, aut colores tantum vendidisse, sed mercium minutarum omne genus, vt chartam, linum, stupam, candelas, & alia, quæ ῥωπικὰ καὶ λεπτὰ græci appellare consueuerunt. Recte quoque *Glossa* dixit Pantopolas *Salgamarios.* Hi enim non modo herbas fructusque sale acetoque condiebant vendebantque, sed & lignum, oleum, sal, culcitas, & plura habebant venalia, vt intelligimus ex *titulo 7. lib. 9. de salgamo hospit. non prabend.* Sed cur *Pantopolas* Glossa *Dardanarios* dicat, obscurum esse posset. *Dardanarius* est σιτοκάπηλος, annonæ flagellator, ex raritate caritatem affectans. Enimuero hoc nomen ideo impositum est *Pantopolis*, quia negotiationem quoque exercebant frumentariam. Negotiatores autem frumentarii recentiori æuo infames fere fuere, persuadente sibi plebe, semper eos expectare annonæ caritatem, mediocribus grauem, vt est apud CASSIODORVM *Var. IX. 5.* Pantopolas hos ob dissensionem, quæ ipsis fuit cum tabernariis romanis, vrbe aliquando eiectos fuisse Valentinianus ait, quibus hoc anno, quo *Quindecennalia* augustei imperii celebrauit, reditus beneficium tribuit. Consule CVIACIVM *Obseruat X. 19.*

(b) *Multitudinem.* Et erat incolis opus, exhausta ciuibus ciuitate romana, quæ a tempore direptionis Gothicæ respirare nondum potuit, vt testantur plurima veterum testimonia. Deinde Gensericus hoc anno Siciliam ingressus erat, infestumque classibus reddebat mare, Romanique verebantur, ne Wandalos, absente exercitu romano, ad portum vrbis exponeret. Vide PROSPERVM *in Chron. sub huius anni Consulib.* & BARONIVM *in Annal.*

(c) *Tabernariorum.* Intellige eos, qui in tabernis negotiatoriis versabantur. De *tabernis* variis consule BRISSONIVM *de V. S.*

(d) *Rebus suspectis.* Quia Romani hoc tempore timebant Wandalicam inuasionem. Vid. *not. b.* supra, & *not. a. ad Nouell. 20. de reddito iure armorum.*

(e) *De corporatis.* Vide supra *Nouell. 26. de corporatis vrbis Romæ, qui ad militiam transeunt.* GOTHOFREDVS *ad leg. 2. de priuileg. corporat.* per *corporatos* hic tantum Pantopolas intelligendos esse, censet. Sed apparet ex inscriptione nouellæ, quæ *ad populum* data est, corporatis omnibus tribui priuilegium.

(f) *Dispositione.* Erant enim corporati sub dispositione PV. vt dixi *ad Nouell. 26. supr.*

(g) *Muris.* A murorum reparatione nemini tribuitur immunitas, vide *leg. 49. de operib. publ.* ibi: *a summis ad infimos vsque sarcina decurrente, ferendi oneris non leue solatium, sed in commune omnibus profuturum, communi labore curetur.* Errat GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 49. 51. de operib.* statuens, VEGETIVM, qui *de re militari* libros Valentiniano Aug. dedicauit, *in prologo libri 4.* hanc murorum refectionem innuere, ibi: *Sed dispositionibus vestræ clementiæ, quantum profecerit murorum elaborata constructio, Roma documentum est, quæ salutem ciuium Capitolinæ arcis defensione seruauit*, &c. Vegetius enim librum suum iussu *Valentiniani II.* scripsit, quod, qui attente legerit præfationem, quam is libro secundo & quarto præmisit, facile sibi persuadebit.

(h) *Turribus.* Intellige *turres* murorum romanæ ciuitatis. *Turribus* tutissimas reddi posse ciuitates, veteres statuebant. VEGETIVS *lib. 4. c. 2. Sinuosis murorum anfractibus clausere vrbes, crebrioresque turres in ipsis angulis ediderunt propterea: quia si quis ad murum tali ordinatione constructum, vel scalas vel machinas voluerit admouere, non solum a fronte, sed etiam a lateribus, & prope a tergo, veluti in sinum circumclusus opprimitur. Turres* muri noui Constantinopolitani memorat Theodosius Iun. *l. 51. de operib. publ.* & *l. 13. de metat.* Aliæ erant *turres* in limitibus cunctis romani imperii positæ, quas *burgos* etiam dixere, de quibus consule disserentem GOTHOFREDVM *ad l. 13. de operib. publ.*

(i) *Reparatione murorum.* Tribonianus hanc sententiam adsuit *legi 12. Cod. Iust. de operib. publ.* quæ alias desumpta est ex *lege 34. Cod. Theodos. de operib. publ.*

(k) *Per millenas.* Scribendum est *per millenos.*

(l) *Cespes Formonsis, Aëtrinsis, Calcarius & Victurarius.* Cespes est, *terra*, *possessio*; ita *cespes Africanus*, *leg. vlt. de præd. nauicular.* Cespes *calcarius*, est possessio calcis functioni obnoxia, *cespes* autem *vecturarius*, (ita enim emendandum) terra est, cui incumbit onus vecturæ, siue calcis Romam deuehendæ. *Vecturarii*, sunt calcis vectores, *l. 1. 2. de calcis coctorib.* Cum enim *turres*, *portæ*, *muri* vrbis, essent reparandi, iis possessionibus immunitas erat danda septem solidorum, quæ calcem præbebant subuehebantque, ad statum vrbis reparandum, vt *propitius deuotionem solitæ functionis agnoscerent.* Confer *Paratitlon de calcis coctoribus.* Sed *cespes Formensis* & *Aetrinsis* est obscurissimus. GOTHOFREDVS *not. b. ad l. 3. de calcis coctorib.* & *in Commentar. ad leg. 1. de aquæduct.* emendat, *cespes formensis & aëriensis.* Cespitem *formensem* existimat, esse possessionem, per quam formæ, siue aquæductus transeunt, quorumque tuitio his possessionibus incubuerit. Sane *formæ* sunt aquæductus, & *Comites formarum*, memorantur in *Notitia Imp.* & apud CASSIODORVM. Cespitem *aëriensem* cloacario, siue tributo, quod cloacarum purgandarum caussa infertur, censet fuisse obnoxium, nomenque inde trahere, quia eius potissimum subsidio, immunditiæs impurique spiritus, tanquam caussæ grauioris cœli, quibus densus, impurus pestilensque *aër* fit, remoueantur. Et licet vox *formensis*, non occurrat apud auctores, est tamen viri magni coniectura valde probabilis. Veniebat mihi in mentem, legi forte posse, *Formiensis*, & *Aletriensis.* Non procul absunt *Formiæ* a *Taracina*, quæ ciuitas calcariæ functioni fuit obnoxia, vt docet *l. 3. de calcis coctorib.* & SYMMACHVS *lib. 10. ep. 53.* Sunt etiam notissimi *Aletrienses* in Hernicis, ex PLINIO aliisque; sed præterquam, quod nullibi legi, *Aletrium* & *Formias* saxa habuisse calci coquendæ apta, *Formianus* præterea *cespes* scribendum fuisset, vt patet ex SYMMACHO, qui hoc Seculo epistolas concinnauit.

De tironibus & occultatoribus desertorum. (a) *Tit.* XLIIII.

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Sigisualdo (b) Comiti & Magistro vtriusque militiæ.

Frequentari sæpius constituta, temeritas plectenda compellit, vt excusabilis (c) culpa sit, quam etiam recens prohibitio non emendat. Nulli enim concedi fas est, si totiens vetita, nunc quoque seuerius interdicta, temptauerit. Reparandi feliciter exercitus cura, conferri debere tirones a possessore censuimus. Ne qui tamen damni publici abusus occasione lucrum capere se credat de fiscali dispendio, si personam semel insignitam militari titulo, ruris colendi causa, vel negotiationis exercendæ gratia, aut cuiuslibet ministerii occasione, detinet, P. K. A. Idcirco inlustris & præcelsa magnificentia tua, hac nos sciat edictali lege iussisse, quisquis de tironibus aliquem, necnon prioris militiæ virum, proprios numeros & signa deserentem, rustico vrbanoue prædio crediderit occultandum, & ipsum restituat quem celauit, & tres alios (d) aptos militiæ pœnæ nomine cogatur inferre. Colonus, conductor actorue loci, si id ætatis sit, vt stipendia ferre possit, militiæ protenus adgregetur. Quod si nesciente domino, desertor in cuiuslibet ædibus latuerit, colonum, conductorem, actorem, vel qui id scierit capitali supplicio (e) esse feriendos. Veruntamen, ne occasionem calumniis dedisse videamur, si temporaliter habitandi causa, miles vel tiro, cuiuslibet prædium forte successerit, id seruata moderatione sancimus, vt in tricensimum diem, postquam in eodem loco esse ceperit, correptum, is quem superior legis pœna constringit, ad ciuitatem quamque proximam deducat, officio publico ac primoribus ciuitatis tradat, sub confectione gestorum, ad prouinciæ Moderatorem protenus perducendum, vt eius cura ad signa propria reducatur, & pœnis competentibus subiugetur. Iudicem sane, si conhibentiam (f) in his exsequendis negligentiamque præstiterit, decem libras auri, eiusque officium similem quantitatem pœnæ nomine fisco iubemus exsoluere. Quam legem, nequis se ignorasse confingat, per omnes prouinciarum ciuitates edictis solemnibus diuulgabis. Dat. XIII. Kal. April. Romæ, Valentiniano A. V. & Anatolio V. C. COSS. (440)

II. Idem AA. Quadratiano PF. P. (g)

Dispositionem cunctis salubriter profuturam certatim debet omnium præuenire deuotio. Quid enim magis professis est desideriis expetendum, quam vt adiectis viribus, per dilectum roboris militaris, Romanus augeatur exercitus? Quadratiane P. K. A. Vnde inlustris magnificentia tua, pragmatici prioris tenore, quod de dilecto (h) nouo agitando datum est, Senatores vel vniuersos possessores oportere a se conueniri, vt auctores (i) & conductores suos, sine vlla tam necessariæ rei dissimulatione, his repræsentandos nouerint, quibus per suburbicarias prouincias (k) tironum congregandorum munus iniunximus, quo facilius ad effectum publicæ vtilitatis valeat perueniri. Quisquis vero conuentus, ad eos, qui id exequuntur, deducere gubernatores agrorum suorum, aliqua cunctatione distulerit, cognoscat se decem libris auri multandum, & tirones eius numeri, qui deprehensus fuerit, nihilominus traditurum. Aduersum quippe animum a communi defensionis studio, iure talis seueritas insequitur. Superest igitur, vt nullius animus retardet iniuncta, quia, quisquis in hac parte cessauerit, sese quodammodo confitetur non esse Romanum. Dat. VIII. Kal. Iun. Rau. Maximo II. & Paterio COSS. (443)

III. Idem AA. Hisiodoro Com. (l)

Cogit diuersarum rerum necessitas * se quidem pro vtilitate communi, vt suggestio sublimitatis tuæ prouida nimis pro qualitate temporis esse videatur. Paruo etenim vnusquisque contemptu, (m) sperare debet securitatem futuri. Nec enim graue esse credimus, quod oneris contemplatione deposcitur Hisiodore FR. A. Vnde inlustris auctoritas tua sciat secundum suggestionem suam pragmatici auctoritate firmatam, hoc nos præ[illegible]rum tempore censuisse, propter imminentium expensarum necessitatem, qui-

 bus

bus ſufficere ærarii vires nequeunt, id quod conferentes plurimum non grauet, nos parte aliqua valeat adiuuare. Idcirco inluſtres vacantes (n) per omnes noſtras prouincias conſtitutos, ternos tyrones in adæratione debere perſoluere. Comites quoque conſiſtorianos, vel primi ordinis, necnon Tribunos & Notarios, ſed & eos, qui adminiſtrationes ordinarias in prouinciis gubernarunt, dare ſingulos oportere: Tribunos vero vacantes, ſiue Comites ſecundi vel tertii ordinis, omnesque clariſſimos, tertiam partem tironis agnoſcere, ita vt vnius tironis pretium triginta ſolidis (o) taxetur: exceptis Afris, qui hoſtili neceſſitate ſedibus ſuis nuper expulſi ſunt. Pro excubiis autem præſentibus, viginti Conſiſtorianos Comites, triginta Notarios, immunes eſſe debere. Gaudere enim debent, quos labor ſuus & deſudatæ vigiliæ probabili ratione commendant. Dat. prid. Id. Iul. Rau. Theodoſio A. XVIII. & Albino V. C. COSS. (444.)

(a) *De tironibus* &c. De *tironibus* eſt *tit.13. lib.7.* De *deſertoribus ac occultatorib. eorum, lib. eod. tit. 18.* Data autem fuit hæc nouella ob metum inuaſionis Wandalicæ. Vide *Nouell. 20. ſupr.*

(b) *Sigisualdo.* Scribe *Sigisuuldo.* De eo dixi *not. e. ad Nouell. 20. ſupr.*

(c) *Excuſabilis.* RITTERSHVSIVS edidit, *inexcuſabilis*, male.

(d) *Tres alios.* Theodoſius M. *l. 8. de tironib.* conſtituit, vt, ſi quis cauponarium, tabernarium, cocum, militiæ obtuliſſet, *offerentem triplicata nobilioris tironis fatigaret inlatio.*

(e) *Capitali ſupplicio.* L. 8. de deſertorib. *Quod ſi procurator poſſeſſionis, ſiue actor, vel etiam colonus latebram deſertori, domino ignorante præſtiterit, detectus in crimine, capitali ſupplicio mancipetur.* Adde *l. 12. eiusd. tit.*

(f) *Conbibentiam.* Lege *conniuentiam.* Vid. *Gloſſar.*

(g) *Quadratiano P.F. P.* Fuit hic *Quadratianus* PP. Italiæ, quod docet Nouella, in qua facta eſt mentio ſuburbicariarum prouinciarum. Emiſſa autem hæc Nouella eſt ſine dubio Attilæ Hunnorum Regis cauſſa, quem hoc anno imperio orientali inſidias ſtruxiſſe, ex PRISCO ſcimus. Timebat autem Valentinianus, ne barbarus Rex, pace cum Theodoſio facta, importaret bellum in Italiam.

(h) *Dilecto.* Scribe, *dilectu.*

(i) *Auctores.* Lege, *actores.* Vid. *nouell ſuperior.*

(k) *Prouincias.* Alias fuerunt *prouinciæ ſuburbicariæ* a tironum exactione immunes, docente *l. 12. de extraordinar.* quæ *Gratianum* habet auctorem. De *ſuburbicariis prouinciis*, conſule GOTHOFREDVM *in Commentar. ad l. 6. de annon. & tribut.*

(l) Etiam hæc Nouella ob metum belli Hunnici promulgata eſſe videtur. *Attila* enim hoc *anno 444.* perempto fratre Bleta, vt PROSPER *in Chron.* ſcribit, *vniuerſum ſubiugauit ſibi populum*, teſte IORNANDE *de Reb. Get. c. 35. & numeroſitate collecta, primas mundi gentes, Romanos Veſegothasque ſubdere peroptabat.*

(m) *Contemptu.* RITTERSHVSIVS legit, *contentus.*

(n) *Vacantes.* Vacantes ſunt ἄπρακτοι, quibus aut Codicillis honor eſt tributus, aut, qui poſt labores & militiam, honore fruebantur. De his late dixit GOTHOFREDVS *in Comment. ad titul. de Comit. vacant.* Hi, vt & reliqui honorati viri, quorum paullo poſt fit mentio, alias excuſati ſunt a tironum equorumque præſtatione. Vide *legem vn.* Honorii, *qui a præbitione tiron.*

(o) *Triginta ſolidis.* Tironis adæratio varia fuit. Valens an. D. 375. *l. 7. de tironib.* ſtatuit ſolidos *triginta ſex*, ex quibus *ſex* tironi veſtis atque ſumptuum gratia cedebant. Honorius A. D. 397. *l. 13. d. tit.* numerandos pro ſingulis tironibus *ſolidos* eſſe *viginti quinque* pronuntiat, ſed anno 410. quo Gothi Alarico Duce Italiam vaſtabant, tirones *tricenis* æſtimat *ſolidis*, *l. 20. d. t.*

De palatinis. (a) *Tit. XLV.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. ad Maximum II. PF. P. (b)

Palatinæ exactionis enormitas, deducta ſæpius in querelam, neceſſitatem nobis formandæ ſanctionis impoſuit, cuius obſtinatio, quæ refugere debuit, augere contendit, ad hoc præteritæ impunitatis præſumptione decepta, vt continuato ſcelere grauiores aculeos ſeueritatis incurrerit. Vnde magnificentiæ tuæ ſuggeſtionem numeroſis adminiſtrationibus & virtutibus congruentem, libenter accepimus, quæ poſſeſſoribus & negotiatoribus conſuli generaliter poſtulauit, quorum breui deuotio concidiſſet, ſi quantum fiſco inferendum eſt, aut tantum, aut amplius exigendum ſibi auaritia vindicaret, non diſſimulandam obiectionem noſtris ſæculis generans, cum deuotum (c) publico, priuatis vtilitatibus diſpendia profutura comitantur. Quapropter ſublimis excellentiæ tuæ ſaluberrimam ſuggeſtionem ſecuti, veneranda in æuum lege ſancimus, ne quisquam Palatinorum ſuperindicti vel aurariæ, (d) ceterasque ad vtrumque ærarium pertinentes exigens functiones, vltra ſummam, traditis ſibi iuxta præſentem cenſum de ſcrinio breuibus comprehenſam, commodi (e) nomine accipiendum aliquid nouerit, aut petendum: ceſſantibus cauſarum titulorumque inſtructionibus factis, quod odio calumniarum ceſſare præcipimus, & quos non in vſum publicum, ſed in auiditatis exemplum calliditas compulſorum (f) minatur: ſacrilegii percellendis reatu, proſcriptionis etiam ſupplicio condemnandis, cum huiusmodi vſurpationem probatio confutarit. Quam examinationem atque vindictam,

dictam, si aditi inlustres viri Comites vtriusque ærarii fortasse neglexerint, amplitudinem tuam nobis oportet suggerere, vt neglectas iustissimas prouincialium querimonias vindicemus. Tantum autem nos licentia huius cupiditatis offendit, vt inueteratam vsurpationem resarcire cupientes, Moderatores prouinciarum rapinis ire obuiam censeamus, & ad magnitudinem tuam sine vllo metu (g) suæ condemnationis referre. Præterea cunctis excusationibus aditus obstruentes, quibus agenda necessario aliquotiens negleguntur, hoc Constitutioni nostræ adicimus, vt inlustres viri ærarii vtriusque Comites a condemnationibus Iudicum, & Curialium, nouerint abstinendum, delicta eorum vel dissimulationem, tam clementiæ nostræ, quam sedi tuæ amplitudinis, cum exstiterint, ingerentes, quo prædictæ sedis tantum secuta correptio præsentia recitet, futura componat. Quam rem vetustatis & disciplinæ publicæ amore decernimus. Maxime P. K. A. Inlustris igitur & præcelsa magnificentia tua, edictalem legem & functionibus publicis iugiter profuturam programmate suo in cunctorum prouincialium iubebit ire notitiam, vt agnoscat vniuersitas nostro seculo (h) improbis abusibus nihil licere. Dat. Prid. Non. Iun. Rau. Valentiniano A. (i) & Anatolio V. C. COSS. (440.)

II. Idem AA. Paterio PF. P. (k)

Cum pietas nostra ad prouincialium quietem tuendam, simul ad auaritiam Palatinorum, quæ causa nuper fuerat ferendæ legis, arcendam, remedia quæreret, data nuper lege censuerat, vt inlustres viri sacri ac priuati ærarii Comites facultatem condemnandorum Iudicum non haberent, similiter a desidia ordinum (l) multanda eorum seueritas abstineret. Sed quia nunc suggestio magnitudinis tuæ indecorum hoc inlustribus viris, & inefficax publicis necessitatibus explicandis, prouisione necessariæ suggestionis insinuat, & experiendo cognouimus, nec satis prodesse id possessorum commodis, & plurimum consuetis ærarii exactionibus obfuisse, abrogatam legem, (m) quam prius super his rebus obseruari statuimus, ius omne ad prædictos inlustres viros, quos (n) longo tempore iam tenebat, inlibatum pristinæ censuræ auctoritate reuocamus, ne qua illis moræ aut negligentiæ excusatio de expensarum (o) destitutione tribuatur, quibus non solum multandorum Iudicum, sed & Curialium segniciem condemnandi & a Rationabilibus (p) licet auferebatur facultas, & tamen sub hoc præsepio (q) nullum possessorum seu Curialium Palatinorum mancipamus auiditati. De quorum fraudibus, si quæ exstiterint, aut si modum veri census sub occasione titulorum ad se pertinentium supergressi fuerint, & aliquid commenticium præter id, quod explorata fides chartarum continet, studio deprædationis inuenerint, iubemus grauatis patere accusandi eos liberam facultatem: sed ita vt ad proprios Iudices læsorum querela perueniat, hisque solis in eorum commissa permittatur inquirere, de quorum factis, si qua in reprehensionem venient, non modo præsentium querelis, sed & absentum relationibus instruentur. Sane si quid est, quod vindictæ censuram exigat acrioris, erit inlustribus viris Palatinorum Iudicibus consulendæ serenitatis nostræ copia, vt genus vltionis agnoscant, sed de his duntaxat criminibus, quæ contra ius stimulo inlicitæ cupiditatis admiserint. Pateri P. K. A. Inlustris igitur & præcelsa magnificentia tua hanc omnibus innotescere sanctionem iubebit, remotaque ea, quæ de his ordinem solitum commutauerat, huic legi, quam nunc statuimus, perpetuo valiturum sciat robor impositum: quippe moderatione & status prouincialium inuiolatus manebit, & decus potestatis suæ ad geminos Iudices (r) reuertetur. Dat. V. Kal. Octob. Spoleti, Dioscoro & Eudoxio V. C. (s) COSS. (442)

III. Idem AA. Floriano Com. S. L. (t)

Æquum est serenitatem nostram prouida oraculi nostri Constitutione sancire, ne aut impune quemquam temerario contemptu deserta officii sui militia, licuerit segnis otii elegisse desidiam, aut in posterum proposita interminatione cauere, ne quis audeat inconsulto Iudicis sui testimonio militiæ sacramenta deponere. Floriane FR. A. Vnde inlustris auctoritas tua pragmatici nostri secuta præceptum, sciat secundum suggestionem tuam, Palatinos

latinos omnes sacrarum largitionum, qui stipendiis non peractis, sine testimonio vel auctoritate Præsulis (v) sui, ad Ecclesiastica obsequia, & ad aliam transiere militiam, nomine clericorum & priuilegio cinguli superioris exutos, Palatino officio ac militiæ, quam contumaciter reliquerunt, protinus esse reddendos. Atque hoc circa vniuersos oportere seruari, quos intra tricennium post militiæ commutationem pragmatica huius sanctionis forma repererit, ceteris vero non nouandam (x) penitus quæstionem prolixioribus temporum spatiis muniuntur: hac in futurum præceptione seruata, ne cui liceat sine iussu & testimonio Præsidentis vel deserere vel commutare militiam. Prouincialium Iudices esse cogendos atque tabularios largitionalium titulorum ad amplitudinis tuæ eodem (y) ratiociniis instructionibusque transmittant, nouerintque procurandis exactionibus, legibus se retineri. (z) Dubium enim non est eum fore & nobis & legibus nostris obnoxium quisquis maiestatis nostræ præcepta lentauerit. Dat. VII. Kal. Mai, Rom. Calypio Aug. (a) v. v. c. CONS. (447.)

(a) *De Palatinis.* De *Palatinis S. L. & Rer. priuatar.* est *titulus 30. lib. 6.* vbi consule *Paratitlon.* Sunt autem *Palatini*, officiales Comitis S.L. & R. P. quorumque opera potissimum vtebantur, in tributis colligendis, functionibus publicis, exactionibus, prosecutionibus, susceptionibus, executionibus. Cum vero eorum plerique auaritia infames, concussionibusque frequentissimis prouincialibus graues essent, exactio largitionalium titulorum iis quondam a Theodosio adempta, sed & postea restituta fuit, Vide *l. 17. 18. de exactionibus.* Eam ob caussam quoque coercet Palatinos hac Nouella Valentinianus Iun.

(b) *Maximum II. P F. P.* De eo dixi *Not. a. ad nouell. 21. supr.*

(c) *Deuotum.* Deuotus dicitur, qui, quod fisco debet, libenter exsoluit. Vid. *Glossar.*

(d) *Superindicti & auraria.* De *superindicto*, seu extraordinaria indictione, confer *Paratitlon de superindict. lib. 11. t. 6. Auraria* functio, est lustralis collatio, negotiatoribus indicta, de qua vide *titul. 1. lib. 13.*

(e) *Commodi.* Xenia enim siue munuscula a prouincialibus extorquebant, *qui*, vt Valentinianus M. ait, l. 1. ne damna prouincialib. infligant. *sub quocunque prætextu muneris publici, poterant esse terribiles*, eaque *commoda* faciebant *canonica*, id est, ita exigebant, ac si publice debita & solennia essent.

(f) *Compulsorum.* De calliditate *compulsorum*, siue exactorum, qui expleto solutionis tempore, ad compellendos exigendosque prouinciales mittebantur, habes *leges 3. 4. de concussionib. aduocat. & 34. de annona & tribut.* & infra *Nouellam* Maioriani *4. de indulgent. reliquorum.* Confer *Commentar. ad d. l. 34.*

(g) *Metu.* Valentinianus M. *l. 5. de off. rect. prouinc.* iam olim voluit, vt Moderatores prouinciarum, per villas vicosque discurrerent, *& vltro rimentur*, inquit, *quid vnusquisque compulsor insolenter egisset.* Vbi nota illud, *vltro rimentur*, quod egregie hunc locum illustrat. Nimirum prouinciales metu compulsorum, querelas ad Iudicem deferre non audebant, eaque erat Palatinorum audentia, vt & ipsis, prætextu muneris sui, metum incuterent Iudicibus, accusando eos, quod functiones publicas exigentibus impedimento essent. Igitur Valentianus hoc loco, moderatoribus prouinciarum liberam tribuit referendi ad Præfectum Prætor. libertatem, *absque vllo condemnationis suæ metu*, quam ii semper timebant, cum viderentur exactioni, per relationem factam moram iniecisse, aut *exactionibus obfuisse*, vt dicitur nouella sequente, quam consule.

(h) *Nostro Seculo.* Vide *not. k. ad Nouell. 1.*

(i) *Valentiniano A.* Recte MS. Ottobon. *Valentiano A. V.*

(k) *Paterio P F. P.* De *Paterio* dixi *not. mm. ad Nouell. 11. supr.* Is sequente anno Consulatum gessit cum *Maximo.* Vide *Fastos.*

(l) *Desidia ordinum.* Respicit illa, nouellæ antecedentis, *a condemnationibus iudicum, & curialium nouerint abstinendum,*

(m) *Abrogatam legem.* Intelligit legem superiorem. Sed scribendum est, *abrogata lege.*

(n) *Quos &c.* Legendum est, *quod longo tempore iam tenebant inlibatum.*

(o) *Expensarum.* Hæc asterisco notauit CVIACIVS, sunt enim mutila, & excidisse nonnulla librariorum incuria videntur. Tantum video, Palatinos exactores excusasse negligentiam moramque, cum ipsi destituerentur plena potestate, neque Comites S. L. & R. P. haberent condemnandorum Iudicum facultatem.

(p) *Rationabilium.* Hoc facile patet, scribendum esse *Rationalium.* Intelliguntur enim *Rationales Comitum S. L. & R. P.* qui sacri ærarii caussis præsidebant, vt est *l. 21. de appellat.* de quibus plenissime dixit GOTHOFREDVS *in Notit. dignit. pag. 18.* Sed verba sequentia adeo sunt deprauata, vt restitui vix posse videantur.

(q) *Præsepio.* Lege *præsidio.*

(r) *Geminos Iudices.* Sunt hi Comites S. L. & R. P.

(s) In MS. Ottobon. confusum hic nomen loci, vbi data nouella, cum ipsis consulibus, maleque scriptum, *Epolitidio Scoro & Eudoxio VV. CC. Cons.*

(t) *Floriano Com. S. L.* Eidem inscribitur hoc anno *Nouell. 27. supra de negot.* Vid. ibi *not. a.* Coniungendæ autem sunt hæ nouellæ, quippe datæ eodem die.

(v) *Præsulis.* Præsul hic est Comes S. L. Ita *Præsul Officii*, apud SYMMACHVM *lib. 8. ep. 7. & 60.* Vide IVRETVM *in not. ad lib. 5. ep. 47.* Infra dicitur, *Præsidens.*

(x) *Nouandam.* RITTERSHVSIVS emendat, *mouendam*, & ita legit, *ceteris non mouendam penitus quæstionem, qui prolixoribus temporum spatiis muniuntur.*

(y) *Eodem.* Emendat CVIACIVS, *Sedem.* Optime. *Sedes* enim tribuitur illustribus Viris, vide *Glossar.* & in specie Comiti S. L. *lege 16. de murilegul.* Consule *Notitiam dignit. Cod. Theod. pag. 17.* Supra autem sine dubio legendum est, *Prouincialium Iudices esse cogendos, vt tabularios largitionalium titulorum, &c. transmittant.* De his *tabulariis*, qui species sacris largitionibus inferendas, suscipiebant, adi *l. 7. de palatin. S. L. & Notit. citat. pag. 19.*

(z) *Reti-*

(z) *Retineri.* Confirmatur *l. 18.* Theodosii *de exactionibus*, qua Palatinis exactio titulorum, seu tributorum largitionalium, exclusis Prouinciarum Rectoribus, tribuitur.

(a) *Calypio Aug. V. C. Cos.* Dele *Aug.* Recte in MS. Ottobon. *Calepio VC. Consl.* De Consulatu hoc dixi *not. e. ad Nouell. 27. Supr.*

Ne Duciani vel limitanei milites ad comitatum exhibeantur. (a)
Tit. XLVI.

I. Impp. THEOD. & Valent. AA. Florentio PF. P. (b)

Opem atque auxilium nostræ clementiæ limitaneorum poscit vtilitas, qui adeo quorundam querimoniis, vel exhibitionibus diuersorum Iudicum dicuntur adflicti, vt inter priuatam vitam, & militarem scientiam neutri nascantur. (c) Adde quod vsum armorum dediscere compelluntur obseruatione fori ciuilis officii, & in vita peregrinantur aliena, expertes litium, actionum ignari, quos inuerecunda facundia, & doctrina popularis instituit. Hæc suggestio viri sublimis Anatolii, (d) Magistri per Orientem vtriusque militiæ, nostris sensibus intimauit. Quapropter non vlterius patimur tantæ commoditatis dissimulare iacturam, cum constet dispositione maiorum, vallo limitis ab excursione Barbarica defensari, quicquid intra Romani nominis concluditur potestatem. Quamobrem victura in omne æuum lege sancimus, neminem Ducianum, neminem limitaneum militem, per totum tractum Orientis, ex vltimis solicitudinibus, qui exiguis solatiis vix ægre miseram famem repellunt, penitus exhiberi ad nostrum sacratissimum comitatum, nec sacra nostri nominis (e) iussione, nec diuino responso ad preces adeuntis, subdito, (f) non denique perennitatis nostræ mandatis, vel cuiuslibet sententia Iudicis: dispositionibus insuper integri viri magnifici custodientes (g) in posterum, quas ad vtilitatem limitaneorum sedula inuestigatione constituit, remissis omnibus iam nunc ad propria sacramenta, qui videntur exhibiti. Verum ne condicionem militum in quandam arcem videamur quodammodo conlocasse peccandi concessa licentia, semel exhibitionis submota formidine, sub competentibus militaribus Iudicibus aduersus eos agentibus ianuam aperimus, cum ea videlicet definitione, vt si limitaneus fuerit confutatus in contractibus seu legibus deliquisse, sumptus litis dare cogatur, etiam si hoc sententia prolata non teneat, & negotium trecentorum solidorum summam excedat: eadem in actorem pœna seruata, si limitaneus calculum meliorem & victricem sententiam reportarit. Aliter quippe litigantium timores, (h) & execranda iudicia iurgiorum, compesci non poterunt, nisi animus exercitatus in litibus, imminentis damni periculum pertimescat, vt correctionis metu compressus, æterno silentio conticescat. Quem enim auaritia terminum sortietur, quam si laqueis cupiditatum suarum circundata, intra septa propria damnata calumnia comprimatur? Et profecto aut hoc est remedium diu vexatis, aut si nec hoc quidem prodesse poterit, alia ratio commodorum, alia prouisionis flagitanda cautela est: si licet (i) operiri, licet optare debemus, ne libeat audacibus exercere litigia, vt liceat nostris militibus ociari, quos in extrema parte Romani sæculi, (k) sacramentorum legibus emendatos, calumnia latentes inuenit. Quamobrem Florenti P. K. A. Inlustris & magnifica auctoritas tua, quæ statuta maiestatis Augustæ cura peruigili & congruo semper fine conclusit, nunc etiam edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. v. Kal. Mart. Constantinopoli, Theodosio A. XVI. CONS. (438.)

(a) *Ducianus* est, qui ad Ducem spectat. Hinc *officium ducianum*, *apparitores duciani.* Adi *Glossar. Duciani milites* hac nouella sunt, qui sub Duce prouinciæ cuiusdam militabant, opponunturque *limitaneis*, quibus Dux limitis præerat. Hos Theodosius Iun. vetat *exhiberi*, id est, euocari, & ad maius iudicium, comitatumque, deduci, potestatemque facit competentibus Iudicibus militaribus, lites suo ordine peragendi, dirimendique controuersias. *Exhibere*, est euocare, *exhibitio*, productio, qua iudicio quis sistitur. Vide loca apud BRISSONIVM *de V. S.* & *titul. 2. lib. 9. de exhibendis reis.*

(b) *Florentio P F. P.* De eo vide *Nouell. 1. not. a.*

(c) *Nascantur.* RITTERSHVSIVS edidit, *noscantur.*

(d) *Anatolii.* Ad hunc *Anatolium* Magistrum Militiæ per Orientem multæ extant THEODORETI *Epistolæ.* Adfuit primus inter gloriosissimos Iudices Chalcedonensi Concilio, & *Patriciatus* quoque exsplenduit honore, gessitque *Consulatum* A. D. 440. *cum Valentiniano. Act. IV. Concil. Chalced. init. pag. 382. Tom. II. Concil.*

Concil. Hard. dicitur, *μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος στρατηλάτης καὶ ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρίκιος Ἀνατόλιος.* THEOPHANES *ad an. 21. Theodosii pag. 75. Edit. Par.* & *pag. 60. Ed. Venet.* ipsum vocat *τὸν τῆς Ἀνατολῆς στρατηγὸν,* missumque simul cum Helione Patricio in Persidem ait, fœderis firmandi caussa. Æternam is sibi famam parauit extructa porticu in ciuitate Antiochena, quam EVAGRIVS *hist. eccles. lib. 1. c. 18.* memorat; *Ἀνατόλιος στρατηγὸς τῶν ἑώων ταγμάτων πεμφθεὶς, τὴν καλουμένην Ἀνατολίου στοὰν οἰκοδομεῖ, παντοδαπαῖς ὕλαις ταύτην διακοσμήσας, Anatolius Magister militum per Orientem, missus, porticum illam, qua Anatolii dicitur, ædificauit, & omnis generis materia eam exornauit.* Fit eius quoque mentio apud MARCELLINVM *in Chron. Cyro Cos. an. 441. Missi sunt,* inquit, *contra hos* (Persas, Saracenos,) *Anatolius & Aspar Magistri militiæ, pacemque cum eis unius anni fecerunt. A. D. 443.* inscripta ei est *l. 3. Cod. Iust. de officio militar. iudic.*

(e) *Nominis.* Recte edidit GOTHOFREDVS, *numinis.*

(f) *Subdito. Subdere,* est annotare ad libellum supplicem, imo idem notat, quod *edere.* Hinc in *l. 5. Cod. Iust. ad SC. Turpilian.* legimus, *S. VII. Non.* id est, *subdita VII. Non.*

(g) *Custodientes.* Scribe, *custodiendis.*

(h) *Timores.* Forte *clamores,* vt suadere videntur sequentia.

(i) *Si licet.* RITTERSHVSIVS edidit, *scilicet.* Sed proba est recepta lectio.

(k) *Saeculi.* Hoc sensu caret, nisi placeat *populi.* Extrema pars Romani populi, sunt fines, siue limites Romani imperii.

De competitionibus. (a) *Tit. XLVII.*

I. Impp. THEOD. & Valent. AA. Florentio PF. P. (b)

Suggestionem viri inlustris Comitis sacrarum largitionum Marcellini, (c) vicem agentis viri inlustris Comitis rerum priuatarum admodum comprobamus, quæ & pio nostro proposito conuenit, & in commune omnium subiectorum commoditatibus consulit. Felicissimis namque imperii nostri temporibus (d) hæc nobis præcipue cura est, quemadmodum liberalitatibus nostris sine cuiusquam pernicie omnes possint diuitiis abundare. Imperatoriæ quippe prouisionis munus esse censemus, vt omnes nostris dispositionibus gaudeant, nemo suis inique nudatus facultatibus defleat. Quare hac perpetuo lege valitura sancimus, vt nemini liceat bona defunctorum caduca, vel quamlibet rem aliam ad fiscum nostrum pertinentem, vel eam, quæ ei paritur actionem, vllo modo a nostra serenitate competere, nisi annus (e) ex die mortis defuncti excesserit, vel ex quo fiscus locum habuit, vel habere potuerit. Et si sacrum oraculum mansuetudinis nostræ secundum hanc legem ab aliquo fuerit impetratum, (f) nullo modo competenti iudicio intimari, nisi prius officio productum in iudicio, (g) liberæ condicionis delatorem, tradiderit, vel in hac alma vrbe, si res ad fiscum pertinentes hic inuentæ fuerunt competitæ, quorum interest periculo sub carceralibus vinculis obseruandum, vel Moderatori prouinciæ sub artissima custodia transmittendum. Seruos namque nec ab initio, quasi nec personam habentes, in iudicium admitti iubemus, & si hoc ausi fuerint, continuo eos flammis tradi vel bestiis. (h) Neque vero prædicti temporis præscriptionem, neque delatoris concessione, vel speciali donationis beneficio, aut sacra pragmatica iussione posse conuelli. Et si forte quisquam, quod non credimus, huiusmodi quid per subreptionem elicuerit, id a nullo Iudice admittendum esse decernimus: quod si admiserit, non modo pœnæ sacrilegii non esse obnoxium, sed etiam damna ei, qui eius iniquitate læsus fuerit, sarcire. Illud etiam pro communi omnium commoditate censemus sanciendum, vt si ab aliquo quicquam petitum fuerit, & semel, cuius interest, officii instructio præcesserit, nullus id possit a nostra deinceps clementia postulare, neque de eadem causa denuo fieri liceat instructionem: officio quod miserit, decem librarum auri pœna pro tali obreptione feriendo. Florenti P. K. AA. Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua saluberrimam legem edictis propositis ad omnium notitiam faciat peruenire, vt sciant prouinciales nostri, pro eorum quiete serenitatem nostram iugi sollicitudine vigilare. Proposita XIIII. Kal. Nouemb. Constant. Theodosio A. XVII. & Festo COSS. (439.)

(a) *De competitionibus.* Competitiones sunt *petitiones,* de quibus est *titulus 10. lib. 10.* vbi consule *Paratitlon.* Bona nimirum vacantia, caduca, proscriptorum, & quæcunque tandem ad fiscum pertinentia, vt dicitur *hac nouella,* indicabant, siue deferebant nonnulli (qui ideo *Delatores* audiunt in *legibus dicti tit.* & *hac nouella*) aut priuatis, vt ipsi ea a principe petere possent, aut fisco, vt is eadem sibi vindicaret. Cum vero fiscus bona iure suo peteret, priuati autem & ii potissimum, *quorum intererat,* quique eos, ad quæ bona pertinuerant, sanguine attingebant, simul peterent, hinc *competitionis* nomen traxit originem. Eæ quidem *competitiones* innumeris legibus sunt coercitæ, *delatoresque,* quod plerumque calumnia infames erant, pœnis affecti grauissimis,

uissimis, docente *Paratitlo dict. tit. pag. 458. Tom. III.* nihilominus tamen *Theodosius Iun.* hoc anno, quo solenniter celebrauit *Quinquennalia*, testante MARCELLINO *in Chron.* securitati prouincialium succurrendum denuo, hac constitutione *de competitionibus*, esse censuit. Sublatæ autem penitus illæ *petitiones* ab eodem Theodosio A. D. 444. *l. vlt. Cod. Iust. de petitionibus bonorum sublatis.*

(b) *Florentio P F. P.* De eo dixi ad *Nouell. 1.*

(c) *Marcellini.* Inscribitur ei *titulo 12.* supra, *de patrimonial. Nouell. 1.* vbi dicitur *Marcellinus Com. P F.* Monui ibidem *not. b.* rescribendum esse *Com. P R.* id est, *Comes Priuatarum*, quam coniecturam meam hæc nouella firmat. Data enim est *nouella illa 1.* anno superiore 438. mense Maio, cum vero hoc *anno 439. Marcellinus* exsplenduerit dignitate *Comitis S. L.* dicaturque *vicem egisse Comitis R. P.* patet, eum gradu ascendisse, (antecedit enim *Comes S. L. Comitem P. R.* vt docet *Notitia*) resque priuatas, quarum tantum cura anno superiore ad eum pertinuit, simul curasse, quod Theodosius forte nondum inuenerat virum, cui tantum munus credere posset.

(d) *Temporibus.* Felicissima imperii tempora appellat *Quinquennalia*, quod testantur sequentia, *quemadmodum liberalitatibus nostris*, & mox, *vt omnes gaudeant nostris dispositionibus.*

(e) *Annus.* Arcadius *l. 17. de bon. proscriptor.* voluit, vt ne intra biennium proscriptorum bona a quoquam peti possent.

(f) *Impetratum.* Id est, si quis post biennium rescripto huiusmodi bona, quæ petierat, impetrasset.

(g) *In iudicio.* Id est, apud *Comitem Rer. Priuat.* ad cuius suggestionem etiam scripta hæc nouella, & cuius vices *Marcellinus* egit, vt supra legimus. *Petitiones* enim pertinebant ad priuatum ærarium, quod testatur SYMMACHVS *lib. 5. ep. 66.* & CASSIODORVS *Var. VI.* 8. Ideo paullo ante, per *competens iudicium*, intelligendum est iudicium *Com. R. P.* Idem autem hac constitutione sancit *Theodosius Iun.* quod dudum ante auus *Theodosius M. l. 12. de petitionib.* constituerat. Igitur delator sistitur vel officio Comitis Rer. priuatarum, & sub carceralibus vinculis obseruatur, vel ad Moderatores prouinciarum mittitur, vt in ea prouincia, in qua bona sita sunt, quæ caduca esse dicuntur, instruat actiones petitoris, aut detecta calumnia, luat pœnas. *Dicta lex 12. Neque sane introduci eum* (ad Comitem R. P.) *satis erit eo tempore, quo rescriptum allegatur ac liberalitas intimatur, verum dirigendus is erit, ad eam prouinciam prouinciasue, in quibus patrimonia delata consistunt, vt eius instruat actiones, qui nostra liberalitate nitetur, & cuius se honestati per blandum ministerium iniustæ delationis immersit: vt scilicet maiore omnium plausu, detecta ibi calumnia, eius supplicio publicæ seueritati litetur, vbi securi ac tuti domini trepidauere fortunæ.*

(h) *Bestiis.* Serui dominorum delatores, etsi obiecta probauerint, non admittuntur, sed seuerissimo afficiuntur supplicio, ex *lege 17.* Theodosii M. *de petitionib. Seruum domini delatorem iubemus, in exemplum omnium proditorum, seuerissimæ sententiæ subiugari, etiamsi obiecta probauerit.*

De honoratis, (a) *& quis in gradu præferatur. Tit. XLVIII.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Storacio PF. V. (b)

Studiose niti atque agere clementiam nostram decet, vt quicquid ad cumulandum Consularium titulorum nomen proficit, sanciamus, quos pro sui magnitudine ac reuerentia vetustatis, etiam nobis libenter adscimus. (c) Et quoniam certum est, lege Diui Parentis nostri Gratiani cautum (quæ amplissimis dignitatibus definitum venerabilis Constitutio ordinem dedit) vt Patriciatus honor, & infulæ (d) Consulares, si copulata sibi vnius personæ meritis iungantur, eum cui vtrunque contigerit potiorem faciat illo, qui ex his alterius honoris tantum fulgorem consequutus videtur, plenum rationis & æquitatis putauimus, vt quisquis bis Consulatus adipisci meruisset insignia, præferatur his, qui semel functi sunt hoc honore. (e) Quod si alterius adiectio dignitatis hanc solam superat, quanto magis duplicatæ tanti suggestus infulæ, & curialium ornamenta gemmarum (f) obtentis semel anteferenda sunt fascibus? Storaci P. K. A. Inlustris igitur & præcelsa magnificentia tua, hac nos generali lege sanxisse cognoscat, quam propositis edictis vulgare debebit, vt quisquis consulare fastigium secundo conscendere meruerit, illis etiam præferatur, qui vno anno fastis nomen dederunt, quamuis anteriore tempore Consulatum cum Patriciatu pariter sunt adepti. Ea enim dignitas, quæ nomini quoque Augusto quoddam decus (g) videtur adquirere, secundo delata priuatis personis, absque superioris iure, vniuersis honoribus antecellit. Dat. III. Id. Mart. Rom. (h) PP. in Foro Traiani, Maximo II. & Paterio V. C. COSS. (443.)

(a) *De honoratis.* De honoratis dixit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. vn. de officio iudicum ciuil.* Sunt autem *honorati* hac nouella, qui administratione perfuncti, emento pollebant honore, vt dicitur *l. 1. ne quid publ. latit.*

(b) *Storacio P F. V.* Storacio PF. P. inscribitur intra *Nouell. 5.* Martiani, sine die & Cos. sed is est ab hoc plane diuersus, diciturque *Sporatius*, vti ibi probabo. *Storacius*, cui inscribitur hæc nouella, fuit *Præfectus Vrbi Rom.* vt ipsa constitutio probat, quæ de honore Consularium, eorumque gradu agit.

(c) *Adscimus.* RITTERSHVSIVS legit, *adsciscimus.* Scribe, *adcimus*, siue, *accimus.*

(d) *Infulæ.* Vid *Glossar.*

(e) *Honore.* Alind obtinuit Constantinopoli, vt disci-

discimus ex Theodosii Iun. *leg. 1. Cod. Iust. de Consulibus*, quæ *ad senatum Vrbis Constantinop.* data est, sed subscriptione caret. Integra ea apponenda cum nouellæ nostræ lucem affundat. *Antiquitus statutum est*, inquit Theodosius, *Consularibus viris, cæteris quidem honoratos ipsius trabea summitate, pares vero* INFVLIS, *consideratione tantum temporis anteire. Quis enim in vno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem? cum posterior, etiamsi eiusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis Consuli debeat, quo ipse non fuerit: hoc obseruando, & si iterata vice fastigia Consulatus aliquis ascenderit. Repetiti enim fasces, virtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. Quod si quis prior Consul, posteriori Consuli eidemque Patricio posthabitus, Patriciatum postea consequatur: vinci eum oportet, qui prior meruit Patriciatum, postquam iste honore Patriciæ dignitatis decoratus est.*

(f) *Curialium ornamenta gemmarum.* Bene emendat Cuiacius, *curulium ornamenta geminarum.*

(g) *Quoddam decus.* SIDONIVS *in Panegyrico ad Maiorianum v. 5.*

- - - - *Decora omnia regni*
Accumulant fasces, & Princeps Consule crescit.

Adi BERTERIVM *Pithan. diatrib. 1. cap. 7.*

(h) *Dat. III. Id. Mart. Rom.* MS. Ottobon. *Dat. XIII. Kal. Nou. Rau.* Et hæc subscriptio omnino præferenda est. Constitit enim *Rauennæ* hoc anno Valentinianus mense *Maio*, vt probat *nouell. 2. supr. titulo 44. de tironib.* Mense *Augusto*, docente *nouella 50. infr.* Mense *Octobri*, vt liquet ex *nouell. 22. de pecunia Afr. credit.*

De officio & numerariis (a) *Præfectorum P. Tit. XLVIIII.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino II. PF. P. (b) & Patricio.

Iustitiam suggestionis probamus, cuius omnis hæc mens est, ne quid vnquam contra innocentiam male petentibus licere patiamur. Scimus enim quanta sæpe miseros vinxit inuidia, quos iniquitas iudicantum fastigio potestatis adfligit. Officium sedis celsitudinis tuæ, sine quo necessitates publicæ nequeunt expediri, per infortunia multa iam saucium, medicinæ nostræ curationes exposcit, quæ dudum potuisset adhiberi, si suggestio similis ante manasset. Hac igitur mansura iugiter lege decernimus, vt quisquis ex Officio Prætoriano, priusquam militandi finem, consummatis per ordinem temporibus, sortiatur, sub adtestatione gestorum, testimonio Præfecturam regentis, honestam meruit missionem, seu quietis studio, siue alterius amore militiæ, nullam sustineat de non peractis stipendiis quæstionem, fiduciam perpetuæ securitatis habiturus. Præterea Numerarios Prætorianæ sedis, penes quos publicarum rationum notitia consistit, siue priuatos, siue alias militiam fortasse sortitos, post quinquennium discussionibus (c) subiacere prohibemus. Intra hoc enim tempus vestigari facile quamuis latens veritas potest. Et certe nullius tam grauis debet esse condicio, vt terminum non habeat solicitudinis & timoris. Munimen vberius consideratio flagitat æquitatis. Officium Prætorianum expensarum colore in præiudicium cautionum vetamus vrgueri, in cuius perniciem nequitia creditorum frequenter excogitat, vt pecuniam publica necessitate numeratam, priuatis simulent profecisse compendiis: quibus hanc pœnam præsenti constituimus sanctione, vt si quando pecuniam suam sub tali credendam putauerint esse contractu, eius protinus amissione multentur, nihilque vel ab his, quos aduersum vetita deceperint, vel de publicis rationibus consequantur. Hæc officio Prætoriano salutis fortunarumque præsidia tribuisse sufficiet, cui etiam mensores, (d) quos pridem habere desiderat, pro mansionum suarum quiete, concedimus Albine P. K. A. Inlustris igitur & præcelsa magnificentia tua iustissimam legem propriis vulgabit edictis, vt omnibus innotescat, nostro sæculo Reipublicæ nihil amplius esse præstandum, nisi quod deceat adquiri. Dat. XIX. Kalend. Ianuar. Romæ Aëtio III. & Symmacho coss. (e) (446.)

(a) *Numerariis.* De *Numerariis* est *titulus 1. lib. 8. Cod. Theodos.* vbi consule *Paratitlon.* Eorum fit mentio *Nouell. 34. supr. de postulando.* Penes hos *publicarum rationum notitia consistebat*, vt *hac Nouella* docet, debitorum ac reliquorum modum iudicibus ingerebant, *l. 9. de numerar.* & munerum iniungendorum habebant curam, *d. nouell. 34. supr.* & *l. 1. de primicer. & notar.* ISIDORVS *Origin. lib. IX. c. 4. Numerarii sunt, qui publicum nummum ærariis inferunt.* De iis dixit VALESIVS *ad Ammianum lib. 15. c. 5.* & plenissime GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 4. de numerar.*

(b) *Albino PF. P.* De *Albino* dixi *not. a. ad Nouell. 22. supr. de pecun. Afr. cred.*

(c) *Discussionibus. Discussio* est examen accepti expensique siue rationum publicarum, quas numerarii tractauerant. Finito numerariorum officio, cogebantur ii in prouinciis residere per biennium, vt accusantium querelas exciperent, *l. 6. 9. de numerar.* & discuti possent rationes, si forte eas versutis fraudibus lacerassent, vt dicitur *d. l. 6.* Elapso autem *quinquennio*, liberat eos Valentinianus a *discussionis* periculo, quod videntur prouinciales, qui per diuturnum hoc temporis spatium siluerunt, eorum probasse innocentiam.

(d) *Mensores.* Mensores qui fuerint, docent verba sequentia. In *lege 4. de metatis*, dicuntur *manu sua, deputatas singulis quibusque domus enotare,*

tare, & postibus hospitaturi nomen adscribere. Confundit eos cum metatoribus CVIACIVS, cuius errorem notauit GOTHOFREDVS *in Comment. ad d. l.*

(c) *Aetio III. &c.* In MS. Ottobon. deprauate scriptum, *et tio III. & Simacho V. C. Cons.* Obserua denique hoc anno Valentinianum Romae fuisse, quod docet praeterea *nouella* eius *4. infr. de testament.* & celebrasse *Quinta Quinquennalia* imperii Caesarei, ex quibus *hac* quoque *nouella* lucem capit.

Titulus L. (a)

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino PF. P. Illyrici. (b)

Ex adfectu publico conuenit eorum necessitatibus subuenire, qui fatales miserias inciderunt. Imperatoriae siquidem vis maior laudis est, aliqua decreta mollire, quando vis maior inopinatae cladis fatale generarit incommodum Albine P.K.AA. Vnde inlustris & praecelsa magnificentia tua, pragmatici nostri tenore comperto, sciat Afros, qui infortunio hostilis cladis expulsi, eiectique fortunis omnibus, spem sui actus (c) & conuersationis solitae perdiderunt, & imbuti studiis literarum causas agere destinarunt, siue agere iam coeperunt, apud omnes Iudices his aduocationis copiam, remoto legis (d) vinculo esse permissam, vt aerumnas in quibus nunc sunt, tali possint remedio subleuare, praeter praetorianam togam, forumque vrbanum, in quo agendorum negotiorum licentiam tribus pietas nostra permisit. nec enim non eos oportet studiis fauorabilibus adiuuari, quibus hoc solum remansit quod sibi non potuit vindicare captiuitas. Datum XIII. Kal. Sept. Rauennae Maximo II. & Paterio coss. (443.)

(a) Per summam incuriam MARVILLIVS hanc constitutionem bis edidit, & inter Theodosianas nouellas *num. 47.* & inter Valentinianeas *num. 17.* Publicauit eam primus CVIACIVS *Obseruat. XVI. 22.* Cum vero is scripsisset, *Afris*, qui a *Vandalis & Alanis* vastata Africa, pulsi sedibus, & profugi in Italia vagabantur, liberalibus studiis institutis, concessum hac nouella a Valentiniano fuisse, vt apud omnes iudices causas orare possent, tresque ex eorum numero in foro quoque praetorianae & vrbanae praefecturae agendi negotia haberent potestatem, mox semidocti quidam titulum adposuere nouellae, *De Afris, Vandalis, Alanis*, quem seruant etiam Editiones Gothofredi, Rittershusii, & Lugdunens. Sed spurium eum esse, facile omnes iudicare poterunt.

(b) *Albino PF. P. Illyrici.* Ad *Nouellam 22. supr.* probaui, *Albinum* hoc anno fuisse *Praefectum Praetorio Italiae*; & certe vox *Illyrici* a librariis excogitata est, cum forte scriptum fuisset *Albino PF. P. Iter.* vti extensis literis legimus *Nouell.* Valentiniani *4. infr. de testament.* Neque habuit hoc tempore occidentis imperium Praefectum Praetorio *Illyrici*, sed Illyrici occidentalis sex prouinciae fuerunt sub dispositione Praefecti Praetorio Italiae, vt docet *Notitia Imp.* Consule etiam PAGIVM *in Critic. ad an. 365.*

(c) *Actus.* Intellige *actum* apud Iudices, quibus imbuti studiis literarum, operam nauabant, & a consiliis erant. *L. 1. de assessorib. Donec Iudex ab aliis euocatum locis consiliarium suis actibus attribuerit.* Vide *Glossar.* Mox per *conuersationem* indicatur solita vitae consuetudo, cui quis adsuetus est. Ita *officii conuersatio* occurrit *l. 23. de cohortalib.*

(d) *Legis.* Intelligit *nouellam 34. supr. de postulando.*

Titulus LI. (a)

I. Impp. Theodosius & Valentinianus AA. . . .

Cum pietatis nostrae animo ad quaerenda remedii publici adiumenta perpetuae cogitationes se ingerant, nihil tam necessarium cura serenitatis nostrae perspicit, sicut omnium sensibus non (b) optamus occurrere, quam vt defessis rebus afflictoque publico, tantum robur numerosi exercitus praeparetur, sed nec tam salubris, in qua omnium plenae securitatis fundamenta ponenda sunt per varia erogationum clementiae nostrae conatum odoraturus, vt ipso experimento non modo his, qui nouis sacramentis obligantur, sed ne veteri quidem exercitui, quae ab exhaustis agerrime conferuntur ad victum vel ad vestitum posse praeberi, quos nisi indigna & pudenda armato nomini negotiatio aleret, vix possent a famis periculo & a frigorum pernicie vindicari. Quae ergo his angustiis remedia prouidenda sunt mens nostrae serenitatis exaestuat. nam si a possessore super alia, quae praestat has expensas, requirat, vltimas tenuesque eius vires compulsio talis extinguet; si a mercatoribus rursus hoc efflagitet, necesse est eos depressos tanti oneris mole succumbere. Inter haec animo fluctuante hanc viam reperimus, primum cuius lenissima functio publici quaestus habeat magna compendia, deinde quae ad vniuersos pertinens a paucis intollerabilia damna submoueat, atque ita sine sensu dispendiorum sit, vt cum plus hinc publicae vtilitati conquiri valeat, nullus se speciatim queratur affligi, & neque a tenuissimis possessorum reliquiis, vel defectu miserabili negotiatorum quicquam impossibile postuletur.

tur. Placuit itaque vt omni venditione per solidum dimidia siliqua (c) ab emptore, dimidia a venditore, per omnem contractum æqualiter publico conferatur in omnibus mobilibus immobilibusque rebus, venditiones tantum emptionesque duntaxat tali condicione*(d) tam bonus rei effectus aliter non poterit prouenire, nisi huic muneri certi, qui præficiendi sunt, eligantur communi procerum nostrorum consilio atque tractatu, quod electionis iudicium reseruabitur circa eos, qui in aliorum locum adiectionis augmento (e) voluerint subrogari. Per singula igitur negotiationum genera singulos præponi oportere hac edictali lege decernimus, quos fides atque industria huic officio sustinendo idoneos comprobauerit. Vtilius quippe est, distributis procurationibus mercium omnium, vt in talibus rebus fieri solet, depulsa permixtionis caligine, apertius & liquidius declarare, quid quisque pro conducta mercium nundinatione dependat. Omnis autem contractus, qui clanculario vel emente vel vendente in fraudem legis initus fuerit, careat firmitate. quod ne fiat, ea ratione prospicimus, vt gestis municipalibus immobilium rerum contractus constet initus, mobilium vero emissis pictaciis (f) transigatur, & is qui præpositus fuerit huic muneri profiteatur, se id quod per hanc legem compendiis publicis decretum est, consecutum, ita vt post annum securitatis amissæ, discussio minime requiratur: qui (g) si a tabellione, vel contractoribus conuentus, ad gesta venire distulerit, inlato Curialibus, quod huius edicti lege inferendum est, venditio perfecta stabilitate nitatur. Ille autem, qui huic rei præpositus spe lucri proprii publicum commodum putauerit differendum, tali adficiendus incommodo est, vt tantundem ipse fisci viribus inferat, quantum de ipso contractu, cui conuentus præsentiam suam negauit a contrahentibus publico fuerit inlatum, quod ab eo magistratus, & Curiales exigere curabunt, quam pœnam neque ordines effugiant, neque Moderatores prouinciarum, si qua ipsi fraude vel conludio publica emolumenta distulerint. Sed hæc, quæ tam salubriter ordinamus, in omnibus prouinciis atque vrbibus, vna eademque volumus ratione seruari, quod absque vllius erroris impedimento explicabitur, si certæ nundinæ ciuitatibus earumque territoriis ordinentur. Iubemus enim, & in oppidis & in regionibus, (h) certo loco ac tempore, emendis atque vendendis rebus per honoratorum dispositionem, necnon ordinum seu ciuium, sub præsentia Moderatoris prouinciæ, manifesta definitione constitui. Nulli itaque mercatori præter hanc obseruationem, nisi ad designata loca temporibus præstitutis, ad negotiationis suæ species distrahendas, passim licebit accedere, vt certa ratio emendi atque vendendi ibi constare possit, vbi nundinandi ius prouincialium tractatu fuerit deputatum, & id quod præberi supra statuimus, facilius eorum qui præpositi fuerint valeat diligentia reperire: quæ vero ex his supplenda & minutius ordinanda sunt, amplissima, &c.

(a) Etiam hanc Nouellam bis edidit MARVILLIVS; occupat enim *locum vltimum* inter Theodosianas, & inter Valentinianeas est numero *decima octaua.* Vulgauit eam CVIACIVS *Obseruat. XVI. capite 23.* quo *de siliquarum exactionibus* disseruit, quem titulum deinde adoptarunt Editiones Lugdun. Rittershus. & Gothofred. Cum vero mutila sit nouella, scire non possumus, vtrum ad Theodosium, an ad Valentinianum pertineat. Suadent tamen illa, *defessis rebus afflictoque publico, robur numerosi exercitus praeparetur,* Valentinianum eam habere auctorem.

(b) *Non.* Abest ab Edit. *Rittersbus.*

(c) *Siliqua.* De *Siliqua,* quæ vigesima quarta pars solidi est, dixi iam *not. e. ad nouell. 2. tit. 11. supr.* Inde *siliquaticum* est, quod in nundinis exigitur a qualibet mercium negotiatione, & *titulus siliquatici* apud CASSIODORVM *Var. II. 4. III. 25. V. 31.* *pensio siliquatici,* apud eundem *Var. II, 30.* & *Var. IV. 19. Siliquatici namque,* inquit *praestationem, quam rebus omnibus nundinandis prouida definiuit antiquitas, in frumentis, vino, & oleo dari praesenti tempore non iubemus.* Qui exigit *siliquaticum* dicitur *siliquarius* apud CASSIODORVM *Var. II. 26.* aut *siliquatarius,* quod docet *epistola 12. libro eod.* data, *ad Comitem siliquatariorum & potus curas agentem.* Confer DV FRESNE *in Glossar.*

(d) Deest hic vox. Forte *fient,* aut *celebrentur,* adscribendum.

(e) *Adiectionis augmento.* Id est, supernumerarii.

(f) *Pictaciis.* Scribe *pittaciis,* vt est in *lege 11. 13, 16. de erogat. militar. annon.* Glossa Cyrilli, πιτ]άκιον, *pittacium, Breue.* Est autem hoc loco libellus breuis, siue tabula, publice confecta, testimonium præbens, de re mobili empta ac vendita solutoque siliquatico, qua emptor venditorque simul apochæ siue securitatis loco vtebatur. De *pittacio* consule *Commentar. ad l. 11.* & DV FRESNE *in Glossar.*

(g) *Qui.* Scilicet si is, qui præpositus muneri *siliquatico,* a contrahentibus conuentus, *pittacium* emittere distulerit, curiam ii adeunt, soluuntque *siliquaticum,* & tum perfectus quoque est venditionis emptionisque contractus. *Siliquarius* vero, qui *ad gesta venire distulerit,* id est, contractum scripto *pittacio* firmare detrectauerit, tantundem fisco soluit, quantum a contrahentibus publico fuit inlatum.

(h) *Regionibus.* Vid. *Glossar. Theod. voc. regio.*

LEGVM NOVELLARVM DIVI VALENTINIANI A. LIBER II.

De fructibus inter maritum & vxorem expensis filiis, vel heredibus minime imputandis. Tit. I.

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino PF. P. (a)



VCTORITATIS suæ memorem amplissimum Senatum gratanter agnouimus, cuius consilium improbis rebus semper occurrit. Hinc est, quod nuper inlustribus ac sublimibus viris, quos euocari ad sacratissimum comitatum vtilitas publicæ necessitatis exegit, nobis suggerenda mandauit, ne abhorrenda vsurpatio (b) ab omni conuersatione (c) honesta vires diutius obtineret. Comperimus enim quasdam (d) post maritorum obitum filios suos proposita indecora actione nudasse, cum ab his patrimonii sui fructus quærerent, quos vtique stante matrimonio, in illa æqualitate viuendi in commune consumptos conuenit æstimari, quorumque ratiocinium perplexum atque confusum ad veritatis fidem discuti posse non credimus. Cumque illud frequentius nouerimus accidere, vt maiores expensas flagitet matronalis ornatus, & cum nonnumquam viri (e) post vxorum obitum huiusmodi aliquid credant communibus filiis opponendum, durum est muliebri tantum licentiæ ista permitti. Et ideo Albine Parens Karissime AA. illustris ac præcelsa auctoritas tua hac edictali sciat nos lege sanxisse, ne de coniugii copula eorum alter superstes, defuncti heredes super hac repetitione redituum æstimet lite pulsandos. Hac enim condicione & vxores teneri volumus & maritos. Siue enim intercesserit dos, seu oblata non fuerit, omne iurgium huiusce repetitionis & ratiocinii conticescat. Hanc autem legem vtilitati & concordiæ humani generis profuturam, edictis per prouinciam (f) propositis, Amplitudo tua in omnium notitiam faciet peruenire. Dat. III. Id. Sept. Rau. D. Theodosio A. XVIII. (g) & Albino v. c. coss. (444)

INTERPRETATIO. *Si vir vxore superstite moriatur, fructus, quos constante* (h) *coniugio constat expensos, nullam postea a communibus filiis, seu ab heredibus mater repetendi habeat facultatem. Quod & si vxor viuo marito decesserit, maritum præcipit eadem lege constringi, vt & ipse a filiis vel heredibus vxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat.* (i)

(a) *Albino P. F. P.* De *Albino* dixi ad *Nouellam 22. inter Theodosian. de pecun. Afr. cred.* BRENCKMANNVS *in Append. Fastor. Reland. pag. 868.* existimauit, stare non posse huius nouellæ inscriptionem; cum enim *Nouella* data sit *Albino Consule*, ipsum eodem tempore Præfecturam gerere non potuisse, persuasit sibi Vir doctus. At vehementer errauit, quod pluribus exemplis, si opus esset, probare possem. Vnum sufficere potest *Tauri PP. an. D. 361.* & simul *Consulis*, de quo consule inscriptionem & subscriptionem *legis 49. de decurionib.* AMMIANVM, & ex eo loca allegata in *Prosopograph.* MS. W. habet, *ad Albinum* MS. G. male, *ad Albinum P. V.*

(b) *Vsurpatio.* SICHARDVS hic legere malebat, *vsurpatio aliena ab omni.* Sed bene se habent omnia, neque opus est emendatione.

(c) *Conuersatione.* Conuersatio honesta, & consuetudo honesta. Vid. *Glossar. Th.*

(d) *Quasdam.* MSS. W. G. & Sichard. male *quosdam.*

(e) *Nonnunquam viri.* Ita male habent etiam MSS. W. G. Sed Sichard. Rittershus. Lugdun. Gothofred. Edd. optime legunt, *nunquam viri.*

(f) *Prouinciam.* MS. W. *prouincias.*

(g) *Theod. A. XVIII.* Male in MSS. & impressis aliis omnibus, *XVII.*

(h) *Constante.* MS. W. *stante.*

(i) *Requirat.* MS. W. *quærat.*

De Manichæis. (a) *Tit. II.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino PF. P. II. (b)

Superstitio paganorum quoque damnata temporibus, inimica publicæ disciplinæ, & hostis fidei Christianæ, ad excidium (c) sui Clementiam nostram non immerito prouocauit. Manichæos loquimur, quos execrabiles, & toto orbe pellendos, omnium retro Principum statuta iudicarunt. Nec dissimulationem crimina nuper detecta (d) patiuntur: Quæ enim, & quam dictu audituque obscœna in iudicio (e) beatissimi Papæ Leonis, coram Senatu amplissimo (f) manifesta ipsorum confessione patefacta sunt? Adeo, vt eorum quoque qui diceretur Episcopus (g) & voce propria proderet, & omnia scelerum suorum secreta perscriberet. Quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est negligere tam detestandam diuinitatis iniuriam, & impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Vnde Albine Parens Karissime AA. Inlustris & magnifica auctoritas tua hac nos in æternum victura lege statuisse (h) cognoscat, quam in omnium prouinciarum faciet notitiam edictis propositis peruenire: Vt vbicunque terrarum quisquis Manichæorum fuerit deprehensus, pœnas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publicæ seueritatis excipiat. Sitque publicum crimen, (i) & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum tutumque sit aut celare tales, aut talibus conhibere, (k) cum omnia de hiis a nobis confirmata sint retro Principum constituta, (l) vt nouerint vniuersi hac edictali lege proposita, Manichæos dignitate militiæ, (m) & vrbium habitatione priuandos: (n) ne quis innocens talium conuersatione, aut societate capiatur. Successiones (o) nec capiant, nec relinquant, sed fisci nostri viribus adgregentur. Nec eis (p) quod palam interdicimus vlla fraude quæratur: Iniuriarum careant actione, contractus liberos omnino non habeant. Primates vniuscuiusque militiæ vel officii mox exigenda per apparitionem vestram x. librarum (q) auri multa percellat, si quem hac superstitione pollutum siuerint militare: neque enim aliquid nimium (r) in eos videtur posse decerni, quorum incesta peruersitas religionis nomine lupanaribus quoque ignota vel pudenda committit. Dat. XIII. (s) Kal. Iul. Rom. Valent. A. VI. (t) & Numo (v) V. C. COSS. (445)

Ista interpretatione non eget. (x)

(a) *De Manichæis.* De *Manichæis* sunt leges septendecim in Codice Theodos. quas quære in *Paratitlo titul. 5. de hæret. lib. 16.* Cum autem dicatur in Nouella, *crimina Manichæorum in iudicio beatissimi Papæ Leonis patefacta fuisse*, sciendum est, *Leonem* Episcopum Rom. conuocasse Romæ conuentum aduersus Manichæos, cui non tantum interfuerunt Episcopi & Presbyteri, sed & christiani viri ac nobiles, ipso LEONE teste *Sermon. 5. de ieiun. decim. mens.* vbi ait: *Residentibus itaque mecum Episcopis atque Presbyteris, ac in eundem* CONSESSVM *Christianis viris ac nobilibus congregatis, Electos & Electas eorum* (Manichæorum) *iussimus præsentari. Qui cum de peruersitate dogmatis sui, & de festiuitatum suarum consuetudine multa reserarent: illud quoque scelus, quod eloqui, verecundum est, prodiderunt. Quod tanta diligentia vestigatum est, vt nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus remaneret ambiguum. Aderant enim omnes personæ, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: puella scilicet, vt multum decennis, & duæ mulieres, quæ ipsam nutrierant, & huic sceleri præpararant. Præsto erat etiam adolescentulus vitiator puellæ, &* EPISCOPVS *ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & vna confessio, & patefactum est execratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt. De quo, ne apertius loquentes, castos offendamus auditus, gestorum documenta sufficiant, quibus plenissime docetur, nullam in hac secta pudicitiam, nullam honestatem, nullam penitus reperiri castitatem; in qua lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudo.* IDEM *Epistol. 15. ad Turibium n. 16.* (alias *93.*) *In execrabilibus*, inquit, *mysteriis eorum, vnum prorsus nefas, vna est obscænitas, & similis turpitudo. Quam etsi eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detectam, ad publicam fecimus peruenire notitiam; ne vllo modo possit dubium videri, quod in* IVDICIO *nostro, cui non solum frequentissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium Virorum dignitas, &* PARS *quædam* SENATVS *ac plebis interfuit, ipsorum, qui omne facinus perpetrarunt, ore reseratum est, sicut ea, quæ ad dilectionem tuam nunc direximus Gesta demonstrant.* Pertinet etiam huc eiusdem Papæ *Epistola 8. (al. 2.) ad Episcopos per Italiam*, quæ data est *III. Kalend. Febr. Theodosio XVIII & Albino V. C. Coss.* qua eos monet, vt in indagandis hæreticis, qui relicta vrbe, per Italiam vagabantur, omnem adhiberent diligentiam. BARONIVS *in Annal. ad an. 444.* Leonis Pontificis IVDICIVM, vt dicitur *Epist. 15. citat.* & *hac nouella*, siue CONSESSVM, vt appellatur *d. Sermon 5.* vocat CONCILIVM, idque *anno 444.* Romæ habitum fuisse aduersus Manichæos contendit. Sed doctissimus QVESNELLVS *dissertat. 1. de Vit. Leonis* erudite probat, illum *consessum* Concilii nomine venire non posse, partim quod PROSPER *in Chron. ad an. 443.* de eodem agens, nullam *Concilii* faciat mentionem, partim etiam, quod *Concilio* non opus

eaat

erat aduersus Manichæos, cum non de fide asserenda ageretur, sed de pœna iuxta ecclesiæ canones aduersus eos sancienda. Probat porro auctoritate PROSPERI & ipsius LEONIS *epistolæ*, illum *confessum* anno iam *443*. quo de eo agit laudatus PROSPER, Romæ fuisse habitum. Cum enim *dicta Epistol. 8*. S. LEONIS data sit *mense Ianuario* anni 444. rectissime colligit QVESNELLVS, anno superiore 443. perfidiam Manichæorum fuisse detectam & damnatam. Nam inquirere de eis, conuenticula & cœtus detegere, extorquere ab eis confessionem, confessum ea de re habere, hortari ad pœnitentiam, reluctantes plectere exilio, non est negotium aliquot dierum; nec *Epistola* laudata ad Episcopos scripta est, nisi re gesta, vt ipse LEO profitetur. Hæc optime QVESNELLVS, & ex eo PAGIVS *in Critic. ad an. 444*. Addo in annum *445*. quo hæc nouella emissa est, incidere *Vicennalia* Valentiniani *augustei imperii*, quæ magis illustria reddere voluit hac constitutione promulgata, qua ecclesiæ, eam a labe hæretica purgans, consuluit.

(b) *Albino PF. P. II.* MS. W. *Albino bis PPO.* Male MS. Goth. *Albino PV.* De eo vide *Nouell. 22. inter Theodos. supr.*

(c) *Excidium.* MS. G. *exilium.*

(d) *Nuper detecta.* Iam anno 443. opera S. Leonis. Vid. *not. a.*

(e) *Iudicio.* Ita appellat S. LEO *Epist. 15.* IDEM *Confessum* vocat, *d. Serm. 5.* Vid. *not. a.*

(f) *Senatu amplissimo.* S. LEO *d. Ep. 15. Pars quædam Senatus interfuit.*

(g) *Episcopus.* S. LEO *d. Serm. 5. Præsto erat & Episcopus ipsorum, detestandi criminis ordinator.*

(h) *Statuisse.* MS. W. *instituisse.*

(i) *Publicum crimen.* Honorius *l. 40. de hæret. Volumus esse publicum crimen, quia, quod in religione diuina committitur, in omnium fertur iniuriam.*

(k) *Conbibere.* Edit. Lugdunens. Rittershus. Gothofred. *conniuere*; quæ lectio proba est, confunduntur enim a librariis *conbibere*, & *conniuere*. Sichard. & MS. G. habent, *conuiuere*. Huc pertinent illa *d. l. 40. de hæret. Rector prouinciæ, si hæc crimina dissimulatione, vel gratia, delata distulerit, aut conuicta neglexerit, sciat se multa viginti librarum auri feriendum.*

(l) *Constituta.* MS. G. & libri omnes impressi, *statuta. Constituta*, sunt constitutiones Principum. Vid. *Paratitlon de constitut. princip.* & *Nouell. 3. sequent. in fin.*

(m) *Militiæ.* Theodosius Iun. *l. 65. de hæret.* A. D. 428. data, cohortalinam & castrensem militiam, Manichæis & hæreticis indulserat, sed hac lege Valentinianus Manichæos omni militia priuat.

(n) *Priuandos.* Valentinianus noster *l. 64. de hæret.* ante vicennium data, *Manichæos*, inquit, *ab ipso aspectu vrbium diuersarum exterminari præcipimus, vt nec præsentiæ criminosorum contagione fœdentur.* Theodosius Iun. *d. l. 65. Qui ad imam vsque scelerum nequitiam peruenerunt, Manichæi, nusquam in romano solo conueniendi, orandique habeant facultatem, Manichæis etiam de ciuitatibus expellendis.*

(o) *Successiones.* Consule *leg. 40. de hæret.*

(p) *Eis.* MS. W. *his.*

(q) *Librarum.* Sichard. *libras.*

(r) *Nimium.* MS. W. *nimietate.*

(s) *XIII.* MS. W. *XIV.*

(t) *VI.* Male MS. Ottobon. & libri omnes impressi, *VII.* Vide *Fastos.*

(v) *Numo.* Recte MS. W. *Nomo.*

(x) MSS. W. G. & Ed. Sichard. *Ex integro sic ponenda, quia expositione non eget.*

De homicidiis (a) casu an (b) voluntate factis. Tit. III.

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Maximo (c) PF. P. II. & Patritio.

Criminosos quidem auersamur omnes, & præcipue humano cruore (d) pollutos, quorum crescit (e) audacia, cum (f) impunitas per simplicia, (g) vel etiam personalia rescripta donatur. Nefas dictu, per ignorantiam facinora defensione vallamus. Sed quantum est, quod occupationibus nostris astutia plectendæ subreptionis illudit, cum rescripta huiusmodi etiam viro inlustri Quæstore nesciente procedant, quem custodem statuimus esse iustitiæ, qua nullum carere debet oraculum. Merito ergo male vsurpata prohibentes, hac edictali lege sancimus, vt homicidio, quod tamen casibus imputauerit confessio supplicantis, non aliter indulgentia, nisi nostri nominis (h) adnotatione præstetur: (i) Quoniam rariora erunt facinora, sub nostrum ventura iudicium, nec vlla nisi discussis rebus venia continget. Postquam tamen ad cuiuscunque Cognitoris tribunal adnotatio nostra peruenerit, examinari fidem precum diligenter iubemus, vt si homicidium vel casu (k) vel vitandæ mortis necessitate constiterit admissum, venia tribuatur orantibus. Deprehensos vero in mendaciis ilico pœna percellat. Hiis enim tantummodo (l) volumus ignosci, in quorum labsibus sola potest fortuna culpari. Homicidas autem, in hominum cædem nefaria voluntate grassatos, aliorumue capitalium criminum reos, nec per adnotationes nostras licebit absolui. Vir spectabilis Magister scrinii, qui interdicta supplicantibus responsa præbuerit, quinque auri librarum multam sacro ærario nostro cogatur inferre. Memorialis quoque cuiuslibet scrinii, qui aduersus vetita (m) rescriptum fuerit executus, spoliatus militia quinquennii relegatione plectatur. (n) Quod enim fas non est, vel per adnotationes nostras nocentes mereri, multo magis vetamus rescriptis simplicibus impetrari. (o) Maxime Parens Karissime AA. (p) Inlustris itaque & præcelsa Magnificentia tua necessariam humano generi sanctionem cunctorum notitiæ publicari propositis iubebit edictis, vt

 salubria

ſalubria conſtituta (q) nullus ignoret. Et manu diuina, Diuinitas te ſeruet per multos annos, Parens Kariſſime AA. Dat. VI. Id. Decembr. Romæ, D. Valentiniano A. VI. & Numo V. C. COSS. PP. pridie Id. Decembr. in Foro Traiani. Subſcripſi. (r) (445)

INTERPRETATIO. *Lex iſta præcipit, vt ſiquis ad Principem conuolauerit, adſerens ſe* (s) *caſu homicidium perpetraſſe, non voluntarie a ſe homicidium fuiſſe commiſſum, & ſi per ſupplicationem a rerum dominis veniam potuerit impetrare, a Rectore prouinciæ vbi caſus iſte commiſſus eſt, id ſpecialiter debet inquiri: & ſi certa fuerit ſuggeſtio ſupplicantis, veniam mereatur obtentam. Ceterum ſi voluntarie habita diſcuſſione conuictus fuerit homicidium commiſiſſe, eandem pœnam excipiat, quæ de homicidiis legibus habetur expreſſa: impetrata non valeant, & capitali ſententia feriatur. Reliqua conſtituta lex ipſa declarat.* (t)

(a) *Homicidiis.* MS. G. Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *homicidio.* In Sichardina titulus eſt, *de homicidio caſu facto.*

(b) *An. An* pro ſiue. Ita *l. 128. de decurionib. Dux ille an Comes ſit.* Vide SERVIVM *ad Æn. I. v. 333.* & loca SYMMACHI, *not. b. ad d. l. 128.*

(c) *Maximo.* De eo dixi *ad Nouell. 21. int. Theodoſ. ſupr.* Sichardus edidit, *Maximo II. Militi & Patricio.*

(d) *Humano cruore.* Sichardus edidit, humano ſanguine.

(e) *Creſcit.* MS. W. *creſcet.*

(f) *Cum.* MS. G. *dum.*

(g) *Per ſimplicia.* Male Sichard. *poſt ſupplicia.*

(h) *Nominis.* MS. W. *numinis.* Male. *Nominis adnotatio*, quid ſit, notiſſimum eſt.

(i) *Adnotatione præſtetur.* Hunc locum illuſtrat GROTIVS *in ſpars. flor. pag. 215.* Edit. Amſtel. CLAVDIVS SATVRNINVS enim *l. 16. §. 8. D. de pœnis*, ſcribit: *Apud Græcos exilio voluntario fortuiti caſus luebantur.* Ad hæc verba notat laudatus GROTIVS: *Græci hoc a Phœnicibus habuere, Phœnices ab Hebræis. Cauſam in Vita Moſis ſic explicat* PHILO: *Qui hominem interficit, etiamſi iuſte, id eſt, ſe defendens, ac coactus, tamen reus videtur, ob illam ſummam communemque inter homines cognationem. Nimirum creditur illis Deus non permiſiſſe, niſi ob culpam aliquam latentem. Quod de homicidio in ſui tutelam facto dictum eſt, idem & ad homicidia, ex mero caſu, aut culpa leui facta, pari ratione producendum eſt. Comparat hæc etiam* VALENTINIANI *Nouella, ne quis purgetur de cæde, caſu, vel ſui tuendi cauſſa, facta, ſine* ADNOTATIONE PRINCIPIS: *quod ius, vt pleraque romana ante Iuſtinianum, ab eo tempore in Galliis receptum, etiam nunc manet. Sic Cephalus ob homicidium per ignorantiam commiſſum in Procrin exilio punitus: item Hercules ob Linum, narrante* APOLLODORO. *Idem de Apolline tradit* SERVIVS *ad III. Georgicon.* NICOLAVS DAMASCENVS *talibus annuum exilium irrogatum dicit, Græcia more. Numæ legibus cautum, vt, ſi quis imprudens occidiſſet hominem, pro capite occiſi & natis eius in cautione offerret arietem. Ita* SERVIVS *ad Eclogam IV. ſed lege: in comitio offerret.* Hactenus ICtus, quem miror, SERVIVM ita emendaſſe; legendum enim ibi, *in concione offerret arietem.*

(k) *Vel caſu.* Abſunt hæc verba ab Edition. Lugd. Rittershus. Gothofred. In MS. G. male, *vel cauſa.*

(l) *Tantummodo.* MS. W. *tantum.*

(m) *Vetita.* Libri omnes impreſſi habent, *petitum.*

(n) *Plectatur.* MS. W. *plectetur.*

(o) *Impetrari.* MS. W. *impetrare.* Dignus autem obſeruatione hic locus eſt, ex quo patet, *Reſcripta ſimplicia* illa fuiſſe, quæ ſine *adnotatione* Principis emiſſa ſunt, quibusque *Magiſter ſcrinii* tantummodo ſubnotauit. Huc pertinent illa ſupra: *cum reſcripta huiusmodi etiam Viro illuſtri Quæſtore neſciente procedant.*

(p) *Kariſſime AA.* MS. W. *Kariſſime atque amantiſſime.*

(q) *Conſtituta.* MS. W. *ſtatuta.*

(r) *Subſcripſi.* Subſcripſit Vir ill. Quæſtor, cuius nomen intercidit. A MS. W. illa, *PP. Prid.* &c. plane abſunt.

(s) *Adſerens ſe caſu* &c. Edition. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofr. *adſerens caſu homicidium a ſe fuiſſe commiſſum, & ſi per ſupplicationem &c.*

(t) In Editione Sichardina huic nouellæ alia ſuperaddita eſt interpretatio ex Francorum legibus, quam, cum in paucorum manibus ſit Codex Sichardinus, cum lectoribus communicandam eſſe cenſui. Ita vero ibi expreſſum: *De homicidio voluntario interpretatio. De interempti pretio, principis eſt expectanda ſententia: quia de pretio occiſorum nihil euidenter lex Romana conſtituit, Dominus noſter Theodoricus, Rex Francorum ſtatuit obſeruari, vt ſi ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, & homicida ad eccleſiam confugerit, ille qui homicidium admiſit, medietate bonorum ſuorum occiſi heredibus ſeruiturus addicatur, reliqua medietas facultatis eius heredibus relinquatur. Qui vero armatus ſe in eccleſia tueri tentauerit, qualiter lex Theodoſii in libro IX.* cum conſcientia abſtrahatur. Si ſeruus cuiusque occiſus fuerit ab ingenuo, & ipſe homicida ad eccleſiam conuolauerit, ſecundum ſerui qualitatem eius reſcriptis cogatur exſoluere, hoc eſt, pro actore centum, pro aurifice electo centum, pro miniſteriali ſexaginta, pro fabro ferrario quinquaginta, pro carpentario quadraginta, pro aratore triginta, pro porcario aut birbicario, aut aliis ſeruis triginta ſolidos inferatur. Homicidam tam ingenuum, quam ſeruum, ſi extra eccleſiam inuenitur damnari, ſi voluntarie factum fuerit. Si vero ad eccleſiam ſeruus homicidii reus forte confugerit, indulta vita pro eo, quem occidit ipſe, etc.*

De Teſtamentis. Tit. IIII.

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino (a) PF. P. II. & Patritio.

Iamdudum quidem Diuus auunculus noſter, (b) teſtamentorum compendia generali lege complexus, formulam iuris antiqui, & inanem verborum conquiſitionem (c) non neceſſariam iudicauit, validiſſimam ſtatuens (d) voluntatem cum de noſtris altaribus coniuges

iuges petunt, vt decedenti prius ſuccedat ſuperſtes. Sed (e) quoniam Leonius vir ſpectabilis, munitus veteribus conſtitutis, noſtram ſupplex maluit expectare ſententiam: occaſionem nouandæ legis amplectimur, ſalubri definitione cenſentes: vt ſiue inter ſe coniugum, ſeu quorumcunque conſenſus, oblatis Serenitati noſtræ precibus optauerit, morte præuenti heredem ſuperſtitem fieri oportere perſonam, hoc ita ratum firmumque permaneat, vt nihil robuſtius æſtimetur. Et in Auguſtam (f) notitiam perueniſſe ſufficiat, etiam ſi nullum proceſſerit ex hac parte reſponſum. (g) Nam cum liceat cunctis (h) iure ciuili atque prætorio, liceat per nuncupationem, liceat municipalibus geſtis iudicia ſuprema componere, proculdubio manebit firmior hæc voluntas, quæ teſtimonio Principis & ſubſcriptione conditoris firmatur: ſi tamen nullum defuncti poſterius eius extabit arbitrium. (i) Leonius vero & Iucunda vxor eius, tanta viciſſim caritate certarunt, vt fuſis ſimul precibus ius poſcerent liberorum, (k) & propter incertum ſortis humanæ ſuperſtitem coniugem precarentur heredem: licet ſuperfluo illud addentes, vt inteſtatæ ſucceſſionis ius ac licentiam ſortirentur, cum hoc ipſum, quod Serenitati noſtræ preces pariter obtulerunt, ſit teſtamenti ordo præcipuus. Præterea, ſicut ſupplicationi connexa monſtrant, quamuis in vnius chartæ volumine ſupremum votis paribus condidere iudicium, ſeptem teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Cui nos æternam tribui firmitatem legis huius definitione cenſuimus. Quoniam nec captatorium dici poteſt, cum duorum fuerit ſimilis affectus, & ſimplex religio teſtamenta condentium: cunctiſque iam liceat quoquomodo, & quibuscunque verbis vltimum dictare iudicium, ſicut eorum Principum ſtatuta declarant, qui remouere (l) ſanctionibus ſuis meliore prudentia vetuſti iuris ambages. (m) Idcirco quia minutiis priſcæ conſuetudinis, & obſcuritate ſubmota, ſolam defunctorum conuenit inſpici voluntatem, cui multum roboris erit, ſi vel ſeptem, vel quinque teſtibus muniatur, & virum ſpectabilem Leonium, præter fiduciam precum pridem cum vxore communium, voluntas quoque alia, & ſubſcriptionibus teſtium munita defendit, apud eundem ſolida ſucceſſione Iucundæ coniugis ſuæ iugiter permanente, quisquis maluerit delata nobis ſupplicatione teſtari, liberam habeat facultatem. Cuius heres ex edicto Diui Hadriani (n) hereditaria corpora conſequetur, nec bonorum poſſeſſionis petendæ ſuſtinebit neceſſitatem, quam generaliter omnibus relaxamus. Ne tamen hoc teſtamenti genus plus iuſto muniiſſe credamur, ſi quis ſibi vel inofficioſi querelam, vel præteriti competere duxerit actionem, hanc vtranque ſecundum iuris & legum ſtatuta (o) ſeruamus, Albine Parens Kariſſime AA. Idcirco inluſtris & præcelſa Magnificentia tua ſaluberrimam ſanctionem mox in omnium peruenire notitiam propoſitis iubebit edictis, vt poſſit facile cognoſci condendarum, conſeruandarumque legum curam eſſe nobis præcipuam. Dat. XII. Kal. Nouemb. Rom. Aëtio III. & Q. Aurelio Symmacho (p) VV. CC. COSS. PP. in Foro Diui Traiani. Antelata (q) edicto Albini iterum PF. P. & Patritii. (446)

INTERPRETATIO. *Hæc lex de aliis titulis teſtamentorum id amplius habet, vt in coniugio poſiti ſi filios non habeant,* (r) *ſeu maritus vxorem, ſeu vxor maritum voluerit, relinquat heredem, quod ius dicitur liberorum: quia etiamſi vna charta ſuam condere maluerint voluntatem, vt inuicem ſe heredes ſcribant, qui alteri ſuperſtes extiterit, dimiſſam rem iuxta legis huius ordinem vindicabit: ita tamen vt hiis perſonis, quibus lex concedit, ſi fuerit de inofficioſi querela actio, reſeruetur.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino PF. P. II. (s) & Patricio.

Cum ſciamus & Diuos Principes, & Clementiam noſtram condendarum legum fomitem frequenter inueniſſe de precibus, iuuat ex facto quod nuper euenit, cunctis pro futura ſancire. Inluſtrem feminam Pelagiam, cum Micce inluſtris femina dictare vellet heredem, ſed teſtium copiam non haberet, per holographam ſcripturam votum circa prædictam (t) ſupremæ prodidit voluntatis. Nam quod ſolum potuit ſecretius licere morienti, indicem iudicii ſui paginam Cæſario viro ſpectabili, Tribuno & Notario, fratris ſui filio ſecura commiſit, quem natalium decus, & propinquitatis religio fidem cogeret (v) ſeruare defunctæ. Nec ſane electionis ſuæ cura teſtatricem fefellit. Deſideriis amitæ Cæſarius obſe-

obſecutus, chartam fidei ſuæ creditam, iuris & conſcientiæ memor, eadem qua ſumpſerat ſimplicitate vulgauit. Sed illuſtris heres ab ambitu cupiditatis aliena, nihil de ſucceſſione præſumpſit, nihil de corporibus hereditariis vindicauit: intra hos modeſtiæ terminos manens, vt ſubdito precibus vltimæ voluntatis arbitrio, non prius ſe putaret heredem, niſi nos cauſæ iuſtitiam probaremus. Recenſitis igitur omnibus, defunctæ iudicium roboramus, cui præter filium fratris, & literas ſuas, teſtes habere non licuit. Idcirco inluſtris femina Pelagia, pro ea parte, qua heres ſcripta eſt, defunctæ potietur arbitrio. Ne tamen huius ſtatuti ſalubritatem generi negemus humano, manſura iugiter lege decernimus, vt quisquis per holographam ſcripturam ſupremum maluerit ordinare iudicium, habeat liberam facultatem. Multis enim caſibus ſæpe contingit, vt morientibus teſtium numerus & copia denegetur. Quibus erit de legibus noſtris inter ipſa vitæ deficientis pericula cautio, ſi propriæ manus literis ſcribere, quos voluerint, non ſinantur heredes. Aliis teſtes itinerum neceſſitas, aliis ſolitudo (x) villarum, aliis nauigatio, ſeruis tantum comitibus expetita, ſubducit. Aliorum teſtatas prohibent eſſe voluntates hii, qui velut obſeſſos conclauibus ſuis ſolent cuſtodire languentes. Noſtræ poſthac beneficio ſanctionis inteſtatus nemo morietur, cui fuerit ſollicitudo teſtandi, late viam ſupremis aperimus arbitriis, ſi holographa manu teſtamenta condantur, teſtes neceſſarios non putamus. Scripto enim taliter ſufficiet heredi, aſſerere etiam ſine teſtibus fidem rerum, (y) dummodo reliqua congruere demonſtret, quæ in teſtamentis debere ſeruari tam veterum Principum, quam noſtræ præcipiunt Sanctiones, vt in hereditariorum corporum poſſeſſionem probata ſcripturæ veritate mittatur. Cum tamen teſtium præſentiam teſtator elegerit, legitimum numerum ſemper oportebit adhiberi: neceſſitatem quoque præcipitem ſubmouemus, quæ teſtatores hactenus compulit, ſub vnius diei ſpatio ſupremum feſtinato nimis ordiri (z) & implere iudicium. Quibus nos licentiam, tempusque largimur, vt voluntatem, quam de rebus propriis mente conceperint, frequenter ſcribant, frequenter retractent, frequenter emendent, & quot voluerint diebus, in tantæ præſertim cauſæ meditatione, verſentur. Hæc enim deliberatio nihil immaturum relinquit, cui licebit ſæpe dictata corrigere. Teſtes autem ſubſcriptiones ſuas vno die vel omnes pariter, vel ſi legitimus numerus exiguam moram fecerit, horis præbere diuerſis ſub obtutibus teſtatoris iubemus. Præterea, quoniam plerique deficientium voluntates ſuas cupiunt eſſe ſecretas, nec ante vulgari, quam luce priuentur, ſtatuimus ac iubemus, vt ſi teſtes rogati, paginæ cuius arcana neſcierint, coram teſtatore ſubſcripſerint, nihil ex ignoratione teſtium teſtamentorum firmitatibus derogetur. Albine Parens Kariſſime AA. Idcirco inluſtris & præcelſa magnificentia tua iuſtiſſimam legem, & cunctis generaliter profuturam in omnium celeriter ire notitiam propoſitis iubebit edictis, vt facile poſſit agnoſci noſtrarum ſalubritas Sanctionum. Datum VII. Kal. Ian. Rom. Aëtio III. (a) & Symmacho VV. CC. COSS. Acc. VI. Kal. (b) Ian. Romæ PP. V. Kal. Ian. in Foro Traiani. Subſcripſi. (446)

INTERPRETATIO. *Hæc lex licet alia replicet, quæ in aliis legibus habentur expoſita,* (c) *tamen hoc amplius obſeruandum eſſe præcipit, vt ſi cui fuerit teſtandi voluntas, & teſtes forſitan defuerint, voluntatem ſuam propria manu perſcribat, quæ prolata poſt defuncti obitum plenam obtineat firmitatem.*

(a) *Albino.* De eo vide *Nouell. 22. inter Theodoſ.* in MS. W. eſt, *bis PPO.*

(b) *Auunculus noſter.* HONORIVS *Aug.* in *lege 19. Cod. Iuſt. de teſtament.* qua nouum ius teſtandi per libellum principi oblatum introductum eſt; quam legem illuſtrat GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 6. C. Th. de inoff. teſtament.*

(c) *Conquiſitionem.* Sichard. *compoſitionem.*

(d) *Statuens.* MS. W. *inſtituens.*

(e) *Sed.* Abeſt hæc vox a MSS. W. G. & Ed. Sichard.

(f) *Et in auguſtam.* Sichard. *& ad noſtram.*

(g) *Reſponſum.* Dicta leg. 19. *Nec ſane illud heredibus nocere permittimus, ſi reſcripta noſtra nihil de eadem voluntate reſponderint.*

(h) *Liceat cunctis.* Huc pertinent illa d. l. 19. *Sicut ergo ſecurus erit, qui actis cuiuscunque iudicis, aut municipum, aut auribus priuatorum mentis ſuæ poſtremum publicauit iudicium: ita nec de eius ſucceſſione tractabitur, qui nobis mediis, & toto iure, quod in noſtris ſcriniis eſt conſtitutum, teſte ſuccedit.*

(i) *Arbitrium.* D. l. 19. *Cum hoc ipſum, quod per ſupplicationem noſtris auribus intimatur, ita demum firmum ſit, ſi vltimum comprobetur, nec contra iudicium ſuum defunctus poſtea veniſſe detegatur.*

(k) *Liberorum.* De eo vide *lib. 8. tit. 17. de iure liberorum,* & *Commentar. ad leg. vlt eius tit.*

(l) *Remouere,* MSS. W. G. *remouerunt.*

(m) *Vetu-*

(m) *Vetusti iuris ambages.* MS. W. *veterum iuris ambages.*
(n) *Hadriani.* Vide *not. f. ad leg. vlt. de testament.* & *Commentar. ad leg. 26. quorum appellat.* Confer etiam WIELINGIVM *in Lection. Iur. ciuil. lib. 2. c. 32.*
(o) *Statuta.* MS. W. *instituta.*
(p) *Symmacho.* Vide IVRETVM' *de dignitat. & script. Symmachi, pag. 1. Edit. Paris.*
(q) *Antelata.* De hac subscriptione dixit SIRMONDVS *Propempt. 2. cap. 2.* & GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. vn. si per obreption.*
(r) *Habeant.* MS. W. *haberent.*
(s) *PF. P. II.* MS. W. *bis PPO.*
(t) *Prædictam.* MS. G. *prædictam fœminam.*
(v) *Cogeret.* MSS. W. G. & Sichard. *cogerent.*
(x) *Solitudo.* Male MS. G. & Sichard. *sollicitudo.*
(y) *Rerum.* MS. W. *rei.*
(z) *Ordiri.* Sichardus edidit, *ordinare.*
(a) *Aëtio III.* Mendose Edit. Lugdun. Rittershus. Gothofred. *Aetio IV.* Male etiam MS. G. *Euotio III.* MS. W. *Aetio ter.*
(b) *VI. Kal. Ian.* MS. G. *Kal. Ian.* Sichard. *III. Kal. Ian.* Sed proba est recepta lectio. Nouella enim, die superiore data, accepta est posteriore, & tertio in foro proposita.
(c) *Exposita.* Edit. Lugdun. Sichard. Rittersh. Gothofr. *expressa.*

De sepulchris. (a) *Tit. V.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Albino (b) PF. P. II. & Patricio.

Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris & post fata mortalibus, eorum, qui sepulchra violassent capita persequenda. (c) Sed quoniam noxiæ mentes cæco semper in facinus furore rapiuntur, & se ad pœnas dudum statutas existimant non teneri, necesse est seueritatem nouari, quam videmus hactenus impune contemptam: Quis enim nescit quietos sollicitari funestis ausibus manes? (d) & horribilem violentiam defunctorum cineribus (e) inferri? Luce palam sepulchra cæduntur, & quicquid religio vetat, in vsum licentiæ traxit (f) sacrilega præsumptio. Finis malorum iam nec mortuis datur, in quorum supplicia constructio miserandæ sedis (g) eripitur. Scimus enim, nec vana fides est, solutas (h) membris animas habere sensum, & in originem suam spiritum redire cœlestem. Hoc libris veteris sapientiæ, hoc religionis, quam veneramur & colimus, declaratur arcanis. Et licet occasus necessitatem mens diuina non sentiat, amant tamen animæ sedem corporum relictorum & nescio qua forte rationis occultæ, sepulchri honore lætantur: (i) cuius tanta permanet cunctis cura temporibus, vt videamus in hos vsus sumptu nimio pretiosa montium metalla transferri, operosasque moles (k) censu laborante componi. Quod prudentium certe intelligentia recusaret, si nihil crederet esse post mortem. Nimis barbara est & vesana crudelitas, munus extremum luce carentibus inuidere, & derutis (l) per inexpiabile crimen sepulchris, monstrare cœlo corporum reliquias humatorum. (m) Huius nefandi sceleris inter ceteros reos vehementior clericos querela persequitur, quos portentis talibus immorantes frequenter aspexit dies tristior. Ferro accincti vexant sepultos, & obliti numinis cœlo ac syderibus residentis, cinerum contagione pollutas sacris altaribus manus inferunt: (n) tanto in profundam caliginem conscientiæ suæ stupore demersi, vt reuerendis audeant interesse mysteriis, & post excidia funerum credant Deum posse placari, quem nocentes precantur incassum, (o) quem vita melior exorat. Commissorum talium fœditatem, ne diutius tempora (p) nostra maculentur, hac edictali lege damnamus. Quisquis igitur sepulchra, profundæ violator quietis (q) & lucis ipsius hostis, effoderit, quisquis ex hiis quælibet marmora, aut saxa sustulerit, pœnæ mox habeatur obnoxius. Seruos, colonosque, in hoc facinore deprehensos, duci protinus ad tormenta conuenit. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, luant commissa sanguine suo. (r) Si dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. Ingenui quoque, quos similis præsumptio reos fecerit, si fortasse plebei, & nullarum fuerint facultatum, (s) pœnas morte persoluant. Splendidiores autem vel dignitatibus noti, bonorum suorum medietate multati, perpetua notentur infamia. (t) Clericos vero, quos tam diri operis constiterit (v) auctores, dignos credimus maiore supplicio: vehementius enim cohercendus est, quem peccasse mireris. (x) Scelus omne grauius facit claritudo personæ. Intolerandum, nimis execrabile, non ferendum, induere nomen & titulum sanctitatis, & abundare criminibus. Quisquis igitur ex hoc numero sepulchrorum violator exstiterit, ilico clerici nomen amittat, & stilo (z) proscriptionis addictus, perpetua deportatione plectatur. Quod ita seruari (a) oportere censemus, vt nec ministris, nec Antistitibus sacræ (b) religionis in tali causa (c) statuamus esse parcendum.

Facescant (d) querelæ, nullius innocentiam sauciamus: nocentes tantum lex nostra (e) persequitur. Sed quoniam plerunque statutis salubribus dissimulatione venalium Iudicum negatur effectus, præsenti iubemus edicto, vt prouinciæ Moderator adminiculo municipum fultus, censuram nostræ legis exerceat. Et licet nemo reus possit fascibus ac securibus reluctari: si quis tamen extiterit sic superbus, sic impudens, (f) sic rebellis, in cuius nequeat ire supplicium, amplissimas potestates (g) directa relatione mox instruat, (h) ne seueritas iusta lentetur. Quod si violatores sepulchri, quos potuerint secundum formam sanctionis huius punire, neglexerint, vel de superioribus referre distulerint, facultatibus & honore priuentur. Cuius quisquis, (i) siue adhuc in potestate positi, siue priuati, propter omissam pœnam violatoris sepulchri, voluerit accusator emergere, habeat liberam facultatem. Nec delatoris formidet inuidiam, cum præmio magis dignus sit, qui se constanter improbos (k) odisse monstrauerit. Albine Parens Karissime AA. Inlustris & præcelsa magnificentia tua legem, quam pietatis & religionis amore concepimus, prouinciis, prouinciarumque Rectoribus celeriter innotescere propositis iubebit edictis, vt criminosis pœna reddatur: innocenter viuentibus gratulatio: pax sepultis. Dat. III. Id. Mart. Romæ. Acc. VI. Kal. April. Romæ, Calipio (l) V. C. CONS. PP. in Foro Traiani, VIII. Id. April. Antelata (m) edicto Albini viri inlustris PF. P. II. (n) & Patricii. (447.]

Ista lex interpretatione non indiget.

(a) *De sepulcris.* Nouella agit de *sepulcris violatis*, & lucem capit ex *tit. 17. lib. 9. de sepulcris violat.* atque ex PAVLLI *Sentent. lib. 1. tit. 21. de sepulcris & lugendis.*

(b) *Albino.* De eo dixi ad *Nouell. 22. inter Theodosian.* MS. W. habet, *Albino bis PPO.*

(c) *Persequenda.* Ita habent MSS. & impressi. RITTERSHVSIVS autem recte edidit, *persequendo.*

(d) *Manes.* Constantinus M. *l. 4. de sepulcr. violat. Ædificia manium violant, domus defunctorum.* & Iulianus *l. 5. d. t. Pœna manium vindice cohibentes.* PHÆDRVS *fab. 28. v. 4. Et violauit quia Manes Deos.* Marmor apud GRVTERVM *MCLXXVI. 3.* PARCE PIOS MANES SOLLICITARE MANV.

(e) *Cineribus.* CASSIODORVS *Var. IV. 34. Abstineatis manus a cineribus mortuorum. Ædificia tegant cineres, columnæ vel marmora ornent sepulcra.* Vide etiam *lib. VI. 8.*

(f) *Traxit.* MSS. W. G. *tradidit.*

(g) *Miseranda sedis.* Miseranda sedes, est sepulcrum, conditorium. PAVLLVS *l. 40. D. de religios. Corpus quasi æterna sede dare destinauerit.* SIDONIVS *lib. 2. ep. 7. Perpetuis sedibus dormienti similior illata est.* AVSONIVS *de Profess. Burdigalens. in fin.*

Sedem sepulcris seruet immotus cinis
Memoria viuat nominum.

Ita, *Apostolorum vel martyrum sedes*, *l. 6. de sepulcr. violat.* vbi consule *Commentar.* Sed in primis SAVARONEM *ad Sidonium.* Huc pertinent autem illa CASSIODORI *Var. VI. 8. Ne corpus, quod semel reliquerat mundanas molestias, humanas iterum pateretur insidias.*

(h) *Est, solutas.* Editio Lugd. Rittersh. Gothofred. *& solutas.*

(i) *Honore latantur.* CASSIODORVS *Var. III. 19. Quoniam animæ tantum de mundi conuersatione discedunt, corpora vero dulces quondam superstites non relinquunt.* Egregius in hanc rem locus PRVDENTII *Cathemerin. hym. 10. v. 40. sequ.* quem vide, si lubet.

(k) *Operosasque moles.* SIDONIVS *lib. 3. ep. 12. Resurgat in* MOLEM *sparsa congeries, quam leuigata pagina tegat. Moles* est *monumentum cum ædificio superposito*, vt est in lapide apud GRVTERVM *DCCLXII. 5.* Monumentum columnis innixum, cuius formam vide in AGGENI VRBICI διαζωγράφῳ *pag. 99. Edit. Goes.* Consule quoque *leg. 5. de sepulcr. violat.*

(l) *Derutis.* MS. G. & impressi *dirutis.*

(m) *Humatorum.* Ita MSS. & impressi, GOTHOFREDVS solus edidit *humanorum.* Hunc locum illustrat PAVLLVS *Sent. I. tit. 21. num. 4. Qui corpus perpetuæ sepulturæ traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum nudauerit, &* SOLIS RADIIS *ostenderit, piaculum committit.* Credidit iam veterum religio, insepulti hominis cadauer *soli*, siue vt in *Nouella* dicitur, *cælo*, ingratissimum esse spectaculum. Hinc HORATIVS *Epod. XVI. v. 13.*

Quæque carent ventis & SOLIBVS OSSA *Quirini*
Nefas videre, dissipabit insolens.

Eam ob causam monumenta claudebant magno studio, partim vt cadauera essent immunia ab iniuriis, partim ne lumen immitteretur, vel ventus posset ossa cineresque dispergere, vt bene obseruat IDSINGA *Var. Iur. Ciuil. cap. 20. pag. 190.* PEDO ALBINOVANVS *in Epiced.*

Vix posito Agrippa Tumuli bene ianua clausa est,
Perficit officium funeris ecce soror.

& AMMIANVS *lib. 14. c. 6. Bibliothecas* Romæ SEPVLCRORVM RITV *in perpetuum clausas fuisse dolet.*

(n) *Manus inferunt.* Pertinet huc locus CASSIODORI *Var. IV. 18. Ad nos multorum suggestione peruenit, Laurentium presbyterum effossis cineribus funestas diuitias inter hominum cadauera perscrutatum: concussionemque mortuis intulisse, quem oportet viuentibus quieta prædicare. Non abstinuisse perhibetur tam crudeli contagio piis dicatas consecrationibus manus, aurum execrabili quæsisse fertur affectu, quem suam decuisset egentibus dare substantiam, vel sub æquitate collectam.*

(o) *Incassum.* Secundum illud IOANNIS *cap. 9. v. 31. Peccatores Deus non audit.*

(p) *Tempora.* Vide *not. K. ad Nouell. 1. Theodos.*

(q) *Quietis.* Respicitur illud in lapidibus obuium, QVIESCIT, REQVIESCIT IN PACE. Eam ob caussam etiam mox vellem legere, *pacis ipsius hostis*, pro *lucis ipsius* hostis, licet ita habeant omnes libri. In fine Nouellæ, *reddatur pax sepultis.*

Sacram

Sacram quietem defunctorum appellat CASSIODORVS. Vid. *not g. infra.*

(r) *Sanguine suo.* Ea pœna statuitur *l. 3. & 4. de sepulcr. violat.* THEODORICVS *in Edict. c. 110. Qui sepulcrum destruxerit, occidatur.*

(s) *Nullarum facultatum.* PAVLLVS *l. vlt. D. de sepulcr. violat. Humiliores quidem fortunæ summo supplicio adficiuntur: honestiores in insulam deportantur,* &c.

(t) *Infamia.* Iam olim sepulcri violatoribus infamiæ pœna irrogata. VLPIANVS *l. 1. D. de sepulcr. viol. Sepulcri violati actio infamiam irrogat.*

(v) *Constiterit.* MS. W. *constat.*

(x) *Peccasse mireris.* Huic sententiæ similis est illa, *l. 10. de fide testium*: (quæ de clericis quoque agit) *Multo magis pœna sunt digni, quibus cum plurimum per nostram iussionem delatum fuerit, occulto inueniuntur in crimine.*

(y) *Claritudo personæ.* IVVENALIS *Satyr. VIII. v. 140.*

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

CHRYSOSTOMVS *in Psalm. VI.* Ὅσῳ μεῖζον τὸ ἀξίωμα, τοσούτῳ χαλεπώτερα καὶ ἡ κόλασις ἐν οἷς ἁμαρτάνουσι, *quanto maior est dignitas, tanta durior etiam est animaduersio in eos, qui peccant.* Vide eundem περὶ ἱερωσύνης *lib. 3. num. 14. pag. 391.* & *lib. 4. num. 1. pag 403. Tom. I. Oper. Edit. Benedictin.* SALVIANVS *de gubernat. Dei lib. 4. c. 12. Criminosior enim culpa est, vbi honestior status. Si honoratior est persona peccantis, peccati quoque maior inuidia. Furtum in omni quidem homine malum est facinus. Sed damnabilius absque dubio Senator furatur aliquid, quam infima persona. Cunctis fornicatio interdicitur. Sed grauius multo est, si de clero aliquis, quam si de populo fornicetur.* IDEM *lib. 2. aduers. auaritiam cap. 9.* de ministris & sacerdotibus agens, *Quicquid enim*, inquit, *de aliis omnibus dictum est, magis absque dubio ad eos pertinet, qui exemplo esse omnibus debent, & quos vtique tanto antistare cæteris oportet deuotione, quanto antistant omnibus dignitate.* Consule ad hæc loca STEPH. BALVZIVM, *& Commentar. ad leg. 2. de Episcopal. iudic.*

(z) *Et stilo.* MS. G. Edit. Lugd. Sichard. Rittershuf. Gothofr. *& sic stilo.* Consule Glossar. *voc. stilus.*

(a) *Seruari.* MS. G. *obseruari.*

(b) *Sacra.* MS. W. *sancta.*

(c) *Causa.* MSS. W. G. & Sichard. *casu.*

(d) *Facescant.* MSS. W. G. Sichard, & Rittershus. recte *facessant.*

(e) *Nostra.* MS. W. *ista.*

(f) *Impudens.* MSS. W. G. Edit. Sichard. Lugd. Gothofr. Rittersh. *impotens.* Vtraque lectio proba est, eam elige, quæ placet. Ego præfero *impotens*, ob sequentia, *in cuius nequeat ire supplicium*, quod denotat hominem *impotentem*, qui nimium potest, potentia abutitur, & neque prouinciarum Rectoribus, neque Decurionibus obsequium præstat.

(g) *Amplissimas potestates.* Per amplissimas potestates non solum *Præfectos Prætorio* intelligo, sed & *Comitem rerum priuatarum*, ad quem cura sepulcrorum monumentorumque pertinuit. CASSIODORVS in formula Comitiuæ priuatar. *lib. 6. ep. 8. Defunctorum quin etiam sacram quietem æquabilia iura tuæ conscientiæ commiserunt: ne quis vestita marmoribus sepulcra nudaret; ne quis columnarum decorem irreligiosa temeritate præsumeret: ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut voraci flamma consumptos, scelerata perscrutatione detegeret: ne corpus, quod semel reliquerat molestias mundanas, humanas iterum pateretur insidias. Nam etsi cadauera furta non sentiunt, ab omni pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid mortuis abrogasse monstratur. Vide quæ Tibi commissa sunt, castitas viuentium, & securitas mortuorum*

(h) *Instruat.* MS. W. *instruant.*

(i) *Quisquis.* MS. G. Edit. Sichard. Lugdun. Rittershus. Gothofr. *quisque.*

(k) *Improbos.* MS. G. & libri impressi, *improbum.*

(l) *Calipio.* MS. W. & Ottobon. *Calepio.* Edit. Sichard. Lugd. Ritterh. Gothofr. *Callypio.* Vid. *not. e. ad Nouell. 27. inter Theodos.* MS. G. *Calypio victoriosissimo Consulib.*

(m) *Antelata.* Vide *tit. 4. de testament. supr. nouell. 1. in fin.*

(n) *Viri Inlustris PF. P. II.* MS. W. *Viri Inl. Secundo P P.* MS. G. & Sichard. *Viri inclyti PF. P.*

De libertis & successionibus eorum. (a) *Tit. VI.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. ad Albinum (b) PF. P. II. & Patritium.

Cvm iuris æquitas omnibus dominis in commune permiserit, fructu libertatis & præmio fortunam mutare seruorum, nec manumissoris posteros his graues esse conueniat, quos meliore iudicio tanti muneris auctor euexerit: duras nimis benemeritis sanctiones credimus, quæ sic opprimunt sub ingrati actione libertos, vt ab heredibus defunctorum (c) præcipiant in seruitutem vocari, tanquam contra iniuriarum, vel superbiæ reos, nulla nisi abrogandæ libertatis pœna sufficiat. Huius ergo statuti vigorem benignius corrigentes, mansura iugiter lege decernimus, vt si quis ex familia sua cuiuslibet sexus homines libertate donauerit, eius heredes siue extranei, siue filii, siue filiæ, siue nepotes neptesue fuerint, vel propinqui cuiuscunque cognationis & nominis, manumissos non teneant ad obsequiorum (d) necessitatem, nullamque contra ingratos habeant actionem. Sed, quod minime remur, (e) si contumeliam fortasse pertulerint, ad cohercendos iniuriarum reos, vtantur iure communi. (f) Nemo sibi nostræ legis obstaculo credat perire vindictam, late (g) aduersum noxios seueritas patet. Hoc vnum vltionis genus nostro seculo venturisque temporibus nulli prorsus sperare permittimus, vt in ius vocati postulet ser-

seruitutem. Iustitiam præsentis edicti, si bene sentiant, famæ præstamus heredum, ne videantur non agere causam doloris, (h) sed exercere potius cupiditatis ardorem. De successionibus etiam, quas latius & obscurius veteres protulerunt, compendium lucidæ definitionis adhibemus. Itaque libertus, qui ciuis Romani priuilegium fuerit consecutus, siue vnicum pignus, siue plures cuiuslibet sexus habeat filios, cum mori cœperit, soboli suæ omnes proprias, si maluerit, facultates, supremo securus dimittat arbitrio. Quod si nulla prole gaudebit, quatuor vncias bonorum suorum manumissoris filio, vel si plures erunt, filiis derelinquat: aut si filiorum nullus extiterit, nepoti ex filio, vel nepotibus eandem deputet portionem. Filias vero manumissoris, earumque filios & nepotes impune prætereat, nisi forsitan aliud amor suaserit, voluntasque morientis. Ne quid autem sæuis (i) interpretationibus calumniantium moliantur insidiæ, quod pro liberto statuimus pari sibi munere etiam liberta defendat. Præterea intestatis libertis, filius filia, nepos neptisque, vel si plures superstites fuerint, dummodo liberi ciuesque Romani, pro totius patrimonii soliditate succedant. Nam si nec filios habuerint, nec nepotes, reliquerint tamen patrem, matrem, fratrem, (k) sororem, pari libertate gaudentes, medietatem sibi intestatæ (l) successionis hæc de supradictis persona defendat, quæ gradu potior inuenitur. Aliam vero medietatem manumissorum reseruamus heredibus, quos tunc respiciet omnis hereditas, si intestato expressa necessitudinum nomina defuisse constiterit. Ipsis vero manumissoribus nihil penitus derogamus, quibus ius patronatus integrum semper manebit, saluumque durabit, quicquid vel prisci iuris auctoritas, vel superiorum Principum sanctiones contra ingratos detulere libertos. Sed ne penitus sibi reuerentiam causentur posteri negatam, statuimus & iubemus, vt aduersum manumissoris (m) filios & nepotes, liberti, libertæue in nullis omnino causis testimonium dicant. Quod si, licet nihil valiturum, dixerint, (n) puniantur. Albine Parens Karissime AA. Inlustris & præcelsa magnificentia auctoritatis tuæ propositis euidenter (o) edictis cunctorum sensibus æquitatem nostræ legis insinuet, vt quanto studio & detestemur iniustos, & libertati tribuamus fauorem, totus, vbi noster est orbis (p) agnoscat. Dat. III. Non. Iun. (q) Romæ, Calipio (r) & Ardabure vv. cc. coss. PP. in Foro Traiani, v. Id. Iun. (s) Antelata edicto Albini v. c. (447.)

INTERPRETATIO. *Lex ista constituit, vt liberti qui ciues Romani effecti sunt, ab heredibus manumissorum siue filii sint, siue extranei, proposita iniuriæ actione, qua se dicant læsos, pro occasione istius ingratitudinis ad seruitium nullatenus reuocentur. Sed si talis casus* (t) *emerserit, quasi contra alios ingenuos, sic de iniuriis apud Iudicem actio proponatur. De successionibus vero libertorum, hoc est ciuium Romanorum, id censuit obseruandum, vt libertus, siue liberta, si vnum filium seu plures habuerint, ipsis facultatem suam morientes, si voluerint, integram derelinquant. Contra cuius voluntatem nec filii ex patrono, nec nepotes ex filio vlla venire poterunt ratione.* (v) *Quod si libertus libertaue, qui defuncti fuerint, filios non habuerint,* (x) *& testari fortasse voluerint, tertiam facultatis suæ, manumissorum filiis vel nepotibus, qui ex masculis* (y) *nati fuerint, derelinquant. Filias vero manumissoris,* (z) *earumque filios & nepotes ab hac hereditate, salua pagina testamenti, securi si voluerint prætermittant: quia feminæ ad istas hereditates penitus non vocantur: nisi forte illi liberti de duabus partibus per gratiam, aliqua filiabus vel nepotibus ex filia patronorum, suo voluerint conferre iudicio. Si vero liberti nec filios* (a) *dimiserint, nec nepotes, si patrem, matrem,* (b) *fratrem, sororem, & ipsos libertos ciuesque Romanos factos esse constiterit, quos superstites derelinquunt, tunc medietatem sibi patroni heredes vindicent, & medietatem suprascriptis personis de gradu defuncti liberti qui proximior inuenitur. Nam si liberti, qui ciues Romani fuerint, viuo manumissore decesserint, si sine voluntate patroni condere voluerint testamenta, penitus non valebunt: quia auctoritati manumissorum omnia lex ista seruabit.* (c) *Contra filios vero vel nepotes nec libertus nec liberta testimonium dicere in quacunque causa præsumant: quod si fecerint, licet recipi nulla liceat ratione, tamen quicunque liberti contra filios vel nepotes patroni contrarium testimonium dederint, puniantur.*

(a) De

(a) *De libertis & eorum liberis* est *titulus* 11. *lib.* 4. cuius *lex* 2. hac nouella abrogatur. Consule etiam *Commentarium ad leg. vn. de hæreditatis petitione.*

(b) *Albinum.* De eo vide *Nouell. inter Theodos.* 22.

(c) *Heredibus defunctorum.* Intelligit Valentinianus in primis Honorii *l.* 2. *de libertis*, qua id cautum: *Liberti eandem, quam Patronis ipsis reuerentiam, præstent heredibus patronorum, quibus* INGRATI ACTIO, *sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi, data sibi libertatis immemores, nequitiam receperint seruilis ingenii.* Consule ibi *Commentarium.*

(d) *Obsequiorum.* AMBROSIVS *de Vit. beat. cap.* 3. *Ita libertatem accepisti, vt meminisse manumissoris tui debeas, vt Patrono tuo noueris legitimum* OBSEQVIVM *deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas.*

(e) *Remur.* MS. W. *reor.*

(f) *Communi.* Actio ingrati *l.* 1. *Cod. Iust. de libert. & eor. liber.* dicitur *extraordinaria*, quam Valentinianus hoc loco *iuri communi* opponit, quo vti tantum possunt heredes aduersus libertos, id est, potestatem iis facit, instituendi *actionem iniuriarum.*

(g) *Late.* Sichard. male, *data.*

(h) *Causam doloris.* Qui iniuriarum agit, causam agit *doloris.* CICERO *pro Cæcin. c.* 13. *Actio iniuriarum dolorem iudicio pœnaque mitigat.* Hinc, *fidem doloris adserere*, *l.* 7. *Cod. Iust. de calumn.*

(i) *Scæuis.* Libri reliqui impressi habent *sæuis*, male. *Scæua interpretationes*, sunt sinistræ, peruersæ. Vid. *Glossar.*

(k) *Fratrem.* Abest hæc vox a MSS. W. G. & Ed. Sichard.

(l) *Intestata.* Ed. Sichard. *intestatam.*

(m) *Manumissoris.* MS. W. *manumissorum.*

(n) *Dixerint.* MSS. W. G. *edixerint.*

(o) *Propositis euidenter.* MSS. W. G. Ed. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofr. *propriis reuerenter.*

(p) *Noster est orbis.* Id est, Occidens. Lex enim in Oriente non valet, nisi confirmata auctoritate Imperatoris, qui imperio orientali præest. Habes ea de re elegantissimam *legem* 158. *de decurionib.* vbi *Honorius* ait, *quadam se lege, quæ in Orientis partibus lata est, æstimant defendendos. Itaque hac auctoritate decernimus, vt eadem, si qua est, lege cessante, quam constat meis partibus esse damnosam, omnes*, &c. Vide ibi *Commentarium.*

(q) *III. Non. Iun.* MS. G. *IV. Non. Ianuar.*

(r) *Calipio.* MS. W. male *Calino.* MS. G. & impressi *Callypio.*

(s) *V. Id. Iun.* MS. G. *VI. Id. Ianuar.*

(t) *Casus.* MS. G. *causa.*

(v) *Vlla venire poterunt ratione* MS. G. *vlla poterunt ratione obsistere.*

(x) *Habuerint.* MS. W. & impressi, *habebunt.*

(y) *Masculis.* MS. W. *masculo.*

(z) *Manumissoris.* MS. W. *manumissorum.*

(a) *Filios.* MS. G. *filios nec filias.*

(b) *Matrem.* MS. W. *vel matrem.*

(c) *Seruabit.* MS. Goth. recte *seruauit.*

De indulgentiis reliquorum. (a) *Tit. VII.*

1. Impp. Theod. & VALENT. AA. Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui suo salutem dicunt.

Si vos liberique vestri valetis, bene est: nos exercitusque nostri valemus. (b) Licet aliæ occupationes extiterint, vltra differri non potuit: apud verecundam enim conscientiam mendacii genus est, promissa tardare. Sciamus licet deuotionem (c) possessorum fiscalia nulla, vel parua debere: tamen, quod in huius discussionis (d) officio, & nullius & modici, vna eademque condicio est, euidenter exponimus, cur designatæ necessitati placeat subueniri. Putabitur enim conniuentia, nisi nostro studio corrigatur. Quantum ad propositum nostrum attinet, prouincialibus vndique volumus esse consultum, & diuersis fessos incommodis, sufficientibus beneficiis adiuuare. Verum obstitit inuida plerumque subreptio, quoniam iam non potest tantum, quantumlibet intenta cogitatio prouidere, vt improbis etiam latentes nocendi aditus obstruantur. Discussores (e) ad prouincias non electi, sicut comperimus, sed ambientes (f) ire dicuntur, quod nobis & proceribus nostris aliarum sollicitudinum mole constrictis, efficere inueniuntur (g) ociosi. Hoc modo facultates possessorum miserabiliter conciderunt. Et hinc maius incommodum, vnde remedia certa debuere prouenire. Vbi trepidam prouinciam talis discussor adierit stipatus calumniarum ministris, superbit elatus inter obsequia sumptuosa, (h) expetit adminicula prouincialis officii, scholares etiam sæpe coniungit, multiplicato & hominum numero, & officiorum, vt quantum auaritiæ libuerit terror extorqueat. Prima sunt venientis exordia, vt proferat & reuoluat super diuersis numerosisque titulis (i) terribiles iussiones, prætendit minutarum supputationum caligines inexplicabili obscuritate confusas: quæ inter homines versutiarum nescios hoc amplius agunt, quo minus intelligi possunt. Securitates expetunt annorum serie & vetustate consumptas, quas seruare nescit simplicitas & fiducia nihil debentis. (k) Reuera enim aut quoquomodo pereunt, (l) quasi iusta contingit (m) occasio deprædandi aut (n) si extant, redimendum est, (o) vt ferantur ac-

 cepto,

cepto. Ita fit, vt apud improbum rei arbitrum (p) merito noceat, chartula cum perit: nihil proficiat, non periisse. Innumeræ deinde clades, sæua custodia, suspendiorum crudelitas, & vniuersa tormenta, quæ interea lætus, & crudelitatis pertinax egregius (q) quæsitor expectat. Collega furtorum Palatinus hortatur, instat apparitio turbulenta, vrget immitis exsecutio (r) militaris. Indignum facinus, hæc de ciuibus velut inter hostes pecuniæ placitis, (s) non allegationum iustitia, non miseratione finiri. Tanta vexatio cum nihil vnquam (t) fisci vtilitatibus prosit, tamen non desinit iterari, quasi aliquid efficaciter gestum, vix dum vno e prouincia decedente, (v) cum nouis auctoritatibus (x) alter excurrit. Si vtilis publico esse non potuit (y) qui ante perrexit, superfluum est ire alterum, æque prouincialibus obfuturum. Hunc nos P. C. fomitem perniciosi ardoris extinguimus, nec patimur vlterius ad exhaustorum interitum desæuire. Nobis perit deterior possessor effectus, nobis proficit non grauatus. Venduntur induciæ hiis, qui non possunt esse soluendo, cum dilationis redemptio publicam magis attenuet functionem. Amittit sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat. Superiorum igitur P. C. omnium temporum reliqua tam arcalium, (z) quam vtriusque ærarii, vsque ad incipientem primam indictionem iubemus ad indulgentiam pertinere: (a) nemo prorsus quælibet vsque ad designatum tempus transacta discutiat. Sola est nunquam calumniandi (b) securitas, quam æternitas nostra concedit. Licet hanc humanitatem cunctis ad (c) quietem sciamus posse sufficere, tamen addimus, quo prouisio nostra magis possit grata præstari, (d) nemini deinceps licebit ad hoc negotium arbitrio vnius Iudicis adspirare. Vtrum mitti debeat inspector (e) publicus, tractatus (f) ante deliberet sublimis viri Parentis Patritiique nostri, necnon magnificus vir Præfectus prætorio, qui communionis (g) vtilitatem virtutum suarum magnitudine nobiscum peruigiles & cogitant & tuentur, cum aulicis potestatibus pro sua moderatione disponant, si iusta necessitas cogit, qualis persona mittatur. Nihil impudenter audebit, quem elegit talium virorum examinatus adsensus. Necesse est ab eo integritatis reuerentiam custodiri, qui nouit tot se custodes habere, quot Iudices. Aliter pergenti ad prouinciam, & fortunarum & famæ iubemus esse discrimen, reuocetur (h) publici timore periculi, quem occulta cupiditas festinare compellit. Similis condicio manebit officium eius potestatis, quæ discussorem mittere cupiens, non fideliter suggesserit attestatione gestorum formam mittendi, quam statuimus debere seruari. Sardiniam ab hoc excipi placuit, quoniam apud nonnullos calliditate quadam, maxima pars pecuniæ residet, quam exactam publicis oportuit erogationibus applicari: cum satisfecerit, ad ipsam quoque beneficia nostra perueniant. (i) Inlustris viri Comitis rei priuatæ insinuatio patefecit, dudum nostram clementiam præcepisse, intra Africam, sicut per alias prouincias, adiectione quinquennii, pretium distractorum prædiorum ab emptoribus debere suppleri, Palatinos (k) super hac re olim directos, necdum quid profecerit (l) retulisse. Quare nolumus hunc titulum interpretationi huiusce iussionis adiungi, ne sub occasione orationis (m) accepta consumant: dici enim reliqua non possunt, vnde non residua pars, sed omnis quæ sperari potest summa debetur. Et manu diuina, (n) Optamus vos felicissimos ac florentissimos nostrique amantissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis P. C. Et ad latus. Dat. III. Non. Mart. Rom. Valent. A. VI. & Auieno (o) V. C. COSS. Recitata (p) in Senatu per virum Inl. Postumianum prid. Id. Mart. (450.)

Ista lex interpretatione non indiget. (p)

(a) *De indulg. reliquorum.* De *indulgentiis reliquorum* est infra MARCIANI *Nouell. 2.* & MAIORIANI *Nouell. 4.* Sunt autem *reliqua* proprie, debita functionum publicarum præteriti temporis, a quibus prouinciales, cum ea soluere non possent, sæpenumero liberabantur, data iis *indulgentia reliquorum*, vel omnium cuiuscunque temporis, vt *hac nouella*, vel certi tantum temporis, puta aliquot indictionum, seu annorum, vt docent *leges tituli 28. lib. 11. de indulgentiis debitorum*, qui cum nouella nostra conferendus est. Vti autem Principes, quæ ad gloriam eorum, imperiique bonum maxime conducere videbantur, reseruabant *Quinquennalibus*, ita & hæc nouella a Valentiniano edita est, cum Romæ celebraret *Quinta Quinquennalia* Augustei Imperii. Vide PAGIVM *in Critic. ad an. 450.*

(b) *Valemus.* Inepta est imitatio CICERONIS. Valentinianus enim eo tempore, quo Nouella scripta est, Romæ degebat, *Aetius* vero, cum crebri adessent nuntii, *Attilam* ducere exercitum in Occidentem, per varias imperii prouincias colligebat demum exercitum. Neque romanus exercitus copiosus fuit: scribit enim SIDONIVS *Carm. VII. v. 329.*

- - - - *Vix liquerat Alpes*
Aetius tenue & rarum sine milite ducens
Robur.

(c) *De-*

(c) *Deuotionem.* MS. G. *deuotione*, & infra, *deberi*.

(d) *Discussionis.* Licet vel nihil vel parum deberent prouinciales, *discussores* tamen, qui ob debita exigenda, *discutienda*, in prouincias mittebantur, iniquis *discussionibus*, & deprædationibus iis fuisse graues, Valentinianus hoc loco innuit. Vide *titulum de discussor. 26. lib. 11.* & ibi *Paratitlon*.

(e) *Discussores.* Hi extra ordinem missi sunt in prouincias *discussuri*, siue inquisituri, quid tributorum nomine esset exactum, & quid *in reliquis* resideret. Eam ob caussam dicuntur hac nouella etiam *Inspectores*, & *arbitri*, cum discussionis Iudices ipsi essent. Imo *Quæsitores* audiunt, cum *quæstiones* exercerent, manifestosque debitores, ad exsoluenda reliqua, tormentorum vi adigerent. Non confundendi autem sunt hi *discussores* cum ordinariis exactoribus, aut cum censitoribus, & peræquatoribus, vt monuit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 1. de discussor.* quem consule.

(f) *Ambientes.* Onus discussionis alias inuitis iniungebatur, graueque & molestum erat, vt docet *l. 1. de primicer. & notar.* vt monui *not. q. ad Nouell. 16. inter Theodos.* Honestissimus enim quisque miseros prouinciales, & tanta onerum mole suppressos, non sine vehementi animi dolore, ad tributorum reliqua exsoluenda compellere poterat. Ideo etiam *eligendi* erant discussores, multique hanc felicitatis suæ partem maximam esse reputabant, quando singulari priuilegio a discussionibus excusari poterant, vt vidimus *d. Nouell. 16.* Verum iam plane erant conuersa tempora, doletque Valentinianus, non *electos* & inuitos, sed *ambientes*, prædæque inhiantes, ad prouincias ire.

(g) *Inueniuntur.* MSS. W. G. *incipiunt.* Locum hunc CVIACIVS notauit asterisco, quasi in mendo cubantem: sed bene se habet. *Otiosi* hic opponuntur iis, qui sollicitudinum mole constringuntur, commodisque reipublicæ student: *otiosi* sunt publico officio vacui, nihil facientes ad iuuandam rempublicam, sed ambitione & suffragio discussoris appetentes munus, vt in prouinciis quasi per *otium* præda ditescere possint. SVIDAS vacantem, *otiosum* interpretatur, βακάντης, ὁ σχολαστής.

(h) *Obsequia sumptuosa.* Per *obsequia* intellige apparitores, scholares, aliosque, quibus discussor vtitur in ratiociniis tractandis. *Obsequium* hoc æuo est comitatus famulorum & amicorum: Vide DV FRESNE in *Glossar.* Et *obsequium* discussoris, eos omnes denotat, qui discussori in prouinciam eunti præsto sunt, *obsequiumque* præstant, vt reliqua exigi citius faciliusque possint. Hæc autem *obsequia* suis sumptibus alere cogebantur miseri prouinciales, hinc *obsequia sumptuosa* appellat Valentinianus. Eam ob caussam Constitutio græca *titulo Codicis Iust. de discussoribus*, sumptus solatiaque discussoribus ex publico constituit, sancitque, *quod si vel obolum inuitis aut volentibus prouincialibus acceperit discussor, is quidem quod accepit, redderet, & quadruplum fisco inferret.*

(i) *Titulis.* Intellige *titulos*, siue causas diuersarum præstationum, quæ legibus, siue *iussionibus* Principum erant definitæ, quas iussiones Discussor profert reuoluitque, earumque rigore abutitur in discutiendis reliquis.

(k) *Debentis.* Illustrat hæc HONORII *l. 2. de discussorib. Maximas prædas hoc pacto agi de prouincialibus certum est, vt acceptæ semel securitates, & regestæ polyptycis, a discussoribus vel apparitoribus denuo postulentur: non quod vtilitas publica flagitat, sed vt si casu est amissa securitas, maior præda nascatur.* Apochas igitur exigebant discussores, eo quidem obtentu, vt de fide tributorum solutorum constaret certius, sed reuera tamen, vt apocharum amissarum forte occasione, prædas possent agere, & iterato a prouincialibus tributa poscere.

(l) *Pereunt.* Ita habent omnes libri. GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 2. de discuss.* emendat, *perierunt.* Sed emendatione non opus est. Valentinianus enim vult, prouinciales esse semper miseros, & quando quocunque modo *pereunt* apochæ, & quando *extant* adhuc.

(m) *Contingit.* MS. G. male, *contigit.*

(n) *Aut.* In MSS. W. G. & quos consuluit SICHARDVS, est *vt.* Sed proba est lectio recepta.

(o) *Redimendum est.* Id est, pecunia erat aut discussori, aut apparitori offerenda, vt apocham accepto ferret, neque nouas prouincialibus calumnias faceret.

(p) *Rei arbitrum.* Male in MSS. W. G. & Edit. Sichard. Rittershus. *arbitrium.* *Arbiter* est discussor, vt supra monui.

(q) *Egregius.* Ita habent omnes libri, sed mallem, *egregiusque.* Excidit forte τὸ *que*, occasione vocis sequentis.

(r) *Immitis executio.* MS. W. *vrguet in minis executio.* MS. G. *imminens executio.* Sichard. *immitis exactio.* A Sichardina Editione illa verba, *hortatur* vsque ad *executio*, absunt. De *Palatinis*, consule supra *Valentiniani Nouellam, inter Theodos. 45.*

(s) *Pecuniæ placitis.* Placitum est *pactio* & conuentio quælibet. Igitur Valentinianus hoc loco innuit, discussores neque miseratione, neque allegatione iustitiæ, moueri, sed tantum pecuniam extorquere a miseris. Licet itaque prouinciales allegauerint, iniuste se discuti, nulla tamen ipsis quies, nullus vexationis erit finis, nisi pecuniam, quasi pro libertate impetranda *pacti* fuerint.

(t) *Nihil vnquam.* Male edidit GOTHOFREDVS, *nonnunquam.*

(v) *Decedente.* MS. W. *discedente.*

(x) *Auctoritatibus.* Auctoritas, est mandatum, Epistola iudicis. Vide *Glossar.* & IVRETVM *ad Symmach. lib. 3. ep. 69.*

(y) *Non potuit.* Huc pertinet querela Honorii *leg. 10. de censitorib. Discussores per diuersas prouincias constat esse directos, quos nihil profuisse vtilitatibus publicis cognouimus.*

(z) *Arcalium.* Durum hoc est, nam subintelligendum, *reliquorum*, aut *functionum.* Forte scriptum fuit, *arcalia.* In MSS. sane est, *arcaliū.* Sunt autem *arcalia reliqua*, quæ debentur arcæ Præfectorum Prætorio, & reliqua *vtriusque ærarii*, quæ soluenda sunt Comitibus S. L. & R. P.

(a) *Ad indulgentiam pertinere.* Ita in Epistola Honorii *20. Auctuar. Symmach.* *Ad veniam pertinere.*

(b) *Calumniandi.* MSS. & impressi, *calumnianda*, quæ lectio præferenda. Lusit enim is, qui legem scripsit, voce *securitatis.* *Securitas* est apocha: sed hac lege Princeps prouincialibus quoque, *indulgentia reliquorum*, tribuit *securitatem*, quam *solam nunquam calumniandam* esse, censet.

(c) *Ad.* Male Rittershus. & Gothofred. *ac.*

(d) *Præstari.* Forte *præstare.*

(e) *Inspector.* Publicus *inspector*, est discussor, qui *ratiocinia inspicit & tractat*, vt est in constitutione græca *Cod. Iust. tit. de discussor.*

(f) *Tractatus.* Tractatus est deliberatio. Vid. *Glossar.*

(g) *Communionis.* Ita habent MSS. & impressi. Rescriberem *communem vtilitatem*, nisi in fine *nouellæ sequentis 8.* occurreret, *Vniuersitatis quies.* Itaque hoc loco est *communio*, vniuersitas, & *communionis vtilitas*, vniuersi imperii occidentalis bonum.

(h) *Reuocetur.* MSS. W. G. & Ed. Sichard. *reuocatus.*

(i) *Perueniant.* MS. W. *peruenient.*

(k) *Palatinos.* MS. W. & Sichard. *palatinus*, & mox, *directus*, male.

(l) *Profecerit.* MS. G. recte, *profecerint.*

(m) *Orationis.* GOTHOFREDVS edidit *rationis.* *Oratio* est ipsa hæc nouella, *recitata in Senatu*, vt infra dicitur.

(n) *Et manu diuina.* Elegantissima hæc subscriptio abest a MSS. W. G. & Edit. Sichard.

(o) *Auieno.* MS. W. *Abieno.* MS. G. *Albino.* Consule *Fastos.*

(p) *Recitata* &c. Hæc absunt a MSS. W. G. & Edit. Sichard. *Postumianus* vero, qui recitauit in senatu Principis orationem, ante biennium A. D. 448. Consulatum gessit cum *Zenone*, diciturque in marmore, quod adduxit BARONIVS *an. cit. num. 1.* *Rufius Prætextatus Posthumianus, Quæstor Candidatus, Prætor vrbanus, Tribunus & Notarius Prætorianus, Præfectus Vrbi secundo, Consul ordinarius.*

(q) In Editionibus Rittershus. & Gothofredi, hæc est interpretatio addita: *De diuersis militantibus vel exactoribus, cum egressi fuerint, & præsentia principis, vt non præsumant exspoliare prouincias. Quia per illos amittit aliquando sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat.*

De triginta annorum præscriptione omnibus causis opponenda. (a) *Tit. VIII.*

1. Impp. Theodosius & VALENTINIANVS AA. Firmino PF. P. (b)

Boni principis cura vel prima vel maxima est, quietem Prouincialium propitia sollicitius mente tractare, quibus quanto plus fuerit humanitatis impensum, tanto pronius amor deuotionis incumbit. Hæc est enim natura mentis humanæ, vt quod amittit ex commodo (c) compenset in gratia, & animos præstitis largioribus interiore (d) quodam vinculo caritatis obstringat. Iuuat itaque iuris perpetui, emphyteutici, patrimonialis, iuris reipublicæ vagas æternasque calumnias & nullo temporum fine conclusas, certis & designatis terminis limitare. Quam nobis necessitatem ferendæ legis iusta imposuit querimonia plurimorum. Quis ferat institui iurgia, quæ aui ac proaui nescierunt? quæ alia improbum litigatorem tam valida defensio submouebit, si possessorem nec secula in infinitum transacta defendunt? Præter tantæ ætatis iniuriam vehementer offendit, quod quibusdam nec militiæ suæ priuilegia suffragantur: Diuturno excubiarum labore perfunctis, impingi contumeliosam status comperimus quæstionem, & quos verecundiæ contestatione natalium (e) splendor conspicuus, præclara scriniorum officia probauerunt, næuo erubescendæ obiectionis vrgueri: (f) emeritos aulicis honoribus viros trahi ad laqueos vilissimi colonatus: tunc (g) perniciosius laborare, quando post continuos obseruationum labores & residuo (h) vitæ optata debeant quiete gaudere. Domini vernulas suos fideliter seruientes, cum libuerit iugo seruitutis absoluunt, & quod esse non poterant qualitate nascendi, manumissionis beneficio consequuntur. Indignum facinus, deteriorem condicionem liberis esse, quam seruis, vt humilis abiectaque persona, (i) legibus quod non habebat, adquirat: nobilior, quod habuit, obtinere non possit. Absit a temporibus (k) nostris, vt id conscientia nostra permittat. Quinimo hunc nobis gloriæ titulum vindicamus, vt nostro studio grauissimæ consuetudinis licentia comprimatur: decet nostris (l) specialiter remediis veternosæ valetudinis aduersa curare. Medicinæ huius laus æterna contingit, quod nos (m) tam salubris æquitatis auctores ætas & præsens & futura declarat. Ad quam beneuolentiam præcipue nos hortata est lex Domini patris (n) Clementiæ meæ, Theodosii perennis Augusti, qua virtutum suarum morem secutus, humano generi profunda quiete prospexit: (o) Constituens post XXX. annos nulla penitus iurgia, quæ medio tempore mota non fuerant, excitari. (p) Cuius inuicti Principis laudibus etiam præsentem legem necesse est applicari. Illa namque pia mente præstando, viam huic alteri præbuit, qua (r) beneficia eius latius panderentur. Præcipimus itaque (s) propter quorundam prauas interpretationes, quibus sanctio memorata non sufficit, dum minutias iuris, & captiosa verba sectantur, vt quæ specialiter iussa sunt, specialiter abrogentur: cum generalitatis designatio vniuersa consumat, nec aliquid possit esse exceptum, quod non per illud venerabile constitutum, hoc peremptorio vocabulo, concludatur:

Dicendo

Dicendo enim, omnia, nullum penitus cuiuslibet litis aut causationis fomitem dereliquit. (t) De originariis, & colonis, inquilinis ac seruis vtriusque sexus, peculiis atque agnationibus designati iuris, id est perpetui, patrimonialis, emphyteuticarii, & reipublicæ post xxx. annorum curricula, nulla deinceps actio moueatur. Et negotium: de quo per expressa tempora, nemo pulsauit solenniter, nouum nemo proponat. Quod in omnium (v) consummatione causarum iustum (x) est debere seruari. Æquum est enim, tot annos sine interpellatione decursos, nullo nomine, nulla prorsus occasione subuerti. ac si constiterit memorati temporis intercessisse silentium, etiam has causas, quæ sub fiducia legum præsenti sanctione ablatarum (y) motæ sunt nec finitæ, huius sacræ præceptionis auctoritate volumus aboleri: quia sicut tales inchoari (z) nolumus actiones, ita male inchoatas haberi oportet extinctas. Intra hæc sane tempora, si cœpta lis fuerit de originariis, vel agnatione (a) cespitis designati hanc formam erga possidentes seruari præcepimus, quæ lege Diui Parentis nostri Honorii, de colonis vtriusque sexus iuris priuati euidenti definitione conscripta est: (b) scilicet vt a persona feminea viginti annorum, a virili triginta repetentem præscriptio obiecta submoueat. (c) Quod & in illa parte obseruari conuenit, quæ statuta est de agnatione (d) talium personarum. Et licet rem omnibus causis generaliter profuturam a nemine temerari posse credamus: tamen, ne quos sacrilegæ mentis temeritas ad subreptionem quacunque compellat audacia, præsumentes triginta librarum auri pœna percellet. (e) Eadem manebit Palatinum officium vtriusque ærarii, necnon officium culminis tui, vel cunctorum (f) Iudicum prouinciarum, vt pari sorte quæ salubriter constituimus, periculo etiam salutis suæ illibata conseruent: Firmine Parens Karissime AA. Inlustris & præcelsa magnificentia (g) tua, per quam nouimus vniuersitatis quietem studiosa diligentia custodiri, legem cunctis prouinciis, vniuersis litibus adplicandam, propositis vulgabit edictis, vt post triginta, sicut dictum est, annos perniciosa diuersarum omnium (h) causarum propositio conquiescat. Dat. xv. Kal. Iul. (i) Rau. Asturio & Protogene (k) vv. cc. coss. pp. in Foro (l) Traiani xiii. Kal. Aug. sub edicto Firmini viri inlustris pf. p. (449)

Ista lex ideo interpretata non est, quia sequens sub titulo, De Episcopali iudicio & diuersis negotiis, & de tricennio loquitur, & omnia quæ hic comprehensa non sunt, euidenter habet expressa.

(a) *De præscriptione XXX. annorum* est Theodosii Iun. *lex vn. lib. 4. tit. 14. de actionibus certo tempore finiendis*, quam *Valentinianus* hac Nouella memorat & confirmat. De auctore præscriptionis XXX. annorum dixit etiam Cuiacius *Obseruat. XVIII. 26.* qui tamen male ad Theodosium M. huius præscriptionis originem retulit, notatus ideo a Gothofredo *in Commentario ad d. l. vn.* quem consule, illustrat enim omnem hanc nouellam.

(b) *Firmino PF. P.* Gothofredus edidit, *PF. P. Italiæ.* Vide, quæ de *Firmino* dixi, ad *Nouell. 39. inter Theodos.*

(c) *Amittit ex commodo.* MS. W. *amittit incommodo.* MS. G. Sichard. Gothofr. *admittit ex commodo.*

(d) *Animos præstitis largioribus interiore.* MSS. W. G. Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *animos præstitis largiores interiore.* Sichard. *animum præstita largitas interiore.*

(e) *Quos verecundiæ contestatione natalium splendor conspicuus.* MS. W. G. Edit. Sichard. *quos verecundiæ attestatione natalium splendore conspicuos.* Edition. Lugd. Rittersh. Gothofr. *verecunda attestatio natalium, splendor conspicuus.*

(f) *Vrgueri.* In MS. G. & impressis est *vrgeri.* Næuo obiectionis erubescendæ aliquem vrgere, est status controuersiam facere.

(g) *Tunc.* Edit. Sich. Lugd. Rittersh. Gothofr. & *tunc.*

(h) *Et residuo.* MS. W. & *residua.* Ab impressis libris abest &.

(i) *Persona.* MSS. & impressi, *fortuna.*

(k) *Temporibus.* Vide *not. k. ad nouell. 1. Theodos.*

(l) *Decet nostris.* Sichard. *decet nos enim nostris.*

(m) *Quod nos.* In MSS. & Sichard. male, *cum nostra salubris.* In impressis libris aliis est, *cum nos tam.*

(n) *Lex Domini Patris.* Intelligit *legem vn.* Theodos. Ivn. *A. D. 424.* datam, *de actionib. certo tempor. finiend.* Verba autem illa *Domini Patris*, male interpretatus est Cuiacius *Obseruat. XVIII. 26.* quem ideo confutauit Gothofredus *in Commentar. ad d. l.* Vide etiam, quæ scripsi ad *Nouell. 2. Theodos. not. b.* & *ad Prolegomen. Cod. Theodos. pag. 217. not. f.*

(o) *Profunda quiete prospexit.* Ideo Cassiodorus *Var. V. 37.* nominat, *tricennalem præscriptionem humano generi patronam*, & Theodoricus *in Edict. cap. 69. tricennalis legis saluberrimum constitutum.* In *Legibus Wisigoth. lib. 10. tit. 2. leg. 4.* dicitur, *tricennalis transcursio temporum non ex instructione humana, sed veluti ex ipsa rerum processisse natura.* Vide Bignonium *ad leg. Sal. pag. 180 Edit. Paris. 1665. 4.*

(p) *Excitari.* Verba Theodosii Iun. *d. l. vn.* hæc sunt: *Quæ ergo ante non motæ sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo competere iure cœperunt, viuendi vlterius non habeant facultatem.*

(r) *Qua.* Male MS. G. & Ed. Gothofr. *quia.*

(s) *Itaque.* MSS. W. & G. *igitur.*

(t) *Dereliquit.* MS. W. *derelinquit.*

(v) *In omnium.* MS. W. *& in omnium.* MS. G. *& in omni.*

(x) *Iustum.* MSS. & impressi, *iussum*, quod melius, vt patet ex sequenti, *aequum est.*

(y) *Ablatarum.* In MSS. male, *appellatarum.*

(z) *Sicut tales inchoari.* MS. W. *vt inchoari tales.*

(a) *Agnatione.* Male in MS. G. *agnitione.* Vide nouell. sequ. *de agnatione colonorum*, vbi & de colonis originariis dicam. Sed quid, *agnatio cespitis designati* sit, videndum est. *Cespes* est ager, fundus, praedium, vt docent loca *in Glossar.* Agro autem siue *cespiti* erant adscripti coloni, vt excolerent eum, aruaque subigerent, cui *originis agnationisque iure immorari* perpetuo cogebantur, vt est *in leg. vn. Cod. Iust. de colon. Illyr.* Qui ergo ex colonis in *cespite* siue fundo nascebantur, pertinebant *agnascendo*, & *agnatione* ad fundum siue *cespitem designatum*, aut assignatum colonis, ex quibus liberi in lucem erant editi. Vide *Paratitlon de fugitiu. colon.* & *Commentar. ad leg. vn. de inquilin. Tom. I. pag. 500.* Et si aufugerit colona, ex ea nati liberi pertinebant ad *cespitem* matri designatum. Igitur *lis de agnatione cespitis designati* est, quando quaeritur, an liberi e colona in alieno cespite post fugam in lucem editi, ad cespitem matri designatum pertineant.

(b) *Conscripta est.* Innuit HONORII *legem vn. de inquilin. & colon. lib. 5. tit. 10.* quod & *Interpres* ad eam legem obseruauit, scribens: *quod hic minus est de colonae agnatione, in nouellis legibus inuenitur*, quibus verbis & hanc, & sequentem designat nouellam.

(c) *Submoueat.* Huc pertinent verba d. l. vn. *Si quis colonus originalis, vel inquilinus, ante hos* TRIGINTA ANNOS *de possessione discessit, neque ad solum genitale silentii continuatione repetitus est, omnis ab ipso, vel a quo forte possidetur, calumnia penitus excludatur. Quem annorum numerum futuris quoque temporibus volumus obseruari. In* FOEMINIS *sane obseruationem volumus esse diuersam. Itaque mulierum, quae fuisse originariae docebuntur, si ante* VICESIMVM ANNVM, *de solo, cui debebantur abscesserint, vniuersa repetitio cesset.*

(d) *Statuta sunt de agnatione.* D. l. vn. *Foeminarum vero, quarum intra comprehensum tempus discessio comprobatur, ac de conditione nulla dubitatio est, (repetitionem) prorsus dominis perire non sinemus: ea tamen conditione seruata, vt vicaria (foemina) cum agnatione partis tertiae non negetur, quae de colono suscepta est alieno, ita vt pro filiis quoque contrarii praebeantur.* Adi ibi *Commentarium.*

(e) *Percellet.* MS. G. & Sichard. *percellat.*

(f) *Cunctorum.* MS. G. & Sichard. *cunctarum.*

(g) *Magnificentia.* MS. G. *magnitudo.*

(h) *Omnium.* Abest haec vox ab Edit. Sich. Lugd. Rittersh. Gothofred.

(i) *XV. Kal. Iul.* MS. W. *Dat. XVI. Kal. Iul.* MS. G. *Dat. XIII. Kal. Iul.* MS. Ottobon. *Dat. Kal. Iul.*

(k) *Protogene.* Male MSS. W. *Protegene.* MS. Ottobon. *Protogeno.* Edit. Rittersh. & Gothofred. *Crotogene.* De Consulibus huius anni dixerunt PAGIVS *in Critic.* & RELANDVS *in fast.*

(l) *PP. in foro.* &c. Absunt haec a MSS. W. G. & Edit. Sichard. Nota etiam, *propositam* dici hanc nouellam constitutionem *sub Edicto Firmini*, ex quo nonnulli collegerunt, Principum leges Iudicum edictis subiectas, primoque loco, in tabula, *Programma PP.* aut alius Magistratus, secundo vero ipsam legem fuisse propositam. Id vero falsum esse, non modo ex ipsa decori specie adstruxit SIRMONDVS *Propempt. II, 2.* quod nemo scilicet sibi persuadere poterit, Principis legem Programmati Iudicum fuisse postpositam; sed confutat opinionem vel maxime *Edictum* Marcellini Tribuni & Notarii ab Honorio ad collationem Carthaginiensem missi, qui *proposito* primo loco, siue *antelato* Principis *Edicto, pag. 1051. Tom. I. Concil. Harduin.* initium Edicti sui hoc esse voluit: *Quid clementissimus Princeps D. N.* HONORIVS *pro catholicae fidei confirmatione decreuerit,* ANTELATORVM APICVM *tenore monstratur.* Igitur hoc loco verba, *sub edicto*, non ordinem denotant, sed proponendi modum, & *sub* idem significat, quod *per*, vti & προγράμματα dicta, non quod *praeponerentur*, sed quod *palam* proponerentur.

De colonis vagis, vel agnatione eorum, & de aduenis. (a) *Titulus IX.*

I. Impp. Theod. & VALENT. AA. Firmino PF. P. (b) & Patritio.

Cum pure & fideliter obseruari debeant quae cauentur in legibus, latam dudum de colonis originariis, (c) fucum pati (d) quorundam maligna mente cognouimus. Nam cum is, a quo discessit obnoxius, (e) triginta annorum repellatur obiectu, is eum (f) sibi vindicat apud quem triginta annos probatur implesse: si vero aequaliter habitet per diuersos, is eum sibi vindicat, penes quem triginta annorum tempora concluduntur: alias huic competit, cum quo maximam tricennii partem habitauit. Eundo (g) per hos atque alios designatum tempus adsumit, ita contingit, vt cum illi pereat a quo fugit, nec huic ad quem venit possit acquiri, mansionum permutatione desinat esse, quod natus est: libertatem, quam nascendo non habuit, fugae sibi assiduitate defendens. Nulli vnquam, nisi colono fugitiuo, culpa sua praemium fuit. Ea causa incipit melior esse, (h) qua poenam meretur. Quod tamen sufficit hucusque licuisse. Nam cum prior dominus obice legis excluditur, illi eum iubemus acquiri, apud quem eosdem annos statuti temporis probatur implesse. Quod si propter conclusionem tricennalem, & ad vim praescriptionis eludendam aequaliter habitet per diuersos, is eum vindicet iure colonario seruiturum, penes quem a die primae fugae

fugæ XXX. annorum posteriora tempora concludantur, alias huic lucro cedat, cum quo maximam (i) tricennii partem vagus & infidus habitator efficit, quod etiam de mulieribus originariis æque vagantibus præcipit (k) custodiri. Colona vero, quæ petitori post XX. annorum curricula denegatur, (l) si quem partum ante designatum tempus edidit, (m) priori domino conuenit non perire. Æquum est, vt ad eum soboles redeat suscepta tunc temporis, cum adhuc mulier competebat, (n) vt damnum amissæ matris, quod processu contingit annorum, prolis saltem vindicatio consoletur. Quem casum iubemus vicariorum (o) compensatione finiri: ne, quod impium est, filii a parentibus diuidantur. Item placet, vt pars cuius maritum esse constiterit, pro vxore eiusdem mariti vicariam reddat, quatenus praua forsitan dominorum obstinatio a faciendo diuortio (p) conquiescat: quia & in eiusmodi personis salua & inconuulsa debet coniunctionis affectio permanere. Sane sicut colonas commutari posse priora statuta (q) iusserunt, ita etiam de viris licentia sit. Igitur commutationes factas lex nostra confirmat, ac si (r) aliqua cessio sine personarum commutatione processit, (s) vel deinceps facta fuerit, non valebit: ne ad alterum coloni, (t) ad alterum possessio exhausta perueniat. Aduenæ plerumque tenues, abiectæque fortunæ, (v) quorundam se obsequiis iungunt, vt simulata (x) laboris & obsequiorum patientia, accepto sumptu ac vestitu, illuuiem & squalorem egestatis euadant. Vbi de angustiis cladis suæ, & humanitate & miseratione (y) colligentes, fuerint liberati, iam repleti, iam nihil de miseria cogitantes, eligunt feminas ad patremfamilias pertinentes, sollertia, forma, vtilitate meliores: cum satias ceperit, (z) derelinquunt, non statu priore perpenso, non adsuetudine coniunctionis, non dulcedine filiorum, nulla lege prohibente discedunt. Itaque si nulli quolibet modo obnoxius ciuitati, ad prædium se cuiuscunque rusticum, (aa) vrbanumque collegerit, & mulieri obnoxiæ sociari voluerit, gestis municipalibus profiteatur habitandi vbi elegerit voluntatem: vt hoc vinculo præcedente, nec habitaculum, quod placuit, deserat, nec consortium mulieris abrumpat. Qua professione deprompta, salua ingenuitate, licentiam non habeat recedendi. Pari lege mulieres ingenuas iubeo detineri, a quibus coniunctio appetita est & electa seruorum vel colonorum, vt hiis abire non liceat. Filii earum, si denuntiatio non præcessit, in eorum iure & dominio apud quos creati sunt vel creantur, colonario nomine perseuerent. Post denuntiationem vero editos, secundum scita Diualia seruos esse censemus, vt illos nexus, sicut dictum est, colonarius semper teneat obnoxios, hos condicio seruitutis. Firmine Parens Karissime AA. (bb) Inlustris & præcelsa Magnificentia tua huius generalis Constitutionis formam, edictis propositis, ad omnium faciat (cc) notitiam peruenire. Dat. prid. Kal. Febr. Romæ. Acc. III. (dd) Non. Feb. Romæ PP. in Foro Traiani: Adelphio (ee) V. C. CONS. (451)

INTERPRETATIO. *Lex ista constituit, vt si colonus proprium dominum* (ff) *fugerit, & XXX. annis per diuersorum domos aut agros fortasse latuerit, & non nisi impletis XXX. annis a die fugæ suæ prædictum colonum dominus potuerit inuenire, ab eo apud quem inuentus est, tricennali annorum præscriptione dominus, qui coloni fugam sequitur, excludatur. Secunda iterum condicione currente, vt si forte apud tres personas denis annis colonus ipse habitauerit, ille eum vindicet, apud quem posteriori tempore inuenitur. Tertia condicio est, vt si inter eos, apud quos per tricennium habitauerit, fuerit orta contentio, ipsi prædictus colonus addicatur, apud quem per illos XXX. annos maiori annorum numero dinoscitur habitasse. De colonæ vero fuga, par, apud quoscunque habitauerit, forma seruetur, ea tamen condicione seruata, vt sicut de coloni iure proprius dominus XXX annorum præscriptione excluditur, ita & impleto XX. annorum numero, de repetitione colonæ domini petitio repellatur. Ita tamen, vt filii, qui infra XX. annos nati fuerint, quando adhuc colona domino competebat, a domino qui colonam præiudicio temporis perdidit, secundum Constitutionem, quæ sub titulo, De Episcopali iudicio, processit, debeant reuocari. Post XX. autem annos,* (gg) *nati illius domino acquirantur,* (hh) *cui colonam tempus addixit. Iubetur etiam, vt de talibus personis commutatio non negetur, ita vt vicaria mancipia tam pro colona, quam pro portione filiorum dare coloni dominus mox procuret, quod etiamsi conuenerit, & pro colono is, cuius colona est, pari constitutione debebit implere. Aduenæ ingenui, qui se colo-*

colonæ iungi voluerint alienæ: quia (ii) *sæpe fit, vt contubernia electa contemnant, gestis profiteantur, se de domo domini colonæ, cui iunctus fuerit, nulla ratione discedere, & ingenuitate manente, nullam habeat licentiam euagandi,* (kk) *aut cui coniunctus fuerit, deserendi. Ingenua itemque mulier, si contubernium coloni elegerit alieni, si ei denuntiatum non fuerit, coloni sint domino profuturi, quoscunque eius partus ediderit. Post denuntiationem vero quoscunque ediderit, non colonos, sed seruos nouerit esse futuros.*

(a) Pertinet ad hanc Nouellam *titulus 9. lib. 5. de fugitiuis colon.* cuius *Paratitlon* vide: & *titulus 10. eiusdem libri de inquilin. & colon.* cuius legem vnicam Valentinianus hac constitutione repetit & confirmat.

(b) *Firmino PF. P.* De *Firmino* dixi ad *Nouell. 39. inter Theodos.*

(c) *Originariis.* Lex de colonis *originariis* siue *originalibus* lata est *an. 419.* ab HONORIO *d. tit. de inquilin. & colon.* Sunt autem *originarii coloni*, qui ratione *originis suæ*, siue genitalis soli, cui assignati, & quasi affixi erant, fundum excolere, eique perpetuo inseruire, cogebantur. Vid. *not. ad antecedent. nouell.* & *Paratitlon de fugitiv. colon.*

(d) *Fucum pati.* Sichard. *fucari.*

(e) *Obnoxius.* Id est, colonus *originarius* & fundo, cespiti, *obnoxius.* In MS. G. Edit. Sich. Lugdun. Rittersh. Gotthofr. est, *discesserit obnoxius.*

(f) *Is eum.* Hæc verba usque ad, *eundo per hos atque alios*, absunt a MSS. W. G. & Edit. Sichard.

(g) *Eundo.* Male Edit. Lugd. Rittersh. Gothofred. *eundem.* Sensus est, colonum *eundo per hos atque alios*, id est, vagando de fundo in fundum, *designatum tempus*, triginta annorum, *adsumere*, siue sibi acquirere. *Adsumere* est acquirere. Vid. BRISSONIVM *de V. S.*

(h) *Esse.* In MSS. W. G. *effici.*

(i) *Maximam.* Edit. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofred. *maxima parte.*

(k) *Præcipit.* MSS. W. G. *præcipimus.*

(l) *Denegatur.* Vid. *not. c. ad superior. nouell.*

(m) *Edidit.* MS. G. *ediderit.*

(n) *Competebat.* Scilicet fundi, quem reliquerat, domino.

(o) *Vicariorum.* Nempe liberorum loco, qui a colona in fundo alieno sunt in lucem editi, dominus, ad quem per præscriptionem colona pertinet, domino fundi originis, *vicarios* dat *liberos*, siue alios, qui vice eorum fungi possunt, *ne filii a parentibus diuidantur.* Vid. *not. d. ad nouell. super.*

(p) *A faciendo diuortio.* MS. G. *ad faciendum diuortium.*

(q) *Statuta.* Id est, *lex* D. Honorii *vn. de inquilin.*

(r) *Ac si.* MS. G. *at si*, quæ lectio proba est.

(s) *Processit.* MS. G. *processerit.*

(t) *Ad alterum coloni.* MS. G. *nec alterius coloni, ad alium possessio*, &c.

(v) *Fortunæ.* MS. G. *personæ.*

(x) *Simulata.* MS. G. *dissimulata.*

(y) *Et humanitate & miseratione.* MS. G. *bumanitatem & miserationes - colligentes.* Elegans hæc est lectio.

(z) *Satias ceperit.* MS. W. *satiasse cæperint.* Sichard. *Satiasse se cæperint.* Ed. Lugd. Rittersh. Gothofr. *satiare se cæperint.* Sed proba est lectio recepta.

(aa) *Rusticum.* Edit. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofr. *rusticanum.*

(bb) *Parens Kar. AA.* MS. G. *Firmine Præfecte Kar. Aug.* Edit. Lugd. Rittershus. Gothofred. *Firmine Par. Kar. atque amantissime.*

(cc) *Faciat.* MS. W. *faciet.*

(dd) *Accept. III. &c.* Hæc absunt a MSS. & Sichard. Editione.

(ee) *Adelphio.* Vid. *not. q. ad nouell. 40. inter Theodos.*

(ff) *Dominum.* MS. W. *dominium.*

(gg) *Annos.* MS. W. *post vicensimum autem annum.*

(hh) *Domino acquirantur.* MS. W. *dominio acquiruntur.* MS. G. & Sich. *domino acquirentur.*

(ii) *Quia.* MS. G. *dum.*

(kk) *Euagandi.* Obseruo hoc Nouellæ caput memorasse PAPIANVM *Responsor. tit. 36. in fin. Sciendum etiam est*, inquit, *secundum legem nouellam, si quis ingenuus colonæ ancillæue, aut ingenua seruo colonoue se iunxerit, salua ingenuitate discedendi licentiam non habere, secundum legem nouellam sub titulo de aduenis.* Erravit SCHVLTINGIVS, notans, Nouellam hanc non extare.

De confirmandis hiis quæ administrantibus, vel publicum officium gerentibus distracta sunt, vel donata, (a) *& de Aduocatis, & ceteris negotiis.* (b) *Tit. X.*

1. Impp. VALENT. A. Firmino PF. P. (c) & Patritio.

Quæ plerique legibus (d) constituta dissimulant, necesse est præsenti iussione sanciri, vt omni ambiguitate submota, instauratione solidiora (e) reddantur. In administratione enim & in militia positis, emendi licentiam denegatam, superflua nonnullorum dicitur esse persuasio, cum lex Diui Honorii ad Palladium PF. P. missa, in Theodosianum redacta corpus, hanc copiam talibus legatur dedisse personis. Quem non tædeat alioqui (f) ista condicio, hiis solis, qui ad honores aliquos euehuntur, (g) libertatem

tatem in contractibus non patere? Et cum huic obstaculo nulla fortuna subiaceat, non mediocris, non nobilis, non plebeia, vniuersitatis ius & (h) commodum solis militantibus negari. Censeo igitur, vt in quibuslibet (i) administrationibus, officiis, in quocunque militiæ gradu positis, emendi quæ ceteris copia sit: dummodo emptio & venditio celebretur iure communi. (k) Neminem volo potestatis (l) iussu & impressione (m) compelli. Volenti vendere, definitam & conscriptam (n) pecuniam oportet inferri. Videat instrumentorum scriptor, sciant ii, apud quos venditionis documentum (o) necesse est allegari. Nihil refert quis emat, cum publica fide pretium venditor consequatur. Quod si emptor officio & administratione perfunctus, (p) intra anni metas, aut super illata violentia (q) lege conscripta, carceris, catenarum, custodiæ publicæ vel priuatæ, vel in quolibet genere factionis, aut non annumerato pretio, euidenter fuerit confutatus: vel se de iudicio tergiuersatione subtraxerit, & agat ne gestæ rei veritas possit agnosci, venditori solidorum numerum inferat, qui tabulis continetur, possessionem nihilominus perditurus, vt ad dominum redeat, cui taliter probatur ablata. Item si venditor nihil horum sustineat, quæ ponimus, sed callida refragatione causetur, manente contractu, perpetua firmitate, & pecuniam reddat emptori, quam eum in pretium constiterit accepisse. Hac sanctione eos quoque iubemus esse munitos, quos administrantes, & vlla gerentes officia, prædia rustica vel vrbana certum est dato pretio comparasse. Donationes (r) quoque habitas & commutationes, circa eas personas quarum immerito hactenus emptio fluctuabat, similiter roboramus. Ita fit, vt in actu publico positus fidelius laborare delectet, cum videant seu emptione, seu commutatione, quæ instar obtinet emptionis, seu donatione, seu alio quolibet titulo venientia, apud se posterosque suos inconuulsa mansura. Non patimur præterea nonnullorum alio genere iura turbari. Notum est post fatalem hostium ruinam qua Italia laborauit, in quibusdam regionibus & causidicos & Iudices defuisse, hodieque gnaros iuris & legum, aut raro, aut minime reperiri. Nam hæc necessitas fecit perpetuitatem dari (s) prouincialibus aduocatis. Si quis curiali venditori aliqua laboranti necessitate subuenit, cum modo ab exactore fiscalium functionum, modo a creditoribus vrgueretur, & sine cautela (t) vendidit, quam premente iniuria quærere non vacabat, ne diutius suspendiis, squalore custodiæ, sportulæ concussione, vsuris in maiorem cumulum crescentibus, vexaretur, cur non maneat venditio, quæ præstitit obnoxium a dispendiis & suppliciis liberari. Alii destituta & inculta (v) propterea vendiderunt, quia ieiuni cespitis onerosam professionem non poterant sustinere. Iniquum est, tam iustis præcedentibus causis, confectæ venditioni ob hoc solum, quia decreti interpositio defuit, adimi firmitatem. Statuo igitur (x) a tempore, quo Italiam Alaricus intrauit, (y) nullam moueri quæstionem hiis, quæ Curiales taliter de facultatibus propriis vendiderunt. A die sane latæ huius saluberrimæ iussionis, cum prædia sua distrahunt Curiales, primores etiam Curiæ, qui vendendi necessitatem ignorare non possunt, in conlegæ venditionem subscribant. Hoc ordine omnis causatio sopietur, nec emptor hiis auctoribus quicquam de resolutione (z) formidat, nec venditor potest sub tali assertione fraudari. Quem si deceptum oppressumue claruerit, ab ipsis etiam subscriptoribus reddi iubemus indemnem, vt vtilitati eius cum emptore improbo pariter addicantur. In diuersis prouinciis vacuas Curias derelinquunt, qui certatim ad priuilegia, (a) Causidicis inlustris prætorianæ sedis atque vrbanæ delata festinant: cum meliores natalibus suis effici volunt, non curant vrbes proprias, spoliatas ministeriis & officiis debitis, interire. Nos neque meliora desideria volumus impedire, neque passim destitui ciuitates. Quisquis ergo ad hoc officium venire contendit, non ante sibi sciat esse permissum, quam vniuersa munia, quæ patriæ suæ debet, exsoluat. Cuius tamen indulgemus arbitrio, vt si ad togam (b) properat, suffectum Curiæ præstet, cuius studio perficiat vniuersa, quæ per seipsum fuerant procuranda. Nec absolutum statim credat, appositione subiecti: quia si inefficax vllo debito actu fuerit, recursum ad ipsum præbemus auctorem, nihilominus ad eos concuriales, qui minus idoneum susceperunt. Professurus igitur, gesta secum deferat apud Moderatorem confecta prouinciæ, vt & officio Iudicis notum sit, locum absentis quæ persona susceperit, quæ possit publicis necessitatibus sufficiens dare responsum, (c) hac prouidentia (d) nihil negligens in totum

potest (e) vrbibus euenire. Iubeo sane, vt si in prouinciali Foro quatuor constat esse causidicos, quorum patrocinium in controuersiam parti possit vtrique sufficere, cum voluerit is, qui vltrá memoratum modum potuerit inueniri, veniat ad prædictas sedes (f) ob negotia peroranda. Alioqui licentiam non habebit, si illic (g) non fuerit numerus designatus. Prouidere enim decet, ne prouinciales, tenues homines, defensionis inopia ad requirenda auditoria sumptuosa, venire cogantur. Is ergo, inlustribus iudiciis ad actionem causarum debebit admitti, qui probat relatione Iudicis competentis, tantos intra prouinciam sibi creditam esse Causidicos, qui possint controuersiæ sustinere conflictum. Firmine Parens Karissime AA. (h) Inlustris iteque & præcelsa Magnificentia tua hanc saluberrimam sanctionem programmate suo ad vniuersorum faciet notitiam perueni-re. Dat. pridie Kal. Feb. (i) Rom. Adelphio v. c. Cons. (451.)

INTERPRETATIO. *Hæc lex præcipit, vt quia in administratione positis, vel in quolibet officio militantibus leges anteriores id specialiter perscribebant, (k) vt nihil aut comparare, aut commutare aut donatum suscipere tempore militiæ, vel administrationis eis vlla ratione liceret. Sed nunc Valentiniani Imperatoris hac lege præceptum est, vt omnes administrantes vel militantes, aut in quocunque officio constituti sunt publico, & comparandi, & commutandi, & accipiendi donationis titulo habeant liberam potestatem. Solum est, vt nullus probet huiusmodi scripturas, aut per metum, aut per fraudem suppositæ personæ, aut violenter extortas, id est, aut in carcere constituto, aut in quibuslibet vinculis posito, aut aliquod se tormentorum genus suppliciorumque perpesso aut forsitan pretium se, quod instrumentis inscriptum est, non docuerit percepisse. Tunc vero non solum instrumentum, si fuerit vacuatur, sed talis emptor & possessionem reddat, & pretium venditori, quod instrumentis continetur insertum cogatur implere. Si (l) vero nihil horum venditor, vt dictum est, fortasse pertulerit, & contra venditionem hanc voluntarie factam, sub tali obiectione venire tentauerit, cum proposita pœna, quæ non valuerit comprobare, merito durante possessione in iure illius, a quo fuerat comparata, pretium venditor quod accepit, (m) emptori, cui calumniam intulit, absque vlla dilatione restituat. Curiales etiam, quibus hucusque sine decreti interpositione res suas vendere aut alienare a corpore Curiæ non licebat, si certa fuerint necessitate constricti, vt debitum, quod pro vtilitate publica contraxit, dum creditorum pœnas metuit, supplere festinet, quicquid sub tali necessitate vendiderit, omni firmitate subsistat. Nec interpositio decreti quæratur, sed tantum concuriales sui, quos necessitas eius poterit non latere, in ea venditione subscribant, & nihil emptori de empta re calumniæ penitus opponatur, sed rem comparatam emptor perpetuo iure possideat. Ita tamen, vt si forsitan se aliqua fraude, intercedentibus concurialibus suis, qui subscriptores iubentur accedere, venditor se probauerit fuisse deceptum, tam emptoris, quam subscriptoris dispendio venditor reddatur indemnis. Curiales vero si ad aduocationem venire voluerint, aut aliquam militiam sperare, prouideant huiusmodi personas, quæ munia ipsorum debeant expedire, prouisuri vt nihil per eos reip. possit imminui: nam ad se omne dispendium nouerint pertinere, & se ad locum in quo alium substituerat, (n) reuocandum. (o) Reliquum vero huius legis ideo interpretatum non est, quia hoc in vsu prouinciæ istæ non habent.*

(a) *De iis, quæ administrantibus*, vel *officium publicum gerentibus distracta sunt vel donata*, est *titulus 15. lib. 8.* quem integrum abrogat VALENTINIANVS IVN. hac nouella. Fecerat id iam antea Honorius, data lege ad *Palladium PP.* quam Valentinianus dicit in *Theodosianum corpus redactam* esse, in quo tamen hodie non comparet, quia Codex Theodosianus ad posteritatem integer non peruenit. Vide, quæ obseruat GOTHOFREDVS ad eum titulum in fine, *pag. 675. Tom. II.* & *Paratitlon* quoque *eius tituli* consule, quod nouellæ lucem affundit. Quo tamen melius intelligatur Valentinianea constitutio, obseruandum est, olim iam, diligentissime magistratus omnes, *Præfectos Prætorio, Prouinciarumque Rectores*, & eos, qui in consilio erant eorum, *Principes officiorum*, atque quibus inter officiales Magistratuum maior erat potestas attributa, nimirum *cornicularios, commentarienses, Tabularios, numerarios, ordinarios*, in prouinciis ab emptoribus fuisse remotos, quod putabant veteres, ut eleganter dicit CICERO *Verrina 4. c. 5. ereptionem esse non venditionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret.* Aut, vt IDEM habet *ibidem*, quod intelligebant, *si is, qui esset cum imperio & potestate, quod apud quemque esset, emere vellet, idque ei liceret: fore, vti, quod quisque vellet, siue esset venale, siue non esset, quanti vellet auferret.* Neque *donationes* magistratibus, omnibusque officium publicum gerentibus, factæ, erant validæ, sed reuocari poterant, cum plerumque fieret, vt inuiti prouinciales cogerentur offerre munera, & dona per summam extorquerentur iniuriam.

(b) In

(b) In MS. W. G. & Edit. Sichard. est, *vel de cæteris negotiis.*

(c) *Firmino PF. P.* De eo vide *not. b. ad nouell. inter Theodos. 39.*

(d) *Legibus.* MSS. W. G. Edit. Sich. Lugd. Rittersh. Gothofr. *in legibus.*

(e) *Solidiora.* MSS. W. G. *solidata.*

(f) *Alioqui.* MSS. *alioquin.*

(g) *Euehuntur.* MS. G. *subuehuntur.*

(h) *Vniuersitatis ius et.* MS. W. *vniuersitatis huius commodum.*

(i) *Quibuslibet.* MS. W. *quibuscunque libet.*

(k) *Iure communi.* Valentinianus M. *lege omnis de iis quæ administr.* dicit, *ciuiliter rem agere*, id est, secundum normam iuris ciuilis.

(l) *Potestatis.* Ita CICERO laudata *Verrin. 4. Nihil pro potestate, nihil ab inuito, nihil per iniuriam.*

(m) *Impressione. Impressio*, militare verbum, notat impetum, vt multa docent LIVII aliorumque auctorum loca. SYMMACHVS *lib. 2. ep. 52. Vrget Ostiense prædium nostrum militaris impressio.* Et supra *Nouella 40. de prædiis pistoriis: Quod fortunæ impressio sustulit, id largitas augusta compenset.* Deinde *impressio*, est vis atque concussio, qua minis & terrore potestatis aliquid extorquetur, vel aufertur. CICERO *ad famil. lib. 5. ep. 2. Mihi minabatur, neque illi quicquam deliberatius fuit, quam me, quacunque ratione posset, non iudicio neque disceptatione, sed vi atque impressione euertere.* SYMMACHVS *lib. 1. ep. 71. Huic per impressionem nequaquam patior tutelæ munus imponi.* PAVLLVS *Sent. V. 1. n. 4. Qui metu atque impressione alicuius terroris seruum se esse mentitus est.* L. 1. Cod. Iust. de apochis publ. *Ad impressionem potentium & curialium cohibendam.* Igitur hoc loco Valentinianus administrantibus emendi facit potestatem, dummodo id fiat sine *impressione*, id est, nihil ab inuitis *violentia*, vt *infra* dicitur, extorqueant. Consule IVRETVM *ad Symmach. lib. 2. ep. 52.*

(n) *Conscriptam.* Id est, expressam & nominatam in instrumento scripto, vt docent sequentia.

(o) *Documentum.* MS. G. *instrumentum.*

(p) *Perfunctus.* MS. W. *defunctus.*

(q) *Illata violentia.* GOTHOFREDVS edidit, *illa violentia.*

(r) *Donationes.* Mutauit hoc Iustinianus *l. vn. Cod. Iust. de contractib. iudicum*, ibi: *Donationes vero omnimodo recusent: scientes non esse validas eas, in quibuscunque rebus, & quacunque æstimatione, nisi post administrationem depositam, vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale prætererit, in quo nulla querela super iisdem donationibus, vel ab ipso donatore, vel ab ejus successoribus facta sit.*

(s) *Perpetuitatem dari.* Intelligit *Nouellam 16. Theodosii, de postulando & perpetuanda aduocatione*, quam *Nouella 35. de confirmatione legum nouell. Theodos.* in Occidentis imperio obseruandam quoque esse censuit Valentinianus.

(t) *Cautela.* Cautela hic notat *decretum* Iudicis, sine quo prædia & mancipia curialium alienari non poterant. Vide *titulum 3. lib. 12. de prædiis & mancip. curialium sine decreto non alienandis.* Cum autem ob hostium irruptionem in Italiam in quibusdam regionibus Iudices non essent, laborantes necessitate & inopia curiales sine *cautela* prædia vendere coacti sunt. Has tamen venditiones ratas esse vult Valentinianus, quia *iniquum est*, inquit, *tam iustis præcedentibus causis confectæ venditioni, ob hoc solum, quia* DECRETI *interpositio defuit, adimi firmitatem.* Satis igitur visum Principi, si *Primores curiæ, qui vendendi necessitatem ignorare non possunt, in conlega venditionem subscriberent.* Vetus Glossar. *cautionem* vocat ἀσφάλειαν.

(v) *Et inculta.* MS. W. *atque inculta.* Destituta & inculta, sunt squalida & ieiuna prædia, quæ cultis & opimis opponuntur. *l. 3. de censitorib.* Vid. *Glossar.* Mox appellantur, *ieiunus cespes*, de qua voce iam aliquot locis dixi.

(x) *Igitur.* MSS. W. G. *itaque.*

(y) *Intrauit.* Id est ab A. D. 408. Vid. *Chron. hist.* & PAGIVM *in Critic. ad an. 409.* In MSS. & Edit. Sichard. Wisi-Gothorum Rex *Halaricus* dicitur.

(z) *Resolutione.* Propria hæc vox contractui empti venditi. Male in MSS. W. G. Edit. Sich. Lugd. Ritershus. Gothofr. *resultatione.*

(a) *Priuilegia.* Ea require supra *Nouell. 16. inter Theodos. V.* & *Nouell. 34. de postuland.* Huc pertinent *leges 77. 87. 98. 116. 152.* & aliæ, *titulo de decurionibus*, quæ probant, non licitum fuisse, ob aduocationis prærogatiuam, deserere curias. Consule GOTHOFREDVM *in Commentar. ad d. l. 77. & 188. de decur.*

(b) *Ad togam.* Id est *causidicinam*, vt dicitur *d. l. 188. Aduocationem*, vt habet *Interpres ad hanc nouell.* Aduocatos a togæ forensis honore *Togatos* dixerunt. Vide IVRETVM *ad Symmachum lib. 9. ep. 28.* SAVARONEM *ad Sidon. lib. 2. ep. 13.* CASSIODORVS *Var. III. 33. Nam quid dignius, si & Senatorio vestiatur honore togata professio?*

(c) *Dare responsum.* Hæc genium seculi redolent, idemque innuunt, ac illa, *publicis necessitatibus respondere possit.*

(d) *Hac prouidentia.* MS. W. *ac prouidentiam*, MS. G. *hoc prouidentia.* Edit. Sichard. *ac prudentia.*

(e) *In totum potest.* CVIACIVS obseruat quosdam libros habere, *in totum post.* In MS. W. & Edit. Sich. est, *& in totum potest.* Videtur ita interpungendum legendumque esse, *dare responsum. Hac prouidentia*, &c.

(f) *Prædictas sedes.* Prætorianam & vrbanam, vt supra, *illustris prætorianæ sedis atque vrbanæ festinant.*

(g) *Illic.* MSS. W. G. *talis.*

(h) *Par. Kar. AA.* MS. G. Edit. Sich. Lugd. Ritterh. Gothofr. *Præfecte Kar. AA.*

(i) *Kal. Febr.* In aliis Codicibus, quos consuluere SICHARDVS & CVIACIVS, *Kal. Septembr.*

(k) *Perscribebant.* MS. G. & impressi, *præscribebant.*

(l) *Si.* MS. W. *sin.*

(m) *Quod accepit.* Absunt hæc a MS. G. & impressis.

(n) *Substituerat.* MS. W. *substituerant.*

(o) *Reuocandum.* MS. G. *reuocandos.*

De parentibus qui filios suos distraxerint (a) *per necessitatem, & ne ingenui Barbaris venundentur, neque ad transmarina ducantur.* Tit. XI.

1. Impp. Valent. A. Aëtio Patritio. (b)

Cum diebus omnibus & momentis, studium Celsitudinis tuæ, & sollicitudinem peruigilem circa vtilitatem publicam comprobemus: etiam præsenti insinuatione monstrasti, qua nullum pateris benigna & salubri prouidentia, addictæ per necessitatem ingenuitati, præiudicium prouenire. Ostendis (c) non omnia sinistræ licere fortunæ, vt status, quem illa voluit, inopia cogente mutare, ad splendorem suum humanitatis nostræ beneficio reducatur. Notum est, proxime obscœnissimam (d) famem per totam Italiam desæuisse, coactosque homines filios & parentes vendere, vt discrimen instantis mortis effugerent. Tantum vnicuique miseranda macies, & letalis pereuntium pallor extorsit, vt totius, quem natura concessit, amoris obliti, alienare suos pietatis genus putarent: nihil est enim, ad quod non desperatio salutis impellat. Nil turpe, nil vetitum credit esuries. (e) Sola cura est, vt qualicunque sorte viuatur. Sed iniquum iudicio ideo libertatem perire, quia vita non perit, & agi horrore vilissimæ seruitutis, vt exitium pudeat (f) euasisse. Cui non ingenuo mori satius est, quam iugum seruile perferre? Illa sunt dulcia, quæ præstita non deformant, quæ accepisse delectet, quibus vti non turpe sit. Dici beneficium non potest, si pereat quod seruis pro summa remuneratione præstatur. Igitur libero statui, cui specialiter sapientissimi conditores iuris, legesque voluerunt esse consultum, nullum præiudicium patior irrogari: renouans statuta maiorum, Venditionem censeo submoueri, quam prædicta fames de ingenuis fieri persuasit. Ita sane, vt emptor pretium sub quintæ adiectione recipiat, hoc est, vt quinto solido vnus addatur: decem, duo: similiter crescente numero, quancumque summam (g) venditio facta designat. Ita fit, vt neque illum rebus adflictis ac desperatis emisse pœniteat, quia amplius (h) recipiat, quam ad pretium dederat: nec pereat sub tanta clade distracta libertas. Si quis sane Barbaris venditionem prohibitam fecerit, vel emptum ingenuum ad transmarina transtulerit, sciat se sex auri vncias fisci viribus illaturum. Quam saluberrimam legem Aëti Parens Karissime AA. (i) inlustris & præcelsa Magnificentia tua notitiæ omnium propositis vulgabit edictis. Dat. pridie Kal. Feb. Romæ, Adelphio v. c. (k) cons. 451.

Interpretatio. *Hoc præcepit hæc lex: Quicunque ingenui filios suos in qualibet necessitate, seu famis tempore vendiderint, ipsa necessitate compulsi, emptor si V. solidis emit, sex recipiat, si decem, duodecim solidos similiter recipiat, aut si amplius, secundum suprascriptam rationem augmentum pretii consequatur. Nam si huiusmodi personas aliquis aut ad extraneas gentes, aut transmarina loca transferre, aut venundare præsumpserit, ipse qui hoc contra statuta præsumpserit VI. auri vncias fisco se nouerit illaturum.*

(a) *Distraxerint.* MS. W. *distraxerunt.* MS. G. *distrabunt.* Pertinent ad hanc Nouellam titulus 8. lib. 5. *De his, qui sanguinolentos emptos acceperint:* tit. 27. lib. 11. *De alimentis quæ inopes parentes de publico petere debent.* titulus 3. lib. 3. *De patribus, qui filios distraxerunt*, vbi consule *Commentarium.* Licebat enim filios, extremæ necessitatis, imo fiscalis debiti caussa vendere, vt probant Libanii & Hieronymi loca, quæ adduxit Gothofredvs *ad leg. vn. de patrib. qui fil.* Venditi tamen filii non perdebant ingenuitatem, neque serui fiebant, sed seruire tantum dicebantur, & variis modis recuperare poterant amissam libertatem. Constantinvs M. *l. vn. de his qui sanguinol.* voluit, vt aut restitueretur pretium, aut aliud offerretur mancipium, quam legem *Iustinianus* recepit in Codicem suum *titulo de patribus qui filios distraxerunt*, neglecta hac *Valentiniani*, licet longe recentiore, constitutione. Theodosivs M. *d. l. vn. de patrib. qui fil.* nulla pretii ratione habita constituit, ingenuo satis esse, vt ad libertatem prouocare posset, si vel minimi temporis seruitium ei, a quo emptus fuerat, præstitérit. Tandem Valentiniano Ivn. hac nouella placuit, vt emptor pretium, sub quinta adiectione reciperet, hoc est, vt quinto solido vnus adiiciatur, decem duo, *vt neque emptorem rebus afflictis ac desperatis emisse pœniteat, quia amplius recipiat, quam ad pretium dederat: neque pereat distracta libertas.*

(b) *Aetio Patricio.* De eo dixi *ad Nouell. 24. de Episcopor. ordinat.*

(c) *Ostendis.* MS. G. *ostendens.* Optima lectio.

(d) *Obscœnissimam.* MS. G. *obstinatissimam.*

(e) *Esuries.* MSS. & impressi omnes, *esuriens.*

(f) *Pudeat.* Sichard. *puderet.*

(g) *Quam-*

(g) *Quamcunque summam.* In Codice, quem CVIACIVS consuluit, scriptum fuit, *quantumcunque summa.* In MS. W. est, *quamcunque summa.*

(h) *Quia amplius.* In impressis est, *qui amplius.* Male MS. W. *quis amplius recipit.*

(i) *Parens Kar. AA.* MS. W. *Pater K. AA.* MS. G. & Sichard. *Praefecte charissime.* Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *Parens Kar. atque amantissime.*

(k) *Adelphio V. C.* MS. W. *Aetio V. C.* MS. G. *Aethio victissimo Cons.*

De Episcopali iudicio, & diuersis negotiis, & ne quis clericus inuitus ordinetur. (a) *Tit. XII.*

I. Imp. VALENT. A. Firmino PF. P. (b) & Patritio.

De Episcopali iudicio diuersorum sæpe causatio est. Ne vlterius querela procedat, necesse est præsenti lege sanciri. Itaque cum inter Clericos iurgium (c) vertitur, & ipsis litigatoribus conuenit, habeat Episcopus licentiam iudicandi: præeunte tamen vinculo compromissi. Quod & laicis, si consentiant, auctoritas nostra permittit. Aliter eos Iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, condicione præcedat. Quoniam constat Episcopos & Presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, secundum Arcadii & Honorii Diualia constituta, (d) quæ Theodosianum corpus ostendit, præter religionem, posse cognoscere. Si ambo eiusdem officii litigatores nolint, vel alteruter, agant (e) publicis legibus & iure communi. Si vero petitor laicus, seu in ciuili, seu criminali (f) causa, cuiuslibet loci Clericum (g) aduersarium suum, si id magis eligat, per auctoritatem legitimam in publico iudicio respondere conpellat. Quam formam etiam circa (h) Episcoporum personam obseruari oportere censemus. Vt si in huiuscemodi (i) ordinis homines actionem persuasionis (k) & atrocium iniuriarum dirigi necesse fuerit, per Procuratorem solemniter ordinatum apud Iudicem publicum, inter leges & iura confligant: iudicati exitu ad mandatores sine dubio reuersuro. Quod hiis religionis & sacerdotii veneratione permittimus. Nam notum est, procurationem (l) in criminalibus negotiis non posse concedi. Sed vt sit vlla discretio meritorum, Episcopis & Presbyteris tantum, id oportet impendi. In reliquis negotiis criminalibus, iuxta legum ordinem, per se iudicium subire coguntur. (m) Si ab executore conuenti, parere detrectent, seruato iuris ordine sententia teneat contumaces. In Clerico petitore consequens erit, vt secundum leges pulsati forum sequatur, si vt dictum est, aduersarius suus ad Episcopi vel Presbyteri audientiam non præstat adsensum. Pœna defensoribus negotii, qui in eodem extraordinario iudicio adfuerint atque egerint, huiusmodi constituta, vt Causidicum (n) officii amissio, iurisconsultum existimationis & interdictæ ciuitatis damna percellant. Nullus originarius, inquilinus, (o) seruus vel colonus, ad clericale munus accedat, neque monachis & monasteriis adgregetur, vt vinculum debitæ condicionis euadat: non corporatus (p) vrbis Romæ, vel cuiuslibet vrbis alterius, non curialis, non Exprimario, (q) non aurarius quiuis (r) collegiatus seuir (s) aut publicus seruus. Iubemus, vt Clerici nihil prorsus negotiationis exerceant. (t) Si velint negotiari, sciant se Iudicibus subditos, Clericorum priuilegio non muniri. Defensores Ecclesiæ de expressis vrbium ministeriis (v) non liceat ordinari, acquiescentes huic officio, rerum suarum amissio comitetur: quas Curiæ vel corpori suo præcipimus applicari. Si custodire hæc & exequi neglexerint Iudices competentes, (x) facultatibus suis & status priuilegiis exuantur, primoribus officii capitali discrimine constituto, ipsis nihilominus a tali officio repellendis, vt ab vrbis suæ competentibus obsequiis non recedant. Hi autem, qui intra decennium transactum a die latæ huius legis Diaconi (y) ordinati sunt, Suffectos pro se dare debebunt. Si non habent vnde sibi hac ratione prospiciant, ipsi ad nexum proprium reducantur. (z) Ceteris inferioris gradus ad competentia ministeria retrahendis: exceptis Episcopis atque presbyteris: seruatis tamen quæ de patrimonio talium personarum legum præcedentium statuta sanxerunt. Originarii sane vel serui, qui iugum natalium declinantes, ad Ecclesiasticum se ordinem transtulerunt

exceptis Epiſcopis, vt dictum eſt, & presbyteris, ad dominorum iura redeant, ſi non in eodem officio annum triceſimum compleuerunt. Ita vt huius condicionis Diaconus, domino pro ſe vicarium reddat, omni pariter peculio reſtituto. Circa quem nihilominus ſi copia vicarii dandi non ſuppetat, quæ de miniſteriis vrbium ſuperius ſunt ſtatuta, ſeruentur. Vniuerſis Clericis, præter Eccleſiaſticos actus nihil omnino cum aliis cauſis (a) decet eſſe commune. Nec cum locis iuris publici, quæ quaſi deſtituta plerumque, & non neceſſaria, elicitis ſupplicationibus, velut ad vſum quendam religionis euertunt, pœna XX. auri librarum ſcriniorum proximis interpoſita, ſi aditus huic ſupplicationi fuerit attributus. Oportunum duximus, occaſione legis, ea de ſucceſſione decernere, quæ anterioribus conſtitutis non ſint (b) euidenter expreſſa. Itaque ſi vir ſine liberis, vxore ſuperſtite moriatur, ſponſalium, quæ mulier accepit obeuntis, patri matriue mediam reſtituat portionem, ſibi reſiduam reſeruatura. (c) Si deſint perſonæ quas loquimur, ipſi vniuerſa proficiant pro pudore percepta, (d) quæ non extantibus tam caris religioſiſque nominibus, imminui non oportet. Similis erit de dote condicio, quam dari præſentis oraculi decernit auctoritas, vt ſi nullis interpoſitis condicionibus viro fuerit attributa, quæ lucratiua eſſe poteſt, vxoriæ mortis euentu, patri matriue defunctæ maritus acceptæ dotis mediam reſtituat quantitatem. Pars vero feminæ tanta dari debebit, quantam in (e) ſponſalibus maritus intulerit: vt dantis & accipientis ſit æqua conditio, ne placita futuraque coniunctio, vni lucrum, alteri faciat detrimentum. Muliere in matrimonio inteſtata deficiente, ſuperſtitibus filiis derelictis, pater vſusfructus totius patrimonii habeat poteſtatem, vsque ad viceſimum filiorum ætatis annum: poſt medietatem reſtituat filio filiæve, ſibi in diem vitæ ſuæ medietate detenta. Si expleto filiorum viceſimo anno medietatem portionis ſuæ vnicuique dare noluerit, ſoboli quæ medietatem ex bonis maternis a patre non fuerit conſecuta, poſt obitum patris a ſucceſſoribus æſtimatione habita iubemus exſolui, vt quod in familia quis conſtitutus amiſit, futura ſaltem compenſetur ætate. In ipſorum autem matrimoniorum reuerentia & vinculo, ne paſſim & temere deſerantur, antiquata nouella lege, (f) quæ ſolui coniugia ſola contraria voluntate permiſerat, ea quæ a Diuo patre noſtro Conſtantio (g) decreta ſunt intemerata ſeruentur. Tricennali temporum definitione concludi ea præcipimus, quæ perpetuis aut infinitis ſeculis ſeruabuntur: exceptis Afrorum negotiis, qui ſe probauerint neceſſitatem Vandalicam pertuliſſe: vt de eorum (h) cauſis illa tempora præfixo tricennio ſubtrahantur, quæ claruerit ſub hoſtilitate conſumpta. Ceterum alia intra expreſſa metarum ſuarum cenſemus ſpatia contineri. Sane ſicut non cœptam intra tricennium quamlibet cauſam vetuimus (i) inchoari, ita quæ conteſtatæ litis ſumpſit exordium, excepto priuilegio pupillaris ætatis, quod Diuæ memoriæ patris noſtri Theodoſii lege (k) conceſſum eſt, intra eadem tempora terminetur: niſi forte poſt viceſimum quintum annum, ex quo (l) competere actio cœperat, conteſtata lis fuerit. Cui ſi is caſus eueniat, emenſo hoc tricennio quod ſtatutum eſt, aliud quinquennium (m) prorogamus, intra quod debeant (n) negotia vniuerſa conſumi: ne a malitioſis ingeniis calumniando legem priorem conteſtatis litibus, aliud tricennium vindicetur. Abunde enim ſufficiet quinquennii adiectio: qua euoluta, nulli penitus actioni copia tribuetur. Quæ autem intra viceſimum quintum annum conteſtata lis fuerit, ſtatuto tricennio modis omnibus conſumatur. Petitorem iubemus, poſtquam edito actionis genere aduerſarium ſuum tenuit, & ad reſpondendum coëgit, propoſitæ litis probationibus imminere: quoniam ad damnoſam iudicii obſeruationem quenquam prius non debet vllus attrahere, quam omnia documenta præpararit, quibus exhibitum, in diſceptatione conuincat. Quod & ſcitis veterum Principum continetur. (o) Alias, ſi quis ad iudicium quem venire compulerit, & eodem in officio, vel fideiuſſionis vinculo (p) conſtituto, non vrgueat, quo intra quatuor menſes inſtitutas peragat actiones, & conſtiterit Iudicem cauſas alias cognouiſſe, petitor, qui ſecretarium ſuo vitio noluit introire, ſumptus expenſaſque reſtituat: quoniam actoris tergiuerſationem eſſe non conuenit impunitam. Pulſatus, hiis recuperatis, ab obſeruationis neceſſitate, integro petitoris negotio, liber abſcedat. Quod ſi pulſatus quis adeſſe neglexerit, euocatus ſecundum ordinem iuris, ſententiam excipiat contumacis. Exhibitus ſane ſi de ſolo (q) pulſa-

tus

tus fuerit, cessante fideiussionis necessitate, periculo negotii, obseruationem se subiturum promittat. In pecuniariis autem causis, non nisi pro quantitate debiti, quod fuerit postulatum, præsentiæ suæ fideiussorem dabit, (r) si maluerit subire conflictum, si tamen eum in hiis locis, in quibus pulsatus fuerit, patrimonium petitæ summæ conueniens, constiterit non habere. Si quis a suspecto Iudice inlustri viro, Præfecto vrbis Romæ, propter aliquas domesticas & priuatas simultates vocem appellationis emiserit, apud successorem eius sequentem, mox quas ante timuit exerat actiones: vt relationibus, (s) difficultatum ac morarum, quas intercedere ad respondendum nolumus (t) necessitas auferatur. Nec quisquam prouocet a præfato Cognitore in causa cuius meritum intra centum solidos continetur. (v) Si forte duorum prædiorum vnus dominus atque possessor ex referto originariis & colonis agro, ad alterum rus aliquos homines propria voluntate & ordinatione transtulerit, ita id maneat, vt siue venditione, seu donatione, seu quolibet alio modo, ad diuersos dominos res vtraque peruenerit, translatos originis iure & titulo (x) reuocari non liceat. Indecorum est, auctoris facta conuelli, quæ pro consilio suo & tractatu necessaria iudicauit. Cum magis deceat ad eius (y) reuerentiam, quæ illi visa sunt, inuiolata seruari. Quod autem (z) antehac promulgata lege (a) censuimus, amissæ temporibus originariæ sobolem priori domino non perire, id in argumentum trahi aperta definitione prohibemus. Scilicet vt secundum legem ad Palladium datam, (b) sobolem diuidi censeamus, quæ de originario suscepta fuerit alieno. Firmine Parens Karissime AA. (c) Quare inlustris & præcelsa Magnificentia tua hanc saluberrimam edictalem legem, etiam pendentibus in foro negotiis profuturam, propositis vulgabit edictis: vt quanta nobis disponendæ quietis publicæ cura sit, omnibus innotescat. Dat. XVII. Kal. Maii, Romæ, Herculano V. C. CONS. (452.)

INTERPRETATIO. *Lex ista de diuersis rebus multa constituit: sed inprimis de clericis quod dictum est, vt nisi per compromissi vinculum iudicium Episcopale non adeant, posteriori lege Maioriani abrogatum est. De reliquis præcepit, vt si quis laicus Clericum siue in ciuili, seu in criminali negotio per auctoritatem Iudicis ad publicum prouocauerit, pulsatus sine dilatione respondeat. Episcopi etiam siue pro peruasione rei alicuius, siue pro quibuscunque grauibus iniuriis ad iudicium fuerint prouocati, licet in criminalibus causis per alium nulli liceat respondere, Episcopis tamen & presbyteris hac lege præstatur, vt in talibus causis misso Procuratore respondeant, sine dubio vt ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus causis, vbi de scelere persona conuincenda est, suam in iudicio præsentiam exhibere procurent. Quod si tertio conuenti per executorem, ad iudicium venire noluerint, sententiam excipiant contumacis. Clericus si aliquem lite pulsauerit, in foro illius quem ad* (d) *iudicium prouocat, audiatur: si tamen pulsatus non acquieuerit ad Episcopi vel presbyteri venire iudicium. Quod si aliud fecerit ille qui pulsat, defensores causæ ipsius taliter notari præcepit, vt ab omni officio & prosecutione causarum habeantur extranei. Nullum etiam originarium, inquilinum, seruum,* (e) *siue colonum ad clericatus officium iubet accedere, neque in monasteriis recipi, ne per hanc occasionem debitam condicionem possint euadere. Nam nec corporatus ciuitatis alicuius, qui publicum seruitium debet, nec Curialis nec collegiatus Clericus esse præsumat. Clericos quoque præcepit, vt negotiationes nullatenus exercere præsumant: quod si fecerint, velut alii negotiatores, a Iudicibus emendentur. De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem Ecclesiæ lex ista constituit. Quod si quis ex Curia adquieuerit, vt fiat defensor Ecclesiæ, nouerit res suas omnes Curiæ, aut illi corpori vnde discesserat applicandas, & se ad seruitium ciuitatis in suo corpore reuocandum. Nam & Iudicem, & officium eius prouinciæ, si eos non reuocauerint, graui, sicut ipsa lex loquitur, dicit pœna feriendos. Diaconis, qui ex Curialibus, vel ex quolibet corpore publico facti sunt, præcepit, vt pro se ad agenda, quæ vtilitati publicæ debentur, Suffectos dare debeant. Quod si non dederint, ipsi ad condicionem debitam reuocentur. Nam Episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi, nisi tantum, vt de patrimoniis suis, quæ sunt Maioriani lege constituta, euidenter obseruent. Originarios vero vel seruos, qui ad honorem Ecclesiasticum adspirauerint, debere intra XXX. annos a dominis reuocari. Ita tamen, vt diaconus pro se vicarium, si habuerit, reddat, & omne peculium suum dominus eius vsurpet. Quod si vicarium*

rium non habuerit unde reddat, ipse ad condicionem propriam reuocetur. Nam omnes Clericos iubet, vt nullas alias causas, præter actus (f) *tantum Ecclesiasticos agant, & vt publica loca pro Ecclesiarum reparatione non destruant. De successione quoque hoc specialiter credidit inserendum, vt si vir vxore viua moriatur, & filios non habeat, sed aut patrem, aut matrem dimittat, de sponsalitia donatione quam fecit, medietatem sibi vxor vendicet, medietatem* (g) *patri aut matri defuncti mariti, qui superstes eorum fuerit, sine difficultate restituat. Quod etiamsi vxori talis casus euenerit, de dote quam ab vxore maritus accepit, simili ratione, id est, medietatem parentibus, aut si vnus eorum superstes fuerit, se nouerit redditurum. Quod si nec parentes superstites fuerint, nec filii, persona coniugis quæ altero superuixerit, & dotem, & donationem sibi iure perpetuo vindicabit. Ita vt faciendi de hiis, quicquid voluerit, habeat liberam potestatem. Mulier vero, quæ filium derelinquet,* (h) *si marito superstite intestata defecerit, maritus eius, hoc est pater eorum, facultates ab vxore dimissas pro vsufructu in sua habeat potestate: Ita vt cum vnusquisque filiorum ad vicesimum ætatis suæ annum peruenerit, medietatem portionis suæ sine dilatione percipiat,* (i) *& medietatem sibi pater in diem vitæ suæ ad vsumfructum retineat. Quod si alicui transacto vicesimo anno medietatem portionis suæ dare noluerit, fructus eius medietatis, quam daturus erat, post mortem patris filius de paterna hereditate a successoribus eius habita æstimatione recipiat, quos patri exigere pro sua potestate non valuit. De diuortiis vero inter coniuges, sublata Nouella lege, quæ sunt a Diuo Constantio ordinata præcepit obseruari. Tricennalem vero legem in omnibus negotiis ita iubet euidentius custodiri, vt omnia tempora, quæ in infinitum negotia extendebant: quia diuersi in quadraginta annos, diuersi Iurisconsultores de aliquibus rebus perpetuam fecerant actionem: specialiter censuit,* (k) *vt omnia de omnibus causis infra* (l) *XXX. annorum curricula concludantur, præter, sicut de postliminio dictum est, vt illi anni saluo tricennio captiuis imputari non debeant, in quibus hostium dominatione detenti sunt. Quæ tamen lex tricennalis, sicut illa tempora ad XXX. annos reuocat, quæ amplius lites fecerant propagari, ita reliqua, quæ infra XXX. annos suis quibusque locis euidenter iussa sunt obseruari, in omnibus præcipit custodiri. Nam etiamsi lis infra tricennium inchoata fuerit, & non definita, quasi nec incepta fuerit habeatur extincta: Excepta pupillari causa, quibus pro ætatis fragilitate, sicut lex Diui Theodosii continet: constat esse consultum: vt ea tempora in tricennio non imputentur, in quibus minores sub tutorum iubentur potestate consistere. A quibus tamen, si post XXV. annum, ex eo quo competere actio cœperat, lis fuerit contestata, quintum tantum annum supra tricennium pupillis iubet augeri. Ita vt completis XXX. & quinque annis, sicut reliquorum causæ infra XXX. annos, ita & eorum infra XXX. & quinque spatium concludantur. Pupillorum vero causæ vel lites, quæ, antequam ad XXV.* (m) *annum perueniant, contestatæ fuisse probantur, intra tricennium sine adiectione quinquennii modis omnibus consumantur. De petitoribus vero constitutum est, vt si petitor aduersarium suum pulsatum in iudicio deferre voluerit: quem aut sub fideiussione, aut cautione fecit adduci, & non festinet infra quatuor menses, in quibus tamen Iudex ad audiendas reliquas causas vacare cognoscitur,* (n) *vt actionem quam proposuit debeat expedire. Ille, quem compulit ad audientiam, obseruare sumptus & expensas litis a petitore recipiat,* (o) *& liber abscedat: Salua tamen integritate negotii illius petitoris, qui ad præsens pro tarditate sumptuum vel expensarum damna sustinuit. Nam si quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post trinam* (p) *conuentionem sciat se contumacis sententiam subiturum: id est, vt quicquid si adfuisset in iudicio addicendus erat, petenti litigatori quasi victus exoluat. Quicunque autem siue de domo, vel de agro fuerit pulsatus, sine fideiussione alicuius caueat adfuturum se esse in iudicio. Nam si pecuniam quis ab eo repetit, & fideiussionem pro quantitate pecuniæ, vnde pulsatur, dare debet, si de hoc debito voluerit parare conflictum; tunc tamen ab eo fideiussor requiri non debebit, quando pulsatus in his locis, in quibus audientia est, non minoris debiti ipsius possessiones habere probatur. Si quis iudicem pro quibuscunque causis aduersum sibi* (q) *senserit, aut habuerit fortasse* (r) *suspectum, vocem appellationis exhibeat, vt cum ei successum fuerit, integro negotio apud alium Iudicem amotis dilationibus possit audiri. In ea vero causa, iudiciariæ potestati, id est, inlustri appellari non debet, in qua vsque ad centum solidos fuerit iudicatum. Si quis dominus duorum fuerit prædiorum, & de vna pos-*

ses-

ſeſſione ad aliam, quæ iuris ſui eſt, mancipia originaria vel colonaria transtulerit, & ad diuerſos dominos fundus vterque peruenerit, nihil contra ordinationem domini prioris aliunde translatis mancipiis repetere aut pulſare præſumat, ſed cui aut venditus, aut donatus, aut dimiſſus ager fuerit in eo eum ſtatu poſſideat, in quo ab auctore conſtat fuiſſe dimiſſum. De colonarum vero agnatione id remota ambiguitate (s) *conſtat eſſe præceptum, vt ſecundum legem, quæ ad Palladium data eſt de colono & colona, inter duos dominos diuidatur agnatio, id eſt, vt coloni dominus duas partes filiorum, tertiam* (t) *colonæ dominus ſibi debeat vindicare. Quæ vero actiones perpetuæ fuerint, & ad tricennium reuocatæ ſunt placuit adnecti, id eſt, hæreditatis petitio, ſi tamen ab auctore cui competebat fuerit inchoata, finalis actio, homicidii, furti, tutelæ geſtæ, de fugitiuis, de Curialibus, vel de collegiatis reuocandis, empti, venditi, locati & conducti, negociorum geſtorum, mandati, pro ſocio.*

(a) De *Epiſcopali iudicio* eſt *titulus* ſubdititius in fine *libri XVI. Cod. Theodoſ.* ad quem multa attulit GOTHOFREDVS, quæ faciunt ad huius nouellæ elucidationem. Scripta quoque eſt *de epiſcopali iudicio Nouella* MAIORIANI 2. qua quædam huius conſtitutionis capita emendata & abrogata ſunt. Sed ea integra non extat, illamque tantum eius partem hodie habemus, quæ erat *de re neceſſaria ad locum*, de inuitorum clericorum ordinatione, vt & inſcriptio & Interpres, teſtantur. BARONIVS *in Annal. ad an.* 452. iraſcitur *Valentiniano* ob hanc Nouellam editam, in eamque opinionem adductus eſt, vt putet, vltum eſſe diuinum Numen indignum Chriſtiano Principe factum, & *Attilam* immiſiſſe Italiæ, vti grauiſſimo damno experiretur *Valentinianus*, nefas eſſe inſurgere in eccleſiarum iura. En ipſa BARONII verba: *Hoc quidem anno*, inquit, *decimo ſeptimo Kalendas Maii, Valentinianus Imp. indignam plane chriſtiano Principe edidit ſanctionem, qua abſtulit iudiciale Epiſcoporum tribunal: ius enim dicere eos vetuit, niſi partes ex conſenſu apud aliquem Epiſcoporum ſponte agere delegiſſent; nullamque voluit eſſe clericis fori exceptionem, omne adimens iudicium eccleſiaſticum, niſi in his, quæ ad religionem pertinent, iudicandis. Sed & vetuit curiales clericos ordinari, vel monachos fieri, ſimiliter & originarios inquilinos, colonos & ſeruos. Hæc quidem Valentinianus turpiter Romæ promulgat: ſed quam inique & impie, lata a ſucceſſore Maioriano his contraria ſanctio demonſtrauit. At putasne, lector, iſta adeo impia & temeraria absque vltione a Deo præterita?* At eadem ratione poterat vituperare *Conſtantinum M. Arcadium, Honorium*, Imperatores, quorum leges in eandem ſententiam ſcriptas, protulit GOTHOFREDVS *in Commentar.* ad laudatum titulum *de epiſcopal. iud.* & ad quas paſſim prouocaui in obſeruationibus.

(b) *Firmino PF. P.* De eo dixi *ad Nouell. 39. inter Theodoſ.*

(c) *Iurgium.* Intellige litem & controuerſiam ciuilem: nam cauſſas eccleſiaſticas, vt & delicta clericorum contra diſciplinam eccleſiaſticam admiſſa, proprie ad iudicium epiſcopale pertinuiſſe, non tantum docent *Can. 6. Concil. Conſtant. pag. 811. Tom. I. Concil. Harduin. l. 23. de Epiſcopis, l. 1. de religione*, ſed & Patrum teſtimonia, quæ collegit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad d. l. 23.* Sed cauſæ ciuiles clericorum pertinebant ad Iudices ſeculares, quod manifeſtum eſt ex *lege 1. de religione*, quam paullo poſt laudat Valentinianus. Eam *Honorius* A. D. 399. promulgauit, quo omnes intelligere poſſent, quænam cauſæ ad forum eccleſiaſticum eſſent adducendæ. Verba legis hæc ſunt: *Quotiens de religione agitur, Epiſcopos conuenit iudicare: ceteras vero cauſas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.* Cum vero ex CONSTANTINI M. priuilegio, quod SOZOMENVS recitat *hiſt. eccleſ. lib. I. c. 9.* liceret Epiſcopis, *conſenſu vtriusque partis*, inter priuatos de cauſis ciuilibus cognoſcere, ii iure quaſi ſuo poſtea temporis cognitionem ſibi, non tantum in cauſis clericorum ciuilibus, ſed & priuatorum reliquorum, licet refragante altera parte, vindicare voluerunt. Ait SOZOMENVS *d. l.* τῶν Ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις ἢν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι: *Iudicio contendentibus poteſtatem fecit, Epiſcoporum iudicium inuocare, neglectis* SI VELLENT, *ciuilibus magiſtratibus.* L. 7. Cod. Iuſt. de Epiſcopal. audient. ARCADIVS *Imp.* conſtituit, EX CONSENSV priuatos *apud ſacræ legis Antiſtitem litigare ipſumque* ARBITRI *more, ſponte reſidere poſſe in iudicio.* Et HONORIVS l. 8. cod. tit. pronuntiat, *ratum eſſe Epiſcopale iudicium omnibus, qui ſe audiri a ſacerdotibus* ELEGERINT. MARCIANVS l. 13. d. t. VOLENTIBVS, inquit, *pateat Epiſcopale iudicium, ac nullus ad religioſiſſimum Antiſtitem ducatur* INVITVS. Igitur Valentinianus ſequens Anteceſſorum ſtatuta, cum de epiſcopali iudicio videret frequentes eſſe exortas querelas, ſanxit hac conſtitutione, Epiſcopos in cauſis ciuilibus clericorum & laicorum, iudicium vindicare ſibi non poſſe, niſi conſentiente vtraque parte & præeunte vinculo compromiſſi. Quod vero ad clericos attinet, mutatum eſſe id ius a Maioriano *nouella* ſua *de epiſcopali iudic.* ſcribit Interpres ad hanc legem, *initio interpretationis: Sed inprimis de clericis quod dictum eſt, vt niſi per compromiſſi vinculum iudicium epiſcopale non adeant, poſteriore lege Maioriani abrogatum eſt.* Et licet ea pars nouellæ ad nos non peruenerit librariorum negligentia temporisque iniuria, vt iudicare certius poſſimus, ſcimus tamen ex CASSIODORO *Var. VIII. 24.* Athalaricum Oſtro-Gothorum Regem clero eccleſiæ Romanæ id dediſſe priuilegium, *vt ſi quispiam ad romanum clerum aliquem pertinentem, in qualibet cauſſa probabili crediderit actione pulſandum, ad beatiſſimi Papæ iudicium prius conueniat audiendus. Vt aut ipſe inter vtrosque more ſuæ ſanctitatis cognoſcat, aut cauſam deleget æquitatis ſtudio terminandam; & ſi forte, quod credi nefas eſt, competens deſiderium fuerit petitoris eluſum, tunc ad ſecularia fora iurgaturus occurrat, quando ſuas petitiones probauerit a ſupradictæ ſedis Præſule fuiſſe contemptas.* Sequiore ætate clerum epiſcopale tantum agnouiſſe iudicium, frequentiſſima docent *Capitularium Regum Francorum* loca.

(d) *Conſtituta.* Intelligit laudatam *l. 1. de religione.* Vide *ibi Commentar.*

(e) *Agant.* MS. G. Edit. Sich. Lugd. Gothofr. *agunt.*

(f) *Criminali.* MS. W. *in criminali.*

(g) *Clericum.* MS. W. *curiarum.* MS. G. *curialium.*

(h) *Circa.* Abest hæc vox a MSS. W. G. & Ed. Sichard.

(i) *Huiuscemodi.* MS. W. *huiusce.*

(k) *Peruasionis.* MS. G. *praeuaricationis.* Peruasio, est inuasio, spoliatio. *L. 6. de denunciat. Momentaria possessio peruasione violata.*

(l) *Procurationem.* MSS. W. G. *procuratorem.*

(m) *Coguntur.* MS. W. G. *cogantur.*

(n) *Caussidicum.* Obserua *Caussidicum* a *Iureconsulto* separari & diuersis coerceri pœnis. *Caussidicus* est Aduocatus, qui erat in numero, quique ideo officii amissione plectitur. *Iureconsultus*, qui a magistratibus in consilium adhibebatur, & respondebat de iure. Hinc supra dicitur, *iudicio adfuerint atque egerint.* *Adest* enim iudicio Iurisconsultus, *agit* caussidicus. Consule *Commentar.* GOTHOFREDI *ad leg. 9. de iurisdict.* vbi de pœnis, quibus coerciti sunt Aduocati, quædam notauit. In MSS. W. G. & Edit. Sichard. legitur, *Iurisconsultum æstimationis*, legendumque censebat SICHARDVS, *Iurisconsultorum æstimatione*, mala coniectura.

(o) *Originarius inquilinus.* De his vide *Paratitlon tituli de fugitiuis colonis*, & quæ obseruaui *ad Nouell. 9. de colon.*

(p) *Corporatus V. R.* De *corporatis vrbis Rom.* vide *Nouell. 26. inter Theodos.* vbi dixi. Ea nouella iam anno 445. statuit Valentinianus, vt, qui ex *corporatis* Vrbis Romæ, ad clericale munus accessissent, corpori restituerentur, ne vrbs fraudaretur ministerio. Fuerunt & *corporati* in prouinciis, quod præter hanc nouellam, docent infra *Nouell 2.* Seueri *de corporat. l. 2. de collegiat.* ac plures, quas collegit GOTHOFREDVS *in Paratitlo de priuileg. corporat. vrb. Rom.*

(q) *Exprimario.* MS. W. *exprimarius.* Legendum hic *ex Primario.* *Primarii* sunt primi ordinis curialis, & separantur a reliquis *curialibus*, quod obseruabis in *Paratitlo de decurion. pag. 356. Tom. IV.* fruebanturque singularibus priuilegiis ob bene administratam rempublicam, peractosque diuturnos labores, *Lex 39. de decurion. Cuncti primarii & curiales.* PROCOPIVS *in Anecd. c. 29.* appellat, τὰ πρωτεῖα ἔχοντες. AVSONIVS *Mosell. v. 402. Summos municipum proceres.*

(r) *Aurarius quiuis.* MSS. W. G. & quos consuluit CVIACIVS, *aurarius ciuis.* Edit. Sich. Lugd. Rittersh. Gothofr. *aurarius cuius.* Probo lectionem receptam. Intelligendus enim est *susceptor aurarius*, qui & ipse ex ordine curialium eligi solebat, ad aurum largitionale suscipiendum aut colligendum, de quo vide *Paratitlon de susceptorib.* & *legem 173. de decurionib. l. 14. de exactionib.*

(s) *Collegiatus fuit.* MSS. & impressi omnes, *collegiatus fit vir.* CVIACIVS obseruat Codices alios habuisse, *collegiatus seruilis*, &, *collegiatus seu libertus.* Forte legendum, *collegiatus ciuitatis publicus seruus.* *Collegiati* enim ciuitatibus suis, quibus erant adscripti, ministerium, obsequium, operam manuariam, præstabant, erantque ex vilissimo hominum genere, vt ex ISIDORO *Origin. lib. IX. cap. 4.* discimus. Miseram eorum conditionem, præter *legem I. de collegiat.* intelligimus ex *Edicto* THEODORICI, *cap. 64. Si hoc implere non potuerit, cæsus districtissime fustibus vicinæ ciuitatis collegio deputetur.* Adde *cap. 69.* GOTHOFREDVM *ad leg. cit. 1.* DV FRESNE *in Glossar.* & BRISSON. *de V. S.*

(t) *Exerceant.* Hæc illustrat *Commentarius* GOTHOFREDI *ad legem 8. de Episcop.*

(v) *Ministeria.* *Ministeria* proprie sunt functiones corporatorum, sed hoc loco per *ministeria* vrbium intelligendi sunt ipsi corporati vrbis Romæ, & aliarum in prouinciis ciuitatum. Vide *not. e. ad Nouell. 26. inter Theodos.* Vidit hoc quoque interpres ad *hanc nouell.* ibi: *De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem ecclesiæ lex ista constituit.*

(x) *Competentes.* Male MSS. W. G. *consentientes.*

(y) *Diaconi.* MSS. W. G. & Edit. Sichard. *Diacones.* Vid. *not. d. ad Nouell. 26. inter Theodos.*

(x) *Reducantur.* MS. G. *ad necessaria propria reuocantur.*

(a) *Aliis causis.* Congruit *l. 41. Cod. Iust. de Episcop. & cler.* & *l. 23. Cod. eod. de testament.* *Absurdum etenim clericis est, imo etiam opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum esse forensium.*

(b) *Sint.* MS. W. *sunt.*

(c) *Reseruatura.* MS. W. *seruatura.*

(d) *Pro pudore percepta.* Absunt hæc verba a MS. G.

(e) *In.* Abest vocula a MSS. W. G.

(f) *Nouella lege.* Intelligit *Nouellam* Theodosii *17. de repudiis*, qua repudia secundum veteres leges & Responsa Prudentum, mittenda esse, statutum est. Igitur secundum eam Nouellam coniugia *sola contraria voluntate* dissolui potuerunt. Emendauit quidem hanc nouellam ipse *Theodosius* A. D. 449. *l. 8. Cod. Iust. de repud.* Vide *not. c. ad Nouell. 17.* Lex vero illa nondum in Occidentem, vt ibi obseruaretur, sacra præceptione missa fuerat. Nouellas enim in Oriente editas misit in Occidentem Theodosius An. D. 447. & promulgauit Valentinianus in *an. 448.* Vid. *not. d. ad Nouell. 35. de confirmat. leg. Nouellar.*

(g) *Constantio.* Lege *Constantino.* Intelligit *legem Constantini I. de repud.* qua noluit, coniugia contraria voluntate dissolui posse. Vide ibi *Commentarium* GOTHOFREDI *pag. 854. Tom. I.*

(h) *Eorum.* MS. W. *horum.*

(i) *Vetuimus.* *Nouella 8.* supra *de triginta annorum præscript.* id factum est.

(k) *Lege.* *Legem* Theodosii *vn. de actionib. certo tempore finiend.* & illa ibi verba respicit: *Non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda; sed* PVPILLARI AETATE *duntaxat, quamdiu sub tutoris defensione consistit, huic eximenda sanctioni.*

(l) *Ex quo.* MS. W. G. & Sichard. *ex eo quo.* Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *ex eo quod.*

(m) *Quinquennium.* Prouocat ad hoc nouellæ caput PAPIANVS *responsor. tit. 35. in fin.* at bonus ille vir mentem Valentiniani non cepit.

(n) *Debeant.* MS. W. *debent.*

(o) *Continetur.* Vide *legem 1. & 2. de dilationibus.* Huc pertinet quoque CAII regula, *l. 42. D. de regul. iur.* *Nam qui agit, certus esse debet; cum sit in potestate eius, quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.*

(p) *Vinculo.* MS. G. Edit Sich. Lugd. Rittersh. Gothofr. *titulo.*

(q) *Solo.* Male emendat Rittershusius, *dolo.* Scribit enim interpres: *Quicunque autem siue de* DOMO, *vel* DE AGRO *fuerit pulsatus, sine fideiussione alicuius caueat adfuturum se esse in iudicio.*

(r) Dabit

(r) *Dabit.* MS. W. *det.*

(s) *Relationibus.* De *relationibus* consule *Paratitlon tit. 29. lib. 11. de relat.* Est autem relatio, consultatio, suggestio Iudicis hæsitantis, & requirentis Principis iudicium.

(t) *Nolumus.* Male Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *volumus.*

(v) *Continetur.* En prærogatiuam PV. qualem obseruabis etiam *l. 18. & 49. de appellationibus*, vbi dixit GOTHOFREDVS.

(x) *Originis iure & titulo.* MS. G. & Sichard. *& originis & iuris titulo.*

(y) *Ad eius.* MS. G. Edit. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofr. *id eius.*

(z) *Autem.* Abest hæc vox a MS. W.

(a) *Lege.* Intelligit *Nouellam 9. supra de colonis vagis*, ibi: *Si quem partum ante designatum tempus edidit, priori domino conenit non perire, &c.*

(b) *Ad Palladium datam. Legem* Honorii *un.* A. 419. ad Palladium PP. *de inquilin. & colonis*, datam, innuit.

(c) *Par. Kar. AA.* MS. W. *P. K. AA.* MS. G. & Sichard. *Præfecte chariss. Aug.* Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *Parens charissime atque amantissime.*

(d) *Ad.* In MSS. & impressis est, *in.*

(e) *Seruum.* MS. G. & Sichard. vel *seruum.*

(f) *Præter actus.* MS. W. *nisi actus.*

(g) *Medietatem.* MS. G. & Sichard. *& medietatem.*

(h) *Filium derelinquet.* MS. W. *filios dereliquit*, quod melius.

(i) *Percipiat.* MSS. W. G. Ed Sichard. Rittersh. *recipiat.*

(k) *Censuit.* MS. W. *commemorauit.*

(l) *Infra.* Bene MS. W. *intra*, quam lectionem seruat per totam interpretationem.

(m) *XXV.* Male MS. G. & impressi, *ad XXX. & V.*

(n) *Cognoscitur.* MSS. W. G. *dignoscitur.*

(o) *Recipiat.* MS. G. Ed. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofr. *accipiat.*


(p) *Trinam.* MS. W. *tertiam.*

(q) *Sibi.* MS. W. *sibi esse.*

(r) *Fortasse.* MS. W. *forte.*

(s) *Ambiguitate.* MS. W. *ambiguitate hac lege.*

(t) *Tertiam.* MS. W. *& tertiam.*



LEGVM NOVELLARVM DIVI MARTIANI A. LIBER III.

Neminem exhiberi de prouincia ad Comitatum, nisi ad relationem Iudicis, a quo fuerit appellatum.
Titulus I.

1. Impp. Valent. & MARTIANI AA. Edictum. (a)



VLTA remediorum genera, nostræ Clementiæ prouincialibus suis prospicere gestienti, & crebra cogitatio suppetit, (b) & ipse rerum vsus apportat. Nam cum venalem Iudicum ambitum radicitus amputasset, & ad res priuatas vel publicas syncerissime gubernandas, (c) homines spectandos atque consultos traxisset inuitos, (d) sciens quippe felicem fore Rempublicam, si a nolentibus, & actus publicos repulsantibus, (e) cogitanti nostræ pietati statim occurrit: quonam modo possint longi itineris interuallo, & enormibus sumptibus legitimo egentes auxilio liberari. (f) Videtis enim agmina, videtis cateruas adeuntium infinitas, non solum a finitimis prouinciis, verum extremo orbis Rom. limite confluentes, & aduersum suos aduersarios conquerentes. Quod profecto nullatenus accidisset, si in locis integritas vel seueritas Iudicum floruisset. Et ne igitur huiusmodi flagitia etiam vlterius porrigantur, ne quis desertis laribus suis, aut certe dulcibus pignoribus, per incognitas mundi partes diutius peruagetur, hoc consultissimo edicto statuendum pariter & omnibus declarandum pietas nostra decernit. Quicunque ciuilem actionem, vel certe criminalem accusationem aduersariis suis intendere moliuntur, viros clarissimos adeant prouinciarum Rectores, & expositis querimoniis, insinuatisque desideriis suis, paratissimum promptissimumque posthac subsidium iuris expectent. Illi noxiæ potentiæ, vim legum benignam opponant. Illi diuitiis integram mentem obiiciant. Non illum supercilium, (g) quod hoc tempore nullum est, terrebit: non effeminabit mentem seueram, quilibet census oblatus: sed vnicuique, non altiore suspecta, non despecta humiliore fortuna, nostræ mandatorum non immemores pietatis, & antiquo & nostro iure succurrent, & querimonias suas probantibus, aut indemnitate seruata, aut legitima vindicta consulent subsecuta. Has ergo ob causas nullum aduersarium suum a proximis vel longinquis partibus, non per sacros adfatus, non per magnificentissimorum vel inlustrium Iudicum sententias, volumus exhiberi: nisi forsitan aut propter potestatem aduersarii, (h) aut ipsius rei difficultatem, aut publici debiti molem deficiente (i) Rectore prouinciæ, spectabilis Iudicis, qui in locis, vel proximo deget, vel amplissimæ potestatis, vel aliorum maiorum Iudicum auxilium postuletur. Hiis pro commodo vestro, & pro nostri imperii humanitate dispositis, vnusquisque vestrum, cum sint in locis Iudices, legum custodes & earum peruigiles defensores, prout quisque possit sine peregrinatione sine sumptibus, super dubiis rebus, & adire Iudicem, & auxilium amicum legibus indipisci, (k) hæc quæ dicta sunt obseruare debebit. Si vero vel ab aduersario tanquam excedente prouinciale præsidium, fuerit contemptus, vel a Iudice non auditus, hocque in amplissimæ potestatis, vel alio maiore, competenti tamen examine, per relationem Iudicis contra aduersarium emissam, seu ipsum Iudicem, documentis quibusdam, neglexisse

xisse nostræ maiestatis edicta, sui periculi memor, se promiserit probaturum, tunc post indemnitatem ei legibus seruatam, etiam vindicta iuri congrua, in conuictum protinus subsequetur. Quod si appellatio apud Iudicem fuerit subsecuta, ea quæ super prouocationibus legibus antiquitus statuta sunt, diligentius modis omnibus complebuntur. Hiis additur aliud maius, quod innocentes præcipue hactenus conterebat. Nonnulli namque suis allegationibus diffidentes, vexare suos aduersarios tantummodo cupientes, non iure cum hiis sed arte pugnabant, & per sermonem fucatum & phalerata verba, (l) nonnunquam legibus ante confusis, ad aliena eos iudicia pertrahebant, (m) ita vt hinc sæpius eueniret, vt & miles in ciuili, & priuatus in militari, (n) sed sibi incongruo peregrinaretur iudicio. Ergo hanc quoque partem, ne ad læsionem nobis subiectorum, patiamur iuris & legum contemptum vlterius perdurare, hoc prouidentissimo edicto nostra Pietas censuit emendandum. Iubemus namque omnes pro priscis ac saluberrimis institutis, suos aduersarios satisfactionem forsitan differentes, in proprio, (o) non in minime competenti, fictis quibusdam occasionibus, exposcere litigatorem. Actor rei forum sequatur. Quod sine cœlesti sententia non constat esse decretum, intactum inuiolatumque seruetur, nemo a nostra Serenitate postulet: nec enim impetrabit non rescriptum, non mandatum, vel iussum quod dicunt sacrum, suos aduersarios in minime competenti iudicio respondere, maxime cum hoc tempore, quod superius dictum est, vnusquisque clarissimorum, vel spectabilium Iudicum, si tamen propter causas prædictas ita vsus tulerit, & integras adeuntibus aures præbere, & omni postposita inuidia, omni spreta gratia recto proposito potuerit iudicare. Quam formam etiam in militari parte volumus obseruari. Nec passim aliquem armatæ militiæ sociatum longinquis partibus trahi, sed in locis apud competentem Iudicem pulsari: nisi tamen super maximis & necessariis causis, & militarem Iudicem in locis excedentibus fuerit accusatus, non ignorante eo, (*) cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua fuerit protractus examina, quod si culpa sui (p) fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suæ adfuerit, vel delata probauerit, (q) pro calumnia quidem pœnam luat legibus constitutam: pro vero (r) pecuniaria causa, post dispendia, (s) post sumptus, considerata quantitate postulatorum, vel medii itineris interuallo, condemnationem pro æstimatione Iudicis sustinebit. Nam dignum est eos, qui maiorum nostrarumque (t) legum, auaritia stimulante, vel inuidia incitante, fines perturbare, seu castra perfringere conabuntur, habitantium saltem intentato (v) quo magis puniuntur, (x) dispendio refrenari. Ergo consulite vestris commodis, nostris saluberrimis parere præceptis. Nemo a nostra pietate maioribus occupata, vel a magnificentissimis, seu inlustribus Iudicibus, nisi in maximis ac necessariis, quod superius cautum est, rebus, publicisue debitis, exhibitionis subsidium poscat. Nam si quis aliter, quam edicta (y) continent, petulanti animo hiis despectis, maiorem Iudicem, vel nostram primum contra ordinem legum adierit Maiestatem, sciat se non solum litis iacturæ, atque plus petitionis periculo: verumetiam competenti motui fore subdendum. Dat. v. Id. Octob. (z) Constantinop. Valent. A. VII. & Auieno v. c. COSS. (450)

INTERPRETATIO. *Si quis aduersarium aut repetitione, aut criminis obiectione pulsauerit, in prouincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones, nec æstimet aduersarium suum alibi aut longius ad iudicium protrahendum: illi vero qui pulsatus fuerit, si Iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Simili etiam & militantes ordine teneantur, vt & ipsi apud competentes Iudices, quas competere sibi credunt, exerant actiones: quia omnibus legibus constitutum est, vt actor rei forum sequatur.*

(a) THEODOSIVS A. D. 450. *Valentiano A. VII. & Avieno Coss.* die vigesimo octauo mensis Iulii obiit, vt scimus ex THEODORO LECTORE *fine libri 2.* MARCIANVS vero, affirmante AVCTORE *Chron. Alexandrin. die vigesimo quarto mensis Augusti* in Hebdomo Augustus dictus est; quare legum Codicis Iustinianei, quæ hoc anno datæ sunt, subscriptiones, secundum ea, quæ obseruaui, emendandæ sunt. Non diu vero post aditum imperium *generale* hoc *Edictum* promulgauit *Marcianus*, vt *venalem iudicum ambitum* amputaret, & spem maximam populo faceret, correcturum se omnia, quæ evnuchi Theodosio imperante in aula potentissimi, perperam egerant. Recte enim iudicauit ZONARAS *in vit. Theodosii pag. 45. Tom. II.* Theodosium fuisse leni ingenio, & ad res gerendas molliorem, factumque ideo, vt

castrati apud illum gratia valentes, *Antiochus*, *Amantius* & *Chrysaphius*, multa per summam iniuriam egerint. Consule BARONIVM *in Annal. ad an. 450. Tom. VI. pag. 119.*

(b) *Suppetit.* Malebat RITTERSHVSIVS, *suggerit*, vel, *suppeditat.*

(c) *Gubernandas,* Non ex evnuchorum arbitrio, vti factum Theodosio imperante.

(d) *Inuitos.* Plato iam censuit, melius Reipublicæ consuli, si inuiti eligerentur magistratus: ideo & SYMMACHVS ad Valentinianum Imp. *lib. 10. ep. 30.* scribit: *Melius vrbi nostræ in posterum consuletis, si legatis inuitos.*

(e) *Repulsantibus.* Addendum, *administretur*, vt obseruat CVIACIVS.

(f) *Liberari.* Est enim maxima cum molestia coniunctum, si quis *exhibendus est de prouincia ad comitatum*, vt habet *nouellæ titulus*, siue, quod idem est, si quis cogitur extra ciuitatis prouinciæque suæ limites corporis sui præsentiam facere; id enim est *exhibere*, vt iam alibi dixi, & multa docent iuris nostri loca. Ideo multis id priuilegii loco datum fuit, ne extra ciuitatem prouinciamque suam traherentur, vt pupillis, viduis, personis miserabilibus, nauiculariis orientis, sacerdotibus, curialibus, aliisque. Vide *legem 2. de Off. Iudicum omnium, l. 7. de nauicular. l. 60. de decurionib.* & ibi GOTHOFREDVM.

(g) *Supercilium.* Pungit *Chrysaphium* evnuchum, qui ecclesiam & rempublicam impotenti libidine turbauit. De eo vide BARONIVM *in Annal. h. a.*

(h) *Potestatem aduersarii. Lex* Constantini M. *2. de offic. iud. omnium: Quinimo intra prouinciam, in qua litigator, & testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam: atque omni cautela seruetur, ne terminos prouinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli, vel viduæ, aliique fortunæ iniuria miserabiles, iudicium nostræ serenitatis orauerint, præsertim cum* ALICVIVS POTENTIAM PERHORRESCANT, *cogantur eorum aduersarii examini nostro sui copiam facere.*

(i) *Deficiente.* CVIACIVS emendat, *definiente.* Sed ea emendatione non opus est.

(k) *Indipisci.* MS. W. *adipisci.*

(l) *Phalerata verba.* AMBROSIVS *contra relat. Symmach. lib. 2. init. Aurea est lingua sapientium literatorum, quæ* PHALERATIS *dotata* SERMONIBVS, *& quodam splendentis eloquii, velut coloris pretiosi corusco resultans, capit animorum oculos specie formosi.* SYMMACHVS *lib. 1. ep. 83. Præter loquendi phaleras, qua te dote natura ditauit.* Adi IVRETVM *ad h. l.* Huc faciunt illa AMMIANI de aduocatis *lib. 30. c. 4. Ad capiendam versutis orationibus iudicum fidem, quorum nomen ex iustitia natum est, sicam ingenii destringentes.*

(m) *Pertrahebant.* Laudatus AMMIANVS *lib. 30. c. 4. Laxauitque rapinarum fores, quæ roborantur in dies, Iudicum Aduocatorumque prauitate sentientium paria: qui tenuiorum negotia militaris rei rectoribus, vel intra palatium validis, venditantes, aut opes, aut honores quæsiuere præclaros.*

(n) *Militari.* Vetitum id iam ab Arcadio *l. 9. de iurisdictione*, qui non tantum actorem, caussam ciuilem ad militare iudicium trahentem, deportationis pœna afficiendum, sed & Aduocatum, decem librarum auri multa feriendum esse, censuit. Consule ibi GOTHOFREDVM.

(o) *Proprio.* Deest *foro*, vt obseruat RITTERSHVSIVS.

* Hinc desumpta est *lex 4. Cod. Iust. de fructibus & litium expensis*, cuius inscriptio in vulgatis editionibus pessime habet, *Imppp. Valentinianus, Theodos. & Arcadius AAA. Edictum ad populum.* MSS. Obseruante CONTIO habent, *Valentiniani & Martiani AA. Edictum.*

(p) *Quod si culpa sui.* MS. G. *a quo si culpa sui.* Cod. Iust. *culpa sua.*

(q) *Probauerit.* Male Cod. Iust. *non probauerit.*

(r) *Pro vero.* Melius Cod. Iust. *pro pecuniaria vero.*

(s) *Post dispendia.* Omisit hæc Tribonianus.

(t) *Maiorum nostrarumque.* MSS. W. G. & Ed. Sichard. *maiorum nostrorum nostrarumque.*

(v) *Saltem intentato.* Locum hunc CVIACIVS asterisco notauit, obseruauitque in Codicibus nonnullis legi, *saltem intimato.* In MS. W. est, *habitis tantum*, *saltim intemptatos.* MS. G. habet, *saltim intemperiem.* RITTERSHVSIVS ita interpungit: *castra perfringere conabuntur habitantium, saltem intentato, quo magis puniuntur, dispendio refrenari.*

(x) *Puniuntur.* Sichard. *puniantur.*

(y) *Quam edicta.* MS. W. *quæ dicta.* MS. G. & impressi, *quam dicta.*

(z) *V. Id. Octobr.* Cod. Iust. *d. l. 4. V. Id. Nov.* MS. G. *Prid. Kal. Octobr.*

De indulgentiis reliquorum. (a) *Tit. II.*

1. Impp. Valent. & MARTIANVS AA. Palladio. PF. P. (b)

Curæ nobis est vtilitati humani generis prouidere: nam id die ac nocte prospicimus, vt vniuersi, qui sub nostro imperio viuunt, & armorum præsidio ab hostili impetu muniantur, ac in pace libero otio ac securitate potiantur. Ideoque mirati sumus laudabilem suggestionem Celsitudinis tuæ, quæ præter alias virtutes, quibus sublimitas tua plurimum pollet, etiam humanitatem tui Culminis euidenter ostendit. Nam debitorum, quæ in reliquis trahuntur, exactionem molestam testatur esse obnoxiis; ac merito postulauit, vt prædicti debitores sacra nostra indulgentia liberentur. Quapropter admirabilem insinuationem tuam probandam esse censuimus. Cesset igitur, pro securitate prouincialium exactio reliquorum, & a sextæ indictionis initio, vsque ad finem quintæ decimæ nuper elapsæ, debita deleantur, siue ex possessionibus liberari, (c) vel patrimonialis, templorumue, aut ciuilis fiscalisue iuris, seu in auro, seu in argento, seu in speciebus, vel in metalli-

tallica quacunque materia, alioue quolibet collationis titulo, in publicis calculis residere noſcuntur. Et ſiue arcæ ſublimitatis tuæ, ſiue theſauris, ſiue ſacro debentur ærario, ſiue cellariis, (d) ſiue priuatæ rei noſtræ, aut dominicæ domui, ſiue operibus huius inclytæ vrbis, omnia collatoribus, nec non Curialibus, ſeu cohortalibus, ſeu prouincialibus officiis, & aliis, quicunque reperiuntur obnoxii, remittantur. Et ne qua liberalitatem noſtram caligo fraudis posſit (e) impedire, etſi in priuatum contractum, vel in cautionem debitum publicum tranſiſſe, vel nouatum eſſe dicatur, aut ſi quis Curialis exactor, vel cohortalis compulſor, pro obnoxio ſe intuliſſe commemoret, nihilominus liberalitas noſtra firma permaneat. Curialibus etiam & cohortalibus nulla ſuperexactionis, aduerſus optiones vel actuarios, vel deuotiſſimos milites, querelæ permittatur occaſio, ita vt optiones & actuarii, (f) & deuotiſſimi milites inuicem taceant, & nullam aduerſus Curiales, ſeu cohortales vel collatores, ſeu officia prouincialia, ſeu Decuriones moueant pro debitis publicis actionem: etiam ſi quas expenſas ſe pro aliis intuliſſe contendant. Præterea quicquid ex titulo Senatorii follis (g) in prouinciis debetur, hoc quoque remitti iubemus. Si quid autem ex quintæ decimæ indictionis, vel ſuperiorum temporum debitis ad expenſas primæ indictionis, ſeu poſteriorum temporum deputatum eſt, & ſi quid ex naulis ac pretiis materiarum, & releuatis vel donatis, aut translatis atque adæratis, (h) vel ab arca ſacratisſimæ Conſtantinopolitanæ vrbis debetur, ad huius donationis beneficium non tenebitur. (i) Sed & ſi quid in auro, vel in ſpeciebus, vel in materiis, ciuitatum operibus deputatum eſt, & hoc erogatum non eſſe monſtratur, eius quoque ratio ſeruetur intacta. Nec posſint debitores huius donationis auxilio niti, ſed compellantur hii, qui noxii reperiuntur, (k) implere ſuſcepta opera, & ſumptuum reddere rationes. Nec enim oportet hanc liberalitatem noſtram eousque protendi, vt in aliorum lucra (l) iniuſte proficiat, quod ornatui vrbium delegatum eſt. Sentiant vniuerſi, quantum ſibi pietas noſtra profuerit, & in poſterum deuoto animo penſitationes publicas ſoluant, qui ſe ſciant præteritis debitis liberatos. Palladi Parens Karisſime AA. (m) Inluſtris itaque (n) & præcelſa Magnificentia tua huius ſaluberrimæ pragmaticæ legis moderationem, (o) per vniuerſos populos ac prouinciarum Iudices edictis propoſitis diuulgari curabit: vt ſecuri & beneficium noſtræ pietatis, & ſuccuritatis ſuæ fructum libenter agnoſcant. Scripta Palladio viro inluſtri, PF. P. Orientis. (p) Hermogeni viro inluſtri, Comiti ſacrarum largitionum: Gennadio (q) viro inluſtri, Comiti rerum priuatarum: Maximino (r) viro inluſtri, Comiti & Præpoſito ſacri cubiculi DN. Valent. A. VII. & Auieno V. C. (s) COSS. (450)

INTERPRETATIO. *Lex iſta hoc continet, vt per prouincias relaxatæ beneficio Principis tributorum reliquæ (t) non quærantur, tamen quod exactum eſt, ſi apud exactores reſediſſe conſtiterit, id præcepit, (v) vt publicis debeat vtilitatibus non perire, ſed quod exactum eſt, a retentatoribus theſauris inferatur, & a prouincialibus vel a poſſeſſoribus quod ſolutum non fuerit, non quæratur.*

(a) *De indulgentiis reliquorum* dixi ad *Nouellam 7. Valentiniani.*

(b) *Palladio PF. P.* Palladius fuit *PP. Orientis*, vt ex ſubſcriptione nouellæ patet. Inter Iudices glorioſiſſimos adfuit Concilio Chalcedonenſi, diciturque *Act. IV. pag. 382. Tom. II. Concil. Harduin.* μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος ἔπαρχος τῶν ἱερῶν πραιτωρίων Παλλάδιος, *magnificentiſſimus & glorioſiſſimus Præfectus ſacrorum prætoriorum Palladius.* Geſſit hunc honorem *an. 451.* vt docet *nouella ſequens*, & *an. 454.* teſte *nouella 4. de matrimon. Senator.* item *an. 455. Nouell. 6. de teſt. clericor.* Alius eſt *Palladius PP.* cui inſcribitur Maioriani *Nouell. 4. infra de indulgent. reliquor.*

(c) *Liberari.* MS. G. *liberalibus.* Recte emendat CVIACIVS, *ærarii.*

(d) *Cellariis.* Cellaria, ſunt vinum atque frumentum, quod in *cellam* Rectoribus prouinciarum & Comitibus rei militaris, decernebatur, vt ex ASCONIO patet *ad Ciceron. diuinat. c. 10.* Gloſſæ, Κελλάριον, *penarium.* Vide *l. 6. de annon. & tribut.* Inde *cellarii* dicti, qui *cellaria* cuſtodiebant, & *ſpecies cellarienſes*, *l. 32. de erogat. militar. annon.* & *l. 16. de indulgent. debitor.* Conſule *Commentarium* GOTHOFREDI *ad leg. vlt. de offic. iud. omnium.*

(e) *Poſſit.* MSS. W. G. *valeat.*

(f) *Optiones & actuarii: Optiones* ſunt erogatores militaris annonæ, de quibus agit *l. 1 de erogat. militar. annon.* vbi adi *Commentarium. Actuarii* tractabant numerorum ratiocinia, actaque conficiebant eius, quod cuique militi debebatur. De his eſt *titulus 1. lib. 8. de numerar. & actuar.* vbi vide *Paratitlon.* Pleniſſime de iis expoſuit GOTHOFREDVS *ad leg. 11. de erogat. militar. annon.*

(g) *Senatorii follis.* Senatorius *follis* est glebalis collatio a Senatoribus præstanda, de qua *titulus 2. lib. 6. de senatorib. & de glebali vel follium conlatione.* Præter GOTHOFREDVM *in Paratitlo ad hunc tit. & l. 2. eius tit. l. un. de mens. olear.* de *folle* dixerunt BARONIVS *Annal. Tom. III. ad an. 330. n. 46.* FABROTTVS *in Glossar. Cedren.* PETAVIVS *differt. de folle in obseruat. ad Epiphan.* DV FRESNE *in Glossar. vtroque.*

(h) *Adaratis.* Vide *Nouell. 33. inter Theodos. de releuatis, adaratis, &c.*

(i) *Tenebitur.* MS. W. G. & impressi omnes habent, *id huius donationis beneficio non tenebitur.*

(k) *Reperiuntur.* Intellige *Curatores* operum publicorum, de quibus dixi *not. q. ad Nouell. 16. inter Theodos. de postuland.* Consule etiam *Paratitlon de operib. publ. pag. 309. Tom. V.*

(l) *Lucra.* MS. W. *solatia.*

(m) *Par. Kar. AA.* MS. W. *P. K. AA.* MS. G. Edit. Sichard. Lugd. Rittersh. Gothofr. *Præfecte Kar. AA.*

(n) *Itaque.* MS. W. *igitur.*

(o) *Moderationem.* Male in MSS. W. G. & Edit. Sichard. *saluberrima moderatione.*

(p) *Orientis.* Cum indulgentia ad omnem Orientem pertineat, concernatque reliqua, arcæ PP. thesauris, sacro ærario, cellariis, rei priuatæ & domui dominicæ, inferenda, hac nouella non modo ad *Palladium Orientis PP.* sed & ad *Comites S. L. & R. P.* imo & ad *Comitem & Præpositum Sacri cubiculi* danda fuit, exemplo *legis 9. de indulgentiis debitorum,* cuius subsciptio est: *De eadem rescriptum Edictum ad populum, ad Marcianum Com. S. L. Musellio Præposito S. cubiculi, de titulis ad domum sacram pertinentibus,* &c. Nam *sub dispositione* Præpositi S. cubiculi fuit *Comes domus diuinæ per Cappadociam,* vt docet *Notitia Orientis,* de quo dixit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 2. de palatinis.* Obserua etiam, *Præpositum S. cubiculi* hac Nouella postponi *Comitibus S. L. & R. P.* quod & factum A. D. 414. *d. l. 9. de indulgent.* Sed *A. D. 422. leg. vn. de Præpos. S. cubicul.* Theodosius Iun. Sacri cubiculi Comites, Præfectis Prætorio, Præfectis Vrbi, & Magistris Militum, dignitate æquales esse voluit. Hinc in Codice Theodosiano *titulus de Præpositis S. cubiculi* præpositus est *titulo de Quæstoribus, Magistris Officiorum, Comite S. L. & R. P.* & in *Notitia vtriusque Imperii,* quæ imperante Theodosio Iun. scripta est, *Vir Illustris S. cubiculi Comes,* antecedit *Magistrum Off. Quæstorem, Comites L. S. & R. P.* vnde simul iudicium ferri potest de tempore, quo laudata Notitia edita. Cum vero dignitas Præpositi S. cubiculi, evnuchis fere propria fuerit, vt multis exemplis docuit GOTHOFREDVS *ad d. l. vn.* iique Theodosio imperante maximas in imperio orientis dedissent turbas, *Marcianus Aug.* infringere eorum libidinem, atque nimiam potentiam imminuere voluisse videtur, posito in inferiorem gradum honore Præpositi sacri cubiculi. In pristinum tamen is deinde locum restitutus Iustinianeo ævo, quod docet Codex Iustinianeus, in quo *titulus de Præpositis S. cubiculi,* prior est illo *de Quæstoribus, Magistris off. &c.*

(q) *Gennadio.* Ita habent impressi omnes. In MS. G. est, *Genedio.* In MS. W. *Geneclio,* quæ scriptura proxime accedit ad verum nomen Comitis R. P. *Genethlius* enim fuit hoc anno Comes Rer. Priuatar. qui interfuit anno sequente Concilio Chalcedonensi, vbi *Act. 1. pag. 54.* & *Act. 2. pag. 274. Tom. II. Concil. Harduin. dicitur,* μεγαλοπρεπέςατος Κόμης τῶν θείων πριουάτων Γενέθλιος, *magnificentissimus Comes sacrarum priuatarum Genethlius.*

(r) *Maximino.* MS. W. *Maximiano.* MS. G. *Maximo.* Edit. Rittersh. *Maximiniano.*

(s) *Auieno.* MS. W. *Abieno,* quomodo & SIRMONDVS edidit in *Marcellini Chron.* Consule *Fastos Relandi.*

(t) *Reliquæ.* MS. W. *reliquiæ.*

(v) *Præcepit.* MS. W. *præcipit.*

De prædiis ciuitatum omnium. (a) *Tit. III.*

1. Impp. Valent. & MARTIAN. AA. Palladio PF. P. Orientis. (b)

Auaritiæ suæ culpam arguit, qui pro possessionibus, quas detinet, (c) debitas (d) functiones inferre cunctatur. Itaque inter ceteros egregios actus, quibus Reip. tua Sublimitas prodest, etiam suggestionem de prædiis iuris ciuilis (e) oblatam iure laudamus, per quam postulatum est, vt si qui memorata prædia, dempto ciuili canone, consecuti sint, (f) veterem canonem in posterum cogantur agnoscere. Celsitudo itaque (g) tua id nobis placuisse cognoscat, vt si qui (*) vel ex titulo donationis, vel ex emptione, siue ex alio quolibet titulo possessiones iuris ciuilis (h) tantummodo, & cuiuslibet ciuitatis, & præcipue huius æternæ vrbis, cui maiorem debemus fauorem, tam ciuilis, vt dictum est, iuris, quam etiam agonotheticas possessiones (i) ex consulatu Ausonii & Olybrii, dempto ciuili canone acceperunt, impositum prædiis canonem, iuxta fidem publicorum monumentorum, ciuitati, ad quam prædia pertinuerunt, præbere iubeantur. Ex præsenti (k) quoque quarta indictione, cessante præteriti temporis canonis exactione, manente penes eos successoresque eorum, & detentatores, illibato dominio. Nam si priuati iuris debita (l) non patimur denegari, multo magis præbenda sunt ciuitatibus, quæ iure debentur: cum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum, ad

hanc pragmaticam iussionem non pertinebunt, sed priuato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos successoresque eorum, & detentatores pari modo permanente. Illud etiam dispositionis culminis tui probamus atque firmamus, vt, si qui cuiuslibet Iudicis commotione multati sunt, & partem seu totam multam adhuc debere noscuntur, hii quoque indulgentia nostræ Clementiæ, perfruantur & nullam sustineant exactionem, Palladi Parens Karissime (m) AA. Celsitudo igitur tua, hæc, quæ per hanc pragmaticam legem sanximus, (n) Rectoribus prouinciarum declarare non differat: vt & ciuitates & possessores, & ceteri, de quibus hoc (o) constituimus, vtilitati suæ consultum esse lætentur. Dat. xv. Kal. (p) Feb. Constantinop. Martiano A. I. CONS. (451)

INTERPRETATIO. *Si quid de fiscalibus agris vel ædificiis, donatione Principis, vel venditione, vel qualibet ratione ad priuatos fortasse peruenerit, id lex ista constituit, vt soluto canone a possessoribus in perpetuum teneatur, & impletis fiscalibus debitis, illi qui possident heredibus suis relinquendi, aut quibus voluerint donandi habeant potestatem.*

(a) De *prædiis ciuitatum*, est supra *Nouella 30. inter Theodos. de locis Reipublicæ quoquomodo possessis*, vbi consule *not. a.* & *Paratitlon* quoque *de locat. fundor. iuris emphyteut. pag. 428. Tom. III.* Integra hæc Nouella abest a MS. Goth. seruata tantum inscriptione & subscriptione, quas librarius interpretationi addidit.

(b) *Palladio PF. P. Orient.* De eo dixi ad *Nouellam superiorem.* Inscripta ei hoc anno est *lex 9. Cod. Iust. de pagan.* & anno sequente *Epistola Martiani*, de infirmandis iis, quæ contra Flauianum Episcopum Const. iniuste sunt prolata, *Tom. II. Concil. Hard. pag. 675.*

(c) *Detinet.* Detinere est, habere, possidere, vt docent loca apud BRISSONIVM *de V. S.*

(d) *Debitas.* Abest hæc vox a MS. W.

(e) *Ciuilis.* Prædia iuris ciuilis, sunt possessiones ad ius ciuitatum pertinentes: & mox, *canon ciuilis*, præstationem notat ciuitatibus faciendam. Confer *Paratitlon de locat. fund. iur. emphyt.*

(f) *Sint.* MS. W. *sunt.*

(g) *Itaque.* MS. W. *igitur.*

(*) *Si qui.* Lex, *si qui ex titulo, 5. Cod. Iust. de diuers. prædiis vrban.* hinc desumpta est, cuius inscriptio ex hac nouella supplenda. Vulgati enim Codices tantum habent, *Imp. Valentinianus A.* Sed bene emendauit CVIACIVS auctoritate huius constitutionis.

(h) *Possessiones iuris ciuilis.* Cod. Iust. *possessiones, vel domus, vel ergasteria iuris duntaxat ciuilis, quæ huius iuris esse vere probantur, cuiuslibet ciuitatis.* Confer *not. g. ad nouell. 30.*

(i) *Agonotheticas possessiones.* Agonotheticæ possessiones sunt, ex quorum reditibus ludi & spectacula populo præbentur. *Agonothesia*, est munus ludorum edendorum, *l. 109. de decurionib.* In Glossis ἀγωνοθέτης, bene dicitur *munerarius*, de quo multa dixit P. FABER *lib. 1. Agonist. c. 18.* Cum vero ludi plerique in honorem Deorum celebrarentur, Theodosius M. quem scimus paganis & superstitioni fuisse infensum, docentibus *legibus 7. 8. 9. 11. 12. de paganis*, mox post aditum *A. D. 379. Ausonio & Olybrio Coss.* imperium, *agonotheticas possessiones* ciuitatibus detraxit, quod hæc nouella testatur, quo, deficientibus sumptibus, deicolæ Christo Christianisque iniuriam facere non possent. Sed cum & ciuitates, quæ Christianam profitebantur religionem, circenses ludosque amarent, & *agonotheticas* quasdam haberent *possessiones*, eo tempore, quo Theodosius peruenit ad imperium, suasit necessitas publica, vt prædia, voluptatibus tantum inseruientia, ciuitatibus adimerentur, cum post Valentis cædem, non tantum esset exhaustum ærarium, sed & orientale imperium a barbaris gentibus premeretur. Conferatur ZOSIMVS *lib. 4. cap. 24. 25.* sequ. & *cap. 59.* Commentarius *ad d. l. 109. leg. 7. de pagan.* & *nota x. ad leg. 20. eiusd. tit.*

(k) *Ex præsenti.* Hæc usque ad illa verba, *illibato dominio*, absunt a *Codice Iust.* tanquam temporaria.

(l) *Priuati iuris debita.* Bene habet MS. W. *priuatis viris debita.*

(m) *Parens Kar.* Libri impressi habent. *Præfecte charissime.*

(n) *Sanximus.* MS. W. *sancimus.*

(o) *Hoc.* MS. W. *hac.*

(p) *XV. Kal.* MS. W. *V. Kal.*

De matrimoniis Senatorum. (a) *Tit. IIII.*

I. Impp. Valent. & MARTIANVS AA. ad Palladium PF. P. (b)

Leges (*) sacratissimæ, quæ constringunt omnium (c) vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto earum manifestius cognito, vel prohibita (d) declinent, vel permissa sectentur. Si quid vero in iisdem (e) legibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id imperatoria (f) interpretatione patefieri, vt omnis sanctionis remoueatur ambiguum, & in suam partem iuris dubia deriuare, litigatorum contentio alterna non possit. Negotiorum quoque cognitores, ac tribunalium præsides, apertam defini-

finitionem legum secuti, suspensis nutantibusque sententiis, inter scita incerta non fluctuent. Plana enim & facilis ad pronunciandum via patet Iudici, quoties non est illud ambiguum, iuxta quod necesse est iudicari. Magnificentia tua, in causis omnibus terminandis rectum semper tramitem studens tenere iustitiæ, consuluit clementiam nostram supra Constantinianæ legis (g) ea parte, in qua aliquid existere videtur ambiguum. Nam cum sanciret, ne Senatori, Perfectissimo, (h) Duumuiro, Flamini municipali, sacerdoti prouinciæ habere liceret vxorem ancillam, ancillæ filiam, libertam, libertæ filiam, ciuem Romanam vel Latinam factam: scenicam, vel scenicæ filiam, tabernariam vel tabernarii filiam, vel lenonis aut arenarii, aut eam quæ mercimoniis publice præfuit, vetitis interdictisque personis, adiecit etiam humilem abiectamque personam. Ex matrimonio magnam dubitationem in iudiciis nasci tua adseruit Celsitudo, vtrumne hæc nomina etiam ad pauperes ingenuas feminas referri debeant, easque a matrimonio Senatorum præscriptum legis excludat. Absit, vt hoc nefas illius (i) putemus temporibus, vt credatur cuiquam dedecori data esse paupertas: cum sæpe plurimis multum parauerint gloriæ opes modicæ, & continentiæ fuerit testimonium census angustior. Quis arbitretur inclytæ recordationis Constantinum, cum geniales Senatorios thoros contaminari pollutarum mulierum face (k) prohiberet, fortunæ munera bonis naturalibus prætulisse? & diuitiis, quas varietas casuum tam potest adimere, quam tribuere, postposuisse ingenuitatem? quæ auferri non potest, si semel nata sit. Ille vero honesti amantissimus & morum sanctissimus censor, (l) eas humiles abiectasque iudicauit esse personas, & matrimoniis Senatorum duxit indignas, quas aut nascendi decolor macula, aut vita probrosis quæstibus dedita, sordentibus notis polluit, & vel per originis turpitudinem, vel obscœnitate professionis infecit. Ideoque omnem dubitationem, quæ quorundam mentibus iniecta fuerat, auferentes, manentibus & solidissima in perpetuum firmitate durantibus cunctis his, quæ super matrimoniis Senatorum sanxit Constitutio Diuæ memoriæ Constantini, humilem (*) vel abiectam feminam minime eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Sed licere (m) statuimus Senatoribus, & quibuscunque amplissimis dignitatibus præditis, ex ingenuis (n) natas, quamuis pauperes, in matrimonium sibi adsciscere, (o) nullamque inter ingenuas (p) ex diuitiis & opulentiore fortuna esse distantiam. Humiles vero abiectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus, quas (q) enumeratas & specialiter expressas, copulari matrimoniis Senatorum, lex prædicta non passa est, hoc est, ancillam, ancillæ filiam, libertam, libertæ filiam, ciuem (r) Romanam vel Latinam factam, scenicam vel scenicæ filiam, tabernariam (s) vel tabernarii, vel lenonis aut arenarii filiam, aut eam quæ mercimoniis publice præfuit. Quod quidem (t) haud dubie credimus ipsum Diuæ memoriæ Constantinum, in ea, quam promulgauit sanctione sensisse: Ideoque huiusmodi inhibuisse nuptias, ne Senatoribus harum feminarum, quas nunc enumerauimus, non tam connubia, quam vitia iungerentur. Cetera etiam, quæ ab inclytæ recordationis Constantino, vel ab aliis post eum Diuis principibus, super naturalibus filiis eorumque matribus, de concubinis quoque ingenuis, & de his quæ post vxoris obitum in nuptias conuenerunt, (v) quæcunque sacris Constitutionibus definita sunt, iubemus inuiolabiliter custodiri. Ita tamen vt promulgatas prius leges, hæ quæ postmodum latæ sunt auctoritate præcedant: & quæcunque ex ipsis est posterior tempore, sit validior sanctione, Palladi Parens Karissime AA. (x) Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua hanc Serenitatis nostræ legem perpetuo in æuum omne valituram, Edictis ex more propositis, ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. prid. Non. April. Constantinop. Aëtio (y) & Studio vv. cc. coss. (454)

INTERPRETATIO. *Hac lege permissum est, vt exceptis vilibus infamibusque personis, quas lex ista commemorat, pauperes, & sine vlla dignitate natalium, dummodo honestas & honestis parentibus procreatas, Senatores, si voluerint vxores eligendi & ducendi habeant potestatem. Quod & omnibus exemplo legis huius sine dubitatione permittitur.*

(a) In-

(a) Interpretatur hac Nouella MARCIANVS *legem 1. Cod. Iust. de naturalib. liberis*, qua *Constantinus M.* sanxerat, ne liberi *ex Senatore* & *humili fœmina* suscepti in numero legitimorum essent. Cum vero nonnulli ingenuas quoque fœminas, sed paupertate pressas, in humilium numero habendas esse censuissent, essetque eam ob caussam in iudiciis disceptatum, *Marcianus* confirmatis reliquis Constantinianeæ legis capitibus, statuit hac constitutione, *humilem abiectamque fœminam minime eam iudicandam esse, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit.* Sed vtramque constitutionem antiquarunt deinde *Iustinus l. 23. Cod. Iust. de nuptiis*, vt probat NICOLAVS ALEMANNVS *in obseruat. ad Procopii histor. arcan. cap. 10. pag. 117. 118. Edit. Reg.* & *pag. 354. Edit. Venet.* atque *Iustinianus Nouell. 89. cap. vlt. Nouell. 117. cap. 6.*

(b) *Palladium PF. P.* De eo dixi *ad Nouell. 2. supr.*

(*) Hinc desumpta est lex, *leges sacratissimæ, 9. Cod. Iust. de legibus*, cuius subscriptio ex hac nouella emendanda, vulgati enim Codices male habent, *Dat. VI. Id. Febr. Anthemio Cos.* Sed recte edidit CONTIVS, *Dat. Prid. Non. April. Aetio & Studio Coss.*

(c) *Omnium.* Cod. Iust. *hominum.*

(d) *Probibita.* Cod. Iust. *inhibita.*

(e) *Si quid vero in iisdem.* MS. W. *Sin vero in hisdem.*

(f) *Id imperatoria.* Cod. Iust. *id ab imperatoria.* Reliqua Tribonianus neglexit & ita immutauit: *interpretatione patefieri, duritiamque legum nostræ humanitati incongruam emendari. Dat.* &c.

(g) *Legis.* Intellige citatam *legem 1. Cod. Iust. de natural. liber.*

h) *Perfectissimo.* Sichardus edidit *Præfectis.* Male etiam in *d. l. 1.* vulgati libri habent *Senatores seu Præfectos.* Recte CONTIVS edidit *perfectissimos.* De *Perfectissimatus dignitate* est *titulus vltimus lib. 6.* vbi consule *Paratitlon.* Sed vt melius intelligamus hanc nouellam, adponenda sunt ipsa Constantini M. verba ex *d. l. 1. Senatores*, inquit, *seu Perfectissimos, vel quos in ciuitatibus Duumuiralitas, vel sacerdotii, id est, Phœniciarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiæ, & alienos a Romanis legibus fieri, si ex ancilla vel ancillæ filia, vel liberta vel libertæ filia, vel scenica, vel scenicæ filia, vel tabernaria vel tabernariæ filia, vel HVMILI vel ABIECTA PERSONA, vel lenonis aut arenarii filia, vel quæ mercimoniis publice præfuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio, aut nostri prærogatiua rescripti, &c. Duumuiralitas* est *Duumuirorum* honor, de quo multa habes in *Paratitlo de decurionib. pag. 356. Tom. IV.* Ornamentis *sacerdotii* condecoratos, interpretatur Marcianus, *Flamines municipales*, cum tamen *sacerdotii* vox alias tantum denotet totius prouinciæ sacerdotem, vt ex ipsa Constantini interpretatione patet, *sacerdotii*, inquit, *id est, Phœniciarchiæ*, &c. & ex *lege 21. de decurion: Post flaminii honorem & sacerdotii.* Et *sacerdotium* est ἀρχιερωσύνη, vt dicitur *l. 112. de decurionib. flaminium* vero ἱερωσύνη, vt docet VALESIVS *ad Ammianum lib. 28. c. 6.* & *Commentar. ad d. l. 112.* Sacerdos in ciuitate metropolitana sedebat, vt Sacerdos Iouis Opt. Max. Carthagine, sicut est in gestis purgationis Felicis Episcopi Aptungitani *pag. 163. in monument. ad Donatist. hist. pertinent. in Editione Optati Mileuit. Du Pinii:* & Sacerdos prouinciæ Tripoleos, Lepti, apud AMMIAN. *lib. 28. c. 6.* Hinc lucem capit locus CENSORINI *de die natal. c. 15. Tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotii in principalibus tuæ ciuitatis conspicuus.* Sacerdotes etiam in *flamines* totius prouinciæ ius habebant, eos eligebant, flaminii honore priuabant, quod docet EVNAPIVS *in Maximo pag. 101. Edit. Commelin.* & IVLIANVS *ep. 49. ad Arsacium.* Quoniam vero *flamines* in municipiis magno honore exsplenduerunt, factum inde puto, vt *Marcianus* eos sacerdotibus iunxerit. Sed forte quis non inepte statueret, eum vim vocis *sacerdotii* non cepisse. *Phœniciarchas* atque *Syriarchas* bene appellat nouella *sacerdotes prouinciæ.* Sacerdotibus enim prouinciæ, nomina ab ipsis prouinciis sunt indita, quo pertinent *Asiarchæ, Syriarchæ, l. 2. de expensis ludorum*, vbi vide Commentarium. De *tabernaria* multa dixit GOTHOFREDVS *ad leg. 1. ad leg. Iul. de adulter. Arenarii* sunt aut damnati in ludum, vel qui sua sponte se in arenam ad depugnandas bestias dederunt. Græci θηριομάχους appellarunt, de quibus nonnihil inuenies in *Commentar. ad leg. 1. ad leg. Fabiam.* Denique mulieres, quæ olim publice *mercimoniis præerant*, in foro toto die consistentes, in eoque aliquid manifeste vendentes, veluti olera, trita vestimenta, & alia, apud Græcos & Romanos erant infames. Habes locum apud DEMOSTHENEM *orat.* κατὰ νεαίρας *pag. 871. Edit. Wolff.* & apud PAVLLVM *Sentent. II. 26. n. 11. Cum his, quæ publice mercibus, vel tabernis exercendis procurant, adulterium fieri non placuit.* Vide ibi SCHVLTINGIVM & *Commentarium ad d. l. 1. ad leg. Iul. de adulter.*

(i) *Illius.* In MSS. & impressis est *vllis. Illius*, siue ad *præscriptum legis*, siue ipsum Constantinum M. referas, commodum sensum non præbet. Deinde a MSS. W. G. & Edit. Sichard. abest etiam τὸ *putemus.* MS. W. & Sichard. bene habent: *absit autem hoc nefas, vllis temporibus vt credatur cuiquam dedecori data esse paupertas.*

(k) *Face.* Male MSS. & Sichard. *facere.* Nuptialis *fax* notissima.

(l) *Censor.* Huc pertinet locus NAZARII *in Panegyr. fin. Nouæ leges regendis MORIBVS, & frangendis vitiis constitutæ. Pudor tutus, munita coniugia*, &c.

(*) Lex, *humilem vel abiectam, 7. Cod. Iust. de incestis & inutilibus nuptiis*, hinc desumpta est.

(m) *Sed licere.* Cod. Iust. *vnde licere.*

(n) *Ingenuis.* Cod. Iust. *ingenuis parentibus.*

(o) *Adsciscere.* Cod. Iust. male, *accipere.*

(p) *Ingenuas.* Cod. Iust. iterum male, *ingenuas & opulentiores.*

(q) *Quas enumeratas.* Absunt hæc a Cod. Iust. vsque ad illa, *hoc est.*

(r) *Ciuem Romanam.* Hæc recte absunt a Cod. Iust. ob ius ciuitatis mutatum.

(s) *Tabernariam vel tabernarii.* Cod. Iust. *tabernariam, tabernarii.* MS. W. *tabernariæ vel tabernarii.* Sichard. *tabernarii vel tabernariæ.*

(t) *Quod quidem.* Tribonianus his omissis, ita scripsit: *ideoque huiusmodi inhibuisse nuptias Senatoribus harum fœminarum, quas modo enumerauimus, æquum est.*

(v) *Conuenerunt.* MS. G. & Sichard. *venerunt.*

(x) *Par. Kar. AA.* In impressis libris & MS. G. est. *Præfecte chariss. AA.*

(y) *Aetio.* Non confundendus est *Aetius* hic, cum *Magistro vtriusque militiæ & Patricio*, de quo dixi ad *Nouell. 24. inter Theodos.* Is enim, qui hoc anno Consul prodiit, ad orientem pertinet, fuit-

fuitque Præfectus vrbi Constantinopol. an. *D.* 419. teste *Chronico Paschal.* & *an. D.* 425. sub Theodosio Iuniore Præfectus Prætorio, vt patet ex *lege 1. de imaginib. imperial.* Vide PAGIVM *in Critic. ad an.* 454. & quæ notaui in *Prosopographia.* Fuit etiam inter eos, qui *Marcianum* Augustum comitati sunt, cum is *an.* 451. post actionem quintam habitam, ingressus esset Synodum Chalcedonensem, gessitque eo tempore dignitatem *Comitis Domesticorum & sacrorum stabulorum.* Vide *Concil. Chalcedonens. act. 6. pag.* 464. *Tom. II. Concil. Harduin.*

Titulus V. (a)

1. Impp. Valent. & MART. AA. Storacio. PF. P. (b)

Multa in sanciendis legibus non solum sibi vindicat, (c) verum etiam temporis ratio persuadet, non quod præceptorum diuersitas placeat, sed quod euentuum qualitas pensius facit esse iudicium, & firmius constituto robur est, quotiens priori sententiæ magis magisque probata succedit. Dudum lata (d) lex, exceptis inlustribus foris, ceteris ac prouincialibus perpetuitatem concesserat actionis, sed nunc adcrescente pube & literariæ indolis iuuentute, aditi exoratique sumus, ne sub aliorum perpetuitate, succedentium studiorum feruor euanescat. Quis enim se ei officio nouus professor inferat, quod veteranus insederit, vt non sit tam actor quam obseruator alterius? Et quia hæc, quæ ab homine caduca sunt, fiunt subrogatione perpetua, ne interdicentibus studiis ipsa pariter officia conquiescant, hac generali Constitutione decernimus, vniuersa fora, tam inlustrium Præfectorum prætorii ac Præfecti vrbi, quam reliqua omnia, &c.

(a) Hoc Nouellæ fragmentum edidit GOTHOFREDVS inter Valentinianeas *n.16.* quem locum quoque occupat in Editione Lugdunensi, addito titulo, *de aduocatis non perpetuandis.* Sed recte in Editionibus Parisinis inter Marciani Nouellas collocatum esse, mox probabo. Primus id vulgauit CVIACIVS *Obseruationum lib. XVI.* 22. ex vetere scheda, quæ adglutinata erat inuolucro libri cuiusdam theologici. Scripta autem fuit hæc lex aduersus *Nouellam 16. Theodosii de postulando & perpetuanda aduocatione*, vt ibi dixi *not. 4.*

(b) *Storacio PF. P.* In Edition. Lugd. Rittershusf. Gothofredi est, *Stavratio.* Scribendum est, *Sporatio PF. P.* Lex enim nostra pertinet ad Orientem, & est opposita *Nouellæ 16.* quæ aduocatis prouincialibus in oriente dederat perpetuitatem actionis. Cum vero *Marciano* imperante multi iam essent in orientis imperio adolescentes iuris periti, videretque Imperator conhiberi studia iuris, si perpetuo causis agendis insiderent *veterani*, essentque non tam *actores*, quam *obseruatores* aliorum, restituit ius vetus, voluitque, vt veteres aduocati cederent nouis, nec essent perpetui. *Sporatius* vero fuit vnus ex Iudicibus Illustrissimis Synodi Chalcedonensis, *Actioneque I. pag.* 54. dicitur, μεγαλοπρεπέςατος καὶ ἐνδοξότατος Κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεςίκων Σπορἀκιος, *magnificentissimus & gloriosissimus Comes deuotissimorum Domesticorum Sporatius.* Vide etiam *Action. 4. pag. 382. Act. 6. pag. 464. Tom. II. Concil. Harduin.* Ex his patet *legem 3. Cod. Iust. de domest. & protectorib.* quæ die & Consule caret, & inscripta est *Sporatio Comiti Domesticorum peditum*, referendam esse ad annum 451. Sequenti anno prodiit *Sporatius* Consul cum *Herculano*, vbi Fasti nonnulli male habent *Asporacio & Herculano.* Recte PROSPER, & *Fasti Florentini*, *Sporatio*, vide RELANDVM in *fast.* & PAGIVM *in Critic.* Emendanda igitur *lex 2. Cod. Iust. de Consul.* quæ hoc anno data est, & inscriptionem hanc præfert, *Asporatio Com. & Consuli*, quod iam vidit CVIACIVS. Cum ergo *Sporatius* anno adhuc 452. *Comes* fuerit, hæc nouella, in qua dicitur *Præfectus Pratorio*, non nisi post hunc annum, quem tamen definire non audeo, scribi potuit. Ad *Sporatium* extat THEODORETI *ep.97.* imo eius precibus adductus ille ecclesiæ Pater conscripsit *libros quinque hæreticarum fabularum*, ipsique dedicauit.

(c) *Sibi vindicat.* RITTERSHVSIVS legit, *prudentia sibi vindicat.*

(d) *Dudum lata.* Anno 439. quo dicta Nouella 16. edita.

De testamentis clericorum. (a) *Tit. VI.*

1. Imp. MARTIANVS (b) A. Palladio PF. P. (c)

Sæpe materiam scribendis ferendisque legibus negotia inopinato exorta suppeditant, & aut nouas constitui sanctiones, aut durius & asperius latas faciunt abrogari. Æqualis enim in vtroque æquitas est, vel promulgare quæ iusta sunt, vel antiquare quæ grauia sunt. Nuper cum de testamento clarissimæ memoriæ Hipasiæ, (d) quæ inter alios virum religiosum Anatolium presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit heredem, amplissimo Senatu præsente tractaret Pietas mea, & dubium videretur, an vere esse deberent hæ voluntates viduarum, quæ testamento suo aliquid his clericis relinquunt, qui sub

ſub prætextu religionis huiusmodi feminarum domus adeunt. Cum lex Diuæ memoriæ Valentiniani & Valentis, & Gratiani, (e) Eccleſiaſticos, (f) vel eos qui continentium ſe volunt nomine nuncupari, nihil quacunque liberalitate viduarum extremo iudicio permittat adipiſci. Contra hæc autem Diuæ memoriæ Valentiniani, Theodoſii & Arcad. Conſtitutio (g) legeretur: Inſpicientibus & æſtimantibus nobis latoris animum, viſum eſt iuſta ac rationabili pœnitentia priorum Conſtitutionum vigorem antiquare voluiſſe. Nam cum in prima lege viduarum tantummodo mentio facta ſit, in ſecunda autem tantummodo diaconiſſarum, intelligitur eam Conſtitutionem, quæ viduarum & diaconiſſarum meminit, de lege vtraque dixiſſe. Quod cum de voluntate latoris, & de ſanctione legis nobis videretur, vniuerſum teſtamentum nobis (h) iuſſimus relegi atque replicari, & cum repertum fuiſſet alias quoque partes eiusdem voluntatis ita iuſte ac prudenter inſtitutas, vt nullum bene (i) de ſe meritum neglexerit, multa ſacroſanctis Eccleſiis, multa pauperibus, multa Monachis religionis intuitu, multa captiuorum redemptioni, commota miſerabili eorum ſorte, contulerit, multa libertis ſuis eadem (k) latorum ſibi obſequiorum contemplatione præſtiterit, alteram quoque partem inſtitutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit heredem, aduertimus ordine fuiſſe diſpoſitam. Ea enim mobilia, quæ plurimis iuſte ac pie reliquit, per hunc voluit vniuerſa compleri, vt non ſolum heredis, ſed pene etiam diſpenſatoris fungatur officio. Ideoque huiusmodi prædictæ clariſſimæ memoriæ Hipaſiæ (l) voluntatem, etiam in ea parte, qua Anatolium presbyterum inſtituit heredem, ea auctoritate firmaui. (m) Sed ne in poſterum, vt ex prioribus Conſtitutionibus, quarum ſuperius fecimus mentionem, & quas nunc præcipio penitus abrogari, vel ex præſentis negotii dubitatione aliquid forte relinquatur ambiguum, ſecuritati vel fiduciæ morientium prouidentes, generali (*) perpetuoque victura hac lege ſancimus, vt ſiue vidua, ſiue diaconiſſa, ſiue virgo Deo dicata, vel ſanctimonialis mulier, ſiue quocunque alio nomine religioſi honoris vel dignitatis femina nuncupetur, teſtamento vel codicillo ſuo, quod tamen alia omni iuris ratione munitum ſit, Eccleſiæ, vel martyrio, (n) vel clerico, vel monacho, vel pauperibus aliquid, vel ex integro, vel ex parte, in quacunque re vel ſpecie credidit relinquendum, id modis omnibus ratum firmumque conſiſtat: ſiue hoc inſtitutione, ſiue ſubſtitutione, ſeu legato, aut fideicommiſſo per vniuerſitatem, vel ſpecialiter, ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta voluntate fuerit derelictum, omni in poſterum de huiusmodi negotio (o) ambiguitate ſubmota, donationibus etiam, vel qualibet liberalitate, tam viduarum quam diaconiſſarum, ſiue virginum, quæ Deo dicatæ ſunt, vel ſanctimonialium quæcunque in Eccleſiam, vel martyrium, (p) vel clericum, vel monachum, vel pauperes conlata fuerint, pari robore firma eſſe præcipio. Palladi P. K. AA. Inluſtris igitur & magnifica auctoritas tua, ea quæ generali legis huius ſanctione decreui, edictis ex more propoſitis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. X. Kal. (q) Mai, CP. Anthemio V. C. COSS. (455.)

INTERPRETATIO. *Sanctimonialibus, viduis, diaconiſſis, omnibusque religioſis matronis hac lege permittitur, vt ſeu teſtamento, ſeu fideicommiſſo,* (r) *ſeu per nuncupationem, ſeu per codicillos, vel quibuslibet aliis ſcripturis, quod voluerint, Eccleſiæ, Epiſcopis, presbyteris, vel diaconibus, & omnibus clericis relinquendi habeant poteſtatem. Et ſi voluerint heredibus ſuis quoscunque poſt eorum obitum ſubſtituere, habeant poteſtatem.*

(a) Antiquantur hac nouella *leges 20. & 27. de Epiſcopis & clericis*, quibus interdictum fuerat clericis, ne quid ex teſtamento relictum a viduis caperent. Interpretatur etiam *Marcianus legem 28. de Epiſcopis*, ſed minus accurate, quod obſeruauit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad eam legem*, quem conſule. BARONIVS *in Annal. ad an. 455.* excitat nouellam noſtram, multisque extollit laudibus *Marcianum*, quod prudens fuerit, religionis contemptum conſiderans interceſſiſſe, cuius cauſſa ruinam & caſum imperium eſſet paſſum, quodque optime intellexiſſet, Valentinianum, qui hoc anno occiſus eſt, diuinam in ſe ipſum concitaſſe iram, ſimulac ſanctionem ediderit *de epiſcopali iudicio*, aduerſus eccleſiaſticam immunitatem.

(b) *Martianus.* Valentiniani nomen librariorum incuria abeſſe puto. Licet enim is iam *VII. Kal. April.* hoc anno occiſus fuerit, triſtem tamen mortis nuntium tempore datæ Nouellæ nondum perueniſſe Conſtantinopolin docet ſubſcriptio, quæ fidem facit, tum ne quidem in Oriente eius Conſulatum innotuiſſe.

(c) *Palladio PF. P.* De eo vide *Nouell. 2. Marcian.*

(d) *Hipaſia.* MSS. & impreſſi habent, *Hypatia.*

(e) *Gratiani.* Innuit *legem 20. de Epiſcopis*, cuius hoc eſt initium: *Eccleſiaſtici, aut ex eccleſiaſticis,*

vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum at pupillarum domos non adeant.

(f) *Ecclesiasticos.* MSS. W. G. *clericos.*

(g) *Constitutio.* Intelligit *leges 27. & 28. de Episcopis*, vt sequentia docent, ibi: *nam cum in prima lege viduarum tantummodo mentio facta sit, in secunda autem diaconissarum, intelligitur eam constitutionem, quæ viduarum & diaconissarum meminit.* Fit autem *viduarum* mentio l. 20. *Diaconissarum* l. 27. *viduarum* vel *diaconissarum* l. 28. Huius tamen legis vim non intellexisse Marianum, GOTHOFREDVS *ibi* probauit.

(h) *Nobis.* Abest hæc vox a MSS. & impressis.

(i) *Bene.* Abest & hæc vox a MSS. W. G. & Edit. Sichard.

(k) *Eadem.* MS. W. & Codex quem CVIACIVS consuluit habent, *idem.* In aliis est, *id est.*

(l) *Hipasia.* MSS. & impressi, *Hypatia.*

(m) *Firmaui.* Bene MS. W. *firmamus.*

(*) Lex, *generali lege, 13. Cod. Iust. de SS. ecclesiis*, hinc desumpta est.

(n) *Martyrium.* De *martyrio* vide *legem vlt. de sepulcris violat.* ibique *Commentarium.*

(o) *De huiuscemodi negotio.* Cod. Iust. MSS. & impressi, *de huiusmodi.* Cod. Iust. *in huiuscemodi negotiis.*

(p) *Martyrium.* Male MS. G. *monasterium.*

(q) *X. Kal. Mai.* MS. G. *XI. Kal. Mai.* Edit. Sichard. & Lugd. Rittersh. *Kal. Mai.*

(r) *Seu fideicommisso.* MS. G. *seu per fideicommissum.*

LEGVM NOVELLARVM
DIVI MAIORIANI A.
LIBER IIII.

De Curialibus, & agnatione vel distractione prædiorum, & de diuersis negotiis. *Tit. I.*

1. Impp. Leo & MAIORIANVS AA. Basilio PF. P. (a)



CVRIALES, neruos (b) esse Reip. ac viscera ciuitatum nullus ignorat, quorum cœtum recte appellauit antiquitas minorem Senatum, (c) huc redegit iniquitas Iudicum exactorumque plectenda venalitas, vt multi patrias deserentes, natalium splendore neglecto, occultas latebras, & habitationem elegerint (d) iuris alieni. Illud quoque sibi dedecoris addentes, vt dum vti volunt patrociniis potentum, colonarum se ancillarumque coniunctione (e) polluerint. Itaque factum est, vt vrbibus (f) ordines deperirent, & prope libertatis suæ statum nonnulli per contagionem consortii deterioris amitterent. Quod ne vlterius possit licere, saluberrima lege sancimus, præteritæ præsumptionis supplicium (g) relaxantes, vt præter (h) illos, qui patrias suas aliqua munerum conlatione iuuerunt, ac propterea nulla ordinibus præsumptione depereunt, vbicunque intra triginta abhinc retro annos inuenti fuerint Curiales, constrictis procuratoribus, vel conductoribus prædiorum, dominisque conuentis, ad vrbes quas deseruerant, cum vxoribus reducantur. (i) Quod ingratum esse agrorum dominis non oportet: cum debuerint pœna seueriore percelli, amittant mulieres, quas inlicitis consortiis iunctas esse nouerunt. A quo constituto nec domum nostræ Serenitatis excipimus, quorum progeniem ita diuidendam esse censemus, vt quotquot fuerint masculini sexus filii, patrem sequantur: feminis prædiis domini (k) relinquendis. Illa discretione seruata, vt si ex colonabus (l) nati sint, Curiæ inserantur. Si ex ancillis editi, collegiis deputentur: ne materni sanguinis vilitate splendor ordinis polluatur. (m) De collegiatis vero illa seruanda sunt, quæ præcedentium legum præcepit auctoritas. Quibus illud prouisio nostræ Serenitatis adiungit, vt collegiatis operas patriæ alternis vicibus, pro Curialium dispositione præbentibus, extra territorium ciuitatis suæ habitare non liceat. Hoc de pendentibus sanxisse sufficiat. In futurum vero hæc obseruanda censemus; vt si quis actor pro-

procuratorue, domino nesciente, susceperit Curialem, aut non intra annum propriæ restituerit ciuitati, si ingenuus probatur, collegiis applicetur, si seruus est, fustuario supplicio interficiendum se esse cognoscat. Quod si id sciente domino, ac volente factum esse doceatur, & non intra statuti temporis metas, etiam cum vltione correctum, (n) ipsius prædii, in quo hoc admissum fuerit, amissione multetur. Similiter si seruo suo actori procuratorique vllus filiam iunxerit Curialis, aut certe iunctam esse permiserit, & non intra præscripti temporis terminum natalibus suis vrbique reddiderit, illa quidem Curiæ restituenda reuocetur: quam iubemus ab intestato (o) parentibus æqua cum ceteris lance succedere; quia per eius quoque progeniem ordo reparandus est. Ille vero si originarius (p) erit, qui sibi frustra ac temere mariti nomen contra interdictum legis indiderit, collegiis nihilominus deputetur. Si famulus, seruilibus pœnis peribit. Filia Curialis, si genitalis soli amore neglecto, in alia voluerit nubere ciuitate, quartam mox omnium facultatum suarum ordini conferat, a quo se alienari desiderat: illi vrbi, ad quam migrauerit (q) Curialis, sine dubitatione paritura. Et quoniam vsquequaque obuiandum est eorum dolis, qui nolunt esse quod nati sunt, Quicunque se sub nomine clericatus, seu quodam religionis obtentu, Curialis vel corporatus fortasse subtraxerit, secundum præcedentium legum statuta, (r) si intra diaconatus gradum locatus probatur, ad originem suam sine dilatione reuocetur. Si vero iam Diaconus, aut Presbyter, aut Episcopus latæ huius legis tempore reperitur, siue adhuc obnoxius functionibus, siue muniis persolutis, nihil de patrimonio suo alienaturum se esse cognoscat. Cui si masculini sexus prolem, (s) seu propinquos esse contigerit, qui vtique Curiæ necessitatibus obsequantur, mox medietatem omnium facultatum eis tradere non desistat, sibi ad vsumfructum sex residuas vncias retentaturus. Si defuerit sexus virilis, eadem in filiabus sine dubio seruaturus: si tamen Curialium connubiis copulentur. Qui si in totum fortasse defuerint, ad ordinem vrbis suæ prædicti (t) patrimonium pertinebit. Si qua sane huiusmodi persona originis suæ vinculis obligata, ex hiis, quos ad ordines iubemus reduci, sub diuini ministerii (v) occasione intra Ecclesiam se crediderit occulendam, (x) eam constrictus (y) Archidiaconus repræsentet. Hic etiam eorum (z) nequitia comprimenda est, qui locum principalitatis (a) indepti, vendunt defugas Curiales & obnoxios corporatos: cum eos occulta deprædatione concusserint, quos vtique si honestatis memores, patriæ suæ aliquid affectionis impenderent, reuocare deberent. Quod ne deinceps existiment se impune facturos, quicunque in tam sceleratis nundinis fuerit quocunque accusante conuictus, capitalem pœnam subibit. Prædia (b) vel vrbana, vel rustica, nunquam sine interpositione decreti Curiales alienent. (c) Quod ne forte prouincialis Iudex facile aut gratificanter indulgeat, ad eminentium Præfectorum sub relatione notitiam dirigatur. (d) Quibus solis æstimare permittimus, vtrum ineluctabilis necessitas (e) venditorem faciat Curialem. Aliter contractus super hiis rebus initi non valebunt. (f) In mancipio tantummodo distrahendo non est decreti quærenda solennitas, si quinque primorum (g) Curiæ subscriptio atque consensio adiecta monstretur: Inter quæ iustum est, vt hiis quos reduci volumus consulamus, ne iniuriis corporalibus (h) pro ciuilis plerunque Iudicis commotione subdantur. Vnde quoties aut culpa grauis, aut aliquod Curialis crimen arguitur, sciant Iudices, eo sub fideiussione ordinis constituto, ad magnificos viros Præfectos prætorio esse referendum, vt in ipsorum sit arbitrio constitutum, qualiter quod admissum probabitur, vindicetur. Nunquam Curiæ a prouinciarum Rectoribus generali condemnatione multentur. Cum vtique hoc & æquitas suadeat & regula iuris antiqui, vt noxa tantum caput sequatur, (i) ne propter vnius fortasse delictum alii dispendiis affligantur. Strenarum, Kalendarum ac Pulueratici (k) nomine a Curialibus nihil petatur. Si quis horum aliquid poposcerit, aut etiam offerentem contra interdicta susceperit, singulas libras auri, per singulos Curiales a se nouerint exigendas. Nec hanc partem ducimus negligendam, in qua & ordinibus, & possessorum compendiis prouidetur. Itaque prouinciali Iudici non solum faciendarum euectionum nulli tribuatur facultas, verum ne ipse quidem cum ad alteram pergere cœperit ciuitatem, plus quam vnam sibi angariam, & duos parauerедos, alteramque angariam officio suo, & parauerẹdos du-

os liceat postulare. (l) Si quisquam amplius æstimauerit præsumendum, octo equos constrictus exsoluat, publicis mox mutationibus adgregandos. Compulsor (m) tributi nihil amplius a Curiali nouerit exigendum, quam quod ipse a possessore susceperit. Quia ad hoc tantummodo perurguendus est, vt pariter exigat, & publicum debitorem ostendat atque conuincat. Præterea nullus solidum integri ponderis, (n) calumniosæ improbationis obtentu, recuset exactor, excepto eo gallico, (o) cuius aurum minore æstimatione taxatur. Omnis concussionum remoueatur occasio, nihil mutaturæ nomine (p) postuletur, ita vt quisquis hoc posthac vsurpandum esse crediderit, siue prætoriani sit miles officii, seu palatinus, vel sacri ærarii, vel priuati, seu professionem negotiationis exercens, fustiariæ subditus pœnæ, seruilibus suppliciis periturum se esse cognoscat. Illis quoque fraudibus obuiandum est, quas in varietate ponderum exactorum calliditas facere consueuit: qui vetustis caliginibus abutentes, Faustinæ (q) aliorumque nominum (r) nescientibus faciant mentionem. Quibus penitus amotis, atque in perpetuum hac lege damnatis, a prætoriana sede ad singulas non solum prouincias, sed etiam ciuitates, pondera examinata mittantur: (s) quibus tam omnis exactor quam negotiator vtatur, capitale sibi sciens vnusquisque supplicium, si constituta transcenderit. Inter hæc etiam officiorum pro laborum merito non est commoditas negligenda. Et quia per Rectores prouinciarum exigi omnem canonem, tam ad arcam præfecturæ pertinentem, quam sacris vel priuatis largitionibus inferendum, sed & (t) binos per iugum, vel millenos, solidos remunerationibus deputandos, compelli debere præcepimus, possessori non putamus onerosum, quem a multis molestiis & sportularum, & numerosis mutaturæ dispendiis liberamus, si semissem solidi per iuga singula, seu singulas millenas, (v) amplius iubeamus inferri, qui pro ordinatione nostra inter diuersa officia diuidatur. Ita ergo prædicta (x) summa inter compulsores, vt diximus, partienda est, vt Palatinus siliquam mediam pro siliquatico solidi remunerationis binorum solidorum, exactor siliquam: quatuor autem siliquas tam Curialis quam officium prouinciale percipiat: officium sane præfectorum sex semisiliquas consequatur. Quisquis vltra aliquid aut exigendum, aut accipiendum esse crediderit, subditus verberibus, & cingulo priuabitur, & facultatibus exuetur. Illud quoque onus a ciuitatibus, vel præcipue curiarum ordinibus ac negotiatoribus submouendum est, quibus non parua dispendia prouinciarum Iudicum infligit aduentus, vt eos in otio (y) plerunque resedentes, deliciis exquisitis alere, quasi quadam lege cogantur. Contra quam iniquitatem remedium prouidentes, hac euidenti præceptione decernimus, vt Rectori prouinciæ totius anni tempore non plus quam triduo vna ciuitas alimonias subministret, ita vt si diutius voluerit commorari, de proprio sibi sciat esse viuendum. (z) Sed ne vaga interpretatio eorum, quæ pro humanitate præbenda sunt, nihilominus prædictos fatiget, quid inferri diurnum debeat, eminentissimæ præfecturæ pandetur edicto, quod instar nostri volumus esse præcepti. Hac condicione sociata, vt si supra huuc modum quicquam a curialibus seu negotiatoribus Iudex putauerit postulandum, aut sub nomine oblationis acceperit, quod magis extorsisse credendum est, mox administratione depulsus, priuilegio dignitatis amisso, proscriptione feriatur. Basili Parens Karissime AA. (a) Inlustris sane & præcelsa magnificentia tua, omnium prouinciarum Rectores suis auctoritatibus admonebit, vt principales vel seniores vrbium singularum, tam curiarum, quam reliquorum corporum, albos, quos conscripsit vetustas, proferre compellat, obnoxiorum familias sub confessione gestorum capitis sui periculo detegentes, ita vt quæ statuta sunt edictis propositis in cunctorum notitiam perferantur. Dat. VIII. Id. Nouemb. Rau. Leone & Maioriano AA. COSS. (458)

INTERPRETATIO. *Lex hæc Maioriani de Curialibus, quæ custodienda sunt euidenti obseruatione constituit, vt infra triginta tantummodo annos, sicut lex de omnibus dudum lata testatur, ad ordinem suum quem deseruerint Curiales debeant reuocari. Nam de Collegiatis illa specialiter custodiri confirmat, quæ lex in Theodosiani Codicis corpore scripta declarat. Itaque præcepit, vt si Curialem cuiuscunque possessionis actor domino nesciente susceperit, & non trasacto anno ad ciuitatem Curiæ cui debetur, fecerit reuocari, si ingenuus fuerit is ipse actor, in collegio deputetur. Si seruus, fustibus verberetur. Nam si cum conscientia*

domi-

domini Curialem vltra anni spatium tenere præsumpserit, & non ordini suo, sicut dictum est, post annum sine mora reddiderit, nouerit ipsum prædium, in quo inuentus fuerit Curialis, se dominus prædii perditurum. Filia vero Curialis, si aut seruo, aut actori, aut procuratori sese coniunxerit, aut dominus agri iunctam esse permiserit, & non post anni spatium Curiæ fuerit restituta, illa quidem continuo parentibus Curialibus in hereditatem successura reddatur: quia per eam, si se Curiali iunxerit, ordo poterit reparari. Ille vero cuius contubernio Curialis filia fuerit maculata, si colonus est, Collegio deputetur, si vero seruus fuerit, inter tormenta deficiat. Filia vero Curialis, si ciuitatis suæ curialem accipere noluerit maritum, & suam deserens ad aliam se contulerit ciuitatem, quartam portionis ordini Curiæ suæ quem dispexit, de facultatibus suis cogatur inferre, ad illam ciuitatem sine dubio, in quam se transtulit, (b) *curiales filios, si curialem maritum acceperit, sine dubio paritura. Si autem Curialis vel corporatus, nolentes esse quod nati sunt, Clerici esse voluerint, & in quocunque officio ante diaconatum fuerint constituti, ad originis suæ officium sine dilatione aliqua reuocentur. Si vero iam Diaconus, aut Presbyter, aut certe Episcopus fuerit ordinatus, siue munia sua soluerit, siue non soluerit, de patrimonio suo nihil alienare præsumat. Qui si masculini sexus filios vel propinquos habuerit, quibus tantum personis Curiæ necessitas vt obseruari possit imponitur, illis statim medietatem de facultatibus suis dare non differat, medietatem sibi ad vsumfructum retineat. Quod si aut filios aut propinquos virilis duntaxat sexus non habuerit, sed filias habebit, quas lex a necessitate publica facit alienas, tunc eis sex vncias bonorum suorum tradat, si tamen Curiales maritos acceperint, per quos & necessitas publica possit impleri, & ex quibus nati Curiales merito appellentur. Quod si Curialibus non fuerint copulatæ, Curialis prædicti patrimonium ad ciuitatis suæ ordinem pertinebit. Si quis vero de his, quos superius diximus sine excusatione honoris debere ad suum ordinem vel originem reuocari, ad Ecclesiæ septa confugerit, Archidiaconus teneatur, vt eum debeat præsentare. Sane si quis Curialem latentem sub aliqua commodi intercessione vendiderit, qui eum magis debuit reuocare, nouerit se capitali supplicio puniendum. Iubentur etiam Curiales, vt prædia vrbana vel rustica sine decreti interpositione non vendant, nisi potestatibus referatur: quia vendendi arcta necessitas imminet Curiali. Mancipia autem distrahendi sine decreto habeat* (c) *liberam potestatem, dummodo quinque priores Curiæ testes in ea venditione subscribant. Nam & hoc Curialibus voluit esse consultum, ne aut hi, qui reuocantur ad Curiam, aut illi qui in graui culpa tenentur obnoxii, tam facile tormenta sustineant, nisi ad potestatem dignissimam sub fideiussionis vinculo dirigantur, vt ipse de eorum factis possit ferre sententiam, nec vt ordo Curiæ pro vnius culpa multam excipiat, nisi tantum is qui probatur obnoxius. Nam nec in his rebus, vnde aliqua Iudici per sportulum conferuntur, Curiam præcepit sentire dispendia. Reliqua vero pars legis interpretata non est, quia hæc quæ continet, vsu carent, & certe ad intelligendum non habetur obscura.*

(a) *Basilio PF. P.* Eidem inscribitur eodem anno *Nouella 8. Maioriani, infr. de sanctimonialibus & viduis.* Puto eundem esse cum eo, qui an. *D. 463.* in Occidente Consulatum gessit, & cuius laudes virtutesque decantat SIDONIUS *lib. 1. ep. 9.*

(b) *Neruos.* Male *seruos*, in MS. G. Ed. Sichard. Lugd. Rittershus. Gothofr. CASSIODORUS *Var. VII. 47. Vtile curiam custodire. A quibus enim munia poterunt sustineri, si ciuitatum nerui passim videantur abscidi?* Vide *notam sequentem.*

(c) *Minorem Senatum.* Theodosius M. *l. 85. de decurionib.* appellat Decurionem, *suæ curiæ* SENATOREM. AUSONIUS *in Mosell. v. 401. canit:*

Quos curia summos
Municipum vidit proceres, propriumque SENATUM.

Imitatur hunc locum CASSIODORUS in Edicto Athalarici Regis, *Var. IX. 2. in fin. Non enim incassum vobis curiam concessit Antiquitas, non inaniter appellauit Minorem Senatum, neruos quoque vocitans ac viscera ciuitatum. Quid in ista appellatione non habeatis vel potentiæ vel honoris. Nam qui Senatui comparatur, a nullo genio claritatis excluditur.* IDEM *Var. II. 18. Quam videtur esse contrarium, Curialem Reipublica amissa turpiter libertate seruire? & vsque ad conditionem peruenisse postremam, quem vocauit antiquitas minorem Senatum?* Vide plura *in Commentario ad l. 85.*

(d) *Elegerint.* MSS. & impressi, *eligerent.*

(e) *Coniunctione.* Illustrabis hæc, consulta *lege 6. de decurionib.*

(f) *Vt vrbibus.* MS. W. *vt & vrbibus.*

(g) *Supplicium.* MSS. W. G. *subsidium.* Edit. Sichard. *officium.* Recte *Supplicium* legitur, quod docent sequentia, ibi: *quod ingratum esse.*

(h) *Præter.* MSS. & Sichard. *propter.* Male.

(i) *Reducantur.* MSS. W. G. *reuocentur.*

(k) *Pradiis domini.* MSS. & impressi, *pradii domino.*

(l) *Colonabus.* MS. W. *colona.*

(m) *Polluatur.* En vilitatem collegiatorum, de quibus consule *Paratitlon* & *legem* 1. *titul. de collegiatis.*

(n) *Correctum.* MS. W. *correptum.* Recte *correctum.* Nimirum *factum*, dominus intra statuti temporis metas *corrigere* potest, ita tamen, vt pœna afficiatur arbitraria, quod volunt illa, *etiam cum vltione.*

(o) *Intestato.* In impressis est, *intestatis.*

(p) *Originarius.* De *originariis* consule *Nouell. 9. Valent. de colon. vag.*

(q) *Migrauerit.* MS. G. Ed. Sichard. Lugd. Gothofr. *migrauerat.*

(r) *Statuta.* Intelligit *Nouell. 26. inter Theodos. de corporatis*, & *legem 8. de suar.* quas vide. Adi etiam *Paratitlon de priuileg. corporator. pag. 163. Tom. V.*

(s) *Prolem.* Ad hæc consule *legem 49. de decurion.*

(t) *Pradicti.* MS. W. *pradictum.*

(v) *Ministerii.* Male MSS. & impressi *mysterii.*

(x) *Occulendam.* MS. G. *occultandam.*

(y) *Constrictus.* Rittershusio placebat, *constrictam.*

(z) *Hic etiam eorum.* MSS. W. G. *Sic autem eorum.*

(a) *Principalitatis.* De loco, & munere *principalium*, multa habes in *Paratitlo de decurionib. pag. 356. 357. Tom. IV.*

(b) *Pradia.* Reuocat antiquum ius, quod vide *l. 1. 2. de pradiis & mancip. curialium sine decreto non alienandis.*

(c) *Curiales alienent.* MSS. & impressi, *curialis alienet.*

(d) *Dirigatur.* Hinc Cassiodorus *Var. VII.* vltin formula, ad Præfectum Prætorio, vt sub decreto curiali prædia vendat, scribit: *Sed quamuis hoc vestra potestati fuerit legum auctoritate concessum, tamen, ne quam rarissimi facti sustineretis inuidiam, illius municipis allegatione permoti, nos quoque eminentia vestra præsenti iussione permittimus*, &c. Consulenda integra epistola.

(e *Ineluctabilis necessitas.* CASSIODORVS *l. c. Vt si apud vos ineluctabilis necessitas appareret, rerum suarum subtractio subueniret.*

(f) *Non valebunt.* CASSIODORVS in Edicto Athalarici *Var. X. 2. Pradia curialium, vnde maxime mediocribus parantur insidia, nullus illicita emptione peruadat. Quia contractus dici non potest, nisi qui de legibus venit.*

(g) *Quinque primorum.* Valentinianus *Nouell. 10. supr. de confirmand. iis, qua administrantib.* satis esse, statuerat, si primores curiæ, qui vendendi necessitatem ignorare non poterant, in collegæ venditionem subscriberent. Quod mutauit hoc loco *Maiorianus*, & in mancipio tantum distrahendo, quinque primorum curiæ subscriptionem sufficere posse, constituit.

(h) *Corporalibus.* Immunes fuisse curiales ab iniuriis corporalibus, plures docent leges, quas repete ex *Paratitlo de decurion. pag. 359. Tom. IV.*

(i) *Caput sequatur.* Lex. 22. Cod. Iust. de pœnis: *Sancimus ibi esse pœnam, vbi & noxia est. Peccata igitur suos teneant auctores, nec vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.*

(k) *Strenarum, Kalend. ac pulverat.* De *strenis* omnia nota sunt. Vide tamen si placet, *titulum de oblat. votor.* ex quo iudicare poteris, Iudices prouinciarum idem postulasse a Senatu minore, id est curialibus, quod Principi a Senatu Romano oblatum est. De *Kalendis* iudicium ferri debet *ex lege 1. ne quid publica latit.* vbi VALENS A. ait: *Cum anni exordia certis inchoanda Consulibus nuntiantur, a tenuioribus sportula specie conlationis necessitas separetur, ne scilicet, descriptione facta hisdem quicquam veluti legitimi muneris, exprimatur.* Adde legem 2. *& 3. eiusdem tit.* & Commentar. *ad leg. 2. de feriis pag. 141. Tom. I.* De *pulueratico* iam dixi *ad legem 16. de tironib.* Adi quoque CVIACIVM *Obseruat. IV. 18.*

(l) *Postulare.* Prouinciarum Iudices *euectiones* dare non possunt, docentibus *legibus 5. 40. de curs. publ.* De *angariis* habes *legem 4. de curs. publ.* & de *parauredis l. 3. eius tit.*

(m) *Compulsor.* De *compulsoribus*, multa leges in *Commentar. ad leg. 34. de annon. & tribut.*

(n) *Ponderis.* Consule *Nouell. 25. inter Theodos. de pretio solidi, & ne quis solidum integrum recuset.*

(o) *Gallico.* Aurum Gallicum apud veterem Scriptorem *de vrinis*, quem laudat DV FRESNE *dissertat. de inferioris aui numismatib. §. 80.* opponitur *obryzo*, quod erat ὑπέρπυρον, *supra modum igne excalefactum.* Cum vero aurum *obryzum* splendore rutilo insigne fuerit, inde colligimus, aurum *gallicum*, colore pallidiore, neque tam bene coctum, eamque etiam ob caussam minoris æstimationis fuisse.

(p) *Mutatura nomine.* MS. G. & Sichard. *mutato nomine.* Sed proba est lectio recepta. Exactores enim per calumniam solidos improbantes, cogebant prouinciales eos *mutare* cum aliis, quos ipsi illis promptissime offerebant, & huius *mutatura nomine*, lucrum capiebant ingens.

(q) *Faustina.* Abest hæc vox a MS. G. Sed quænam illa *Faustina?* Intelligo *Maximam Faustinam*, tertiam *Constantii Aug.* coniugem, quam *Eusebia* mortua, duxit liberorum quærendorum gratia, prægnantemque reliquit. AMMIANVS *lib. 21. cap. 15.* Eius nomen puto solidorum exagiis fuisse inscriptum, vt omni orbi romano innotesceret, eo in primis tempore, quo Constantius, Iuliano, qui purpuram sumpserat, ægre facere imperioque haredem ex *Faustina* dare voluit. *Solidorum* enim *exagia*, siue pondera, ad formam nummi cusa, & Augustorum nomina iis inscripta fuisse, docet exagium Honorii, quod produxit DV FRESNE *in famil. Byzantin. pag. 63. Edit. Paris. & pag. 50. Edit. Venet.* in quo apparet imago Imperatoris inclusa quadrangulo, (quam formam hodie habent nostra auri pondera) addita epigraphe, DN. HONORIVS AVG. & in auersa parte, Dea moneta cum bilance & cornu Amaltheæ, adscriptis verbis, EXAGIVM SOLIDI.

(r) *Nominum.* MSS. W. G. & Sichard. *numinum.*

(s) *Mittantur.* Valentinianus laudata *Nouell. 25. De ponderibus quoque, vt fraus penitus amputetur, a nobis aguntur exagia.* Vide *Commentar. ad leg. 19. de susceptorib.*

(t) *Sed &.* Male Sichard. *decet.*

(v) *Singulas millenas.* Editiones Lugdun. Rittersh. Gothofr. *iuga singulas millenas.* Scribendum, vt supra, *singulos millenos.*

(x) *Pradicta.* MS. G. *pracepta.*

(y) *In*

(y) *In otio.* Pertinet huc *lex 4. de offic. Rector. prouinc.* qua cautum, *ne iudex diuerticula deliciosa sectetur, sed sedem in his locis constituat, in quibus oportet omnibus præsto esse Rectorem.* Nimirum Iudices prouincias transeuntes, aut *discurrentes*, vt dicitur *infra Nouell. 4. de indulgent reliquor.* in locis amœnis voluptatibusque inseruientibus diutius morabantur, & non modo curam administrandæ rei publicæ negligebant, sed & curiis erant, ob alimoniam præstandam, graues.

(z) *Viuendum.* Respexit ad hoc nouellæ caput CASSIODORVS *Var. V. 14.* scribens: *Iudex vero Romanus propter expensas prouincialium, quæ grauare pauperes suggeruntur, per annum in vnumquodque municipium semel accedat, cui non amplius, quam* TRIDVANAE *prabeantur* ANNONAE, *sicut* LEGVM CAVTA *tribuerunt. Maiores enim nostri discursus Iudicum non oneri, sed compendio prouincialibus esse voluerunt.* IDEM *Var. XII. 15. Hanc, cum frequenter inuisere desiderant commeantes, dum tadia laboris refugere cupiunt, amœnitate ciuitatis in paraueredorum & annonarum præbitione propriis ciues fatigantur expensis. Quapropter, ne lædat vrbem amœnitas sua, aut res præconii fiat causa dispendii, parauaredorum & annonarum præbitionem, secundum euectiones concessas, in assem publicum constituimus imputari. Pulueratica quoque Iudicis funditus amputantes,* TRIVM *tantum etiam* DIERVM *præsulibus annonas præberi, secundum* VETERA CONSTITVTA *decernimus.*

(a) *Kariss. AA.* MS. W. *carissime atque amantissime.* In MS. G. & impressis est, *Præfecte Kariss. AA.*

(b) *Transtulit.* MS. W. *transtulerit.*

(c) *Habeat.* MS. W. *habebit.*

De Episcopali iudicio, & de ceteris negotiis, & ne quis inuitus clericus ordinetur. (a) *Tit. II.*

I. Impp. Leo & MAIORIANVS AA. Ricimero (b) viro inlustri, Comiti & Magistro vtriusque militiæ, atque Patritio. De re necessaria, ad locum. (c)

Ad suscipiendum clericatus officium vnicuique nos optionem (d) dedisse, non legem: quia quamlibet sanctum onus, vt volentibus patimur imponi, ita ab inuitis iubemus arceri. Nonnullorum enim persuasio sacerdotum, reluctantibus onus istud imponit, vt improuidas mentes violentiæ intercedentis offensa, ad odium piæ religionis instituat. Eo ergo licentiam huius præsumptionis excludimus, vt si quispiam probatus fuerit vi coactus, sub contumeliam publicam (e) clericatus officiis succidisse, (f) spontaneis accusatoribus, vel si ipse voluerit allegare perpessa, licentiam commodemus apud Iudices competentes huiusmodi admissa damnare: vt si inter leges obiecta constiterint, decem libras auri Archidiaconus cogatur inferre, ei qui pertulerit exsoluendas: dehinc si ille desistit, accusatoris censibus, & ciuitatis ordini profuturas. Illo suæ reddito voluntati, qui coactus non potuit consecrari. Et quia ab huiusmodi ausu (g) nec Episcopum a verecundia esse conuenit alienum, ad Apostolicæ sedis deuocetur Antistitem, vt (h) in illa reuerendissima sede notam illicitæ præsumptionis incurrat. Sane quia non iniusta suspitio est, huic operi parentum conludia plerumque misceri, dum liberis aliis amore nimium gratificantur, & alios iniusta sententia persequuntur, æque patres ac matres si comprobati fuerint inuitos filios præfato oneri subdidisse, bonorum suorum tertiam iubemus adfligi, (l) ipsius filii censibus profuturam. Si qui sane Episcopus inuitus fuerit ordinatus, hanc consecrationem nulla violari accusatione permittimus + Illud quoque nobis eodem suspectu religionis occurrit, vt hominem, qui ad Ecclesiæ profugia recurrit, quicunque temerator aut sacris altaribus cogatur euertere, aut pro eo inhumana dispendia sustinere ex abundantia, vt multo minus pœnæ obnoxios quoque foribus sanctis ad mortem vel cruciatum cogatur eiicere, cum reis instituta hæc consueuerint esse profugia. Quod si quis statuti nostri temerator emerserit, aut homines intra Ecclesias constitutos ad pœnam non reprehendit adducere, capitali supplicio subiacebit. Dat. v. Kal. April. Arelato, (k) Magno & Apollonio vv. cc. coss. (460.)

INTERPRETATIO. *Hæc lex adeo ad integrum scripta non est, quia iam quæ de diuersis negotiis loquitur, in reliquis legibus euidenti interpretatione habentur expressa. Sed hoc amplius habet, quod ad locum scribi fecimus de his, qui inuiti Clerici ordinantur, quod per se sine interpretatione intelligi potest.*

(a) Vide, quæ scripsi *not. a.* ad *Nouell. 12.* Valentiniani *de episcopali iudicio.*

(b) *Ricimero.* Fuit *Ricimer* natione Sueuus, & genere materno descendit a Wallia Wisi-Gothorum Rege, vt scimus ex SIDONIO *Carmin. II. v. 360. sequ.* perque varios militiæ gradus ascendit

dit ad dignitatem *Magistri Militum*, & *Consulatum* gessit in Occidente A. D. 459. In Marmore, quod protulit ARINGHIVS *Rom. subterran. lib. 4. cap. 7.* & ex eo REINESIVS *Class. XX. inscript. 342.* dicitur *Flav. Ricimer.* Tantum autem hic Magister Militum potuit, vt An. D. 456. *Auitum* Imperatorem diademate exueret, quod docet *Chronographus* CVSPINIANI *ad h. a.* Dignitatem *Patriciatus* adeptus Ricimer A. D. 457. eodem auctore teste, & a *Maioriano A.* in consilium rerumque omnium societatem adscitus est, quod testatur *Nouella Maioriani 3. infr. de ortu imperii*, ibi: *Apud nos cum Patre Patricioque nostro Richimere rei militaris peruigili cura. Romani orbis statum, quem communibus excubiis, & ab externo hoste, & a domestica clade liberauimus, propitia diuinitate seruemus.* Sed hunc ipsum *Maiorianum*, postquam an. 459. & 460. res in Gallia & Hispania feliciter gessisset, & quasi triumphans rediisset in Italiam, *Ricimer* liuore percitus, & inuidorum consilio fultus, vt habet IDATIVS *in Chron.* A. D. 461. fraude circumuentum, purpura spoliauit, & paullo post interfecit. Vide laudatum *Chronograph.* CVSPINIAN. Imo CASSIODORVS & MARCELLINVS *in Chron.* tradiderunt, *Ricimerem*, *Seuerum* Maioriani successorem A. D. 465. veneno dato sustulisse. Certe interregni tempore, quod durauit per annum & aliquot menses, solus *Ricimer* imperium administrauit, neque *Anthemius* a Leone An. D. 467. in Occidentem missus & Augustus dictus, tutum se fore credidit, nisi filia Ricimeri in matrimonium tradita. Ideo SIDONIVS *lib. 1. ep. 5.* scribit: *Interueni etenim nuptiis patricii Ricimeris, cui filia perennis Augusti in spem publicæ securitatis copulabatur.* Sed gener socerum eodem, quo alios Imperatores, scelere A. D. 472. cum graui calamitate vrbis & imperii extinxit, peractoque barbaro facinore ipse post quadraginta dies est mortuus. CASSIODORVS, & MARCELLIN. *in Chron. h. a.* Vide etiam BARONIVM *ad h. a.* qui inscriptionem ex musiuo opere in templo S. Agathæ in honorem Ricimeris exaratam conseruauit.

(c) *De re necessaria, ad locum.* Eadem formula occurrit *leg. 5. de postuland.* & sæpe in Codice Gregoriano & Hermogeniano, imo etiam in *Collat. leg. Mosaicar. & Romanar. tit. 15. n. 2.* Cum vero librarii, quid verba formulæ denotent, non caperent, sæpe accidit, vt in textum ipsum irrepserit occuparitque excerptæ constitutionis partem, quod factum quoque hac nouella in Editionibus Lugdun. Sichard. & Rittershuf. Certe RITTERSHVSIVS vim formulæ ignorasse videtur; Notauit enim ad marginem: *Hæc verba sunt Aniani interpretis.* Veteres autem, vt paucis dicam, his verbis notare solebant, particulas, quas ex constitutione aliqua prolixiore exscribebant, cum forte alia, quæ constitutione continebantur, aut essent abrogata, aut mutata, aut aliis legibus clarius exposita. Ideo etiam ex hac nouella Maioriani excerpta tantum sunt ea verba, quæ pertinebant, *ad locum*, *de inuitorum clericorum ordinatione*, quod & Interpres bene obseruauit. Vide GOTHOFREDVM *ad d. l. 5.* & PITHOEVM *ad Collat. leg. Mos. loc. cit.*

(d) *Optionem.* Male MS. G. *iussionem.*

(e) *Contumeliam publicam.* MSS. & impressi, *contumelia publica.*

(f) *Officiis succidisse.* MS. W. *Officiis succedisse.* Sichard. & Edit. Lugdunens. *Officiis successisse.* Sed melius MS. G. Rittersh. Gothofred. *officia suscepisse.*

(g) *Ausu.* Sichard. *ausu auertendo nec episcopum conuenit alienum.*

(h) *Vt.* Abest hæc vox a MSS. & impressis.

(i) *Adfligi.* MS. W. *infligi.* Legendum est, *bonorum tertia*, & mox, *profutura*, vti & habet ibi MS. W.

(†) Notauit CVIACIVS, sequentia omnia abesse a veteribus libris. Absunt etiam a MSS. W. & G. & recte quidem: Sunt enim supposititia, quod primo stilus arguit, deinde etiam, quod interpres horum verborum nullam habuit rationem. Obseruauit id GOTHOFREDVS *ad leg. vlt. de his, qui ad eccles. confugiunt.*

(k) *Arelato.* Maiorianus iam *an. 458.* exercitum duxit in Galliam, quod Galli, qui Auito adhæserant, eius imperio subesse detrectauerunt. Sed feliciter *anno sequente* Gallos ad obsequium reduxit, Gothosque a Gallorum parte stantes prælio superauit. SIDONIVS *Carmin. V. v. 470. sequ.* IDATIVS *ad an. Maioriani III. id est, 459.* Huius vero anni 460. initio *Arelate* adhuc substitit, teste hac nouella, sed *mense Maio* ingressus est Hispaniam, vt habet IDATIVS *ad an. IV. Maioriani.*

De ortu imperii (a) *Diui Maioriani. Tit. III.*

1. Imp. MAIORIANVS A. ad Senatum.

Imperatorem me factum (b) P. C. vestræ electionis arbitrio & fortissimi exercitus (c) ordinatione agnoscite. Adsit ordinationi omnium propitia diuinitas, quæ regni nostri augeat, pro vestra vtilitate & publica, successus, qui ad sustinendi principatus apicem non voluntate mea, sed obsequio publicæ deuotionis accessi: ne aut mihi soli viuerem, aut ingratus Reipub. cui natus sum sub hac recusatione iudicarer. Dicatis quoque Iano Kalendis suscepti feliciter Consulatus ereximus fasces, vt præsens annus nascentis imperii nostri incrementa suscipiens, nostro etiam nomine signaretur. Fauete nunc Principi quem fecistis, & tractandarum rerum curam participate nobiscum, vt imperium quod mihi vobis adnitentibus datum est, studiis communibus augeatur. Præsumite iustitiam nostris vigere temporibus, & sub innocentiæ merito proficere posse virtutes. Nemo delationes metuet, quas & priuati in aliorum moribus condemnauimus, & nunc specialiter persequimur. Nullus calumnias reformidet, nisi quas ipse commouerit. (d) Apud nos cum patre Patritioque nostro Richemere rei militaris peruigili (e) cura. Romani orbis statum, quem communibus excubiis, & ab externo hoste (f) & a domestica clade (g) liberauimus, propitia diuinitate seruemus. Peto (h) institutionis nostri vobis inesse notitiam,

quam

quam mihi amore vestrum, vitæ & periculorum quondam socius, indubitanter exspondeo: enitar tamen rebus communibus, si superna concesserint, auctoritate principis & obsequio collegæ, (i) vt vestrum in me vobis non possit displicere iudicium. *Et manu diuina.* Optamus vos felicissimos & florentissimos per multos annos. Bene valete sanctissimi ordinis patres conscripti. Dat. Id. Ian. Rau. Maioriano A. I. CONS. (k) (458.)

(a) *De ortu imperii.* Male impressi alii habent *de ritu imperii:* In MSS. Ottobon. est, *de ortu imperii.* A MSS. W. G & Edit. Sichard. absunt reliquæ Maioriani nouellæ. Scripsit autem hanc nouellam ad senatum Maiorianus, quia propter imperii initium, siue *ortum*, Consulatum in Occidente suscepit A. D. 458. Quem SIDONIVS *carmine V.* celebrauit.

(b) *Factum.* Iam anno superiore, die primo Aprilis, vt patet ex *Chronographo* CVSPINIANI *ad an. 457. Leuatus est Imperator Maiorianus Kalendis Aprilis milliario VI. in campo ad columellas.*

(c) *Exercitus.* SIDONIVS *Carm. V. v. 388.*
Ordo omnis regnum dederat, plebs, CVRIA, MILES, -
Et collega simul.

(d) *Commouerit.* Ad hunc locum consule *legem 33. de petitionibus, & vltro dat. & delatoribus.*

(e) *Peruigili.* Impressi omnes habent, *peruigil*, quam lectionem præferendam esse censeo.

(f) *Externo hoste.* Wandalos intellige. Gensericus enim cum A. D. 457. ad Campaniam classem appulisset, longe lateque omnia vastauerat, sed *Maiorianus* simul ac creatus est Imperator, aduersus Wandalos educto exercitu, insignem reportauit victoriam, de qua SIDONIVS cecinit *carm. 5. v. 390. sequ.* Vide ibi SIRMONDVM.

(g) *Clade.* Per *cladem domesticam*, intelligenda necessario est discordia quædam intestina, quæ inter senatum populumque Romanum & *Auitum*, Maioriani antecessorem intercessit. Et certe hæc verba nouellæ firmare videntur ea, quæ GREGORIVS TVRONENS. *lib. 2. hist. Francor. cap. 11.* de Auito memoriæ tradidit. *Auitus*, inquit is, *vnus ex Senatoribus, & vt valde manifestum est, ciuis Aruernus, cum Romanum ambisset imperium, luxuriose agere volens, a Senatoribus proiectus; apud Placentiam vrbem Episcopus ordinatur. Comperto autem, quod adhuc indignans Senatus vita eum priuare vellet, basilicam S. Iuliani Aruerni martyris cum multis muneribus expetiuit: sed impleto in itinere vitæ cursu, obiit.*

(h) *Peto.* Ita edidit etiam BARONIVS *in Annal. an. 458.* Sed in libris aliis rectius est, *puto.*

(i) *Collegæ.* Intelligit τὸν συμβασιλεύοντα Leonem, Orientis Imperatorem.

(k) *Maioriano A. I. Cons.* MS. Ottobon. *Domino Maiorano & Cons.*

De indulgentiis reliquorum. (a) *Tit. IIII.*

I. Imp. MAIORIANVS A. Palladio PF. P. (b)

Vt primum mundo sacri principatus nostri rudimenta fulserunt, has potissimum salubres Reipub. cogitationes, quibus vniuersitati remedia impendenda complectimur, sibi regni nostri nouitas vindicauit. Fessas prouincialium varia atque multiplici tributorum exactione fortunas, & extraordinariis fiscalium solutionum oneribus attritas, solutæ inlationes (c) amissæ substantiam, & defectum sui etiam in his, quæ merito fuerant soluenda sensisse, superindictitiis (d) quidem titulis in præteritum possessor: exhaustus dum ægræ solutionis trahit sub impossibili deuotione reliquias, & pro temporis cursu nouis subinde perurguetur venientium indictionum tributis, & in redimendis attenuatur induciis, coaceruata in vnum sarcina obnoxietatis obruitur, & præcedentibus diuitiis neutiquam sufficiens, ad futuram quoque inlationem minus idoneus inuenitur. Quapropter tribuendæ sunt ante res (e) enim clementiæ nostræ pia mandare defensis, & subiectorum angustiis in tempore subuenire, vt inueteratis nexibus liberati, ad hæc quæ in posterum publicis secundum morem compendiis inferenda sunt, possibilitatem incipiant habere soluendi. Idcirco mansura in æternum lege sancimus, vniuersorum fiscalium titulorum, vel ad arcam magnificentiæ tuæ, vel ad vtrunque ærarium pertinentium reliqua, vsque ad præsentis vndecimæ indictionis initium, a possessoribus non petenda, quæ sub generalis indulgentiæ beneficio relaxamus obnoxiis. Atque hoc ita pro cunctorum remedio constitutum sub aperta volumus definitione seruari, vt quidquid ex præteritis indictionibus vsque in præsentem vndecimam reliquorum est, quod vel apud possessorem residet, vel in priuatum, vt fieri interueniente versutia adsolet, nexum, emissa curialibus vel canonicariis, (f) vel quibuslibet aliis, cautione migrauit, penitus non petatur: vt exactione careat stipulatio, quam pro fiscalium calculo contempta nostræ mansuetudinis relaxauit humanitas, excepta suarii canonis ratione, cui propter vrbis venerabilis copiam nihil volumus indulgentia interueniente decerpi. Ad illam quoque dispositionum partem augustæ mentis prouidentiam sensumque conferimus, vt prouinciales nostros, quos immu-

immunes á reliquis fecimus, deuotos in posterum & semper idoneos remota feralium compulsorum acerbitate faciamus. Præfectiani (g) siquidem atque Palatini, vel aliarum potestatum apparitores, competentium titulorum exactione suscepta contra veterem morem per prouincias discurrentes, senioribus (h) exactionibus possessorem curialemque concutiunt, & ita omnia pro arbitrio suæ deprædationis extorquent, vt cum aliqua pars certa vel minima, publicis compendiis inferatur, duplam, aut amplius sportulis auidus, & præpotens executor accipiat. Hoc est, quod vetus prouidentia dispositioque maiorum, quam in omnibus sequimur atque reparamus, prouincialibus iudiciis exequenda (i) commisit, quibus & nitentibus (k) per singularum municipes ciuitatum, moderatione tractabili, fiscalium tributorum celebretur inlatio, quam si acerbius humilis notusque (l) compulsor pro sui compendii vtilitate tractatus, & confestim deprædationibus vexatorum aditu audituque fiscalium prouinciæ cognitus subueniret. Nunc vero canonicarios superioris militiæ auctoritate terribiles, & in prouincialium viscera & damna sæuientes, nec arguere quisquam apud prouincialem Iudicem potest, cum resupina, apparitori & totum sibi de superioris cinguli fastidio (m) blandientes, (n) potestas prouincialis, examini subiecta famuletur, nec de longinquis prouinciæ regionibus cum magno sumptuum expensarumque detrimento ad comitatum nostrum venire audeat ille, qui queritur, cui sub durum patientiæ gemitum, tolerabilior videtur deprædatio sæuientis, quam sub magno obseruationis incommodo sustinendus impetrandæ vltionis euentus. Hinc est, quod per iniuriam compulsorum destitutæ ordinibus ciuitates idoneum nequeunt habere Curialem, quod exigentium auctoritate perterriti possessores, propria iura (o) destituunt, cum non iam amissio fortunarum, sed sæua custodia & suspendiorum crudelitas formidatur, quæ inmitis apparitor & executio militaris pro commodo suæ cupiditatis exercet. Ac ne vlterius canonicariorum vænalis improbitas publicis fortunis inferat, priuatisque dispendium, veteri more reuocato, prouinciarum Rectores celebrandæ exactionis summa respiciat, per quorum officia profligari iubemus annuas functiones, ita vt a duodecimæ indictionis initio, nullus Palatinus, nullus armatæ potestatis minister accedat, sed vniuersa fiscalia, quæ de prouinciis speranda sunt, per locorum Iudices inferantur, quos aut negligentiæ cura respiciat, (p) aut laus manebit industria. (q) ita vt ipsis Moderatoribus ad admonendum tantummodo directus executor inmineat. Et quia totum pro remedio possessoris Serenitas nostra constituit, quem tributorum gratia soluendorum, fruges suas sub oportunitatem vendentem volumus per temporis interualla refoueri, trina per annum voce (r) singulari indictionum quantitas speranda soluatur, & quadrimenstruis illationibus annuæ functionis celebretur exactio, cuius summa, (s) ita vt distinctum est, moderatores admonentes diligentiam, ad arcam volumus congrue exactionem transmitti. Habenda sane ratio est potentium personarum, quarum actores per prouincias solutionem fiscalium negligunt, dum pro sui terrore fastidii (t) minime perurguentur, ac se in prædiis retinent contumaces, ne ad eos præceptum Iudicis possit aut conuentio peruenire, & idcirco clarissimorum domorum, vel potentium iubemus actores seu procuratores in his ciuitatibus, Iudici per prouinciam discurrenti, sui facere & exhibere præsentiam, in quarum territoriis prædia suorum sciant esse patronorum, etiam diu (v) publicis inhærere conspectibus, quamdiu in eodem oppido morari viderent cognitorem, quod etiam sacræ domus nostræ obseruare iubemus actores. Nam si quis ex memoratis defuerit, ac se per totum annum pulsandos (x) conueniendosque subtraxerit, raptus ad supplicium, id, quod exacto indictionis tempore, minus intulisse conuincitur, duplum cogatur exsoluere. Sicut enim vexari incongruæ exactionis incommodis deuotos nolumus, ita rebelles iustæ seueritatis vigore persequimur. Illud quoque prouidendum est, ne prouinciales Iudices falso in obiurgationem apparitorum suggestionibus commentisque deducantur; quia ad eos hac exactione translata, erepta (y) inmanium commodorum prædam e suis fraudibus (z) lugent: ac propterea hoc eis tribuimus dignitatis, vt de inductis actibus, & de suæ adsertione diligentiæ, referendi ad mansuetudinem nostram habeant facultatem, vt nos potissimum de eorum administratione iudicemus, quorum suggestiones inter quaslibet publicas curas, sacræ prouidentiæ adtentione dignamus. Basili Parens Karissime (a) AA. Inlustris & præcelsa magnifi-

gnifi-

gnificentia tua hujus legis saluberrima constituta propositis diuulgabit edictis, vt ad prouinciales remedia concessa perueniant, & Iudices ex nostra praeceptione cognoscant, ita industriae ac vigilantiae suae exactionum publicarum redditam potestatem, vt non leuiter arguendi sint, si angusto (b) non inertem dissimulatione nequiuerint respondere Iudicibus. Dat. VII. Idus Mart. Rau. ipso A. CONS. (458.)

(a) De *indulgentiis reliquorum* sunt supra *Nouellae* Valentin. 7. & Marciani 2. quas consule.

(b) *Palladio PF. P.* Non confundendus hic, cum *Palladio PP. Orientis*, cui inscribitur dicta *Nouella* 2. Marciani, & aliae. De hoc vero, quod dicam, non habeo.

(c) *Solutae inlationes.* Haec male se habent, neque ita posita sensum admittunt, quamuis, quid velit *Maiorianus*, accurate in verba singula intuentibus, facile patebit. Nolo autem hariolari, in primis cum hic, & in sequentibus, aliquot videantur excidisse verba.

(d) *Superindictitiis.* De *superindictitiis titulis*, siue extraordinariis indictionibus & functionibus, est *titulus 6. lib. 11. de superindicto*, vbi vide *Paratitlon.*

(e) *Sunt ante res.* Etiam haec & sequentia in mendo cubant. Forte scriptum fuit, *Quapropter tribuendae sunt indulgentiae: res enim clementiae nostrae, gratiam dare defessis.*

(f) *Canonicariis.* Canonicarius est canonis annui exactor. Vide CVIACIVM *Obseruat. III.* 14. ANTHON. AVGVSTINVM *explicat. obscuror. vocabulor. in nouell. voc. canonicar.* CASSIODORVS *Var. XII. 13. Nonnullam exinde partem Numerariorum nomine Canonicarii subtrahebant.*

(g) *Praefectiani.* De his dixi *ad Nouell. 37. inter Theodos. de princip. agent. in reb.* Videtur autem Maiorianus respicere *legem vn. ne praefectianus exactoris fungatur officio*, qua praefectiani dicuntur lucris & quaestibus suis, non vero exactionibus, vacare.

(h) *Senioribus.* Scribendum *senioribus.*

(i) *Exequenda.* Lege *exequendum.*

(k) *Et nitentibus.* Emendat CVIACIVS, *adnitentibus.*

(l) *Notusque.* CVIACIVS legit, *ignotusque.*

(m) *Fastidio.* Scribe, *fastigio.* Sensus est: Canonicarios superioris cinguli militiae esse terribiles, neminemque audere *arguere* siue accusare eos apud Rectorem prouinciae, quod *resupina potestas prouincialis*, id est, ignauus prouinciae Rector, famuletur apparitori, & totum sibi blandienti de *fastigio superioris cinguli.*

(n) *Blandientes.* Scribendum *blandientis*, & supra, *apparitoris.*

(o) *Iura.* Forte *rura.*

(p) *Respiciat.* Scribe, *respiciet*, quod sequentia suadent.

(q) *Industria.* Melius edidit GOTHOFREDVS, *industriae.*

(r) *Voce.* Lege, *vice*, vti etiam GOTHOFREDVS edidit. Consule autem ad haec verba nouellae, *legem 15. de annon. & tribut.* Maiorianus enim eam hoc loco denuo firmat.

(s) *Summa.* Scribe, *summae*, & mox, *moderatoris.*

(t) *Fastidii.* Lege, *fastigii.*

(v) *Etiam diu.* Scribe, *& tam diu.*

(x) *Pulsandos.* Legendum, *pulsandus conueniendusque.*

(y) *Erepta.* Lege, *ereptam.*

(z) *Fraudibus.* Vellem *faucibus.*

(a) *Parens Kar.* Edit. Lugd. Rittersh. Gothofr. *Praefecte Kar.*

(b) *Si angusto.* Haec verba finalia ita sunt deprauata, vt intelligi vix possint. Forte legendum: *si augusto per inertem dissimulationem nequiuerint respondere iudicio.*

De defensoribus ciuitatum. (a) Tit. V.

1. Impp. Leo & MAIORIANVS AA. vniuersis Rectoribus prouinciarum.

DE ciuitatum per omnes prouincias positarum raritate (b) cogitantes, quibus, fugientibus incolis, defensorum auxilio destitutis, qui vnumquemque ciuium ab improbitatibus insolentum, antiquae ordinationis (c) studio vindicare consueuerat, solitudo nostris ordinationibus submouenda possidendi, priscae consuetudinis morem reuocandum esse censuimus, vt probis (d) moribus, honestate, prouidentia viri iudicio vniuersitatis electi, (e) auctoritatem tuendae in ciuitatibus suis plebis accipiant, & quaecunque vtilitatem publicam respiciunt, concessae (f) per leges priuilegia dignitatis, vel exsequendi, vel insinuandi auribus mansuetudinis nostrae habeant potestatem. Hoc enim modo fieri potest, vt, repressis per eos insolentiae vitiis quoque, qui accedentia (g) in prouinciarum nostrarum parte tractatum, intenti curis maioribus, ignoramus, eorum ad emendandum suggestionibus instruamur, &, qui per iniuriam compulsorum rurales habitationes & solitudines expetunt, sub defensorum tuitione degentes, publicis se urbium conspectibus, repetiti domicilii habitatione, restituant. Quapropter praeceptionis nostrae tenore percepto, vniuersarum ciuitatum, quae sunt inhabitantium frequentia celebres, in tuae potestatis arbitrio constitutae, municipes honoratos plebemque commoneat, (h) vt adhibito tractatu atque consilio, sibi eligant defensorem, factumque dematurent, ut sub hac solemnitate (i) desideria vrbium singularum ad nostram Mansuetudinem dirigant: quia ipsos prouinciales propter expensas, vel itineris laborem ad comitatum venire non patimur, vt com-

compertis eorum moribus atque personis, quos præter ambitum (k) dignos tali ministerio & honore iudicemus, idoneos defensores confirmatio constituat. Dat. VIII. Id Mart. Rau. Maioriano A. I. CONS. (458.)

(a) De *defensoribus ciuitatum* est *titulus* II. *lib.* I. vbi consule *Paratitlon.* De iis quoque quædam obseruauit CVIACIVS *Obseruat. III.* 14. Sunt similes Tribunis plebis, dicunturque ideo *plebis defensores, l. 8. de donationib.* & *l. vn. Cod. Iust. de offic. Iurid. Alexandr.* Et vti quondam Tribuni neque vocationem neque prehensionem habebant, ita & *defensores* nullas infligere multas, nullas exercere poterant quæstiones, vt est *in lege 2.* Theodosii M. *de defensorib. Nominis sui,* ait, *tantum fungantur officio, nullas infligant multas, nullas exerceant quæstiones.* Formulam defensoris cuiuslibet ciuitatis vide apud CASSIODORVM *Var. VII.* II.

(b) *Raritate.* Scribendum est *vastitate.* Nam de *raritate ciuitatum* in Occidentis imperio positarum, Maiorianus cogitare non potuit.

(c) *Antiquæ ordinationis.* Puto Imperatorem respicere laudatam *legem 2. de defensorib. ciuitat.* Ait enim ibi Theodosius: *Plebem, vel decuriones, ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur, vt id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant.*

(d) *Probis.* Editiones Lugd. Rittersh. Gothofr. male *prouisi.*

(e) *Electi.* Lex I. de defensor. *Hi potissimum constituantur defensores, quos decretis elegerint ciuitates.* Vide ibi *Commentarium.*

(f) *Concessæ.* Legendum esse censeo, *concesso per legem priuilegio dignitatis.* Nam ante hanc legem referendi ad Principem non habuerunt potestatem, quod testatur *lex 8.* Honorii *Cod. Iust. de defensor. ciuitat. Quod si quid a qualibet persona contra publicam disciplinam in læsionem possessorum fieri cognouerint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres & magnificos viros Præfectos Prætorii, & illustres viros Magistros equitum & peditum, Magistros etiam officiorum, & Comites tam sacrarum largitionum, quam rerum priuatarum.*

(g) *Qui accedentia.* Scribendum est, *quia accidentia in prouinciarum nostrarum parte tractuque ignoramus.* GOTHOFREDVS quoque edidit, *accidentia.* Per *partem prouinciarum nostrarum*, intelligendum est imperium occidentis. Ita *lege 158. de decurionib.* dicitur, *quadam se lege, quæ in orientis partibus lata est, defendunt. Itaque lege cessante, quam constat meis partibus* (Occidenti) *esse damnosam.* Sed *tractus* est pars regionis, vt multa docent veterum loca.

(h) *Commoneat.* Lege *commoneas.*

(i) *Hac solemnitate.* Intellige initia imperii, quorum caussa & Consulatum hoc anno suscepit Maiorianus, legemque superiorem, *de indulgentiis reliquorum*, edidit. Imo ob solemnia Consulatus, ciuitates vota suscipiebant, muneraque offerebant. *Solemnitas* illa dicitur, *publica lætitia*, titulo, *ne quid publicæ lætitiæ nuntii*, vbi consule *legem 2.*

(k) *Ambitum.* Lex I. de defensorib. *Quod si quis ad locum defensionis ambitione peruenerit, reiectum Sinceritas tua quinque libras auri fisci vtilitatibus cogat inferre.*

De ædificiis publicis. (a) *Tit. VI.*

I. Impp. Leo & MAIORIANVS Æmiliano PF. P.

NObis Rempublicam moderantibus volumus emendari, quod iamdudum ad decolorandam vrbis venerabilis faciem detestabamur admitti. Ædes siquidem publicas, in quibus omnis ciuitatis consistit ornatus, (b) passim dirui plectenda vrbani officii suggestione, manifestum est, dum necessaria publico operi saxa finguntur, antiquarum ædium dissipatur speciosa constructio, & vt parum aliquid (c) reparetur, magna diruuntur. Hinc iam occasio nascitur, vt etiam vnusquisque priuatum ædificium construens, per gratiam Iudicum in vrbe positorum, præsumere de publicis locis necessaria & transferre non dubitet, cum hæc, quæ ad splendorem vrbium pertinent, affectione ciuica debeant etiam sub reparatione seruari. Idcirco generali lege sancimus cuncta ædificia, quæ vel in templis (d) aliisque monumentis a veteribus condita, propter vsum vel amœnitatem publicam surrexerunt, (e) ita a nullo destrui atque contingi, vt Iudex qui hoc fieri statuerit, quinquaginta librarum auri illatione feriatur, apparitores vero atque numerarii, (f) qui iubenti obtemperauerint, & sua neutiquam suggestione restiterint, fustuario supplicio subditos, manuum quoque amissione truncandos, per quas seruanda veterum monumenta temerantur. Ex iis quoque locis, quæ sibi competitorum (g) hactenus vendicauit reuocanda subreptio, nihil iubemus auferri, quæ ad ius publicum nihilominus redeuntia, ablatarum rerum volumus reformatione reparari, submota in posterum licentia competendi. Si quid sane aut propter publicam alterius operis constructionem, aut propter desperatum reparationis vsum necessaria consideratione deponendum est, hoc amplissimo venerandi Senatus ordini congruis instructionibus præcipimus allegari, vt cum ex deliberato fieri oportere censuerit, ad mansuetudinis nostræ conscientiam referatur, vt quod reparari nullo modo viderimus posse, in alterius operis nihilominus publici transferri iubemus ornatum, Æmiliane Parens Karissime AA. Quapropter inlustris magnificentia tua saluberrima sanctione propositis diuulgabit edictis, vt qua pro vtilitate vrbis æternæ prouide constituta sunt, famulatu congruo & deuotione seruentur. Dat. VI. Id. Iul. Rau. ipsis AA. COSS. (h) (458)

(a) Illustrabis hanc Nouellam ex *titulo vtriusque Codicis de operibus publ.* & ex *titulo Cod. Iust. de ædificiis priuatis.*

(b) *Ornatus.* Leg. 37. de operib. publ. *Quamlibet Speciem, quæ fuisse in ornatu probabitur ciuitatis.* L. 43. *Ne quid ornatibus ciuitatum auferatur.* Vide similia apud CASSIODORVM *Var. III. 9.* & *49.*

(c) *Vt parum aliquid.* Rittershus. & Gothofred. ediderunt, *vt earum aliquid.* Legendum sine dubio, *paruum*, opponitur enim *magno.*

(d) *Templis.* Idem statuit Honorius *l. 18. de pagan.*

(e) *Surrexerunt.* CASSIODORVS *in Chronico Patricio & Hypatio Coss. an. 500.* de Theodorico scribit: *Sub cuius felici imperio plurimæ renouantur vrbes, munitissima castella conduntur,* CONSVRGVNT *admiranda palatia.*

(f) *Numerarii.* Vid. *not. l. ad Nouell. 34. supr. de postuland.*

(g) *Competitorum.* Competitores sunt, qui opera sibi publica a Principe expetebant, & ea quidem potissimum, quæ olim inseruierant superstitioni gentilium. Cum vero & in his consisteret ornatus ciuitatum, iisque dirutis, vacuaque relicta area, deformaretur ciuitas, ARCADIVS *lege 40. 42,* & HONORIVS *l. 41. & 43. de operibus publ.* statuerunt, omnia illa ædificia publica, siue iuris templorum, intra muros posita, murisque cohærentia sanctissime custodienda esse, competitoresque ea tantum posse petere, quæ vel iam diruta penitus, & destructa essent, vel ciuitatibus neque ornatum neque vsum præberent. Sed MAIORIANVS hac Nouella *competendi licentiam* plane tollit. Ex dictis iudicare potes, cur tamdiu in Romana ciuitate integra conseruata fuerint templa.

(h) *Ipsis AA. Coss* MS. Ottobon. *Dn. Leone & Maioriano Cons.*

De bonis caducis, siue proscriptorum. (a) *Tit. VII.*

1. Impp. Leo & MAIORIANVS AA. Ennodio Com. R. P.

SVblimitatis tuæ insinuationem probamus, qua fisci compendia supprimi per prouincias, plerumque Iudicum venalitate commemoras. Cum enim caduca bona vel proscriptorum, sed & eorum, quos in scelere deprehensos, sine legitimo herede iuris vigor insequitur, priuato ærario competere videantur, occultata quibusdam fraudibus, ærarii nostri commodi (b) abiurantur: quod specialiter factum nuper in damnatione Seuerinæ mulieris, quæ peregisse adseritur necem mariti in Piceni prouincia, indiscussum præteriri non debent, (c) Ennodi Frater amantiss. Vnde auctoritas tua, cuius suggestiones prouidas comprobamus, pragmatici nostri secuta præceptum, ordinatis in articulo (d) palatinis, antelato nostræ serenitatis oraculo, prouinciarum Iudices interminatione proposita, auctoritatibus (e) propriis admonebit, vt ab huiusmodi fraudibus temperantes, venalitatis studium æstimationis suæ periculo anteferre non debeant, curaturi post hæc, vt vbi similis casus occurrerit, palatinum instruatur officium. Ad Piceni vero Consularem districtior præceptio dirigatur, vt omni censu prædictæ mulieris disquisito, vestigatis quoque vel in vnam substantiam reductis, quæ ex eo intercipi, aut perire potuerunt a tempore quæstionis vel pœnæ, qua nocens periit, fructus quoque vel pensionum emolumenta discuti, ac si qua etiam apud diuersos retentatores sunt, conuentis his, quibus non potuerit iure conquiri, (f) vtilitate fisci reducta, ac de omnibus missa relatione, instruat amplitudinis tuæ iudicium, sicuti fisco commoda prouisione repertum est, quid latebat, ærario profuturum nulla fraude aut dissimulatione depereat. Dat. pridie Non. Sept Rau. Leone & Maioriano coss (458.)

(a) De *bonis proscriptorum* est *titulus 42. lib. 9.* vbi consule *Paratitlon.* Bona *caduca*, sunt *vacantia*, quæ iure suadente, a fisco occupantur, de quibus est *titulus 8. lib. 10.* & infra *Nouella 3.* Anthemii *de bonis vacantib.*

(b) *Commodi.* Scribendum, *commodo.* Ita *leg. 2. de bon. vacant.* *Petentibus aliquid abiuretur,* Commodo ærarii *abiurare*, est ærario subducere. Vide *Glossar.*

(c) *Debent.* Ita quoque habent Edition. Lugdun. Sed recte ediderunt Rittershus. & Gothofred. *debet.*

(d) *In articulo.* Id est, sine mora, in continenti. Ita *l. 2. Cod. Iust. de off. Comit. S. Pal.* *Quinquaginta librarum auri illationem, pœnæ nomine decet in articulo exigi.* Veteres dixerunt, *in articulo temporis.*

(e) *Auctoritatibus.* Auctoritas hic est *Programma* Comitis R. P. Antefertur enim Principis oraculum, siue constitutio, subiicitur mandatum Magistratus. Dixi *not. l. ad Nouell. 8. Valentinian.*

(f) *Conquiri.* Pro *adquiri.* Vid. *Glossar.*

De sanctimonialibus & viduis, (a) *& de successionibus earum. Titulus VIII.*

1. Impp. Leo & MAIORIANVS AA. Basilio PF. P. (b)

SVsceptis regendi imperii gubernaculis, cogitare debemus, quemadmodum nostra Respub. & armis & legibus, (c) & integra religionis reuerentia, conseruetur atque proficiat, cui plurimum sub hac emendatione confertur, si nobilium feminarum amplecten-

ctenda generositas, procreatis liberis multiplicata, subcrescat, si piæ necessitudines inter parentes & filios, nullis insidiarum vitiis immutentur, & verum Dei cultum mens non inuita suscipiat. Hoc enim quamprimum nostri egere maiores, vt Rempublicam armis & religione fundarent, cuius sacrosanctæ venerationem lædi commentis mortalium figmentisque prohibemus. Quis enim ferat parentes filias, quas oderunt, his non tam dicare quam damnare consiliis, vt eas in annis adhuc minoribus constitutas, necessitati continuæ virginitatis addicant, ac ne adolescentibus animis aliud velle sit liberum, capitibus inuitarum sacrum velamen imponant, cum huiusmodi obseruatio, philosophiam religiosa mente suscipiens, non cogentis imperio, sed spontanea & matura deliberatione capiatur. Vitandæ etenim sunt, & magis adtentionibus transeundæ humanæ cupiditatis inlecebræ, in quas præcipue primæ ætatis ardor impellit, vt iuuentutis calore sedato, Dei (d) dicata virginitas, præter illum (e) pœnitentiæ vitium, ad senectæ annos & cœlestis militiæ palmam peruenire mereatur. Quid enim prodest, si cupiditas virginalis patria potestate compressa, subdolam voluntatem nubendi arte concipiat, & a legitimo reuocata consortio ad illicitas trahantur (f) illecebras? Vnde ne per huiusmodi impietatem parentum, egestas & opprobrium personis nobilibus irrogetur, & quod præcipue submouendum est, inrisionibus exsecrandis, omnipotentis Dei contrahatur offensio, edictali lege sancimus, filias, quas pater materue a seculari permixtione translatas, Christianæ fidei seruare præcepta continuata virginitate censuerunt, in beatæ vitæ proposito permanentes, non ante suscepto honorato capitis velamine consecrari, quam quadraginta annos ætatis emensæ, talibus infulis inoffensa meruerint obseruatione decorari, & multi temporis series, & cœlestis consuetudo seruitii, ad perfidam voluntatem, nouis desideriis aditum non relinquant. Qui ante definitum temporis spatium sanctimonialem puellam, aliis adulti sexus sui votis calentem, memoratorum quisquam parentum, velari fecerit atque permiserit, tertia bonorum parte multetur, eadem pœna constringi, etiam quæ illa (g) parentibus destituta, vt intra prædictæ ætatis annos voluerit consecrari. Diaconi quoque, qui huic rei ministerium, contra interdicta præbuerint, proscriptione plectantur. Et quia earum cœpit causa tractari, quas ad diuinæ religionis cultum cupientes, demigrare volumus non coactas, si qua parentum odiis obligata, propositum seruandæ virginitatis induerit, quæ a fratrum consortio parricidali quodammodo arte subtrahitur, ne aut copulæ tradenda maritali, patris matrisue congrua largitione, aut eorum decendentium, æqua cum reliquis filiis successione potiatur, parentum obeuntium morte iam libera, necdum quadraginta annos, quibus velari nequiuerit, ætatis egressa, nubendi, ex quo suæ potestatis esse iam ceperit, licentiam sortiatur. Neque enim sacrilega iudicanda est, quæ se hoc ante noluisse, aut certe non posse complere, adpetiti coniugii honestate prodiderit, cum Christianæ religionis institutio atque doctrina melius esse censuerit virgines nubere, (h) quam impatientiæ ardore naturali, professæ pudicitiæ non seruare virtutem. Cum itaque in matrimonium, nuptias secuta, conuenerit, exheredatio illi, ob hoc a parentibus vehemens, aut sola Falcidiæ quantitas relicta, non noceat, sed scriptis heredibus, vel suis, in virilem portionem, vel extraneis in dimidiam, tanquam præterita secundum normam veteris iuris adcrescat. Dignam siquidem tali præmio & successione censendum est, quæ procreationem liberorum professa, generositatem familiæ suæ ab interitu nititur vindicare. Illis autem, quæ spontaneo laudabilique proposito sanctimoniæ obseruantiam virginitatis amore susceperint, in tantum fauemus, vt si forte profana cupiditas improborum, deuotam Deo mentem per crimen raptus violare tentauerit, non solum diualium Constitutorum, qui id admiserit subiaceat ultioni, verum etiam cuiuslibet (i) accusationi reddatur obnoxius: ita vt qui pollutum tanto scelere hominem, rebus probatis, post hæc constituta pertulerit, addicti censu facultatibusque potiatur: quod nos vsque adeo a religiosis feminis iubemus arceri, vt etiam, si quis simile aliquid in quamcunque tentauerit, pari se nouerit supplicio esse feriendum. Viduarum sane obstinationibus permouemur, quæ nulla prole suscepta, fœcunditatem suam reparationemque familiæ, repudiata coniugii iteratione condemnant, & solitariam vitam non colligunt, vt religioni pudicitiæ amore famulentur, sed potentiæ ambi-

ambitum orbitatis suæ casibus viduitatisque captantes, lasciuam viuendi eligunt libertatem: quibus ad omnem licentiæ vsum, aut solicitantium ficta religio personarum, aut fauore callidi captatores, adplaudunt. Has ad honestioris vitæ tramitem prisca dispositione reuocantes, æternali lege sancimus, vt maritali obitu destituta mulier quadragenaria minor, donec procreare per ætatem liberos potest, intra quinquennium nubat, cui idcirco currentis lustri largimur inducias, vt per spatium legitimi temporis luctus mœrore deposito, eligendi honestiores nuptias habeat potestatem. Sin vero sæcularem vitam & coniugales tædas perosa damnauerit emenso, vt dictum est, quinquennio in viduitate persistens, mox cum germanis fratribus vel sororibus, eorumque filiis, vel parentibus propinquis per quos familiæ origo reparatur, suas diuidat facultates: aut si his (k) fortasse defuerint, cum fisco patrimonium partiatur, nihil intra lustrum temporis illius, quod luctui deliberationique deputauimus, alienaturam de prædictis sex unciis se esse cognoscens, quas parentibus, vel propinquis, statuit serenitas nostra proficere, vsufructu tantum contenta viuendi, quæ tam se probare potuerit studio castitatis secundas nuptias respuisse, cum liberalis fuerit in propinquis. Illarum vero ratio diuersa est, quæ suscepta prole gaudentes ob hoc ad secundas nuptias non demigrant, vt affectuosam decedentis viri memoriam in alendis & locupletandis filiis, sollicita pietate conseruent, quas nubendi, si hoc maluerint, libertate suscepta, a condicione superius enarratæ definitionis absoluimus. Ita, vt filiis ex matrimonio priore susceptis, si hoc tamen pars voluerit filiorum, dato fideiussore (l) prospiciant, qui salua fore corpora omnia sponsalitiæ largitatis (m) euidenti sponsione promittat. Optionem sane continuæ viduitatis matribus eatenus relaxamus, vt filio (n) in gremio indulgentiæ suæ posito vel donationibus pro merito prosequantur viuentes vel heredes suprema voluntate constituant. Illud sane latus Diualis Constitutionis abolemus, (o) quo videbatur matribus fuisse permissum, vt ex quantitate sponsalitiæ largitatis in vnum filium, si velint, portionem maximam conferendi habeant liberam facultatem, in quam nos filios æqua iubemus lance succedere: siquidem recte illa donatio inter bona paterna numerabitur, quam in vxorem maritus contulit tempore nuptiarum. Si vero matri contra religionem sanguinis propositumque pietatis, externus heres insidiatorque subrepserit, quidquid ab ea, non iustis causis exheredationis extantibus, quas sine dubio probaturus est, qui videtur filiis anteferri, donatum fuerit vel relictum, aut inreligioso alienatum translatumque commento, id totum ab eisdem filiis vindicetur. Et quia studiose tractatur, a nobis vtilitas filiorum, quos numerosius procreari pro Romani nominis optamus augmento, procreatis competentia commoda perire non patimur, hoc necessario putauimus, præcauendum, vt marem feminamque iungendos copula nuptiali par condicio vtrunque constringat, id est, vt nunquam minorem, quam exigit futura vxor, sponsalitia largitate dotis titulo se nouerit collaturam, scituris puellis ac parentibus puellarum, vel quibuscunque nupturis, ambos infamiæ maculis inurendos, qui fuerint sine dote coniuncti: ita vt nec matrimonium iudicetur, nec legitimi ex his filii procreentur. (p) Sane quoniam quorundam cupiditatibus obuiandum est, qui generorum exhauriunt facultates, ac sibi vel filiabus suis, vel subornatis quibuscunque personis, priusquam aliquid de nuptiarum pactione constituant, ab incautis iuuenibus & futuri coniugii desiderio concitatis, multa faciunt occulta fraude conferri, quæ secuta sollennitate votorum, filiabus refundant, aut forte maiore amore perfidiæ sibi existimant adquisita: vnde eius callidi friuolique commenti ita nullum esse iubemus effectum, vt infirmato tali colore contractus, sui iuris postea gener vindicet, vel actione proposita securus reposcat, quidquid per illiciti posthac contractus imaginem alienare compulsus est. Inter cetera captatorum etiam auiditas comprimenda est, qui nonnunquam ignotorum pene lectulis adsidentes, animos ipsa corporum ægritudine fatigatos, & sincera iam iudicia non habentes, simulata affectione deprauant, vt plerique consanguinitatis & necessitudinum suarum frequenter obliti, extraneos scribere videantur heredes, cum insidiosa munuscula diriguntur, cum subornantur medici, qui praua persuadeant, & neglecto medendi studio, fiant alienarum cupiditatum ministri. Quibus omnibus serenitas nostra diligenti examinatione perpensis, hoc præsenti lege decernit, vt si is qui nulla testatori propin-

pinquitate coniungitur, neque ex iis personis est, quibus etiam ab intestato deferri quocunque gradu vel titulo poterat antiquo iure successio, heres fuerit institutus, legatum fideicommissumue perceperit, ex relictis rebus atque corporibus, tertiam publico inferat portionem, quatenus, hoc saltem metu & testatorum iniquitas & captatorum cesset improbitas: quæ omnia constituta in futurum a die latæ legis valere præcipimus Basili P. K. AA. Inlustris igitur & præcelsa magnificentia tua saluberrimam sanctionem propositis diuulgabit edictis, vt omnes intelligant, remotis religiosarum mentium fraudibus, impiisque mentis, (q) hoc constitutum fuisse, quod emendationi morum vtilitatique publicæ, reducta in terras iustitia, votum (r) omnium socia pietate proficiat. Dat. VII. Kal. Nou. Rau. Leone & Maioriano AA. COSS. (s) (458.)

(a) De *sanctimonialibus & viduis*, nonnulla habes *tit. 25. lib. 9. de raptu sanctimonialium vel viduarum.* Sunt autem *sanctimoniales* virgines Deo dicatæ, & in perpetua virginitate vitam degentes. Obseruat BARONIVS *in Annal. ad an. 458.* Maiorianum suadente *S. Leone* Romano Pontifice hanc nouellam promulgasse, cum is iam antea decreto ecclesiastico edito, idem statuisset. ANASTASIVS *in vita Leonis*, ait: *Hic constituit, vt monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate sexaginta annorum.* BARONIVS vult, *quadraginta.* LEO ipse *Epist. 92. ad Rusticum Narbonensem, inquisitione 15. pag. 1764. Tom. I. Concil. Harduin.* scribit: *Puellæ, quæ non parentum coactæ imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, præuaricantur, etiamsi consecratio non accessit: cuius vtique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.* Coercuit autem *Maiorianus* hac constitutione nobilium Romanorum potentiam, vim filiabus inferentium, exagitauitque viduas illas, quæ non amore continentiæ, sed vt liberiorem possent viuere vitam, ad vota secunda transire nolebant.

(b) *Basilio PF. P.* Eidem inscribitur *supra Nouell. 1. de curialibus.* Administrauit quoque Præfecturam imperante Seuero, & ornatus fuit *Patriciatus* honore, vt patet ex inscriptione *Nouellarum 1. & 2. Seueri Augusti.* Vide, quæ noto ad *dict. Nou. 1. supr.*

(c) *Armis & legibus.* IVSTINIANVS *proœm. Institut. Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.*

(d) *Dei.* Lege, *Deo.*

(e) *Illum.* Scribendum, *illud.*

(f) *Trabantur.* Emenda, *trahatur.*

(g) *Constringi, etiam quæ illa parentibus destituta, vt intra.* Censeo ita legendum esse: *constringenda etiam illa, quæ parentibus destituta, intra prædicta*, &c.

(h) *Nubere.* Allusit ad Paullinum illud; *melius est nubere, quam vri.*

(i) *Cuiuslibet.* Idem iam anno 420. statuit HONORIVS *l. vlt. de raptu & matrimon. sanctimon. Cunctis*, inquit, *accusationis huius licentia, absque metu delationis, indulta. Neque enim exigi conuenit proditorem, quem pro pudicitia Religionis inuitat humanitas.*

(k) *His.* Lege, *hi.* Rittershusius & Gothofred. ediderunt, *his defuerit.*

(l) *Fideiussore.* Mutauit hoc Seuerus. *Nouell. 1. de abrogat. capitib. legis D. Maiorian.* ibi: *In illa tamen parte matribus, salua aliorum vtilitate consulimus, ne eas necessitas dandæ fideiussionis adstringat. Quia & factu difficile est, & super hoc filiis abunde, vel prioribus constitutis, vel præsenti lege prospicitur, quibus & alienatorum vindicatio competit.*

(m) *Largitatis.* Coniux superstes, si secundas nuptias non contrahit, *quo affectuosam viri demortui memoriam, in alendis & locupletandis filiis, sollicita pietate conseruet*, vt ait *Maiorianus*, libera est a pœna, quam irrogat hæc lex iis mulieribus, quæ nulla prole suscepta, secundas nuptias fugiunt, vt lasciuam viuendi possint eligere libertatem. Imo habent honestæ viduæ proprietatem lucrorum nuptialium, siue *sponsalitiæ largitatis*, secundum *Nouellam 7. Theodosii de paternis seu maternis bonis.* Vide ibi *not. nn.* vbi dixi. Verum si maluerint ad vota transire secunda, gaudent tantum vsufructu, & *fideiussione prospiciunt filiis e priore matrimonio susceptis, salua fore corpora omnia sponsalitiæ largitatis.* Errauit CVIACIVS *in expositione Nouell. 2. Iustiniani*, censens, *Maiorianum* hoc loco statuisse, viduam, siue ad alias nuptias venerit, siue non venerit, amittere proprietatem lucrorum nuptialium. De secundis enim nuptiis hic agi, obseruabunt omnes. Sed aliter sensit *Seuerus*, qui & hoc huius constitutionis caput iniustum pronuntiauit, *Nouellæque 1. initio*, statuit, *vt post viri obitum sponsalia in vsumfructum tantum mater* (licet in continua viuens viduitate) *habeat, & a filiis alienare non possit.*

(n) *Filio.* Scribendum est, *filios in gremio positos.* Nimirum liberam facit *Maiorianus* matribus potestatem, vt filio, aut filiis, quos præ cæteris amore prosequuntur, & vt lex ait, *qui in gremio indulgentiæ suæ sunt positi*, possint ex bonis, quæ præter lucra nuptialia possident, donare, aut eos, suprema voluntate, præteritis cæteris, hæredes instituere, dummodo omnibus salua maneat largitas sponsalitia, vt docent sequentia nouellæ verba.

(o) *Abolemus.* Abrogatur *l. 2. de secund. nuptiis*, & caput illud *Nouellæ Theodosii 7. de paternis seu maternis bonis*, quod tribuit matri electionem, vt, cui vellet, posset lucra nuptialia relinquere. Dixi *not. d. ad Nouell. citat.*

(p) *Procreentur.* En dotis necessitatem. Hanc autem Nouellam respexisse puto Iustinianum *l. vlt. Cod. Iust. de dotis promissione*, vbi ait: *Neque enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie.* Latuit id HEINECCIVM *ad leg. Iul. & Pap. lib. 2. cap. 20. §. 3.* qui tamen ibidem de dotis necessitate docte disputat.

(q) *Mentis.* Scribendum, *commentis.*

(r) *Votum.* Lege, *voto.*

(s) Rittershusius & Gothofredus sequentia ediderunt Interpretis verba: *Hæ sex sententiæ non sunt deflorata, quia in aliquibus libris non inueniuntur, in aliquibus tamen inueniuntur.*

De adulteriis. (a) *Tit. IX.*

1. Impp. Leo & MAIORIANVS AA. Rogatiano Consulari Tusciæ suburbicariæ. (b)

AGitandam legibus adulterii quæstionem, imminente nostræ quoque perennitatis oraculo, te exercuisse commemoras, atque vt relatione testaris, conuictum confessumque Ambrosium in nefario crimine relegatione dignum temporaria censuisti. Non solum leniter (c) immemor esse (d) & neglegenter pensasti alieni doloris (e) iniuriam, vt maculam pudoris extincti, & eius summam criminis, in quo quicquid vero (f) indignum est, continetur, elaui (g) vita superstite, iudicaris. Eum tamen ipsum temerasse sententiam, & confestim locum perhibes exilii defugisse, nosque consuluisti quid fieri sanciamus. Quocirca tam * exercitandæ iudicationis formam perpeti mansura debeat aspirare: seueritatem quippe res ipsa flagitat. Vnde Rogatiane Kar. noueris ad rigorem (h) veteris disciplinæ, hanc perennitatem nostram obseruationis adiecisse mensuram, vt secundum legem Diuorum retro Principum, qui in simili crimine talia censuerunt, relegationem probrosi ac nefandissimi rei, deportatio adiecta continuo, (i) & bonis eius omnibus fisci vtilitatibus vindicatis, eumque a congressu totius Italiæ submouendum, edictorum propositione denunciata omnibus perimendi licentia, qua passim ita insequendus est, qui sententiæ abusus est lenitate, vt si comprehensa vrbis nostri parte repertus fuerit, cæsus iure videatur, quatenus sanctionis procedente censura, ab incursu flagitiorum tutam genialis tori præstemus imposterum castitatem, vt exemplo competenti luxuria castigata ab expugnatione pudicitiæ, quæ sub publica quodammodo videbitur esse custodia, libido & proteruitas arceatur, manifestumque sit, generaliter ita nobis cordi esse violatum pudorem, vt edictali decreto iusta cohercitione proposita, intemperanter futuris quoque temporibus plecti commissum simile censeamus. Dat. xv. Kal. Mai, Arelato, Richomere & Clearcho (k) vv. cc. coss. (459.)

(a) De *adulteriis*, est *titulus 7. lib. 9. ad legem Iul. de adulter.* Editio Rittershus. loco tituli hanc præfert summam: *Maritus, si adulterum cum vxore inuenerit, ita vt vnum sint, & sese commisceant, liberum arbitrium habebit, vtrumque vno ictu ferire.* Adscripsit autem hæc verba germanicæ nationis librarius, cum hoc Ius apud maiores nostros marito tributum fuisse, docent *leges Baiuariorum tit. 7. Rotharis Longobardorum Regis num. 213.* & *Wisigothicæ lib. 3. tit. 4. num. 4.*

(b) *Suburbicariæ.* De regionibus *suburbicariis*, siue, quod idem est, *vrbicariis*, vide *Commentar. ad leg. 9. de annon. & tribut.* Picenum & *Tusciam suburbicarias regiones*, memorat *lex 12. de indulgent. debitor. Tusciam vrbicariam* nominant GAIVS & THEODOSIVS *inter Auctores fin. regund. pag. 253. Edit. Goes.* Continentur autem *suburbicariæ regiones* centesimo ab vrbe lapide, & ab Italia reliqua separantur, *hac nouella, d. l. 9. de annon.* & *l. 12. de indulgent.* De *Consularibus*, adi *Notitiam dignitat. Rogatiani* vero, cui hæc nouella inscribitur, mentio nulla in scriptis huius ætatis.

(c) *Leniter.* Abest hæc vox ab Edit. Rittersh. GOTHOFREDVS edidit, *leuiter.*

(d) *Immemor esse et.* CVIACIVS emendat, *immo etiam.*

(e) *Doloris.* Vox hæc propria adulterii crimini, de qua consule *Glossar.*

(f) *Vero.* Emendat CVIACIVS, *viro.*

(g) *Elaui.* PITHOEVS recte edidit, *elui.* RITTERSHVSIVS habet, *elabi.*


(*) Excidit hic forte integra linea, negligentia librariorum.

(h) *Rigorem.* De *rigore* hoc dixit GOTHOFREDVS *in Commentar. ad leg. 4. quorum appellat.* & WIELINGIVS *in Prætermiss. ad Habnium, Iurisprud. restitut. pag. 237. 238.*

(i) *Continuo.* Legendum, *comitetur.*

(k) *Richomere & Clearcho.* Deprauata hæc est scriptura. Hi enim Consules prodierunt *A. D. 384.* Sed cum *Richomer* in Fastis variis scribatur, *Ricomer, Recimer, Ricimer*, vide *fastos* RELANDI, factum est, vt librarii eum cum *Ricimere*, de quo ad *Nouellam 2. Maior.* dixi, confuderint. Errori occasionem dedit, quod Nouella hæc mense Aprili est edita, quo tempore forte in Gallia eius Consulis, qui in Oriente prodierat, nomen nondum innotuerat, soliusque *Ricimeris* adscriptum, qui Consulatum gessit cum *Patricio A. D. 459.* Inde semidoctus librarius, suppleturus Consulatum, *Ricimeri* collegam dedit *Clearchum.* Scribendum ergo *Ricimere & Patricio.* Arelate adhuc constitisse Maiorianum hoc & sequente anno, dixi *ad citat. Nouell. 2. supr.*



NOVELLARVM DIVI SEVERI AVGVSTI LIBER V.

De abrogatis capitibus iniustis legis (a) *Diui Maioriani A. Tit. I. Ad locum,* (b) *id est de sanctimonialibus viduis, de hereditatis tertia,* (c) *vel de ceteris negotiis.*

I. Impp. Leo & SEVERVS AA. Basilio (d) PF. P. & Patritio.

ILLVD tantum ex eadem lege retinentes, quod veterum legum commendat auctoritas; Scilicet, vt post viri obitum sponsalia (e) in vsumfructum tantum mater habeat, & a filiis alienare non possit, siue in alias nuptias venerit, siue non venerit. (f) Et vt omnibus ex eodem matrimonio filiis ex æquo communia, in vnum aut alterum matri conferre non liceat. (g) Nam quid est aliud a filiis alienare, si hoc non est, cum proles numerosa contigerit, prætermissis ceteris, vni vel alii praua velle intentione largiri? Sint sane matres, si ita libuerit, pro impensis obsequiis in filiorum electione liberales, vsumfructum suum, cui voluerint, largiantur, proprietatis commoda cunctis pariter filiis deputata non minuant. In illa tamen parte matribus salua filiorum vtilitate consulimus, (h) ne eas necessitas dandæ fideiussionis (i) adstringat. Quia & factu difficile est, & super hoc filiis abunde, vel prioribus constitutis, vel præsenti lege prospicitur, quibus & alienatorum vindicatio competit, & ex maternis bonis, perditarum redintegratio facultatum. Basili Parens Karissime (k) AA. Quare inlustris & præcelsa Magnificentia tua huius (l) Constitutionis oraculum edictorum faciet solennitate proponi, vt legis asperitas, quæ ad amplitudinem tuam primæ præfecturæ administratione data est, per te correcta atque emendata vulgetur. Dat. v. Kal. (m) Mart. Rom. Basilio v. c. CONS. (463.)

INTERPRETATIO. *Hæc lex Imperatorum Leonis & Seueri, ea quæ Maioriani lex de diuersis rebus, quas ipsa testatur, obseruanda esse præceperat, specialiter vacuauit, & id tantum quod rationabile, & pristinis legibus congruum fuit, credidit reseruandum, quod ipse sua Constitutione confirmat, dicens:* Illud tantum ex eadem lege retinentes, quod veterum legum confirmat auctoritas. *Itaque, vt post viri obitum relicta vxor, vsumfructum tantum sponsalitiæ donationis habeat, & nihil exinde alienare præsumat, siue alias ad nuptias venerit, seu certe non venerit, neque aliis, nisi tantum omnibus filiis suis, ex eodem patre genitis cuius donatio est, hæc ipsa sponsalitia largitas æqualiter dimittatur. Nec liceat matri cui voluerit de filiis aliquid exinde amplius pro sua voluntate donare. Sane de vsufructu suo quod ei lege concessum est, donandi cui voluerit liberam habeat potestatem. Nam ea, quæ omnibus tantum filiis æqualiter iussa est reseruare, nec minuat, nec inter filios pro suo arbitrio diuidere vlla ratione præsumat. Hoc tamen matribus hac lege præstatur, vt salua filiorum vtilitate, fideiussores pro retinenda hac ipsa sponsalitia donatione dare non debeant. Quia talis petitio grauis est, & sufficit filiis, quod vel hac lege, vel prioribus statutis constat esse prospectum, vt etiamsi matres eorum secundo nupserint, eorum maritorum facultates loco pignoris obligentur: & si quid ipsæ matres exinde præsumpserint, de facultatibus earum illata sibi filii damna resarciant.*

(a) Intellige *Nouellam 8.* MAIORIANI *de sanctimonial.*

(b) *Ad locum.* De hac formula, vide dicta ad *Nouell. 2.* MAIORIANI *de Episcopal. iud.*

(c) *Tertia.* In MS. W. & Edit. Sichard. tantum legitur, *ad locum.* In MS. G. titulus est, *de abrogatis capitibus iniustis.* Ex his iudicare potes, librarios nonnullos, ea tantum nouellæ capita descripsisse, quæ videbantur, pro locorum diuersitate, in foro vsum habere. Certe *de hereditatis tertia*, nihil neque dicta *Nouella 8.* neque hac, continetur.

(d) *Basilio.* De eo dixi *ad Nouell. Maior. 1. de curial. & ad d. nouell. 8. de sanctimonial.* cum vero, vt *in fine Nouellæ* dicitur, constitutio illa *de sanctimonialibus*, ad eum data sit, *prima præfecturæ administratione*, siue imperante Maioriano, sub quo Præfecturam gessit A. D. 458. Hoc anno 463. quo iterum Præfecturam sub *Seuero* administrauit, ad eum hæc Nouella danda fuit, vt legem priorem a se propositam, per hanc posteriorem, corrigeret, atque emendatam vulgaret.

(e) *Sponsalia.* MSS. W. G. *Sponsalitia.* Recte *Sponsalia.* Sunt enim *Sponsalia* dona Sponsaliorum nomine oblata, siue donationes propter nuptias. Vid. *Glossar.* & DV FRESNE. Sed medio æuo, vt docent loca apud laudatum DV FRESNE, & Interpretatio *ad l. 3. & 8. de sponsalib.* sponsalia, dixerunt *sponsalitia.* SICHARDVS edidit: *post viri obitum, quod sponsalitia largitate in vsumfructum tantum mater habeat.*

(f) *Venerit.* Abrogatur caput *Nouellæ* THEODOSII *7. de paternis seu maternis bon.* Dixi ibi *not. nn.* & caput *Nouell.* MAIORIAN. *8.* vt docui *not. m.*

(g) *Liceat.* Tollitur electio, quæ matri quondam competebat, vt vni ex filiis lucra nuptialia posset relinquere. Vid. *not. d. ad. d. nouell. 7.* & *not. o. ad d. nouell. 8.* Confirmat vero *Seuerus* hoc loco *Maioriani* constitutionem. Consule etiam GOTHOFREDVM *in Commentar. ad leg. 2. de secund. nuptiis pag. 326. Tom. I.*

(h) *Consulimus.* MS. G. & Sichard. *consulemus.*

(i) *Fideiussionis.* Requirebatur illa ex *constitutione* MAIORIANI *8.* Vid. *ibi not. l.*

(k) *Parens Kar.* MS. G. & impressi, *Præfecte charissime.*

(l) *Quare illustris & præcelsa magnificentia tua huius.* Absunt hæc a MS. G. & Ed. Sichard.

(m) *V. Kal.* MSS. & impressi, *X. Kal.*

De corporatis. (a) Tit. II.

I. Impp. Leo & Severvs AA. Basilio pf. p. & Patritio.

Cum per virum illustrem Ausonium cunctorum ad nos prouincialium querela peruenit, eo quod *** aliaque corpora publicis obsequiis deputata, quorundam se colonis vel famulis, ignorantibus dominis, sociassent, & nunc sub specie publicæ corporationis procreatos liberos conantur iugo seruitutis absoluere, idcirco agnoscat sublimis Magnificentia tua, diuali nos in æternum lege sanxisse, si qui vel qua, ex corporibus publicis, vel ex corporatis vrbis Romæ, seruis vel colonis se crediderint copulandos, agnationem eorum ad eos dominos pertinere, quorum inquilinus vel colonus fuisse constiterit, exceptis iis, qui ante eam legem non taliter latam sese iunxisse noscuntur. Dat. vii. Kal. Octob. (b) Hermenericho & Basilisco coss. (465.)

(a) De *corporatis* dixi ad *Nouell. 26. inter Theodos.* Hæc Nouella agit de *corporatis* vrbis Rom & prouincialibus, quorum quoque fit mentio, *Nouell. Valentin. 12. de episcopal. iud.* vbi vide *not. p.* & Gothofredvm *in Paratitlo de priuileg. corporat. vrb. Rom.*

(b) *VII. Kal. Octobr.* Male igitur *Chronographus* Cvspiniani, & ex eo Panvinivs *in fast.* scribunt, Seuerum defunctum esse *XVIII. Kal. Septembr.* quod obseruauit iam Baronivs *in Annal. ad an. 465.* Dies ergo mortis *Seueri*, qui hoc anno finiit vitam, obscurus est.

INCIPIT LIBER LEGVM DIVI ANTHEMII AVGVSTI.

De mulieribus quæ se seruis propriis vel libertis iunxerunt, (a) & de naturalibus filiis. Tit. I.

I. Impp. Leo & Anthemivs AA. Luperciano pf. p. (b)

Hvmano generi & fluctuantibus rebus mortalium vna post Deum ratione consulitur, si aduersorum ingruentium procellis occurrat sæpius nostra Serenitas: nec dubium est imminui materiam conuersationis humanæ, nisi componat prouidentis regentis imperium, quicquid per se non potest imperare (c) mortalitas: eritque ita magis florida ac tranquilla ciuilitas, si circa prouidos hominum casus excubet circumspecti Principis fauor. Iulia quædam, preces nostris fundit altaribus, adstruens, cum eo sibi matrimonium contigisse, qui familiæ quidem suæ seruus extiterit, sed libertatem morum claritate meruerit. Exorat quoque nostri nominis (d) maiestatem, ne sibi noceat, quod venerabilis sanctio Constantini, dominam seruorum suorum complexibus inflammari districtissimo rigore (e) non patitur: incongruum quippe existimans, in suo casu de seruorum coniunctionibus constituta tractari, cum ipsa non seruo nupserit, sed liberto: præcipue nuptias suas in culpa (f) venire non posse, quod de libertorum consortiis prohibendis, euidens (g) nihilominus æstimari, quicquid ante hoc lex vlla non vetuit. Geminatam igitur causam huiusmodi casibus consulendi, reperit nostra Serenitas, vt nec confirmatio subtrahatur, de suscepto quasi errore nutantibus, & honeste ac probabiliter constituta, sine aliqua deinceps ambiguitate seruentur. Primum igitur edictali decernimus sanctione, vt quæ vsque ad secundum nominis nostri Consulatum, (h) similia probabuntur iniisse coniugia, legitima firmitate non careant, sed hanc quoque munificentiam nostrorum fascium, securitati suæ adfuisse lætentur, vt si quæ sunt feminæ, quæ pro nobilitate natalium, de eiusmodi forsitan consortio quicquam verentur, superfluum pondus iniusti timoris abiiciant, nec se non licito quasi fecisse formident, vt nulla nunc vsque ad liquidum iura vetuerunt: ita vt cum libertis suis iustas nuptias contraxisse videantur, natique & nascendi ex his liberi, nullam vnquam de parentum suorum coniunctione sustineant quæstionem, sed matris ac patris hereditatem legum more percipiant. Ipsi quoque inter quos huiusmodi est contractus (i) societas, testandi in se inuicem, vel succedendi sibi iuxta formam iuris, licentiam non amittant, neque quicquam matrimonii gratia a ceteris discrepare credantur, de quibus ante hanc nostri nominis (k) sanctionem nihil legum scita præscripserunt. Et reuera principalis gratiæ est eruere suis casibus suspicaces mortalium mentes, ne sibi non licuisse, quod nemo prohibuerat, arbitrentur: vniuersorum quoque notitiam euidenter instruere, ne sibi fas esse quisquam existimet, vt fas esse non patimur. Ex hoc ergo nostræ clementiæ Consulatu decorem publicum agere (l) cupientes, cum seruis & libertis dominas & patronas ineundi matrimonia facultatem habere prohibemus, (m) ne insignium familiarum clara nobilitas indigni consortii fœditate vilescat, & quod splendore forsitan senatoriæ generositatis obtinuit, contractu vilissimæ societatis amittat, aut nude tante (n) tum ingenuæ libertatis fulgore perspicuum genus, in femina inprudentior complexus immineat: (o) ea fine dubio cautione valitura, vt de consortiis seruorum perpeti firmitate seruetur quicquid Diuus Con-

ſtantinus venerabili ſanctione conſtituit. Circa eas vero, quæ in libertos ſuos vota conuerterint, cuſtodiri in æternum duratura lege ſancimus, vt coniunctio vetita, ne nomen quidem matrimonii ſortiatur, ſed ad inlicita conſortia execrabiliter aſpirantes, publicatione omnium facultatum, & perpetua deportatione plectantur: his qui ex huiusmodi ſocietate naſcuntur, non ſolum iure, ſed & vocabulo liberorum priuandis, ſeruili quoque condicione (p) probabiliter addicendis, ita vt his dominium ſibi noſter fiſcus vſurpet. De coniunctionibus ſane ancillarum & libertarum, necnon de naturalibus liberis, quoquomodo procreatis procreandisue, inter omnes decernimus cuſtodiri, quod Diuorum retro Principum ſaluberrima conſtituta ſanxerunt. Lupercìane P. K. AA. Inluſtris igitur & præcelſa magnificentia tua ſaluberrimam ſanctionem ad omnium notitiam peruenire edictorum deuulgatione præcipiat, ne cui ſuperſit ignorationis auxilium, quominus cauta quæ ſunt, decreta ſeruentur. Dat. x. Kalend. Mart. Romæ D. N. Anthemio A (q) CONS. Accepta Id. Mart. Romæ, ipſo A. (468.)

(a) *De mulieribus, quæ ſe ſeruis propriis iunxerunt*, eſt conſtitutio CONSTANTINI M. *lib. 9. tit. 9.* quam Anthemius hac nouella memorat & confirmat.

(b) *Luperciano PF. P.* Eidem inſcribuntur nouellæ ſequentes, quæ hoc anno quoque ſunt editæ.

(c) *Imperare.* Gothofredus edidit, *impetrare.*

(d) *Nominis.* Bene emendat RITTERSHVSIVS, numinis.

(e) *Rigore.* Intelligit laudatam *legem un.* Conſtantini M. qua ſtatuit. *vt mulier capitali ſententiæ ſubiugetur, verbero ignibus tradatur.*

(f) *Culpa.* RITTERSHVSIVS legit, *culpam.*

(g) *Euidens.* Sequentia verba, tanquam deprauata aſteriſco notauit CVIACIVS. Legendum eſſe cenſeo; *euidens nihil poſſimus æſtimare, quippe quæ ante hoc lex vlla non vetuit.*

(h) *Conſulatum.* Id eſt an. 468. quo hæc nouella data.

(i) *Contractus.* Emendat RITTERSHVSIVS, *contracta.*

(k) *Nominis.* Vellem, *numinis.*

(l) *Agere.* Lege, *augere*, vt reſcribendum cenſuit CVIACIVS.

(m) *Probibemus.* Ius itaque vetus reſtituit MAIORIANVS, de quo diſſeruit Heineccius *ad leg. Iul. & Pap. lib. 2. c. 1. pag. 128.*

(n) *Nude tante.* Edit. Rittersh. *nude tanto.* Ed. Gothofr. *nude tantum.* Emendat bene CVIACIVS, *viduitate.*

(o) *Immineat.* Legendum, *imminuat.*

(p) *Conditione.* Scribe, *conditioni.*

(q) *Anthemio A.* Scribendum eſt, *Anthemio A. II. Coſ.* Memorat enim *Conſulatum ſecundum* ipſe *Anthemius* in nouella. Prodit autem Conſul hoc *anno 468.* ob imperium anno ſuperiore ſuſceptum. Vid. RELAND. *in Faſt.* & PAGIVM *in Critic.* In hunc Conſulatum SIDONIVS carmen panegyricum ſcripſit, & Romæ recitauit, Præfecturamque vrbi eam ob cauſſam adeptus eſt, vt teſtatur *ep. 9. lib. 1.* Fuit autem eo tempore præſens Romæ *Anthemius*, & more maiorum in foro Traiano Conſul ſeruos manumiſit, quod videmus in fine carminis:

Nam modo nos iam feſta vocant, & ad Vlpia poſcunt
Te fora, donabis quos libertate Quirites,
Quorum gaudentes exceptant verbera malæ.
Perge pater patriæ felix, atque omine fauſto
Captiuos vincture nouos, abſolue vetuſtos.

Ideo in fine Nouellæ dicitur, *Acceptam* fuiſſe conſtitutionem *Id Mart. Romæ ipſo Auguſto*, ſcil. præſente.

De confirmatione Legum (a) *DN. Leonis Auguſti. Tit. II.*

Impp. Leo & ANTHEMIVS AA. Luperciano PF. P.

AD conſultationem clementiæ noſtræ, Dominus & pater meus (b) Princeps ſacratiſſimus Leo, ſuper his, quæ indulgentia principalis in diuerſos iam contulit, vel proceſſu temporis largietur, certum ius venerabili ſanctione conſtituit, quod ſub ſacris ſuæ perennitatis apicibus, ad noſtram quoque ſententiam deſtinauit. Quumque mundanis compendiis proficit, vt circa regendum vtrunque orbem id præcipue cuſtodiendum credamus, quod deliberatio communis elegerit, legem directam libenter amplexi, quod ad omnes tam ſaluberrima conſtituta perueniant. ſub hac pragmatica iuſſione ad amplitudinem tuam cenſuimus dirigendam. Luperciane P. K. AA. Inluſtris igitur & præcelſa magnificentia tua venerabilia conſtituta propoſitis deuulgabit edictis, ne vllius prætereat notionem, quod in æternum valere Serenitas noſtra decreuit. Dat. ſub die XIIII. Kalend. April Romæ, DN. Anthemio A. CONS. Actum ſub die eodem. (468.)

De bonis vacantibus. (c) *Tit. III.*

Impp. Leo & Anthemius AA. (d)

Imperatoriæ maieſtatis eſt, ex præſentibus cauſis etiam futuris prouidere temporibus, & reſerata ambiguitate ſequenda decernere. Nam cunctorum cenſus vocatur in dubium, ſi per licentiam principalem, (e) iura dominorum ſuam non habeant firmitatem. Itaque nos, quibus totius mundi regimen commiſit ſuperna prouiſio, & iuris regulam & æquitatis rationem volumus cuſtodiri. Pius ac triumphator ſemper Auguſtus filius noſter Anthemius, licet diuina maieſtas & noſtra creatio, pietati eius plenam imperii commiſerit poteſtatem, tamen prudenti & cauta, qua pollet, æquitate per ſacros adfatus nos credidit conſulendos, adſerens in Italiæ partibus multa exorta negotia ex donationibus, quas de alienis rebus, Principes contra Legum cauta fecere, (nam vt quisque vel meruerit, vel precatus eſt de imperatoria veluti largitate plurima & magna, detentant. Emergunt autem

tem personæ, quæ plerumque prædia vel res aliquas, sui iuris adserant esse, quas ex Principis munificentia diuersi inlicito titulo quæsierunt. Nam sæpe ea, quæ caduca dicebantur & donata sunt, consanguineus eius, qui sine herede putabatur, emergens reposcit, vel de captiuitate liberati, iure postliminii, quæ sua vel propinquorum fuerant, & aliis a Principe concessa sunt, reddi sibi iure desiderant, adstruentes secundum sacratissimas Constitutiones legitimum sibi auxilium suffragari: vel cum res aliqua vindicatur a possessore, cui domus venerabilis aut donatione contulit aut venditione, vel commutatione, aut vltima voluntate transfudit, scilicet quam iniuste aut minus idonee contractam forsitan possidebat) vtrum iure communi, quod petitor probauit suum, recipiet, an præter Leges, quibus omnes vtuntur, circa donationem regiam pronunciandum erit, vt factum Principis, vel aliena re donata aut vendita, comprobetur. Nam cum de huiusmodi controuersiis ab amplissimis cognitoribus tractaretur, prolata est Constitutio de Codice Theod. sub tit. de bonis vacantibus, (f) qua Diuus Constantinus cauet, vt si rem quam Princeps donauit suam quisquam potuerit adprobare, non eam recipiat, sed eo cui donata est firmiter possidente, Princeps petitori extrinsecus qua voluerit, ratione succurrat. Hæc cum nostris insinuarentur sensibus, relectis gestis, quæ ad nos a filio nostro serenissimo Principe sub prædicta consultatione directa sunt, habitis inter Procuratores Domninæ & Fortunati inlustrium personarum, serenitas nostra, cui cordi est in dies singulos consultiore tractatu & meliore deliberatione generi humano prospicere, satis putauit incongruum, vt tanta rebus negotiisque confusio vel iniquitas innectatur, & vnicuique suis vti non liceat, neque pro suorum defensione legitimum habere tutamen, sed in arbitrio sit forte subripientis (g) facilis & iniusta nonnuquam regiæ donationis auctoritas, & vt aliis iusta possessione fraudatis, ab aliis liberalitate iniuste detineatur, cum & ipse titulus supra prædictæ Constitutionis, vnde consulta est nostra clementia, de vacantibus tantum, non de omnibus bonis atque substantiis euidenter loquatur. Hac igitur in perpetuum valitura lege sancimus, vt siquidem de bonis reuera vacantibus Imperator aliquid pro sua liberalitate donauerit hoc perpetuam obtineat firmitatem: & nemo calumniam patiatur de re, quam principalis in eum liberalitas iure contulerit. Sin autem aliquis rem suam siue tanquam vacantem, siue alio quolibet titulo donatam cupit repetere, eamque sui iuris esse, vel ad se deuolutam ex legitima successione monstrauerit, communi legum fruatur auxilio, nec ex illa, licet imperiali donatione seu commutatione, vel ex aliqua cujuslibet contractus specie, contra generale præsidium omnino lætatur, siue etiam a retro Principibus hoc beneficium adserat sibi esse delatum, siue post aliquid tale fuerit subsequutum. (h) Hanc igitur Constitutionem, in causa etiam Domninæ & Fortunati inlustrium personarum, quæ huic legi præstitit occasionem, valere præcipimus, vt communi iure Cesiana massa, de qua queritur, prædictæ Domninæ inlustri feminæ restituatur. Neque enim aliud imperatoriæ maiestati, cui semper debet æquitas inhærere & vigere iustitia, videtur ad commodum, (i) quam commune ius omnibus reseruare subiectis, & nihil amplius bonis licere Principibus nisi quod liceat priuatis, (k) & hanc liberalitatem prætendere, quæ legibus & æquitate subnixa est, vt nemo sealienis & inlicitis ditatum lætetur, nemo bonis propriis defleat esse priuatum. Luperciane P.K. AA. Inlustris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ hac saluberrima lege serenitas nostra constituit obseruari, ad omnium notitiam edictis ex more propositis iubeat peruenire. Dat. XIIII. Kal. April. Rom. DN. Anthemio P.P. Aug. II. CONS. (468.)

(a) *Legum.* Scribendum est *legis.* Intelligitur enim *nouella* sequens *de bonis vacantibus,* quam *Leo Aug.* ad consultationem *Anthemii* misit in Occidentem, *Anthemiusque* confirmauit. Ideo hæc & sequens Nouella eundem diem præferunt. Dicit ANTHEMIVS, *Leonem, super his, quæ indulgentia principalis in diuersos contulit, vel processu temporis largietur, certum ius constituisse,* id est, de *bonis vacantibus,* a Principe donatis, legem dedisse. Acceptam Leonis constitutionem, Anthemius eidem *Lu*p*erciano* inscripsit, & tanquam a se latam, publicauit.

(b) *Pater meus.* Patrem appellat, quia a Leone Imperator Occidentis est constitutus.

(c) *De bonis vacantibus,* est *titulus 8. lib. 10.* cuius *legem 3.* laudat *Leo Imp.* & interpretatione addita restringit. Consule ibi GOTHOFREDVM.

(d) *AA.* Adde *Luperciano PF. P.* quod docet ipsa Nouella *in fine.*

(e) *Principalem.* Perstringit salse Principum nonnullorum nimiam liberalitatem, qui bona amicis suis dono dederunt, etsi adessent, qui dicerent, ea optimo iure ad se pertinere. Ideo inquit *Leo,* per hanc *licentiam cunctorum census,* siue facultates, *vocari in dubium, cum dominii iura infringantur* a Principibus.

(f) *Vacantibus.* Innuit *dict. leg. 3. de bon. vacant.* ad quam dixit GOTHOFREDVS mihique otium fecit.

(g) *Subripientis.* Optime emendat GOTHOFREDVS *l. c. subrepentis.*


(h) *Subsequutum.* Hactenus *Leo* Imp. Reliqua sunt *Anthemii,* qui constitutionem hanc, in caussa Domninæ a Fortunato Cesianam massam repetentis valere iubet.

(i) *Ad commodum.* Scribendum *adcommodum,* vt monet GOTHOFREDVS *l. c.*

(k) *Priuatis.* Ita Valentinianus. *l. vlt. de appellat. Ius nobis cum priuatis non dedignamur esse commune.* Vide & *legem 4. Cod. Iust. de legib.* PLINIVS *in Panegyr. cap. 85. Sed tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis. Non est princeps supra leges, sed leges supra principem.*

Finis Nouellarum.





INDEX LEGVM NOVELLARVM IMPP.

Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Seueri & Anthemii, per seriem litterarum digestus.



APPEN-

APPENDIX
CODICIS
THEODOSIANI

NOVIS CONSTITVTIONIBVS CVMVLATIOR

CVM

EPISTOLIS ALIQVOT VETERVM CONCILIORVM ET PONTIFICVM ROMANORVM, TVNC PRIMVM EDITIS.

OPERA ET STVDIO IACOBI SIRMONDI
Societatis Iesu Presbyteri

ANNO M. D. C XXXI.



LECTORI
DE DIVERSIS OPVSCVLIS
QUAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.



uanti sit ad legum ciuilium sacrarumque intelligentiam constitutiones principum, aut epistolas pontificum, ex quibus decreta legum excerpta sunt, integras atque inlibatas contueri, & ipsa vnumquemque res docet, & fidem iudicio suo fecerunt viri docti, qui in his propterea inuestigandis proferendisque in publicum magno studio versati sunt. Quo minus mihi ambigendum, LECTOR, putaui, cum vtriusque generis nonnulla in manus meas venissent, quin & ea in lucem dari tua interesse censeres, & nostram hoc etiam in conatu operam, quod praecipue optandum erat, minime improbares.

I. Habes igitur primo loco imperatoriarum aliquot legum collectionem. cui dum nomen ac titulum quaerimus, Appendix Codicis Theodosiani *dici posse idcirco visa est, quod ab iis tribus constitutionibus incipiat, quae Codici Theodosii appendicis loco subiici consueurunt. Cum his enim tribus coniungi, & reliquas consuesse, quas nunc damus, docent veteres scintillae, vt vocabant, seu breuiaria Codicis Theodosiani, in quibus harum quoque nostrarum titulos sub finem & lemmata videre est. Ceterum* Codex Lugdunensis Ecclesiae, *vnde has primum descripsimus, &* Anitiensis *alter, cum quo postea contulimus, non Theodosianas leges, sed Synodos partim Africanas, partim Gallicas continebant.*

II. Quae post haec sequuntur Epistolae Conciliorum, *ex Bibliotheca regia prodierunt: nouae omnes, praeter vltimam, quam etsi alibi vulgatam, diuelli a ceteris non placuit. Ex his binae Ambrosii nomen praeferunt: nec aberrabit fortasse, qui Ambrosianas omnes esse coniecerit. His ergo, quoniam ad Imperatores scriptae sunt, locum dedimus post Imperatorias sanctiones; daturi simul & principum ad eas rescriptis, si nancisci omnia licuisset. Vnicum autem extabat,* Gratiani Aug. ad Aquilinum, *de reliquiis factionis Vrsicinae: quod a* CARD. BARONIO *prolatum* Tomo IV. Annalium, *hoc etiam loco post epistolam Concilii Romani, cuius petitu datum fuerat, reddendum censuimus, mendis quae irrepserant ex parte sublatis, restitutaque Inscriptione, quam vocula ex contextus initio temere adscita corruperat,* Aquilinum, *qui Vicarius Vrbis erat, Vicarium faciens Ordinariorum: cuius generis aut nominis Vicarius nusquam gentium fuit.*

III. Inter Epistolas pontificum, quae vltimum locum tenent, primae sunt Felicis III. *epistolae septem, quas suppeditauit Codex noster Virdunensis, nonnullo, vt speramus, adiumento historiae Acacianae. Ad quam ipsam pertinet etiam vetus incerti scriptoris praefixa narratio, quam* Breuiculum historiae Entychianistarum *appellauimus, veteres libri vocant* Gesta de nomine Acacii. *Hanc auctor scriptam innuit anno Christi CDXXCVI. hoc est biennio post damnatum a Felice Acacium. Quare aptius his temporibus congruit, quam quo hactenus loco posita est inter epistolas Caelestini & Leonis. Ex prima rursus Felicis ad Zenonem epistola sumtum liquet fuisse caput* Certum est, Dist. X. *vt suppleri iam queat, quod eius capitis titulo deest apud Gratianum, hoc modo,* Item Felix Papa Zenoni Augusto. Gelasii Papae *epistolae duae mutilae sunt, vt patet: atque haud scio, an ad vnum eundemque tractatum ambae referendae sint, qui a* Nicolao Papa *in epistola ad Michaelem Imp. dicitur* Tomus Gelasii ad Orientales Episcopos. *Ita vt quae ibidem ex Tomo illo citantur a Nicolao, & alia rursus, quae Nicolaus idem ad Gallos scribens in epistola* Quamuis singularum *de praescriptione XXX. annorum commemorat ex epistola Gelasii ad Orientales, quae ipsa citat etiam Gratianus* XVI. Q. 3. Post quingentos, *ea cum in his nostris fragmentis non reperiantur, in aliis, quae desiderantur, fuisse credendum sit.* Vigilii *demum Encyclicam, antehac desideratam, & priore tantum sui parte notam, excipiebat in codice Remensi altera eiusdem epistola de damnatione Theodori Caesariensis, cuius in Encyclica fit mentio. Tum deinde sequebatur Cleri Romani de iisdem Vigilii calamitatibus relatio ad Legatarios Francorum, cui edendae hic etiam locus erat, visi a nobis edita iam esset Tomo I. Conciliorum Galliae anno DLII.*

TESTIMONIA VETERVM.

* *Eusebius de vita Constantini lib. IV. cap. XXVII.*

Καὶ τοὺς τῶν Ἐπισκόπων δὲ ὅρους τοὺς ἐν συνόδοις ἀποφανθέντας, ἐπεσφραγίζετο· ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ δόξαντα παραλύειν· Παντὸς γὰρ εἶναι δικαστοῦ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ δοκιμωτέρους. Τούτοις ἀδελφὰ μυρία τοῖς ἀπὸ τὴν ἀρχὴν διετύπου.

Iam vero Episcoporum sententias, quae in Conciliis promulgatae essent, auctoritate sua confirmauit: adeo vt Prouinciarum Rectoribus non liceret Episcoporum decreta rescindere. cuiuis enim iudici praeferendos esse sacerdotes Dei. Huiusmodi pene innumeras leges subditis suis promulgauit.

* *Sozomenus lib. I. cap. IX.*

Τεκμήριον δὲ κἀκεῖνο μέγιστον τῆς τοῦ Βασιλέως περὶ τὴν θρησκείαν αἰδοῦς. Τοὺς μὲν γὰρ πανταχῆ κληρικοὺς, θέσει νόμου ἀτελεῖς ἀνῆκε· Τῶν δὲ Ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἢν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι· Κυρίαν δὲ εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον, καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν· Εἰς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας. ἀμετατρέπτους τὲ εἶναι τῶν συνόδων τοὺς ὅρους.

Fuit autem hoc etiam argumentum vel maximum reverentiae, quam pius princeps erga religionem gerebat. Nam & omnes vbique clericos immunitate donauit, lege hac de re specialiter data: & litigantibus permisit, vt ad Episcoporum iudicium prouocarent, si magistratus ciuiles reiicere vellent; eorum autem sententia rata esset, aliorumque iudicum sententiis praeualeret, perinde ac si ab Imperatore ipso data fuisset: vtque res ab Episcopis, Rectores prouinciarum, eorumque officiales exsecutioni mandarent: postremo vt Conciliorum decreta firma & inexcussa essent.

* *Nicephorus lib. VII. cap. XLVI.*

Τεκμηριῶσαι δὲ κἀκεῖνο τῆς τοῦ βασιλέως περὶ τὴν πίστιν αἰδοῦς ἱκανόν: ὅτι περ Κληρικοὺς νόμου θέσει πάντας ἀτελεῖς εἴασε. τὴν δὲ περὶ αὐτοὺς δίκην, τοῖς Ἐπισκόποις ἐπέτρεψεν· εἴγε βούλοιντο παραιτεῖσθαι τοὺς τὰ πολιτικὰ κρίνοντας· τήν γε μὴν ἐκεῖθεν ψῆφον, τὸ κῦρος τῶν ἄλλων πάντων φέρειν ἐνομοθέτει. ἀμετάτρεπτα δὲ εἶναι καὶ τὰ τῇ συνόδῳ διορισμένα· τά γε μὴν ἐκείνοις κρινόμενα εἰς ἔργον ἄγειν καὶ καθιστᾶν, τοὺς τὰ κοινὰ διοικοῦντας ἄρχοντας, σὺν τοῖς ὑπὸ χεῖρα στρατιώταις αὐτοῖς.

Qua vero Imperator Constantinus obseruantia erga professionem fidei nostrae fuerit, abunde illud quoque testatur, quod clericos omnes constitutione lata immunes liberosque esse iussit: iudiciumque & iurisdictionem in eos Episcopis, siquidem ciuilium iudicum cognitionem recusare vellent, mandauit: & quod Episcopi iudicauissent, id robur & auctoritatem omnem habere decreuit. Firma quoque & immutabilia esse voluit, quae in Synodis constituta essent; & quae ab Episcopis iudicata forent, vt ea a Magistratibus res publicas administrantibus, militarique, quae sub eis esset, manu, exsecutioni mandarentur, ad remque collata perficerentur constituit.

* *In Capitularibus Caroli Magni lib. VI. cap. CCCLXVI.*

Volumus atque praecipimus, vt omnes ditioni nostrae DEO auxiliante subiecti, tam Romani, quam Franci & - - - ceterique nobis subiecti omnes, licet quocumque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sexto decimo Theodosii Imperatoris libro, capitulo videlicet XI. ad interrogata Ablauii ducis, illi & omnibus rescriptam sumpsimus, & inter nostra capitula pro lege tenenda consultu omnium fidelium nostrorum tam clericorum quam & laicorum posuimus, lege cunctis perpetua tenenda, id est: Quicumque litem habens, siue possessor, siue petitor fuerit, &c.

APPENDIX CODICIS THEODOSIANI

Cum tribus iis, quae in fine libri XVI. legebantur, quindecim alias diuersorum principum constitutiones continens.

LEX I.

De confirmando etiam inter minores aetates iudicio Episcoporum: & testimonium vnius Episcopi accepto ferri.

IMP. CONSTANTINVS AVG. Ablauio Praefecto Praet.

Religionis est clementiam nostram sciscitari voluisse, quid de sententiis Episcoporum vel ante moderatio nostra censuerit, vel nunc seruari cupiamus, Ablaui parens carissime. Itaque quia a nobis instrui voluisti, olim praerogatae legis ordinem salubri rursus imperio propagamus. Sanximus namque, sicut edicti nostri forma declarat, sententias Episcoporum quolibet genere latas, sine aliqua aetatis discretione, inuiolatas semper incorruptasque seruari. Scilicet ut pro sanctis semper ac venerabilibus habeatur, quicquid Episcoporum fuerit sententia terminatum. Siue itaque inter minores, siue inter maiores ab Episcopis fuerit iudicatum, apud vos qui iudiciorum summam tenetis, & apud ceteros omnes iudices, ad exsecutionem volumus pertinere. Quicumque itaque litem habens, siue possessor, siue petitor erit, inter initia litis, vel decursis temporum curriculis, siue cum negotium peroratur, siue cum iam coeperit promi sententia, iudicium eligit sacrosanctae legis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcopum cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim, quae in iudicio captiosae praescriptionis vincula promi non patiuntur, investigat & promit sacrosanctae religionis auctoritas. Omnes itaque caussae, quae vel praetorio iure, vel ciuili tractantur, Episcoporum sententiis terminatae, perpetuo stabilitatis iure firmentur: nec liceat vlterius retractari negotium, quod Episcoporum sententia deciderit. Testimonium etiam, ab vno licet Episcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant: nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis illibatae protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes: vt miseri homines longis ac pene perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus, vel a cupiditate praepropera, maturo fine discedant. Quicquid itaque de sententiis Episcoporum clementia nostra censuerat, & iam hac sumus lege complexi, grauitatem tuam, & ceteros, pro vtilitate omnium latum in perpetuum obseruare conueniet. Data III. Nonas Maias, Constantinopoli.

II.

Episcopos iudicio Episcoporum damnatos centum milibus ciuitate, in qua fuerunt, debere excludi.

IMPP. ARCADIVS, HONORIVS, & THEODOSIVS AAA. Hadriano Praefecto Praet.

Vt veneratio sacerdotibus debetur innoxiis, ita & poena moderata inquietis atque deiectis. Quemadmodum enim Deo seruientes, & diuini sacerdotii integritate lucentes, non solum vitam suam proprio praestant ornamento, sed etiam subiectae plebis atque obedientis exemplo: ita ii, quorum indigniora sunt sub integritatis professione peccata, si exclusi degradatique ab Episcopis comprobentur, qui resupinos spiritus aduersum definita retulerint, separati ab his vrbibus, quas errore proprio tenuerunt, & sibi debent esse (a) reperti & aliis constituta obligatione terrori. Plurimos enim bonos faciunt, & veneratio optimorum sacerdotum, & notabilis reprehensio pessimorum. Suggerentibus Episcopis didicimus, quosdam sacerdotes Christianae legis, quorum delicta coetu Episcopali & deprehensa fuerint, & eorum sententia vindicata, in sinu earum vrbium, in quibus talia commissa sunt, permanere; & quaerere turbas populi conuocare, turbatores quietis existere, tumultus popularis auctores, innocentes se post iudicium dicere, plebem colligere, & velut adhuc Episcopos salutari, comitatum sacrum petere, mereri mendaciis oracula & furtiua rescripta. Sancimus itaque hac lege, ut * quicumque residentibus sacerdotibus fuerit Episcopali loco detrusus & nomine, si aliquid vel contra sententiam, vel contra quietem moliri fuerit deprehensus, rursusque sacerdotium petere, a quo videtur exclusus, procul ab ea vrbe quam indignus

(a) In Gothofred. editione *parti*, sed Gothofredus ipse: *Malim*, inquit, *separati*.
* C. Th. *De Episcopis L.* 35.

dignus infecit, secundum legem diuae memoriae Gratiani, centum milibus vitam agat. Sit ab eorum coetibus separatus, a quorum est societate discretus; careat vrbe, quam tenuit, segregetur a plebe, quam mentitus vitae professor (a) infecit. Sit huiusmodi personis tenore huius legis inclitum sacra nostra adire secreta, & impetrare rescripta. Omnia deiectis (b) per culpam sacerdotio personis quae impetrata sunt, infecta permaneant. Scituris his, quorum defensione nituntur absque sui reprehensione non futurum, si his polliceantur suffragium, qui diuinum non videntur meruisse iudicium, Hadriane parens carissime, atque amantissime. Hanc igitur legem sublimis magnificentia tua cunctas per dioeceses sibi creditas publicabit edictis, vt id quod pro quiete repertum, pro iudicii Episcopalis confirmatione constitutum, pro reprimendis culpis inuentum est, ab omnibus excolatur, a sacerdotibus seruetur. Data pridie Nonas Februarias, Rauennae Stilicone II. Consule.

III.

Non licere clericos in caussis Ecclesiasticis ad publicum pertrahere iudicium.

IMPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS, & ARCADIVS AAA. ad Optatum Praefectum Augustalem.

Grauiter admodum mota est nostra clementia, quaedam ab his qui Episcoporum sibi nomina vindicant perpetrata, & contra leges non minus diuinas quam humanas improba temeritate commissa. Vexatos etiam nonnullos orthodoxorum clericos, quorum aetas huic iniuriae ac sacerdotium repugnabat, flagitatos (c) itineribus, quaestionariis deditos: atque haec omnia per eos commissa, qui ad tegumenta (d) frontis sacerdotii nominis titulos praeferebant. Denique lectis in consistorio precibus, quibus Episcopalis pietas aliquid (e) postulans refragatur denegatque, idcirco continua lege sancimus, nomen Episcoporum, vel eorum qui Ecclesiae necessitatibus seruiunt, ne ad iudicia siue ordinariorum, siue extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi iudices suos, nec quicquam his publicis commune cum legibus: quantum ad caussas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali auctoritate decidi. Quibuscumque igitur mota fuerit quaestio, quae ad Christianam pertineat sanctitatem, eos docebit sub eo iudice litigare, qui praesul est in suis partibus omnium sacerdotum, id est per Ægypti dioecesim, Optate carissime ac iucundissime. Quare laudabilis auctoritas tua, arbitrio temperato, quicquid negotiorum aliunde incidet terminabit, habituro pontificium sacrae disceptationis Timotheo Episcopo, quem sibi omnes etiam suo iudicio praetulere. Est enim vir cum omnium sacerdotum suspectione venerandus, tum etiam nostro iudicio iam probatus. Data pridie Nonas Februarias, Constantinopoli.

IV.

Non debere seruos a Iudaeis circumcidi, nec inquietari Iudaeos qui Christiani fiunt.

IMP. CONSTANTINVS AVG. ad Felicem Praefectum Praet.

Iam dudum quidem constitutionis nostrae saluberrima sanctio promulgata est, quam nostrae repetitae legis veneratione geminamus, ac volumus, ut * si quisquam Iudaeorum Christianum mancipium, vel cuiuslibet alterius sectae, mercatus circumcidere non perhorruerit, circumcisus quidem istius statuti mensura libertatis compos effectus, eiusdem priuilegiis potiatur: non fas Iudaeo sit, qui circumciderit, mancipium generis memorati, in obsequium seruitutis retinere. Illud enim hac eadem sanctione praecipimus, vt ** si quispiam Iudaeorum, reserans ianuam vitae perpetuae, sanctis se cultibus mancipauerit, & Christianus esse delegerit: ne quid a Iudaeis inquietudinis vel molestiae patiatur. Quod si ex Iudaeo Christianum factum aliquis Iudaeorum iniuria putauerit esse pulsandum, volumus istiusmodi contumeliae machinatorem, pro criminis qualitate commissi, poenis vltricibus subiugari, Felix parens carissime. Quare diuinitatis affectu confidimus ipsum in omni orbe Romano cunctos pro debita veneratione seruare: ac volumus, vt excellens sublimitas tua, literis suis per dioecesim sibi creditam commeantibus, iudices moneat instantissime, huiuscemodi debitam reuerentiam custodiri. Data XII. Calendas Nouembris. Proposita VII. Idus Marcias Chartagine. Nepotiano & Facundo COSS.

V. *Col-*

(a) In Gothofredi editione, *praeceptor.*
(b) In Gothofredi edit. *omnibus abiectis*, & ut in *l.* 35.
(c) Gothofredus legit, *fatigatos.*
(d) M. S. Seldeni, *furoris*, teste Gothofredo.
(e) Est, qui legat, *postulantibus.*
* C. Th. *Ne Christianum mancip.* L. 1.
** C. Th. *De Iudaeis.* L. 5.

V.

Collectitios eorum esse, qui collegerint, aut pretii duplum numerari, & expensas.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS AVGG. ad Proiectum Consularem.

Inuerecunda arte defenditur, si hi ad conditionem vel originem reposcuntur, quibus tempore famis, cum in mortem penuria cogerentur, opitulari non potuit dominus aut patronus. Porro autem iniquum est, si expensis alterius seruatum hominem in lucem, quisque sibi obnoxium quocumque titulo sperans audeat vindicare. Itaque magnificentia tua, inspecta serie de his qui per necessitatem aut comparati sunt, aut fortasse collecti, in eorum dominium eos faciet perdurare; aut si ab aliquo flagitantur, enumerata duplici pecunia, quae data est pretii nomine, atque expensarum habita ratione, ita demum ad vindicantis auctoritatem eos redire permittimus. ne sit miserum ita exhibuisse alimoniam morienti, vt seruatus in vitam postea commodis alterius in dispendio alterius prosit. Data XV. Kalendas Iunias Monaxio & Plenta IV. CC. Coss.

VI.

Non licere clericos iudicio litigare, & haereticos debere de ciuitatibus proiici. Christianos non debere Iudaeis seruire, nec Iudaeos caussas agere, vel militare.

IMPP. THEODOSIVS & VALENTINIANVS CAESAR Amatio V. INL. Praefecto Praet. Galliarum.

Priuilegia * Ecclesiarum, vel clericorum, omnium, quae saeculo nostro tyrannus inuiderat, prona deuotione reuocamus. Scilicet vt quicquid a diuis principibus constitutum est, vel quae singuli quique Antistites impetrarunt, iugi solidata aeternitate seruentur, nec cuiusquam audeat titillare praesumtio, in quo nos nobis magis praestitum confitemur. Clericos etiam, quos indiscretim ad saeculares iudices debere deduci infaustus praesumtor edixerat, Episcopali audientiae reseruamus, his manentibus, quae circa eos sanxit antiquitas. Fas enim non est, vt diuini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Inlustris itaque auctoritas tua omni aeuo mansura quae iussimus, in prouinciarum missa notitiam, praecipiet etiam sub poena sacrilegii custodire, specialiter id inlustribus comprehensura praeceptis, ut in omnibus circa Ecclesiastica priuilegia veterum principum statuta seruentur. Diuersos vero Episcopos, nefarium Pelagiani & Caelestiani dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacrosanctae legis Antistitem praecipimus conueniri. Quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conuentionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, sesequе catholicae fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco sacerdotium fidelius subrogari. quatinus praesentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futurae bonum disciplinae iustioris instituatur. Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus deprauari, ** Manichaeos, omnesque haereticos, vel schismaticos, siue mathematicos omnemque sectam catholicis inimicam, ab ipso adspectu vrbium diuersarum exterminari debere praecipimus, vt nec praesentiae quidem criminosorum contagione foedentur. Iudaeis quoque, vel paganis, caussas agendi vel militandi licentiam denegamus. Quibus Christianae legis nolumus seruire personas, ne occasione dominii sectam venerandae religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subuenerit. Data VII. Idus Iulias, Aquileiae. Coss. Theodosio Augusto XI, & Valentiniano Caesare.

VII.

Vt exceptis quinque solitis criminibus, aliorum omnium rei carceris custodia propter Paschalem solennitatem liberentur.

IMPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCADIVS AAA. ad Eutropium Praefectum Praet.

Placida beneficia lenitatis, DEI omnipotentis arbitrio commoti, pro felicitate saeculi publicamus: vt illos, quos imminentis supplicii terror exagitat, insperatae miserationis indultio, securitati perpetuae restitutos, ad communis vitae gaudia, depulsa culparum acerbitate, perducat: vt nouae reparationis luce perfusi, melioris vitae teneant nouitatem. Ideo denique pro festiuitate Paschali, quam communi & praecelsa professione veneramur, noxas remittimus: vt ii quos mansuetudinis nostrae indulgentia liberauit, melioris instituti praecepta sectantes, nihil periculosum audeant perpetrare, Eutropi parens carissime atque aman-

(b) 2

* C. Th. *De Episcopis &c.* L. 47.
** C. Th. *De haereticis.* L. 64.

amantiſſime, exceptis his, quos quinque immanitas criminum minime patitur relaxare, ceteros carceris cuſtodia liberatos ſtatui priſtino reſtituat, vt communi traditi libertati conceſſae ſecuritatis gratia perfruantur.

VIII.

Vt praeter quinque capitalia crimina, omnes rei, quos Paſchalis ſolennitas in carcere inuenerit, dimittantur pro gaudio & veneratione tantae feſtiuitatis.

IMPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCADIVS AAA. Antiochino.

Studii noſtrae ſerenitatis, quibus etiam praeter conſuetudinem ſtatutae atque annuae lenitatis, ad propagandas ex more indulgentias naturali beneficio ſemper animamur, deſideratum bonis mentibus tempus adhaeret. Neque enim alias magis talibus beneficiis Imperatoriam decet aequare pietatem, quam cum toto penitus orbe terrarum ſacer dies feſtiva ſolennitate reparatur. Et nos quidem, praeter hanc velut indictam, & maioribus traditam, pro religionis obſeruatione clementiam, liberandis pene omnibus, quos legum ſeveritas ſtrinxerit, effuſa penitus humanitate, opera ſacra mentis exſerimus. Quin per omne hoc quod inter venerandos ac dies celebres medium fluit tempus, catenis leuamus, exilio ſoluimus, a metallo abſtrahimus, deportationibus liberamus, cum ſatis conſtet nullum prope diem eſſe, quo non aliquid clemens ſanctumque iubeamus. cenſentes nos etiam damnum quoddam horarum pati, ſi qui liberetur nullus occurrerit. Ex quo apparet, properato nos ſemper arripere iſtam neceſſariam exſoluendis, quatenus tamen iuſta humanitas patitur, legibus ſanctimoniam, quamque continuamus omnibus temporum metis, eſſe voluntariam. Neque enim conuenit, inter feſtiuas ceremonias, & venerabiles temporis ſacri ritus, ſtrepere infelicium diſſonas voces, trahi ad communem miſericordiam horrentes paſſis feraliter crinibus reos, audiri tractos ex imo pectore gemitus. Cum vtique bene ſibimet ſacra & laeta conueniant, & non deceat inter ſerena votorum, ac dicatas aeterno numini pias voces, aliquid triſte ſentire, audire, conſpicere. Vnde noſtris beneficiis notam non ſupprimimus lenitatem. Aperimus quin etiam carcerem, vincula deponimus, impexos tenebroſae paedore cuſtodiae crines decenter amouemus. Eripimus omnes feralibus poenis, praeter eos, quibus pro magnitudine ſcelerum non decet ſubueniri. Habeant illa generalibus excepta indulgentiis crimina ſuum fatum, vt competens maiorum ſcelerum, reos exitus teneat. Nullius nos manibus in abſoluendis iniuriam faciemus homicidis; nullius inultos toros remiſſo adulteriorum ac talium ſcelerum ſupplicio deſeremus: cauſam quae late tenditur maieſtatis integram reſeruamus. Non aliquos in aſtra peccantes, non venenarios aut magos, non falſae monetae reos abſoluendorum felicitati connectimus. Siquidem digni non ſunt feſtiuae lucis vſura, a quibus grauiora commiſſa ſunt, quam prudens ſolet liberare clementia. Et ne diutius in hac criminum ſerie latior verſetur oratio, exceptis ſolitis quinque criminibus, alios relaxamus, Antiochine cariſſime ac iucundiſſime. Quocirca ſpectabilitas tua noſtrae manſuetudinis ſcita quantocius iubebit impleri, vt velocius laeta propagentur, atque in communi omnium celebritate ſuſpendi quicumque merentur abſolui. Data X. Kalendas Maias Conſtantinopoli. Honorio nobiliſſimo puero, & Euodio Coſſ.

IX.

Vt damnatos ab Epiſcopis clericos, & ab Eccleſia ſegregatos, curia ſibi vindicet.

IMPP. ARCADIVS, & HONORIVS AVGG. Theodoro II. Praef. Praetorii.

Vtinam quidem hi tantum clericorum nomen induerent, quorum in deteriorem partem relabi vita non poſſit. Eſſet laetitia communis, & facile pios ritus cultusque diuinos veneratio humana ſequeretur. Sed facile vitia ſubrepunt, vt illuc etiam error irrepat, vbi eſſe niſi pura non poſſunt. Et ſi cenſura iudicii ſacerdotalis in ſpecula prouideat, vt inter bonos non ſint qui boni eſſe non poſſunt: ne tamen crimina deprehenſa luxurient, & ſit libera peccantibus pertinacia, placet vt * quemcumque clericum indignum officio ſuo Epiſcopus iudicauerit, & ab Eccleſiae miniſterio ſegregauerit, aut ſi qui profeſſum ſacrae religionis obſequium ſponte dereliquerit, continuo eum curia ſibi vindicet, vt liber illi vltra ad Eccleſiam recurſus eſſe non poſſit, & pro hominum qualitate, vel quantitate patrimonii, vel ordini ſuo, vel collegio ciuitatis adiungat. Modo vt quibuscumque apti erunt publicis neceſſitatibus obligentur, ita vt conludio quoque locus non ſit. Vt per ſingulos binae librae auri inferendae aerario noſtro a decem primis curialibus exigantur, ſi alicui inlicitam conhibentiam & conludia foeda praeſtiterint. Omnisque hominibus improbiſſimis ab officiis omnibus

* C. Th. *De Epiſcopis, &c. L.* 39.

omnibus militiae aditus obstruatur. Nusquam enim fidi esse possunt, quos infideles Deo summo Ecclesia refutauerit, Theodore parens carissime atque amantissime. Quod inlustris magnificentia tua in omnium notitiam datis ad singularum iudices prouinciarum literis faciet peruenire, vt vniuersis id proposita solenniter edicta declarent. Data V. Kalendas Decembris, Rauennae. Basso & Philippo IV. CC. Conss.

X.

Vt clerici cum extraneis feminis non habitent: & sacrarum virginum raptores deportatione plectantur.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS AA. Palladio Praefecto Praet.

Religiosi sacerdotis fida suggestio exigit probabilem saeculo disciplinam. Agit enim bonis moribus, ne clerici sacris ministeriis seruientes feminis iungantur externis, quas decolore consortio sororiae appellationis excusant. Credimus quidem hanc deuotis mentibus Dei inesse reuerentiam, vt diuersorii huius habitaculum conscientia prauae persuasionis ignoret. Sed hac societate, seu amicitia non penetret, fama contaminat, datque sinistris rumoribus locum alterni sexus adiunctio, cum foris positos, ac publico iure viuentes, ad inlecebram criminis trahit obscenae suspicionis exemplum. Quae cum ita sint, inlustris & praecelsa magnificentia tua praesentis oraculi sanctionem propositis vbique diuulget edictis, vt * nouerint cuncti, qui cuiuscumque gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia. Hac sibi tantum facultate concessa, vt matres, filias, atque germanas, intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil saeui criminis aestimari foedus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quae ante sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium. Neque enim clericis incompetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotii sui conuersatione fecerunt. Illa vero desiderii partem legum quoque praeeuntium scita solidarunt, vt ** quisquis dedicatam Deo virginem prodigus sui raptor ambierit, publicatis bonis deportatione plectatur: cunctis accusationis huius licentia absque metu delationis indulta. Neque enim exigi conuenit proditorem, quem pro pudicitia religionis inuitat humanitas. Data VIII. Idus Maias Rauennae D. N. Theodosio Aug. IX. & Constantino III. V. C. Conss.

XI.

A quibus oneribus Ecclesiae habeantur immunes.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS AVGG. Melitio Praef. Praetorii.

Recte clementiam nostram, sacrosanctae religionis obsequiis deuotis adsiduitatibus seruientem, ad confirmationem priuilegiorum, quae Ecclesiis dicauit vetustas, magnificentiae tuae suggestio religiosa commonuit: vt temerariorum hominum conatibus penitus oppressis, quibus studium est Christianam innocentiam semper apparere, eam nostri formam sanciamus arbitrii, cui deinde nullus impune refragator existat. * Placet igitur, rationabilis consilii tenore perpenso, quoniam remedia confusa nequissimis ausibus viam relinquunt, districta moderatione praescribere a quibus specialiter necessitatibus Ecclesiae vrbium singularum habeantur immunes. Primo quippe illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne praedia vsibus coelestium secretorum dicata sordidorum munerum fasce vexentur. Nulla iugationem talium priuilegiorum sorte gratulantem muniendi itineris constringat iniuria, nihil extraordinarium ab hac vel superindictitium flagitetur: nulla pontium restauratio, nulla translationum sollicitudo gignatur. Non aurum ceteraque talia poscantur. Postremo nihil, quod praeter canonicam inlationem aduentitiae necessitatis sarcina repentina depoposcerit, eius functionibus adscribatur. Vacent Ecclesiae solis, quibus bene consciae sunt, diuinae praedicationis officiis. Cuncta in orationibus celebrandis horarum omnium momenta consumant. Gaudeant nostra in perpetuum liberalitate munitae, quarum nos erga cultum pietatis aeterna deuotione gaudemus. Quapropter sublimis magnificentia tua, religiosis motibus in huiuscemodi negotio nobiscum decenter adcincta, oraculi praesentis atque in omne aeuum perpeti firmitate duraturi serie comperta, roboratis omnibus, quae sacrosanctae venerationis intuitu huiusce sanctionis auctoritate praescribimus, prouinciarum iudices scriptis currentibus admonebit, quo euidenter agnoscant vniuersos, qui deinde temerariae praesumtionis adnisu in iniuriam Ecclesiarum nostrique praecepti aliquid fortasse tentauerint, seuerissima interminatione quatiendos, ita vt in talibus deprehensi, contumacia feruente peccati, post debitae vltionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuae deportationis vtantur. Data VIII. Kalendas Iulias Rauennae. DD. NN. Honorio IX. & Theodosio Aug. IV. Coss.

* C. Th. *De Episcopis &c. L. 44.*
** C. Th. *De raptu vel matrim. sanctim. virg.*
* Cod. Theod. *de Episcopis lex 40.*

XII.

Aduersus haereticos & gentiles, & de vtrorumque aedificiis atque templis ad vsum publicum vindicandis.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS AVGG. Curtio Praef. Praetorii.

Profanos haereticorum ſpiritus, ſuperſtitionemque gentilium, vel ſola quidem religioſorum virorum ſacerdotum Dei in obſeruandis ſollicitudo criminibus, ſedulitas in monendo, auctoritas in docendo, emendare debuerat. Nec noſtrarum tamen legum ſcita ceſſarunt, quae in Dei omnipotentis cultum, poena etiam terrore propoſito, reducerent deuiantes, ignaros quoque in miniſteria diuina formarent. Sed nimirum ipſa vis mali, humana pariter ac diuina permiſcens, deceptos pleroſque perſuaſionibus prauis, tamen in praeſens, quam futurum impellit exitium: & Deo ſimul ac nobis perdit infelicium vitas, quas & hic legibus dedit, & illic cogit ferre iudicium. Compulſi igitur Donatiſtarum pertinacia, furore gentilium, quae quidem mala deſidia iudicum, conhibentia officiorum, ordinum contemtus accendit, neceſſarium putamus iterare quae iuſſimus. Quapropter * omnia quae in Donatiſtas, qui & Monteſes vocantur, Manichaeos, ſiue Priſcillianitas, vel in Gentiles, a nobis generalium legum auctoritate decreta ſunt, non ſolum manere decernimus, verum in exſecutionem pleniſſimam effectumque deduci. Ita vt aedificia quoque, vel horum, vel caelicolarum etiam, qui neſcio cuius dogmatis noui conuentus habent, Eccleſiis vindicentur. Poena vero lege propoſita velut conuictos tenere debebit eos, qui Donatiſtas ſe confeſſi fuerint, vel catholicorum ſacerdotum ſcaeuae religionis obtentu communionem effugerint, quamuis Chriſtianos ſe eſſe ſimulent. Iam vero ** templorum detrahantur annonae, & rem annonariam iuuent expenſis deuotiſſimorum militum profuturae. Simulacra, ſi qua etiam nunc in templis faniſque conſiſtunt, & quae aliquem ritum vel acceperunt, vel accipiunt paganorum, ſuis ſedibus reuellantur, cum hoc repetita ſciamus, ſaepius ſanctione decretum. Aedificia ipſa templorum, quae in ciuitatibus, vel oppidis, vel extra oppida ſunt, ad vſum publicum vindicentur. Arae locis omnibus deſtruantur, omniaque templa in poſſeſſionibus noſtris ad vſus adcommodos transferantur, domini deſtruere cogantur. Non liceat omnino in honorem ſacrilegi ritus funeſtioribus locis exigere conuiuia, vel quicquam ſolennitatis agitari. Epiſcopis quoque locorum haec ipſa prohibendi Eccleſiaſticae manus tribuimus facultatem. Nam & agentum in rebus exſecutionem, Maximi, Aeliani, Eutychi, vt ea quae generalibus legibus contra Donatiſtas, Manichaeos atque huiuſmodi haereticos, vel gentiles ſtatuta ſunt impleantur, indulſimus. Qui tamen ſcient in omnibus modum ſtatutorum eſſe ſeruandum, vt ea quae contra vetitum videntur eſſe commiſſa, mox Iudicibus iuxta vim legum deferant vindicanda. Quos quidem viginti librarum auri poena ſtatutae dudum multae conſtringet, pari multa officiis ordinibusque propoſita, ſi haec quae ſtatuimus eorum fuerint diſſimulatione neglecta, Curti parens cariſſime atque amantiſſime. Quod ad continendos hominum mores religionemque prouiſum, & ad rectores prouinciarum ſublimis magnificentia tua faciet peruenire, & digno per omnes iubebit vigore ſeruari. Data VIII. Kalendas Decembris, Romae. Propoſita Carthagine in foro, ſub programmate Porfyri Proconſulis, Nonis Iuniis. Baſſo & Philippo IV. CC. Coſſ.

XIII.

De confugientibus ad Eccleſias, vt quinquaginta paſſibus extra fores ſecuri ſint. Et vt Epiſcopo carceres viſitanti liber aditus pateat.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS Pii Augg. **

Conuenit noſtris praeſcita temporibus, vt iuſtitiam inflectat humanitas. Nam cum plerique vim fortunae ſaeuientis aufugerint, atque Eccleſiaſticae defenſionis munimen elegerint, patiuntur incluſi non minorem quam vitauere cuſtodiam. Nullis enim temporibus in luce veſtibuli eis aperitur ingreſſus. Atque ideo quinquaginta paſſibus vltra baſilicae fores Eccleſiaſticae venerationis ſanctitas inhaerebit. Ex quo loco quisquis tenuerit exeuntem, ſacrilegii crimen incurrat. Nihil enim confugientibus miſerationis impenditur, ſi aura liberior negatur afflictis. Eam quoque ſacerdoti concedimus facultatem, vt carceris ope miſerationis aulas introeat, medicetur aegros, alat pauperes, conſoletur inſontes: & cum ſingulorum cauſſas cognouerit, interuentiones ſuas apud iudicem competentem ſuo iure moderetur. Scimus enim idque crebris aditionibus, ſupplicandum frequenter ideo pleroſque in cuſtodia detrudi, vt adeundi iudicis libertate priuentur: vel cum ſemel coeperit humilior perſona pati cuſtodiam, antequam cauſa ſciatur, iniuriae poenam ſuſtinere compellitur; Confeſtim duas auri libras fiſco noſtro contumax ſoluet officium, ſi ſacerdotem negotia tam ſancta curantem ianitor feralis excluſerit. Data XI. Kalendas Decembris, Rauennae. Monaxio & Plenta IV. CC. Conſulibus.

XIV. De

* C. Th. *De haereticis. L.* 43.

** C. Th. *De Paganis. &c. L.* 19.

XIV.

De Episcopis in Africa vexatis. Vt capitali sententia deinceps in eos vindicetur, qui Ecclesiis, vel Episcopis ac Ministris iniuriam intulerint.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS AVGG. Theodoro viro inl. Praefecto praetorii.

Dubium non est conhibentia iudicum fieri & culpabili dissimulatione inultum relinqui, quod ad turbandam quietem publicam, in contemtum Christianae religionis, quam debito cultu veneramur, sub publica testificatione commissum addiscimus, & pariter non punitum. Vicina peccata in iudice dissimulatio est, quem ignoratio commissi criminis non defendit. Per prouinciam Africam tantum quorundam temeritati licuisse comperimus, vt Christianae legis Antistites, de propriis domibus raptos, vel quod est atrocius de Ecclesiae catholicae penetralibus protractos, cruciatibus diuersis afficerent: alios ad solam diuini cultus iniuriam, auulsa capillorum parte foedatos, vel alio iniuriae genere deformatos, concurrentium speculis exhiberent, vt esset circa eos venia grauior, quorum saluti contemptus ignouerat. Tanti sceleris nefas, & immane flagitium, numquam ante compertum, Africanorum iudicum auctoritas nec creditae sibi potestatis iure persequitur, nec debita cura reuerendi in nostram facit notitiam peruenire. Ignorare ab his potuisse non credimus, quod commissum in ciuitatibus publice memoratur: quod iugi & magistratuum & ordinum cura: Stationarii apparitoris solicitudo, quae ministra est, nuntiorumque indicium, absentiae exhibet potestatum. Licet enim insinuare leuia, grauiora reticere, non tacuisse quod propriis innotescere rectoribus per alterum formidarent, nisi intelligerent nolle iudicem vindicare. Exspectandum fuit institutis accusationibus, contra professionis propriae sanctitatem, vt Episcopus suas persequeretur iniurias, & reorum nece deposcerent vltionem, quos inuitos decet vindicari. Deducitur in hanc necessitatem veniae persuasor alienae praeceptor indulgentiae, vt de se non ipse tractasse videatur, quod & petenti alius non negaret, aut praeceptis obsecuturus sacerdotii criminosorum impunitati subiaceat. Episcopos, & alios Ecclesiae catholicae ministros, nisi vigor potestatum & fides iudicum laudabili auctoritate tueatur, erunt addicti audaciae pessimorum. Quapropter iubemus, vt eos qui talia commisisse dicuntur, diuersorum per Africam iudicum sine innocentum laesione requirat auctoritas, ac proprio exhibitos examini, si conuinci manifesta probatione cognouerit, cuiuslibet dignitatis & honoris reos probatos, aut metallo tradat, aut poenam deportationis subire compellat, facultatibus eorum fisco nostro sociatis, vt habeant vitam sibi clementiae nostrae more concessam, quae similibus non donabitur tempore futuro criminibus. Siquidem praesentis legis aeternitate cunctis obseruandum constituimus, Theodore parens carissime atque amantissime, quod inlustris magnificentiae tuae praelatum literis, proponendum edictis, in omnium volumus notitiam peruenire, vt * si quisquam in hoc genus sacrilegii proruperit, vt in Ecclesias catholicas inruens, sacerdotibus & ministris, vel ipsi cultui locoque, aliquid importet iniuriae, quod geretur litteris ordinum magistratuum, & curatoris, & notariis apparitorum, quos Stationarios appellant, deferatur in notitiam potestatum, ita vt vocabula eorum, qui agnosci potuerint, declarentur. Et si per multitudinem commissum dicitur, si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina publicentur. Atque ita prouinciae moderator, sacerdotum & catholicae ministrorum, loci quoque ipsius & diuini cultus iniuriam, capitali in conuictos vel confessos reos sententia nouerit vindicandum. Nec exspectes vt Episcopus iniuriae propriae vltionem deposcat, cui sacerdotii sanctitas ignoscendi solam gloriam derelinquit. Sitque cunctis non solum liberum, sed etiam laudabile, factas sacerdotibus vel ministris atroces iniurias, velut crimen publicum persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Vt hac saltem ratione, quod agi aduersum se per Episcopum non posse confidit, ex aliorum accusationibus malorum audacia pertimescat. Et si multitudo violenta ciuilis apparitionis exsecutione, & adminiculo ordinum possessorumue, non potuerit praesentari, quod se armis, aut locorum difficultate tueantur, Iudices Africani armatae apparitionis praesidium, datis ad virum spectabilem Comitem Africae literis, praelato legis istius tenore deposcent, vt rei talium criminum non euadant. Et * ne Donatistae, vel ceterorum vanitas haereticorum, aliorumue eorum, quibus catholicae communionis cultus non potest persuaderi, Iudaei, atque gentiles, quos vulgo paganos appellant, arbitrentur legum ante aduersum se datarum constituta defuisse, nouerint iudices vniuersi praeceptis earum fideli deuotione parentum, & inter praecipua curarum quicquid aduersus eos decreuimus exsequendum. Si quisquam iudicum peccato conhibentiae, dissimulandi arte, exsecutionem praesentis legis omiserit amissa dignitate grauiorem motum se nostrae clementiae subiturum. Officium quoque suum, quod saluti propriae contempta suggestione defuerit, punitis tribus primatibus, condemnationi viginti librarum auri subdendum. Ordinis quoque viri, si in propriis ciuitatibus vel territoriis commissum tale aliquid siluerint gratia obnoxio-

* C. Th. *De haereticis*, L. 46.

noxiorum, deportationis poenam, & propriarum amissionem facultatum se nouerint subituros. Data XVIII. Kalendas Februar. DD. N. N. Honorio IX. & Theodosio V. Coss. Rauennae.

XV.

Eos infamiae notam subire, qui obiecta clericis crimina probare non possunt.

IMPP. HONORIVS & THEODOSIVS ad Melitium virum inlustrem Praefectum Praetorii.

Non cassum veterum prudentia constituit, quod ad petitam ...nocentiam solaretur, & purgatis reperit vltionem, ne libera calumniantis intentio insontes affligeret. Terret quidem reum proposita poena criminibus: sed facit accusatorem vindictae contemplatio cautiorem, ne quisquam solis aliquando inimicitiarum stimulis incitatus ingerat non probanda iudicibus. Quae fori aequitas, responsis veterum & legum nostrarum aeternitate solidata, cunctis est delata personis, debet clericis nunc prodesse, quos non nisi apud Episcopos convenit accusari. Quibus nihil conuenit habere commune, ne cultus venerabilis sacerdos, & Christianae legi dicatus minister, quibus intuitu religionis maior quam ceteris talibus reuerentia deferenda est, securo calumniantis arbitrio, cuiuslibet criminis nondum probata obiectione maculetur: & talibus personis, quibus dignum est detulisse pro merito, peccatum iniuria fieri & sine vltione inlicite patiamur. Quapropter placiturae omnibus legis aeternitate sancimus, vt * si Episcopus, vel presbyter, diaconus, & quicumque inferioris loci Christianae legis minister apud Episcopos, siquidem alibi non oportet, a qualibet persona fuerit accusatus, siue ille sublimis vir honoris, siue cuiuslibet alterius dignitatis, qui hoc genus miserandae intentionis arripiat, vt homo peccatis aliquibus vel criminibus pollutus, mentiendo probatos obsequio, vel locum tenentes sacerdotii, vel diuinis seruientes mysteriis dilaceret, nouerit docenda probationibus, monstranda documentis se debere deferre. In qua si est culpa minister religionis, vitae suae pollutione remouendus, sacris non potest interesse secretis. At si huius est vesaniae, quae nullis fulta probationibus composita criminatione talium virorum adpetisse propositum videatur. Si quis igitur circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intelligat, se iacturae famae propriae subiacere: vt damno pudoris, existimationisque dispendio, discat sibi alienae verecundiae impune insidiari saltim de cetero non licere. Nam sicut Episcopos, presbyteros, diaconos, ceterosque, si his obiecta comprobari potuerint, maculatos ab Ecclesia venerabili aequum est remoueri, vt contempti post haec, & miserae humilitatis inclinati despectu, iniuriarum non habeant actionem: ita similis videri debet iustitiae, quod appetitae innocentiae moderatam deferri iussimus vltionem. Ideoque huiusmodi duntaxat causas Episcopi sub testificatione multorum actis audire debebunt. Data Idibus Decembris, Rauennae, Honorio IX. & Theodosio V. Augustis Coss.

XVI.

Lex quae redemtos de captiuitate iubet aut restituere pretium, aut si pauperes sunt, quinquennio redemtoribus suis obsequi.

IMP. HONORIVS AD THEODORVM V. INL. Praef. Praetorii.

PVNITIS auctoribus mali publici, laesorum quidem dolori dedimus vltionem: sed provincialibus nostris libertatis restituendae festinatione sentimus vno eodemque tempore armis & legibus consulendum. Hinc denique bellorumque curis mixta ratio, & salubris constitutio admonuit faciendum, vt ** diuersarum homines prouinciarum, cuiuslibet sexus, conditionis, aetatis, quos barbaricae feritatis discursus captiua necessitate transduxerat, invitos nemo retineat: sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quicquam in vsum recuperandarum virium, vestium vel alimoniae dicatur impensum, humanitati sit praestitum: nec maculet boni facti gloriam auara victualis sumptus repetitio, cum forsitan alimoniae istius mercedes operarum reddiderit compensatio. Quod in examen venire non patimur, ne ad propria redire cupientes indecoris contentionibus retardentur. Exceptis his, quos quis barbaris vendentibus emisse docebitur, a quibus status sui pretium, propter vtilitatem publicam, emtoribus aequum est, redhiberi: ne ingentis damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emtionem; & inueniamur quorum libertati consuli voluimus, saluti potius obsuisse. Hos decet aut datum pro se pretium emtoribus restituere, aut labore, obsequio, vel opere quinquennii si in ea nati sunt, libertatem. Nec honestas emtoribus quinquennii tempus ad compensationem maioris forsitan pretii datum, ingemiscat exiguum: quia humanae vitae fragilitas forte intra metas potest temporis constituti deficere, nec ad legis beneficium peruenire. Credant saltem perditum casibus, quod humanitate

* C. Th. *De Episcopis*, *L.* 41.

** C. Th. *De postliminio.* *L.* 2.

nitate detulerint: licet humana misericordia, Deo iudice, quod alteri tribuit, sibi praestet. Quapropter seruata definitione legis, huius moderationem placere non dubium est, reddantur sedibus propriis, quibus iure postliminii, & veterum responsis prudentium, incolumia cuncta seruata sunt. Quam sanctionem adeo volumus custodiri, vt si quisquam temeritate sacrilega praeceptis fuerit conatus obsistere, actor, & conductor; procuratorque, qui ad tuendam absentis domini possessionem esse detegitur, dari se metallo, aut poenam deportationis non ambigat subiturum. Si vero possessionis dominus contra mansuetudinis nostrae salubre constitutum venire tentauerit, rem suam fisco nouerit vindicandam, seque per rectoris prouinciae sententiam deportandum. Et vt facilis exsecutio proueniat imperatis, Christianae sacerdotes vicinorum & proximorum locorum Ecclesias retinentes, quorum moribus congruit effectus talium receptorum, curiales quoque proximarum ciuitatum placuit admoneri, vt emergentibus talium necessitatum causis adeant iudices legis nostrae auxilium petituri. Et ne quis contumaciae suae culpam praecepti ignoratione tueatur, Theodore parens carissime atque amantissime, inlustris magnificentia tua legis tenorem literis suis edictisque propositis, ad omnium Iudicum & prouincialium notitiam faciet peruenire. Ita vt nouerint rectores vniuersi, decem libras auri a se & tantumdem ponderis a suis apparitoribus exigendum, si quod praeceptum est in gratiam cuiusquam neglectum esse doceatur: cum saluberrimae sanctionis exsecutionem deferri ab omnibus quidem, sed Iudicum maxime & officiorum cura obsequioque iubemus. Data III. Nonas Decembris, Rauennae, Basso & Philippo IV. CC. Conss. accepta XVI. Calendas Ianuarias.

XVII.

Lex de Theodosiano, sub Titulo XXVII. De Episcopali definitione.

IMP. CONSTANTINVS AVG.

IVDEX pro sua sollicitudine obseruare debebit, vt si ad Episcopale iudicium prouocetur, silentium accommodetur. Et si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit, & illud iudicium obseruare, audiatur. Etiamsi negotium apud Iudicem sit inchoatum: & pro sanctis habeatur quicquid ab his fuerit iudicatum: ita tamen ne vsurpetur in eo, vt vnus ex litigantibus pergat ad supradictum auditorium, & arbitrium suum enuntiet. Iudex enim praesentis causae integre habere debet arbitrium, vt omnibus accepto latis pronunciet. Data IX. Kalendas Iulias Constantinopoli. Licinio Aug. & Crispo Caesare Conss.

XVIII.

Lex alia de Theodosiano sub Titulo XXVII. De Episcopali definitione, & hoc validior, quia omnibus posterior.

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS & THEODOSIVS AAA. Theodoro P. P.

Episcopale * iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri a sacerdotibus adquieuerint. Cum enim possent priuari inter consentientes etiam Iudice nesciente audire, his licere id patimur, quos necessario veneramur: eamque illorum iudicationi adhibendam esse reuerentiam: quam vestris deferri necesse est potestatibus, a quibus non licet prouocare. Per publicum quoque officium, ne sit cassa cognitio, definitioni exsecutio tribuatur. Data Idibus Decembris, Basso & Philippo Conss. **

XIX.

Qui libertum, vel manumissum inquietat, capitali sententia plectendus.

IMP. HONORIVS AVG. ad Constantium V. INL. Patricium.

INTER publicas necessitates etiam hoc ad nos voluimus pertinere. Si quis libertum emere vt seruum, vel qualibet manumissione donatum inquietare voluerit, non solum bona sua largitionibus nostris iussimus sociari, verum etiam capitali sententia plecti. Ergo cum id nos indulsisse peruideas, Constanti parens carissime, ad notitiam omnium ordinariorum iudicum facies peruenire, vt nostro laetentur imperio. Vale Constanti parens carissime atque amantissime nobis. Regestum Rauenna die XV. Calendas Februarias, Honorio Aug. XI. & Constantio III. Conss.

XX.

De accusatione Episcopi, presbyteri vel diaconi, & quod obnoxios cum illis ambulantes retinere non liceat.

IMPP. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AVGG. ad Virum Praef. Praetorii.

AVDEMVS quidem sermonem facere solito plus timore capti, de sanctis & venerabilibus sacer-

* *L. 8. Cod. Iust. De Episcopali audientia.*

** Huc usque Codex Ecclesiæ Lugdunensis. Reliqua partim ex Pithœano, partim ex Corbeiensi descripta sunt.

ſacerdotibus, & ſecundis ſacerdotibus, vel etiam Leuitis, & eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat. Audiuimus enim perfidiam in Vrbe ad Deum viuum, & imperium noſtrum fieri. Sed ſi quis auſus aut temerarius legi Eccleſiae, vel clerico, per quos noſtrum pollet imperium, audiri voluerit, ſi accuſationem ditior perſona protulerit, repoſita poena fiſco noſtro, id eſt centum pondo auri, & centum pondo argenti inferre cogatur, & ſic cum actoribus Eccleſiae cauſam dicat. Si autem infirmior fuerit perſona, prius cogitet animo ſuo percito, & ſic accuſet, & criminis cauſam dicat numquam obrepto patrimonio noſtro neſcio qua perfidia temptare audeat militantes in palatio Chriſti terrae curiae hinc adduci iuſſimus & manus eius inplumbari. Si autem voluerit liberam degere vitam, nihil illi ſit curae Eccleſiae catholicae. De obnoxiis vero ſi qui ambulauerint cum Epiſcopo vel cum presbytero, aut etiam diacono ſiue in platea, ſiue in agro, ſiue in quolibet loco, nullo pacto eos retineri vel adduci iubemus: quoniam in ſacerdotibus Eccleſia conſtat. Data XV. Kalendas Ianuarias. Theodoſio X. & Valentiniano III. Augg. Conſulibus.

XXI.

Lex Honorii aduerſus Donatiſtas, multo quam in vulgatis libris emendatior.

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS & THEODOSIVS. AAA. Hadriano. Praefecto Praet.

ADVERSARIOS * catholicae fidei exſtirpare huius decreti auctoritate proſpeximus, ideoque interdicendam ſpecialiter eam ſectam noua conſtitutione cenſuimus, quae ne haereſis vocaretur, adpellationem ſchiſmatis praeferebat. In tantum enim ſceleris progreſſi dicuntur ii, quos Donatiſtas vocant, vt baptiſma ſacroſanctum ſemel apud catholicos traditum, myſteriis reculcatis temeritate noxia iterarint, & homines ſemel vt traditum eſt munere diuinitatis ablutos contagione profanae repetitionis infecerint. Ita contigit, vt haereſis ex ſchiſmate naſceretur. Inde male credulas mentes ad ſpem ſecundae indulgentiae blandus error inuitat. Facile eſt enim perſuadere peccantibus, veniam prius praeſtitam denuo poſſe praeſtari. Quae ſi concedi iterum eodem modo poteſt, non intelligimus, cur tertio denegetur. Hi vero & ſeruos vel homines iuri proprio ſubditos, iterati baptiſmatis polluunt ſacrilegio. Quare hac lege ſancimus, vt quisquis poſthac fuerit rebaptizaſſe detectus, iudici qui prouinciae praeſidet, offeratur, vt facultatum omnium publicatione multatus, inopiae poenam qua in perpetuum afficiatur, expendat. Ita vt filiis eorum, ſi a paternis ſocietatis prauitate diſſentiunt, ea quae fuerint paterna non pereant. Vt ſi ipſos forſitan saeuitas paternae deprauationis implicuit, ac reuerti ad catholicam religionem malunt, adipiſcendorum his bonorum copia non denegetur. Ea praeterea loca, ſeu praedia, quae feralibus ſacrilegiis deinceps conſtiterit praebuiſſe ſecretum, fiſci viribus adplicentur. Si tamen dominus, aut domina, aut praeſens forte fuiſſe, aut conſenſum praeſtitiſſe, prodetur, quos quidem iuſtam etiam per ſententiam notabit infamia. Si vero his neſciis per conductorem procuratoremue eorum in domo agitatum huiusmodi facinus comprobatur, praeiudicio a praediorum publicatione ſuſpenſo, impliciti ſceleris auctores coërcitos plumbo exilium, in quo omni vitae ſuae tempore afficiantur, accipiet. Ac ne forſitan ſit liberum, conſcientiam piacularis flagitii, perpetrati intra domeſticos parietes, ſilentio celare ſecreto, his qui forſitan ad rebaptizandum cogentur, refugiendi ad catholicam Eccleſiam ſit facultas: vt eius praeſidio aduerſus huius criminis & ſocietatis auctores, attributae libertatis praeſidio defendantur, liceatque his ſub hac conditione fidem tueri, quam extorquere ab inuitis domini tentauerint. Nec aſſertores dogmatis catholici, ea, qua ceteros qui in poteſtate ſunt poſiti, oportet ad facinus lege conſtringi, & maxime conuenit omnes homines, ſine vllo diſcrimine conditionis aut ſtatus, infuſae coelitus ſanctitatis eſſe cuſtodes. Sciant ii vero, qui ex ſupra dictis ſectis iterare baptiſma non timuerint, aut qui conſentiendo hoc facinus propriam huius ſocietatis permixtionem damnauerint, non ſolum teſtandi ſibi, verum adipiſcendi aliquid ſub ſpecie donationis, vel agitandorum contractuum, in perpetuum copiam denegatam, niſi prauae mentis errorem reuertendo ad veram fidem conſilii emendatione correxerint. Illos quoque par nihilominus poena conſtringat, qui memoratorem interdictis coetibus ſeu miniſteriis praebuerint conhibentiam, ita vt moderatores prouinciarum, ſi contemptum ſanctionis huiusce conſenſum putauerint commodandum, ſciant, ſe viginti librarum auri poena eſſe multandos, officia etiam ſua ſimili condemnatione ſubiuganda. Principales vel defenſores ciuitatum, niſi id, quod praecipimus fuerint perſecuti, vel his praeſentibus Eccleſiae catholicae vis fuerit illata, eadem multa ſe nouerint adtinendos. Data prid. Idus Febr. Rauennae. Stilicone II. & Anthemio Conſſ.

* C. Th. *Ne ſacrum bap. iter.* L. 4.

CONCI-

CONCILIORVM ITALIAE

ANNO CHRISTI CCCXXCI.

EPISTOLAE V.

Ad Gratianum, Valentinianum, & Theodosium Imperatores.

EPISTOLA I.

CONCILII AQVILEIENSIS ad Gratianum Imperatorem.

Ne aures praebeat Vrsicino, qui Romanam sedem repetere moliebatur.

Imperatoribus clementissimis, & principibus Christianis, gloriosissimis ac beatissimis GRATIANO, VALENTINIANO, THEODOSIO, sanctum Concilium quod conuenit * Aquileiae.

PROVISVM est quidem, clementissimi principes, vestrae tranquillitatis statutis, ne Arrianorum perfidia vlterius possit latere & serpere. Etenim effectum Concilii decretis putamus minime defuturum. Sed tamen, quantum ad partes spectat Occidentis, duo (a) tantum reperti sunt, qui auderent profanis, & impiis vocibus obuiare Concilio, iuxta angulum ripensis Daciae turbare consueti. Aliud est quo magis angimur, de quo quoniam convenimus fuit rite tractandum, ne totum corpus posset Ecclesiae toto orbe diffusum, & vniversa turbare. Nam licet frequenter compererimus Vrsinum non potuisse obrepere pietati vestrae, quamuis quietum nihil esse patiatur, & inter bellicas necessitates obreptio importuna tentetur: tamen ne sancta mens vestra animique tranquillitas, quam omnibus consulere gestit, importuni hominis simulata adulatione flectatur, deprecandos vos & obsecrandos, si dignanter ducitis, aestimamus non solum praecauentes futura, sed etiam praeterita, (b) quam iam ipsius temeritate gesta sunt, perhorrescentes. Nam si aliquam viam nactus fuerit audaciae, quid non ille confundat? sed si vnius miseratio inflectere potest, multo magis vos precatio omnium moueat sacerdotum. Quis enim nostrum ei communionis societate iungetur, cum indebitum sibi gradum vsurpare conatus, nec iure ad eum potuerit peruenire, & quem importune affectauit, importunissime repetere moliatur? Turbarum totiens damnatus incessit adhuc tamen, quasi praeteritis non perhorrescendus exemplis. Quid quod, plerique sicut in hoc Concilio cognouimus, & vidimus, cum Arrianis copulatus atque coniunctus erat eo tempore, quo turbare Mediolanensem Ecclesiam coetu detestabili moliebatur, cum Valente (c) nunc ante Synagogae fores, nunc in Arrianorum domibus, miscens occulta consilia, & suos iungens, & quoniam ipse aperte in eorum congregationes prodire non poterat, instruens & informans quemadmodum pax Ecclesiae turbaretur? Quo furore sperabat, quod eorum posset fautores & socios emereri. Cum igitur scriptum sit: Haereticum post vnam correctionem deuita * cum & alius vir sancto locutus spiritu dixerit declinandas huiuscemodi bestias, nec salutatione recipiendas atque congressu; quomodo fieri potest, vt eum, quem societati eorum insertum vidimus, non etiam assertorem perfidiae iudicemus? Quod etiamsi deforet **, tamen totius orbi Romani caput Romanam Ecclesiam, atque illam sacrosanctam fidem Apostolorum ne turbari fineret, obsecranda fuit clementia vestra. Inde enim in omnes venerandae commonitionis iura dimanant. Et ideo petimus & rogamus, vt obripiendi ei adimere dignemini facultatem. Scimus clementiae vestrae sanctum pudorem. Ne auditu vestro indigna ingerat, non aliena ab officio & nomine sacerdotis interstrepat, non inuerecunda vobis loquatur. Quem cum habere oportuerit testimonium etiam ab his qui foris sunt, quali testimonio ciues proprii prosecuti sint. Clementia vestra meminisse dignetur. Pudet enim dicere, inuerecundum est recensere, quam turpis fama eum conuitio fauciauerit. Quo saltem pudore perstrictus conticescere debuisset, & si haberet aliquam conscientiam sacerdotis, pacem Ecclesiae concordiamque ambitioni suae & studio praeoptaret. Verum longe alienus ab omni verecundia, per abscissum hominem Paschasium signiferum furoris sui missis literis, fecit turbas, gentiles quoque & perditos concitare conatur. Oramus ergo, vt iam & populo Romano, qui post relationem Praefecti Vrbis pendet incertus, & nobis sacerdotibus securitatem interdictam importunissimi hominis abiectione tribuatis. Quo impetrato, apud Deum omnipotentem patrem & Christum dominum eius filium, gratias iugi continuatione celebremus.

* *Die V. Septembris.*
(a) Palladius & Secundianus de quibus in actis Concilii Aquileiensis.
(b) AMM. MARCELL. *lib.* 27. RVFINVS *lib.* 2. SOCRAT. lib. 4. cap. 28.
(c) Episcopo Mursensi, de quo in Concil. Tyrio, aliisque.
* *Tit. III.* 10. 2. *Joan.* 10. ** *Romana Ecclesia caput orbis.*

EPISTOLA II.

Concilii Aquileiensis ad Theodosium Imperatorem.

Vt Concilium Alexandriae fieri iubeat propter Timotheum Episcopum, qui aliquorum dissidiis vrgebatur.

Imperatoribus clementissimis, Christianisque & gloriosis, beatissimisque principibus, GRATIANO, VALENTINIANO, & THEODOSIO, sanctum Concilium quod conuenit Aquileiae.

QVAMLIBET redundantibus actionibus gratiarum, nequaquam tamen possumus beneficia vestrae pietatis aequare Imperatores clementissimi, beatissimi & gloriosissimi principes, Gratiane, Valentiniane, & Theodosi, dilecti Deo patri, & filio eius domino nostro Iesu Christo. Nam cum post multa tempora, & persecutiones varias, quas catholicis intulerant Arriani, maximeque Lucius ille (a) monachorum & virginum impia caede grassatus atque Demophilus (b) dirum perfidiae caput, omnes Ecclesiae Dei per orientem catholicis restitutae sint, in occidentalibus autem partibus vix duo haeretici (c), qui obuiare possent sancto Concilio, sint reperti, quis est, qui putet se gratiarum vestrarum fore idoneum relatorem? Sed tamen si beneficia vestra verbis explicare non possumus, qui etsi per singulas quasque Ecclesias viritim quotidianas apud Deum nostrum, pro imperio & pro pace ac salute vestra, celebremus excubias; tamen conducti in vnum, quo munere nihil esse pulchrius opinamur, Deo nostro omnipotenti gratias agimus, quod per vos nobis pax & concordia sit refusa. Equidem per Occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est in latere Daciae ripensis ac Moesiae, fidei obstrepi videbatur. Quibus tamen nunc post Concilii sententiam vestrae fauore clementiae opinamur illico consulendum. Per omnes autem tractus atque regiones, (d) aethnicorum claustris vsque ad Oceanum, manet intemerata fidelium atque vna communio. In orientalibus autem partibus cognouimus quidem, summo gaudio atque laetitia, eiectis Arrianis, qui Ecclesias violenter inuaserant, sacra Dei templa per solos catholicos frequentari (e). Sed tamen, quoniam inuidia diaboli nunquam quiescere solet, inter ipsos catholicos audimus crebras dissensiones esse, impacatamque discordiam: totoque confundimur * effectu, quod innouata pleraque comperimus, eosque grauari nunc, quos oportuit adiuuari, qui in nostra semper communione durabant. Denique Alexandrinae Ecclesiae (f) Timotheus Episcopus, sed & Antiochenae Paulinus (g) qui semper communionis nobiscum intemeratam habuere concordiam, dissensionibus aliorum, quorum fides superioribus temporibus haesitabat, feruntur vrgeri. Quos quidem, si fieri potest, & si fides plena commendat, ad consortia nostra optamus adiungi: sed ita vt vetustae communionis sociis sua praerogatiua seruetur, quorum nobis non superflua cura est. Primo omnium, quia communis societas nullam habere debet offensam. Deinde quia vtriusque partis dudum accepimus literas, praecipueque illorum, qui in Antiochena Ecclesia dissidebant. Et quidem nisi hostilis impedimento fuisset irruptio, aliquos etiam de nostro numero disposueramus dirigere, qui sequestres & arbitri refundendae si fieri posset pacis existerent. Sed quia studia nostra tunc temporis habere effectum per tumultus publicos nequiverunt, oblatas pietati vestrae opinamur preces nostras, quibus iuxta partium (h) factum poposcimus, vt altero decedente penes superstitem Ecclesiae permanerent, nec aliqua superordinatio attentaretur. Ideoque petimus vos, clementissimi & Christiani principes, vt & Alexandriae sacerdotum catholicorum omnium concilium fieri censeatis, qui inter se plenius tractent, atque definiant, quibus impertienda communio, quibus seruanda sit. Nam si Alexandrinae Ecclesiae semper dispositionem ordinemque tenuerimus, & iuxta morem consuetudinemque maiorum, eius communionem indissolubili societate seruemus: tamen ne aut aliqui videantur esse posthabiti, qui & pacto, quod stare volumus, communionem nostram rogarunt, aut vllius pacis & societatis fidelium neglecta compendia; id obsecramus, vt cum inter se coetu pleniore tractauerint, etiam auxilia decretis sacerdotalibus vestrae pietatis adspirent, & nobis deferri in notitiam censeatis, ne titubanti nutemus affectu; sed laeti

(a) Inuasor sedis Alexandrinae post S. Athanasium.

(b) Ex Beroeensi Thraciae C. P. Pseudoepiscopus a Theodosio eiectus.

(c) Palladius & Secundianus e Dacia Ripensi & Moesia, de quibus iam supra.

(d) Forte, *a Succorum claustris. Suci*, vel *Succi* mons Thracias dirimens & Daciam, orientales occidentalesque prouincias. SOCRATES *l.* 2. *cap.* 18. PHILOSTORGIVS *lib.* 3. *cap.* 24. AMMIAN. *lib.* 27.

(e) Iussu Theodosii, Julii 30. an. 381.

* *Affectu.*

(f) Petri fratris sui successor.

(g) Ab occidentalibus & S. Athanasio ad communionem admissus.

(h) Forte, *pactum*. Ex pacto conuenerat inter Meletium & Paulinum, vt altero eorum decedente nullus in locum mortui subrogaretur. SOCRAT. *lib.* 5. *cap.* 5. SOZOMEN. *lib.* 7. *cap.* 4, & *epist. Concil. Italiae infra.*

laeti atque securi pietati vestrae, apud Deum omnipotentem agamus gratias; non solum quia exclusa perfidia est, sed quia catholicis fides & concordia restituta. Quod a nobis & Africanae & Gallicanae Ecclesiae per legatos obsecrant, hoc est, vt totos faciatis nobis in orbe Episcopos debitores: licet non mediocre sit debitum, quod virtuti vestrae debetur. Ad deprecandam autem clementiam vestram, & impetranda quae poscimus, legatos fratres & compresbyteros nostros direximus: quos petimus, vt & clementer audire dignemini, & redire maturius censeatis.

EPISTOLA III.

Concilii Romani * ad Gratianum & Valentinianum Impp.

De damnatis e factione Ursicini, qui Ecclesias suas contra interdictum retinebant, vt Episcoporum iudicium subire, & parere iubeantur.

Et hoc gloriae vestrae, clementissimi principes, pietatisque est illustre documentum, quod innumeri fere ex diffusis Italiae partibus ad sublime sedis Apostolicae sacrarium congregati, cum quaerimus quid pro Ecclesiarum statu poscendum esset a nobis, nihil melius potuimus reperire, quam quod spontanea vestri prouidentia contulistis. Videmus quod nec rogandi iam pudor esse debeat, nec impetranda beneficia iam vestra sint, & imperialium series decretorum pro nobis ambiat. Nam quod ad aequitatem petitionis attinet, iam dudum meruimus impetrare quae poscimus, quod vero ad necessitatem spectat orandi, ita impetratorum caremus effectu, vt iterum impetrare cupiamus; Quod quidem clementissimi principes, hominum perditorum exponit amentiam, vestrae autem iustitiae munus accumulat, vt in Ecclesia vestra beneficia saepius conferantur. Namque a principio, diuino repleti spiritu, & sanctorum Apostolorum, quorum habetis in vestro honore suffragium, seruantes in dominica religione praeceptum, statuistis ad redintegrandum corpus Ecclesiae, quod furor Vrsini **, qui honorem arripere est conatus indebitum, diuersas secuerat in partes, vt auctore damnato, ceterisque, quos ad turbarum sibi incentiua sociauerat; sicut oportebat, a perditi coniunctione diuulsis, de reliquis Ecclesiarum sacerdotibus Episcopus Romanus haberet examen; vt & de religione religionis (a) Pontifex cum consortibus iudicaret, nec vlla fieri videretur iniuria sacerdotio, si sacerdos nulli vsquam profani iudicis, quod plerumque contingere poterat, arbitrio facile subiaceret. Praeclara ista plane, & religiosis principibus digna sententia, quae diuino ministerio plurimum deferat, nec pateat errori. Quid enim dignius, quam vt is demum iudicet de sacerdotis errato, qui vel internae conscientiae fauorem sine periculo suo parere se non posse cognoscat, seque reatu implicet, si absoluat indignum, vel si damnet innoxium? qui postremo, dum iniuriam religionis vlciscitur, non eam in lateribus innocentium, sed accusati quaerat in moribus? Quam multos etenim saepe patuit, quos absoluerint iudicia, ab Episcopis esse damnatos, & quos iudicia damnauerint, absolutos? ut eorum melior sit causa qui non saecularia iudicia, sed diuina pensantes, abstulerunt iudicium suum, ne vexarentur innoxii, quam qui vitam suam tormentis innocentium probauerunt. Complura texeremus, tranquillissimi principes, nisi esset iniuria, afferi magis decreta imperialia, quam teneri. Sed quoniam, licet iamdudum vestrae clementiae iudicio relegatus Vrsinus, per eos quos illicite sacrilegus ordinauit, vilissimum quemque occulte licet sollicitare conatur: eoque exemplo nonnulli Episcopi, qui male Ecclesiam incumbant, vsu temeritatis suae, & profani conspiratione contemptus, ne adquiescant Romani sacerdotis iudicio, lacessunt: ita vt etiam qui se intelligunt pro meritorum suorum ratione damnandos, vel damnatos esse viderunt, redemta vulgi multitudine, iudices suos terrore mortis exagitent, contemptisque cognitoribus vel fugatis, illicitum obtineant sacerdotium. Idcirco statuti imperialis non nouitatem, sed firmitudinem postulamus. Indignum quippe est, vt conuentus quisque adhibita manu eo sit munitior, quo flagitiosior fuerit. Sicut Parmensis Episcopus deiectus iudicio nostro Ecclesiam tamen retinet impudenter. Damnatus aeque Florentius Puteolanus, posteaquam deiectus est, cum aures tranquillitatis vestrae inquietasset, atque huiuscemodi rescriptum meruisset, vt si iudicio sacerdotum in vrbe Roma fuisset depositus, ne vocem quidem in iudiciis proferre deberet, post sextum annum repsit ad ciuitatem, tenuit Ecclesiam, multas in oppido Puteolano, de quo deiectus fuerat, seditiones insolentia concitavit. Per Africam quoque Restitutum nomine caussam dicere, apud Episcopos iussit vestra clementia. Debuit adquiescere, sed idem saeua & insolentium manu a causae dicendae necessitate diffugit. Per Africam rursum sacrilegos rebaptizatores nutu Dei praecepistis (b) expelli. Sed ab *** expulsis Claudianus (c) est ordinatus, & ad perturbandam vrbem Romam

* Anno 378. sub finem.

** Qui *Vrsicinus* ab aliis appellatur.

(a) Vide AMBROSIVM *lib. 2. epist. 13. & cap. 23. de Episcopis.*

(b) Anno 373 lege data Treueri ad Iulianum Africae Proconsulem.

*** Ex Africa.

(c) De *Claudiano* Luciani successore vide OPTATVM *lib. 2.* & AVGVSTINVM *de unitate Ecclesiae, cap. 3. ad finem.*

quaſi Epiſcopus deſtinatur. Qui contra ſcripturae praecepta diuinae, contra iura Euangelica, vacuos omnes myſteriorum, atque vt eius verbum exprimamus, paganos (d) fuiſſe vel praeteriti temporis dicat Epiſcopos, vel praeſentis. Quem quidem iuſſit tranquillitas veſtra Roma pulſum patriam repetere propriam. Sed contemptis iudiciis, & quidem ſaepe conſtrictus, reſidet tamen, ſollicitans pretio frequenter pauperiores, & redemptos rebaptizare non veretur. Spoliat magis eo quod fuerant conſecuti, quam tribuit, quod manifeſtum eſt bis non poſſe conferri. Sic denique factio profecit Vrſini, vt Iſaac (e) Iudaeo ſubornato, qui facto ad Synagogam recurſu caeleſtia myſteria profanauit, ſancti fratris noſtri Damaſi peteretur caput, ſanguis innocentium funderetur, componerentur doli, quibus diuino plane inſtinctu prouidentia veſtrae pietatis occurrit, ſpoliaretur prope Eccleſia omnibus miniſteriis: ea fraude videlicet, vt dum cauſam dicit, qui in omnes iudex fuerat conſtitutus, nemo eſſet qui de lapſis, vel certe de factioſis poſſet Epiſcopatus inuaſoribus iudicare. Quia igitur veſtrae iudicio tranquillitatis probata eſt innocentia memorati fratris noſtri Damaſi, integritas praedicata eſt, Iſaac quoque ipſe (f), vbi ea quae detulit probare non potuit, meritorum ſuorum ſortem tulit: quaeſumus clementiam veſtram, ne rurſus in plurimis cauſis videamur oneroſi, vt iubere pietas veſtra dignetur, quicumque vel eius, vel noſtro iudicio, qui catholici ſumus, fuerit condemnatus, atque iniuſte voluerit Eccleſiam retinere, vel vocatus a ſacerdotali iudicio per contumaciam non adeſſe, ſeu ab illuſtribus viris Praefectis praetorio (g) Italiae veſtrae, ſiue a Vicario, accitus ad vrbem Romam veniat, aut ſi in longinquioribus partibus huiusmodi emerſerit quaeſtio, ad Metropolitani per locorum iudicia deducatur examen: vel ſi ipſe Metropolitanus eſt, Romam neceſſario, vel ad eos quos Romanus Epiſcopus iudices dederit, contendere ſine dilatione iubeatur. Ita vt qui depoſiti fuerint, ab eius tantum ciuitatis finibus ſegregentur, in qua geſſerint ſacerdotium, ne rurſus impudenter vſurpent quod iure ſublatum ſit. Certe ſi vel Metropolitani vel cuiusque alterius ſacerdotis ſuſpecta gratia, vel iniquitas fuerit, vel ad Romanum Epiſcopum, vel ad Concilium certe quindecim Epiſcoporum finitimorum ei liceat prouocare. Quicumque vero ita meruerit excludi, ſileat & quieſcat: & ſi Dei iudicium non veretur, minus tamen peccare vel neceſſitate cogatur, vt ſaltem de cetero pacifici atque concordes ſerenitati veſtrae congruas apud Dominum noſtrum referre gratias poſſimus. Memoratus frater noſter Damaſus, quoniam in ſua cauſa veſtri tenet inſigne iudicii, non fiat inferior his, quibus etſi aequalis eſt munere, praerogatiua tamen Apoſtolicae ſedis excellit, vt iudiciis publicis videantur eſſe ſubiecti, quibus ſacerdotale caput lex veſtra ſummouit. In quo poſt ſententiam non videtur declinare iudicium, ſed delatam a vobis honorificentiam flagitare. Nam quod ad leges publicas pertinet, quae poteſt eſſe vita munitior, quam veſtra clementia, qua innititur iudicata? Quod vero ad praedicandam Epiſcopi conſcientiam ſeuerioribus ſe dedit ipſe iudiciis ſacerdotum a quibus non nominis, ſed etiam morum ratio penſatur, ne quis iterum calumniator exiſtiens, dum memoratum conatur appetere, virum quidem ipſum non queat laedere, quem innocentia ſua munit, religioni tamen fiat iniuria in vexationibus miniſtrorum: accipite aliud quoque, quod vir ſanctus veſtrae magis conferre pietati, quam ſibi praeſtare deſiderat, nec derogare cuiquam, ſed principibus adrogare. Quoniam non nouum aliquid petit, ſed ſequitur exempla maiorum, vt Epiſcopus Romanus, ſi Concilio eius cauſa non creditur, apud concilium ſe Imperiale defendat. Nam & Silueſter Papa a ſacrilegis accuſatus, apud parentem veſtrum Conſtantinum (h) cauſam propriam proſecutus eſt. Et de ſcripturis ſimilia exempla ſuppeditant, quod cum a praeſide ſanctus Apoſtolus vim pateretur, Caeſarem adpellavit, & ad Caeſarem miſſus eſt. *Act. 25, 10.* Certe prius examinet cauſam veſtra clementia, et ſi emerſerit quaeſtio, interroganda diſtinguat, vt quemadmodum dudum eſtis cenſere dignitati, factorum a iudice ratio quaeratur, non arbitrium ſententiae vindicetur. Ita enim fiet, vt nulli perdito, vel infami, aut accuſandi ſummi ſacerdotis, aut teſtificandi in eum facultas pateat illicita. *1. Tim. 5, 19.* Si quidem non modo in Epiſcopum, ſed ne in presbyterum quidem, accuſationem facile ſuſcipiendam, niſi idoneis teſtibus, lectio ſancta praeſcribat. Neque enim vel inimico, vel calumniatori, vel iſtiusmodi viris, quales nuper inſimulatores patuit extitiſſe, tribuenda miſericordia eſt, quorum vita non mereatur fidem, tormenta abhorreat religio ſacerdotis.

RESCRI-

(d) Hanc Donatiſtarum omnium inſaniam fuiſſe docet OPTATVS *lib.* 3. *Quale eſt,* inquit, *quod hominibus Chriſtianis etiam clericis dicitis, Eſtote Chriſtiani? & cum admiraculo quodam vnicuique dicitis, Cai Sei, aut Caia Seia, adhuc paganus es aut pagana? Eum, qui ad Deum ſe conuerſum eſſe profeſſus eſt, paganum vocas?* Vide *collationem Carthag. cap.* 188. 197. 203. *&* 205. *vbi de rebaptiſatis.*

(e) Cuius libellum de Sancta Trinitate, & Incarnatione Chriſti a SIRMONDO editum habes.

(f) In Hiſpaniam relegatus, vt docet ſequens reſcriptum.

(g) In reſcripto Gratiani quod ſequitur: *Ab illuſtribus viris Praefectis praetorio Galliae atque Italiae, ſiue a Proconſulibus, vel Vicariis, auctoritate adhibita, ad Epiſcopale iudicium remittatur, vt ad vrbem Romam ſub proſecutione perueniat.*

(h) Gratianus duxerat Conſtantiam poſtumam, Fauſtina & Conſtantio Conſtantini Filio prognatam. AMMIAN. *lib.* 21. atque ideo Gratiani parens Conſtantinus adpellatur.

*RESCRIPTVM GRATIANI AVG. iuxta superioris Epistolae relationem datum * ad Aquilinum Vicarium Vrbis.*

GRATIANVS ET VALENTINIANVS Augusti Aquilino Vicario.

Ordinariorum sententiae iudicum, aut quae temporum limes, aut contumaciae pronuntiatio, aut habitum coram partibus sanxit examen, nec a mediocri auctoritate labefactari atque conuelli, nec a potentioribus, nec ab impudentibus pertimescunt. Nostra praecepta, per vestram negligentiam destituta, quae tandem poterit firmare sententia, quam quidem dum despicitis non excitetis, vt longe tolerantiae in desperatos sumat effectum, & officium metus cogat agnosci. At nonne absurdius est, quod Vrsini iussit amentia, quam quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, vt omnes qui impios coetus profanata religione tentarent, vel ad centesimum Vrbis milliare pellerentur? vbi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in eius tantum perniciem rueret, qui solus erraret, & vt condemnati iudicio recte sentientium sacerdotum, reditum postea vel ad Ecclesias quas contaminauerant non haberent, vel redintegrationem iudicii frustra a nobis impudenti peruicacia praecarentur. Repetat laudata & spectata tua sinceritas, quales ad virum clarissimum Simplicium quondam ** Vicarium literas clementia nostra transmiserit, & desinat iterationem sperare mandati, quia pigendus mansuetudinis nostrae pudor est instaurare praeceptum. Vrsinum quidem Gallia coërcet, & ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet *** Agrippina secessio, quem tamen ipsum per occursantes obtundentem saepius, quam monentem, ad hoc vt sequentes abiiceret, audiuimus. Isacem (a) remotus Hispaniae angulus titulo damnationis inclusit: non bene capiti consultum (b) si quid turbarum vesanus agitauerit. Parmensis Episcopus, eo perniciosior, quod inclytae Vrbi magis proximus (c), & imperitorum multitudinem magis exagitat, & Ecclesiam, de qua iudicio sanctorum Praesulum deiectus est, inquietat: inanem videlicet gloriam sententiae grauioris expectans: quem si quid decessor tuus deuoti vigoris habuisset, protinus vltra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteolanus, post damnationem, quam recto iudicio conuictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum. Post quintum decimum (d) annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur: congressiones illicitas facere molitur, egentemque consilii multitudinem perditi animi persuasione deprauat. Nostrorum videlicet Iudicum socordia fretus, qui priuatae gratiae Imperialia praecepta condonant; & religionem, quam nos iure veneramur, quam fortasse ipsi negligunt, inquietari patienter accipiunt. Claudianus (e) etiam ab his, qui contra diuina praecepta vitia religionis instaurant, ab his inquam, quos expelli iusseramus accitus, quasi parum facinoris aggressus esset, si in Africa perstitisset, Romae sese dicitur intimasse: falsusque praeceptor vel expertes adhuc deuio profanare mysterio, vel iam initiatos ex integro nititur flagitio maiore corrumpere: cum religionis sanctissimae disciplinam non cumulet iteratio, sed euertat. Quem nos Claudianum dissimili poena ac meruit prosequentes, repetere tantummodo patriam hactenus, remota seueritate, praecepimus. Sed residere etiam nunc dicitur imperitos sollicitans, & cassam omnino mercedem requirens perdit animas corporum redemptorum. Hinc illi insectatores sanctissimae sedis, non solum Dei numine, quod satis erat, sed etiam iudiciorum examine exploratum, mentis sanctissimae virum, vt etiam diuo patri Valentiniano est comprobatum, turpissimis calumniis Episcopum Damasum inquietare non veriti, postquam desperauerunt posse percelli, populum pro quo ille diuinitati obses est inquietant. Sed hactenus stertit iners dissimulatio iudicantium, nec est admonere necesse, quo possit sanctio contempta procedere, hactenus inquam, stertit apparitorum supina desidia. Post haec nisi omnes, vt nominatim iussionis nostrae summa complectitur, vel quos turbas istiusmodi molientes sanctorum Episcoporum Concilia consensu ostenderint, vltra centesimum milliarium ab Vrbe depuleris, atque earum ciuitatum finibus extorres esse praeceperis, quam plebem, vel Ecclesias, vel per se, vel per simile sui vulgus exercent, praeter aestimationis iniuriam, cuius apud bonos non leuis iactura est, piaculum neglectae sanctionis incurres. Volúmus autem, vt quicumque iudicio Damasi, quod ille cum consilio quinque vel septem habuerit Episcoporum, vel eorum, qui catholici sunt iudicio vel consilio condemnatus fuerit, si iniuste Ecclesiam

(e) 2

* An. 378. antequam *Theodosius* ad Imperium eueheretur.

** An. 374. Cod. Theod. *IX. tit. 29. cap. I.*

*** Hoc anno 378.

(a) De Iudaeo illo plura *epist. praecedenti.*

(b) Scribe: *consulturum.*

(c) Quam aut Vrsinus, aut Isaac; quare non est quod hic pro Roma Mediolanum accipias.

(d) Restituebat olim BLONDELLVS, *post quintum decimum annum;* subtilius profecto quam verius, tum quod nullus ei Codex MS. patrocinatur: tum quod damnatus cum Vrsino Florentius Puteolanus fuit. Anno autem CCCLXVII. missus est in exilium Vrsinus XVI. Kal. Dec. vt auctor est MARCELLINVS *in praefatione Libelli precum.* Tulit vero istud edictum Gratianus anno CCCLXXXI. qui decimus quintus ab illo est.

(e) De quo supra.

siam voluerit retentare, vt qui euocatus ad sacerdotale iudicium per contumaciam non iuisset, aut ab illustribus viris Praefectis praetorio Galliae atque Italiae, siue a Proconsulibus, vel Vicariis, auctoritate adhibita, ad Episcopale iudicium remittatur, vt ad vrbem Romam sub prosecutione perueniat, aut si in longinquioribus partibus alicuius ferocitas talis emerserit, omnis eius caussae dictio ad Metropolitae in eadem prouincia Episcopi deducatur examen, vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos quos Romanus Episcopus iudices dederit, sine dilatione contendat. Ita tamen, vt quicumque detecti sunt, ab eius tantum vrbis finibus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. Minus enim grauiter meritos coërcemus, & sacrilegam pertinaciam lenius, quam meretur, vlciscimur. Quod si vel Metropolitani Episcopi, vel cuiuscumque sacerdotis iniquitas est suspecta, aut gratia, ad Romanum Episcopum, vel ad Concilium quindecim finitimorum Episcoporum, accersitum liceat prouocare: modo ne post examen habitum quod definitum fuerit integretur. Iam vero illud, quod in negotiis quoque rerum minorum & in leuibus causae dictionibus, animis nostris iustitia naturalis inseruit, multo diligentius in caussis iustissimis volumus conualescere, ne facile sit cuiquam praedito notabili prauitate morum, aut infami calumnia notato, personam criminatoris assumere, aut testimonii dictionem in accusationem Episcopi profiteri.

EPISTOLA IV.

Concilii Italiae ad Theodosium Imperatorem. *

Inter cetera damnatos scribit in synodo fuisse, qui Apollinaris dogma inducere conabantur.

Beatissimo Imperatori, & clementissimo principi THEODOSIO, Ambrosius & ceteri Episcopi Italiae.

Fidei tuae diffusa toto orbe cognitio intimum nostrae mentis demulsit affectum, eoque, vt haec quoque gloria imperio tuo crearetur, quod vnitatem reddidisse, Occidentalium iuxta atque Orientalium Ecclesiis videreris, clementiam tuam obsecrandam pariter ac super Ecclesiasticis negotiis instruendam nostris litteris aestimauimus, Imperator tranquillissime ac fidelissime. Dolori enim erat, inter Orientales atque Occidentales interrupta sacrae communionis esse consortia. Silemus iam quorum errore, quorumue delicto, ne serere fabulas & alloquia cassa videamur. Nec nos tentasse poenitet, quod intentatum caderet in culpam. Isto enim saepe arguebamur, quod posthabere Orientalium societatem, & refutare gratiam videremur. Laborem quin etiam nobis indicendum putauimus, non pro Italia, quae iamdudum
1. Corinth. 10. ab Arrianis quieta atque secura est, nec vlla haereticorum perturbatione vexatur, non in-
Philemon. 2. quam pro nobis, quia non quaerimus, quae nostra sunt, sed quae sunt omnium: Non pro Gallia atque Africa, quae omnium sacerdotum concordi societate potiuntur, sed vt ea, quae communionem nostram de Orientis parte turbauerunt, cognoscerentur in Synodo, & omnis e medio scrupulus tolleretur. Non solum enim de his quae clementia tua dignata est scribere, sed etiam de illis, qui dogma nescio quod, Appollinaris asseritur, in Ecclesiam conantur inducere; nos pleraque mouerunt, quae partibus fuerant resecanda praesentibus: vt conuictus in dogmate nouo, & redargutus in errore, nequaquam sub generali fidei lateret nomine, sed illico, quod doctrinae magisterio non teneret, & officium deponeret, & vocabulum sacerdotis: nec ** fibrae aliquae posthac fallere cupientibus, & praestigiarum commenta remanerent. Nam qui conuictus non fuerit praesentibus partibus, quod vere augusto principalique responso tua clementia definiuit, referendam semper ansulam quaestionis arripiet. Eo igitur obsecrauimus sacerdotale Concilium, vt nemini liceret mendacium in absentem componere, & in Concilio discuteretur quid esset in vero. Itaque non cadit in eos intentionis vel facilitatis vlla suspicio, qui omnia praesentibus partibus obseruarunt. Sane allegata texuimus, non definiendi, sed instruendi gratia; & qui iudicium petiuimus, non deferimus praeiudicium. Neque vllum eorum aestimandum conuitium fuit, cum rogarentur ad Concilium sacerdotes, quorum frequenter praesentior absentia fuit, quando in commune consuluit. Neque enim vel nos aestimauimus esse conuitium, cum vnus Constantinopolitanae Ecclesiae presbyter Paulus nomine (a), intra Achaiam Synodum Orientalium iuxta atque Occidentalium postulauerit. Aduertit clementia tua non fuisse irrationabile postulatum, quod etiam ab Orientalibus est petitum. Sed quia * Illyrici suspecta mouetur, ideo maritima ac tutiora quaesita sunt. Neque plane nos tamquam ex forma aliquid innouauimus: sed san-
Prouerb. 22. ctae memoriae Athanasii, qui quasi columen fidei fuit, & veteris sanctitatis patrum nostrorum in Conciliis definita seruantes, non euellimus terminos quos posuerunt patres nostri, nec haereditariae communionis iura violamus, sed debitam vestro imperio honorificentiam reseruantes, studiosos nos pacis & quietis ostendimus.

EPISTO-

* An. 381. celebrati aut Aquileiae aut Mediolani, aliaue in vrbe.
** Ne.
(a) An. 342. postquam Hermogene a populo caeso, Pauloque deturbato, Constantius Macedonium in sede collocauit. * Illyris.

EPISTOLA V.

Concilii Italiae ad Theodosium Imperatorem.

De Episcopo Antiochiae subrogato post mortem Melitii. Et vt Nectarius Constantinopoli post Maximum ordinatus loco cedat, aut Romae super vtriusque ordinatione Concilium habeatur.*

Beatissimo Imperatori & clementissimo principi THEODOSIO, Ambrosius & ceteri Episcopi Italiae.

Sanctum animum tuum Deo omnipotenti pura & sincera fide deditum sciebamus: sed recentibus cumulasti beneficiis (a), quod catholicos Ecclesiis reddidisti, Imperator Auguste. Atque vtinam catholicos ipsos reuerentiae veteri reddidisses, vt nihil nouarent contra praescripta maiorum, nec temere vel seruanda rescinderent, vel rescindenda seruarent. Itaque dolentius forte quam inconsultius ingemiscimus, Imperator, facilius expelli potuisse haereticos, quam inter catholicos conuenire. Quanta enim nuper confusio facta sit, explicari non potest. Scripseramus dudum, ut quoniam Antiochena ciuitas duos haberet Episcopos, Paulinum atque Melitium, quos fidei concinere putabamus, aut inter ipsos pax & concordia saluo ordine Ecclesiastico conueniret, aut certe, si quis eorum altero superstite decessisset, nulla subrogatio in defuncti locum superstite altero gigneretur. At nunc Melitio defuncto, Paulino superstite, quem in communione nostra mansisse consortia quae a maioribus inoffense ducta testantur, contra fas atque Ecclesiasticum ordinem, in locum Melitii non tam subrogatus, quam superpositus adseritur. Atque hoc factum allegatur consensione & consilio Nectarii, cuius ordinatio quem ordinem habuerit non videmus. Namque in Concilio nuper cum Maximus Episcopus Alexandrinae Ecclesiae communionem manere secum lectis Petri sanctae memoriae viri (b) literis prodidisset, eiusque intra priuatas aedes, quia Arriani basilicas adhuc tenebant, secretum esse, mandatoribus Episcopis ordinantibus, dilucida testificatione docuisset, nihil habuimus, beatissime Princeps, in quo de Episcopatu eius dubitare possemus; cum vim sibi repugnanti a plerisque etiam de populo & clero testatus esset illatam. Tamen ne absentibus partibus praesumte aliquid definisse videremur, clementiam tuam datis literis putauimus instruendam, vt ei consuleretur ex vsu publicae pacis atque concordiae. Quia reuera aduertebamus Gregorium nequaquam secundum traditionem patrum Constantinopolitanae Ecclesiae sibi sacerdotium vindicare. Nos igitur in Synodo ea, quae totius orbis Episcopis videbatur esse praescripta, nihil temere statuendum esse censuimus. Adeo ipso tempore qui (c) generale Concilium declinauerunt, Constantinopolique (d) gessisse dicuntur. Nam cum cognouissent ad hoc partium venisse Maximum, vt causam in synodo ageret suam, quod etiamsi indictum Concilium non fuisset, iure & more maiorum, sicut & sanctae memoriae Athanasius, & dudum Petrus Alexandrinae Ecclesiae Episcopi, & Orientalium plerique fecerunt, vt ad Ecclesiae, Italiae, & totius Occidentis confugisse iudicium viderentur, cum eum, sicut diximus, experiri velle aduersum eos, qui Episcopatum eius abnuerant comperissent, praestolari vtique etiam nostram super eo sententiam debuerunt. Non praerogativam vindicamus examinis, sed consortium tamen debuit esse communis arbitrii. Postremo prius constare oportuit, vtrum huic abrogandum, quam alii conferendum sacerdotium videretur, ab his praesertim, a quibus se Maximus vel destitutum, vel appetitum iniuria querebatur. Itaque cum Maximum Episcopum receperunt** in communionem nostra consortia, quoniam eum a catholicis constitit Episcopis ordinatum, nec ab Episcopatus Constantinopolitani putauimus petitione remouendum. Cuius allegationem praesentibus partibus aestimamus esse pendendam. Nectarium autem cum nuper nostra mediocritas Constantinopoli cognouerit ordinatum, cohaerere communionem nostram cum Orientalibus partibus non videmus. Praesertim cum ab iisdem Nectarius dicitur illico sine communionis consortio destitutus, a quibus fuerit ordinatus. Non mediocris igitur hic scrupulus (e). Nec quaedam nos angit de domestico studio, & ambitione contentio, sed communio soluta & dissociata perturbat. Nec videmus eam posse aliter conuenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus, aut certe super duorum ordinationem fit in vrbe Roma nostrum Orientaliumque Concilium. Neque enim indignum videtur, Auguste, vt Romanae Ecclesiae Antistitis, finitimorumque & Italorum Episcoporum debeant subire tra-

(f) ctatum,

* Quae contigit. *Febr.* 12. *An* 381.

(a) An. 381. lata *lege*, 3. *Cod. Theod. De fide catholica* 1. *Kal. Augusti, Eucherio & Syagrio Coss.*

** *Receperint.*

(b) Extortas fuisse docet NAZIANZENUS *carmine de vita sua*, vbi plura de Maximo intra Choraulae aedes ordinato, & a S. Anastasii basilica, quam ante lucem inuaserat, a clero & plebe pulso &c.

(c) Vide quid de ea re PALLADIUS & AMBROSIUS disserant in *gestis Concilii Aquileiensis.*

(d) Locus haud dubie est corruptus: ita restitui potest: *At eo ipso tempore qui generale Concilium declinauerunt; Constantinopoli quae gessisse dicuntur.*

(e) Imperatori Theodosio Nectarium eligenti plurimos initio Episcopos reluctatos docet SOZOMEN. *lib.* 7. *cap.* 7.

ctatum, qui vnius Acholii Episcopi (f), ita exspectandum esse, putauerunt iudicium, vt de Occidentalibus partibus Constantinopolim euocandum putarent. Si quid uni huic reseruatum est, quanto magis pluribus reseruandum est? Nos autem a beatissimo principe fratre tuae pietatis admoniti, vt tuae clementiae scriberemus imperio, postulamus, vt vbi vna communio est, commune velit esse iudicium, concordantemque consensum.

PONTIFICVM ROMANORVM
FELICIS III. GELASII, ET VIGILII, EPISTOLAE.
Quibus praefixa sunt Gesta de nomine Acacii.

BREVICVLVS HISTORIAE EVTYCHIANISTARVM
sive, vt vetus habet inscriptio,

GESTA DE NOMINE ACACII.

In caussa fidei Christianae, cui ab exordio sui nunquam defuisse probantur inimici, nostro quidem saeculo, sed interuallo temporum, Nestorius & Eutyches non noua dogmata suae peruersitatis, sed nomina prodiderunt. Nam Nestorius ante quinquaginta & octo fere annos, Photini & Pauli Samosateni secutus errorem, Oasitano (a) exilio meruit relegari, dicendo, sicut ab auctoribus suis didicit, Christum dominum nostrum hominem tantummodo de virgine Maria esse progenitum. Contra quem Eutyches, post annos non plurimos, aestimans disputandum, rectum tramitem tenere nesciens offendit, & in Apollinaris est raptus insaniam, in haec verba prorumpens, quibus assereret Christum verum hominem non fuisse, nec in eo duas naturas esse credendas, sed vnam tantummodo Dei verbi, verum tamen incarnatam. Quam quidem non esse hominis perhibuit, sed humanam, vt similitudo magis humani corporis, quam ipsa veritas suaderetur. Cum catholica fides verum Deum, verumque hominem, Christum Dei filium esse fateatur, non vnius naturae, sed vnius essentiae atque personae. Cum ergo Eutychem istum, presbyterum & abbatem Constantinopolitanae ciuitatis, Eusebius Dorylitanus Episcopus suadere talia reperisset, zelo fidei, quam etiam cum Agens in rebus esse ostendit, (ipse enim Nestorium quoque in tempore reprehendit in Ecclesia res sacrilegas praedicantem) detulit ad Flauianum Episcopum, & ad iudicium prouocauit. Dicta causa est. Cum partes suas Eutyches videret vrgeri, per Chrysaphium spatarium Theodosii praesidium principis expetiuit. Cuius praecepto Florentius vir illustris, ex Consule, discussioni Eutychis abesse non potuit, & iam in praesentia ipsius conuincitur Eutyches, atque damnatur. Offenditur Imperator, & in Ephesina ciuitate mandat Synodum congregari. Adsunt fere * CCCLX. Episcopi, principibus Dioscoro Alexandrino Episcopo, Iuuenali Hierosolymitano, Thalassio Caesariensi, Eustathio Berytensi, Eusebio Ancyritano, Basilio Isauriae. Interfuerunt etiam Vicarii ab Apostolica sede directi, Iulius Puteolanus Episcopus, Hilarus Archidiaconus, quia presbyter Renatus in Delo insula (b) morte praeuentus est. Adfuit etiam Dulcitius Notarius. In quo conuentu (c) repudiata est epistola Papae Leonis dogmatica ad Synodum Flauianumque directa, & penitus non permittitur recenseri. Tota die, id est VI. Idus Augusti, nihil aliud nisi quondam Nestorii damnati, id est, prioris Ephesinae Synodi gesta releguntur. Simul etiam discutitur lectis omnibus chartis, iudicium de Eutyche sanctae memoriae Flauiani. Interea cum Eutychis blasphemiae (d) relegerentur, ab omnibus adclamatum est, hanc esse veram fidem, hanc orthodoxam. Deiicitur contradicentibus Vicariis Romanis Flauianus (e), & recipitur Eutyches. Damnatur etiam Episcopus Eusebius accusator eiusdem presbyteri, tanquam Nestorianus, qui ante, dum adhuc esset laicus, Nestorii fuerat accusator. Ita enim nihil volunt isti Eutychianistae inter se esse atque Nestorium, vt quicumque apud eos Eutychianista non fuerit, Nestorianus prorsus habeatur. Cum doctrina catholica vniat duas naturas in Christo non diuidat sicut Nestorius fecit. Et isti quidem reperiuntur deteriora garrire. Nam fidentissime dicunt, rem ineptam, rem etiam stolidis exsecrandam, ante unitionem, id est incarnationem, duas

(f) Thessalonicensis, qui Theodosium an. 380. baptizauit.
(a) Petras, in Oasitana solitudine deportatus an. 436.
* *CXL.*
(b) Ad eum itaque non dedit epistolam THEODORETVS post Synodum, sed ad Hilarum.
(c) Suscepta quidem a Dioscoro, sed non lecta.
(d) Subdola enim fuit eius professio, & haeresim tacendo tegebat.
(e) Anno 449. die 2. Augusti.

duas dici debere naturas. Post vero vnam DEI verbi tantum incarnatam: vt si dicamus aliquid ceratum aut picatum, aut stagnatum **, aut quolibet alio genere coloratum. Iam vero post diem tertium Synodi, qua deiectus est sanctae memoriae Flauianus, deiicitur etiam & Domnus Antiochenus, Dioscorus repente discessit, solutusque conuentus est. Ducitur in exilium Flauianus (f), & apud Epipam, quae est ciuitas Lydiae, seu superueniente, seu ingesta morte defunctus est ***. Tunc temporis Anatolius quidam presbyter Alexandrinus apud Constantinopolim morabatur. Haec enim consuetudo praedictis est, vt ad comitatum vicibus clerici dirigantur; ne quid forte causae vel necessitatis emergat; Fit ergo iste Anatolius Constantinopoli Episcopus, homo partium Dioscori. Exempto anno moritur Theodosius Imperator, Chrysapius (g) punitur, Marcianus factus est princeps (h). Laesam fidem grauiter ferens (a) indicit synodum apud Nicaeam, in qua (b) & ipse & Pulcheria resedit, & omnis cum eo senatus & potestates. Quam synodus postea transtulit (c) Calchedona propter palatii vicinitatem. Conueniunt (d) quingenti & vltra Episcopi totius Orientis & Aegypti. Dioscorus exhibetur (e), vt facti sui causas in Concilio possit adserere (f). Interfuit etiam Imperator ipse conuentui. Interfuit & Senatus, & omnes Iudices, & omnes aulicae potestates. Eusebius ille Dorylitonus Episcopus, qui ante annum de exilio fugiens Roma venerat, etiam & Calchedonensi Synodo interesse properauit. Accusat ipse Dioscorum, & alii Alexandrini. Quid multa? Damnatur Dioscorus (g) sanctae memoriae Flauiani corpus officiosissime Constantinopolim (h) reportatur, apud Alexandriam Proterius catholicus fit sacerdos (i). Quidam Timotheus, cui cognomen erat Ælurus, presbyter, & Petrus diaconus (k), qui Episcopatum tunc Alexandrinae occupauit Ecclesiae, Dioscori sectatores, se ab Ecclesia Alexandrina separarunt. Quos cum Proterius Episcopus suis monitis ad ministeria sua reuocare non posset, vtrumque damnauit. Mortuo principe Marciano, collectis turbis haereticorum Timotheus & Petrus (l) veniunt Alexandriam & ordinatur ab haereticis (m) Timotheus Episcopus. Duo igitur apud Alexandriam Episcopi esse coeperunt. Ante triduum Paschae, quae coena Domini celebratur, collecta multitudine perditorum occupatur Ecclesia, ad quam se sanctae memoriae Proterius de more contulerat. Ibi supradicto die (n) in baptisterio occiditur, laniatur, eiicitur, & funus eius incenditur, cineresque ipsius sparguntur inuentos. Leo sumit imperium (o) ad quem tanti facinoris catholicorum querela peruenit. Contra quos haeretici supplicarunt, petentes, vt Calchedonensis Synodus aboleretur, illi autem vindictam tanti sceleris spectabant. Considerans Imperator nimis esse graue, vexari tantos iterum sacerdotes, quorum plurimos aut aetas, aut infirmitas, aut etiam paupertas hunc laborem subire prohibebat, dirigit Magistrianos per totum Orientem. Dirigit etiam Anatolius Episcopus Constantinopolitanus Asclepiadem diaconum suum. Per quos & omnes illi Episcopi, qui Calchedona fuerant congregati, quid Alexandriae factum fuisset agnoscunt: interrogatique cum suis prouincialibus Episcopis rescribunt, Calchedonensem Synodum vsque ad sanguinem esse defendendam, quia non alteram fidem statuit quam Synodus Nicaena. Timotheum non solum Episcopum non haberi, sed etiam Christiani appellatione priuari (p). Quo deposito, fit alter Timotheus (q) catholicus Episcopus Alexandriae. Vix Timotheus haereticus depellitur, fugit Petrus, mittitur in exilium Timotheus Chersona, qui locus est in Ponto abditus. Quamdiu vixit Imperator Leo (r), vixit Timotheus Episcopus Alexandriae cum quiete. Sed cum Basiliscus * occupasset imperium, damnare coepit Calchedonensem Synodum & catholicos persequi. Tunc denique Timotheus ille damnatus accepta libertate

(f) 2 venit

** *Stannatum.*

(f) Vide *Chronic.* MARCELLINI *Comitis.*

*** *XVIII. Febr.* 450.

(g) Iussu Pulcheriae ad portum Melantiadis.

(h) Die 24 *Augusti*, si fastis credimus; aut Iulio potius mense, vt ex *L. de Apost. apparet.*

(a) Maii 23. anni 451. ad Sept. I. ante Chalced. Concil. cap 37.

(b) Nec ipse, nec Pulcheria, nec Senatus apud Nicaeam resedit. Vide ibid. cap. 41.

(c) Sept. 22. ibid. cap. 42.

(d) Anno 630. vt constat.

(e) Octob. 8. cassum eius de Flauiano iudicium Chalced. Act. 1. Oct. 13. depositus Act. 3.

(f) Interfuit semel Oct 25. Act 6.

(g) Exulare in Gangrena ciuitate iussus.

(h) Augusto mense anni 450. ante damnationem Dioscori, quae tantum anno sequenti cum Proterii ordinatione.

(i) Haec LIBERATVS *cap.* 15.

(k) *Mongus*, seu *Moggus*, id est blaesus.

(l) 26. Ianuarii an. 457.

(m) A duobus tantum Episcopis contra Canones libell. Episcop. Ægypti ad Leonem Imp. post. Concil. Calched. *cap.* 12. & 13. EVAGR. *lib.* 2. *cap.* 8.

(n) Martii 28. an. 457.

(o) Die 7. Februarii eiusdem anni, *Fasti Graeci*, THEODOR. LECT.

(p) Hactenus LIBERATVS.

(q) Dictus *Salophaciolus*, siue *Albus*, ordinatus an. 458.

(r) Obiit Mense Ianuarii anni 474. Filius autem Leo iunior mense Nouembri.

* *Anno* 476.

venit Conſtantinopolim, & damnatos haereticos locis ſuis reddidit. Vadit Alexandriam (s), fugit Timotheus catholicus, & in monaſterio latet. Petrus ille ſe iterum iunxit Timotheo, cum quo fuerat ante damnatus. Redit Zeno Imperator ad regnum, Baſiliſcus opprimitur. Mittitur Alexandriam, vt pulſo peruaſore Timotheo Timotheus damnato morte praeuento, (t) Petrus conſors ipſius ab vno haeretico Alexandrinus Epiſcopus ordinatur. Quem nihilominus deiici iuſſit Chriſtianiſſimus Imperator, & reduci Timotheum catholicum, ſicut Acacii Conſtantinopolitani literis continetur. Cum plurimi, ſeu clerici, ſeu monachi, ſeu ſaecularis vitae homines, ad communionem catholici Epiſcopi Timothei nollent penitus conuenire, diuerſis ſacris terruit vniuerſos clementiſſimus Imperator. Scripſit ad Papam Simplicium Timotheus (dicens Petrum olim in diaconio eſſe damnatum, nunc etiam Chriſtiana ſocietate ſemotum: mandans per (u) Eſaiam Epiſcopum) rogans vt ſcriberetur Imperatori de Petro, qui latebat in Alexandrina ciuitate, & inſidiabatur Eccleſiae, vt ad longinquum deportaretur exilium. Per ferme triennium ſanctae memoriae Papa Simplicius non deſiit ſcribendo ad Acacium Epiſcopum, vt ageret cum Imperatore, & fieret de Petro, quod Timotheus Epiſcopus poſtulabat. Scriptum eſt etiam principi, ſed nunquam inde reſcriptum eſt. Poſt (x) omnia Ioannem presbyterum oeconomum ſuum Timotheus ad principem miſit, rogans vt ſi quid humanitus ſibi forte contingeret, iuberet pietas eius catholicum a catholicis ordinari. Ad cuius petita reſponſum eſt, & tam ipſi quam clericis ſcriptum; atque in iisdem ſacris Ioannes oeconomus multis laudibus praedicatur, vt iam pene omnibus Alexandrinis Epiſcopalis putaretur officii candidatus Defuncto iſto Timotheo Epiſcopo (y), Ioannes oeconomus catholicus a catholicis ordinatur Epiſcopus. Qui cum de conſuetudine maiorum ad Apoſtolicam ſedem Synodica (per Iſidorum presbyterum & Petrum diaconum) ſcripta miſiſſet, ſuperueniente Vranio ſubadiuuat, & contra Ioannem iam Epiſcopum ſacra principis deferente, ab Epiſcopatus illius confirmatione Papa ſuſpenſus eſt. Et quia in iisdem ſacris de reſtituendo Petro, quem ipſe damnauit, fecerat mentionem, haec pars omnino eſt abnegata. Vnde videtur clementiſſimus Imperator offenſus. Cum ergo ſanctae memoriae Papae Simplicii nihil totiens ad Acacium directa, propter Alexandrinae Eccleſiae quietem, & catholicae fidei integritatem, ſcripta proficerent, ſuperuenit idem ſanctus Ioannes Epiſcopus, qui ſicut decebat ab Apoſtolica ſede ſuſceptus eſt. Nam & priores eius ſimiliter Romanae Eccleſiae tempore perſecutionis ſuffugium popoſcerunt. Huius aduentus plenius vniuerſa patefecit. Cui dum Acacii ſcripta legeremus, quae de Petro & Ioanne Antiochenis miſerat, exceſſus Acacii etiam in hac re, quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longe etiam poſt de Petro (a) & Ioanne (b) ſcripſerat. Petrum apud Conſtantinopolim monaſterium (c) gubernaſſe: ſed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugiſſe. Ibi pulſo Martyrio) catholico Epiſcopo, per haereticos ſedem ipſius occupaſſe, continuoque damnatum a Leone tunc principe ad Oaſitanum exilium directum. De quo lapſum Conſtantinopolim rediiſſe, ac dediſſe fidem, quod nullas vlterius turbas facere auderet. Sed ſicut ſuperius dictum eſt, Baſiliſci temporibus ac Timotheo (d) illo damnato, qui Conſtantinopolim venerat, ad Antiochiam remiſſum fuiſſe, vt iterum illic Epiſcopatum teneret. Quo facto, idem Petrus Ioannem quendam presbyterum, de quo Acacium diximus retuliſſe, ordinat Apamenis Epiſcopum, a quibus non receptus venit Antiochiam, & Petrum Epiſcopatus ſui pellit auctorem, & inuadit eius Eccleſiam. Quos iterum damnatos dicit Acacius, petens ab Apoſtolica ſede, vt ſi forte ad eam confugerent, nec viſu dignos haberet: & ſi iam aliquam indulgentiam forſitan impetraſſent, irritam eſſe debere, nec eorum poenitentiam recipiendam eſſe. Quod cum praefatus Ioannes Alexandrinus Epiſcopus relegiſſet, tacere non potuit, quod illum Ioannem, quem Acacius damnauerat cum Petro, & ſine remedio poenitentiae fecit ab Apoſtolica ſede damnari, poſt tot damnationes Tyriorum miſerit Eccleſiae praeſidere. Poſtquam ergo non ſolum nihil profeciſſe literas deceſſoris ſui ſanctus Felix Papa cognouit, & ludibria quaedam ab Acacio fieri in euerſionem totius Eccleſiaſticae diſciplinae, electis (e) Vitale Epiſcopo Troentinate ex Picena regione Campaniae, ſub hac inſtructione direxit, vt Petrus de Alexandrina pelleretur Eccleſia, & vt libello ſancti Ioannis Epiſcopi Alexandrini reſponderet Acacius, atque ipſi denuntiaretur Acacio, vt anathema diceret Petro. Qui quamuis hoſtili more detruſi in cuſtodiam chartas amiſerint, tamen perfidis haereticis

(s) Haec Liberatvs *cap.* 16.
(t) Mongus, de quo ſupra.
(u) Eſaias minoris Hermopolis Epiſcopus Concilio Epheſino II. interfuit. Alius Naucratenae ciuitatis Epiſcopus libello poſt caedem Proterii ab Orthodoxis oblato ſubſcripſit. De quo *capite* 22. tertiae partis Concilii Calchedonenſis.
(x) Tabeneſiotam, cognomento Talaiam.
(y) An. 482. vt docet Simplicius epiſt. 17. Iulii 15. & 18. Nouembr. 6. datis.
(a) Petro Gnapheo, ſeu Fullone.
(b) Ioann. Apameno.
(c) Liberat. *cap.* 18.
(d) Æluro an. 476.
(e) Anno 483.

reticis atque damnatis accommodare non debuerant, quae sola negari potuit, voluntatem. Non solum ergo non egerunt quae iussa sunt, aut quae expedire poterant: sed etiam haereticis communicauerunt, confirmationem Petri Episcopatus, ad quem pellendum missi fuerant, deferentes, atque contumelias in Episcopum Ioannem Acacio dirigente portantes. Quibus rebus habita Synodo commotus beatissimus Papa, Vitalem & Misenum ab officio & communione (f) suspendit, Acaciumque damnauit. Cuius audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, (g) eiecto catholico Calendione (h), quem ipse ordinauerat, ad Antiochenam misit Ecclesiam.

EDICTVM SENTENTIAE FELICIS PAPAE propter Acacii Episcopi Constantinopolitani damnationem.

Acacius, qui secundo a nobis admonitus statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus, coelitus prolata sententia, de sacerdotio fecit extorrem. Ergo si quis Episcopus, clericus, monachus, laicus, post hanc denuntiationem eidem communicauerit, anathema sit, sancto spiritu exequente.

EPISTOLA I.

Felicis III. Papae ad ZENONEM Imperatorem.

Conqueritur de violatis ab eo Legatis, suadetque, vt adquiescat damnationi Petri Alexandrini, & Acacii.

FELIX ZENONI AVGVSTO.

Quoniam pietas tua, licet profusiore pagina ad mea scripta responderit, suis auribus diligentius intimatam fastidio dignam credidit veritatem: curandum mihi fuit, vt breuiter quae non vultis latius publicari definita concluderem. Itaque officiositate praemissa timere me fateor regno vestro pariter & saluti. Si quidem contra diuinam reuerentiam probabitur, vt beati Apostoli Petri directa legatio, sicut eius confessio patefecit, tanquam in captiuitate redacta teneretur, & chartis quas baiulabat, violenter ablatis ad communicandum haereticis, hoc est apocrisiariis Alexandrini Petri aduersum quem ierat, de custodia sit producta. Quapropter * Vitalem quidem & Misenum, cur vel impulsi ad ista consenserint, honore simul & communione Apostolica censura priuauit. Sed * cum apud barbaras etiam nationes atque ipsius deitatis ignaras pro exsequendis negotiis vel humanis, iure gentilium legationis cuiuslibet habeatur sacrosancta libertas; notum est omnibus, quanto magis ab Imperatore Romano & Christiano principe in rebus praesertim diuinis oportuerit intemeratam seruari. Deinde legatione summota, quae apud vos, vt dictum est, nec beati Petri Apostoli inuiolata esse iam potuit, tranquillitas tua literarum saltim tenore cognoscat, sedem beati Apostoli Petri Alexandrino Petro, olim iusteque damnato, ac nihilominus per sententiam synodalem nuper eliso, communionis numquam vel praebuisse, vel praebituram esse consensum. Quia nunc cetera omittam, ab haereticis institutus, contra fas omne catholicae praesidere non possit Ecclesiae. Vnde quoniam adhortationem meam duxistis onerosam, in vestro relinquo deliberationis arbitrio, vtrum beati Apostoli Petri, an Alexandrini Petri, cuiquam sit eligenda communio. Qualis autem Alexandrinus extiterit, vel quemadmodum falsi nominis sacerdotium per vnum vix suae complicem prauitatis temerarius vsurparit, atque in damnatorum fuerit etiam apud vos dudum sorte numeratus, suffragatoris eius Acacii litteris ad sanctae memoriae decessorem meum datis, quarum exemplaria subdita cernitis, adprobate. Vtrum vel Episcopus dici valeat, quod nomen etiamsi a pluribus Episcopis accepisset, habere non posset, vel orthodoxis plebibus contra Nicaenam Synodum, contra obseruantiam singularem, mereatur imponi, prompta in Deum pietate perpendite. Vbi etiam apparet euidenter, Acacium, qui excessus suos sub vestro potius nomine celare voluit, quam vobis profutura suggerere, tam saluti vestrae deuotionem deferre sinceram, quam fidelem conscientiam circa patrum regulas, atque ipsum dogma gestaret catholicum. Propterea hunc eundem, vtpote qui multa, contra scita veterum nefaria perpetrarit, & eius laudator emerserit, quem adseruit & ipse damnatum, & ab Apostolica sede fecit damnari, ac rursus aedificans quae ante destruxerat, praeuaricatorem se ipse constituit; eorum quos sequi maluit portioni districtionis Apostolicae, per Tutum Romanae Ecclesiae Defensorum, iusta deputauit auctoritas, atque a communione & dignitate Apostolica, qua se ipse eius externis sociando monstrauit indignum, legitima seueritate discreuit. Puto autem quod pietas tua, quae etiam suis mauult vinci legibus, quam reniti, caelestibus debeat parere decretis; atque ita humanarum sibi rerum fastigium nouerit esse commissum, vt tamen ea, quae diuina sunt per dispensatores diuinitus attributos percipienda non ambigat. Puto quod vobis sine vlla dubitatione sit vtile, si Ec-

* Nicolaus I. Papa epist. IX.
* Ibid. post pauca.
Gal. 2, 18.

(f) Die Iulii 28. anni 484.
(g) Gnapheum.
(h) Qui cum illo Patricio aliisque an. 483. conspirarat.

si Ecclesiam catholicam vestri tempore principatus sinatis vti legibus suis; nec libertati eius quemquam permittatis obsistere, quae regni vobis restituit potestatem. * Certum enim est hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutum, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non praeferre: & sacrosancta per eorum praesules discere potius, quam docere: Ecclesiae formam sequi, non huic humanitus sequenda iura praefigere. Neque eius sanctionibus velle dominari, cui Deus voluit clementiam tuam piae deuotionis colla submittere: ne dum mensura caelestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Et ex hoc quidem de his omnibus conscientiam meam ante tribunal Christi causam dicturus absoluo. Vestrae mentis intererit, magis ac magis cogitare, & in rerum praesentium statu sub diuina nos examinatione subsistere, ac post huius vitae cursum ad diuinum consequenter venturos esse iudicium. Et alia manu. Data Kalendis Augusti *. Venantio V. C. Consule.

D. 10. Certum est hoc.

EPISTOLA II.

Felicis III. ad Clerum & plebem Constantinopolitanam.

Ne turbentur ob praeuaricationem Legatorum; atque vt Acacii a sede Apostolica damnati communionem deuitent.

Felix clero & plebi orthodoxis Constantinopoli constitutis dilectissimis filiis salutem.

Probatam cunctis vestrae fidei firmitatem Vitalis atque Miseni non irrationabiliter opinamur praevaricatione turbatam: qui vniuersa, quae illis mandata sunt, non tantum negligendo, verum etiam impugnando, fecerunt vt Ecclesia Romana consentire damnatis haereticis crederetur: quando contra vetitum his qui a Petro illo (a) haeretico, paricidarum socio, olim iusteque deiecto, & totiens anathematizato, directi, atque ab Acacio suscepti sunt, nostrorum immemores mandatorum, communicare conuicti sunt, nulla contestatione praemissa, quam tamen, sicut his praeceptum fuerat, religio vestrae sanctitatis audiret; actumque est, vt sicuti praediximus, excessus illorum noster crederetur assensus. Quos & ordinibus suis, & veneranda diuini mysterii praeceptione priuauimus. Nullus ergo vestrum per tale commissum sit immemor sui, nec nos aestimet in Apostolicae traditionis defensione deficere, quos videt fidei contumeliam in proditores & perditos vindicasse. Scire vos quoque decuit, Acacii (b) quondam Episcopi varietatem inconstantiamque detectam. Qui cum de Petro isto, sicut probatur ad nexis, non ferenda retulerit, atque olim direxit fuisse damnatum, per legatos nostros multis laudibus prosequutus, contra conscientiam fecit, & vtrum ei quicquam credendum sit, omnes qui timorem Dei ante oculos constituunt, iudicabunt. Alienarum quoque prouinciarum sibi iure defendens, sanctorum trecentorum decem & octo patrum canones illicitarum sibi ordinationum praesumtor est conatus euertere. Quorum etiam ob hoc subiacet vltioni: nec Romanae, id est Apostolicae sedis, qua se ipse priuauit, communione iam gaudet: quando Petri Eutychianistae socius & susceptor apparens, damnationis eius se participem indicauit. Quem nostra quoque sententia ministerii Episcopalis officio, & sancta communione, vestroque numero, id est Christiano, iudicauit alienum, sicut reperitur in adnexis. Filio autem nostro Salomoni presbytero, quem Acacius, vt placeret haereticis, suo priuare putauit gradu, gradum proprium sententia vestra conseruet, & omnes qui forte a memorato propulsi, in locis suis & in nostra communione manere pronuntiet. Quamuis autem zelum vestrae fidei nouerimus, monemus tamen, vt omnes qui catholicae fidei volunt esse participes, ab illius se communione abstineant, ne, quod absit simili subjaceant vltioni.

EPISTOLA III.

Felicis III. Papae, ad Monachos vrbis Constantinop. & Bithyniae.

Tutum Ecclesiae defensorem praeuaricationis causa fuisse damnatum, & quomodo ipsi in suos, qui Acacio adhaeserint, animaduertere debeant.

Felix Rufino, Thalasio, presbyteris, & archimandritis, & caeteris monachis circa Constantinopolim & Bithyniam constitutis.

Diabolicae artis astutias frequentius experimur, sed malignitati eius, Deo iuuante, non cedimus. Nam cum ea quae totiens pro constantia fidei disponuntur fraus eius vacuare molitur, necesse est, vt & viribus, quas diuina gratia subministrat, conatus ipsius exstirpemus. Acceptis itaque literis dilectionis vestrae, quarum Basilius fuit lator, inter caetera *. Tutus, quem ob hoc feceramus defensorem Ecclesiae de prouectioribus intra Ecclesiam clericis,

---

* Anno 484.

(a) *Mongo.*

(b) Quem deposuerat die 28. *Iulii An.* 484.

* De quo supra *Epist.* 1.

cis, vt quam dirigi non licebat, in Acacium sententiam ipse portaret, se quadam dementia, imo ardore pecuniae, postquam nostris satisfactum est constitutis, inimicis fidei vendidisse conuictus est atque confessus. Lectae enim illius sunt literae in conuentu fratrum, qualiter pacta interposita persona, Marone condemnato, ei cui sententiam portarat, inhaesisse creditur, quas proprias esse cognoscens, non potuit diffiteri. Vnde eum fidei & sedis Apostolicae proditorem, officio Defensoris quod ei ad tempus dederamus exuimus, eumque sacrosancti mysterii communione priuatum praecipitarique cognitione praecepimus, monentes dilectionem vestram, sicut semper fecistis, pro custodia iugi, veritatis obseruatione vigiletis. Et quia non est dubium, nonnullos ex Monasteriis vestris esse deceptos, atque ad inimicos Dei, seu sponte seu necessitate transisse, obseruandum vobis hoc de talibus esse mandamus, vt quisquis cuiuslibet loci apud vos, vel sponte se dedit, vel mercede corruptus, collegii vestri sit prorsus alienus. Quia nisi a fidelibus perfidi sint remoti, rerum discretione sublata, laborabunt suspicionibus innocentes, vt ad vitia facilis hominibus est prolapsus. A probatorum 2. Cor. 15, 33.
consortio contagia repellenda sunt perditorum: quoniam mores bonos colloquia, sicut scriptum est, peruersa corrumpunt. Illorum vero aliter causa tractanda est, quos constiterit poenis grauibus vt traducerentur afflictos. Circa quos humaniores vos esse conuenit, vt ad cellulas sub districtione poenitentiae reuertantur, & fidelioribus lacrymis eorum, quod lapsi sunt expietur, donec exclusis inimicis & peruersoribus suis catholica purgetur Ecclesia.

EPISTOLA IV.

Felicis III. Papae ad Zenonem Imperatorem. *

Laudato eius studio in ordinatione noui Episcopi, hortatur vt in Acacii Petrique nominum damnatione, de qua Episcopi (a) legati nihil sibi mandatum responderant, cum Ecclesia Romana consentiat.

Dignas referre Deo nostro gratias fateor mens humana non sufficit, quod tantam religionis curam in vestrae pietatis sensibus miseratio diuina constituit, vt eam & vniuersis negotiis anteponi, & soliditate reipublicae contineri, quam veraciter Christiano, tam augusto iudicio censeretis, quia reuera propitiatione caelesti rerum subsistit vniuersitas. Ex qua mirabili deuotione vestrae clementiae processisse cognosco quicquid pro diuini cultus reuerentia celebratus tranquillitatis vestrae sermo depromsit. Vt scilicet firmare catholicae fidei cupientes vnitatem, Ecclesiarumque pacem magnopere roborari talem studeretis praefici Constantinopolitanis (b) Antistitem, qui superno munere prosequente, & morum probitate fulgeret, & prae omnibus orthodoxae veritatis polleret affectu. Magnam igitur, egregie princeps, capio de vtroque laetitiam: cum & in tuae serenitatis animo, sicut in saeculi fastigio constitutum, ita praecipuum Ecclesia Filium DEO factore suscepit: & eum ipsum, de cuius pontificio gloriamini, dum ad beati Petri Apostoli sedem suae refert dignitatis exordium, iam suae dedisse gaudeo moderationis indicium. Vbi simul & magnanimitas vestra resplendet, quando Ecclesiae causam, sicut diuinitus institutum est, pontificum desiderat ordinatione componi, & qui in sacerdotii perhibetur prouectus officium, optat inde fulciri, vnde Christo cupiente profluit cunctorum gratia plena Pontificum. Cuius etiam literarum me refouet intentio, qua sicut decet Christo placere nitentem, & summum Apostolorum beatum Petrum & Petram fidei esse non tacuit, & eidem mysteriorum claues creditas fuisse coe- Matth. 16, 19.
lestium prudenter struxit, vtque nobiscum circa orthodoxam fidem consentientem haberet assensum, quo amplius vnanimis redderetur, expetiit. Gratissimis igitur professionibus huius, & votis copiosa lectione patefactis, mox vt etiam filios meos sancti propositi monachos pariter venisse conspexi, difficultates omnes, quae primitus obstrepebant, hac credidi dispositione summotas: atque ideo venientibus clericis eas praeter consuetudinem sociatas esse personas, quae Petro vel Acacio non communicasse viderentur, vt illorum nominibus sequestratis, per quos scandalum contigisset Ecclesiis, sincera deinceps caritas proueniret. Quibus rite perpensis, nihil aliud mihi supererat gratulanti, nisi vt his qui fuerant destinati Apostolicae sedis communio traderetur. Sed cum pro catholica fide cautius admonerem, vt suscipientes eam se a consortio retraherent damnatorum, non sibi hoc mandatum omnino dixerunt. Qua rerum diuersitate permotum anxium me haesisse profiteor, cum aliud literae & ipsa rerum ratio demonstraret, & aliud memoratorum contineret adsertio. Puramque volens cum eo, qui Pontifex creatus asseritur inire concordiam, gloriae vestrae suggerere properaui, vt nihil residere patiamini, quo denuo quicquam valeat dissensionis oboriri. Quia dum per Synodum Calchedonensem, quam se dudum literis designauit tua clementia venerari, Eutychem atque Dioscorum constet esse damnatos, & eorum sectatores plurimis illarum partium documentis Timotheus & Petrus extitisse monstrentur, atque eorum commu-

* An. 490. post mortem Acacii P. E. P. eiusque successoris Flauitae.

(a) Labbevs legit, *Cleri* pro *Episcopi*.

(b) Euphemius is fuit,

nionem etiamsi prohibitam, secutus Acacius, quos ipse epistolis suis haereticos dixerat esse damnatos: sententia illius Concilii conuincuntur adstringi, & in ipsorum poenam merito recidisse, quorum elegere consortium. Sicut in ceteris haeresibus facta semel Synodus abiecti cuiuslibet erroris cunctos sequaces consequenter inuoluit. Quaeso igitur, gloriosissime, nec in successoribus refouere iudicemur, quod manifestum est in auctoribus fuisse damnatum: nec Petri putetur legitima prouenisse purgatio, quem non secundum morem veterum Apostolica sedes, quae ligauit, absoluit. Scit enim Christiana mens tua, venerabilis Imperator, quoniam delicta mortalium secundum conscientiam relaxandi nonnisi Pontificibus suis ordine competenti superna dederit dispensatio facultatem. Qui Petrus tamen, si vere receptus esset, veniam mereri debuit, non honorem, qui a damnatis atque haereticis falsum sacerdotii nomen accipiens catholicae non poterat Ecclesiae praesidere. Haec ego, reuerentissime princeps, beati Petri qualiscumque vicarius, non auctoritate, velut Apostolicae potestatis extorqueo, sed tanquam sollicitus pater, salutem prosperitatemque clementissimi filii manere cupiens diuturnam, fidenter imploro. Ecce desideramus, optamus, ambimus Ecclesiam Constantinopolitanam, sicut semper habere connexam. Exuantur obsecro ab his qui nostri non sunt, & nos quoque nolumus esse nobiscum. Postulationes certe gentium barbararum, venerabilis Imperator, pro quiete mundani regni publice benignus exaudis. Quanto praestantius quaeso te, preces Apostolicae sedis pro sacrarum tranquillitate rerum placatus admittis? Hoc enim hoc expedit, vt si vtraque Roma pro mutuo pignore nuncupatur, fiat
Rom. 1, 8. vtriusque vna fides illa Romanorum, quam per vniuersum mundum praedicari beatus Paulus testatur Apostolus, sicut apud nostros floruit indiscreta maiores: & quae genere concordat, ac nomine, non sit religione diuisa, per quam etiam discrepantia copulantur. Putas ne, venerabilis Imperator, non cum lacrymis ista profundere, & velut praesentem ad tuae pietatis vestigia? Nec enim piget, in tali maxime causa, imperialibus officiis inclinari, cum se
1. Cor. 2, 13. Apostolus omnium factum dicit esse peripsema. Haec diutius tacui, ne aliis contraria suggerentibus irreuerentiam meis potius literis commouerem. Verum nunc facultate percepta, qualiter vigeat in meo corde vestrae pietatis affectus insinuo: quia successus traditae vobis diuinitus potestatis superna cupio propitiatione constare. Neque venerande fili, respuas supplicantem, neue meam velis dissimulare personam. In me enim qualicumque vicario beatus Petrus Apostolus, & haec in illo, qui Ecclesiam suam discerpi non patitur, ipse etiam Christus exposcit. Absit vt huic quemquam Christiana mens tua, vel possit vel debeat anteferre, quem pro te votis omnibus desideras exorari. Praesertim cum tanta sint illa, vel talia, quae tyrannide deleta pro fide catholica gessisti & geris, vt plena a DEO vestrae conscientiae experimenta teneamus. De quibus etsi quid fortassis omissum est, non respicit nisi perfidi virus Acacii, qui dum illicitis crescere tendit augmentis, ea, quae rectae religioni congruerent, vobis inter curas publicas occupatis destitit intimare. Nam pietas tua quomodo non sequendum potius existimaret, quod fecisse conspiceret sacerdotem? Vnde diuino iudicio nullatenus potuit, etiam cum id mallemus, absolui. Quapropter magis magisque supplicare non desino, vt cum suis nominibus atque personis feralis illa causa transierit: quo nos, annuente
1. Cor. 5, 17. Domino nostro, certa perfectaque laetitia necti valeamus cum praeside nunc creato, beati Apostoli voce dicentis: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt, omnia facta sunt noua. Literae certe vestrae catholicae fidei praedicant vnitatem, pacemque Ecclesiarum regia pietate pronuntiant. Quae cum debito honore legerentur, qualiter mecum totus ordo Romani presbyterii vitam vobis prosperitatemque continuam promptus exorans, repetitis assidue vocibus acclamarit, & hi, qui directi sunt, audierunt, & vbique velox tam praeclari nuntii legatio putabatur obuiare. Necessitati populi Alexandrinae ciuitatis ma-
Gal. 1, 12. gis in ea parte prospiciendum est, vt a pestiferi rectoris retrahatur insidiis. Concurrant omnia, rogamus omnes, vt quemadmodum docet Apostolus, auferatur de medio, qui nos conturbat: & ea quam augustae memoriae Leo, pater eruditorque vestes, iugiter custodiuit, vel vos magnanimiter seruare, decernitis. Ecclesiarum fida pax, vera sit vnitas, quoniam cuicumque personae paterna fides, & beati Petri communio debet praeferri. Atque ad vestram gloriam, sicut imperii vestri felicitas, ita post Deum pertinere doceatur regni caelestis integritas, vt de conseruatis Ecclesiae suae legibus tranquillitatis tuae beneuolentiam Christus adsumens, & temporalia tibi dona multiplicet, & praestet aeterna.

EPISTOLA V.

Felicis III. Papae ad Flauitam Episcopum Constantinopolitanum.

Quod Legatos eius a communione propterea suspenderit, quia de Acacii, Petrique nominibus nihil sibi mandatum responderint. Hortatur vt & ipse ab his recitandis abstineat, & Zenoni id ipsum persuadeat.

Felix Flauitae Episcopo Constantinopolitano.

Multa sunt quae nobis praebeant de tuae dilectionis ordinatione laetitiam, & sperare diuino beneficio cohortentur Ecclesiasticae pacis effectum. Primum quidem, quod talem te

te gratia caelestis elegerit, cuius a puero vita probabilis adseratur, vt catholicae fidei, quod ante omnia cupimus, praedicetur intentio. Deinde quia inter haec munera tuae Dominus caritati domni quoque filii nostri gloriosissimi principis votum contulit & fauorem, quatenus potestatis fultus, Deo praestante, subsidio, facilius valeas expetere, quae secundum veritatem sapienter intenderis. Postremo quod omnia propemodum, quae tui sequuntur honoris exordium, tam beneuolentiam nobis clementiae principalis ostendunt, quam tuae produnt speciem voluntatis. Dum scilicet ad Apostolicam sedem regulariter destinatur, per quam largiente Christo omnium solidatur dignitas sacerdotum. Quod ipsae dilectionis tuae literae Apostolorum summum, petramque fidei, & caelestis dispensatorem mysterii creditis sibi clauibus, beatum Petrum Apostolum confitentur. Quod denique, vt amplius esse vnanimes valeamus, nobiscum dilectionem tuam orthodoxae fidei habere velle testantur assensum. Quae cum non mediocria videantur indicia, quibus de tua mente nobis procedere votiua credamus, ad testimonium maius accessit, vt filii nostri religiosi monachi, rectae fidei confessione pollentes, pariter huc venirent. Quibus vtique visis, aestimamus non aliter destinatos, nisi nominibus damnatorum, a quorum isti communione distabant, de Constantinopolitana Ecclesia iam repulsis. Itaque nihil superesse perspeximus, nisi vt hi, qui dilectionis tuae synodica baiulabant, communionis Apostolicae participatione fruerentur. Sed dum cum ipsis sollicitius ageretur, vt si mallent, B. Petri Apostoli communionem fideli corde suscipere, responderent vel se, vel dilectionem tuam ab Alexandrini Petri, Acaciique deinceps recitatione futuram modis omnibus alienam: illi nihil sibi tale mandatum fuisse perhibentes, oblatae salubriter gratiae nostrae consentire noluerunt. Qua eorum cunctatione permoti, cum literae venientes, vel ipsa rerum dispositio aliud promittere videretur, & relatio praedictorum longe aliter, quam sperabatur, efferret, communionem quidem nostram contristati distulimus, quam remotis dubietatibus optabamus plenam catholicae fidei, & hoc, quod circa orthodoxam fidem consensum nobiscum se habere promisit, arbitramur, esse venturam. Alioqui nihil poterit nobis imputari, si complectentibus foedera caritatis, beati Apostoli Petri consortio, Alexandrini Petri societas perferatur. Erit enim apud Deum hominesque manifestum, talia perpetrantes nostro non vitio, sed suo prorsus arbitrio separari, idemque ante tribunal Christi modis omnibus terribiliter iudicandum. Non sumus pertinaces, sed dogmata paterna defendimus: quemadmodum tuae dilectionis pagina designauit, zelum pro orthodoxis ostendere nos debere. Calchedonensi Concilio, quod vniuersalis sanxit & custodit Ecclesia, Eutyches & Dioscorus non probantur esse damnati? an eorum complices Timotheus atque Petrus instructionibus plurimis conuenientibus non docentur, sicut hi quoque, quos misit tua dilectio peruiderunt? An eorum communionem frequenter & regulariter interdicentibus nobis, non est secutus Acacius, quos ipse epistolis dixerat haereticos, olimque damnatos, & male rursus aedificans, quod bene ante ipse destruxerat, secundum Apostolum praeuaricator apparuit? *Gal. 2. 18.* Ideoque iuxta praefatae Synodi tramitem, merito illic damnatae perfidiae parem cuncti subiere vindictam, qui huius maluerunt esse participes, quemadmodum contra vnamquamque haeresin Synodus constituta, cunctos etiam deiectae similes prauitatis adstringit: ne in successoribus omnino reparandum esset, quod in auctoribus iuste monstratur esse prostatum. Absolui autem Petrus nulla ratione potuit sine Apostolicae sedis assensu, qua fuerat mandante seclusus, sicut de recipiendis talibus forma veterum testatur Antistitum. Qui etiam Petrus, si de legitima fuisset curatione sanatus, ad indulgentiam suscipi deberet, non ad sacerdotii dignitatem, qui a damnatis atque haereticis institutus, catholicis plebibus nulla posset ratione praeponi. Perspexisti & ipse nobiscum salutaria esse, quae dicimus. Vnde etiam in tuis literis, cum de beati Petri fide loqueris, quod cum tota gratulatione legimus, catholica mente posuisti; Et qui cum eo sicut vos credunt, consona voce gloriantes dispersa colligere valeamus. Quaero igitur quaenam illa sint, vel qua rerum perturbatione dispersa. Nec alia nunc prorsus occurrunt, nisi quae per Eutychianae pestis eiusdem sequacium sunt excogitata vesaniam. Dilectio vero tua operam det nobiscum, quatenus possint quae te quoque fatente dispersa sunt colligi. Voce vtor Apostoli: *Gal. 4. 12.* Obsecro vos, nihil me laesistis. Non hoc velut imperiosus impono, sed vt conscientiam meam conuenienter expediam. Ne commissae vobis diuinitus rationabiles oues, non sine vestro discrimine, quod absit, perire sinantur, exhortor. Cogitate simul omnes, qui dignitate pastorali censemini, pro christiana fide, quae tunc est Christi, sin vera est, & videndum nobis, & si oportuerit sacro-sanctae religionis amore moriendum. Perpendite igitur ipsius vitae semper tempus incertum: ne repente rapti ad cognitionis illius formidandae trahamur examen. Vnde propensius tanquam praesentem dilectionem tuam iure caritatis vehementer adstringimus, vt sortem infelicis Acacii perhorrescens, qui sicut scriptum est, vt iret in locum suum, etiam nobis conantibus, non est permissus absolui, *Act. 1. 25.* quo vales tenore contendas, vt catholicorum illius vrbis Antistitum magis monstreris esse imitator & dominum filium nostrum gloriosissimum principem, coniugemque eius, adiuncta tecum mea prece, non desinas suppliciter exorare, vt sicut deuoti Ecclesiae filii, & obsecrationes nostras clementer admittant, & pro sui regni salutisque perpetuae perfici consideratione decernant

nant. Nec dilatae communionis Apostolicae tua causetur dilectio tarditatem. Nollemus qualicumque difficultate suspendi, nisi respectus catholicae veritatis obsisteret, cui dilectionem quoque tuam summis viribus inhaerere vel opto, vel moneo. Nomen igitur
Gal. 5, 12. Petri & Acacii tollatur e medio, nec apocrisiariis damnati Petri misceamur, aut literis: & sic-
2. Cor. 5, 7. ut ait Apostolus: Abscindantur qui nos conturbant. Iterumque vt ipse pronuntiat: Expurgate fermentum vetus, vt sitis noua conspersio, cum nominibus personisque suis praeterita caussa deleatur. Nobis Deo inspirante prouisuris rationabiliter, vt scripsimus, si cuncta conuenerint, vt eorum, quos ordinauit vel baptizauit Acacius, salua confessione catholica,
Ephes. 2, 14. pro caritatis Ecclesiae redintegratione nihil pereat, quatenus pax illa proueniat, quae fecit
Ezech. 13, 10. vtraque vnum: non illa, quam Propheta condemnat. Pax, pax, & non erat pax. & caritas
1. Tim. 1, 5. quam tua dilectio suis saepe literis postulauit, pura succedat, de qua dicitur: caritas de cor-
2. Cor. 6, 14. de puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Nihil sit commune luci, cum tenebris, quia
1. Cor. 10, 21. Joann. 10, 16. non possumus nec debemus mensae Domini participare & mensae daemoniorum, vt tibi creditis ouibus praeteritorum congregatione mandatis, fiat vnus grex, & vnus pastor. Scriptum esse meministi, si recte offeras, & recte non diuidas, peccasti. Et propheta clamat:
Ezech. 22, 26. Inter mundum & immundum non discernebatis. Quae vniuersa summatim illa circumspectione perstringimus, vt cordibus salubriter expiatis, tam firmam sine dubitatione, quam veram, tam perpetuam, quam vnitam possimus tenere concordiam. Quantocius ergo super his tua nos reddat dilectio certiores: vt Deo nostro perficiente quod coepit in compage corporis Christi plena valeamus reconciliatione consentire.

* Codex Virdunensis hanc tribuit Gelasio; at Gelasius hoc tempore Pontifex non erat, sed Felix. LIBERATVS *Breuiarii cap. 18, Moritur*, inquit, *Acacius, & ordinatur post eum Flauitas presbyter, qui fuit a sancta Thecla qui non consensit sine Romano Pontifice inthronizari, sed transmisit synodicam Papae Romano Felici. Qui modico viuens tempore moritur non accipiens epistolam ipsius.* Vid. NICEPHORVM *lib. 16. cap. 19.*

THEOPHANES *Editionis 1655. pag. 114.* anno Zenonis XV. Felicis VI.

* Ακακίου δὲ τελευτήσαντος Φραυίτας τριμήνου τῆς ἐπισκοπῆς κρατήσας, ἔγραψεν Φίλικι, ὡς αὐτῷ μὲν κοινωνεῖ· Πέτρῳ δὲ τῷ Μόγγῳ οὐ κοινωνεῖ· τῷ δὲ Μόγγῳ ἔγραψεν, ὡς αὐτῷ μὲν κοινωνεῖ· Φίλικα δὲ Ρώμης ἀποστρέφεται. Φίλιξ δὲ τὰ ἴσα τὰ πρὸς τὸν Μογγὸν πεμφθέντα ἐδέξατο παρὰ τῶν ὀρθοδόξων προλαβόντα, καὶ φθασάντων τῶν ἀποκρισιαρίων Φραυίτα μετὰ τῶν συνοδικῶν, ἀτιμῶς τούτους ὁ Φίλιξ ἀπέπεμψεν.

Acacio defuncto Phrauitas tres menses Episcopatu potitus, Felici litteris significat, se cum illo quidem communionem habere, cum Petro Mongo, nullam. Ad Mongum autem scribit se cum illo communione coniungi; a Felice vero Romano se penitus alienum. Felix porro de literis ad Mongum prius datis ab orthodoxis cum certior factus fuisset, Phrauitae legatos cum synodalibus literis ad se aduenientes minus honorifice tractatos dimisit.

EPISTOLA VI.

Felicis III. Papae ad Thalasium Archimandritam CP.

Ne cum Ecclesia Constantinopolitana, vel illius Episcopo, ipse aut Monachi eius ante communicent, quam a sede Apostolica iussum fuerit.

Felix Thalasio. *

Post factas literas, quas per filios nostros religiosi propositi viros dilectioni tuae misimus contradendas, ne quid minus pro catholicae fidei custodia diligentior cura prospiceret, caritatem tuam duximus admonendam, vt etiamsi praestante Deo nostro, nomina damnatorum, id est Alexandrini Petri, & infelicis Acacii, fuerint de Ecclesiastica recitatione sublata; vt similes perditionis eorum sacerdotii non permittantur praesumere dignitatem, non prius tua dilectio, vel congregatio, quam gubernas, Constantinopolitanae Ecclesiae, vel quicumque eius futurus est pontifex, communicandum esse decernat, quam ad notitiam sedis Apostolicae cuncta referantur, vel ipsius literis qui fuerit creatus Episcopus, vel tuae dilectionis alloquiis. Quia sicut per professionem catholicam sedis Apostolicae formam secutus es, vt te a damnata communione suspenderes: ita beati Petri sequi debetis exemplum, vt quando eius auctoritate fuerit relata communio, tunc eis etiam tuum noueris miscendum esse consortium. Nec quisquam dilectioni tuae omnino persuadeat iam nostram communionem illis partibus fuisse commissam, cum videas adhuc res in dubio constitutas, & apud nos de

* Thalassio.

de illic creato Pontifice omnia haberi prorſus incerta. Neque poſſet cum eo ſociari communio, cuius adhuc a nobis nec honor probatur eſſe ſuſceptus, nec fides atque intentio comprobata. Expectet ergo dilectio tua ſedis Apoſtolicae iuſſionem, & ſic Eccleſiae Conſtantinopolitanae ſacra ſe communione coniungat, ſi in participatione beati Petri & catholicae veritatis deſiderat permanere. Data Kalendas Maias. Probo & Fauſto VV. CC. Indictione XIII.

Superiori epiſtolae titulus in veteri codice praefixus eſt huiusmodi: Exemplum epiſtolae, quam pertulerunt in legationem directi monachi, ad Rufinum, Hilarum, & Thalaſium, Archimandritas Conſtantinopoli.

EPISTOLA VII.

Felicis III. Papae ad Vetranionem Epiſcopum.

Diſcidii Eccleſiae Conſtantinopolitanae cauſas exponens, hortatur vt Zenonem ad vnionem cum Romana inſtaurandam permoueat.

Felix Vetranioni Epiſcopo.

Quod vnitatis Eccleſiaſticae plena cupimus redintegratione firmari, multorum relatione comperimus, dilectionem tuam, & egregiis moribus diuina gratia tribuente pollere, & domni filii noſtri Chriſtianiſſimi principis familiaritate ſubnixam: paratamque fraternitatem, tuam catholicae fidei cauſam, ſi manifeſtius panderetur, libere & prudenter adſtruere. Quibus de tua mente ſumptis indiciis, talem te veritatis auctorem eſſe perpendimus, qualem illic deſiderauimus inuenire. Psalm 9, 4. Gratamur igitur, quod haereditatem ſuam non vſquequaque Dominus repuliſſet, ſed in eorum cordibus flammam rectae confeſſionis ſeruaret abſconditam, qui ſiue ſe a communione confuſa penitus abſtinerent, ſiue in eam per ignorantiam recidiſſent, mallent tamen & declarari quae recta ſunt, & ſecundum traditionem veterum comprobata ſectari. Atque ideo adloqui caritatem tuam noſtro modis omnibus ſermone curauimus, & de his, quae Eccleſiam Chriſti fecerint diffidere competenter inſtruere. In Calchedonenſi itaque Synodo, quae de Concilii Nicaeni tenore procedens, pro Chriſtianae confeſſionis integritate ſeruanda, tam auctoritate ſedis Apoſtolicae, quam vniuerſalis Eccleſiae eſt celebrata conſenſu. Eutychem atque Dioſcorum conſtat fuiſſe damnatos. Quorum Timotheus & Petrus extitiſſe docentur procul dubio ſectatores, eorumque ſe communioni nefariae miſcuiſſe, etiam cum a nobis prohibitus eſt *, Acacius: atque ob hoc, ex forma Synodi memoratae, ſimilem cunctos, quae praefixa fuerat prauitati, damnationis incidiſſe ſententiam, cuius ſe elegerunt eſſe conſortes. Vnde merito praedictus Acacius Apoſtolicae ſedis, quae nunc exſecutrix vtique ſaepe dicti Calchedonenſis Concilii pro fide catholica tunc probata non defuit, ** iterata excommunicatione depulſus eſt, ne per eum, quod abſit, nos quoque reddamus complices perditorum. Neque Petrum quisquam legitime credat eſſe purgatum, qui non a B. Petri Apoſtolici ſede receptus eſt, qua fuit mandante deiectus. Bene enim dilectionem tuam noſſe non ambigo, quod perſonam hujusmodi, cum ita ratio poſtularet, non niſi Eccleſiaſticae legis ordine competenti, ſicut diuinitus conſtitutum eſt, vel poſſint, vel debeant, conuenienter abſoluere. Quod cum factum non ſit, manifeſtum eſt Petrum in ea qua pridem fuerat peruerſitate ac damnatione detineri. Qui etiamſi legitime corrigi voluiſſet, indulgentiam conſequi debuit, non Eccleſiaſticam dignitatem, quia ab haereticis damnatisque falſi ſacerdotii nomen aſſumens, Eccleſiae catholicae nullis regulis potuit praeſidere. Haec autem quae de praedictis geſta narrauimus, documentis inde venientibus approbantur, ſicut Conſtantinopolitani clerici, qui directi ſunt agnouerunt palamque monſtratum eſt, Acacium ſe eorum feciſſe participem, quos ſuis literis haereticos & retulerat ipſe damnatos. Perceptis ergo ſummatim dilectio tua, quae videntur Eccleſiarum feciſſe diſcidium, nosque perpendens non immerito pro fide catholica extitiſſe ſollicitos, non ſolum deinceps ſe a communione damnatorum ſtudeat cuſtodire: ſed Chriſti gregem qua valet induſtria retrahere non quieſcat, & domno filio noſtro Chriſtianae mentis Auguſto inceſſabiliter ſuggerere non omittat, vt operis ſui memor, quod fide catholica, inſpirante Domino noſtro, clementer dicitur exſecutus, plenam temporibus ſuis pacem, & Chriſti veritatem ſinceram, vt praecipuus ſacrae religionis filius, & pia deuotione conſpicuus, tranquilla diſpoſitione reſtauret, & de Eccleſia Conſtantinopolitana Petri Alexandrini nomine Acaciique ſublato, pro quo tempeſtas omnis orta eſt, intemeratam paternae traditionis, & fidei poſt Dominum benignus efficiat vnitatem. Quae numquam fuiſſet vtique temerata, ſi hanc Imperatori Chriſtianiſſimo fideliter Acacius inſinuare voluiſſet: Sed dum patrum terminos transferre molitur, & ambitionibus ſuis praeuaricationis aditum impudenter exquirit, nec venerabilia dubitauit decreta calcare, & inter curas publicas occupato principi venerando diſſimulauit

* Anno 483.
** Die Iulii 28. an. 484.

quae nouerat vera suggerere: talem se conscientiam circa salutem regiam potestatemque gestare demonstrans, qualem in negotio ipsius religionis exhibuit. Vde, quod non sine diuini iudicii terrore dicendum est, etiam nobis si requisisset optantibus, non est permissus absolui. Quomodo autem domnus filius noster venerabilis Imperator non hoc sibi iudicare posset faciendum, quod cerneret sacerdotem vel facere, vel docere? Quapropter adiuncta secum mea prece dilectio tua saepe dictum domnum filium nostrum supplicatione qua potest, & lacrymarum professione deprecetur, vt patienter permittat abscindi, qui nos conturbant:
Gal. 5, 12. ne in successoribus haereticorum reparasse videamur, quod in auctoritatibus eorum certum est fuisse damnatum, priorumque consimiles opprimere non sinat Ecclesiasticam dignitatem: quatenus Apostolica voce dicamus, si qua igitur in Christo noua creatura, vetera
2. Cor. 5, 17. transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Ecclesiam Constantinopolitanam nobis sicut semper, vnitam sua post Deum placiditate concedat. Quoniam & hoc praesentis felicitatis eius incrementa desiderant, & consequendae fructus aeternitatis exposcit. Dilectionem vero tuam simpliciter commoneo atque contestor, in illo nostri saluatoris examine formidando rationem mihi modis omnibus reddituram, si quae pro integritate salutis humanae, pro orthodoxa atque regulari constitutione maiorum, & veraci atque sincera totius Ecclesiae pace reparanda delegari, quod de tua mente non credimus, segnius exequaris.

Ex eodem codice Virdunensi.

Felix Andreae Episcopo Thessalonicensi.

Quod plene catholicae fidei cupimus redintegratione firmari, sollicitudinem dilectionis tuae, qua ad Sedis beati Petri communionem venire desideras, libenter amplectimur: sed eam vellemus sicut orthodoxae veritatis cautela deposcit, ex omni fieri parte constantem.

EPISTOLA VIII.

Siue tractatus Gelasii Papae.

In quo etiam ponit exempla epistolarum Simplicii Papae atque Felicis, quod Timothei Aeluri, vel Petri Alexandrini impietatem olim cognouerint vel visi fuerint iudicasse. Postea propriis prosequitur dictis, instruens quid aduersus Graecos debeat responderi.

****

Ex epistola Simplicii Papae ad Acacium. *

Illud, *inquit*, (a) me non mediocriter facit attonitum, quod iisdem literis suis Petrum, qui haereticorum dudum socius extitisse probetur & princeps, quod conscientiam dilectionis tuae meminimus non latere, instructionesque ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catholicam, saepeque nos de eadem ex illa vrbe pellendo scripsisse sit certum, ad praefatae Ecclesiae regimen existimet prouehendum: cumque promittat rectae fidei definitionibus conuenire a cuius vtique, sicut superius dixi, consortio tam degit extraneus, quam ab eius communione discretus est. Ad quam si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem non potest introire, ac proinde non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medelae, quae post poenitudinem praebenda est, consequenter aptari: animae suae cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu conuincitur fuisse peruersus, ne per speciem remeantis non remedium sincerae saluationis inquirat, sed facultatem propagandae prauitatis inueniat. Quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quam perniciem fidelibus inrogamus, eoque modo Calchedonensis Synodi statuta violantes, aditum saeua copulatione grassandi in Ecclesiam lupis rapacibus aperimus: Denique ab iisdem ipsis, cum quibus olim a catholica participatione diuisus est, pontifex dicitur postulari, vt satis euidenter appareat, non eos rectam fidem velle, sed in praesule proprio nefandi dogmatis quaerere potestatem. Neque inter ipsos, & veraciter sentientes, pax inde possit fida generari, vnde haereticarum mentium crescit funesta damnatio, & catholicorum miseranda captiuitas.

Ex Epistola Felicis Papae ad Zenonem Imp.

Vbi esse, *inquit*, (a) iam consequens procul dubio peruidetis, Alexandrinae peruasorem funesta diu impunitate grassantem, vestris praeceptionibus, quibus merito dudum probatur eiectus esse nihilominus addicendum. Annon ipse est, qui per XXX annos catholicae desertor Ecclesiae, inimicorumque eius sectator & doctor, & ad fundendum sanguinem semper velox fuit & promptus? Nunquid

* Data die 22. Iunii An. 482.
(a) *Epist.* 17.
(a) *Epistol.* 1.

Nunquid adhuc & istam dissimulationem quadam sumus ex conhibentia recepturi. In quo reuera non est opus discussione subtili, quia aperta sunt eius crimina.

Multa, diligens lector, similia in diuersis epistolis eorum, inueniet. Praetermitto iam scripta & admonitiones Papae Simplicii, quae plerique vilia aestimant, & iudicant condemnanda. Illud consideremus attentius, quod de eodem Petro tunc cum adhuc sanum forte saperet, iudicarit Acacius, qualemque de eo sententiam ad Apostolicam sedem direxerit.

Domino sancto, & beatissimo patri, Archiepiscopo Simplicio Acacius.

Sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes, vos indesinenter hortamini, quamuis sponte vigilantes ac praecurrentes. Si vos diuinum zelum solito demonstratis, statum Alexandrinae Ecclesiae certius requirentes, vt pro paternis canonibus suscipiatis laborem, piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est adprobatum. Sed Christus Deus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & vnam nobis in his mentem, atque eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam esse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens, & Timotheum * quidem decessorem spirantem procellas, & Ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit, conturbantem vitae subduxit humanae dicens ei: Tace & obmutesce. Petrum quoque **, qui ab Alexandria more similiter procellae surrexerat, dissipauit, atque in aeternam fugam spiritu sancto flante conuertit, vnum & ipsum de his, qui olim fuerant & ante damnati. Sicut enim in nostris archiuiis inuentum est, & de vestris scriniis, si dignanimi requirere, poteritis agnoscere, quae in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino Episcopo Romam ad alterutrum sint relata. Qui Petrus filius noctis existens, & operum diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas eorum cooperator inueniens, media nocte, adhuc iacente cadauere illius, qui paternos canones subuerterat, insepulto, subrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, vno & solo praesente, & eo qui consors illius insistebat insaniae, ita vt propter hoc maioribus suppliciis subderetur, nec quod sperabat effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima iudicans, nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus autem *** paternorum canonum custos, qui Dauidicae mansuetudinis exemplo subditur, & vsque in finem patiens, atque potestati propriae restitutus a Christo, propriae sedis honore laetatur: & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis exspectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum.

1. Cor. 11. 28.
Rom. 8. 27.
Matth. 8.
Marc. 4.

Ecce testimonium Acacii validissimum, quid de Timotheo, quid de Petro senserit. Vere enim, sicut scriptum est in Euangelio de Caipha illo Pontifice, euenit Acacio. Dicitur enim de illo, quia cum esset princeps sacerdotum anni illius, de Domini dixerit passione: Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, vt non tota gens pereat. Et subiungit Euangelista beatus Ioannes. Hoc, inquiens, a semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius prophetauit. Ita & hic, cum in summa esset sacerdotii dignitate locatus, vtrum nolens an inuitus, dubitare quippe nos eius varietas & constantia fecit, verissimam de inimicis Dei tulit sententiam, quam si seruare voluisset, procellam, quam ab Ecclesia veraciter depulerat, rursus in Ecclesiam ipse non reuocasset: & de quo dixerat: Tace & obmutesce. rursus Petri personam loqui in Ecclesia minime permisisset. Quem similiter procellam a sancto spiritu dissipatam esse praedixerat, quemque filium noctis asseverarat, & quem ab opere luminis alienum, amantemque tenebras latronum operibus congruas esse narrabat, qui falsum sacerdotii nomen, ab eo qui paternos, vt ipse ait, canones subuerterat, artibus dolosis sibi ipse imposuerat. Hic Petrus, de quo beatae memoriae Timotheus catholicus, vt ipse dixit, paternorum custos canonum, Alexandrinae quondam Ecclesiae pontifex, ad sedem Apostolicam multa retulit deteriora, quam superius continentur, asserens specialiter & affirmans inimicum fidei, inimicum Calchedonensis Synodi per omnes extitisse infelicitatis conatus. Quid igitur nobis faciendum est? non credamus tot & tantis tantarum sedium sacerdotibus, qui omnes vno ore, vno consensu, publicam & feralem humanae salutis bestiam Petrum esse dixerunt, in cuius se communione, perniciosa coniunctione, suadente daemonico spiritu, infeliciter sociauerat Acacius, male rursus aedificans quod bene destruxerat? Nec opus plura hinc dicere, cum timentibus Deum & formidantibus diem iudicii, & Ecclesiae vnitatem diligentibus, satis aperteque sit causa clara. Haec enim sola ratio est, quae vnitatem diuidit, & concordiam dissipat: quia quamdiu praeuaricatorum nomina de Ecclesia non auferuntur, pacis vinculum nullatenus redintegrare permittunt. Si enim licet sectatorum & communicatorum Eutychetis, vt fuit eius sectator Petrus, & communicator Acacius, in Ecclesia nomina recenseri, cur de sectatoribus & communicatoribus Arrii, vel ceterorum haereticorum simili sorte non liceat? An minoris impietatis & perfidiae Eutyches fuisse putatur, quam Arrius? Nemo hoc quidem sani capitis audebit dicere. Si ergo par est impietas, par sit & vtrorumque detestatio, ne si semel talis fuerit intromissa licentia omnibus exinde omnia liceant, fiatque, quod absit, tam passiva re-

Joan. 11. 51.
Matth. 8.
Marc. 4. 39.
Gal. 2. 18.

* Ælurum. ** Mongum.
*** Salophaciolus siue albus.

va rerum confusio atque commixtio, vt nulla inter mundum & immundum sit secundum
Ezech. 22. 26. Prophetam certa discretio. Non est quidem nostrae humilitatis, de totius orbis dissensione
2 Cor. 5. 10. ferre sententiam: est tamen nostrum de propria salute esse sollicitos, quoniam vnusquis-
Matth 12. 36. que pro se rationem redditurus est ante illud tribunal iudicis & regis aeterni, in quo etiam
Matth. 5. 25. de verbo otioso, minimoque quadrante, sumus nostrorum rationem actuum praestituri. Vnde & optamus qualicumque & quantacumque super nos importauerit inimicus, tolerare discrimina in saeculo praesenti, tantum ne causas incurramus mortis aeternae. Sed dicitur de Petro, quamquam sine adprobatione dicatur, praesertim de homine perspicacissimo *, qui ** per XXX. annos famosus expugnator fuerat veritatis, quod poenitentia acta susceptus sit in Ecclesia. Nunquam igitur per XXX annos agere potuit poenitentiam, nisi tunc cum Episcopatus amore & ambitionis ardore feruebat? o rem monstro simillimam! ante illum potuisse locum suum sacerdotii obtinere, quam posset vel breui spatio pro tam immani crimine poenitens videri. Sed soluit illum, inquit, auctoritate sua prius Acacius, & sic suscepit. Vtinam se ipsum miserrimus omnium, secumque quamplurimos non aeternae mortis compedibus alligaret, qui cum superbissimo perflatus spiritu thronum humilitatis altius efferre conatur, quam decuit, & praesumptionibus suis aditum vndecumque conquirit, simulque per fas & nefas calcat & transit inuiolabilia statuta sanctorum, cum ipso, quem imitatus est auctore superbiae, in profundissimam ruinam deiectus, id dereliquit Ecclesiae, vnde lugerent pacifici, fidelesque & humiles flerent. Si enim ille modum temperata potestate servasset, nec Petrum haereticum nullo regulari ordine absolutum, pro eius audaci temerita-
1. Cor. 13. 1. te, in sua societate hodie Ecclesia suspiraret assumptum: nec caritatis, quae omnium virtu-
Gal. 5. 15. tum est perfectio, & sine qua secundum Apostolum inania sunt vniuersa, quae facimus, tanta filii pacis dispendia paterentur, nec mordendo inuicem consumerentur. Sed quolibet modo dicatur Petrus esse susceptus, apparet tamen eum fuisse haereticum, qui poenituisse pro peruersitate defenditur: & quod prauus & infidelis fuerit, & de Ecclesiastico iure proiectus, ambigi dubitarique non potest. Sed concedamus paulisper poenituisse eum, quod nullatenus verum est. Videndum ergo est, quomodo, id est, vtrum qui ordine competenti, regulari seueritate excisus, & exstirpatus est, poenitens recte & consequenter receptus sit. Sed nunquam docebitur, nunquam monstrabitur, nunquam omnino probabitur, eius purgationem fuisse legitimam, quae non est competentibus regulis celebrata. Secundae enim sedis Antistitem nec expellere quisquam, nec reuocare, sine primae sedis assensu, vel potuit, vel debuit, nisi forte confuso iam ordine rerum atque turbato nec prima, nec secunda, nec tertia sedes debeat obseruari, vel suspici secundum antiqua statuta maiorum, ex sublato capite, vt videmus, omnia membra vario inter se compugnent certamine, fiatque
Iud. 21. 24. illud quod de populo scriptum est Israel: in illo tempore, non erat dux in Israel. Vnusquisque quod placitum erat, in oculis suis faciebat. Qua enim ratione, vel consequentia aliis sedibus ***, defendendum est, si primae beatissimi Petri sedi antiqua & vetusta reuerentia non defertur, per quam omnium sacerdotum dignitas semper est roborata atque firmata, trecentorumque decem & octo patrum inuicto & singulari iudicio, vetustissimus iudica-
Matth. 16. 18. tus est honor? vtpote qui Domini recordabantur sententiam, Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni caelorum, & quaecumque ligaueris vel solueris in terra, erunt ligata vel
Luc. 22. 32. soluta in caelo. Et rursus ad eundem: Ecce ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et
Joan. 21. 17. tu aliquando conuertere, & confirma fratres tuos, & illud, si amas me, pasce oues meas. Quare igitur ad Petrum tam frequens Domini sermo dirigitur, nunquidnam reliqui sancti & beati Apostoli non erant simili virtute subcincti? quibus hoc audeat affirmare? sed **** vt capite constituto, schismatis tolleretur occasio, & vna monstraretur compago corporis Christi, quae ad vnum caput gloriosissima dilectionis societate concurreret: & vna esset Eccle-
1. Cor. 10. sia, cui fideliter crederetur, vnaque domus vnius domini, & vnius redemtoris, in qua de vno pane & de vno calice nutriremur. Qua ratione, sicut dixi, maiores nostri, reuerendi illi Ecclesiarum magistri, clarissimaque illa populi Christiani lumina, quos merita virtutum suarum vsque ad confessionis gloriosissimas palmas, & martyrii fulgentes extulere coronas, ad illam sedem, quam princeps Apostolorum sederat Petrus, sui sacerdotii sumpta principia repleti Christi caritate mittebant, suae inde soliditatis grauissima firmitatis roboramenta poscentes. Vt per hanc speciem omnibus appareat, vere vnam esse per omnia, & indissolubilem Christi Ecclesiam, quae concordiae vinculo, mirabilique caritatis textura composi-
Joh. 19. 20. ta, sola & indiuisa per totum ostenderetur esse tunica Christi, quam nec milites ipsi, qui Dominum crucifixerunt, diuidere ausi fuissent. Quae nunc si propter perfidiam Petri, Acacii tyrannicam superbiam, impiamque praesumtionem eius violatur atque conscinditur, videte & sapienter expendite, in quam graue periculum nostra deducitur conscientia, dum tanta

* F. *peruicacissimo.*
** Ab. an. 452. ad. 482.
*** F. *deferendum.*
**** HIERONYMI verba *lib.* I. *aduersus Iouinianum cap.* 16.

tanta maiorum soluitur obseruantia. Quis enim non agat quodcumque libuerit, si semel in consuetudinem corruptus ordo peruenerit. Si autem hoc sacrilegum etiam est cogitare, cur non cum diligentissima obseruatione teneatur haec forma maiorum, cum sit in hoc obseruationis tenore, ineffabilis indubitataeque vnitatis euidens & grande mysterium? An duae sunt Ecclesiae, & duo pastores? Absit. vnus est enim, qui fecit vtraque vnum, tollens de medio inimicitiarum parietem in corpore suo. Cur ergo per Petri & Acacii nomina rursus inimica sepis intexitur, quam semel Christi crux, mors & sanguis destruxit, & soluit, & euertit. Non ergo diuidat eos interpositum Petri & Acacii nomen, quos tanti mediatoris pretiosus sanguis vniuit. Postremo aequum est, vt qui alios libenter ac competenter vultis habere subiectos, cedatis, & ipsi antiquo more maioribus, vt confidenter imperare possitis minoribus vestris. Duodecim certe fuere Apostoli, paribus meritis, parique dignitate suffulti. Cumque omnes aequaliter spiritali luce fulgerent, vnum tamen principem esse ex illis voluit Christus, eumque dispensatione mirabili in dominam gentium Romam direxit, vt in praecipua vrbe vel prima primum & praecipuum dirigeret Petrum. Ibique sicut doctrinae virtute sublimis emicuit, ita sanguinis gloriosa effusione decoratur, aeterno hospitio conquiescit, praestans sedi, quam ipse benedixit, vt a portis inferi numquam pro Domini promissione vincatur, omniumque sit fluctuantium tutissimus portus. In quo qui requieuerit, beata & aeterna statione gaudebit: qui vero contempserit, ipse videbit, qualia genera excusationum in die obtendat iudicii. Me enim credo, spero, confido in Christo, quod ab eius caritate nec tribulatio nec angustia, nec gladius, nec persecutio, nec vita, nec mors vnquam poterit separare. Incumbat persecutio, saeuiant leges. Militi Christi gloriosius est mori, quam vinci. Fraudari praesentium commodis melius, quam carere futuris.

Ephes. 2, 14. 1. Rom. 8, 37.

Æneas Episcopus Parisiensis libro aduersus Graecos. *

Rursus Papa Gelasius de eadem re reddidit rationem ad Episcopos Orientis eosque admodum reprehendit, quare talibus praesumtionibus non repugnarunt. Huius itaque rationis initium tale est: *Quid ergo isti prudentes viri, & argutis mentibus totius religionis interna rimantes, &c.*

EPISTOLA IX.

Gelasii Papae ad Episcopos Orientales.

Quod in Acacii aliorumque damnatione Synodo noua opus non fuerit, & quod Petrum Alexandrinum absoluere Acacius sine sedis Apostolicae auctoritate non potuerit. Tum de Episcopis catholicis sede sua sine discussione deiectis.

Dilectissimis fratribus vniversis Episcopis Orientalibus Gelasius.

Quid ergo isti prudentes viri, & argutis mentibus totius religionis interna rimantes, in Orientis partibus constituti, si cognouerunt huiusmodi (a) personam in Antiochena Ecclesia constitutam, cur communicando talibus praebuere consensum? Cur non illico reclamarunt, cur non se a tali contagio remouerunt, cum tam (b) euidenter aduerterent, ideo Calendionem depulsum *, vt haereticis panderetur introitus? Quare hic nihil de Synodo, nihil de re, nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? Si vero illi eorum se communioni voluntarie subdiderunt, ab Apostolica sede certe separati sunt, cum talibus & apud tales, etiamsi esset necesse fieri, nulla posset omnino Synodus prouenire. Quod si ignorasse se dixerint qualis Antiochiae post Calendionem successisset Antistes, quid mirum, si qui in Oriente positi, quae in regione sua contigerint scire nequiuerunt, ea quae apud Apostolicam sedem gesta fuerant ignorarent? Cur tamen, posteaquam ad eorum notitiam peruenit, qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non eius consortia continuo respuerunt? Quid excusationem de ignorantiae colore praetendunt, cum hodieque & manifestata contagia perfidorum & a nobis saepius exprobrata sectentur? Quo satis apparet, quia ne tunc quidem etiamsi cognoscerent, refutarent, quando nunc etiam publicata non renuunt. Prorsus in quamlibet se partem, causationemque conuertant, manifestae veritatis ita laqueis suffocantur, vt sui ipsi verbis actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatae perfidiae residuam ventilare. Haec autem, quae de Calendione venerabili dicta sunt, & in Ioannis Alexandrini conueniunt certa ratione personam. Immo, si causa eadem latius inquiratur, tentae illic tragoediae, tanti reperiuntur errores, vt, si ipsi sint judices, qui eadem perpetrarunt, cum euidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent. Palam

* Hoc adscriptum Sirmondi manu editis iam bis epistolis.

(a) Petrum Gnapheum.

(b) Iam.

* Anno 483.

Iam enim illic aperteque monſtratur, nihil aliud, quam quaeſitam cauſam, quemadmodum catholico qualicumque depulſo Pontifice, haeretico Petro referaretur acceſſus. Tunc iſtud nemo diſcutiebat, Synodum nemo poſcebat, paſſim omnia licito fieri a quibuscumque videbantur, nullum diſcrimen rerum, nulla examinatio poſtulabatur Eccleſiae, ſed prout de vnoquoque veniſſet in mentem de ſuis vrbibus catholicis pellebatur Epiſcopus non ſolum Metropolitanus, ſed etiam (c) tertiae & (d) ſecundae ſedis Antiſtites. In his nulla rerum veſtigatio quaerebatur, nulla facienda Concilia iactabantur. Subrogabantur haeretici, nemo reſultabat: ſed velut muta pecora in captionem ducta, ſubditis voluntatibus perfidiam ſectabantur. Non mirum quidem, ſi nunc eos defendere moliantur, quorum indiſcuſſam caecis mentibus ſecuti ſunt vtilitatem. Sed miramur, cur eos non pudeat in iſtorum damnatione de Synodo non facta cauſari, cum ſciant tot tantosque pontifices nulla Synodo fuiſſe depulſos. Si in iſtorum deiectione de non inito Concilio conqueruntur, cognoſcant ſe, cur non & hoc in aliorum reiectione quaeſiuerint, accuſari. Si vero in ceterorum reiectione Concilia neceſſaria non fuerunt, nec in iſtis neceſſaria fuiſſe cognoſcant. An in catholicorum deiectione non fuit opus, & fuit magnopere congreganda in praeuaricatoris damnatione confeſſi? Quid igitur reſtat, niſi vt dicant haereticos non fuiſſe? Non ergo de Synodo conquerantur, qui ſe palam communionis externae perhibent ſectatores. Cur enim eis Synodus neceſſaria fuiſſe videatur, qui ſe contra Calchedonenſem Synodum venire cognoſcunt, qua Eutychianus error cum auctoribus generali Eccleſiae voce damnatus eſt? Nec dubium, quod ſicut in vnaquaque haereſi, quod inceſſabiliter repetendum eſt, qui firmum eſſe nullus ambigit Chriſtianus omnes complices, ſectatores, communicatores damnatae ſemel prauitatis pari ſorte cenſentur. Ideoque fit conſequens, vt ſicut Timotheus atque Petrus talium ſectatores, ſecundum illius tenorem Synodi, nulla recenti facta pontificum congregatione damnati ſunt: & ſic qui Petro communicauit Acacius, vt criminis particeps, ita conſors ſit factus & poenae. Quid igitur ambagibus & nebulis iſta praetexunt, vt impudentiam ſuam, mentemque veſanam inanibus potius fabulis velare lethaliter, quam prodendo medicinaliter ſanare contendant? Nihil enim nobis commune cum hominibus communionis externae. Ideo vocatur ad iudicium certe quaecumque perſona, vt aut fateatur obiecta, aut conuincatur obiectis. Poſt confeſſionem porro literarum tenore deprompṫam, cur ad iudicium vocaretur Acacius, qui ſe confeſſus eſt Petro, quem petita ſedis Apoſtolicae perceptione damnarat, communione ſociaſſe: nec ei credi iam externae communionis effecto, vel pro ſua, vel pro illorum, vel pro Petri defenſione iam poſſet, cui ſe prius miſcuerat, nefando conſortio, feceratque ſe cum eius cauſſa ſine dubitatione communem? Cui examinatione praemiſſa, & legitima ſi ita eſſet, purgatione ſuſcepto, regulariter miſceretur. Sed cum eodem nondum legitime diſcuſſo atque purgato communione ſociatus, quam adhuc reo ſe miſcuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam cum Acacius nullo priuilegio fulciretur, vt de ſecunda (e) ſede poſſet ferre iudicium, non potuit iure quemquam damnare. Simili modo, niſi primae (f) ſedis auctoritate percepta, nec examinandi Petri ius habuit, nec recipiendi penitus poteſtatem. Quo regulariter conſtituto, nec apud nos Petro vllatenus abſoluto, quem damnaſſe nos nouimus, examinaſſe vel abſoluiſſe neſcimus: reſtat, vt illud etiam monſtremus, eundem Petrum, quem ſe purgatum communione recepiſſe praetendit Acacius, nunquam ab haereticae communionis contagio ceſſaſſe: ac non ſolum ipſo tempore, quo communicauit Acacius, ſed etiam poſt communionem praeuaricatoris Acacii, ſemper Alexandrinum Petrum in haereticorum collegio perduraſſe. Atque ita & per hunc Acacium perfidae communionis ſuſcepiſſe contagium, & per eamdem illis haereticis, quibus Petrus communicabat, eadem peſte coniunctum. Qui praeſumſit non ſeruato ordine Petrum ſuſcipere, nec examinatum eum, nec cognoſcitur recepiſſe purgatum: & ideo praeter ſedis Apoſtolicae notitiam, non legitimam ſibi eius receptionem vſurpare voluiſſe, vt examinationem eius & purgationem poſſet pro ſua voluntate mentiri, atque eum nec examinatum nec reciperet omnino purgatum. Quem ſi reuera vellet examinatum purgatum recipere, ordinem in eius examinatione & receptione potius cuſtodiſſet, ne videretur magis, quam veraciter poſſet iure purgare. Sicut ergo ante non prius damnauit, quam & referret, & poſceret Apoſtolica poteſtate damnandum: ſic & in recipiendo modum ſeruare debuiſſet, vt priusquam ſe ei communione miſceret, per ſedem Apoſtolicam poſceret examinari eum, & legitima ratione purgari: cum nec examinandi aut recipiendi eum haberet ipſe pontificium, & non niſi per illius ſedis auctoritatem conſenſumque hoc poſſet implere, ſine cuius auctoritate eum non potuerat ipſe damnare, & cuius principali diligentia, & diſcuti potuit, & purgari, & ad communionem conuenienter admitti. Cum enim conſtet, ſemper aut Apoſtolicae ſedis auctoritate huiusmodi perſonas aut diſcuſſas, vel eſſe purgatas, aut ſic ab aliis quibus competebat Epiſcopis abſolutas, vt tamen abſolutio eorum ex ſedis Apoſtolicae conſenſione penderet: vbi

(c) Calandio Antiochenus.
(d) Joann. Talaia Alexandrinus.
(e) Alexandrina.
(f) Romanae.

vbi vtrumque defuit, nec discussionem legitimam, nec purgationem firmam ac per hoc receptionem fuisse constat indebitam. Si tu absque mea communione Petrum iudicasti esse catholicum, meque despecto tuo cum iure recepisti, quid causaris, si illum ego a communione mea, quam tu voluisti contemptam tanquam absque tua notitia vel consultatione repulerim? Vis adquiescere? meus est, non vis adquiescere? non es meus. Qui enim mecum non est, contra me est: & qui mecum non colligit, spargit. Quaero abs te: Petrum haereticum fuisse putas, aut catholicum, an ab haeresi postea esse correctum? Si haereticum, nullatenus eidem communicare debuisti, & eidem communicando, haeretici te manifestum est factum fuisse participem, & eius consequenter ex Synodi tenore veniente damnatione constringi. Si catholicum, palam totius dogmatis es defensor, quod catholicum esse pronuntias. Ac nihilominus illius errore censeris, si haereticum fuisse definias, sed postea correxisse praetendas, eique te purgato communicasse pronunties. Interim in cuius persona me negligendum esse credidisti, causari non potes, quod in hac eadem te eius persona neglexerim. Deinde cum sine me ius non habueris, vel absoluendi, vel recipiendi huiusmodi rite personam, nec purgatam legaliter, nec regulariter constat esse. Quam regulariter non acceptam, tam legaliter non constat esse purgatam, & ideo non iure purgatam, quia legaliter non receptam. Mea enim in illum manente sententia, te sine me pontificium, vt meam sententiam resolveres, non habente, qua potestate vel discussus est, vel qua auctoritate receptus adseritur? Ecce interim in his causa vestra nutat & labitur: & si haec sola fuit, prorsus tota subruitur. Sed est adhuc aliud, quod ad cumulum nostrae conuictionis accedat. Quid enim si doceatur, nonsolum priusquam in eius communionem veniretis, neque tantummodo, cum ad eius communionem venistis, sed etiam postea in haereticorum nihilominus eum communione durasse: nonne aut per illum apud nos communio veniebat haeretica, aut in haereticam communionem vos eius commercio transiebatis? Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri vnquam communione desiisse, & non vsque ad diem cum Antiochenus Petrus in hac versatus est, indiuiduum vtriusque fuisse consortium. An dicturi estis & Antiochenum Petrum fuisse correctum, cui vsque in finem se non communicasse gloriabatur Acacius? Sed quid profuit, quod illi per se ipsum communicare non voluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum sine vlla se communicare putaret inuidia? Quid facimus de tot tantisque ciuitatibus, ex quibus catholici pontifices sunt repulsi? Si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt reiecti? Sed euidenter apparet, quia cum catholici sunt reiecti, catholici non sunt subrogati? Restat vt catholicis haeretici quicumque successerint. Cur eis temere communicastis? cur non, vt ista noua facies rerum, & tanta tragoedia de pontificum successione viuentium a Synodo discuteretur egistis? An de vno dolet Acacio, quod speciali Synodo fuerit non confutatus, cum proprium crimen suis litteris ipse detexerit, nec audiri debuerit iam sponte confessus: & de tantis pontificibus catholicis non dolet sine vlla discussione seclusis? Qui vtique, si catholicos nossent, eos, quorum communionem vitauerant, his potius communicare maluissent, quam non communicantes eis dura persecutione depelli. Ecce tanti catholici sacerdotes in hoc ipso se indicant, qui Apostolica sedes censuerit cognouisse, constanterque probasse retinendum, quod communionem catholicam reseruantes, & eos, qui Apostolicae sedis communicarent, elegere consortes; & illos, quibus sedes Apostolica decreuerat, minime communicare, vsque ad persecutionis incursus renuere consortes. Certe quae sedes Apostolica decreuerat, Orientalibus Episcopis non innotuisse iactatur. Vnde ergo tot tantique pontifices vnum idemque cum sede Apostolica sentientes, eamque probantes apta religioni sacrosancta veraque sanxisse, quae non solum sequenda sibi iudicarunt, sed etiam vsque ad persecutionem viriliter exerenda? Ecce habuistis qui Apostolicae constitutionis, & notitiam nobis ingererent, & retinendi constantiam ministrarent. Si Apostolica sedes misisset, vix duos aut tres dirigere potuerat. Ecce tot pontifices, Apostolicae sedis scita sectantes, ingerunt vobis notitiam, & praebent seruandae veritatis exempla. Qui contra tantos clausistis oculos ibidem constitutos, quomodo duo aut tres audire possetis. Hoc ipso sine dubio cognouistis illos Apostolicae sedi placere, quod vos displicere videbatis. Aut illos ergo sectamini, per quos intelligebatis sedis Apostolicae voluntatem: aut nihil est, quod de ignorantia velitis obtendere, cum indiciis tantis & talibus abutentes, sedis Apostolicae constituta tantis testimoniis praedicantibus, respuere potius quam recipere maluistis. (g) Nunquid omnes isti, quos memorauimus Episcopi Imperatori mentiti sunt? nunquid omnes Imperatoris nomen ex diptychis abstulerunt? Cum igitur pellerentur, & viuis pontificibus catholicis successores haeretici crearentur, & non de inferioribus quibusque ciuitatibus, sed etiam Metropolitani pontifices, in catholica iugiter communione durantes, cur compassi non estis tantis vestris? cur non adistis Imperatorem? cur non Ecclesiae causam, & sacerdotii miserabilem decolorationem continuatis vocibus defleuistis? allegantes * nunquam de pontificibus nisi Ecclesiam iudicasse: non esse humanarum legum, de talibus ferre sententiam

Matth. 12, 30.

(g) Hoc praetextu Ioan. Alexandrinus eiectus an. 487. & Calendio Antiochenus an. 483.

* *D. 96. Nunquam*, de Pontificibus.

tiam absque Ecclesiae principaliter constitutis pontificibus: obsequi solere principes Christianos decretis Ecclesiae, non suam praeponere potestatem: Episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare. Quibus Ecclesiae Conciliis, qua Synodo pellerentur: quid denique commisissent, vt sine vlla discussione rerum, tot Ecclesiarum praesules pro humano libitu, & saecularis potestatis arbitrio pellerentur. Inauditos, indiscussos, inconuictos non debere percelli. Maxime cum nouae causae, & noua rerum facies appareret, vt rectores isti plebium repentinis incursionibus, pro mundanae potentiae voluntate, sacris dignitatibus priuarentur. Ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatus, nec participio cuiuslibet erroris iam ante damnati, teneri eos conuincique consortes, vt tanquam ex praeterita definitione iudicarentur obstricti. Et ideo, quia nullis ante praecedentibus causis retenti essent, cur eiicerentur, incursus qui illi essent, debere monstrari, & Ecclesiasticis legibus, vt semper, oportere constare. Saltem vel pro vestro loco illorum duceretis miseriis consulendum, formidantes in verbis quod in aliis cerneretis, praeter vllum morem violenter admitti. Si crimine respersi erant aliquo, Ecclesiastica debuit examinatione cognosci. Taceam & ad sedem Apostolicam ex more deferri, ne nostra priuilegia curare videamur. Satis sit ostendere, quid secundum regulas, & patrum canones facere deberetis, (h) praecipue cum etiam ipsae leges publicae, Ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas nonnisi ab Episcopis sanxerint iudicari. Si vero de qualibet haeresi fuerant impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui & secundum religionis tenorem ista discutere, & haberent pristinum, ex quo est Christiano religio, pontificium iudicandi. Aut catholici enim erant, aut haeretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur, & latrocinia detestanda saeviebant. Si haeretici, prodi, discuti, & legitime conuinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus, vel aliorum vocibus confutari. Taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum, tantumque commoneo quid fieri Ecclesiastico iure conuenerat. Si vero catholici probabantur, vos, qui non solum in eorum depulsione cessistis, sed etiam subrogatis communicare delegistis, indubitanter haeretici. Qui depulsis catholicis secedentibus, non ignorastis causam fidei communionisque catholicae per tantos Antistites toto orbe patefactam: sed plane scientes volentesque, sine vlla discussione rerum, sine vlla Synodali examinatione, sine vlla sedis Apostolicae reuerentia, assensistis haereticis, libenter habentes, patienterque sinentes, catholicos Antistites inaudita prius & miserabili sorte detrudi. Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad Apostolicam sedem, secundum scita maiorum, & sicut semper est factum, referre debuistis: sicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro (i), de Ioanne (k) & Paulo (l) fecisse monstratur Acacius. Sed quoniam noueratis eos cum Apostolica sede sentire, & qui sedes Apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales Episcopos constat Orientales Antistites nullatenus ignorasse, & vos catholicae atque Apostolicae communionis prodiisse contrarios, & ab eadem defecisse, cum non illis estis passione coniuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi. Hic nobis Synodus nunquam venit in mentem: & certe de personis, vt dictum est, nulla veteri lege constrictis. Hic nullo consilio, non vnius vrbis vel vnius Episcopi, sed totius Orientis Ecclesias, subiit animum vestrum facto sacerdotali Concilio debere curari. Sed homines, qui in contrariam partem toto proposito, & toto recesseratis affectu, Concilio potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur, quo nobis, rebus euidenter ostensis, & legitime confutatis, in haereticorum non liceret venire consortium. Quid igitur de ignorantia praetenditis, cum per totum Orientem catholicam fidem communionemque sinceram sedi Apostolicae congruentem, non solum cognouisse tot Pontifices videbatis, sed etiam vsque ad extremum constantissime defendisse? Si nos non audieratis, quid de fide & communione catholica atque Apostolica censeremus, illos adspicere debuistis, & aut sequi, si credebatis esse catholicos, aut apud Apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse. Quid illos iuvat vel suo proposito illam tenuisse sententiam, aut cognoscendo quid sedes Apostolica definiret? Aut igitur collegas & fratres de proximo in conspectu vestro, vel catholicos sequi debuistis, vel impetere si credebatis errare: nec illis, a quibus nullo discrimine vexabantur, praebere consensum, donec veritas ex omnibus patefacta constaret, & regulariter de eis Ecclesiastici iudicii forma procederet. Sin vero sedis Apostolicae regulam subsequendo perspiciebatis illos hanc tenere constantiam, consequenter per illos, & quid nostra definitio contineret, non habuistis incertum: & illorum persecutoribus annuendo, a sedis Apostolicae, non ignorantes eius sententiam, consortio retrocessistis. Et adhuc dicitis ignorasse vos quid sedes apostolica censuisset, cum ab illis sacerdotibus in catholica fide & communione pollentibus, non verbis & literis, sed praesentibus personis, didiceritis vniuersa, & ab eadem vos proprio iudicio separasse videamini. Dicitis etiam Synodum, in vnius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis? Quibus autem vultis, vt de talium causarum relatione credamus? catholicis an haereticis? ab omni haereticorum

(h) Cod. Theod. *de Episcopis l.* 23. 41. & *appendicis cap.* 15.
(i) Mongo. (k) Gnapheo. (l) Apameno.

ticorum contagione discretis, an haereticorum communione pollutis? Quis autem non videat, illos esse catholicos, & ab omni haeretica peste prorsus alienos, qui propriis vrbibus detrusi, et in exilium redacti: & eos, qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes? Haec pestis apud eos hodieque perdurat. Siquidem & cum Petro Alexandrino, & cum Antiocheno Petro, indifferenter ii, qui catholicis successerant, communione permixti sunt, & successoribus vtriusque Petri hodieque miscentur. His adde etiam illos, qui licet catholicis non successerint, sed dum catholici pontifices haberentur, talium se communione iunxerunt. Haec illa mixtura, haec est illa confusio, quae per Orientem totum inter catholicam haereticamque communionem nulla discretio est: immo qui discerni temptauerit, potius habetur haereticus, persecutione percellitur, exiliis & afflictione multatur. Restat ergo, vt in hac colluione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, sincerae communionis, & ideo catholicus comprobatur: ita quisque illius detestandi commercii particeps inuenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque Apostolica sit remotus. Nec praetendat quisquam, quod alieni forsitan euidentiori non communicasset vel communicare videatur haeretico. Quid enim iuuat, si illi non communicet, & his tamen communione iungitur, qui ab illius non sunt communione diuersi? Quod si eorum nulli communicauit, vel non omnino communicat, hic erit ille sincerae, catholicae, Apostolicaeque communionis & fidei, alioqui nullo modo poterit indiscretae illius mixtionis insincerum vitare contagium. Hoc modo etiam vir ille bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam communicare iactabat, per alios sine ambiguo communicasse detegitur. Neque enim ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communione suspendit. Ac per hoc quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices subsiciuae communionis nectebatur? Alexandrino Petro communicauit Acacius. Sed donec aduixit Antiochenus Petrus, qui vtique post Acacianum cum Petro Alexandrino foedus initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum, ceterorumque in catholica fide durantium, nec conscientiam latere potest totius Orientis. Et vt taceam, quod per ipsum Zenonem Imperatorem, qui vtique Antiocheno Petro, quem introduxerat, & cuius sacerdotium comprobauerat, sine dubio communione permixtus, communicabat Acacius: plurimos diuersarum vrbium Praesules possumus demonstrare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nihilominus communicabat Acacius, & per illos Antiocheno communicabat consequenter & Petro. Sed haec apud Graecos facilis & inculpabilis putatur esse commixtio, apud quos nulla est veri falsique discretio; & cum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. Hic autem est ille Petrus Antiochenus, quem nec per poenitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a sede Apostolica poposcit Acacius. Ac per hoc queruntur a nobis Acacium fuisse damnatum, cum hac professione praemissa, & per infectos Antiocheni Petri recepta communione, se doceatur ipse damnasse. Vbi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes pontifices Orientales, qui pari modo in haec cecidere contagia, meritoque simili damnatione tenentur obstricti, nec inde possint vllatenus expediri, nisi dum supersunt a talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis nisi illis credere, aut omnino se sciunt ab huius perfidiae nexibus diuino beneficio seruare discretos, aut his, qui a perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis, quam fidem pro sincerae communionis testificatione possumus adhibere, qui in sincera communione sunt polluti? Nec eorum testimoniis niti pro veritate poterimus, qui impugnare non verentur falsitatibus veritatem. Restat vt non nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi.

EPISTOLA X.

Vigilii Papae Encyclica ad vniuersam Ecclesiam.

Exponit causas secessus sui ad S. Euphemiam, & quid ibi egerit cum legatis Iustiniani: simulque fidei suae confessionem interserit.

Vigilius Episcopus Ecclesiae catholicae vrbis Romae vniuerso populo Dei.

Dum in sanctae Euphemiae basilica graui laborantes aegritudine detineremur, piissimus atque clementissimus Imperator, Dominicorum die, id est, V. Kalendas Februarii, gloriosos iudices suos ad nos destinare dignatus est, id est Belisarium & Cethegum Exconsules, atque patricios, nec non & Petrum Exconsulem patricium atque Magistrum, sed & Iustinum Exconsulem & Curopalatii, & Marcellinum quaestorem: qui nobis dicerent, vt sacramenta percipere deberemus, & de sanctae Euphemiae Ecclesia ad ciuitatem regiam remeare. Quibus tale dedimus Deo adiuuante responsum, dicentes: Nos quidem in hanc basilicam pro nulla pecuniaria vel priuata causa confugimus: sed pro Ecclesiae tantum scandalo, quod iam in toto mundo pro peccatis innotuit. Et ideo, si causa Ecclesiae ordinatur, vt pacem eius, quam auunculi sui piissimus princeps fecit temporibus, & modo restituat, ego sacramentis

tis opus non habeo, sed statim egredior. Si autem causa Ecclesiae finita non fuerit, item sacramentis opus non habeo: quia nunquam de sanctae Euphemiae basilica exire dispono, nisi scandalum ab Ecclesia Dei fuerit amputatum. Nam posteaquam edicta sua piissimus princeps iussit appendi, omnibus Episcopis diuersarum partium, sed & presbyteris atque diaconibus, nec non & clericis Constantinopolitanae Ecclesiae ad nos venientibus, in Placidiana domo, antequam ad Sancti Petri confugeremus basilicam (a), facie ad faciem ita locuti sumus. Rogate piissimum principem, vt edicta sua, quae praecepit appendi, remouere dignetur, & constitutum commune, debeat exspectare, id est, vt scandalizati Episcopi Latinae linguae ad Synodum veniant, aut certe, remota omni violentia, suas scripto declarent sententias. Quod si forte preces vestras audire noluerint, vos nulli rei praebeatis assensum, quae ad diuisionem tendit Ecclesiae, nec contra constitutum comminatione aliqua veniatis. Quia si hoc forsitan, quod non credimus, feceritis, noueritis vos ex praesenti die, vt praeuaricatores a beati Apostoli Petri sede per ministerium vocis meae communione suspensos. Et quoniam his actis non solum ea, quae commissa fuerant nullomodo sunt correcta, sed etiam ex aliis causis die ipso, in praeiudicium regularum Ecclesiasticarum, vel iniuriam sedis Apostolicae, peiora praesumpta sunt, nec vlterius eos communionis nostrae permisimus esse participes, nec adspectus eorum, post tot praeuaricationes, nostri oculi receperunt. Ea enim, quae verbo de memorata excommunicatione cunctis Episcopis, presbyteris, & diaconibus, aliisque clericis Constantinopolitanae Ecclesiae voce publica dixeramus, postea etiam die XIX. Kalendarum Septembrium * nuper praeteritarum, in beati Petri basilica in Ormisda scripto firmauimus, in quo etiam illum, (b) qui sub habitu Episcopali lupi rapacis dominico gregi semper tetendit insidias, & adsumens totius ducatum scandali, vniuersalem Dei perturbabit ac perturbat Ecclesiam, de Episcopatus ordine deponentes damnauimus: alios vero, qui superius memorati sunt, a communione suspendimus. Sed ob hoc hactenus paginam ipsius damnationis proferre noluimus, quoniam & clementissimum principem pro tali ac tanto scandalo ea, quae facta sunt, diuini consideratione iudicii, reuocare confidimus, & praedictis omnibus oportebat nos spatium poenitentiae reseruare, imitantes beatum Petrum, cuius sedem tenemus, etsi immeriti. Chartam vero ipsam excommunicationis, atque damnationis, cuidam Christianae personae tradimus conseruandam, vt si forsitan hi, qui excesserant, nullo modo corrigere voluissent, aut si nobis vis aliqua irrogaretur, siue quaelibet inquietudo fieret, vel certe humana sorte transitus de hac luce contingeret, mox eam in celeberrimis locis proponeret, quatenus eius notitia Christianis omnibus patefacta seruaretur in posterum. Dum haec autem praefatis Iudicibus diceremus, rogauimus & coniurauimus eos, inuocato omnipotentis Dei iudicio, vt clementissimo Imperatori hoc quoque ex nomine nostro suggererent, quia illis, qui a nobis excommunicati sunt, in quibus & is, quem praediximus est, communicare non debet, ne graue, quod absit, peccatum incurrat. His ita se habentibus, per magnificum virum Petrum Referendarium die pridie Kalendas Februarias quaedam charta nobis est allata, quam a clementissimo principe nullomodo credidimus destinatam, quia nec fuerat pietatis eius manu subscripta. Et dum memorato Referendario diceremus, vt in ea subscriberet, diemque, quo ab ipso fuerat allata, pariter designaret, omnino refugit hoc facere: quae res suspicionem nostram, quia charta ipsa a piissimo principe nesciretur, aperte firmauit. Tantis enim a veritate sepositis rebus, atque iniuriis probatur esse plenissima, vt hanc imperialis oris nunquam credatur mansuetudo dictasse. Maxime contra illius primi Apostolorum vicarium, cuius olim reuerentiae se frequentibus scriptis professus est debitorem. Memorata autem charta licet per se nullas vires obtineat, tamen contra eam ad singula, Deo iuuante, veraciter atque simpliciter respondetur: quatenus eius falsitas, quae sapientibus viris semper est odiosa, a cunctorum animis plenius excludatur. Nunc autem omnibus hominibus hoc quoque curauimus indicandum, quoniam nos ad sanctae Euphemiae basilicam sub magno timore atque anxietate discessimus. Nam cum ad beati Petri basilicam in Ormisda fundatam Augusto mense nuper praeterito fugissemus, nullum latere confidimus, quia cum in eadem Ecclesia a comitatu Praetoris, cum multitudine armatorum militum veniente tanquam ad bellum instructa acie, a sancto eius altare tracti pedibus traheremur, tenuimus, & super nos etiam ipse altaris mensa ceciderat, nisi clericorum nostrorum fuisset manibus sustentata. Postea vero, dum nobis dicitur, quod exinde nisi sacramenta voluissemus accipere, sub omni violentia trahemur, & memorati Iudices a piissimo Imperatore directi voluissent nobis sacramenta praestare, indiculum dedimus, per quod dari personae nostrae scripto petiuimus iusiurandum. quod clemens princeps non quale nos voluimus praeberi concessit, sed quale ipsi placuit, per iudices suos dandum esse dictauit. Et dum saepe dicti Iudices posito indiculo super altare & cataracta beati Petri Apostoli, & super crucem, quae de ligno passionis Domini habet inclausum, sed & super claues beati Petri Apostoli praestitissent corporale iusiurandum, ad Placidianas, tanquam nihil mali vlterius

(a) *In Ormisda*, dictam.
* An. 557.
(b) Theodorum Caesariensem Episcopum intelligit.

vlterius patientes, ſecundum piiſſimi principis rediuimus voluntatem. In qua dum multa mala intolerabilia ſaepius pateremur, quae iam omnibus nota eſſe confidimus, praedictos Iudices tam verbo, dum ad nos ſaepius a clementiſſimo fuiſſent principe deſtinati, quam etiam ſcriptis, ſemel, ſecundo, & tertio credidimus conteſtandos, vt ſacramenta, quae dederant, conſeruarent, & piiſſimo Imperatori ſuggererent, quales nullas inquietudines atque moleſtias, ſicut nobis iuratum fuerat, pateremur. Dumque nihil noſtra toties vel verbo vel ſcripto conteſtatio profeciſſet, ſed diebus ſingulis peiora etiam pateremur, ante biduum Natalis Domini per nos ipſos agnouimus, & auribus noſtris audiuimus, quia per ſingulos memoratae domus cuſtodiremur ingreſſus: ita, vt illi, qui nobis ponebant inſidias, a noſtris hominibus plurimis viderentur, & eorum clamores in cubiculo, vbi manebamus, nocte, qua diſceſſimus, audiremus. Quo facto, cum ſub graui deſperatione nocturnis horis, maximi & pauoris aegritudine teneremur, diffugimus, ſicut locus ille poterit cunctis hominibus indicare, nam ſi circumſpiciatur, quale quantumque diſcrimen metu faciente deſpeximus, vt per paruam maceriem fabricantium tranſire compediti dolore nimio in nocturna obſcuritate poſiti cogeremur, tunc poterit euidenter agnoſci, quanta nobis fuerit temporis pro ſola Eccleſiae cauſa neceſſitas, aut quanta cuſtodia, quae nos ſub tali diſcrimine coëgit diſcedere. Sed ne quis forſitan, vt eſt peruerſorum hominum malitia, de praedicatione noſtra religioſis animis, ac Deum timentibus, aliqua mentiatur, fidei noſtrae praedicationem huic paruae relationi malorum, quae pertulimus, credidimus ſubiungendam. Sciant igitur vniuerſi, nos illam fidem praedicare, tenere atque defendere, quam ab Apoſtolis traditam, & per ſucceſſores eorum violabiliter cuſtoditam, reuerenda Nicaena Synodus CCCXVIII. patrum ſancto ſpiritu ſibi reuelante ſuſcipiens redegit in ſymbolum: ac deinde tres aliae ſanctae Synodi, id eſt Conſtantinopolitana & patrum ſub piae memoriae Theodoſio ſeniore principe facta, & Epheſina prima, cui beatae memoriae Papa Caeleſtinus deceſſor noſter, & Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus praeſederunt: ſed & Calchedonenſis DCXXX. patrum, quae ſub piae memoriae Marciano Imp. conuenit, cuique ſanctae recordationis deceſſor noſter Papa Leo per legatos ſuos vicarioſque praeſedit, & prout diuerſarum haereſum damnanda exigebat aduerſitas, eandem fidem vno eodemque ſenſu atque ſpiritu declarantes latiſſime ediderunt. Hinc eſt quod Deus noſter contra errorum huiuſmodi feritatem paſtorale caelitus armauit officium, quod beatiſſimo Petro Apoſtolo trina praeceptione commendans ait: Paſce oues meas: & *Joh. 21. 17.*
recte illi paſcendarum eſt cura commiſſa, cuius fidei praeclara confeſſio Dei eſt ore laudata: Confitenti enim ſalutariter, ac dicenti: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. perennis beatitudo *Matth. 16. 16.*
rependitur, & columbae filius vocitatur, & claues regni caeleſtis accipit. Interrogante ſiquidem Domino, quem cum dicerent eſſe filium hominis, eumdem ipſum hominis eſſe Deique filium, ſub mirabili interrogationis reſponſioniſque breuitate confeſſus eſt: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Sacratiſſimae ſcilicet myſterium incarnationis eius aperiens, dum in *Ibid.*
vnitate perſonae, ſeruata geminae proprietate naturae, homo idemque Deus, & quod ex matre ſemper virgine ſumpſit in tempore, & quod natus eſt ex patre ante ſaecula, permaneret. Inconfuſe autem, & indiuiſe, atque inconuertibiliter atque ſubſiſtentialiter vniens ſibi carnem Deus verbum Emmanuel noſter, qui lege & prophetis adnuntiantibus exſpecta- *Eſa. 8.*
batur, veniebat. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, totus in ſuis, totus in no- *Ioh. 1.*
ſtris aſſumens ex vulua carnem cum anima rationali & intellectuali: & ſicut ſcriptum eſt: *Leonis Epiſt. 6.*
aedificans ſibi domum, tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, ineffabili ſalutarique *Prou 9. 1.* *Pſ 18. 6.*
myſterio, qui in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, *Joan. 1.*
incarnatus Deus Dei filius ex ſpiritu ſancto, & ex beata Maria ſemper virgine humanitatis ſumpſit initium, vt nos aeternitatis ſuae faceret haeredes, noſtrae conſors dignitus eſt eſſe naturae, vt nos ſuae immortalitatis faceret eſſe participes. Pauper factus eſt, cum eſſet di- *2. Cor. 8.*
ues, vt eius inopia ditaremur, omnia quae noſtra ſunt euacuato noxarum noſtrarum chiro- *Col. 2.*
grapho condonauit, ſicut vas electionis edocuit: *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe aequalem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitu-* *Philip. 2.*
dinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſe factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Id peragens tam inſcrutabilis myſterii & diſpenſationis arcano, vt mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus maledicto, quo primus homo terrenus *1. Tim. 2.*
mortis vinculis tenebatur adſtrictus; ſecundus homo caeleſtis, dum mortem morte calcaret, *1. Cor. 15.*
abſolueret. Paſſus carne eſt pro nobis filius Dei, crucifixus carne eſt, mortuus carne eſt, & die tertio reſurrexit, vt diuina impaſſibili permanente natura, & carnis noſtrae veritate ſeruata, vnius eiuſdemque Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti & paſſiones & miracula fateamur. Vt glorificationem capitis noſtri totius Eccleſiae corpus adſpiciens, quales primitias in capite noſtro id eſt in Chriſto Deo ac domino intueretur ex mortuis, tales in his, qui eius membra ſunt in futurae gloriae praeſtoletur aduentum. Ipſe igitur redemtor noſter ſedet ad dextram patris, vnus idemque ſine confuſione vtriuſque naturae, ſine diuiſione perſonae, & ex duabus atque in duabus creditur permanenſque naturis, inde venturus iudicare viuos ac mortuos. Pater autem cum eodem vnigenito filio & ſpiritu ſancto, vnus eſt in deitate, & aequalis indiſcretaeque naturae. Huius fidei plenitudinem Dominus noſter poſt

reſurre-

Matth. 18, 19. resurrectionem mandauit Apostolis dicens: *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti.* In nomine, inquit, dixit, non in nominibus, vt in quibus vna virtus, vna potestas, vna deitas, vna aeternitas, vna gloria, vna omnipotentia, vna beatitudo, vna operatio est, vnaque natura, vnius quoque nominis existat integritas. Nihil in deitate quippe discretum est, cum tantum personarum proprietas manifesta distinctione signetur. Totum ergo quod Trinitas est, permanet consubstantialis & indiscreta diuinitas. Hanc fidem a me sub breuitate narratam, doctrinae propheticae atque Apostolicae congruentem supra scriptorum patrum latius explanauit assertio, cum sicut diximus aut haereticorum infestantium conuinceretur aduersitas, aut rectorum dogmatum efficaciter declararetur auctoritas. Hanc quoque fidem praefatarum quatuor Synodorum, sed & beatorum decessorum nostrorum epistolis de fidei integritate conscriptis, continet laudanda confessio: quae doctrinae sedis primi Apostolorum per omnia probetur adsimilis, & nulla ex parte discordans. Huic ergo fidei, vel omnibus, quae in supradictis quatuor Conciliis a sanctis patribus nostris definita sunt, contradicentes haereticos condemnamus, id est: Arrium, Macedonium, Eunomium, cum dogmatibus suis, & omnes, qui errori eorum consenserunt atque consentiunt. Anathematizamus Paulum Samosatenum, Photinum, Bosonum, atque Nestorium cum nefariis doctrinis suis, & quicumque eorum blasphemiis praebent aut praebuerunt aliquando consensum. It. anathematizamus Valentinum, Manichaeum, Apollinarem, atque Eutychetem, simul Dioscorum defensorem, cum exsecrabilibus commentis, & praedicationibus suis, & omnes, qui erroribus eorum vsque in die mortis suae implicati manserunt. Sed si quos haereticos nominatim omisimus, in cuiuslibet erroris morbo pollutos, & vsque ad suam exitum permanentes, cum propriis erroribus condemnamus, abiicimus, atque respuimus: solam fidem catholicam, quam in supradictis quatuor sanctis Conciliis ab Apostolis traditam susceperunt, & suis expositionibus declaratam per successores suos vsque ad nostra tempora transmiserunt, inuiolabiliter operante gratia Domini custodimus. Et quoniam nullus Christianorum vsque ad praesentem diem gestarum rerum incertam debet habere notitiam, etiam quae post tantae relationis supplementum facta sunt simili ratione narramus. Dum hesterna die, id est Dominicorum, qui fuit pridie Nonas Februarias *, magnificus vir Petrus Referendarius ad nos cum mandatis clementissimi principis remeasset dicens: Quando vultis vt veniant Iudices, & vobis praebeant sacramenta, quatenus de hac in qua residetis Ecclesia egredi debeatis, & securi ad regiam ciuitatem remeare? ita ei publica voce respondimus: Et per gloriosos iudices palatii, sicut praefati sumus, cum quibus & tua magnitudo ad Sanctam Euphemiam venerat, quae superius sunt dicta mandauimus, & nunc per te denuo clementissimo principi haec dicimus suggerenda **. Nos ad pietatem tuam festinantes ante septem annos de ciuitate nostra sic egressi sumus, vt nulla haberemus negotia. Nunc quoque suggerimus, & rogamus pro pace, quam per pietatem tuam pridem Deus donauit Ecclesiae, vt eam nullorum hominum turbari amplius insinuatione permittas: nec auctorem totius scandali Theodorum, vltra vexare fidem catholicam patiaris. quoniam ante sex menses *** a nobis inter alios communione sacra priuatus est, & ab Episcopatu pro sua prauitate depositus, per eam videlicet paginam, quam adhuc pro mansuetudinis vestrae intuitu, & spe conuersionis eius, sicut dictum est, publice proferre distulimus. Illud etiam pari modo per magnitudinem tuam eius auribus intimamus, quia de caussa Ecclesiae per te nullum possumus dare responsum, ob hoc quod quaedam, quae tibi dicimus nuntianda eius clementiae, profiteris te non posse suggerere. Et ideo si directis duobus Iudicibus, quorum nomina tibi in praesenti prodidimus, sacramenta praestare dignetur, vt post haec sine metu periculi fratrem nostrum Datium Episcopum Mediolanensis Ecclesiae, vel alios, quos cum eo transmiserimus, loco nostro suscipiat, parati sumus dirigere, vt per eos de Ecclesiastica causa quaecumque mandauimus, veraciter innotescant. Siquidem Ecclesiae causa nulla sacramenta nobis dari deposcimus: sed mox pro gratiarum actione eius occurrimus pietati, quia nihil aliud est, quod praeter scandalum nos Deo adiuuante perterreat, vnde amplius in sanctae Euphemiae basilica sedeamus. Supplicamus enim Deo nostro, & precibus indefessius optamus, vt per eum sublata dissensione pax, quam piae memoriae auunculi sui (c) fecit ipse temporibus, reparetur Ecclesiae. Nam si vlla prouenerit vltra dilatio, nos necesse est causam modis omnibus definire, quia neque proximos, neque alios parentes, aut quamlibet substantiam, animae nostrae, vel piissimi principis opinioni praeponimus. Data Nonis Februarii, imperante domino Iustiniano P. P. Aug. anno XXV. Post Consulatum Basilii V. C. anno X. ****

---

* Anno 552.
** An. 546. Nou. 22. ex Ecclesia S. Caeciliae abductus.
*** An. 551. Aug. 14.
(c) Iustini An. 519.
**** Anno 552.

INDEX

INDEX CONSTITVTIONVM

quae in Appendice Codicis Theodosiani continentur.

INDEX
EPISTOLARVM CONCILIORVM ITALIAE.

INDEX
EPISTOLARVM ROMANORVM PONTIFICVM.

)o(

ADDENDA ET EMENDANDA.

In Notitia Dignitatum. Pag. 9. colum. 2. lin. 33. lege, *apud Gruterum MCII*. 2. male expressum, *Gruterum mea* 2. Pag. 29. colum. 1. lin. 30. lege, *d. l. 16.* & iterum lin. 35. *d. l. 16.*

In Prosopographia, Voc. Ablauius, pag. 35. lin. 14. lege, *de episcopali iudicio*. Pag. 36. colum. 2. voc. Aetius, lin. 34. lege, *virum oculatissimum*, male enim editum, *auum oculatissimum*. Pag. 37. colum. 1. voc. Albinus, lin. 48. lege, *Valentiniano AA.* & dele punctum intermedium. Pag. eadem, colum. 2. in marmore adducto, lege, FALTONIVS, & mox, ALYPIVS. Pag. 39. colum. 2. voc. Anthemius, lin. 4. lege, ἄλλοι μὲν. Pag. 40. colum. 1. voc. Antonius, lin. 60. lege, κηδέςης, & lin. 64. βασιλέως θέιον. lin. 65. scribe, *sed vocem*. Colum. 2. ead. pag. voc. Apronianus, lin. 62. lege, *schedis*. Pag. 41. colum. 1. lin. 23. lege, *Aproniamus*. Pag. 56. colum. 1. lin. 13. lege, *sub Theodosio Iunior*. Male editum, *Theodosio M.* & lin. 32. scribe, *A. D. 438.* lin. 35. *A. D. 438. & 439.* Pag. 64. colum. 2. lin. 54. lege, *Parei*. & lin 65. scribe, *Magnentius tyrannus*. Male editum, *Mgnetius*. Pag. 65. colum. 2. voc. Marcellinus, lin. 32. lege, μονοβίβλιον. Pag. 81. colum. 1. in fin. voc. Romulus, lege, *sub Constantio & Constante Cos.* male editum, *Coss.* Pag. ead. colum. 2. voc. Rufinus lin. 49. lege, *marmora*. Pag. 84. col. 2. lin. 42. ad notam de Sallustiis, adde, *Pagius*. Pag. 85. col. 1. lin. 55. voc. Secundus, lege, *Saturninus Secundus*. Lin 56. dele punctum post τὸ titulum. Et lin. 59. scribe, *esse eundem*. Pag. 89. col. 1. lin. 38. lege, *horrore*, pro *honore*.

In Annalib. Gall. Pag. 127. colum. 2. lin. 44. lege, *incuria*. Pag. 134. colum. 2. lin. 25. lege, *Lugdunenses*.

In Glossar. Pag. 141. voc. acrimonia, lin. 46. emenda, *Satyr. I. v. 121.* & lin. 49. *Satyr. V. v. 86.* & mox, *lotus*, pro *lautus*. Pag. ead. colum. 2. voc. Acucula, lin. 25. adde, *Metamorphos. pag. 146. Edit. Lugd. Bat. apud Ioan. Maire*. Pag. 144. colum. 2. voc. adsolet, lege, *ICtus leg. 43. D. de ritu nupt.* Pag. 145. colum. 1. voc. adterere, lin. 5. scribe, *leg. 4. de decuriis V. R.*

Pag. 146. colum. 1. voc. aequum, lin. 9. scribe, *quod aiunt, examine*, & lin. 14. lege, *cessit*, pro *cesset*. & laudatam *legem 20.* quaere in *Digestis*, est enim τὸ *ff.* omissum. Pag. ead. voc. aeramen, lin. 8. lege, *vocat aeramenta*. Pag. ead. voc. aetas, transposita sunt omnia, legendum enim est: ÆTAS. *Senium aetatis. L. 13. D. de tutelis: propter aduersam valetudinem, vel senium aetatis. Ædes aetatis senio concussae, l. 44.* &c. Pag. ead. colum. 2. voc. *affectiones*, lin. 2. lege, *sunt, qui alias*. Pag. 147. colum. 1. voc. agminalis, lin. 12. & sequentibus, iterum omnia male collocata sunt, legendum enim: *Horum mentio & l. ult. ff. 2. D. de munerib.* Φορβάδας *Graeci, dicunt* νομάδας, βοσκομένας, *vt Suidas explicat voc.* Φορβάδων. Φορβὰς ἵππος, etc. & lin. 18. *Sic apud eundem Suidam loc. cit.* Φορβὰς etc. Pag. 148. colum. 2. voc. animalia, lin. 3. lege, *cursui publico*. Pag. 149. post vocem annonarii, omissa vox ANNOSVS. Scribendum itaque, ANNOSVS: *Nisi forte annosa*. Pag. 151. colum. 2. voc. argutus, lin. 6. scribe, *argutum est celere, festinum*. Pag. ead. in fin. voc. as, lege, *integra solidi quantitas*. Pag. 154. voc. avtopractorum, lin. 12. lege, *spontaneus*. Pag. ead. colum. 2. voc. Beneficium, lin. 12. lege, *leg. 2. de iudiciis*. Pag. 155. colum. 2. voc. bonus, lin. 5. scribe, *si res diuidi coeperint*. Pag. 159. colum. 1. voc. castitas, lin. 6. lege, *opponitur leg. 4. ne quid publ. laetit. lib. 8. tit. 11.* Pag. ead. voc. cautus, illa lin. 5. *Priscarum legum*, etc. retrahenda sunt, ad vocem *cautio*. Pag. 166. colum. 1. voc. commonitorium, lin. 18. lege, *commonitoriis*. Pag. 168. colum. 1. voc. condita, lin. 60 lege, *depositio pecuniae*. Pag. 171. colum. 2. voc. consuetudo, male loca sunt disposita. Illa enim verba, *Hi quos curagendarios*, vsque ad *consuetudo appellauit*, pertinent ad finem articuli, & sub numero 3. collocanda veniunt. Pag. 175. colum. 1. voc. cruor, continetur etiam articulus, CRVSTAE VESTES, qui separandus est. Pag. 185. colum. 2. voc. dicatio, lin. 20. dele, *ad officium*, & paullo post, lege, *Numini*. Pag. 191. colum. 1. lin. 55. lege, ἘΛΛΕΙΨΙΣ. Pag. 200. voc. fidelis, lin. 1. lege, *fideles*, & mox, *titul. de apostat*. Pag. 203. col. 2. voc. frustratio, lin. 12. lege, *Glossae Philox.* Pag. 210. colum. 2. voc. improbus, lin. 2. lege, *de curios.* & coniunge sequentia, quae male separata esse obseruabis. Pag. 218. voc. inspectio, lin. 25. lege, *Tullium l. 16. Valerium lib. 1. c. 6.* Pag. 222. colum. 2. lin. 38. lege, IRE. Pag. 226. colum. 2. voc. lectio, lin. 8. lege, *ad eam legem plenius*. Pag. 241. voc. obsequium, lin. 21. lege, *Vegetium*. Pag. 246. col. 2. voc. peruasio, lin. 2. lege, *procurandum* est. Pag. 253. col. 1. voc. probare, lege, *l. 2. 5. de filiis*. Pag. 266. col. 1. voc. scansores, lin. 4. lege, *per quae*. Pag. 277. colum. 1. voc. summa, lin. 1. dele, *Praefectus Praetorio tenere dicitur*. Pag. 288. col. 2. voc. votum, lin. 10. lege, *communibus felix annus*. Saepius errasse in Glossario, & interpunctionem fere nullam obseruasse typotheras, obseruabunt lectores, cui tamen malo, ego propter absentiam medicinam afferre nullam potui.

Emendanda *in Nouellis*. Pag. 3. colum. 1. lin. 8. lege, *caligine*. Pag. 5. col. 2. lin. 6. lege, *ingenue fassum*. Pag. 7. not. e. in fin. lege, *Augusti* συμβασιλεύοντες. Pag. 27. col. 2. not. 1. transposita sunt verba, legendumque lin. 5. *cogerentur absentium Praetorum nomine, Censuales, ludos exhibere*. Pag. 31. col. 1. not. r. in fin. lege, *forsan volentibus*. Pag. 40. not. kk. lin. 14. ita emenda: *qua de re superius Nouell. 1. 2. & in primis l. 158. de decurionib. consuli possunt.* Pag. 45. not. dd. lin. 21. lege, *Saraceni*. Pag. 49. not. v. in fin. lege, *nouellae 4*. Pag. 53. col. 1. lin. 9. lege, *postulandi sibi*. Et lin. 12. emenda, *inter Marciani 5*. Pag. ead. not. d. ita emenda, Scriptum fuit in Codicibus effusa in. Pag. 54. col. 1. in fin. not. q. lege, *ex lege 1. Cod. Theod.* Pag. 69. col. 2. lin. 65. emenda, *quorumque*, & mox, *de quo*, & linea sequent. *de quo*. Pag. 162. col. 1. not. m. lin. 1. lege, *restituit Anthemius*.

✿):( ):(✿